MARTINI CRVSII, GRAECÆ ET LATINÆ LINGVÆ, CVM ORATORIA, IN ACAD. TYBING. PROFESSORIS,

ANNALIVM SVEVICORVM Dodecas tertia,

AB ANNO CHRISTI cIↃ CCXIII. vsque ad cIↃ IↃ XCIIII. annum perducta.

ADIECTO PARALEIPOMENO VARIARVM PLVRIMARUMQUE RERUM libro: in quo hodiernum quoque TVRCICVM BELLVM, à 1590. vsque ad 1596. Domini annum, diligenter describitur.



Cum gratia & priuilegio Cæsareæ Maiestatis speciali ad decennium.

FRANCOFORTI,
Ex Officina Typographica Nicolai Bassæi.

M. D. XCVI.

ex cuius liberali donatione me possidet Theodorus Browerus Canonicus S. Petri Moguntiæ 1659. 15 Februarij

20 D. Sp. g. 15 fol.



96 / SLS 99

KOENIGL. BIBLIOTHEK ZU DUESSELDORF

GENEROSIS ET ILLVSTRIBVS DOMINIS: DOMINO IOACHIMO, DOMINO LVCIO, DOMINO SIGISmundo, & Domino Achacio, fratribus, à LANDAVV: liberis Baronibus in Haus & Rapottenstein: Dominis in Neidtharding, Durenkrut, Ebenthal, Rodaun, &c. SAC. CAES. MAIEST. à consilijs, &c. Dominis suis clementibus.

S. per Christum.

HIstoriam scripsi benè longam: aut si alia aliqua longior est, satis longam. Quippe à primis Mundi temporibus, ad vsque præsentia tempora, libris multis: qui partibus continentur tribus. Cum enim inter alia honesta cognitionis rerum studia, semper etiam Historiarum amator fui: tum ne in senectute quidem, desistere ab eis possum.

Scripsi autem de præclarissima gente Sueuica: partim grauissimis viris, partim meo animo (propter multa in Sueuis mihi, licèt ibi non nato, benignè facta) exhortantibus. Etsi enim maximus est numerus non curantium Historicos libros: sed opes potius & alia omnia, consectantium, tamen non paucos etiam rectius sensuros, pro meisque laboribus gratos futuros, mihi persuasum habeo.

Historia porro hæc, ANNALIVM titulo à me inscribitur: quòd tum personas, tum res, ad suos annos (ante post exhibitum CHRISTVM) quantâ maxima diligentia fieri potuit, retulerim. Itaque, cum sic temporum rationem habuerim: ijdem Annales, Græco vocabulo CHRONICA dici possunt.

Historiarum autem (quemadmodum etiam Carminum quorundam: de laudatis hominibus, & rebus bonis canentium) cognitionem, non esse rem vulgarem, aut inutilem: sed dignitate præstabilem: atque ad permulta & magna conducere (vt interim de honesta illarum oblectatione non dicam) ac pertinere quoque, nec in postremis ad sublimem, principumq; virorum, ordinem: ex testimonijs tam diuinis, quàm humanis manifestum est.

Vt, quòd Exodi cap. 17. victoriam de Amalecitis partam, Mosi DEVS in codicem pręcipit (memoriæ tanti beneficij causâ) referendam. Sicut præcedente quoq; cap. Moses Aaroni mandauerat, vas manna plenum reponendum coram Deo, & ad posterorum memoriam asseruandum.

Vt, quòd Moses & Israëlitæ carmen Domino cecinerunt, ob celebrandam grata mente eductionem sui ex Pharaonica seruitute, Exodi 15.

Vt, quòd Estheræ cap. 12. Mardochæus, cum indicasset Regi Assuero, vel Artaxerxi, insidias, vitæ eius à duobus Aulicis factas: muneribus à Rege affectus est: & illud, quod pro salute Regis ab ipso gestum erat, in Commentarijs, siue Annalibus, perscriptum est. Sicut erga Pausaniam Lacedæmonium, qui aliquot Persas captiuos dimiserat, Rex Xerxes gratus, se id beneficium in Annales relaturum (in Epistola lib. 1. Thucyd. ad eum data) promittit, scribens: Κεῖσε τάδε οἱ δυσμεγεσία ἐν τῷ ἡμετέρῳ οἰκῳ ἔσαι αὐάγραπτος.

Historia, quædam est pictura: quæ homines & res, temporibus ablatas, restituit: secula præterita, aliquo modo reddit. παντα γαρ, ὁ μὲν χρόνος (vt Eunapij docti Historici, verbis meam sententiam complectar) λυμαίνεται ἡ δ' ἱστορία διασωζει: omnia tempus labefactat & conuellit: Historia verò infigit ac firmat. Quæ ita transierunt, quæ ita currunt: vt nunquam fuisse, nec manere videantur (quemadmodum nec auium volatus vlla indicia in aëre apparent) ea per historicam expositionem reducuntur, atque sistuntur: ὡς αὐ λαλιᾳ τῶν πάντες ὕστερον: quo sermo fit etiam de eis ad posteros: vt Senario ex Nanzianzeno vtar.

Historiarum lectione fit, vt non semper pueri simus, qui ignorant, quid ante se factum sit, sed coniungamur φαντασίᾳ, cogitatione & imagination, cum hominibus quorumuis temporum, seculorum, locorum, actionum.

Historias Thucydidis, non minus frequenter laudatissimus Imp. Carolus V. quam Homeri Poëmata Alexander Magnus, lectitasse dicitur, ex Græca in Gallicam linguam conuersas. Prudentia namque ciuilis, & rectè bellandi etiam ratio, ac strategemata, ex Historica relatione discipossunt.

Historijs virtutes, & homines laude digni, πλείστονται, celebrantur, ad imitandum: vitia verò, & scelesti homines, συκοφαντουνται, infamantur (nomine ipsorum velut in columnis inciso) ad detestandum. Ideo Musam illam quæ Clio (πλειὼ, celebratrix) vocatur, Historiæ præsidere Græci dicebant (quo nomine primus Historici Herodoti liber inscriptus est) (παρὰ τὸ πλείω, τὸ δοξάζω) à verbo Cleiein, quod celebrare significat. Sicut Cicero ait, ab Archia Poëta, populi Romani laudem gloriamque esse celebratam. Et idem Orator, Lucij scriptis nomen suum illustrari ac celebrari petit. Apud quem etiam dicitur, aliquid vocibus maledictisque omnium celebrari. Ita per Historiam, quædam immortalitas viris, fœminis, & rebus generatur.

Quis Thebas, septemq; Duces, sine carmine nosset?

Inquit 4. Pont. 8. Sulmonensis. Quot illustres Sueuos, aliorumque nationum eximios viros, vt corporibus, ita & nominibus, perijsse existimandum est: quòd scriptoribus caruerunt: aut præsentia potius, & opes: quàm futura, & doctos viros, curæ habuerunt? Danda quidem ante omnia est opera: vt nomina nostra in cœlo sint inscripta: sed interim honestum etiam nomen conari apud posteritatem relinquere, improbandum non est: superbia duntaxat, & aliorum præ se despectu, fugiendis.

Quocirca, cùm ad quorumuis aliorum, tum inprimis ad illorum, qui ad Reipub. gubernacula sedent, & qui bellorum Duces sunt, curam, historiarum vetustatisque lectio & studium vtique pertinet. Testatur hoc etiam (ne longiùs abeam) vir egregia doctrina præditus: qui superiori ætate vixit, quando bonæ renascebantur literæ, Iacobus VVimphelingus Selestadiensis.

" Hic in libello, GERMANIA ad Rempub. inscripto, Prudentis Magistratus est, inquit,
" omnia memoratu digna (in ciuitate, in patria, in Imperio, gesta) examussim Annalibus de-
" mandare: ac sic per monumenta literarum, ad posteritatis notitiam transferre: vt patres ea
" nota faciant filijs suis: & vt cognoscat generatio altera. Multum id ad gloriam, ad vtilitatem,
" ad excitandos iuuentutis animos, ad futurorum euentuum coniecturam, ad deliberationis
" fundamentum, ad conseruanda iura: ad confutandas iniustas futuræ ætatis actiones, aut
" querelas: ad commemoranda cuiquam, vel maioribus suis impensa beneficia, vel obsequia:
" ad libertatem tuendam: ad manutenenda priuilegia, à Romanis Pontificibus & Imperato-
" ribus data: ad bella, & ad pacem, Reipub. pertinere videtur. Sic, ille.

Ad Magnates igitur præcipuè pertinet, Historias legere: ex ijsque exempla rectæ rerum administrationis sumere. Plerunque enim (Quintil. 3. Instit. Orat. 8. teste) videntur respon-
" re futura præteritis: habeturque experimentum, velut quoddam rationis testimonium·
Εὐμαρῶς ἐξ ἁπάντων συλλογίσασθαι τὸ μέλλον, ἐκ τῶν ἤδη γεγονότων (vt Polybius inquit) Facile est, ratione colligere ex iam præteritis, quid pòst futurum sit.

His vsibus, vt nostra quoque SVEVICA historia inseruiat: summo studio dedi operam: quam operam, bona spes animum meum terret, non fore perditam.

Cuius Historiæ cum tres Dodecades, seu partes duodenorum librorum tres, à me scriptæ sint: earumque priores duæ, duobus illustrissimis & pijs principibus certas ob causas inscriptæ, ac dicatæ; PRIMA, clementissimo meo VVirtembergensi Domino Friderico:

ALTERA

ALTERA verò, Rheni Palatino ac Domino, Domino Philippo Ludouico: quæro nunc ad TERTIAM Dodecadem, nec sine causa, tertium etiam Heroëm pium, magnique nominis virum.

Hîc verò, non vnum tantùm, sed complures, diuina benignitas mihi offert: τετρακτὺν videlicet, quaternionem: non illum Philosophi Pythagoræ, ex quo omnia constant, quaternarium Elementorum numerum: sed quatuor præstantissimorum numerum germanorum fratrum: quatuor perantiquæ nobilitatis clarissimorum Heroum: quatuor sapientia fideque eminentissimorum Cæs. Maiestatis consiliariorum: quadratum denique stabilemque quatuor, in vnum habitantium (bonum S. literis commendatissimum) fratrum numerum. Hi autem, nobilissima vestra amplitudo sunt, illustres & generosi Domini: Domine IOACHIME, Domine LVCI, Domine SIGISMVNDE, & Domine ACHACI, à Landauu: liberi Barones in Haus & Rapottenstein, &c.

Vestræ proinde illustri generositati, hanc tertiam partem Sueuicorum Chronicorum, do, dono, consecro: vt, à quo quasi puncto inceperim: in eodem, velut circumductione circini, dedicationes meas finiam, nempe à VVirtembergensi ad VVirtembergensem stirpem. Ducitis enim vos quoque, vestraque splendida domus, originem ex eodem illo pervetusto nobilissimoque VVirtembergensi genere: sicut ex secunda Dodecade huius operis sufficienter apparet: in hac autem tertia parte plura reperiuntur. Qui inter plures Historiæ vsus etiam vnus est: familias ex obliuione temporum, & antiquitatis obscuritate, in lucem reuocare, atque ad perpetuam memoriam conseruare. Quem vsum prædicit ATHALARICVS, Rex Italiæ, natione Gotthus, familiâ Amalus (excellentissimæ Reginæ Amalasunthæ, cuius pater Rex Theodoricus Veronensis fuerat, filius: quibus de, in prima Dodecade plura) Athalaricus, inquam, de quodam Historico loquens, illum Historiæ vsum (familias ex ruderibus vetustatis eruendi) prædicat: dum commendationem illius scriptoris ad senatum Romanum facit. Iste Reges Gothorum (inquit lib. 9. Cassiodori, variarum Epist. 21.) longa obli- »
uione celatos, latibulo vetustatis eduxit Iste Annales cum generis sui claritate restituit: eui- »
denter ostendens, in decimam septimam progeniem, stirpem nos habere Regalem. Origi- »
nem Gotthicam, historiam fecit esse Romanam: colligens quasi in vnam coronam ger- »
men floridum: quod per LIBRORVM CAMPOS passim fuerat ante disparsum. Ecce, insi- »
gnis Historiarum, etiam ad Genealogias contexendas, vtilitas. Cui rei à me quoque opera, quantum fieri potuit, data est.

Accipere igitur clementi & hilari vultu, illustres Barones ac Domini, ne dedignamini hanc Sueuicorum Annalium partem tertiam: atque pro illa beneuolentia: quam ex præteriti cognoui temporis signis (per illustris etiam LINCIENSIS Scholæ Rectorem, M. Ioannem Memhardum, amicum meum veterem: & per meum aliquandò Tybingæ auditorem, M. VVilhelmum Haunoldum: filij generositatis T. Domine Luci, illustris & generosi Domini HAINRICI, non ita pridem in eadem Lincij Schola Pædagogum, cui M. Georgius Lebemycus successit, commendatam) pro illa tali, vt dixi, beneuolentia, quam satis cognitam habeo: me posthac etiam pari clementia commendatum habere dignamini. In cuius partis diuersis locis, ad annos suos, inclyti generis vestri seriem distributam, & pro facultate præsenti (plura enim non poteram nancisci) satis ordine ac dilucidè expositam, reperietis. Nolo dicere, quàm multæ & præclaræ res aliæ, hac Dodecade contineantur. Cognoscet verò ipse quisque per se, qui ordine ipsam legerit. Vestram illustrem generosamque dominationem: & ipsius fœcundam progenie, felicemque opibus, diuino munere altè excitatam stirpem: ab omni malo (præsertim à Turcica immanitate, vnà cum tota Christianitate) protectam, incolumem, beatamque Opt. Max. Christus perpetuò tueatur ac conseruet. Tybingæ, Kalendas Ianu. Anno ætatis meæ LXX. Salutis autem Mundi CIↃ IↃ XCVI. Qui annus plures præcedente anno, durioresque, perpetuò Christianorum crudelissimoque hosti, colaphos infringat, Amen.

Illustris generosit. ac
virtutis V.
studiosiß.
Martinus Crusius.

AD LECTOREM HORVM ANNALIVM.

I. TRES Dodecades: Minor, Maior, Maxima. Prima Dodecas tanquam radix: secunda, tanquam stipes, vel caudex: Tertia, ramorum dilatatio. Vt tota historia Sueuica, sit arbori crescendo assurgenti similis. In ramis autem folia sunt, id est, multæ etiam res minores. Sic ego non solum de Regibus & proceribus scribo: verùm etiam de minoribus personis: attamen vel nobilibus, vel doctis, vel honestis: quorum magnum numerum, etiam in memoria retinere cupio. Quæ si nunc tenuiora videntur (præsertim, si recentiora sint) tamen, si modo Mundus hic diutius consistet, & grata erunt posteris: si quis eorum repererit hîc aliquem ex patribus suis. Homerus quoq; in Catalogo nauium, & passim in operibus suis, viros nobiles, & inferiores quoq; Græcorum & Barbarorum, memorat. Sic & fœminas generosas, in Catalogo inferorum, recenset. Sic Ouidius quoq; 4. Pont. 16. Poëtas sui seculi. Olim non est descripta ratio τῦ ῥαψῳδεῖν, carmina canendi aut pronuntiandi, in Theatris coram populo. Non putabatur tunc ea ignota fore posteris. At hodie desideramus. Liber legis Mosaicæ omissus erat à Sacerdotibus, & postea repertus est, 4. Reg. 22. Potuit hoc tunc paruum videri multis, si in Historiam referretur. Hodie bonum est, relatum esse: vt appareat, Sacerdotes posse in officio suo dormitare. Sed & concilia errare posse, S. Biblijs ex animo & cogitatione amissis.

II. Primus integrum corpus Sueuiæ contexere aggressus sum. Quod ideo etiam difficilius est: quemadmodum Bachylides ait, ὁ ῥᾴων, ἀῤῥήτων ἐπέων πύλας ἐξευρεῖν: non facile est, illorum, quæ in literas relata non sunt, portas inuenire. Laudatur Poëta vetustus Ennius apud Siluium Italicum: quòd primus bella Italica descripserit: et si rudius id fecit. Mihi satis erit: si à bonis viris, & intelligentibus, non fastiditus fuero, hæc in senectute executus. Spero, nullam fore inuidiam: licet Pindarus dicat, noui modi opus reprehensione, aut inuidiâ non carere. Νεοχμὰ δ' ἐξευρόντα, πάρεστι βαδίζειν ἐς ἔλεγχον, ὅπαι κέν τις ἄμωμος, ἔγχει φθονερωτέρῳ. Quòd si tamen quis fuerit parum æquus: sperabo melius, illud Horatij cogitans.

Merses profundo: pulchrior euenit.

III. Literas interdum, quas docti & clari viri ad me scripserunt, interpono. Idem & alij faciunt: vt Auentinus, vt Munsterus. An non liceret mihi iustum librum Epistolarum insigniorum, quæ ad me datæ pluribus annis sunt, edere? Eodem modo, quando aliquid de me ipso, aut parentibus gratæ recordationis meis, aut amicis scribo: fortassis hodie (vt præsentium fortuna est) reprehendatur. Sed idem & ab alijs factum est: vt à Thucydide Graco: vt, à Iulio Cæsare Romano. A sanctis item Dei viris: vt, ab afflicto Iudæo Tobia: vt, à Cappadoce Gregorio Nazianzeno: qui ex professo vitam suam descripserunt. Et posterior quidem, quanquam Theologus, prolixè Iambicis versibus Græcis. Idem in funebri etiam oratione fratris sui Cæsarij, Parentes suos (qui tunc adhuc viui erant) eximiè laudat. Et in laudibus Gorgoniæ sororis, vera se scribere testatur. Idcirco rectè facere, quod laudet ipsam. Ad hæc, qui alios in Annalibus repono, minimè cuiquam inuidens: cur in me ipsum, & meos, iniquior essem? Supra neminem præsertim me alium extollens, nec quenquam parui ducens. Nec sunt mihi filij amplius: sed in illa altera beata vita sunt. Viuant modò ex filia nepotes, bonaq; frugi euadant. Nullæ sunt catenæ aureæ, nec aurei nummi gratiæ Principum signa: quæ alij, vt grati erga dantes sint, rectè de collo, aut pectore suspendunt. Tantummodò calamus ex gratia anseris mihi est: tribus digitis in dextra, perpetuò inter scribendum ad altiorem mensam stanti, actuosus. Quapropter libros quoq; seorsim plures (quos CHRONOLOGIAM KRAVSIORVM nuncupo) de rebus aui & patris mei, atq; de meis, conscripsi: ab anno CIↃ CCCC XC. vsque ad præsentia tempora, multis cum rebus memorabilibus. Quos cùm non sit animus edere, in Bibliothecam collegij mei Philosophici contuli. Conniuij quoque cùm mentionem facio, cui sim adhibitus: ne id quidem caret exemplo, si dicere velim. Potius autem grato erga Deum animo à me fieri dico: qui mihi inter magnos & continentes meos (in Schola domiq;) labores, nonnunquam re-

creationem

creationem aliquam (honestis & doctis hominibus honorantibus) beneuolè dabat: cùm etiam nescirem, an in tanta ætate, mihi vita ad tantum opus absoluendum suppetitura esset. Suppetijt: absolui. Domino Deo, laus & gloria in perpetuum.

IV. Quòd non semper quamq; historiam, aut rem, simul vno in loco absoluo: sed partem exponens, relinquo: & post interuallum reuertor, & perficio: Causa est hæc, ne nimis diu in vna re, cum molestia lectoris immorer: sed interim alia narrans (vt varietas sit) expectationem illius retineam. ὁμοχρονεῖν iubet Lucianus (in tractatu pulcerrimo de historia conscribenda) hoc est, eodem tempore plures diuersasq; res factas narrare. Ergo, vt ab vno ad aliud transire: & suo tempore ad illud, quod imperfectum reliqueras, redire atq; absoluere. Ego autem, cum Annales scribam, connotare soleo annos, vbi scilicet inferius plura de illa re scribantur: aut, vbi supra de ipsa scribi cœptum fuerit.

V. Quòd aliquando magis nouo modo scribo, de eo ante primæ Dodecadis initium, in Apologia ad Lectorem me excusaui. Attamen hodie icones, & picturæ præliorum, & obsidionum effigies, libris T. Liuij, ad res oculis subijciendas, & ad delectandum, inseruntur. Ego verò etiam aliquam patheticam plurium vocum cantionem, rei miserabili congruentem, addi, non improbarem.

Nil intentatum nostri liquêre Poetæ:
Nec minimum meruére decus, vestigia Græca
Ausi deserere: *inquit Venusinus.*

Si illîc: cur non etiam, suo modo hîc? Quod enim alicui δωστρόπῳ ἢ φιλαιτίῳ, moroso & querulo, displicet: id pluribus ἐπιεικέσι καὶ συνετοῖς, æquis & prudentibus lectoribus, placet.

Tantaque in his rebus distantia differitasque est:
Vt sit idem cibus huic, alij sed triste venenum.
Inuidus, vt serpens hominis contacta saliuis,
Disperit, ac sese mandendo conficit ipse. *Vt antiquus rerum Physicarum Poeta scribit.*

VI. Multorum cœnobiorum fundationes, & largas dotationes, pono: vt appareat studium consulendi animarum saluti, in Maioribus nostris. Cur non æquè nos, ex præceptis nostræ veræ Religionis. ad curam salutis nostræ incumbamus? illorum liberalitate etiamnum Ecclesiarum & Scholarum ministerium sustentatur. Nec propterea mihi propositum est, Pontificiam historiam scribere: sed ideo tot Pontificia pono: quòd ea Religio, non alia, totam Sueuiam (vt & cæterum Christianum orbem) occupatum tenuerit.

VII. Hodie quosdam libido incessit (nescio qua antiquitatis affectione) obscurè scribendi. Malo ego prospicuè scribere: verbis magis vsitatis, & compositione non obscura.

VIII. Sicut Iuppiter irascebatur Prometheo: quòd homines ex luto & argilla ἐπλαστούργασον, effinxisset: ita aliqui noui Ioues forsan ægrè ferent: tot viuorum & mortuorum nomina & res, à me posteris ἀναπλαστουργεῖσθαι: velut è tumulis refingi: ac memoriæ prodi. Ego autem (vt excitato ingenio: etiamsi qui id decutere vellent) mea scripta referta esse volui, & volo, multitudine varietateque personarum & rerum, quantâ maxima fieri potest. Et cur non potius rerum propinquarum, ac nostrarum: quàm Indicarum, ait Æthiopicarum, id est, à nobis remotissimarum? Ideo tot nostras res & personas recenseo: vt apertum fiat: quomodo Sueui nostri (vt & alij, qui fide ex solo Deo pendent) non modò viuant, verùm etiam moriantur. Quocirca non rarò breuissimam concionum mentionem facio: quæ in funeribus illorum habitæ sunt: vt appareat, quantâ continentia cum Verbo cœlitus reuelato, quantâ pietate. Longè profectò melius, quàm mendaciter ab iniquis spargi solet. Ex tot EPITAPHIIS, quæ passim annoto, status quoque temporum, Religionis & Reipublicæ, animaduerti potest. Quando præterea pius homo tot Epitaphia legit: tum tanquam in formoso & suaueolenti roseto, ac lilieto sibi versari videtur. Incitatur etiam, vt viam ad similem exitum vitæ, vt planè beatum, affectet. Sicut videlicet à Diuo Chrysostomo, in concione de Sancto Martyre Babyla scribitur. μετὰ γὰρ τὴν διὰ τοῦ λόγου (φησὶ) δύναμιν, δευτέραν ἔχουσι τάξιν οἱ τῶν ἁγίων τάφοι, πρὸς τὸ διεγείρειν εἰς τὸν τῶν ἴσων ζῆλον, τὰς τῶν θεωμένων αὐτοὺς ψυχάς. Post sacrarum concionum efficaciam, secundo loco tumuli Sanctorum ad imitationem virtutis eorum excitare possunt. Inprimis ego opto: me in eodem loco, vbi πολλὰ τῶν μοι φιλτάτων καὶ μακαρίων σώματα sepulta sunt, bona cum pace humari. Longè itaque præstat, talia cognoscere: quàm solum Romanorum, aut aliorum Ethnicorum, saxa, & sæpè tantùm trium verborum fragmenta, cum labore & sum-

ptu colligere. Vtinam verò ex vetustate talia, qualia nostra sunt, si non multa, at aliqua suppeterent. Maioris apud plerosque fierent. Optarent nunc aliqui carmen antiquum Sueuorum Teutonumque vel vnum: quo Maiorum suorum, fortiúmve virorum, virtutes celebrarunt. Nemo tunc curabat: vt nec hodie curantur cantiones rerum recens gestarum: quæ per ciuitates à circumforaneis decantantur. Sed alia meliora, & certiora, nunc affatim suppetunt.

IX. Errata aliqua, aut res omissæ forsitan in hoc opere inueniantur? At quis æquo animo præditus, & prudens me ideo reprehendat? Nec vbique, vbi diligenter petebam, mihi res suppeditatæ sunt. Quidem etiam promiserunt, sed nihil præstiterunt. Hæc quoque prima editio est. Ipse ego, si diutius viuerem, ac valerem, opusq́; recuderetur: tum corrigere, tum augere, possem. Dies diem docet: subinde plura dat. Nec pumilio gloriari debet (vt populari adagio dici solet) si humero gigantis (quem tamen me non esse dico) insistens, eum superemineat.

X. Oro denique, ne quid præiudicati afferatur: ne subitò in locum aliquem irrumpendo, insulsè de toto opere iudicetur: sed puro animo, ordine ab initio ad extremum vsque legatur; ac tum demum iudicetur.

ἔῤῥωσο, φίλε αὐαγνῶστα: καὶ μέμνησο
τῶν ἐμῶν σὺ βαθεῖ γήρᾳ πόνων.

VMBRA

VMBRA QVAEDAM CONTENTORVM IN tertia Dodecade Sueuiæ.

LIB. I.

IMP. XXVI. Occid. Frid. 2. Sueuus, Othone deiecto Esslinga, monachus cincta. Fyrstenbergenses & Friburg. Comites Frid. in Apulia & Sicilia, atq; Hierosolymis. Egeno Comes Vracensis. Cœnobia fœminarum: Pfullingense, Heckbachense, Sœslingense, Poundense, & Schœnfeldianum. Piscis ex Hailprunnen sistagno. Constantiæ Monast. Prædicatorum. Mons Tecceusis, & oppidum Kirchemum, & vicinũ gynæceum spirituale Henr. Bappenheimius, & liberi eius. Comitum veterum Hohenlohensium sepultura. Conflictatio Imp. Frid. cum Papa. Biberacense hospitale. Ab anno Christi 1223. vsq; ad 1241.

LIB. II.

Rudolfus ab Habspurg, ergà Imp. Frider. benè affectus. Priuilegia, Duci Austriaco Friderico data ab Imp. Friderico. Diploma Backnangensibus religiosis à Papa Innoc. IIII. datum, Frid. Anticæsar à Papa obtentus, Henricus Turingus qui Reutlingam & Vimam nequicquam obsidet. Rex Enrius, Friderici F. à Bononiensib. captus, nec vnquam dimissus. Friderico mortuo, Siciliæ naturalis eius filius Manfredus occupat. Cæs. XXVII. Conr. 4. Sueuus. Baronet Gundelfingenses. Gynæcea cœlestia, Leuuenthalense, Podamicum, & S. Catharinæ Augustanum, atq; Gnadencellense, & Stainhaimense, ac Pfullingense. Nœrdlingæ, & VVembdingæ fortuna. Arx & Oppidum Herrenbergæ. Cæsar XXVIII. VVilhelmus Holandus Op. Balinga, Cæsar XXIX. Richardus Anglus. Barones Saxenses. Monast. Fabariense. Nobilium apud Halam Sueuicam Catalogus. Comites Helfestainij, & Dillingenses. Opp. Mindelhaimum & Lindauum. Manfred. Rex à Carolo Gallo in præsto interfectus. Beurelspachense Collegium. Prandiũ VVurmlingense. Conradini, vltimi Hohenstauff. Ducis, ab eodem illo Carolo superati interitus: & Sueuici Ducatus distractio. Spitzenberg. Comes Lud. & Steufsling. D. Egenolphus. Rotemburgi ad Nicrum, & Esslingæ, Carinchranum cœnobium. Dornhan oppidum. Ab an. 1242. vsq; ad 1272.

LIB. III.

Cæsar XXX. Occid. & 1. post Stauffenses. RVDOLPHVS Habspurg. Sueuus. Eius progenies. Groeningensis C. Hartmannus. Zoller. Frid. Noriberg. Burggrauius. Sanctimoniales Ouuenses. Othacarus, Bohemiæ R. à Rudolfo in præliocesus. Proceres Suitzenses, Leuuentlainij. Heiffenstainenses. Vayhingenses, VVirtembergenses, & alij. Duces Teccenses. Schiltachum. & VVolfachum. Albertus Magnus, & alia Latuingana. Obitus Imperatricis Annæ, vxoris Rudolphi Cæsaris. Bellum inter VVirtemberg. Eberhardum Illustrem, & Esslingenses. Vesperæ Siculæ, Conradini Sueui vltrices. Op. Gretzinga, Herrberga, Syndelfinga. Sueuiæ nobiles plures. Eberhardus & Cour. à Landau. Burgouiensis Marchio Henricus. Bergensis C. Vlricus. Cæsar XXXI. & 2. post Stauff. Adolphus Nassouius. VVerdenbergenses Comites. Nobiles Ehingeni. Cæsar XXXII. & 3. post Stauff. Albertus Austrius. Pfirtenses. C. Theobaldus. Institutio Iubilæi anni. Hohenberg. Comes Albertus. Grœning. & Landauienses Comites. Monast. Kynigbeunnense. Duces aliquot Teccenses. Comites Aspergensis & Hohenbergensis. Ab An. 1273. vsq; ad 1308.

LIB. IV.

Cæs. XXXIII. & 4. post Stauff. Henr. VII. Lyrzelburg. Ab eo VVirtemb. Comes Eberh. Illustris depressus. Postea, huius incrementa. Comites Vaihingenses, & ipsum op. Vaihinga. Imp. XXXIIII. & 5. post Stauff. Ludouicus Bauarus. Esslingę obsidio. Schœnchij Stauffenbergenses. Comes Aichelberg. Diepoldus, & Mœpelgard. Reginaldus. Aliquot Teccenses Duces: ac plures generosi Comites Sueuiæ. Nobilium Argentorati tumultus. S. Petrus in opp. Ovva subteccensi. Op. Bietigkaimũ. Comites VVirtemberg. Vlricus & Hohenberg. Hugo, Tybing. Conradus. Barones Blochingenses. Seditio Halæ Sueuicæ, & præcipuæ ibi familiæ, Tybinga & Calua, ad VVirtembergicos. Imp. XXXV. & 6. post Stauff. Carolus IIII. Ab anno 1308. vsq; ad 1346.

LIB. V.

Comes VVirtemberg Eberhar. Greiner. Pestilentia vniuersalis: inde, Iudæorum supplicia. Institutionis anni Iubilæi causæ. Tiguri obsidiones tres. Schlyffelbergenses Barones. Bombardarum excogitatio. Haidelhaimum, oppidum. Bellum inter Imp. Carolum & VVirtemberg. Greinerum. Idem Comes, contra Esslingenses. Friderici Teccensis Ducis progenies. Op. VValtenbuchum, itemq; Mindelhaimum. Duces Vrslingenses. Domini Kirchbergenses. Bellum inter VVirtembergenses & Eberstainios. Oppidis VVirtembergia crescens. Bellum ciuile in Sueuia, & alibi inter Principes & ciuitates. Imminutio Imperij. VVirtembergensium apud Reutlingam clades. Templi Mariani Vlmensium extructio. Cæsar XXXVI. & 7. post Stauff. VVenceslaus. In ciuili Sueuiæ bello grassationes. Montefortensis Comes Rudolfus Iunior. Op. Veldkirchum. Leopoldi Austrij ad Sempachum cum exercitu interitus. Gerolzeccij. Isna. oppidum Imperij. Ab A. 1347. vsq; ad 1387.

LIB. VI.

Belli ciuilis suprà dicti calamitates. Ciuitatum clades iuxta oppidum VVlam. Tandem pace id bellum sopitũ. Nobiles Herteri, Lustenouij, & alij. Castigatio Nobilium per VVirtemberg. Eberhardum pacificum. Ad Nicopolin Christiani à Turcis cæsi, Mompelgardia, ad VVirtembergiam. Bajazetes, à Tamerlane captus. Cæsar XXXVII. & 8. post Stauff. Rupertus Bauarus. Egenolphus VVirtembergius. Monast. Alba Dominorum, & Alba Dominarum. Complura de Hala Sueuica. Cæsar XXXVIII. & 9. post Stauff. Iodocus Rotecum & Ictinga, non procul Tybingâ. Imp. XXXIX. & 10. post Stauff. Sigismundus. Concilium Constantiense, & Hussi exustio. Obitus VVirtemberg. Comitis Eberhardi pacifici, vel Mitis. Belli Hussiticum. Monast. Brisgoiæ VValdkirchense. Fœmineum, Vrslingium & Vallis seruorum, cœnobium. Belli aduersus Frider. Zollerensem Oetingerum indictio, arctiq; illius destructio. Domina Henrica Mompelg. & VVirtembergica, eiusq; Genealogia. Abbates Adelbergenses. Hailfingerorum nobilium monumenta. Bebenhusæ. Concilium Basiliense. Haidenhaimi mercatus. VVirtemberg. Comes Vlricus Amabilis. Monast. S. Petri in Hercynia sylua. Ab anno 1388. vsque ad 1437.

LIB. VII.

Cæsar XL. & 11. post Stauff. Albertus. Concilium Florentiæ. Monast. Gietterstainum. Imper. XLI. & 12. post Stauff. Frid. III. Typographiæ initium. Pagus Greuenhusa. Prælium cum Delphino Franciæ, ad Basileam. Varnensis clades Christianorũ. VVirtemberg. Eberhardi Barbati natiuitas. Bellum inter nobiles & ciuitates. Clades ciuitatum ante vrbem Esslingam. Monasterij Vronis villæ fundatio. Amplificatio Stutgardianæ vrbis. Constantinopolis, à Turcis expugnata. Turcæ ante Belgradum cæsi. Comites aliquot Tybingenses. Bello aduersus Frid. Palat. Vlricus VVirtemb. & socij principes, capti. Stutgardiana S. crucis Ecclesia. Ab an. 1438. vsq; ad 1464.

LIB. VIII.

De Rudolfi ab Ehingen vitâ & morte. Genealogia VValdpurg. Dapiferorum. De Georgij Ehingeni vita, & rebus fortiter gestis, præsertim in Africa. Eberhardi Barbati Hierosolymitana peregrinatio. Krafftij Vlmensis. De magno Burgundiorum Duce Carolo, multa pulsum, magnifica, & funesta. Rhothaldæ Cœnobiolum. Historia Hohenlansiensium Magnatum repetita: & eorum exhumatio. Genealogia, ellogium: Initiũ Academiæ Tybingensis, & progressus hinc per sequentes libros. Sonnenbergenses Comites. Familiæ Nobiles olim Alemanis Helueticæ. Monachæ Gyntherinæ vallis. Quædam ciuitatis Tybingæ ædificationes. Gnadencellenses Priorissæ. Rheutense sacrum Gynæceum. Genera Christianorum varia. Hierosolymis. De Fuggeris, hic & posterius. Nœrdlingæ obnoxio. VVolffij, nobiles à VVolfisthala. Philippus ab Ehingen. Ab Anno 1465. vsq; ad 1487.

LIB. IX.

LIB. IX.

Sueuici fœderis initium. Craichgoiæ descriptio. Epitaphia Stutgardiæ, hic, & deinceps: vt & aliarum ciuitatum Sueuicarum. Rossauij nobiles. Imp. XLII. & 13. post Stauff. Reutlingensia & Halensia quædam. Eberhardi Barbati creatio in Ducem I. VVirtembergiæ, quæ modicè describitur. Natiuitates ac mortes clarorum, & honestorum hominum, hinc vsque ad finem operis. Eberhardus Iunior, 2. Dux VVirtembergicus. Postquem, Vlricus 3. Dux. Linguæ Latinæ (vt & Græcæ) successus melior. Nundinario Indulgentiarum in Suenia. Bauaricum inter Rupertum & Albertum bellum: & Vlrici VVirtemb. D. in eo res gestæ. Ab A. 1488. vsq; ad 1510.

LIB. X.

Nuptiæ VVirtemb. D. Vlrici. Pugna ad Rauennam. In VVirtembergia, seditio pauperis Conradi. Martini Lutheri scriptio contra Indulgentias. Dux Vlricus, VVirtembergia expulsus à fœdere Sueuico. Imp. XLIII. & 14. post Stauff. Carolus V. Austrius. Describitur Coronatio & prandium Cæsareum. Aduentus Ferdinandi Austrij Stutgardiam. Loca circa Tubingam, & intra quædam eius. Bellum Sueuici fœderis contra quosdam Franconiæ nobiles. Rusticanum bellum, copiosè descriptum. Ab anno 1511. vsq; ad 1525.

LIB. XI.

Georg Fronspergius, in Italia. Roma, à Germanis & Hispanis capta. Protestantes exorti. Turcica obsidio Viennæ. Nicolaus Federmannus Vlmensis, in America. Augustana Confessio Protestantium. Fœdus Smalcaldicũ. Vlrici Zuuinglij mors. Sueuici circuli auxilia in Turcas. Expirãte Sueuico fœdere, VVirtembergiam armis recuperat, & Ecclesias reformat, D. Vlricus. Anabaptistæ Monasterienses. De Ducis Vlrici filio D. Christophoro, multa diuersis locis. Schorndorffæ & Noribergæ munitio. Tybingæ incendium. Imperatoris Africana expeditio. Bellum Imperij Turcicum. Schorndorffæ equaria mola. Bellum protestantibus ab Imp. Carolo illatum, fusè descriptum. Præsidio Hispanico VVirtembergia aliquandiu pressa. Interreligio INTERIM dicta. Christophorus, VVirtembergiæ Dux 4. Magdeburgi obsidio. Cõcilium Tridentinum. Imp. Carolus, à Saxone Mauricio fugatus: principes captiui, liberati: Euangelij cursus, restitutus: pax, Religioni data. Mauricius ab Alberto March. in prælio interemptus. Ab anno 1526. vsq; ad 1554.

LIB. XII.

Cæsar XLIIII. & 15. post Stauff. Ferdinandus Austrius. Scholæ Monasticæ in VVirtembergia. Respuunt Euangelici principes concilium Tridentinum. Ciuile in Gallia bellum, hodieque durans: vt & in Belgio. Militiæ ordinatio in Sueuica regione. Colloquium Theologorum Maulbrunnense. Cæsar XLV. & 16. post Stauff. Maximilianus 2. Bellum cũ Turcis absque successu. Academia Tybing. propter pestem, Esselingæ bis. Genealogia nouissimorum Vvirtemberg. Principum. Sueuiæ fames. Clades Turcarum naualis ad Echinadas. Stephanus Gerlachius, Constantinopoli. Multorũ Græcorum aduentus Tybingam. Cæsar LXVI. & 17. post Stauff. Rudolfus 2. Solomon Schuueigcker, Constantinopoli. Forma Concordiæ. Comitia Augustæ. Nouum Calendarium. Depopulatio Mompelgardiæ. Hispanicæ classis dissipatio Anglica, Adelberga, Lorcha, Hohenstaussa. Ducũ VVirtemberg. Epitaphia. Ab anno Christi 1555. vsq; ad 1594.

IN AN-

IN ANNALES CL. V. M. MARTINI CRVSII, PRAECEPTORIS SVI.

ANte quidem fuerat tenebrosa nocte sepulta
Sueuia: nec doctis sat memorata viris.
Crusius at claras nuper produxit in auras;
Clausit in annales tempora longa suos.
Crusius, Ausoniæq; parens, Graiaq; loquelæ:
Notus in Eois hesperijsq; plagis.
A prima serie tot facta vetusta recenset:
Gesta per indigenas, Sueuica terra, tuos.
Qui fuerint geniti Sueuo de sanguine Reges:
Qui semper magni marte togaq; viri.
Qui quoq; sacrati Vates: quis cultus ad aras:
Oppida quæ patriæ condita prima soli.
Qualia sint claræ laudata Lycea Tybingæ:
Qui sanctæ nunc sit relligionis honor.
Omnia sunt bene digna Cedro: sunt omnia pulcra:
Omnia quæ prohint vtilitate sua.
Fama equidem cedit nullis iam Sueuia terris:
Quæ vix antiquo tempore nota fuit.
Non hæc plena tamen, non laus perfecta fuisset:
(Communis multis laus ea quippe locis.)
Hac sed enim propriâ gaudet mea Sueuia laude:
Quæ sola terram non habet illa parem:
Hac, quod Crusiade magno fuit vsa Magistro:
Hunc altrix, veluti terra paterna, fuit.
Hoc auctore suo cunctas quòd peruolat oras:
Quem tam multa colit dissita terra procul.
Hic perfectus honos, hæc perfectissima laus est:
A bene laudato quæ venit orta viro.
Hoc alijs præstat tellus hæc Sueuica terris:
Non aliud maius possit vt esse decus.

Vlricus Bollingerus. M. & P. C. Scholæ Bebenhusanæ Præceptor, 1595.

IN EOSDEM ANNALES MARTINI CRVSII.

SVeuus ego quia sum, Crusi: res Sueuica curæ,
Ceu patriæ charæ, debet & esse, meæ.
Hanc sed tu curam quia, vir celebrande, leuasti:
Et conscripsisti, quæ referenda mihi:
Permagnas grates ago, semper habebo, rependam,
Vnquam si potero qua ratione, tibi.
Cætera Sueuigenis commendo, Deoq; potenti,
Pensabunt grates qui tibi, quiq; tuus.
Tu tarde facias Feierabend, optime Crusi,
Quod facis, hoc doctis nam placet, atq; Deo.

M. Leonh. Engelhart Stutgardiæ.

IN IDEM OPVS.

COntinet hoc scriptum, qui lõgo tempore facta:
Ceu speculo monstrans obuia quæq; tibi.
Resq; Ducum memorat gestas, variosq; labores:
Quos perpessa fuit Sueuia docta docens.
Crusius effecit studio, pietate, labore:
Hæc vt posteritas doctior acta sciat.
Te studiosa cohors colat: hisce fruatur amæna
Sueuia: te, Crusi, *curet ametque Deus.*

M. Frid. Helbachius Eckhartshusanus, Kyræ.

AD M. CRVSIVM.

ERuta Sueuorum dum chartis congeris, extant
Vndiq; dispersi quæ monumenta locis:
E cinere antiquo patriam erigis anti sepultam:
Nec minus in libris viuis & ipse tuis.
O felix labor ambabus: qui vincere mortem,
Atq; vtrumq; suo dat superesse rogo.

Caspar Ens Lorchensis, Tybingæ.

PLINIVS IVNIOR AD CORNELIVM PRISCVM.

FVit moris antiqui: qui vel singulorum laudes, vel vrbium scripserant: aut honoribus, aut pecunia, ornare. Nostris verò temporibus, vt alia speciosa & egregia, ita hoc in primis exoleuit. Nam postquam desiuimus laudanda facere: laudari quoq; ineptum putamus. Hæc ille, de suis: talis, sperarem autem ego, si nostro tempore viueret: visis contrà non paucis Sueuis, qui laudanda facerent, & gratos animos præstarent, sententiam suam correcturum.

AVCTO-

AVCTORES IN TERTIA PARTE ANnalium Sueuicorum citati.

A.

ABrahamus Bucholcer.
Achilles Gassarus.
Adamus Reissner.
Aeneas Syluius.
Albertus Argentinensis M.
Albertus Crantzius.
Albertus Leander.
Albertus, Stadensis Abbas.
Alexander Guaguinus.
Anacreon.
Andreas Grunthlerus.
Antoninus, Archiepiscopus Florentiæ.
Antonius Bonfinius.
Antonius Probus.
Aristoteles.
Aulus Gellius.

B.

BErnhardus Hertzogius.
Ernhardus Breidenbachius.
Benedictus Falconius Neapolit.
Beniaminus Tudelensis.
Bernardinus Corius.
S. Biblia.
Bilibaldus Pirckeimer.
Blondus.
B. Platina.

C.

CIulius Cæsar.
C. Suetonius Tranquillus.
Caspar Bruschius.
Caspar Hedio.
Christianus Vrstisius.
Christophorus Ridius M.
Chronicon Argentinense M. Scr.
Chronicon Campidon. M. Scr.
Chronicon de Regibus Francorum.
Chronicon Germanic. Vlmæ excusum.
Chronicon Misnense.
Chronicon Nordling. M. Scr.
Chronicon Noriberg. M. Scr.
Colmariensium Dominicanorum Fasti.
Concilij Florentini Acta Græcè.
Conradus Abbas Vrsperg.
Conradus Gesnerus.
Conradus Lycosthenes Rubeaquensis.
Conradus Pellicanus.
Conradus Vecerius.
Constantinus Harmenopulus.
Cornelius Tacitus.
Cyriacus Spangenbergius.

D.

DAniel Hauffius M.
Dauid Chytræus.
Dionysius Afer.

E.

ERasmus Roterodamus.
Epiphanius.

F.

FElix Fabri.
Flix Malleolus.
Franc. Modius I. C. Brugensis.

G.

GAleatius Capella.
Georgius Altenus.
Georgius Cæsius.
Georgius Fabricius Chemnic.
Georgius Henischius.
Georgius Pachymeres.
Georgius Ruxnerus.
Georgius VVidemannus.
Gerhardus Bucoldianus Medicus.
Gerardus Mercator.
Gottefridus à Rammingen.
Gregorius Nazianz.

H.

HAdrianus Barlandus.
Hartmannus Maurus.
Henricus de Osterdingen.
Henricus Glareanus.
Henricus Meibomius.
Henricus Pantaleon.
Henricus Steinhobel.
Hermannus A Edituus.
Hesiodus.
Horatius.

I.

IAcobus de Strada.
Iacobus Philip. Bergonias.
Iacobus Spindlerus.
Ioannes Adamus Lonicer.
Ioannes Auentinus.
Ioan. Baptista Giraldus Cynthius.
Ioan. Campanus.
Ioan. Capnio.
Ioan. Chrysostomus.
Ioan. Cuspinianus.
Ioan. Funccius.
Ioan. Heroldus.
Ioan. Leunclauius.
Ioan. Linturius.
Ioan. Nauclerus.
Ioan. Neobolus.
Ioan. Nider.
Ioan. Parsimonius.
Ioan. Pedius.
Ioan. Petrus Contarenus Venetus.
Ioan. Pomarius M.
Ioan. Sleidanus.
Ioan. Spenlinus.
Ioan. Stumpfius.
Ioan. Tetthinger Tubing.
Ioan. Tilius.
Ioan. Tritenhemius.
Iacobus Fincelius.
Iosias Simlerus.
Iuuenalis.

L.

LAonicus chalcocondyles.
Leo Imp. οὐ στρατηγικοῖς.
Lucanus.
Ludouicus Ariostus.

M.

MAnuel Chrysoloras.
Manuscripta multa.
Marcellus Palingenius.
Marcus Guazzus.
Matriculæ Acad. Tybing.
Matthæus à Bappenheim.
Matthæus Beroaldus.
Matthæus Oporinus.
Matthæus Palmerius.
Matthias Flacius Illyricus.
Martinus Cromerus.
Merlinus Cocaius.
Michaël Augustus VVirtembergicus.
Michaël Beutherus.
Michaël Glycas Siculus.
Monachus Paduanus.
M. Tullius Cicero.

N.

NIcephoras Gregoras.
Nic. Baselius. Hirsaug. Monachus
Nicolaus Mameranus Lucenburgēsis.
Nicolaus Reusnerus.
Nicolaus Vignierius.

O.

OLympia Fuluia morata.
Onuphrius Panuinius.
Osualdus Gabelcouerus D.

P.

PAduanus Historicus.
Pandulphus Collenutius.
Paulus AEmylius Veronensis.
Paulus Eberus.
Paulus Iouius.
Paulus Langus.
Paulus Volcius.
Petrus Bombus.
Petrus Crinitus.
Petrus de Natalibus.
Petrus de Vineis.
Petrus Gnodalius.
Petrus Lindenbergius.
Philippus Callimachus.
Pindarus.
Plutarchus.
Poggius Florentinus.
Pythagoras.

R.

RAuenspurgens. Annales.
Realdus Columbus.
Reinerus Reineccius.
Ritualis liber Rom. Ecclesiæ.
Rodolphus Agricola.

S.

SEbastianus Brandus.
Sebastianus Francus.
Siffridus, Presbyter Misnensis.
Simon Fornarius.
Simon Lamparter.
Simon Schardius Iurisc.

T.

TErentius.
Thucydides.

V.

VArinus Fauorius Camers.
Vicentius Obsopœus.
Vlpianus in Demosthenem.

VV.

VViguleius Hundius.
VVolfgangus Iobstius.
VVolfgangus Lazius.

X.

Xenophon.

Z.

Zacharias Riuander.

MARTI-

MARTINI CRVSII. GRÆCÆ ET LATINÆ LINGVÆ IN ACADEMIA TYBINGENSI PROFESSORIS, ANNALIVM SVEVICORVM, IN TERTIA PARTE LIBER PRIMVS.

Inceptus 4. Iun. 1591. σὺν θεῷ.

Imperium hoc libro describitur Friderici 2. Sueui: quid fecerit, quid passus sit, in Italia præsertim: æquissimis videlicet Pontificibus Rom. erga se vsus. De filijs eius, Regibus Henrico & Conrado. Sacræ in Palæstinam expeditiones. Monasteria aliquot, priora & recentiora. Priuilegia, & alia multa quæ singulorum capitum argumentis aliquatenus indicantur.

EXCITATIO PAPALIS AD RECVPERATIONEM PALÆSTINÆ.

Vicesimus sextus Imp. occident. Fridericus II. Sueuus. Othonis & Friderici inter se bellum. Priuilegia aliquot Monasterijs à Friderico data. Palatinatus Rheni, Bauaris concessus. Incrementa Friderici contra Othonem. Confirmatio Monasterij Lorchensis. Ciuitas Eslinga, Ἰαχιστεῖσα. Sigefridus Ilsungus. Conradus Marpurgensis, Hæreticorum persecutor.

CAPVT I.

ANNO 1213. Papa Innocentius literas in Germaniam, & aliò, misit: excitans Proceres ad expeditionem orientalem contra Saracenos: vt necessitatibus scilicet terræ sanctæ succurreretur. An nescitis (inquit) apud illos multa millia Christianorum, in seruitute ac carcere detineri: qui tormentis innumeris cruciantur? Nuper in monte Thabor munitionem quandam, in confusionem Christiani nominis erexerunt. Nos de Dei omnipotentis misericordia, & auctoritate B. Apostolorum Petri & Pauli confisi: ex illa, quam nobis Deus, licet indignis, ligandi atq; soluendi potestatem tradidit: omnibus, qui laborem hunc proprijs personis subierint, & expensis: plenam suorum peccatorum, si cordis & oris egerint pœnitentiam, veniam indulgemus: & in retributione iustorum salutis æternæ pollicemur augmentum, &c. Plenam Bullam reperies apud Vrspergensem. Exhortatio P. Innocentij ad S. bellum repetendum.

Hoc anno Friderici & Principum conuentus (teste Tritenhem) Aquisgrani celebris fuit ad Festum S. Iacobi. Ibi ipse concordibus sententijs, Rex Rom. appellatus est: & in sede Regni collocatus. Ibi quoq; cum alijs multis signum crucis accepit aduersus Saracenos (quos Græci appellant potius Agarenos) eam crucem prædicante Magistro Conrado Decano: qui postea factus est Episcopus in Saxonia Hildesheimensis.

Ita fuit XXVI. IMP. CÆS. FRIDERICVS II. ROGERIVS, P. F. Aug. qui imperauit vsq; ad 1250. annum Christi. Fauebat quidem ei Papa, vt aliquis putasset: sed clàm oderat ipsum: sciens, genus Sueuicum fuisse Romanæ Ecclesiæ iam diu perquam damnosum. Fuit Fridericus hic suo tempore potentissimus Imperator: Germaniæ, Italiæ, Siciliæ, Sardiniæ, & Hierosolymæ. Amator idem formosissimarum puellarum, aucupijq; falconici. Frider. II. Imp. Occid. 26.

Simo Montefortensis, Albios strauit: Rege Tarraconensi, qui eis auxilio venerat, occiso: cuius filiam in matrimonio Cæsar Fridericus habuit. Otho, Monasteriensis Episcopus, Coloniæ à quibusdam Friderico studentibus capitur: huius iussu, Verdenæ vinculis mancipatur. Sequenti tempore, liberatus.

Cometa. Anno 1214. pridie nonas Mart. stella crinita apparuit.

Otho, à Francorum Rege victus. Otho, auxilijs Anglicis, & Ducis Brabantini Henrici, comitisq; Flandriæ Ferrandi, vtens cùm Geldrienſis comitis regionem vaſtaſſet: prælium cum Rege Franciæ commiſit 26. die Iulij. Ibi, ſuperatus apud Tornacum, vix euaſit: equo, qui caput ictus fuerat, eum eripiente, captus fuit comes Flandriæ, comes Teckenburgenſis Otho, & alij. Friderico autem Francus Rex Philippus ſtudebat.

Friderici & Othonis inter ſe bellum. Is Fridericus cum validiſſimo exercitu Moſellam tranſgreſſus, ſuo terrore omnem nobilitatem illius terræ ad obedientiam ſui compulit. Mosâ deinde tranſita: Henricum, Ducem Brabantiæ, bello petere ſtatuit. Sed is celeri aduentu eius territus ſupplex factus, fidem ei ſuam iureiurando obſtrinxit: filio, cum multis nobilibus obſide dato: & ſic Othone relicto. Tritenhem. Othonis fautores (inter quos comites, Burckardus Mansfeldenſis, Fridericus Beichlingenſis, Ludouicus Stolbergenſis: alijque Hercyniæ ſyluæ accolæ) priore anno VVeiſſenſeham impetiuêre: ſed ab exercitu Landgrauij Hermanni, die S. Nicolai victi ſunt. Capti, Beichlingenſis, Stolbergenſis, alijq;. Qui vbi ſe redemerunt: Cæſari Frid. 1214. reconciliati ſunt: cui deinceps omnem fidem præſtiterunt: ſecuti eum & ad Comitia Auguſtã, & ad conuentũ Egram. Spangenberg. Eidẽ quoq; Friderico, Miſniæ Marchio Theodoricus, itemq; Lipſenſes (de quibus, poſterius) ſe adiunxerunt.

Eremitanis apud Nariſcos priuilegium datum à Friderico. Hermannus, Eremitani in Nariſcis cœnobij Abbas. priuilegium accepit à R. Friderico 2. in Egrana ciuitate datum (teſte Bruſchio) per manum Caroli Metenſis & Spirenſis Epiſcopi, & ſupremi Imperialis Aulæ cancellarij.

Ibi teſtes allegantur hi:

Albertus, Archiepiſcopus Magdeburgenſis. Otho, Epiſcopus Herbipolenſis. Engelhardus, Naumburgenſis. Conradus quondã Halberſtadenſis. Hermannus, Landgrauius Turingiæ. Theodoricus, Miſnenſis & Orientalis Marchio. Otho, Dux de Meran. Adolphus, Comes de Schaumburg. Albertus, Comes de Eberſtain Henricus, Comes de Schvvarzburg. Fridericus, Comes de Vilseck. Bichelingen. Burcardus, Comes de Mansfeld. Erneſtus, Comes de Vilseck. Et quidam Miniſterialis de Egra.

Accepit idem Abbas eodem anno, ab eodem Cæſare, aliud priuilegium, Egræ 12. Calen. Decembr. datum: in quo teſtes citati, Otho Dux de Meran: Gebhardus, Landgrauius Leuchtenburgenſis. Etiam tertiam accepit 1219. in eodem oppido, 14. Cal. Decemb.

Citizenſe Monaſt. Eodem 1214. anno, Fridericus priuilegium Confirmationis dedit Monaſterio Citizenſi (ad inſtantiam Alberti, tunc Abbatis) de XL. agris in monte Zanzi: quos Monaſterio contulerat Theodoricus Marchio Miſnenſis & Orientalis, pro remedio animæ ſuæ. Paul. Lang. Chronico Citizenſi. Fuit tunc Indictio 2.

Entringen. Hoc tempore Liberi ab Entringen, Sueui, erant: ex quibus poſtea Berengarius, Spiræ Epiſcopus anno 1220.

VVolfius Petrus. Obijt hoc 1214. anno die Lunæ poſt Sim. & Iudæ, Petrus VVolfius de Thala, auratus eques.

Tranſubſtantiatio in Cœna Domini. Anno 1215. Innocentij P. iuſſu, concilium vniuerſale habitum eſt Romæ in Laterano: vbi confirmata eſt Tranſubſtantiatio (μετουσίωσις) in S. cœna Domini, à Papienſi Lancfranco introducta: vbi etiam decretum eſt & factum de Hæreticis excommunicandis & per magiſtratus extirpandis. Interfuêre Patriarchæ, Conſtantinopolit. & Hieroſolymitanus: legati Impp. Conſtantinopolitani & Othonis: Legati Regum Friderici Siciliæ & Rom. Franci, Angli, Cypri, & aliorum: multi principes, multæ ciuitates. Innocentij iuſſu, iterum prædicabatur crux per Germaniam,

Cruciata, denuò prædicata. Hieroſolymæ recuperandæ causâ: declamatoribus vbiq; proſuggeſtu, homines ad rem tam piam excitantibus. Aſſumpta quidem eſt crucis teſſera Friderico: ſed ipſe à proficiſcendo, multis impedimentis diu euocatus eſt. Dedêre nomen huic militiæ multi etiam Eccleſiæ Antiſtites: Theodoricus Treuirorum, Theodoricus Colonienſium, Sifridus Moguntinorum. Leodienſis, Herbipolenſis, Bapenbergenſis, Patauienſis, Aichſtetenſis, Argentinenſis. Viri deinde illuſtres. Principes, Marchio Badenſis, Bauariæ Dux Ludouicus, Lupoldus Auſtriæ, Henr. Brabantiæ, alij Comites, Tubing. Palat. Montenſis comes, Naſſouienſis, Feldenſis, Spanheimenſis, alijq;. Multi denique ex Italia, Francia, Anglia. Imperator omnium deſignatus, Vngariæ Rex Andreas. Vrſperg. Trit & Heroldus.

Palatinatus Rheni, Bauaro Lud. conceſſus. Ludouicus Boiariæ Rector (ſcribente lib. 7. Auentino) à Friderico Rhenanum Ducatum, quem Palas vocant, acceperat. Quippe pietate omni Cæſari ſatisfecerat: & ob merita patri Henrico, & auo Friderico præſtita, ad tantum euectus fuit principatum. Ab eo tempore hactenus Boiaria oriundi, Rheno potiuntur.

Multùm

Multùm incommodauerat Otho Magdeburgensi Archiepiscopo Alberto. Ideo à Friderico huic succursum est: veniente Hammerslebam, Gerenrodam, Quedlinburgum. Otho Brunsvigam concessit. Ad Fridericum ab eo Brandenburgensis Marchio Otho, & Anhaltinus Comes Henricus, transierunt. Erepta quoq; à Friderico est Stasfurda Ducis Saxoniæ Alberto Othoniano, destructa, & Archiepiscopo donata. Lipsenses idem postea, qui à Principe suo Misnensi, iam Friderici amico, Theodorico defciuerant, domuit: muroq; destructo, tres arces inædificauit: vnam, vbi postea Minoritæ: alteram, vbi Paulini: tertiam, quæ adhuc est. Chronic. Misnens.

Friderici contra Othonem incrementa.

Lipsia.

Trifelsum etiam & Landskronam, quæ cum Othone senserant, cepit Fridericus anno 1215. Krantz. 7. Sax. 35.

Trifels.

Eodem anno Fridericus Coloniam est ingressus (quam pacifica oratione Treuerensis Archimysta Theodoricus, illi conciliauerat) & cum magno honore susceptus est. Vbi ipse, ciuitate in fidem suam deuincta, septem dies mansit. Tritenh.

Hirsaugiensis Abbas Luitfridus, confirmationem omnium priuilegiorum suorum, à Regibus & Imperatoribus olim collatorum, à R. Friderico impetrauit, cum vlterioribus etiam indultis. Datæ sunt ea literæ Hagenoæ, anno 1215. Dominicæ incarnationis, 8. idus Iulij, Indict. 3. vt apud eundem Trit. est.

Hirsaug. cœnobij confirmatio.

Cœnobij Lorchensis confirmatio, & amplificatio.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Fridericus II. Dei gratiâ Roman. Rex semper Augustus, & Rex Siciliæ, ad æternæ vitæ felicitatem, & temporalis Regni nostri incrementum, nobis credimus proficere, si Ecclesijs Dei optatam prouidere curauerimus quietem, & circa commodum earum curam & operam impenderimus diligentem. Ea propter vniuersis Imperij fidelibus tam præsentis æui, quam futuri, duximus declarandum, quòd nos cœnobium de LORCHE, à progenitoribus nostris in honore perpetuo Dei genitricis & virginis Mariæ feliciter fundatum, ac de proprijs ipsorum prædijs donatum, sub nostræ maiestatis, cum personis Domino illic famulantibus, & cum vniuersis bonis suis mobilibus & immobilibus, vbicunque constitutis, nec non cum mancipijs vtriusque sexus, specialem recepimus protectionem. Confirmantes eidem Monasterio, quæcunque bona in præsentiarum legitimè possidet, vel in posterum, præstante Domino, iustis modis poterit adipisci. Ad hæc, visis & diligenter inspectis progenitorum nostrorum priuilegijs Friderici Ducis, eiusdem loci primi fundatoris. Conradi Regis. Friderici Imperatoris, aui nostri, ad imitationem eorundem, de prædicti cœnobij profectibus solliciti semper esse cupientes, tam ipsius montis, in quo Monasterium situm est, quam etiam omnium bonorum suorum, longè vel propè constitutorum, aduocatiam ab hodie in antea, in nostram, & hæredum nostrorum accipimus potestatem, volentes eam totam & integram nostro & hæredum nostrorum dominio esse subiectam. ad honorem & reuerentiam virginis intemeratæ, statuentes, & firmiter præcipientes, vt nulla vnquam persona, humilis vel alta, Ecclesiastica siue secularis, audeat se intromittere de prædicta aduocatia, vel eius pertinentijs, aut ipsam vel in parte, vel in toto, de nostra vel hæredum nostrorum potestate vnquam aliqua calliditate alienare. Quod qui facere præsumpserit, iram omnipotentis Dei, & nostræ sublimitatis grauem offensam se nouerit incurrisse, atque in vindictam sui reatus mille libras auri examinati componat. dimidium Cameræ nostræ, reliquum passis iniuriam persoluendum. Ad huius etiam facti nostri robur perpetuum, præsens exinde priuilegium conscriptum, sigilli nostri charactere iussimus communiri.

Lorchensium priuilegium confirmans datum.

Stauffenses, ius Monasterij Aduocati.

Huius rei testes sunt:

Conradus, Ratisponensis Episcopus. Sifridus, Augustensis Episcopus. Hartwicus, Eistetensis Episcopus. Cono, Elwacensis Abbas. Comes Albertus de Euerstein. Rudolfus, Palatinus comes de Tuuingen. Comes Vlricus de Helfanstein. Comes Egeno de Vrach, & filius suus. Anselmus, Marscalcus de Iustingen. Bertoldus de Druchpurg. Albertus de Stincelingen. (al. Stuzzilingen.) Bertoldus de Bundelach. Dieto de Rauenspurc. Berengerus de Rauenstein. Euerhardus Dapifer de Tanne. Conradus de Tanne. Conradus & Bernoldus de Stouphen. Et alij quam plures.

Eberstein. Vrach. Iustingen. Tanne.

SIGNVM DOMINI FRIDERICI SECVNDI, ROMANORVM Regis inuictissimi, & Regis Siciliæ.



Acta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis. millesimo. CC. XV. Indictionis. III. Regnante Domino Friderico Romanorum Rege glorioso, & Rege Siciliæ. anno Regni eius tertio. Datum apud VLMAM. XIII. Kal. Iulij.

Postea tamen 1291. *anno, genere Hohenstauffensi extincto, ipsi Lorchenses Aduocatum sibi præfecerunt VVirtembergensem Comitem Eberhardum.*

Esselinga, muro cincta. Sic & Reutlinga.

Idem Fridericus Esselingam, ciuitatem fecit, muro circundans hoc 1215. *anno: tribus miliaribus à Tybinga distantem, ad flumen Nicrum sitam. Eò descendentibus hinc, pagi occurrunt hoc ordine: Luschnauia, VValtorffum, Hæslach, Schlaittorffum, medio itinere Aicha, deinde Neuhusa, Nellinga: postquam est Esselinga. Alibi,* 1220. *murum eius factum reperi. Sic Reutlingæ quoq; Gamundiæ, Hailpruninæ.*

Aduocatia Cellæ Ratholfi, ab Alberto Duce Teccensi, pro 96. libris monetæ Constantiensis, in manus Friderici de Fridingen venerat. Sed An. 1215. *Henricus Abbas redemit: & loco eius dicto Duci, ac filijs eius Aduocatiam in Richlishusen dedit.*

Viuebat circa hoc tempus Conradus, Comes Oetingensis: cui nupta fuit Domina Agnes, Burggrauia Noribergensis, ex familia Marchionum Solvvedeliorum: cuius Agnetis mater, Comes VVirtembergica fuisse dicitur.

Ilsungus Seifridus.

Eodem 1215. *anno (teste Gassaro, & Marco Henningo) Sigefridus Ilsungus, patricius Augustburgensis sibi & vxori Felckyvinæ, monumentum cum lapide, in cœmeterio Templi S. crucis, in sacello S. Othmari, faciendum curauit.* Diß iſt in der Kirch bey den München zum H. Creutz/darinn S. Othmars Capell jetzo verblcibt/noch zu ſehen.

VVengense cœnobium.

Hoc tempore, VVengense Vlmensium cœnobiũ, de monte S. Michaelis, in insulam Blaui amnis translatũ est: viuente Sibothone, comite de Albeck, Monasterij Aduocato. Vide 2. part. lib 11. c. 13.

Albeck. Inquisitor hæreticæ prauitatis.

Frater Conradus de Marpurg, ordinis Prædicatorum, Inquisitor hæreticæ prauitatis Apostolicus, comburebat quosuis vtriusq; sexus, quos ferrum candens inter portãdum vsisset, tanquam hæreticos. Fuerunt autem, qui crederent (inquit Tritenh.) eum plures innocentes damnauisse: propterea, quòd candens ferrum nullum reperisset immunem: etiamsi nullius hæresis maculâ vnquam infectus extitisset. Ideo postea 1233. *anno, à quibusdam nobilibus, non procul Marpurgo, pro cane rabido fuit occisus.*

COMITIA NORIBERGÆ. SELESTADIVM OPPIDVM. ABBAS HIRsaugiæ, Eberhard. VVormacia, Episc. subiecta, Imp. Othonis mors. Teutonici crucigeri. Sacra expeditio in Syriam quinta, eaq; irrita. Vltimi Zæringensis Ducis Berchtoldi obitus. Stemma Fyrstenbergens. & Friburgens. comitum. Bernensis ac Tigurinæ vrbis, & Ducatus Sueuiæ, fortuna. Priuileg. Patauiensis Episc. à Frid. Rege. Parentatio Tubingens. Palat. comitum, Bebenhusæ. Comites de Albeck.

CAPVT II.

Comitia Noribergæ.

ANno 1216 *circa Febr. (al. circa initium Maij) concilium Imperij solenne celebratum Noribergæ est, Cæsaris & Principum, Vbi tunc præstò fuisse scribit Auentinus:*

Regulos, *Ludouicum Vindelicorum id est, Bauarorum. Luitpoldum Noricorum, Styriorum Bernhardum Charionum, Charinthiorum. Othonem Dalmatiæ.*

Pontifices, *Sigefrid. Mogunt. Eckbert. Bambergens. Sigefrid. Augustan. Hainr. Basilien sem. Conradum Mediomatricum atq; Nemetum. Vlricum Bathauensem.*

Officia-

Officiales. *Anshelmum à Iusting, Magistrum equitum. VValtherum Pincernam. Theodonem Camerarium. VValtherum à Danberg.*

Papa Innocentius 17. Cal. Aug. obijt Perusiæ: cui successit Honorius 3 antea Centius dictus. Confirmauit is ordinem Prædicatorum & Minoritarum, Triten.

Seleſtadium, Alsatiæ iuxta amnem Illum ciuitas, muro circundatum est à VVulfelino, Cæsaris Friderici 2. Vicario (ἐπαρχίαν) vbi olim Hiltegarda Sueua Stauffensis Templum ædificarat, figuram habens S. Sepulcri. VVolfg. Iobstius Theatro vrb. *Seleſtadium.*

Eodem 1216. Christi 4. idus Nouemb. (teste Paulo Langio) Frid. R. dedit Monasterio Citizensi priuilegiũ confirmationis de parochia in Crisvviz: quam iampridem cœnobio contulerat.

Testes ibi ponuntur:

Theodoricus, Marchio Misnensis & Orientalis. Otho, Dux Morauiæ. Henricus, Comes de Orlemunde. Ludouicus, comes de VVirtenberg. Hartmannus, comes de Kyburg. *VVirtemberg. Ludouicus.*

Hirsaugiæ Abbas Lutfridus senio & morbo correptus, April. 5. dormiuit, rebus sat benè gestis. Huic substitutus est XXIII. Abbas EVERHARDVS, Monachus huius conuentus professus, scientia & moribus clarus. Qui fuit ex Sueuia oriundus, nobilibus parentibus procreatus: & à puero bonas artes didicerat. Prudentia & consilio valuit: sermone tã Latino, quam Germanico, disertus: innata quadam autoritate reuerendus: & totus obseruantiæ regulari intentus. Gratiosus apud Fridericum, Ducem Sueuiæ, & alios Principes fuit: ac sæpe consilijs eorum interfuit. Idem anno VII. regiminis sui, confirmationem priuilegiorum Monasterij cum ampliori etiam gratia à Friderico Imp. nactus est: & in contentione cum Episcopo Augustano, de libertatibus Præposituræ suæ Rhotensis, victor extitit: cùm præpositus non huic Abbati suo, sed illi Episcopo immediatè subesse vellet. Præfuit A. 15. M. 8. D. 20. Iurium Monasterij strenuus defensor. Trit. *Hirsaug. Abbates.*

Anno 1217. tepescentibus Prædicatoribus expeditionis Hierosolymitanæ: quod interuenisset Innocentij P. mors: Halberstatensis Episcopus & Conradus de Marburg, atq; Magister Salomon Herbipolensis, eam vrgebant: sed in primis, Honorius Papa: vt sub cuius Pontificatu Hierosolymam receptum iri, à quodam Sancto apparente prædictum fuisset. Vrsperg.

Henricus 2. comes Sarbruckensis, Episcopus VVormatiæ factus est. Hic seditione laborantem ciuitatem compescuit: &, dirutâ Curia Senatoria, consensu Friderici 2. Imp. totam suæ iurisdictioni subiecit. Brusch. *VVormacienſis. Episcopus Henricus.*

Imp. Otho obijt Brunsuigæ 1217. vt Misnens. Presbyter Siffridus ait: vt verò Albertus Stadensis, 1218. qui eum in castro Hartesburg, 14. Calend. Iun. obijsse scribit: tanta animi sui contritione: vt à coquinarijs collum suum conculcari præciperet. Absolutum autem ait à Sigfrido, Hildesbaimensi Episcopo: quam absolutionem, confirmatam esse à Pont. Gregorio. Iacêre Brunsuigæ sepultum. Insignia Imperij, testamento reliquit Friderico. Vxores habuit sed sine prole. 1. Mariam, Ducis Brabantiæ filiam. 2. Beatricem Sueuam, Philippi R. filiam. 3. Ioannis Brandeburgici filiam Mathildem. *Othonis Imp. mors.*

Erat Gertrudis Alemanna (Berchtoldi Meraniæ Ducis, filia: Eckenbertiq; Babenberg. Episcopi, soror) Regis Vngariæ Andreæ hoc tempore vxor. Ea postea tragicum sortita exitum est. Namq; viro absente, à Banckbano, viro nobili, confossa est: quod fratri suo, vxorem eius corrumpendam tradidisset. Bonfin. Decad. 2. lib. 7. Brusch. verò lib. 2. de Patauia, ita de hac Gertrude scribit: vt ei iniuria à Bonfine facta videatur. *Gertrudis Alemanna, Vngariæ Regina.*

Teutonicus cruciferorum ordo, concessu Cæs. Friderici, primum ingressus est Borussiam: à Conrado inuitatus, Duce Masouiæ, contra Prutenos, ipsum grauiter oppugnantes: eosq; paulatim sibi subiecit. Func. *Teutonici Cruciferi.*

Anno 1218. Conradus, comes Halensis & VVasserburgius, cùm cælebs adhuc, nomen suum ad sacram expeditionem professus esset: arcem & ditionem Vtechtestainensem, Episcopo Vlrico & collegio Patauiensi, mille Marcis tradidit: conditione, si quid humanitus sibi accidisset, prole masculâ destituto. Si verò incolumis rediret: ius haberet ditionis redimẽdæ: suâ tamen sibi pecunia: nõ alienâ alicui alij, in fraudem Episcopatus: additis etiam quibusdam alijs conditionibus: quæ literis Friderici Cæsaris expressæ sunt. Testes, post multos Episcopos: Ludouicus, Palatinus Rheni, Bauariæ Dux. Theobaldus, Dux Lotharingiæ. Rapoto, Palatinus Bauariæ. Heinricus comes de Ortenberch. Burchardus, comes de Mansfeld, &c. Datum apud Nurnberg, 2. Kalen. Nouemb. anno 1218. VVigul. Hund. 1. part. Geneal. Bauar. *Halensis & VVasserburgius Comes Conradus.*

Expeditio sacra quinta.

Expeditio hæc, quia in concilio generali decreta, procedebat initiò: multis, de partibus Alemanniæ proficiscentibus, mense Iulio. A pergendo verò, in ciuitatibus Apuliæ (vt Vrsperg. notat) impediebantur: voto eorum, autoritate sedis Apostolicæ dilato. Sequenti tempore (vt rem paucis expediam) peregrinatio processit in qua, multi illustres viri: cum quibus & Ludouicus, Comes Oetingensis. Ceperunt, ex Syria in Ægyptum transgressi (1219. vt Stadensis habet) vrbem Damiatam (olim, Pelusium) sed, aquis Nili à Soldano Meledino in nostros immissis, reddere coacti sunt. Perierant antea ibi, corruente turri lignea, quæ nauibus superstructa steterat oppugnandi causa, multi viri fortissimi: inter quos erat nobilis Henricus de Busmannehusen, & N. de Hosteten, Vrsperg test. Pactis inducijs, ne frater quoq; Meledini octo annis contrà faceret Corradinus, Damasci Princeps: miserum expeditio exitum habuit: nostris frustrà, post tot labores exantlatos reuerentibus. Laudanda verò, Meledini humanitas: qui tenuiores viatico & commeatu iuuit: Principes verò magnificè muneravit, 1221. anno. Hosti scilicet cedenti pontes auro strauit, vt illis citò liberaretur. Cùm autem incolumes in Syriam remeassent: postea in patriam nauigarunt. Descripsit copiosè rem Ioannes Heroldus, continuat. belli S. lib. 3. cap. 3. & sequentibus. Rex Fridericus, conuentu Erfordiæ 1218. celebrato, in Imperio confirmatur: Stadens.

Damiata.

Exitus expeditionis illius infelix.

Zæring. Ducis Berchtoldi mors.

Vitâ hoc anno excessit Berchtoldus V. Dux Zæringensis, sine filijs. Itaq; defecit in eo hæc stirps. Ait Friburg. Brisgoiæ Chronicon, M. Scr. ipsum Friburgi in nouo choro sepultum esse: addens, Duces Zæringiæ imperasse illis in partibus An. 100. & in Sueuia An. 20. Fuit ille magnæ staturæ Princeps (3. Munster. 266.) testantibus id indumentis eius ferreis, in armamentario Bernensium asseruatis. Ait Frater Felix Fabri, illum tantopere appetiuisse carnes humanas: vt ideo seruos quoq; suos occidi, & sibi coqui, mandauerit. Felix Malleolus ait, cum fuisse Ducem & consiliarium Friderico I. adscitum: propterea quod hic quondam insidias quorundam Principum fugiens ex vrbe Moguntia, cum tribus nobilibus, ab eo comiter exceptus & habitus in Brisgoia prope Friburgum fuerit non ei notus, donec ad oppidum Villingam tendens, ipso Berchtoldo comitante, ab Aulicis proceribus, tanquam Cæsar summissè & reuerenter exceptus, & Rotvvilam versus ductus, fuerit. Tunc Ducem, ex equo in terram delapsum, veniam ignorantiæ suæ petijsse suppliciter. Ex eo tempore, Friderico charissimum fuisse. Idem verò, cùm in alterum seculum transijsset: venerunt regiones eius, duabus ipsius sororibus, Agneti & Annæ. Nupserat illa, Vracensi & Fyrstenbergio Comiti Egoni, vel Egenoni, cum barba: hæc verò, Kyburgensi Comiti VVernhero. Bona igitur Berchtoldi Brisgoica, & Nigræ syluæ, Egoni obtigerunt: (al. Comitibus Friburgensibus & Vracensibus) Heluetica verò Burgundia (Friburgum Vchtland: æ, Burgdorff, Thun, &c.) VVernhero. (al. Landgrauijs Kyburgensibus.) Egon autem, ex Agnete genuit Egonem 2. Hic, ex Adelhaide filia comitis de Neiffen, Conradum: Conradus ex Sophia Zollerensi, Egonem 3. Egon ex Catharina Liechtenbergia, Conradum 2. Conradus, Fridericum & Egonem 4. Fridericus, ex comitissa Susenbergia, Claram, nuptam Gottefrido Tubingensi. Egon, ex Verena VVelschen-Neyvenburgensi, Ioannem 3. Munst. 367.

Sorores eius.

Fyrstemberg. & Friburgenses comites.

Alibi hanc generis seriem reperio.

1. Egon barbatus, comes Vracen. & Furstenbergensis. Vxor, Agnes Dux Zaringia. Nominatus est ipse, & posteri eius, titulo comitum Friburgensium: aut etiam ipse, primus comes. Nam ab vxore acceperat bona Brisgoiæ.

2. Conradus, comes Friburgensis: & Egon, comes Fyrstembergensis.

3. Ex Conrado, & Sophia Zollerensi, Egon Friburgensis, atq; Henricus Neyvenburgensis & Oberbadensis, comites.

4. Ex Egone, & Niffensi Adelhaita, Egon, comes Friburgensis. vx. Catharina Liechtenberg.

5. Conradus comes Friburg. Humatus Friburgi, in prædicatorio choro ante altare. Vxores eius, prima, Dux Lotharingica: altera, Baronissa Anna Signouiensis: quæ, Conrado mortuo, Duci Teccensi Hermanno nupsit.

6. Fridericus & Egon. Friderici vxor, comes quædam Susenbergia, Anna: & post eam, Montsega de Montfoy.

7. Friderici filia, clara Friburgensis, comiti Tybingensi Gottefrido (Gæzzoni) nupta. Egon à Friburgensib. ciuibus expulsus est: & arx Friburgum, destructa. Pro qua satisfecerunt ei, ementes Badenvvileram 20000. Marcis argenti, eiq; tradentes. Sepultus est Badenvvileræ. Coniugem habuit Verenam VVelschen Neyvenburgensem. Hinc natus fuit Ioannes, Friburg. Comes, qui vxorem habuit Samitissam Burgundam de S. Georgio. Defecit in eo genus hoc: ipsaq; Rutelensi

comitis

comiti nupsit. Ex schedis, ab ornatissimo viro Felice VVelpero, Liechteneciæ illustrium Tybingen. comitum arcis Præfecto, ad me missis.

Nata fuerat ante 1218. annum Berna Heluetiorum, iura ciuitatis, per Sueuos: Henricum VI. Philippum II. & Fridericum II. cui illam Berchtoldus vltimus, Berchtoldi conditoris filius, dederat: vt esset posthac Imperialis ciuitas. Stumpf. Berna.

Imperialis præfectura Tiguri, & agri Tigurensis (3. Munst. 56.) mansit penes Principes Zæringenses, vsq; ad annum salutis 1218. quo mortuus est Berchtoldus V. & vltimus huius generis. Titulus eorum antehac fuit: Conradus, vel Berchtoldus, de Zæringen Dux, & Rector Burgundiæ: Dei & Imperatorum gratiâ Iudex constitutus & Aduocatus in omne Turegum, Imperialem Iurisdictionem habens. Tigurum.

Eo tempore, Frid. Cæsar in tutelam Imperij recepit Tigurinos: ac multa collegiorum priuilegia, inter quæ Senatum eligendi, quod antea penes collegia fuerat, ad ciues transtulit (Iosia Simlero lib. 1. de Rep. Heluet. teste) ac sequenti tempore statuit: ne vrbem liceret vnquam ab Imperio abalienare: Nam & primo & secundo Friderico, fideliter adhæserant Tigurini contra Rom. Pontif. Friderici etiam tempore, vrbem fossa vallo q; muniuerunt. Propter eundem quoq; à Papa excommunicati fuêre. Quondam autem à Francicis Regibus sub quibus tunc Tigurum erat, Collegia Ecclesiastica duo fuerunt instituta (ἐπωνυμίᾳ Gesiftt) vnum virorum, alterum fœminarum: penes quæ maxima ex parte imperium vrbis fuit. Frider. verò II. voluit Tigurinos esse in posterum ita immunes (3. Munst. 56.) vt nemini, nisi Imperio, subiecti essent. Sic & Ducatum Sueuiæ, qui olim Frid. Hohenstauffensi ab Henr. 4. concessus fuerat, rursus Imperio incorporauit: licet Conradinus circa 1262. Domini, vsurpauerit rursus Titulum Ducis Sueuiæ, de quo ei contradicebatur. Hæc, ex sententia Simleri & Munsteri. Sed non videtur D. Oswaldo Gabele. verisimile: Frider. ita prudentem Principem, Ducatum Sueuiæ, patrimonium suum, cùm liberis non careret incorporasse puperio. Nam etiam filios & nepotes eius, illo vsq; ad Conradum vltimum vsos esse. Tigurini, in tutela Imperij. Ducatus Sueuiæ Imperio attributus.

PRIVILEGIVM VDALRICI II. EPISCOPI XLV. PATAVIENSIS (QVI fuit comes, à Dieshaim, Dietoboldi Comitis, ex Giselæ Comitissa Bergensi, vel Vohenburgensi, filius: germanus frater Othonis 2. Frisingensis Episc. Canonicus Patauiensis, & Ducum Austriæ Protonotarius (cp priuilegium consecutus est à Frid. II. sub aureo sigillo, anno 1218. in quo inuestitur Episcopus vexillari, vt vocant, feudo, Regalis cœnobij Sanctimonialium in Nidernburg. Bruschius lib. 2. de Patauia.

Fridericus II. diuina fauente clementia, Romanorum Rex semper Augustus, Rex Siciliæ. Votis fidelium nostrorum, præsertim quæ ad manifestos Ecclesiarum vsus cedere videntur, de consueta Regiæ serenitatis munificentia, pium semper fauorem volentes impendere: præsentis Scripti certitudine, ad notitiam præsentis æui, atq; ad memoriam futuræ posteritatis, volumus venire: quòd ad instantiam & obnixas preces dilecti ac fidelis principis nostri, Vdalrici Patauiensis Episcopi (quem in obsequijs nostris, ac sacri Imperij, iamdudum, nõ tantummodo inuenimus deuotum: verùm etiam in fidelitatis suæ fauore credimus, imò non dubitamus, constantem, vt in antea, permansurum) ad recognitionem laudabilium meritorum suorum, quoddam feudum, quod de cambio, antiquitus inter Imperium, & Cathedralem Ecclesiam Patauiensem, de Regali tunc cœnobio Sanctimonialium intemeratæ virginis, & Dei genitricis Mariæ facto, tunc cessit Imperio: quod feudũ tunc vexilli, vulgò Fahnlehen appellatum, illustris quondam Otho Dux Bauariæ ab Imperio dignoscitur assecutus: hoc idem feudum, dilectus consanguineus & fidelis noster, illustris Ludouicus Palatinus, Comes Rheni, & Dux Bauariæ, ad preces nostras, in manus Regiæ celsitudinis voluntariè resignauit: nos q; illud incontinenti, præfato Vlrico Patauiensi Episcopo, & suæ Ecclesiæ, liberaliter dignitati sumus conferre & confirmare. Ipse autem Episcopus sollicitè procurans Ecclesiæ suæ vtilitatem: ipsum feudum statim titulo legalis successionis contulit præfato Duci Bauariæ: ab ipso Episcopo, & suis successoribus, non ab Imperio, ratione feudi de cætero recipiendum & possidendum. Vt itaq; hæc apud posteros inconuulsa permaneant, & perpeti firmitudine obseruentur hoc priuilegium, ob dilectionis euidentiam, memorato Episcopo, suæq; Ecclesiæ, indulsimus: sigillo aureo Maiestratis nostræ roboratum: Patauiensis Episcopi priuilegium.

Testes sunt:

Sigefridus, S. Moguntinæ sedis Archiepiscop. Eccenbertus Bapenbergensis, Sifridus Augustensis, Henr. Basiliensis, Episc. Leopoldus, Dux Austriæ & Styriæ. Bernhard. Dux Carinthiæ. Otho, Dux Meraniæ. Henricus, nobilis de Nyffen. Anshelmus de Iustingen, Marscalcus Imperij. Nissen.

VValtherus de Sipff Pincerna. Diethо Camerarius. Philippus de Bonlandia. Hadmarus de VVesin. Henricus de Londorff. VValtherus de Tannenberg. Otho de Morsbach. Et alij plures. Actum Norembergæ, anno 1218.

Rudolphi, Regis Rom. natiuitas. *Rudolphus, comes Habspurgensis (multis annis pòst, Rom. Rex) natus est 1218. Cal. Maij (al. 27. April.) & leuatus ex S. Baptismate à Friderico 2. deinde in Aula eius educatus.*

Goslaria. *Anno 1219. Rex Fridericus conuentum habuit apud Goslariam, Principibus conuocatis: vbi ei Insignia Imperij præsentata sunt. Stadens.*

Fridericus in Regno confirmatus, negotia Germaniæ ad pacem componit: præparans se, vt sequenti anno Romæ coronetur. Vrsperg.

Ehingen. *Gutbaldus, Sueuus nobilis de Ehingen, anno hoc 1219 in cœnobio Nereshaimio coadiutor Abbati Degenharto factus est. Ambo eodem anno mortui sunt: cùm Abbatiam sponte sua reddidisset Gutbaldus ijs qui eam ei commendauerant. Brusch.*

Tubing. Palatini Rudolfi obitus. *Inclytus comes Palat. Tubingensis Rudolfus, Bebenhusani Monasterij fundator, S. idus April. huius 1219. anni decessit. Sepultus est (vt creditur) ibi in capitulo ante altare S. Ioan. Baptistæ, in primo sepulcro: & in proximè adiuncto, vxor eius Mechtildis, cum duobus pueris.*

De his coniugibus, & alijs post eos Tubingensibus comitibus scribit Abbas & conuentus, rogatus à quodam Tubingensi comite (post 1360. Christi) sequentia, in quadam charta.

Gnediger Herr: nach dem euwer Gnad begert schrifftliche berichtung: Wie viel euwer Gnaden Vorfahren/Pfaltzgrafen von Tübingen/bey vns begraben ligen/vnnd deren namen: lassen wir euwer Gnad wissen: daß wir dieser nachgeschriebnen Herren vnd Frauwen von Tübingen/järlich gedechtnuß haben: vnnd die offentlich verkünden in vnserm Capitel/vnd die begehen nach gewonheit vnsers Ordens.

Tybing. comites, Bebenhusæ sepulti, & celebrati. *Primò fundatoris nostri Monaster. D. Rudolfi, Palat. Tubing. 5. idus April. id est, 9. die April.*

Darnach seiner ehelichen Haußwirtin/Fraw Mechtild/Pfaltzgräfin zu Tübingen/stiffterin vnsers Gotteshauß/idib. Ianuar. id est 13. Ianuarij die.

In lapide eius sepulchrali, intrinsecus scriptum.

Christo commissa sit Mechtildis palatissa:
Per quam fundata constat domus ista beata.
Hæc idus Ianuarij memoratur obisse.
Te rogo per Christum, quicunq; locum teris istum:
Mente Deo præsto fundatricis memor esto.

Item/wirdt järlich bey vns begangen Rudolff (*fort. Hugo.*) Pfaltzgraff zu Tübingen/vnsers Stiffters Sohn/7. idus Ianuar. id est, 7. die Ianuarij.

Item VVilhelmus, nostri fundatoris F. (sic iste ait) 10. Cal. Mart. id est, 20. Februar. Et vxor eius VVillebergis, 4. nonas Iun. id est, 2. die Iuuij.

Item Rudolfus, 16. Cal. Aug. id est, Iul. 17. die. VVilhelmus, 13. Calend. August. id est, 20. Iul. die.

VValdhusa. *Item Rudolfus Palat. (qui Bebenhusanis VValdhusam, non longè distantem inde, dedit) dictus Scherer, 3. idus Maij: id est, 13. die Maij. Obijt Viennæ Austriæ 1277. Vxor eius Adelhaidis: quæ obijt 19. Cal. Septemb. id est, Aug. 14. Sepulta in secundo sepulchro nostri capituli. Deniq; 5 sepulchra nostrorum Dominorum & Dominarum, in eodem capitulo: sed nec numerum, nec nomina ipsorum scimus. His omnibus Deus pacem æternam largiatur.*

Albeccenses comites. *Eodem 1219. anno, Beringerus comes de Albegk (frater VVittigouij, qui VVengensi S. Michaelis Vlmensium cœnobium fundauerat) contulit eidem Monasterio sacellum S. Andreæ in villa Stotzingen: quam collationem Gregorius IX. P. confirmauit. Eiusdem frater, Siboto de Albegk comes, vnà cum filio suo VVittigouio, eidem cœnobio tradidit Ecclesiam S. Martini in Heruelsingen: cum iure patronatus, & alijs huius Ecclesiæ possessionibus immunitatibusq;, eodem 1219. anno: Friderico 2. & Honorio P. ac Sifrido August. Episcopo, eam donationem postea confirmantibus. Brusch.*

Hierosolymæ destructio. *Corradinus Saracenus oppidum Hierosolymam destruit: præter Templum Domini, & Ecclesiam S. Sepulchri: & arcem, quæ Turris Dauidis appellatur. Tritenhem.*

FRIDE-

FRIDERICVS ROMÆ CORONATVR. CONSTITVTIONES EIVS iuridicæ. Oppidi S. Galli conditio. Entringen, & Entringenses liberi. Friderici res gestæ in Apulia & Sicilia. Prædicatio cruciatæ in Palæstinam expeditionis. Rom. Rex, Henricus, Friderici F. Nuptiæ Friderici cum Iola, Hierosolymitana Regina, & earum descriptio. Comites & nobiles aliquot: V Virtembergenses, Kirchbergenses, Cimbrenses, Sulmaisteri. Berna Helvetica. Henrici R. Rom. nuptiæ. Bertholdus Dux Teccensis, Episc. Argentinensis.

CAPVT III.

ANno 1220. *Fridericus, à Mediolanensibus ferream coronam (vt Bern. Corius scribit) non obtinens: cum maximo apparatu Romam est profectus: & ibi à Pont. Honorio per Hugolinum Ostiensem Episcopum coronatus, in Basilica S. Petri, siue vaticana, 10. Kal. Decemb. Vbi Imperator de bonis & prædijs Imperij, in Italia sitis, multa contulit Ecclesiæ S. Petri: atq; denuò de manu eiusdem Episcopi crucem accepit ad faciendum Hierosolymam iter. Vrsperg & alij.* Friderici coronatio Romæ.

Extant in iure constitutiones quædam: quarum præfatio sic incipit. Fridericus, Dei gratiâ Romanorum Imperator semper Augustus: Marchionibus, comitibus, cunctisq; populis, quos Clementiæ nostræ regit Imperium, salutem & gratiam. In die, qua de manu sacratissimi patris nostri, summi Pontificis, recepimus Imperij diadema: Curauimus ad Dei & Ecclesiæ suæ honorem, edere quasdam leges: quas in præsenti pagina iussimus annotari, per totum nostrum Imperium publicandas, &c. Statuimus, vt nullus Ecclesiasticam personam in criminali quæstione vel ciuili, trahere ad iudicium sæculare præsumat, contra constitutiones Imperiales & canonicas sanctiones. Quod si fecerit: Actor à suo iure cadat & iudicatum non teneat: & Iudex sit extunc iudicandi potestate priuatus, &c. Omnes peregrini & aduenæ liberè hospitentur, vbi voluerint: & hospitati, si testari voluerint: de rebus suis ordinandi habeant facultatem &c. Iuridica constitutiones eius.

Vlterius proficiscens Imperator (inquit Trit.) in Apuliam, cum magno exercitu: ibi multum bellauit: omnemq; terram, atq; ipsam Siciliam subiugauit. Tum dissidium plurium annorum, inter ipsum & Pontificiam sedem secutum est, vt cognoscetur. Siciliam cum Apulia subegit.

Oppidum S. Galli initiò subiectum fuit ipsi Monasterio (3. Munst. 79.) vsq; ad tempora Friderici 1. Tunc propria Imperij aduocatione est administratum: quam & nepos eius Fridericus 2. anno Domini 1220. confirmauit. Postea, Imperio fuit incorporatum: paulatim se honestis modijs ab obsequijs, quibus adhuc Monasterio erat obstrictum, liberans. Sangellense oppidum, à Monasterio liberatum.

Berengarius vel Beringer, ex Suevia Baro Entringensis, Episcopo Spirensi Conrado Aduitor, hoc 1220. anno assumptus: post quadriennium ei mortuo successit, ac per benè se gessit. Obijt 1233. Eo præsidente: ossa Regis Philippi Sueui, Bambergâ Spiram translata, honorificè deposita sunt in Basilica Spirensis choro. Brusch. Entring. Baro Beringer.

M Ioan. Neobolus, Ecclesiastes vici Entringen, qui dimidiato miliari à Tybinga distat, existimat: illi nomen Eberhardi fuisse, corruptum ex Eberlin, quod sit ex Auberlin, pro Alberto: cùm Alberti nomen fuerit familiare nobilib. Entringensib. Idē quoq; vir doctus & humanus, cui multa de isto Entringensi, & vicinis Pagis, dedit, antiquitatū studiosus. Vnde hæc sunt. Præsidia Romanorum in his locis olim fuisse: eisq; etiam militasse multos indigenas, terminatione INGEN significatos. Sibi ergo videri, præsidia illa, in locis, vbi consederint, suis literarū notis distincta fuisse. vt, ENTRINGEN. E. N. T. R id est equites Neronis tributarij Rom. TALFINGEN. T. AL. F id est 1. alæ Flauij HALFINGEN. H. AL. F id est, II. alæ Flauij PREFFINGEN. PRÆFF. id est, præfectorum militarium sedes. ISINGEN. IS. ab Isida, in his terris colisolita. Cuius signum erat liburnum, nauicula: qua opus erat ad stagnosa Amerana vallis loca: aquis tunc nondum in Nicrum inde deductis. POLTRINGEN. POL. ab Apolline. CVSTERDINGEN. CVST. E. R. T. id est, custodia equitum Rom. prima. Ibi ante Templi fores est lapis cum his literis. I. O. M. E. IV. NO. R. L. G. S. C. IVN. PATERNVE. PROCT. LL. M id est, Ioui opt. max. testamenti tussu, nostræ Reipub. legauit sacri causa Iunius Paternus veterannus proconsul, asses (fortasse) quinquagenorum millium.

Postea Entringæ, & in arce Hoben Entringa, Barones habitarunt, Entringer Herrn dicti, vel, Freyen von Entringen. Ex quibus fuit supradictus Spirensis Episc. In quo pago, cùm Entringensium Baronum genus defecisset, loca habuerunt (alius post alium, aut etiam quidam vnà) comites Zollerenses, Simmeringenses, Veringenses, Hohenbergenses. Deinde nobiles, Hailfingenses, Ebingenses, Gyltlingenses, Stadionij.

Extra

Boppardianum Monasterium.

Extra muros Boppardiæ, Benedictinum Monialium cœnobium est in monte: dictum, S. Mariæ mons Bodobrigius, vel Monast. B. virginis Mariæ. Id à Friderico 2. liberaliter donatum est: qui collapsum curauit instaurandum, & in tuitionem suam anno 1220. recepit. Ei præfuit post alias Abbatissas Maria Comitissa à Sunnenberg. An. 22. & obijt anno 1546. Cui successit Barbara, longè formosissima & humanissima (teste Brusch.) comitissa Leiningensis.

VVirtemberg. Henricus.

Henricus vel Hugo, comes VVirtembergensis, Ludouici F. & Irmegardis Burgouiensis, nata de Ramsperg, vxor eius, hoc tempore viuebant.

Kirchberg. comitatus.

Item VVilhelmus, Comes de Kirchberg. Erat huius familiæ ditio (auctore Laz.) prope Vlmam, Dietenhaim, VVertingen, Bellenberg, & Biblingen: vbi & cœnobium fundarunt, & conditoria habent.

Brandenburg. comitatus.

Brandenberg (al. Brandenburg) comitatus fuit olim: vbi nunc, Kirchberg: non longè ab amne Ilera. Fuggerorum est nunc. Eius vltimus comes, circ. 1220. Christi periit. Gottefrid. à Rammingen in M. Scr.

Tanne. Henrici F. Imperatoris educatio. VVinterstetten. Veronensium pœna.

Anno 1221. Fridericus, res Imperij cupiens in Lombardia & Tuscia constituere: à Bononiensibus, & quibusdam alijs ciuitatibus, non reuerenter tractatur: vt ab Vrsperg. scribitur. Proinde Insignia Imperij, in Alemanniam remittit: custodienda ab Eberhardo de Tanne, Ministeriali Dapiferoq; suo, in VValpurg. Filium quoque suum Henricum, annorum iam circiter 8. educandum commisit Conrado Tannensi, Pincernæ & Ministeriali suo in castro VVinterstetten. Inter illos, qui irreuerentius aduersus ipsum fecerunt Veronenses. Eos posteriori tempore (Cuspin. teste) ita vltus est: vt vrbem eorum, iecto igne, deformaret: studiumq;, quod ibi fuerat, generale, transferret Patauium. Sed Egnatius, Fridericus Bononiense gymnasium, inquit, quia ciues imperata non statim fecissent, Patauium transtulit. Duos verò tunc Tusciæ comites, Matthæum & Thomam: qui occupauerant quædam loca ditionis eius in Apulia, expugnatos, omnibus bonis priuauit. Qui Romam confugientes, præsidium sedis Apostolicæ implorabant, de qua sæpe Imperator conquerebatur: inimicos suos, & hostes publicos, ab illa recipi.

Cruciatæ nouæ prædicatio.

Rursus in Alemannia crux prædicabatur, expeditionis in terram S. suscipiendæ. Tunc à quodam Argentinensis ciuitatis Prædicatore (vt facilius induceret ipse, & alij, toties vltramarinæ militiæ pœnas dantem populum) ita laxæ indulgentiæ proficiscentibus promittebantur: vt homines inde moti, grauissima prius scelera perpetrarent. Statim enim eos cruciacula assuta puros reddebat. Interfectus est à cognatis suis postea Colonien sis Archiepiscopus Engelbertus: Imperatori charus, eoque absente habenas Imperij cis Alpeis laudabiliter moderans. Interfecti sunt multi Sacerdotes. Dicebant enim malè feriati quidam: Faciam scelera: quia per susceptionem crucis innocens fiam. Coronauerat, antequam periret, Archimystes Engelbertus, Friderici Imper. filium Henricum, Regem Roman. 8. idus Maij, Aquisgrani, patre eius sic volente: vt præsidium sibi esset, si fortè à Papis Imperio deijceretur, se adeo infestantibus. Quod Funccius ad 1221. Tritenh. verò ad 1222. annum salutis, reponit. Quo tempore Dominicus, Prædicatorum institutor, mortuus, & decem annis post inter Diuos relatus est.

Indulgentiarum saccus.

Henricus puer, Rex coronatus.

S. Dominicus.

Esselingã migratio Dominicanorum.

Ordo hic Prædicatorius, primùm 1221. Esslingæ nidificauit: habitans 13. annos ante Mettingeram portam: vbi postea Baireutium torcular, ædificatum. Ad hos Prædicatores, Vracensis comes Berchtoldus, comitatu dimisso, se postea contulit, vt conuersus: ibiq; obijt, & in illorum claustro ante S. Catharinæ aram humatus est. M. Scr.

Friderici victoria in Magna Græcia.

Anno 1222. & annis sequentibus, Fridericus contra rebelles in Calabria & Apulia, ac contra Siciliæ Saracenos, pugnauit: eosq; fortiter ditioni suæ subiecit. Reliquias tamen Saracenorum postea collegit: Apuliæ oppidum Luceriam (Nuceriam debinc Saracenorum dictam) eis instaurandum concesit: ipsisq; in omnibus bellis suis vsus est. Vrsperg. & Collenut.

Iolam ducit vxorem. Hierosolymitani Regni titulus, Siciliensium Regũ.

Constantiâ Aragonia, coniuge prima, mortua: Fridericus Iolam (al. Iolantam) Ioannis Brennæ vel Brenni, Hierosolymitani Regis, filiam (amissam Hierosolymam ei doti dantis) anno 1222. (al. 1223.) duxit. Hinc Reges Siciliæ, titulum Regni Hierosolymitani habent. De quo matrimonio Heroldus continuat. lib. 3. cap. 11. Cum Brenna, inquit, Friderico filiam & Regni sui iura obtuliisset: in Syriam missi sunt, qui puellam adducerent. Ibi ingens lætitia Christianorum orta est: maxima sibi ex potentissimi Imperatoris auxilio pollicentium. Itaque, vt tanto coniuge dignam mitterent: publicis priuatisq; opibus eam exornare studuêre. Vestis, varia & preciosa: ornatus ambitiosissimus, additus. Additæ puellæ ingenuæ, purpura & cocco amictæ.

Sponsa magnifica missio.

Addi-

Additum ſtipatorum agmen, viribus & ornatu admirandum. Claſſis parata: in qua multæ naues, à puppi auro, cætera purpurâ ſtrata, apparebant. Sic Regina, cum fauſta omnium precatione, libens auecta. Petebat interim pacem ſeruari, & inducias octennes, à Friderico, quem metuebat, Saracenus Meledinus. Sin bellum mallet: ſibi non defore Tartaros. Papa expeditionem Syriacam vrgebat: in quam libenter Imperatorem amolitus fuiſſet. Applicuit ſponſa Iolam in portum Piſanorum: à quibus honorificentiſſimè, ac publico hoſpitio, excepta fuit: vbi & patrem obuium habuit: qui antehac in occidentem profectus fuerat. Deinde cum procuratore Imperatoris, more Regio nuptias peragit. Iolâ enim, nuda thorum coniugalem, matronis ac Principibus nonnullis teſtibus, ingreſſa: Vicarius mariti Imperatoris, alterum crus genitalis intra ſtragula iniecit: perinde, quaſi ita puellæ notitiâ habita, matrimonium pro conſummato haberi deberet. Brenna Romam deductus, Papam & Cæſarem, inter ſe diſſidentes (excommunicato etiam, vt quidam ſcribunt, Friderico) reconciliat. Tum Fridericus Romam acceſſit: cui ab omnibus ordinibus frequentiſſimè obuiam itum eſt. Poſt aliquot dies Iola apud Hoſtiam applicuit: vbi triduum manſit, vt maiore ornatu in vrbem veheretur. Ei patriciæ fœminæ ferè omnes, elegantis formæ: purpura, cocco, auro, gemmis fulgentes: triremibus magno ſtudio inſtructis: ſecundo Tiberi obuiam venêre. Vtrique ripæ præſidia & cuſtodia, impoſita. Cùm in naualia Regina veniſſet: à purpurato Pontificis Imperatoriſq; legato benignè excepta: in Ianiculum, vbi S. Mariæ tranſtiberinæ palatium & Templum, deducta eſt. Ex primoribus patrum, ipſa manè veſperiq; officij cauſâ adibatur. Dicta interim dies confarreationi: qua tanti hoſpites iungerentur, coronarentur: ac farreo libo communicato deguſtatoq; ſolenni ritu coniungerentur. Inſtructo itaque ad tempus comitio, edicto inſtitio: iuſſæ ſunt eò conuenire ex patricio ordine, forma & ornatu præſtantiſſimæ quæq;. Iolæ, in publicum venienti, corona à Pontifice impoſita eſt: atque Imperatrix inuicta, Friderico, Imperij inſignibus fulgenti, more Maiorum iunctis dextris, annuloq; dato, eſt copulata. Theſauri ingentis precium fuit: quod à Pontifice, & à Patribus, ſponſæ donatum fuit. Sed nec matronarum inferior erat hilaritas & munificentia: præterid, quod S. P. Q. R. dono miſit. Quæ, etſi varia precioſaq; erant: Germanorum tamen liberalitate atque ingenio ſuperabantur. Nam per Legatos, ſponſis miſerant futuræ ſoboli omen: cunabula cum ſtragulis, ex conchis, ebore, auro, margaritis: tam ſcitè fabrefacta omnia, atque texta: vt neque precium ingenio, nec ars valori, cederet. Indulſit deinde tota vrbs plures dies latitiæ nuptiali. Nocturni ignes, per vicos & compita editi: aurigationes item, & taurilia. Equeſtres ludos, quos Torneamenta vocant, Germani exhibuêre: quibus Imperator ipſe præſedit. Victores, ab Iola laudati & donati. Stipi, ſparſa. Epulum deinde, publicè datum. Multi ad equeſtrem dignitatem promoti. In tribus & centurias, congiarium viritim per ſequeſtres ac diuiſores, diuiſum. Dimiſſus tandem cum coniuge Imperator: non minore pompa, quàm receptus erat, ad mare deducitur. Neapolim confeſtim transijt: quem ſui terreſtri itinere ſecuti ſunt. Traiectus deinde in Siciliam: rebus Regni ibi compoſitis, Rauennam & Cremonam adijt. Cremonæ procerum concilio habito: conſilia Syriacæ expeditionis mijt. Non ita multo poſt (alibi 1227. inuenio) Iola puerum enixa, in puerperio mortua eſt. Sic tranſit gloria Mundi: nec ſocer genero amicus permanſit. Hæc, etſi non vno anno omnia facta, ſimul tamen expedire volui.

In lecto geniali locatio.

Sponſæ à Romanis exceptio.

Iola, à Pontifice coronata.

Dona nuptialia.

Torneamenta.

Iola puerpera mors.

Eodem 1222. anno, Nouembr. 11. incendium in oppido conſtantia fuit ortum in Lupoldi aurificis domo, quod multum damni dedit. Alia ſecuta ſunt incendia: vt, vnum 1240. anno, Maij 13. in Moſeri domo: aliud, 1253. domi Strobachij. Stumpf.

Conſtantiæ incendia.

Vixit hoc tempore Burcardus Sulmaiſter, Sueuicæ Halæ: qui beneficus fuit in Hoſpitale ibi Ioannita vx. teſtantibus id literis, apud eos repertis: in quibus ipſe, Ein Edelknecht nominatur. M. Scr.

Sulmaiſter Burc.

Viuebat 1222. anno, VVernherus, Cimbrenſis Regulus, Alberti & Beatricis F. vxorem habens Adelhaidem, Baroniſſam Abenſpergenſem. Vnde nati ſunt Albertus & VVernherus, viuentes circa 1255. annum. 3. Munſter. 326. Vide ſecundam partem, libr. 9. cap. decimoſeptimo.

Cimbrenſis VVernherus.

Eodem anno Conradus, Spirenſis Epiſcopus, Baro Scharpfeneccius: cùm cognouiſſet, Sanctimoniales Benedictinas Huſenſis cœnobij iuxta Durckheim: nec ſanctè viuere, nec veras (ſolas) ſed nouas (vulgatè:) non tulit turpitudinem talem: ſed earum cœnobium (conſentiente

Monachæ non caſtæ.

Mogun-

Moguntino Sifrido) Monasterio Lympurgensi eiusdem ordinis adiunxit: titulumq; Monialium penitus deleuit: ita quidem, vt illis, quæ tunc viuebant, mortuis: nullæ amplius ibidem reciperentur: sed Lympurgensis Abbas, per suos Monachos, secundum loci facultatem & prouentus, pro tempore, ibi diuina curaret celebranda. Tritenhem. Similes Nonnas quære in Parthenone Sueuico Gnadencella, ad 1250. Domini condendo.

Berna ciuitas. Anno 1223. Imp. Fridericus, cum post mortem Zaringensis Berchtoldi, præfectum dedisset Bernatibus Othonem de Rauenspurg: eos maiore libertate ornauit, vt fideles: nempe cudendi monetam: & ablato Præfecto suo arbitratu Magistratus constituendi. Stumpf.

Monast. priuilegia. Eberhardus Hirsaugiensis Abbas, priuilegia cum ampliore gratia ab Imp. Friderico impetrauit, mense Ianuario. Trit.

Eberhardo, Eremitico in Nariscis, vel VValdsassensi Abbati, Fridericus priuilegium dedit capuæ in Italia, anno 1223. mense Februario. Brusch.

Henrici R. matrimonium. Northusæ comitia. Henricus, Friderici Imp filius (VII. Henricus) Rex Rom. Margaretam, filiam Ducis Austriæ Leopoldi 7. de consilio patris sui duxit vxorem Cuspin. & Vrsperg. Idem, curiam Principum celebrauit Northusæ: vbi ab Engelberto Colonienſi Archiepiscopo, de Regis liberatione Daciæ (tu dic) Daniæ) Baldemari, qui cum filio suo à comite de Skuirmk (Suerino) captus fuerat, multum laboratum fuit. Trit.

Idem Rex, Eremitico in Nariscis cœnobio priuilegium dedit Egræ, mense Nouembri. In quo, testes, inter alios: Hermannus, Marchio Badensis. Theobaldus Marchio de Voltburg. Conradus, Dapifer de VValdpurg. Dietho de Rauenspurg. Albertus de VVonsidele. Viuebat eodem anno Agatha, Comitissa de Vrach: Bertholdi vxor, Comitis in Burggheim & Lechsgmynd.

Vrach.

Teccens. Dux. Berchtoldus. Episcopatui Argentoratensi præpositus est voluntate totius Cleri, Berchtoldus Sueuus, Dux Teccensis: qui præfuit prudenter & fideliter 15. A pacis amantissimus: dissidiorum publicorum & priuatorum compositor diligentissimus & felicissimus. Monasteria & collegia canonicorum, tum vrbis, tum Episcopatus, liberalissimè iuuabat, & ornabat. Castus, placidus, misericors in pauperes. Brusch.

Pestis pecorum. Pestilentia erat pecorum, durans ferè triennium: vix tertiam eorum partem relinquens: ab Vngaria initio facto, totâ Germania Galliaq; vagans. Trit.

Philippi, R. Galliæ, mors. Philippus Augustus, Rex Franciæ, obijt: legatis CL. millibus Marcarum, in subsidium Syriacæ expeditionis. Cui in Regno successit Ludouicus F. cum vxore Blancha, D. Ludouici pater, per A. 3. Trit. & Func.

FRATERNITAS, INTER GERMANOS ET GALLOS RENOVATA.

Rom. Regis Henrici comitia, in diuersis locis. VVirceburgensis Episcopus, Hermannus à Lodenburg. Monasterium Gunthersthala. Nuptiæ, Regis Henrici, Noribergæ. Othonis Bauari nuptiæ, Straubingæ. Henrici, Misenensis Marchionis, preciosa arbor & aula. Sangallen. Abbas, Conradus Busnangius. Tockenburgici duo fratres, comites generosi. Fridericus Imp. à Gregorio IX. P. sacris Ecclesiæ eliminatus. Frangipanes Romani. Brunsuigæ C. occupatio. VValdsassijs Monachis priuilegium datum. Henrici Calatini mors. Sibotho, Episcopus Augustanus. Dedicatio, vel consecratio, Bebenhusani cœnobij. Gynæcei Poundi occasio construendi.

CAPVT IIII.

Gallorum & Germanorum fraternitas. ANno 1224. inter Fridericum 2. Imp. & Ludouicum VIII. Franciæ Regem, fœdus ictum est sanctissimum: fraternumq; nomen inter Germanos Francosq; renouatum. Æmyl. lib. 7. Sic Germaniæ & Galliæ antiquissimus temporibus (vt lib. 1. cap. 2. parte 1. dictum est) vno Galatiæ vocabulo contentarum, rursus aliquo modo coniunctio facta est.

Lorch. Cœnobium. Eiusdem anni nonis Mart. Honorius 3. P. Cœnobium Lorch, in protectionem B. Petri, & Sedis Apostolicæ, recepit: Diplomate anno 9. Pontificatus sui Lateran. dato.

Comitia Francofurti, Henrici Regis. Circa medium mensis Maij, Rex Henricus conuentum Principum egit Francofordiæ: vbi nuntij & literæ Imperatoris adfuerunt: eum propediem in Alemanniam esse rediturum: & de recuperanda terra sancta, ac retinenda, cum Principibus deliberaturum.

Eodem anno Honorius P. legatum misit in Germaniam, Conradum Episcopum Portuensem, S. Rufinæ Cardin. qui Coloniam descensurus, per Sueuiam iter fecit: venitq; cum suis Hirsaugiam: & ab Euerhardo Abbate fratribusq; honorificè susceptus est. Trit.

Per idem tempus R. Henricus, cum illo Pontificio Legato, Colonienſiq; Præsule Engelberto, & non-

& nonnullis Principibus, in Saxoniam profectus, conuentum Baldewichæ habuit: vt liberaretur Daniæ Rex Baldemarus: & ab eo redderetur terra Imperij, quam iniustè possederat. Detentus iam is biennium erat ab Henrico, Comite de Scuirin, vel Suerino, cum filio in castro firmissimo Dannenberg. Actione instituta, persuasum fuit Regi: vt terram ablatam Imperio redderet: coronamq; Regni Daniæ, de manu Imperatoris susciperet: ac 100. millia marcarum, pro liberatione sui daret. Sic futurum fuisset: nisi Albertus, Comes Vrlamundanus, filius sororis Regis, & Barones Daniæ, compositione rescissa, conscensis nauibus, discessissent: cum ingenti pecunia, quam secum redimendi Regis causâ attulerant. Ita R. Henricus & sui, infecto negotio confusi, ad sua redierunt. Idem. Et Baldewichæ.

Simo, Montis fortis comes, hæreticorum Albiorum hostis, in Tolosæ oppugnatione 1224. cæsus. Simo Comes, cæsus.

Herbipoli Episcopus erat Hermannus, Baro Lodenburgius ex Misnia: qui 1250. obijt, eum 26. A. præfuisset. Multa passus est à ciuibus suis, propter Imp. Fridericum à Papa posterius excommunicatum: sed victoriam semper obtinuit, Trit. teste. Nam ipsum (vt à Bruschio scribitur) Herbipolis cepit: & in eius Aulicos, viros nobiles, crudeliter grassata est: alijs occisis, alijs influtum Mœnum præcipitatis. Sed Episcopus miro strategemate duorum nobilium equitum, Othonis à Wolfkeel, & Richolfi ab Eisenhosen, de manibus seditiosorum ciuium ereptus: non amplius in vrbem redijt: & iniuriam sibi illatam egregiè vltus est. VVirceburg. Episc. Hermannus.

Erat iam hoc tempore cœnobium nobilium fœminarum Cistertiense, GVNTHERINA vallis, amœnissima in valle sicum, propter Friburgum Brisgoiæ: sub visitatione Tennenbachensi, in Episcopatu Constantiensi. Cuius altare maius, ad honorem gloriosæ virginis Mariæ, atriumq; cœmeterij, Constantiensis Episcop. Conradus consecrauit: eum locum ab iurisdictione matricis Ecclesiæ (Henrico plebano Mershusensis Ecclesiæ, ad quem locus attinebat, præsente & consentiente) penitus eximendo, hoc 1224. anno. Benefactores huius Parthenonis fuere Comites illustres de Friburg: & nobiles viri à Keppenbach: itemq; nobiles de Blumeneck, de Klingenberg, aliiq;: quorum ibi plurima & præclara sunt Mensolea. Gunthersthalense Gynæceum.

Abbatissæ Monasterij Gunthero vallensis, vel Gunthersthalæ.

1. *Adelhaidis*, 1224. quæ amplius 55. annos cum laude præfuit. Ante cuius electionem, domus hæc triennium steterat. Obij 1281. Resignauerat autem 1. anno antè, senio confecta. Sepulta in capitulari loco.
2. *D. Heintrudis.*
3. *Clara Horenbergerina.*
4. *Mechtildis Opfingerina. obijt* 1366.
5. *Catharina Morserina. obijt* 1373.
6. *Anna Leppina.*
7. *Dinanna Maierina. obijt* 1418.
8. *Adelhaidis à Muntzingen.*
9. *Margareta Brennerina.*
10. *Mechtildis à Valckenstain*, 1780. quãdo inundatio aquarũ fœtidarũ terribilis erat, *obijt* 1482.
11. *Verena Tegelina. Præfuit* 30. *An.* & *obijt* 1492. Nam bis electa fuit.
12. *Veronica à Mylheim. obijt* 1508. Habuit fratrem Conradum de Mylheim, Abbatem Gengenbachensem.
13. *Agnes à Tusslingen. obijt* 1525. Habuit sorores itidem Moniales: Elisabetam, in vicino cœnobio Adelnhusen: & Anastasiam, prædicatorij ordinis: atque Vrsulam, Friburgi ad S. Claram: parentes earum, VValtherus, & Anastasia Munchmaistlerina.
14. *Chunigundis Rederina à Thiersberg. obijt* 1530.
15. *Maria Schneblina*, cognomento Berenlippin, à Bolschwil. *obijt* in festo Paschali, 1534.
16. *Verena Tegelina*, à VVangen arce. Præerat An. 6. Tum fuit exauctorata.
17. *Maria à Rockenbach.* 1540. Quæ *obijt* 1547.
18. *Maria Schneblina de Landeck.* Matrem habuit Annam Pauonissam: quæ humata est ante summam aram. Præerat illa adhuc 1553. Collegi hæc hinc inde, ex Bruschij M. Scr. scœdis.

Anno 1225. Henricus Rex, Francofordiæ comitia principum habuit: in quibus de multis rebus actum est. Tritenh. Idem Rex, qui 1223. Margaretam Austriacam (Leopoldi VII. filiam) duxerat, Nuptiæ R. Henrici.

Nuptiæ R. Henrici. duxerat, nuptias cum eâ Noribergæ celebrauit, in castello vrbis (auff der Vesten) maximâ hospitum multitudine. Ibi, cùm choreæ ducerentur, pauimentum (alibi schalæ aut gradus) pondere hominum fractum est: quo casu LXX. circiter homines læsi sunt (al perierunt) inter quos, matronæ & virgines nobiles. Ex Chronic. Noriberg. & aliunde. Ibi capitis damnatus est Fridericus, Comes Isenburgius: quòd 38. vulneribus confecisset Colonienſem Antistitem Engelbertum, patruum suum: & rota excarnificatus est.

Idem Henricus, sequenti tempore Bauaricis nuptijs interfuit. Ludouicus enim Boius (inquit Auent.) nuptias Strubingæ parauit: Ottonem filium emancipauit: eum armis more Germanico ornauit: eidem Agnetem Rhenanam connubio iunxit: Cœnam exquisitissimè nuptialem dedit Principibus & Episcopis Boiorum. Conuiuæ interfuerunt: Eberhardus, Archimysta Iunauiensis. Hermannus VVurtzburgensis. Eckhertus Bambergensis. Gebhardus Bathauiensis. Sigefridus Reginoburgensis, Sueuus: antehac Magister Epistolarum Imperatoris. Sibotho Augustanus. Si hic Sibotho interfuit: nuptiæ hæ non sunt ante 1227. annum salutis celebratæ. Hainricus Aichstetensis. Hainricus Sabonensis. Rogerius Chiemensis. Carolus Seccouensis. Vlricus Lauentinus, ibi inunctus.

Othonis Bauari nuptiæ.

Præterea Principes. Hainricus Cæsar, Imp. Friderici 2. F. Luitpoldus Austriacus. Bernhardus, Charionum Regulus. Otho, Meraniæ. Otho, Bauariæ Dux factus est per Fridericum Imp. Palatinus Rheni.

Eodem 1225. anno, Ludouicus hic Bauarus, curator Regis Henrici per Imperium efficitur.

Contractus approbatio.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Amen. Lodevvicus Dei gratiâ Palatinus Rheni, Dux Bauarie, omnibus in perpetuum. Tractatibus auctoritate nostra confirmandis prouisuri contra errores obliuionum, & hominum calumpnias, eos scriptis commendatos tanto lucidius exprimimus: quò ipsa eis apud præsentes tutamẽ, & apud posteros sint cautela, &c. Abbatissa superioris Monasterij Mechtildis, vendidit aream quandam Magistro Aaroni, & toti vniuersitati Iudæorum, &c. Testes, VValtramus. Plebanus superioris Monasterij, Gœtefridus plebanus de Tegernheim. Laici, Dyepoldus Marchio de Hohenburch, Comes Calhohus de Kirchperch, Heinric. de Lapide. Heinr. de Luttach, &c. Acta sunt hæc anno 1225. Indict. 13. Ratisbonæ 4. idus Decembris.

Iudeis area vendita.

Misnensis Marchio Henricus.

Hoc tempore Marchio quidam viuebat Misnensis, Henricus, Theodorici F. de quo infrà cap. 5. Conuocauit hic (vt in Misnensi Chronico reperi) curiam in oppidum Turingiæ Northusani: vbi parauerat hortum amœnissimum: in quo tentoria tetenderat: in quibus erant permulti equites, Ministri, & ornatissimæ fœminæ. Fecerat ibidem arborem magnam χρυσόφυλλον καὶ ἀργυρόφυλλον, aureis & argenteis foliis. In eodem horto tripudiabatur decentissimè. Comparabatur Assueri Persæ Imp. delicijs hæc voluptas. Certabatur concursibus equestribus: in quibus qui suam hastam in aduersario fregerat: vtroq; manente in sella, accipiebat dono argenteum folium: altero verò sella excusso, aureum. Durabat hæc celebritas dies octo: sumptibus etiam Cæsare dignis. Huius Henrici filio Alberto, filiam suam Margaretam Imp. Fridericus dedit: ex qua nati sunt, Henricus, Fridericus, & Dietericus: testante Presbyt. Sifrido.

Arbor preciosorum foliorum.

In Heroico Henrici Osterdingens. opere, libro 2. vbi de VVolf Dietericho agitur, etiam arbor sed diuersi generis, artificiosa describitur.

Tilia preciosa.

In dem Sal war gegossen/
Ein Lind von Golde fein:
Welch hett auff ihren Schossen/
Mannich klein Vögelein:
Die warn ergraben spehe/
Darinn manch Edelstein:
Vnd auch geschmeltzet wehe/
Geziert mit Berlin klein.
Von oben an die Este/
Manch Röhr von Silber gieng/
Biß in den Stamm so feste/
In jeglichs Vöglin fein.
Die waren also gerichtet.
Zwen Blaßbelg waren dran/

Gar

Gar meisterlich verpflichtet:
Biß an die Vöglein kam.
Wenn sie die Blaßbelg rührten/
Vnder der Linden reich:
Den Windt sie dannen führten/
Durch die Röhr mennigleich/
Der thete denn sehr dringen/
Wol durch die Röhren hol:
Vnd auch die Vöglein zwingen/
Daß sie all sungen wol.

Tales arbores quondam etiam Theophilus Imp. Constantinopolit. habuit: qui circa annum Arbores Imp. Theophili.
816. *Christi imperauit. Arbores aureas inquit de Theophilo Michael Glycas) parabat: in quibus auiculæ omnis generis considentes, melleum quondam cantum effundebant. Vide sup. part. 2. lib. 2. cap. 11. quomodo degener eius filius Michael, ipsas dilapidauerit.*

Similes horti, amœnitatis pleni, ingenio eiusdem illius Osterdingensis plantati sunt: nempe libro 3. (deß Heldenbuchs) *rosetum Vormacience Regis Gibichi (cuius Epitomen par. 1. lib. 8. cap. vltimo. posuimus) & Laurini pygmæi, Regis fortunatissimi, rosetum, lib. 4. eiusdem operis: qui Dietliebij Styrij formosissimam sororem surripuerat, virginem Similtam: quam Heroes aliquot, post varios casus, post multa pericula rerum, integram reducunt: Laurino mago, & nebulone perfido, Veronam Theodorici Bernensis ducto: vbi histrionicam deinceps exercens, Ludibrium fortunæ fuit.* Similta virgo.

Anno 1216. ab Imperatore Curia indicitur Cremonæ post Pentecosten. Quæ ne fieret: à Cardinalibus, & curia Romana, vt multi credebant, impedita fuit. Vrsperg. Cremonam erat vocatus etiam Landgrauius Turingiæ Ludouicus: atq; honorifice exceptus & habitus, Rauennæ, ab Hermanno Saltzensi, Teutonici ordinis Borussiaci Magistro, nomine Imperatoris: à quo, Marchionatus Misniæ & Lausniciæ feudo affectus fuit. M. Zachar. Riuand. Chron. Turing. Fridericus Imper. tentabat Lombardiam sibi humanitate & clementia subijcere. Verùm ipsi, Honorij Papæ instinctu, coniurationem quandam fecêre, Imperio & expeditioni sacræ incommodam. Dicta fuit, Lombardorum collegium. Tritenhem. Turing. Landgrauius Ludouicus.

Idem Honorio Papæ reconciliatus, dedit ei pro damnis illatis 120000. vncias auri: & cum eo in mensa cibum cepit. Cuspinianus successori eius datas scribit. Honorij P. & Friderici Imper. reconciliatio.

In conuentu Principum Aquisgrani, Henrici R. vxor, ab Archiepiscopo Colonienſi Henrico coronata est. Vrsperg. ad 1226. alij ad 1227. annum, referunt.

Lubecenses, orantes 1226. Fridericum Imp. ex Valdemari, Daniæ Regis, seruitute recepti sunt in protectionem Imperij. Crantz. 7. Vandal 7. & Munst. lib. 3. cap. 443. Lybecenses.

Ecclesia Vrspergensis, ducentis Marcis, quas B. Præpositus (Burcardus) pro liberatione Ecclesiæ persoluit, ab Alberto de Niunburg redimitur: & fidem Henrici R. datam manu bonæ memoriæ Heinrici de Zuplingen (qui erat Sueuus) tunc Episcopi Aichstetensis, accepit. Insuper priuilegia eiusdem Regis: quod nunquam pro qualibet necessitate, eadem Ecclesia à defensione Imperij alienaretur. Vrsperg. Vrsperg. Ecclesia

Ratisbonensis erat Episcopus Sigefridus: qui Friderico Imp. constanter adhæsit: cui se quotannis 100. equites aliturum promisit. Auent.

Abbas Sangallensis electus est 1226. Conradus de Bußnang. Factus etiam est consiliarius & Ministerialis Henrico Regi. Nam doctrina excultus: sed proceritate corporis, & astutia facundiaq; præditus. Superbus etiam, & inquietus: nullam vnquam in se iniuriam relinquens inultam. Se quoq; Principem, coram Regni Principibus non dubitabat appellare. Obijt cum maximo omnium suorum subditorum gaudio, 1238. circa finem Decembr. Brusch. Sangall. Abbas Conradus.

Viuebant hoc tempore duo Tockenburgenses Comites in Turgoia, Diethelmus & Fridericus, patre Diethelmo nati: qui diem suum 1207. obierat. Diethelmus filius, multos liberos ex Comitissa Welsch Neuwenburg habebat. Proinde auarissimus erat: hæreditatisq; fratris sui Friderici sitiens: qui in Aula Friderici Imp. viuebat: fratriq; promiserat, se ducturum sororem vxoris eius. At postea, cùm malitiam huius mulieris videret: illam non voluit ducere: sed Montefortensem duxit. Hinc, maius in eum odium: Diethelmus q; vxoris impulsu, Fridericum hoc 1226. anno inuitans, humaniter in speciem tractauit: sed tertio die post, per subornatos Ministros, simula- Tockenburg. Comites.

tione rixæ, quamuis implorantem auxilium fratris, interfici fecit. Hinc confestim properare ad bona eius occupanda. Sed Abbas Sangallensis effecit Conradus: vt & à Papa, & à Cæsare, proscriberetur: arcem Reingerfvvilam, vbi fratricidium factum erat, & alias arces, ei eripuit. Friderici quoq; occisi oppidum VVilam, & cætera bona, occupauit. Omnia hæc, Imper. Friderici permissu. Diethelmus tandẽ, multis intercessionibus, & duris obligationib. vix impetrauit veniam. Stumpf. lib. 5. cap. 19. ex Conrado de Fabaria, S. Galli Monacho.

Hohenstauffa. His temporibus, Hohenrechbergenses erant etiam incolæ arcis Hohenstauffæ: orti omnes ex vetusta Calatinorum familia. Matth. Bappenh.

Anno 1227. Honorio, qui obijt mense Martio, successit Gregorius IX. Anagninus: antea Vgolinus. Episcopus Ostiensis & Veliternus. Hic, tanquam superbus (inquit Vrsperg.) primo anno Pontificatus sui, cœpit excommunicare Fridericum Imp. pro causis friuolis & falsis: & postposito omni ordine iudiciario: sicut idem Imperator in Epistolis suis rescripsit Principibus Alemanniæ. Ibi, inter alia, cùm Imperatrix Constantia, in extrema voluntate commisisset Imperatorem, adhuc in cunabulis positum, in tutelam Rom. Ecclesiæ: non defuit ab ipso puero periculum: & hæreditas pupillaris in multas partes fuit discissa. Deinde in præiudicium eiusdem Friderici, iam adulti, Othonem Saxonem ad Imperiale fastigium Papa sublimauit. Deiecto superbo Othone: crucem Fridericus Aquis accepit: Stipendia ad subsidium terræ sanctæ, vt semper ibi milites alerentur præmisit. Iturum eò grauis infirmitas corporis ex itinere retraxit. Ob facilius liberandam Hierosolymam, Reginam eius suggerente Honorio Pontifice, duxit vxorem. Ex his omnibus conqueritur Principibus: se, ingratè tractari à Papa: & falsò, tanquam in sacram expeditionem ire nolit, excommunicatum esse. Hodie dicitur quòd honorauerit sic Imperatorem Gregorius: sicut 1. Pet. 2. præcipitatur: τὸν βασιλέα τιμᾶτε, Regem honorate. Et Rom. 13. Omnis anima excellenti potestati sit subdita. Sed ipse (inquiunt) non erat anima: verùm se extollens super omnem animam, 2. Thessal. 2. Et nullibi scriptum esse in sacris Biblijs: Hierosolymam esse gladio Saracenis extorquendam: excommunicandumq; eum qui non faceret. Neque Hierosolymæ, neque in monte hoc, sed in omni loco, adorationem Domini fore. Ioan. 4. Scribit Sigebertus ad annum 1088. esse hæresin: quòd Papa audeat subditos absoluere iuramento Imperatoris, aut aliorum Politicorum procerum. Eum malè vti potestate clauium: & religionem contemptui exponere.

Friderici Imper. excommunicatio.

ἐπίκρατεῖτε.

Henricus Rex, cum Principibus Francofurti erat: his conquerens, Germaniam, excommunicatione patris sui, inquietatam esse.

Comitia Aquis. Magna etiam Aquisgrani Comitia dicuntur hoc anno fuisse, expeditionis transmarinæ causâ: & R. Henrici vxor, coronata: atq; in sede Regali iuxta maritum collocata.

Multi eodem anno (scribit Vrsperg.) qui Hierosolymitanũ iter (Imperatore propter morbum non pergente) arripuerant, in Apulia mortui sunt: inter quos Sifridus, Augustensis Episcop. & Ludouic. Turingiæ Landgrauius: Elisabetæ (postea Sanctæ) vir, Trit. teste. Cumq; Papa non vellet ab excommunicatione desistere: Imper. Rom. ciuium nobilissimos & potentissimos sibi conciliauit, à frangendis panibus dictos: de quibus emit res ipsorum immobiles omnes: easq; postea eis in beneficium, siue feudũ, concessit: ipsosq; clientes Imperij fecit. Itaq; illi, cùm Papa rursus excommunicaret Imperatorem, effecerunt: vt idẽ Papa à populo turpiter expelleretur vrbe. Vnde Perusij, eo & sequenti anno permansit. At Romani etiam Viterbienses oppugnati sunt. Papa, contra illos & Imperatorẽ, excitauit R. Hierosol. Ioannem (Ducem Romãdiolæ, & Exarchatus Rauennatis, constituens) item Comites Matthæum & Thomam: &, quoscunq; potuit de Tuscia Lombardiaq; multam in stipendia eorum expendens pecuniã. Sed non inde cecidit Frider. Mansère cum eo Germani: inter quos, non postrema fuit Tigurina ciuitas. Hinc multa priuilegia, ciuitatibus data.

Frangepanes, Friderico conciliati.

Papæ molitiones contra eum.

Henricus Rex, ciuitatem Brunsuigam (vt à Stadensi scribitur) emptionis titulo impetebat: eò quòd Imperator, pater suus, eam à maiore Henrici Palatini Rheni, qui hoc anno sine filio obierat, filia comparauisset. Eandem ciuitatem Dux Bauariæ Ludouicus, quòd eiusdem Palatini iunior filia, suo filio Othoni nupta esset, appetebat, vt iure hæreditario. His ita inter se contendentibus: tertius interuenit, Otho quidam de Luneburg: qui Brunsuigam, per portas eius irrumpens, in deditionem accepit. Vênit Rex Henricus cum Duce Bauariæ ciuitatis recipiendæ causâ: sed sine effectu regressus est. Idem Henricus priuilegium quoddam 1227. anno, mense Martio, dedit in ciuitate Herbipoli, Eremitanis apud Narisscos cœnobitis: in quo testes nominantur, vt Bruschius recenset, hi. Eberhardus, Archiepiscopus Salisburgensis. Hermannus, Episcopus Herbipolensis. Henricus, Aichstetensis. Ludouicus, Bauarus Dux. Leopoldus Austrius.

Brunsuigæ C. occupatio.

Eremitani in Nariscis, VValdsassij.

Ludoui-

Ludouicus, Carinthiæ. Hermannus, Magister domus Teutonicorum Hierosolymitanus. Conradus, Burggrauius Noribergensis. Fridericus de Truhendingen. Gerlacus de Butingen. Eberhardus, Dapifer de VValdpurg. Conradus & Eberhardus, Pincernæ de VVinterstetten.

Henricus Calatinus, Othonis VVittelspachensis interfector, obijt 1227. (al. 1217.) atq; est in Monasterio Cæsariensi (Kaisheim) sepultus: id quod ipse, & vxor eius Bena, multa bona ob animæ suæ salutem contulerant. Filius ab eis vnicus relictus, factus est Monachus & Presbyter ibidem. Henrici Calatini obitus.

Sibotho, Baro de Gundelfingen, electus est Episcopus Augustanus anno 1227. qui muneri huic laudabiliter vtiliterq; 25. An. præfuit: vt summæ integritatis Episcopus. Transtulit 1241. anno, Nonnarum Cistertiensis disciplinæ collegium, ex oppidulo Birckheim, in locum amœniss. mum, vbi Lycus influit in Danubium: quod nouum Monasterium, ab ipso nominatum est Schænfeldum. Gundelfing. Baro Sibotho. Birckheim.

Diploma consecrationis Bebenhusani Monasterij.

Gregorius Episcopus, seruus seruorum Dei, vniuersis Christi fidelibus, ad quos literæ istæ peruenerint, salutem & Apostolicam benedictionem. Quoniam, vt Apostolus ait, omnes stabimus ante tribunal Christi: receptui, prout in corpore gessimus: siue bonum, siue malum fuerit: oportet nos diem messionis extremæ, misericordiæ operibus præuenire: ac æternorum intuitu, seminare in terris: quod, reddente Domino, cũ multiplicato fructu recolligere debeamus: in cœlis firmam spem fiduciamq; tenentes: quoniã qui parcè seminat, parcè & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. Ad quam etiam promerendam, nobis admodũ credimus expedire: vt Sanctorum merita solennibus recolamus preconijs: quorum in cœlis speramus intercessionibus assiduis adiuuari. Cum igitur dilecti filij, Abbas & Conuentus de Bebenhusen Cistertiensis ordinis, Monasterium ipsum ad honorem Dei, & beatæ virginis Mariæ genitricis suæ, ac aliorum Sanctorum, cupiant consecrari: vniuersitatem vestram rogamus, monemus attentius, & hortamur: in remissionem vobis peccaminum iniungentes: quatenus ad huiusmodi solennitatem accedatis humiliter & deuotè: vt adiuti Sanctorum patrocinijs, positis ad æternæ felicitatis gaudia peruenire. Nos enim de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, ac ea, quam nobis concessit, auctoritate confisi: omnibus in die consecrationis eiusdem, & octo sequentibus, nec non & in anniuersario solennitatis præfatæ, ad Monasterium accedentibus, annis singulis, memoratum quadraginta dies de iniuncta sibi pœnitentia relaxamus. Datum Perusij Kal. Februar. Pontificatus nostri anno primo. Bebenhus. Diploma.

Vult iste Cæsaris persecutor (inquiunt hodie) promereri vitam æternam: fidem scilicet habens beatis Apostolis, Petro & Paulo. Quorum Petrus dicit. 1. Epist. 1. κομιζόμενοι τὸ τέλος τῆς πίστεως ὑμῶν, σωτηρίαν ψυχῶν: Reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum. Finem fidei dicit: non finem operum, vel promeritorum. Fidem sequitur, vt finis, non promerita nostra, vita æterna, vel salus animarum. Paulus verò Rom. 6. τὸ δὲ χάρισμα τοῦ θεοῦ, inquit, ζωὴ αἰώνιος, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, τῷ κυρίῳ ἡμῶν: Donum Dei, vita æterna est, per Iesum Christum, Dominum nostrum. Donum ergo, non promeritũ. Et Rom. 3. δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι, διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως, τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ: Iusti facti gratis eius gratiâ, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu. Opera autem adesse debent, vt fructus & testimonia rectæ fidei, tanquam bonæ arboris. Aliter fides fuerit mortua: id est, tantùm historica & simulata fides, non fiducia, Christo innitens. Iacob. 2. Nihilominus tamen omnia opera nostra, si ijs vitam æternam promereri velimus, pannus immundus sunt, ac Deo abominatio, Esa. 64. & seruorum effecta inutilium, Luc. 17. ἐπίσκοπος. Fides, & opera.

Sperat idem iste, nos intercessionibus Sanctorum adiuuari. Sperat sed non scit: quia nullum ea de re verbum Sacrarum literarum habet, librorum scil. canonicorum. Sperat sed non credit, (etsi dicit: In cœlis firmam spem fiduciamq; tenentes) quia Tridentini concilij canones execrantur eos: qui certò credunt, nec dubitant, de salute suæ: ad quam etiam huic Gregorio, Sanctorum intercessiones respiciunt. Sperat de Sanctorum patrocinijs: cùm tamẽ 1. Timoth. 2. Paulus sit εἷς μεσίτης, vnus tantum mediator & patronus. Sperare, atq; credere.

Eodem 1227. anno, Poundi, Cistertiensis Parthenonis propè Rauenspurgum, quoddam tenue principium, extitit. Nam quædã sororculæ, apud Seefeldum, Acroniani lacus pagum, Oratorium quoddam construxêre. Vbi cum 6. A. & 6. M. vixissent: postea apud Bousium montem (olim, Sueuum montem) propè oppidum Sulgouium (hodie Dapiferorum à VValdpurg) habitârunt. 5. A. summa cum difficultate. Interceßit pro eis Monachus quidam Salernitanus, Burcardus à Poundi Gynaceum. Bousium mons, vel Sueuus. Sulgouium.

VVinterſtetten. VVeckenſtain, Sulgouij apud Conrad. pincernam de VVinterſtetten, ac dominum in Niſsen: Friderici Imper. nomine, gubernatorem Sueuiæ & Burgundiæ. Profectus Hagenoam Conradus ad R. Henricum, nullum certum reſponſum attulit. Reuocauit is ad ſe illum Burcardum: qui erat cum Comite de Helfenſtein, iacentem Sigmaringi in extremis. Cum quo Burcardo, & Conrado à VVinada, acceſsit Moniales: videnſq; eas nullum fundatorem habere: ſe pollicitus eſt fore fundatorem, atq; ipſarum tutorem. Quod & 1240. anno præſtitit. Bruſch.

SEXTA SACRA, IN TERRAM S. MILITIA, VEL PASSAGIVM GENERALE vltimum, Duce Frider. Imp. Blodelsheimenſe in Alſatia prælium. Henrici R. priuilegia, Lorchenſe & Auſtriacum. Leopoldus 7. Auſtriæ & Styriæ Dux 4. Vxor eius Græca, Theodora. Donationes quædam in Monaſterium Bebenhuſam. Vracenſis comes Egeno. Ioannitica domus, & Hoſpitale, Halæ Sueuorum. Vlmenſe Prædicatorum Monaſterium. Conradi natiuitas, ex Imp. Frid. & Iola.

CAPVT V.

Vltima in terrã S. expeditio. ANno 1228 Fridericus Imp. (vt Trit. ait) iamdudum per plures annos cruce ſignatus: iter tranſmarinum tandem cum multis alijs Principibus arripuit: quem Gregorius Papa nihilominus interea excommunicatum, per totam Alemanniam denuntiari fecit: maximè, per fratres Prædicatores.

Papa in eum acerbitas. Quanta autem fuerit acerbitas, & calumniandi amor, in Papa hoc: ex ijs, quæ Heroldus 3. contin. belli S. 11. & 12. ſcribit, æſtimari poteſt. Quia enim Pontifici pede ad oſculandum Romæ antehac exhibito: Cæſar genua, velut errore, leuiter oſculatus fuerat: ſanctiſsimus eius rei non immemor, eum proclamabat deſertorem, periurum, libidinoſum, parricidam: qui in Aſiam non traiciſſet: cuius abſentiâ Damiata eſſet amiſſa, qui copias in Aſiam præmiſſas, cunctatione ſua meticuloſa (ſimulato morbo) prodidiſſet: Iolæ vxoris nobilem pediſſequam violaſſet, illamq; patri conquerentem, verberibus affectam, in carcere necaſſet. Credebant hæc multi. Sed ipſe literis, ad Germanos aliosq; miſsis ſe purgabat.

De hac expeditione, Vrſpergenſis:

Anno Domini, inquit, M. CC. XXVIII. Imperator volens explere votum ſuum & pactum ſibi efficere Papam: transfretauit ad terram Hieroſolymitanam. Prius tamen eodem anno indixerat Curiam Principum Alemanniæ in Quadrageſima apud Rauennam: à qua impeditus fuit nuntijs Papæ ſui ſimilis. Nam Veronenſes & Mediolanenſes non permiſerunt aliquos tranſire per fines ſuos: ſed ſpoliabant rebus ſuis ipſos cruce ſignatos: idq;, vt aſſerebant, autoritate D. Papæ: QVOD PROH DOLOR, nefas eſt dicere. Nihilominus tamen Imperator venit ad terram ſanctam, menſe Auguſto: & applicuit apud Accon: ibiq; permanſit. Vbi, vt aiunt, multa ſuſtinuit ex perfida proditione Templariorum. Soli verò Hoſpitalarij, de domo S. Mariæ Teutonicorum, fideliter ei aſtiterunt. Similiter Ianuenſes & Piſani, & alij milites: qui cum ipſo, & pro ipſo, aduenerant. Veneti verò vacillabant.

Ioan. Cuſpinian.

Rauennæ Imperator conuentus diem Principibus iterum indixit. Sed Veronenſes ac Mediolanenſes, non modò Principibus iter interceperant: ſed & cruce ſignatos deprædabantur, ſpoliabantq; omni viatico. Idq; iuſſu Romani Pontificis: qui prius ad Hieroſolymitanam expeditionem, omnes Chriſtianos Principes, per Cunradum Portuenſem Epiſcopum, Cardinalem, & Legatum per Germaniam, non modò adhortabatur ſed & eſflagitabat. Imperator nihilominus, defuncta ſibi in puerperio coniuge, liber matrimonio, hanc expeditionem, vt & votum exolueret, & Pontificem deliniret, maturat. &c.

Teccenſis Berchtoldus, Argent. Epiſcopus. *Eodem 1228. anno, Berchtoldus de Teck, etſi pacis erat ſtudioſiſsimus: tamen cum Epiſcopatum Argentinenſem inuaderet depradaretur q; R. Henricus, abſente patre Friderico: prodijt Epiſcop. ille collecta manu: & inuocato Dei auxilio, hoſtem magno animo proſligauit: caſtra hoſtilia Tham, Bernſteinum, & Geirbaden, obſeſſa, ad deditionem coegit: victorq; Argentinam reuerſus,*

Henricus R. abipſo ſuperatus. *conuocato toto clero populoq; publicas Deo opitulatori ac ſeruatori gratias egit. Pugna commiſſa fuit acerrimè ſupra Briſacum, prope Blodelsheimium non procul à Rheno: in qua pugna, magna pars Regiorum, in fugam verſa, miſerè ſummerſa interijt. Bruſch.*

A Tritenh. verò, ſic hoc bellum deſcribitur.

Pfirtenſes Comites. *Anno hoc prænotato, inquit, diſſenſio grauis orta eſt inter Berchtoldum, Epiſc. Argentinenſem: & cognatos eius, Comites de Pfirrite. Quæ cum magis magisq; per dies inualeſceret: tota*

penè

penè prouincia per triennium fermè vastata incendijs & rapinis est. Post multas igitur iniurias acceptas, Episcopus suorum collecto exercitu, vnà cum Alberto Comite de Habspurg (qui & ipse damna multa sustinuerat) parauit se ad resistendum. Comites ergo Pfirritenses, auxilio habentes comitem Egeonem de Friburg, & ciuitates Imperiales inter Bladolsheim & Hirtz feld, cum maximo exercitu occurrentes Episcopo, prælio victi sunt: multis occisis, alijs vulneratis alijs captiuis abductis.

Ex Germanicis vrbis Argentin. Chronicis M. Scr. & 3. Munst. 58.

Blodelsheim. Bertholdus Episcop. Argentoratensis & ciuitas Argentina, iuxta Blodelsheimum, milliaribus 4. infra Basileam situm, vicerunt exercitum Comitum Phyrretarum (à R. Henrico bellum inferre iussorum) & 14. ciuitatum: vsi Duce (al. Signifero) Alberto (al. Rudolfo) comite Habspurgio. Geschehen 14. tag vor Singichten. Puto factum esse 14. diebus ante solstitium. Ideo Henricus, ipse profectus postea cum exercitu, Alsatiam vsit & spoliauit.

Henrici R. cautio de non alienandis bonis Monasterij Lorchensis.

Lorchense priuilegium. Henricus, Dei gratiâ Romanorum Rex, & semper Augustus: vniuersis Imperij fidelibus, quibus præsens Scriptum exhibitum fuerit, gratiam suam, & omne bonum. Cùm nos loca diuino cultui mancipata promouemus, ac defendimus: eis suisq; ne grauentur indebitè, pia sollicitudine » prouidemus: clementiam ac prouidentiam, quam circa viros religiosos, more diuorum progenitorum nostrorum habere tenemur, apertius declaramus. Proinde est, quod ad notitiam vniuersorum cupimus peruenire. Nos dilectis Principibus nostris: videlicet venerabili Herbipolensi Episcopo, Austriæ & Bauariæ Ducibus corporali fide præstita firmiter promisisse: quod nunquam aliqua bona quæ ab Ecclesia Laureacensi possidemus, à nobis alienabimus: obligando, vendendo, vel infeodando. Si verò alicuius suggestione fuerimus circumuenti, quòd aliqua bona prælibatæ Ecclesiæ, quocunq; modo à nobis alienabimus: nullum robur habere volumus firmitatis. Præterea » memoratam Ecclesiam, in personis, & omnibus bonis, eidem Ecclesiæ attinentibus, sub nostram & » Imperij specialem recepimus protectionem: mandantes, & Regia auctoritate districtè præcipientes: quatenus nullus, ausu ductus temerario, memoratis personis, in bonis ipsorum vllam præsumat » iniuriam irrogare. Quod qui attemptauerit: grauem offensam nostræ Celsitudinis se nouerit incurrisse. Ad maiorem itaq; securitatem, præsentem paginam Celsitudinis nostræ sigillo, nec non venerabilis Herbipolensis Episcopi, Austriæ & Bauariæ Ducum, iussimus communiri. Datum apud » Nordelingen, anno Dominicæ incarnationis M. CC. XX. octauo, septimo idus Septembris, Indictione prima. Autographo.

Leopoldus, Dux Austriæ. Hoc 1228. etiam anno, Rex Henricus, vt virtutem soceri sui Leopoldi, Austriaci & Styrij Ducis, magis ornaret: diadema Regium, id est, circulum coronæ aureum, pileo eius serrato Ducali addidit (etsi hodie illud gestari negat Cuspinianus) teste priuilegio sequenti.

Donatio Henrici R. Duci Austriæ. Cuspin. Austriâ.

Austrio Duci priuilegium datum. In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Amen. Heinricus, Dei gratiâ Rex. Rom semper Augustus. Dignum est nimirum, & consentaneum: possibilibus rogatibus Regiam Maiestatem omni tempore annuendo, largissimè subuenire, ipsosq; benigniter adimplere. Nouerit igitur omnis » Christi, nostriq; Regni, fidelium ætas: & successura posteritas: quòd nos principum, quorum iurè » quoq; Romanorum Regem est eligere, beneplacito consilio, & fauore: omnia iura, gratias, & libertates, cunctasq; bonas consuetudines, nobilium terrarum Austriæ & Styriæ: quæ vsq; ad nos » variè deuenerunt: de quibus etiam ritè & rationabiliter, noster & sacri Regni dilectus Leopoldus, » Dux Austriæ & Stiriæ antiquorum Imperatorum Romanorumq; Regum literis, quas certitudinaliter, læsione procul mota, quales vidimus, plenius nos instruxit. Et cum diuinâ gratia, Regia » perfectissima perfruamur potestate: proculdubio nostram Regalem benè conducet liberalitatem: » vt nostros, & sacri Regni principes, eorumq; terras, iuribus & gratijs specialibus sublimemus. Et » quibus specialiter, magnificum, & sacro Regno fidelissimum summum nostrum Principem Leopoldum, Ducem Austriæ & Stiriæ, easdemq; suas terras, sequentib. iuribus, gratijs & libertatibus, vo» lumus honorare. Primò, quòd si quis alicui Ducum Austriæ & Stiriæ, quacunq; censeretur digni» tate suarum terrarum prouincias, & alia catera, quocunq; nomine nuncupationeq; censeantur: quæ » autem à Regali magnificentia seu à Principibus spiritualibus, concessionis collationisve officio de» riuaretur: legare, dare, obligare * vnde cõtinget, eosdẽ venditores, siue obligatores huiusmodi, nostra Regalis Maiestas: nec aliquis hominũ æqualiter valeat impedire. Quòd si aũt eadem venditio, » obligatio, datio, legatio, euenire contingeret tã repentè: quòd nec Regia sublimitas, nec harũ rerum »

« collatores, possent aliquatenus requiri: Ducibus Austriæ & Stiriæ prædictis, in eorum iuribus ob « hoc nullum eueniat penitus detrimentum. Etiam idem generosus Princeps Leopoldus, Dux Au- « striæ & Stiriæ, coram nostræ maiestatis oculis, & Electorum Romani Regni culminis inquisitio- « ne & sententia, obtinuit, pro solerti suarum antiquarum literarum recitatione: vt omnia sua iura « seu feuda, cuiuscunq; sint conditionis, in EQVO residens recipiat: talibus collationibus magnificè « prædicatus. Præterea eidem illustrissimo Principi Leopoldo, Duci Austriæ & Stiriæ, cunctisq; « suis sequacibus, hanc largiter concedimus dignitatem: vt sui principatus pileo, nostræ Regalis co- « ronæ Diadema solenniter ferre possit. Volentes largius, suas terras seu ditiones, districtus, & cæ- « tera ad huiusmodi pertinentia, vel quæ in posterum poterint obtinere: habere cuncta iura, libertа- « tes, gratias, bonasq; consuetudines: quos Duces olim terrarum iam dictarum piæ recordationis in « commendabilem ex antiquis consuetudinem perduxerunt: atq; recenter à nostræ manibus excel- « lentiæ susceperunt: quibuslibet impedimentis inuiolabiliter procul motis. Demum mandamus, & « sub interminationibus nostræ gratiæ districtè præcipimus: vt nullus sit, qui ausu ductus temerario, « strenuissimum Principem Leopoldum, Ducem Austriæ & Stiriæ præfatum suosq; sequaces, aude- « at impedire: vel alicuius ingenij scrupulo molestare. Quod qui facere præsumpserit: offensum no- « stræ Celsitudini se nouerit incursurum. Ad quarum etiam gratiarum concessarum perennem me- « moriam hanc ei literam conscribi, & sigillo nostro iussimus insigniri. Testes, hi sunt.

Ludouicus, Dux Bauariæ, Palatinus comes Rheni. Vlricus & Ludouicus, comes de Ferroto. Conradus, Burggrauius de Neurnberg. Fridericus, de Thrubendingen Comes. Eberhardus, Dapifer de VValpurg. Conradus, Pincerna de VVinterstetten. Conradus de Sindelueld. Et alij quamplures.

Esselinga. Acta apud Esslingen, anno Dominicæ incarnationis M. CC. XXVIII. Nono calendas Septembris, Indictione prima.

Liliorum campus. Theodora Græca. Fundauit hic 7. Leopoldus (IIII. Dux Austriæ, cognomine Glorioſus) cœnobium, quod Liliorum campus appellatur, Monachorum S. Bernhardi. Vxorem habuit Græcam, Theodoram: Alexij Constantinopolit. Imp. consanguineam. E qua genuit tres filios, & quatuor filias.

Filij erant, Cusp. teste.

1. Leopoldus 8. cognomento Infans: qui nono ætatis anno, negligentiâ Pædagogi sui, ex arbore, quam ascenderat, decidens perijt. Sepultus in cœnobio Nouiburgi, anno 1216. cum matre sua Theodora.

2. Henricus V. cognominatus Crudelis & Impius: quia patri rebellis fuit: matris & Gynæcei ex arce Haimburgo expulsor, loci huius iniquus possessor: vtriusq; parentis insidiator: sed triennio ante patrem mortuus. Vxorem habuit Richardin, Turing. Landgrauij Ludouici, mariti D. Elisabetæ sororem. Ex hoc Henrico & Richarde, nata fuit filia Gertrudis: quæ nupsit 1. Vladislao, Marchioni Morauiæ, filio Regis Bohemiæ. Duci postea Austriæ. 2. Hermanno, Marchioni Badensi, aliquandiu tenenti Viennam. Vnde natus est Fridericus: qui cum Conradino Sueuo, postea 1268. Neapoli perijt innocenter. Et filia Agnes, nata. Nupsit etiam 3. viro hæc Gertrudis, Romano, Russiæ Regi. Postea multùm eam infestauit Morauus March. & Bohemus R. Ottackarus.

Fridericus & Cunradinus.

3. Fridericus 2. Bellicosus dictus: quintus & vltimus Dux Austriæ ac Stiriæ.

Filiæ.

1. Margareta: desponsata Henrico, Rom. Regi: vt suprà dictum est. Ea gemellos ei peperit, Fridericum & Henricum: quos duodecimo ætatis anno, spurius Friderici Imp filius Manfredus, ne sibi Siciliæ Regnum auferrent, mortuo patre Frider. sustulit veneno. Nupsit postea 1254. Ottackaro prædicto, per eam Austriam potito. A quo repudiata est 7. anno pòst: & rursus anno 6. pòst, veneno sublata ab eodem: in campoq; Liliorum, de quo bene merita erat, sepulta.

Manfredus.

2. Agnes, nupta Duci Saxoniæ.

3. Constantia: vxor March. Misniæ Henrici (de quo suprà cap. 4.) cui peperit Theodoricum & Albertum. De quibus, nisi Ottackarus & VVenceslaus, Bohemiæ Reges obstitissent, alter fuisset Dux Austriæ, post Friderici mortem creatus.

4. Gertrudis, Landgrauio Turingiæ nupta.

Tubing. moneta. Eodem 1228. anno, Trut vvinus de Rieth, Ecclesiæ Bebenhusensi contulit 30. solidos monetæ Tubingens. annuatim persoluendos de suo prædio, quod habuit in Hirsovve.

Velbach. Venerabilis Abbas de Sunnishaim, contulit Bebenhusano Monasterio 2. iugera vinearum in Velbach, pro remedio animæ suæ, ac parentum suorum: tali conditione, vt dies anniuersarius

eorum,

eorum, 10. Kalend. Iul. solenniter celebraretur: & ipsa die, conuentui solatium procuraretur honestum.

Megardis, matrona quædam Tvvingensis, dedit 30. libras, & 16. agros: plantauitq; parvam vineam in propinquo: tum pro se, tum pro viro suo: vt in die anniuersario ipsorum, conuentus Bebenhusanus reficeretur vino, piscibus, & pane albo, abundè. M. Scr. Megardis.

Egenonis, Vracensis Comitis literæ.

In nomine patris, & filij, & Spiritus sancti. Egeno, Dei gratiâ Comes ab Vrach. Nouerit vniuersitas fidelium, tam præsentium, quàm futurorum: quòd Conradus, Venerabilis Abbas de Bebenhusen, & fratres sui, prædium, quod dicitur CIMBERBVCH: cum suis attinentijs, agris, pratis, siluis, terris, cultis & incultis: à nostris Ministerialibus, qui eodem prædio fuerant à nobis inbeneficiati, octoginta librarum precio Hallensi monete compararint. Quorum nomina sunt, Rudolphus & Burcardus fratres, Heerbortus iunior, & VValtherus cognomento Mulin. Verùm, quòd ad nos spectabat huiusmodi donatio, ratione proprietatis: idem predium sine nostro consensu, cenobio prefato conferri non poterat. Nos igitur inspiratione diuina commoniti: & Abbatis, & fratrum suorum, nihilominus pia petitione prouocati: predium iam dictum, cum omni libertate, Monasterio Bebenhuso solenni donatione, cum nostrorum liberorum conniuentia voluntateq; videl. Egenonis iunioris de FRIBVRCH, Rudolphi & Bertholdi Comitum de Vrach: in honorem sanctissime Dei genitricis Marie, omniumq; Sanctorum: pro nostra Parentumq; nostrorum perpetua salute, contradimus: sperantes, ex hac donatione nos habituros diuine recompensationis optabilem semperq; desiderabilem, portionem. Vt igitur hoc factum, quod fecimus auctoritate tam manifesta, posset esse ratum Monasterio sepedicto, firmissimumq;, & incunctanter inconuulsum, & inuiolabile: cedulam banc conscribi, nostroq; sigillo, liberorumq; nostrorum fecimus communiri. Acta sunt hæc ab incarnatione Domini M. CC. XXVIII. Indictione prima. Datum in Vrach 5. Kalendas Decembris. Vracens. Comes Egeno.

Ioannitarum Collegium Halæ Sueuicæ, in suburbio, trans amnem Cocham.

Fundatum est anno 1228. cum Xenodocheo quodam pauperum: & maiore dotatum ex parte, à Gyldenis, nobilibus de Gottvvolteshusa: qui parochiam S. Georgij Gottvvolteshusanam, cum omnibus decimis & commodis eò contulerunt: cùm antea Parochia hæc Ioannitica, seu villa hæc, quæ hodie suburbium est, sed olim villa Hallis vocabatur, ad Gottvvolteshusam, ceu filia, pertineret. Idem collegium, à Comitibus etiam Krautemijs, Dominis Lympurgensibus, nec non Turenijs vel Turnijs, atque Sulmaisteris, Newvenstainijs, VVeileris, Boxbergijs, & Klingenfelsijs, liberaliter dotatum est: ob alendos sibi perpetuò tres Presbyteros Ioannitas. Ex ijs vnus ad curationem Gottvvolteshusanæ Ecclesiæ emitti solebat. Anno autem 1539. Ioannitis emendatam Euangelij doctrinam recusantibus: Missæ celebratio, ab Halensi Magistratu abrogata est: & Ioanniticum Templum, clausum. Diximus fuisse Ioannitarum collegio Xenodochêum siue Hospitale, adiunctum. In eo cùm olim pauperes male curarentur: imò ne à pluuijs quidem tuti essent: Halenses, vt miserorum cura melior haberi posset: permutationem quandam cum Abbate & conuentu Chomburgensi fecêre. Dederunt eis domum, supra D. Michaelis Templum sitam: quæ adhuc, Chomburgensis aula vocatur: & vicissim ab illis acceperunt domum & curiam: in cuius area Xenodochêum, quod etiamnum est, ædificarunt: huc traductis illis bonis, quæ ad vetus hospitale pertinuerant: Ioannitis verò, sua bona retinentibus. Quoniam autem vetus Xenodochêum fuerat apud Ioannitas: ideo medium quoque altare noui Xenodochei, S. Ioanni dicatum fuit. Ex M. Scr. collectaneis Georg. VVidemanni. Halæ Sueuicæ Collegium Ioanniticum. Gyldeni.

Viuebat 1228. Halæ, Burcardus Sulmaister: qui in latinis literis appellatur, Magister salsuginis: sicut postea 1249. quidam nominatur, Magister salis iunior: & 1263. Dominus VValtherus senior, Sulmagister. Sulmaister Burcardus.

Prædicatores Monachi, qui se Vlmæ insinuauerant, cœnobium sibi construebant, ope cuiusdam Mechtildis: & senis Graffonis, Cancellarij Cæsariani. Vlmæ, Prædicatores Monachi.

Luxouium oppidum, Stephano Burgundiæ Comiti, ab Imp. Friderico 2. hoc anno attributum, ex Diplomate Vignierius scribit.

Erat hoc tempore, Galliarum Rex, Ludouicus diuus: vel hoc 1228. anno, vel præcedente, fatus. Regnauit 43. circiter annos.

Ad hunc annum refert Corius natiuitatem Conradi ex Impp. Friderico & Iola: quam ipse, Isabellam appellat: quæ tunc etiam mortua sit. In tal tempo del 1228. (inquit) l' Conradus, Friderici Imp. F.

Impe-

Imperatrice Isabella partori, vn suo figliuolo: il qual fu nominato Cordo quarto: & da costui nacque Corradino quinto. In questo Corrado rimasero le ragioni del Regno Gierosolimitano. Et poi Isabella abbandonando l' vnico figliuolo, passò all' altra vita. Sed verius est, quod Collenutius scribit: Iolam, Conradum enixam, anno 1227. obijsse.

PAPA, ABSENTE IMP. IN SYRIA, INTERIM IN DITIONEM EIVS inuadit. Imperatori Hierosolyma, & terra sancta, restituta. Idem ditionem suam à Papa recuperat. Priuilegia Bebenhusensium, à Papa Greg. confirmata. Spiritale Gynæceum Pfullingense. Nobiles à Pfullinga, Rempij. S. virgo Clara.

CAPVT VI.

ANno 1229. & partim præcedente anno: cùm Imp. Fridericus esset in Syria cum copijs: tractabatur de pace inter ipsum (vt scribitur ab Vrsperg.) & Soldanum, atq; gentes ipsorum. Papa verò Gregorius (κακως χρησαμενος) captata occasione ex absentia Imperatorij (verba Vrspergensis) in seruitio Christi demorantis, quod nefandissimum est dicere, abstulit, & sibi subegit: & cruce signatos, ne transfretarent, omni studio prohibuit: tam in Apulia, quàm in Lombardia. Quis talia facta rectè considerans, NON DEPLORET, ET DETESTETVR? Quæ indicium videntur, & quoddam portentum, & prodigium, ruentis Ecclesiæ.

P. Gregorius in ditionem Imperatoris absentis inuadit.

ἐπιφανεστατος.

De hoc in Asiam transitu, & rebus gestis, hæc habet Pand. Collenutius lib. 4. ferè ex conuersione Ioan. Nicol. Stupani.

Anno 1228. *Fridericus, negotijs Regni sui compositis: rebusq; expeditioni Hierosolymitanæ necessarijs, comparatis: Gregorio non consulto, vt promissioni suæ satisfaceret: ex Italia cum maximis copijs soluit. Inde in Cyprum & Iudæam perlatus: ita rem potentia & autoritate sua gessit: vt Soldanum ad inducias secum pacisc endas, & Regni Hierosolymitani restitutionem, aliquot arcibus exceptis, coegerit. Conditionibus honestis, ac Reipub. Christianæ saluberrimis hanc pacem cum Sultano factam, Thomas Fazellus poster. Decad. lib. 8. asserit. Quamobrem sequenti* 1229. *anno: cùm Hierosolymis in Quadragesima, coronam illius Regni accepisset: Ioppen, quæ nostra ætate Zaffus dicitur, instaurandam curauit. Tum per literas in Occidentem scriptis: quas res gessisset, patefecit: in primis rogans Pontificem: vt, cùm promissa esset feliciter executus, sibi ab illo inflictum anathema remitteretur. Verùm Gregorius, cui tanta Friderici prosperitas, fortè minus grata esset recusauit. Causabatur enim, illum non habuisse rationem vtilitatis Christianorum, sed suæ propriæ, in illa cum Soldano transactione: & in conditionibus pacis, Saracenis permisisse: vt in Templo suo Mahometo sacra possent facere. Itaq; non modò non absoluit eum: verùm etiam magnum exercitum, qui Christianæ militiæ nomen gerebat, ex Longobardia, Æmylia, & Flaminia, (Thoma Cellani Comite, & Pandulpho Sauello cubiculario suo, Ducibus) congregauit: quem vnà cum Ioannis Brennæ copijs (qui ex Gallia, in Iudæam profecturus, reuerterat) in Regnum Neapolitanum misit: vt ibi omnia, coniunctis viribus, Ecclesiæ nomine occuparent. Pandulphus, in Regni aditu castrum Insulæ cepit: Ioannes, Abbatis cuiusdam opera, montis Cassini turrim obtinuit. Vnde in Regnum ingressi, plurimas vrbes deditione acceperunt: adeoq; vniuersam illam regionem, quæ inter Latium atque Capuam interiacet, vnà cum vrbe Capuana, in Ecclesiæ potestatem (magnopere sibi Papa gratulante) redegerunt. Cellani verò Comitis exercitui, oppositi se in Piceno ad Maceratam Transonamq; ripam, Reinaldus Germanus (à Friderico ad Regni gubernationem relictus) & Anselmus Iustinus (Anshelmus de Iustingen, Imperij Marescalcus) nec illum vlterius progredi permisere. Quibus rebus à Friderico cognitis: motus ipse hac iniuria, vrbis Hierosolymitanæ & Iudææ administrationem, Vicario suo commendauit: ac duobus tantùm magnis illinc onerarijs nauibus soluens: summa cum celeritate in Italiam cõtendit. Cumq; sub finem Maij, hoc* 1229. *anno Brundusium appulisset: ac tres septimanas ad Barolum quiescens, sese refecisset: venit ad eum Conradus Guiscardus, Spoleti Dux. Tum coniunctis viribus ambo, Ioannem Brennensem, qui Caiazzam obsidebat, in fugam coniecerunt. Iam antea verò, ex Germania Conradum filium (fort. Henricum) & Leopold. Austriæ Ducem. (Othonem etiam Principem Moraviæ, Bernhardum Carinthiæ, Sibotum Gundelfingensem, opinor) auxilio accersiuerat. Qui vbi maximo cum exercitu aduenêre: XV. diebus recuperarunt amissa omnia: præter Caietam, & arces S. Agæ, Soræ, atq; S. Benedicti: quas tamen & ipsas, aliquot diebus pòst receperunt. Quam fortunæ prosperitatem Cæsar secutus: vlterius cum Germanis, & cum Saracenis, quos Luceria euocauerat, progressus est: atq; Beneuentum, & omnes vicinas regiones Romam vsq; Spoletanum Ducatum, ac Pi-*

Hierosolymorũ recuperatio.

Ioppes instauratio.

Papæ in Friderici iniquitas.

Papæ resistunt Imperatorij.

Friderici reditus in Italiam.

Amissa recuperat.

ac Picenum, occupauit. Et tamen interea Legatos ad Pontificem misit, Mamertinum Archiepisc. & Germanorum equitum præfectum Hermannum Borussum: qui de pace & absolutione agerent. Quod & per ipsos effectum est. Procumbens enim Cæsar ad genua eius, anathemate solutus & liberatus est: ac reconciliatus, eâdem cum Papa mensa cibum sumpsit. Quæ facta sunt 1230. & 1231. anno. *Ab anathemate absolvitur.*

Ex AVENT. lib. 7.

Imperator ad Cyprum cum copijs nauigat. XVII. Cal. Decemb. Ioppen appulit, eamq; munit. Octo dies ibi commoratus, fame laborare cœpit. Nam commeatus à Ptolemaide, vehiculis, clitellis, equis, terrestri itinere, propter hostes passim discurrentes, conuehi nequibant. Supplicatione igitur decreta: placato cœlesti numine lachrymis: tandemq; mari pacato: annona, arma, cætera bello necessaria, Ioppen deportantur. Pax Legatis vltrò citroq; commeantibus, inter Regem Ægypti eiusq; cognatos, & inter Augustum sancitur: decem annorum induciæ, pacta: captiui omnes, à Saracenis redditi: Hierosolyma, cum omni circà regione Ioppen vsq;, vt tutus Christianis pateret aditus, restituta. Inter quæ, Bethlehem, Nazaret, omne spatium inter Ptolemaidem & Hierosolyma, cum Tyro & Sidone, reddita. Permissum etiam Principi Romano, mœnia, castella, arces, reficere ac munire: nihil horum, Soldano atque Saracenis, in Syria Palæstinaq; permissum. Concessum tamen eis, extra vrbem diuertia absq; armis: & in Templo, quod ipsis sacrosanctum esset, adorare. Hæc omnia, religione iurisiurandi, more vtriusque gentis confirmata. His XII. Calend. Mart. (die tunc Solis Christo triumphanti festo) renuntiatis: Fridericus Hierosolyma tenedit: Sabbato (qui dies XVI. ante Calend. Aprilis) eò peruênit. Postridie diadema, ob honorem Christi Cæsareum gestans: cultu Imperatorio, loca quæq; sacrosancta venerabundus adijt. Facta sunt hæc anno Domini M. CC. vndetrigesimo, Indictione secunda. Hac, ex epistola Friderici, ab Auent. excerpta: quæ Bathauiæ in Tabino Pontificali seruantur. Inducia 10. annorum inter Frid. & Sultanum Ægypti. Fridericus Hierosolymæ.

IOAN. CVSPIN.

Imperator, bis feliciter ita gestis, de eu Pontificem per literas certiorem reddit: congratulationem ab eo expectans, & gaudium publicum Christianorum. Pontifex superbissimus, contemptis ac abiectis literis famam spargit: Imperatorem suum diem obijsse: quo facilius aliquot Apuliæ vrbes, quæ adhuc in fide steterant, ad se flecteret. Reuersos autem Alemannos Gallosque, & alios milites: ne verum dicerent, truculentissimè sine causa occidi fecit. Cognita hac fraude, Imperator cum ingentibus copijs in Apuliam reuertitur: Pontificis expellit exercitum: terras suas sibi ablatas, nullo labore recuperat. Longobardorum & Tuscorum, noua cum Pontifice contra eum conspiratio. Pontifex iterum ipsum execratur: quòd cum Soldano fœdus pepigisset: Ferebat patienter Imperator: qui nouerat artes Pontificis: cuius antehac nuntios cum literis ad Soldanum interceperat: quibus hunc rogauerat, ne Cæsari terram sanctam redderet: quemadmodum facturum, rumore intellexisset. Nihilominus absolutionem petijt: aduocatis Patriarcha Aquilejensi Bertholdo, Salisburgensi Archiepiscopo Eberhardo, Ratisbonensi Seufrido, Augustensi Sibotone: Ducibus item, Austriæ Leopoldo, Meraniæ Ottone, Carinthiæ Bernhardo. Hi verò, re infecta, à superbissimo Papa discessere. Modo sequenti anno, res ad concordiam vênit qualemcunque. Papa improbitas. Iterum excommunicatur Fridericus. Papæ literæ ad Soldanum perfidiosa.

De hac Friderici expeditione Heroldus prolixè scribit: ex quo quædam prædictis adiungam breuissimè.

Soldano, qui fuit successor Corradini, Papa scripserat: ne terram sanctam Friderico restitueret: quas literas Soldanus huic misit. Inter eos autem pax generalis facta est ita: vt Fridericus, Rex Hierosolymæ fieret: quæ ei cum reliqua Palæstina restitueretur: & captiui dimitterentur gratis. Inducias in decennium esse. Ita Imperator 1229. Hierosolymam ingressus, ipso die Resurrectionis coronatus est. Vrbis mœnia, & ædes sacras, reparat. Sic Ioppen, & Nazaretam. Syriæ Rainaldum præficiens, & rebus necessarijs benè instruens: in Apuliam (Bulgeriand) reuersus est. Papam postea ita exercuit Gregorium, vt impatientiâ moreretur. Antiochiæ Principatum Fridericus, Imperatoris nothus filius, obtinuit. Ideo Cypri Rex ei bellum intulit, sed nequicquam. Legatur Heroldus. Krantzius verò 8. Saxon. 1. Friderico iniquus est. Siciliæ Regi, ab eo tempore, quo Fridericus Hierosolymam recepit, nomen & Insignia Hierosolymitani Regni vsurparunt. Hierosolymorũ, Ioppes, & Nazaretæ, reparatio. Frider. iunior, Antiochiæ Princeps.

Henricus 2. nobilis à Distbingen, Sueuus, Episcopatum Aistetensem 1229. accepit: cui optimè præfuit A. S. M. 3 obijt vlt. Iul. 1234. Brusch. Distbingen.

Eodem

Bebenhusanis sua bona confirmata.

Eodem 1229. anno, Indictione 2. & 8. id. Mart. Gregorius P. confirmauit prolixo Scripto Bebenhusanis sua priuilegia, & bona: quæ habebant in VVila, in Vespervvila, in Alitorff, in Vtinga, Talfinga, Zimberbuch, Beringa, Æchterdinga, Dereicha, Blieninga, VValttorffa, Luschnovva, Tusselinga, Stocka, Ezzelinga, Velbachio, Stedino, Stutgartena, VVangena, Hefincha, Entringa, Therendinga, Pessinga, Beblinga, Gerringa, Tuvvinga, alijsq; locis: vt immunitate in ijs fruerentur: nec quisquam decimas eos posceret. Multa quoq; quæ ad disciplinam, pacem, ornatum, huius Monasterij pertinebant, eis sanxit.

De Pfullingensi Parthenône.

Pfullingense Gynæceum.

Idem Pontifex, hoc 1229. anno Regulam præscripsit viuendi Monialibus Pfullingensibus: de quibus rursum infrà lib. 2. cap. 14. vbi tamen etiam ab Vrbano 4. data Regula eis dicitur: qui Papa sedere cœpit 1261. Sed præscripserat Regulam Gregorius, confirmauit Vrbanus. Distat autem breui spatio, egregius (VVirtembergicæ ditionis hodie) pagus Pfullinga (vnde quondam, Pfullingenses Comites) ab oppido Reutlinga: vtrunq;, à nobis, qui Tybingæ habitamus, 1. milliario Alemannico.

In Monasterio huius circuitu, vel peristylio scriptum est: Anno Domini 1250. Jahr/ an S. Martins Tag/ ist diß Gotshuß zu Pfullingen gestifft vnnd angefangen worden/ Von den Edlen vnnd Gaistlichen Frowen / Frow Mechtild / vnnd Frow Irmel / der Rempen Geschlecht von Pfullingen/ welchen Gott gnedig seyn wölle/ Amen. *Sed antea, quàm Monasterium hoc ædificaretur: potuit quædam cœsa esse: & aliquot in ea religiosæ fœminæ: quibus à Pont. Gregorio IX. fuerint leges præscriptæ. Nisi pro 1250. debet 1150. esse: quod tamen mihi non videtur. In circuitu eodem, ambarum fundatricum effigies, stantium, conspiciuntur: inter quas, Insignia generis ipsarum. Scutum in tres æquales partes diuisum: quarum infima, flaua: proxima, cærulea: suprema verò alba. Galeæ tegmen, & inde surgentium cornuum, ijdem colores. Dominarum ipsarum, vna* τὴν ἀδελφὴν *tenet dexterum eorum cornuum: altera ad sinistram stans, sinistrum. In eiusdem peristylij muro, Angelus deuolantis specie est pictus habens tria serta: in manu vtrâq; vnum, & in brachio tertium. Sub eo S. Cæcilia virgo, & sponsus Valerianus virgo, fraterq; huius Tiburtius. Quorum bi singulas palmas, aut virides furculos: illa verò, musicum organon tenet. Ibidem, imago crucifixi Christi picta est: ad cuius dextram, virgines, S. Maria, & S. Clara: ad sinistram, S. Ioannes, & S. Franciscus. Sic adhuc hodie.*

Rempij nobiles.

Rempius vltimus.

Ingredienti autem in peristylium, tabula ad sinistram est: quæ prædicta Insignia habet, cum his verbis. Anno Domini M. CCCC. LXXXX. vnnd *VIII.* Jahr/ starb der Edel vnnd Veste Caspar Remp/ von Pfullingen/ auff nechsten Sambstag nach S. Jacobs Tag: vnd ist der / der letst Remp / dem Gott gnedig seyn wölle. *Deinde sunt ibi tria hæc nomina:* Caspar Remp/ Hans Remp/ Fritz Remp: *cum suo scuto.*

S. Clara.

De S. Clara, cuius mentionem fecimus, Petrus de Natalibus, Clara virgo, inquit, ordinis Dominarum pauperum S. Damiani, de ciuitate Assisij, nobilibus orta Parentibus: ab annis puerilibus, Christi seruitio mancipata, virginitatem suam Domino dedicauit. Ipsa à B. Francisco, ordinis minorum fundatore, instituta: monitis ipsius relicto seculo: die Dominico palmarum, adhuc iuuencula, ad Ecclesiam in omni vestium suarum ornatu procedens: à summo Pont. Innocentio 3. palmæ ramum accepit. A. S. deinde Francisco, habitu monachali sumpto: apud Ecclesiam S. Damiani inclusa, sororum ordinem pauperum inchoauit: vbi 42. annos perseuerauit: quem ordinem idem Innocentius confirmauit. Cùm autem tempore Friderici Imp. Italiam deuastantis, Saraceni ab eo conducti, vallem Spoletanam depopulati essent: Assisiumq; iam inuaderent: ipsa corpore languens, se in ianua claustri hostibus opponi iussit. Tum, Christo puerulo ei apparente: ac liberationem loci & ciuitatis promittente: ipsa orans, hostes effugauit non solùm è Monasterio, sed etiam è ciuitate, per aliam portam sese eijcientes. Obiisse dicitur 1252. pridie idus Augusti.

Leyvenstain.

Eodem 1229. anno, in literis transactionis cuiusdam, Hainrici, Roman. Regis, inter nobilem virum C. Comitem de Leyvenstain, & inter Monast. Adelberg, super Aduocatia Curiæ in Kirnberg, nominantur hi testes:

Hermannus, nobilis de Neiffen & filius eius H. & S. G. nobilis de Hohelohe. B. Dapifer de VValpurg. C. Pincerna de VVinterstetten. VV. Pincerna de Limpurg.

RECON-

RECONCILIATVS PONTIFICI, CÆSAR FRIDERICVS. HAILprunnensis stagni Piscis. Teccensis Dux Hermannus. VVolfartschvvendia nobilis familia. Comes Auracensis Egeno: & comitatus hic, ad VVirtenbergenses Dominos translatus. S. Francisci ἀποθέωσις, inter Diuos relatio. Ludouici Bauari Ducis interitus, & filij Othonis successio. Imperator Fridericus, iterum in Italia. Comites Hohenlohenses. Abbas Hirsaugiensis, Ernestus.

CAPVT VII.

ANno 1230. *Fridericus Imp. licet ita indignè, vt audiuimus, à Pont. Gregorio tractatus esset: tamen nihil ad diligentiam cum eo in gratiam redeundi sibi fecit reliquum. Id quod vix tandem, interuentu Germanicorũ Procerum, & vnciarum auri pro damno Ecclesiæ dato CXX. millibus persolutis, vt fertur, obtinuit. Cùm Romani deinde legem rogassent: vt oppida Ecclesiæ iuxta vrbem posita, sibi non Pontifici, tributum penderent: Fridericus, ipse quidem in Germaniam redijt: sed tamen multitudine Alemannorum, ad Papam suo iussu confluente, effecit: vt Gregorius patrimonium S. Petri, Sabinumq; agrum, reciperet. Ex Paralipom. Vrspergensi annexis: quorum auctorem scio esse Casparum Hedionem, Theol. D. meum in Theologicis prælectionibus olim Argentorati fidelem præceptorem.* Pax inter Pabam & Casarem.

Eodem anno, inter Henricum R. Comitesq; de Pfirt, & inter Argentinensem Episcopum Bertholdum, pax facta est: ac siluit terra à tumultu bellorum: sed purgari furibus & latronibus non potuit: qui noctu Monasteriorum & Ecclesiarum foribus fractis (rapto viuere sueti) quicquid nanciscì poterant, clàm auferebant. Tritenhem. Pax inter R. Henricum, & Argentin. Epis.

Hoc tempore fuisse quendam, nomine Euisium: alterum Henrici VI. Imper. & Constantiæ filium: qui terram Bononiensium populans, ab eis occisus sit: ex Bergomensi cognoscitur. Sed anno 1272. Entium, Fridericì 2. filium illegitimum, apud Bononienses mortuum cognoscemus. Euisius.

De Lupo pisce stagni Hailprunnensis.

Fridericus II. Imp. cùm aliàs vir eruditus fuit (inquit Conradus Gesnerus) & Græcè etiam (mirum illo seculo) calluit: tum animalium naturæ studiosus fuisse videtur, ex eo: quòd (vt tradit Conradus Celtis) lucius piscis, anno salutis M. CCCC. XCVII. captus est in stagno circa Haylpruna, Imperialem Sueuiæ vrbem: & repertus in eo annulus ex ære Cyprio, in branchijs sub cute, modica parte splendere visus. Annuli figura & inscriptio fuit hæc. Numeri Græci in epicyclo annum salutis indicant, quo id factum est, M. CC. XXX. Sex minores circuli, significare Imperij Electores putantur. Inde colligitur, piscem illũ in stagno vixisse annis CCLXVII. Piscis longæuus, in stagno Hailprunnensi.



Ἐγώ εἰμι ἐκεῖνος ἰχθὺς ἰδοὺ τὴν λίμνην πάντων πρώτος ἐπιβεβοὶς ἀνὰ τὸν τοῦ ἐμοῦ κτίστου φιλανθρωπίαν τῶν χειρῶν σὺν τοῖς ἐμοῖς παισὶ τῷ ὀκτωβρίῳ.

Id est, Ego sum ille piscis, huic stagno omnium primus impositus, per Mundi Rectoris Federici secundi manus, die quinto Octobris, M. CC. XXX. Sic conuertit Ioannes Dalburgus, VVormaciensis Episcopus.

C Hac,

Hæc Gesnerus in præfat. quarti libri historiæ Animalium (ad Imp. Ferdinandum) qui est de Aquatilibus.

Plura, de eodem pisce.

In M. Scr. Chartis inueni: hunc piscem Kaisersluteræ captum esse, pondere trium & dimidiati centenariorum seu 350. Librarum. Sed circa Hailpronnam captum sentiamus: nisi Fridericus eodem anno, diuersis in stagnis tales pisces posuit: atq; isdem eodem quoq; anno capti sunt.

Berchinga pagus.

Est apud nos (inquit Ioannes Lauterbach. Hailprunnensis Schola moderator, in suis ad me 1588. literis) prope pagum Hailprunnæ vicinum Beckingam, stagnum tanta profunditate, vt fundo carere dicatur: in quo captus est ille Imp. Friderici piscis. Sed maius est Lauffense stagnum (teste Georgio VVeigenmaiero, Hebraico hic Tybingæ professore) nec longè inde: in quo forsitan etiam talis piscis fuit. Nam credibile est, multos ab illo Domino fuisse diuersis lacubus impositos, imò eidem etiam stagno. In illud autem stagnum Hailprunnense, Nicer fluuius, cum inundat, influit: & ita ex eo stagno cæteros, præter hunc, pisces, cùm Nicro recedente elapsos esse, verisimilitudini non repugnat.

Tecc. Dux Hermannus.

Viuebat circa hoc tempus Hermannus, Dux Teccensis: cuius vxor erat Verina, Comes VVelschene vvenburgensis. Fratres & sorores illius. Conradus, mortuus cælebs. 1229. Ludouicus, cælebs mortuus. 1230. Simon mortuus item cælebs. 1231. Fridericus: vxorem habens Elisabetam, Græningensem Baronissam. 1229. & 1235. Berchtoldus, Episcopus Argentinæ. 1223. & 1239. Agnes, nupta Lympurgensi Baroni VValthero 1235. Sophia: cuius vir, Henricus Hennenbergensis Comes. 1247. & 1360. M. Scr. Hermanni libros vide infrà cap. 11.

VVolfartschvvendij.

Nobiles equites à VVolfarti suendi, recensentur à Lazio inter Sueuos: cuius stirpis, Chunradus, Albertus, & Hetovvinus, locupletatores fuerint Oxenhusensis Monasterij: Henricus verò celebretur in Diplomatis Virsinensibus, anno M. CC. XXX.

Vracenses Comites.

Obijsse dicitur hoc anno (etsi mihi antè videtur) Comes Vracensis Egon, vel Egino: cuius filij fuêre Cuno Berchtoldusque: de quibus suprà in 2. part. lib. 12. cap. 7. scriptum est: quomodo à Berchtoldo Zæringensi, auunculo suo, pro quadam summa pecuniæ, cùm ipse contra Philippum Sueuiæ Ducem Rex eligeretur, electionis nomine principibus Electoribus, Coloniæ obligati fuerint: & inde liberati, vitæ Monasticæ se ex voto dicauerint. Tunc Berchtoldus suam Comitatus Vracensis partem tradidit vitrico suo, Comiti VVirtembergensi Eberhardo: atque ex Monacho postea factus est Abbas Salomouillanus: & 1240. anno Christi mortuus est. Cuno verò, Esslingæ se conuersis aggregans: partem suam eiusdem Comitatus, posterius ad Prædicatorum cœnobium (1233. anno ædificatum) contulit: quam partem deinde Comes Eberhardus, permutatione eius cum quibusdam ex Vlbacho reditibus facta & ipsam ad se recepit. Ita totus Comitatus ad VVirtembergenses peruenit. Cuno fertur post mortem suam, Esslingæ sepultus cum Insignibus suis esse: in superiore verò à nobis citato secundæ partis loco ad maiores dignitates ascendit Cuno. Steterunt porrò Insignia Vracensis Comitatus diu, in fenestris Chori prædicatorij apud Esslingenses: antequam facta est postea mutatio Religionis. Etsi autem Vracensis VVirtembergico Comitatui sic incorporatus fuit: non tamen se Eberhardus Vracensem Comitem scripsit: sed pristino titulo contentus fuit. Attamen posterius in Insignibus, vtrumq; Comitatum complexus est: VVirtembergensem, in clypeo: Vracensem, in galea, quam inde sumpsit. M. Scr.

Vracensis Comitatus, ad VVirtembergenses translatus.

De Vraci Comitibus Lazius scribens, Egeno, inquit, Comes de Vrach, sub Friderico 1. Barbarossa floruit: qui ex filia Berchtoldi 3 Zæringiæ Ducis, tulit 4 filios: Ottonem & Engelscalcum, Comites Vracenses: Berchtoldum, Abbatem Lucernensem: & Chunradum Episc. Portuensem, ac Cardinalem tit. S. Ruffinæ. Porrò Otto & Engelscalcus citantur in Diplomatibus de anno 1177. Hæc, ille. Vt videri alicui possit, diuersos fuisse, Chunrad & Cunonē: & duos diuersos Berchtoldos.

Vixerunt ex Comitibus Vracensibus (inquit Gabelcouerus) adhuc 1254. anno Berchtoldus cum vxore Agatha, quamuis sine liberis: & Rudolphus, qui se fratrem Rudolphum, quondam Comitem in Vra vocat, in literis hoc anno scriptis.

Sangall. Abbas.

Erat hoc tempore Sangallensis Abbas Cunradus Busnangius, de quo 1226. anno diximus. Hic, cum ei in Aula Imp. Friderici 2. versanti, bellum indixisse nuntiarentur tres Principes & Comites: Episcopus scil. Constantiensis, & Comites Kyburgenses ac Tockenburgenses: respondit ipse coram Cæsare contemptim: Es ist nicht ein wunder / daß die Mäuß tantzen / so die Katz nicht daheime ist. Gehet hin / vnd verjaget die Mäuß / biß ich auch hinnach komm. Non est mirum, saltare mures, sole absente. Vos verò ite, mures depellite, donec & ego veniam. S. Stumpf. 6.

Inter

Inter Diuos relatus est circa hæc tempora, à Pont. Gregorio, Assisij, B. Franciscus, his verbis: Ad laudem, & ad memoriam omnipotentis Dei, patris & filij & Spiritus sancti, & gloriosæ virginis Mariæ, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli: ad honorem Ecclesiæ Romanæ: beatissimum patrem Franciscum, quem Dominus glorificauit in cœlis, venerantes in terris: de consilio fratrum nostrorum, & aliorum prælatorum, in catalogo decreuimus Sanctorum aduocandum: & festum in die obitus sui celebrari. Statim Cardinales, Te Deum laudamus, inceperunt: & populi in laudes voces deprompserunt. Papa de solio descendit: & cum Cardinalibus sanctum corpus leuauit de tumba. Abbas Stadens. qui ad 1228. ponit: Funccius verò, ad 1230. S. Francisci canonizatio.

Anno 1231. Ludouicus, Bauariæ Dux, reuersus à partibus transmarinis, cùm Kelheimum accessisset: à quodam nuntio Vetuli de Montanis, Principis Saracenorum, Imperatori Friderico amici, iniurias huic à Duce illatas vltum misso, Friderico procurante, cultro confossus est: sed percussor, mox & ipse à familiaribus Ducis gladijs concisus. Sic, Tritenhemius. Auentinus verò aliter scribens, Ludouicus, inquit, Regulus Boiorum, Kelheimij, dum post cœnam in ponte deambulat: à Stichio Morione, quem per ludum incessebat, cultello lethali vulnere sauciatur: mox q. in conspectu omnium Aulicorum, 16. Cal. Octob. examinatus corruit. Es ist der Narren gut müssig gehn. *Extat Kelheimij ædicula, stipes q. sacratus, huiusce rei monumentum. Sunt, qui tradunt, fraude Hainrici Cæsaris casum esse, à quodam ignoto: qui quasi cultu nuntij Augustalis literas exhibuerit: legentem q. eadem, de improuiso confoderit.* Sthe dich gegen frembden Briefen für. *Corpus Schyram delatum, Regio luxu sepultum est. Manes ei placauêre. Eberhardus, Archiepiscopus Boiorum: cum collegis suis, Chiemensi. Seccouiensi, Fruxinensi, Augustano, Episcopis: Laodamia (Ludimilla Bohema) vxor ipsius Ludouici, Agnes q. nurus eius: & Proceres, hi, Otto à Phalay, Conradus à Plaien, Conradus à VValserburg, Conradus & Heinricus fratres Mosburgenses. Pauperibus, vna & quadraginta libræ, numeratæ pecuniæ, distributæ sunt: quinq. & viginti, annuum vectigal, Monachis perpetuò condonatæ. Laodamia suburbanum Landtshutæ contubernium sacratis fœminis construxit: cæremonijs Cistertiensibus initiauit: dotem suam ei donauit. Vbi eius Mausoleum, Landshutensium q. Principum, ostenditur. Successit Ludouico filius suus Otto: ad quem postea consolatoriæ literæ ab Imperatore, ex vrbe Rauenna (nam ipse in Italiam reuersus, illic hyemabat) scriptæ sunt, Ille, viuente adhuc patre, vtrunq. Ducatum Rheni, atq. Boiorum, ab Augusto impetrauerat. Vxorem habebat Gertrudem, Henrici Comitis Palat. Rheni filiam.* Ludouici Bauari interitus. Laodamia. Fridericus Imp. rursus in Italia.

Gotofridus 2. & Cunradus comites de Hohenlohe, hoc tempore vixerunt. Quorum Gotofridus, vndecimus Magister Templi Domini in Palæstina, amissâ Accona fratres ordinis in Germaniam duxit: & cum his, aliorum q. Procerum auxilio, Borussiam ingressus: ad fidem Christi & obsequium ordinis, coegit. Habitat hæc familia in finibus Franconiæ, VVirtembergiæ, & Narisorum: sub quibus hodie in valle Kocherthala sunt, Thierberg, Ingoltingen, Sindringen, Steten, Vorchtemberg, & Nagelsperg oppida. Laz. Hohenlohenses Comites.

Gabelcouerus verò ipsis hodie Newensteinum, VValdenbergam, Langenbergam, VVeickersheimum, Niderhalam, Ingelfingam, Sindringam, Oeringam, &c. subijcit.

In Monasterio Hirsaugiensi, defunctus est Abbas Euerhardus 30. die Decemb. anno ætatis 65. sepultus in maiori cœnobio, magno cum luctu: quia Monasterium ædificijs ornauerat, reditibus auxerat, verbo & exemplo alijs laudabili præiuerat. Substitutus ei est postridie XXIIII. Abbas, Ernestus, huius loci Monachus: honestis parentibus in Sueuia natus. Hic à Spirensi Episcopo Beringero ordinatus, præfuit A. 13. M. 1. D. 3. vir bonus ille quidem: sed magis ad temporalia, quam ad Monastica disciplinæ obseruantiam, inclinatus. Itaq. hæc sub eo paulatim defecit. Tritenhem. Hirsaug. Abbates.

Eodem 1231. anno, 3. Calend. Decemb. obijt S. Elisabeta, Regis Vngariæ F. Ludouici Turing. & Hassiæ Landgrauij vxor, Marpurgi Hassorum sepulta. Idem. S. Elisabeta mors.

REGIS HENRICI SVEVI VIOLENTIA, IN OTHONEM BAVARVM Palatinum Imp. Fridericus, Venetijs & Rauennæ. Soldani Ægyptij munus ad ipsum. Bellum Monachicum de Lorschensi cœnobio. Bebenhusana de Esselingensibus exemptio.

CAPVT VIII.

ANno 1232. Otho Bauarus, iustis patri Ludouico factis: Ratisbonæ ad idus Ianuar. comitia indicit: vt auspicatius honorem iniret Principatus, imperium q. suum stabiliret, incolas

Henr. R. Othoni Bauaro contrarius.

in verba sua iurantes acciperet. At Henricus Cæsar, Augusti F. edicto id vetat: & ciuibus præcipit, ne Othonem vrbe recipiant. Boiorum Dynastæ & Pontifices: Eberhardus Salisburgensis, cum collegis suis Episcopis, Chiemensi, Lauentino, Seccouiensi: Conradus Fruxinensis, Sigefridus Reginoburgensis, Hainricus Aichstetensis, Gebhardus Bathauiæ, Sigefridus Augustanus, Sabonensis, Eckbertus Bambergensis: Landshutæ frequentes conueniunt: bona Reipubl. se procuraturos pollicentur: concordiam & fidem iurisiurandi religione & sacramento sanciunt. Eberhardus Salisburgensis Pastor, cum Othone Augustam proficiscitur: frustrà sibi operam, eius apud Cæsarem in gratiam redigendi sumit. Cæsar enim clandestinum fœdus cum Papa Gregorio fecerat: Teutonicum sibi Regnum vendicare nitebatur. Otho verò (præfectus hic Prætorio Rheni, Regulusq; Boiorum: primarius Germaniarum Princeps) ab Augusto Cæsaris patre, deficere, nefas ducebat: in Boiariamq; se protinus contulit. Cæsar, collecto magno exercitu, Boiariæ fines hostili animo intrat, nemine omnino resistente: Templa, vicos, agros, incendit: castra ante mœnia vrbis Reginoburgensis collocat: ferro prædandoque cuncta atterit. Hisce coactus Otho: arbitro Eberhardo Salisburgensi: filium Ludouicum quadrimum, Cæsari obsidem dat. Augustus, vbi hæc in Italia resciuit, Legatos in Boiariam mittit: Cæsarem ab armis discedere, obsidem Othoni reddere iubet. Pleriq; Boiorum equites, clàm armati, copias eius subsequuntur: prædæ intentos inuadunt, occidunt: magna clade dissidentes afficiunt. Otho, conuentu Reginoburgi renouato, quæ Landshutæ constituta fuerant, perficit. Auent. Quæ, & sequentia, num omnia vno, in quo sumus, anno sint facta, cogito. Tritenhemius quidem, anno 1233. Bauaricam illam Henrici R. expeditionem factam in Hirsaug. Chron. notat.

Intercessio Imperatoris.

Centuripam delet.

Imp. Frid. Messanã, Syracusas, & Nicosiam, quæ ab ipso defecerant, ad officiũ redire cogit, seditiosis punitis. Centuripen quoq; quæ cõtumacius egerat, magna vi expugnat & funditus delet. Augustam tunc vrbem ibi condit: ac Centuripinis habitandam dat. Vide Faz. poster. Decad. lib. 8.

Comitia eius, Rauennæ.

Comitia hoc 1232 anno (vt Pandulfus lib. 4. Histor. Neapol. scribit) Fridericus Rauennæ indixit. Quò & Henricum F. & cæteros Germaniæ Principes, vocauit. Venit eò ipso mense Decembri, magnificâ cum pompa: habens animantes diuersi generis (ex Oriente scil. donatas) in Italia rarissimas, easque magno numero: Elephantos, Dromades, Camelos, Pantheras, Leones, Leopardos, falcones albos. Verùm cum frustra ibi hyemem transigeret (propter Mediolanensium rebellionem: & occulta Pontificis, non venientis, Pontificiorumque, consilia) discessit: ac per nobilem Comachij vrbem, perq; Gori Loretique promontoria, Chioggiam Venetiasq; peruenit.

Venetias aduentus.

Ibi magnificè exceptus: deinde per loca paludosa sese Apuleiam recepit. Vbi obuiam ei venerunt, Henricus filius, & Austriæ Saxoniæque Duces, ac cæteri Germaniæ Principes: ad indicta Rauennæ comitia proficiscentes. Sic, ille. Meminit autem illius Imperatoriæ Venetias profectionis, Sansouinus quoque in descriptione Venetiarum. L'anno 1232. (inquit) ei fu Federigo secondo: accarezzato da Pietro Ziani Doge 41. si come attesta esso Federigo, in vn priuilegio, concesso à Iacomo Thiepolo Doge 42. l'anno predetto.

Inter Mediolanenses & Imperatorem dissidium.

Mediolanenses ait Funccius præsto ab Imperatore victos esse hoc anno. Sed ego ex sententia aliorum Historicorum, ad annum 1237. reponam. Nam Tritenhemius quoque scribit: Friderici cum apud Rauennam manendo, bellum quidem molitum esse contra illos hoc 1232. anno, sed nihil profecisse. Longobardis viam impedientibus Regi Henrico, filio eius, & militia Germanorum: quos Imperator ad se Rauennam euocauerit.

Tentorium, ab Aegypti Sultano ad Imp. Frider. missum.

Hoc ipso anno (inquit Tritenh.) Soldanus Babyloniæ (Ægypti) Imperatori misit tentorium, mirabili arte constructum: in quo imagines Solis ac Lunæ, artificialiter motæ, cursum suum certis & debitis spatijs peragebant: horasq; diei & noctis infallibiliter indicabant. Cuius tentorij precium, amplius quinq; millium florenorum dicebatur.

Laurissanum Monasterium.

Eodem anno Imper. Fridericus, Laurissanum Benedictinum cœnobium, non longè à VVormacia situm, suo iure omni priuans, Moguntino Archiepiscopo & Ecclesiæ, in perpetuum donauit: cuius valorem Tritenhemius ait excessisse precium centum millium florenorum. Eam donationem Gregorius P. IX. Archiepiscopo vrgente, confirmauit: mandans, pro Benedictinis Cistertienses introduci, Benedictinis se expulsos non tulere: sed auxilio amicorum, nouos Monachos, nocte quadã improuisò adorti, percussos & vulneratos rursus expulerunt: ibiq; habitare cœperunt.

Monasticum bellum.

Quos Archiepiscopus breui, valida cum manu veniens, iterum eiecit: atque Cistertienses restituit. Non quieuit Benedicta cohors. (Neque enim leuia, aut ludicra, petebantur præmia) sed denuò cum adiutoribus suis venientes, ritualium agmen nocte securum inuasêre: probè pulsatos

eiecerunt: mortem omnibus minati sunt, si ad hoc Monasterium reuerterentur. Tunc non amplius induci potuerunt Cistertienses, vt redire vellent. Sed nec alteri manere ausi sunt. Itaq; vacuum mansit cœnobium aliquandiu: donec ab Innocentio 4. mandaretur 1246. anno: vt idem Archiepiscopus, cuiusuis ordinis Monachos ibi collocaret, Ita Præmonstratenses, de Monasterio omnium Sanctorum Argentoratensis diœcesis, eò introducti sunt. Conditum fuit quondam hoc Lauriss-sense Monasterium à Cancore Comite Rheni, Comitis Ruperti filio, tempore Pipini Regis Francorum, patris Caroli M. anno 764. salutis. Ibi postea S. Ermenoldus, Hirsaugiensis Monachus, B. VVilhelmi Abbatis Discipulus, tempore Henrici V. Abbatem egit.

Hermanno, Abbati VValdsassensi in Nariscis, anno 1232. priuilegium datum mense Iulio, in oppido Egra, à R. Henrico Sueuo. Et rursus ab eodem, priuilegium ibidem, anno 1234. Iulio mense: in quo testis est Bambergensis Episc. Eggenbertus. Brusch. VValdsassensium priuilegia, ab Henrico R.

Priuilegium, Bebenhusanis datum, exemptionis de ciuitate Esslinga.

Fridericus, Dei gratiâ Romanorum Imp. semper Augustus, Hierusalem & Sicilie Rex. Per præsens scriptum notũ fieri volumus vniuersis Imperij fidelibus, tam præsentibus, quàm futuris: quòd nos ad supplicationem venerabilis Abbatis in Bebenhusen, fidelis nostri; inspecta quoque religione ibidem degentium, qua diuino cultui famulantur: diuinæ pietatis intuitu, & pro remedio animarum diuorum Augustorum progenitorum nostrorum memorie recolende, ac incolumitate nostra, & salute anime nostre: eximimus bona sua, que Monasterium memoratum in Ezzelingen iustè tenet & possidet: ac in antea iusto titulo poterit adipisci, ab omni data & exactione, & ipsum volumus amodò in eisdem bonis esse liberum & immune: Ministerialibus & ciuibus eiusdem loci specialiter inhibẽtes: quatinus nullus eum contra præsentis exemptionis & immunitatis nostre paginam, molestare presumat. Quod qui presumpserit: tanquam mandati nostri transgressorem. se nouerit indignationi nostre culminis subiacere. Vt autem hec nostra exemptio, firma semper & inconcussa permaneat: præsens scriptum fieri fecimus sigillo Maiestatis nostre munitum. Bebenhus. priuilegium ab Imp. Friderico. Esslinga.

Huius rei testes sunt:

S. Moguntinus Archiepiscopus. E. Saltzburgensis Archiepiscopus. E. Papenburgensis Episcopus. S. Ratisponensis Episcopus, Imperialis aulæ Cancellarius. H. VVormaciensis Episcopus. C. Abbas S. Galli. H. Marchio de Baden. G. & C. fratres ab Hohenloch. VVernherus, Dapifer de Bollanda. C. de Clingenberc. VV. de Limpurg. C. de VVinterstetten, Pincerne. H. de Sremberc. H. de VValtresten. Et alij quam plures.

Acta sunt hæc anno Dominice incarnationis M. CC. XXXII. mense Aprilis, Indictionis quinte: imperante Domino nostro Friderico II. Dei gratia inuictissimo Romanorum Imperatore semper Augusto, Hierusalem & Sicilie Rege: anno Imperij eius duodecimo, Regni Hierusalem septimo, Regni verò Sicilie trigesimoquarto, feliciter. Amen. Datum apud ciuitatem in Friola: Anno, Mense, & Indictione, præscriptis.

Viuebant hoc tempore nobiles viri Sueui: D. Berchtoldus de Vrbach: & D. Conradus, dictus Anshelmus de Husen. M. Scr. Vrbach Husen.

COMITIA FRIDERICI IMP. RAVENNÆ. CONRADVS, TVRINGIÆ Landgrauius, oppidi Frizlarij destructor. Captiuitas Mompelgard. Comitis Theodorici. Hæreticorum persecutor, Conradus Marpurgensis. Heckbachense fœmineum cœnobium. Imp. Friderici, & Ezelini, in Italia res gestæ. Henrici R. conspiratio contra Frid. patrem. Episcopi, Ludolphus VVormacienſis, & Henricus Constantienſis. Rauenspurgenses Barones. Anshelmus, Eremitanus Alemanniæ Abbas.

CAPVT IX.

ANno 1233. celebrarunt Fridericus & Principes Comitia, quæ Rauẽnæ indicta fuerant. Quibus peractis: Imperator in Regnum Neapolitanorum, & inde in Siciliam, nauigauit. Quam perlustrauit vniuersam: multosq; seditiosos ac rebelles castigauit: cum alibi, tum verò Messanæ, magna strage edita. Collenut. Comitia Rauennæ. Fridericus in Sicilia.

Fridericus Imp. Messanam ciuitatem Siciliæ, sibi rebellantem, violenter cepit: & omnes in ea rebelles suos igne cremauit. Trit. Eo tempore R. Henricus in Germaniam redijt: nil boni cogitans, quòd puerum Conradum, patri chariorem, quàm se, videret. Monach. Padu.

Sifridus, Moguntinus Archimysta, magnam pecuniam exigebat ab Abbate Reinharis- Mogunt. Archiepis. Sifridus.

Abbas, virgis caesus.

bornensi: quam dare prohibuit Landgrauius Turingiæ Conradus. Abbas à Sifrido, Sanctorum communione priuatus est. A quo cum se absolui peteret: Sifridus ei mulctam triduanæ in tergo nudato verberationis imposuit, Erfordiæ. Forte fortuna in eam ciuitatem Landgrauius veniens: reperit Abbatem suum in domo capitulari, coram Archiepiscopo virgis cæsum. Vnde ira percitus, Episcopum cultro confossurus, nisi à suis ministris retentus, fuisset. Collecto autem exercitu: in Hassia oppidum Episcopi Fritzlarum afflixit: suburbanis locis, molendinis, pontibus, combustis & confractis. Inde cùm exercitum abduceret: impudicæ quædam mulieres, in muro stantes: ἀνασεσυρμέναι τὰ αἰδοῖα, καὶ τὰς πυγὰς, ei illudebant. Vnde ipse excandescens: denuò oppidum obsedit: & igne iniecto, cremauit ædificia, viros, fœminas, pueros: exceptis paucis, ad misericordiæ eius imploratione confugientibus, inde elapsis. Hic, sequenti tempore pœnitentiâ ductus huiusmodi factorum: Romam petere constituit: vt absolutionem à peccatis suis impetraret. Transijt itaque Sueuiam: & in curia Imper. Friderici (quando scil. is rursus in Alemannia erat) honorificè cum suis militibus fuit exceptus. Romam postea quam venit: absolutus de commissis facinoribus à Pont. Gregorio est. Ex histor. Landgrauiorum Turing.

Fritzlarij op. afflictio, à Turingio Conrado.

Mompelgard. Comes Theodoricus, captus.

Oppugnabat Comes Mompeligardensis Theodoricus, in Alsatiam cum armatis ingressus, Abbatem Murbacensem: à quo, priore anno captus fuerat. Prædatam potitus, hominibus aliquot captis, recessurus: ab incolis insequentibus denuò capitur: ac custodiæ Episcopi Argentoratensis mandatur. Is postea ipsum, cautione accepta, liberum dimisit. Trit.

Thannius Conradus.

Conradus 4. nobilis à Thann, Sueuus, successit Beringero in Episcopatu Spirensi. Præfuit 4. A. vtiliter. Obijt anno 1237. Brusch. Per eum, & Mogunt. Præsulem Sifridum, Marchionemq; Badensem, facta est iussu Regis Henrici, concordia 3. Cal. Mart. inter Episcopum & ciues VVormacienses, Francofordiæ. Trit.

Conradus de Marpurg, αἱρετικοδιώκτης.

Sæuiebat inquisitor hæreticæ prauitatis, de quo suprà dictum est, frater Conradus de Marpurg, à sede Apostolica constitutus. Tribuitur illis hæreticis Secta Nicolaitarum: quod Ecclesiam & Prælatos contempserint: quòd carnes in Quadragesima comederint: quòd matres, vxores, filias, communes habuerint. Quid, si atrocia eis sunt afficta: tantùm quia non omnia Pontificum probauerint? Deus patefaciet in illo die: num omnes illi, qui hæreseos condemnati sunt, fuerint hæretici: & num omnes, qui Albo Sanctorum adscripti sunt, fuerint Sancti. Sed circa hunc 1233. annum (sicut Trit. in Hirsaug. Chron. habet) in Alemannia multi nobiles & ignobiles, Clerici, Monachi & Monachæ, ciues oppidorum & Rustici, ab illo Prædicatore Conrado, per diuersa Teutoniæ loca, ignis supplicio, NIMIS PRÆCIPITI SENTENTIA (vt multis tunc fuit visum) sub hæresis nomine sunt addicti. Nam (vt quidam scribit) eodem die, quo quis accusatus est, siue iustè siue iniustè; NVLLIVS APPELLATIONIS, nullius defensionis, sibi refugio proficiente, damnatus & crudelibus flammis iniectus est. Inter multos delatus est falsò etiam Comes Seinensis. De cuius defensione sollicitus Rex Henricus, conuentum multorum Principum Moguntiæ habuit. Hinc frater iste vstiuus, in odium nobilium & ignobilium deuênit: & Moguntiâ discedens fide publica (saluo conductu) Henrici R. & Archiepiscopi Sifridi: nihilominus tamen non longè à Marpurgo, per nobiles quosdam, nullum gratiæ locum apud eum inuenientes, in via est occisus. Cadauer, Marpurgi sepultum. Sic quies hominibus contigit. Frange caput serpæ: non amplius illa minazzat: dixisset Merlinus Cocaius.

Hæreticorum præceps inquisitio.

Bertholdus, Episcopus Curiensis (antehac, canonicus Constantiensis) interfectus est in Ruansensi pago, hoc 1233. anno. Brusch. Causam ignoro.

De Heckenbachensi gynæceo.

Heckenbachium (Brusch. describente) antiquitus à loci sentibus oppleti asperitate, nominatum fuit. Hodie, Heppachium. Egregium Cistertiensis siue Bernhardini instituti, sub Constantiensi diœcesi, Monasterium virginum est (Salernitano id Abbate visitante) medio ferè inter cœnobium Oxenhusium, & Imperiale oppidum Biberacum, itinere situm. Cuius initium est factum circa 1233. annum Christi, anno Pontificatus Gregorij IX. octauo: à duabus conuersis fœminis (Beginas vocabant) quarum vna erat ex nobili gente Rosenburgiorum: altera verò, ex Laudenburgensi familia. His se permultæ aliæ adiunxerunt: inter quas, quinq; puellæ nobiles: persuasis ad ædificandum sibi habitacula parentibus suis. Inchoabatur Monasterium aliquoties in pago Maselhaimo: sed ligna & saxa, operi præparata, semper in eum locum, vbi nunc Monasterium stat, redijsse (τεραστίως λόγῳ) dicuntur. Templum, Sancto Pancratio dicatum est: cuius primum lapidem posuerunt virgines nobiles supradictæ, huius loci auspices. Priuilegia data sunt à Pont. Gregorio, & Friderico Imp.

Heckenbachensis παρθενών.

Beginæ.

Imp. Ditatum deinde tantoperè collatione piorum fuit hoc cœnobium: vt aleret CXX. Deo famulantes virgines. Tempore verò Interregni, quod VVilhelmi Cæsaris obitũ secutum est: cùm magnâ perturbatione Germania afflictaretur: idem incendijs & rapinis, ad eam redactum fuit egestatem: vt Sanctimonialibus fuerit domum, ad Parentes cuiq; suos, redeundum. Regnante autem postea Rudolpho Habspurgio: reuersæ huc, Monasterium auxilio nobilium à Bonsteten, à Friberg, à VViler, ab Ellerbach, Dapiferorum VValdpurgensium, aliorumq; plurium (sepulcra sibi, posteritatiq; suæ, ibi constituentium) præclarè instaurarunt: & meliori quidem forma, quàm antea fuerat. *Bonstetten.*

Abbatissæ huius loci.

Heckẽbachenses Abbatissa.

1. Irmegardis, anno 1280.
2. Elisabeta Hofmannin: quæ adhuc 1350. vixisse fertur.
3. Clara Strælerina Vlmensis, 1364. *Stræler.*
4. Catharina Stadionia, nobilis.
5. Anna Græterina Biberacensis. Dicitur, omnia bona, quæ singulis sororculis fuerant propria, fecisse communia. Obijt 1438.
6. Agatha, nobilis de Stadion. Cogitauit de claudendo prorsus Monasterio (ad tuendas suas puellas, & exteros parasitos excludendos) sed morte intercepta, decreto suo extremam manum imponere non potuit. *Stadion.*
7. Elisabeta Krælina, ex oppido Podamici lacus Lindauio. Præfuit 26. A. Hac Monasterium clausit sua manu: quanquam agrotissima, vtpote peste correpta. Ex quo tamen morbo conualuit: & duodecim adhuc annos, post conclusionem cœnobij vixit. Obijt autem anno 1480. cum 1467. Cal. Septemb. clausisset.
8. Anna Suterina Bracodurensis, vel Pfullendorffensis, patre consule nata. Rexit Gynæceum A. 29. religiosè & mansuetè. Decessit 1509.
9. Anna Knoboldina Vlmensis. Præfuit per quam religiosè. A. 6. Obijt 1515.
10. Barbara Ellenbogina Memmingensis. Præfuit laudabiliter A. 11. & defuncta est anno 1526.
11. VValpurgis Bitterlina Vlmensis. Optima Rectrix A. ferè 7. Decessit 1532.
12. Margareta Capitanea (Hauptmännin) patriâ Constantiensis. Præfuit 7. A. religiosè & clementer. Obijt 1539. anno ætatis 43.
13. Berenice, seu Veronica: ex Algoico comitum Montefortensium oppido Thettnango orta. Præerat, adhuc 1550. annos, 46. sororibus, Latinè etiam mediocriter scientibus, cùm ipsa iam 63. annum ætatis ingressa esset: diceretq; (vt Bruschius scribit) bis prope Latinis verbis: Se iam diu turbulentum huius Mundi mare nauigasse: sed iam ferè ad portum peruenisse salutis: vitæq; per Christum præparatæ sempiternæ. *Abbatissa Diſtũ.*

De eadem illa in cap. præced. Bebenhusanorum ab Eßlinga exemptione. Scriptum Henrici R.

Henricus, Dei gratiâ Rom. Rex, & semper Augustus. Per præsens scriptum, notum fieri volumus vniuersis Imperij fidelibus, tam præsentibus, quàm futuris. (cætera, vt suprà iam in patris exemptione.) Huius rei testes sunt. H. Marchio de Baden. Abbas S. Galli. Dapifer de VValpurg. Pincerna de VVinterstetten. Vlricus Notarius. VVernherus Notarius. Acta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis M.CC.XXXIII. 4. Kal. Nouemb. Datum apud Ezelingen, Indictione VI. *Rurſus Bebenhusa exemptio ab Eſſelingenſibus.*

Eodem anno Rex Henricus, & frater eius Conradus, cœnobium Prædicatorum Eßlingæ cœperunt ædificare: nec non equestrem domum, das Ritter Hauß. M. Scr. *Eſſelingæ Monaſt. Prædicatorum.*

Anno 1234. ex Sicilia in Italiam reuersus Imp. Fridericus, ad Picentinos se recepit. Hinc, deliberatis quibusdam rebus, Reate vênit. Ibi post multam cum Papa de rebus terræ sanctæ deliberationem: se iterum promisit in Syriam profecturum: post quam inducia cum Soldano pactæ, terminatæ essent. Collenut. *Frider. ex Sicilia in Italiam.*

Hoc circiter tempore, Verona in potestatem Imperatoris redijt: qui Vicentiam quoq; & alia oppida Italiæ, cepit. Habebat enim strenuum virum, cuius opera plurimum ei proderat, Ecelinũ. De quo Platina in Greg. IX. scribens, Ecelinus, inquit, cognomento de Romano (cuius auus Teutonicus sub Othone 3. in Italia ordines duxerat) copias à Frider. 2. accipiens: magnam tyrannidem in Transpadana Italia sibi comparauit: redactis in potestatem suam Taruisio, Patauio, Vicentia, Verona, Brixia. Hunc Ecelinum (inquit Corius) genuit Ecelinus, conte di Romano, forte castello: id est, Comes castelli fortis, quod Romanum vocatur. Aiunt, à pio quodam *Verona ei cedit. Ecelinus, Friderici auus Italiæ Præfectus. Tyrannis eius.*

Monacho visum esse in aere Christum, ad Angelos dicentem: Quomodo possum vindictam sumere de peccatoribus Marchiæ Triuisanæ? Respondisse vnum ex Angelis: Ecce Ezzelinus, vir paratus scelera super sceleratos augere. Et productus fuit Ezzelinus: cui Christus gladium tradidit, dicens: Vade, & fac vindictam de hostibus meis, &c. Hæc, Corius. Nam peius cane & angue Ecelinum oderunt Itali.

Adelbergenses.

Hoc 1234. anno, Henr. Rom. R. donationem quandam fecit Adelbergensib. Inter alios, testes ibi sunt: Dapifer de VValdpurg. & C. Pincerna de VVinterstettē, atq; A. de Stauffen. M. Scr.

Conspiratio R. Henrici contra patrem.

Rex Henricus conuentum Principum egit Bopardiæ. Ibi accepto prauorum consilio, conspirationem fecit aduersus patrem suum? sed in suam perniciem, & multorum periculum. Ex eo die, quoscunq; potuit, precibus, promissis, minis sollicitauit: vt, patre relicto, sibi adhærerent: multisq; persuasit. VVormacienſibus, qui nolebant, diu molestus fuit. Tum Marchio Badensis in Siciliam proficiscitur: Imperatorem his de rebus edocet: vt primo quoq; tempore in Alemanniam redeat, hortatur. Periculum enim Imperij perdendi esse: Principibus cum filio contra eum conspirantibus. Augustus, Marchione in patriam præmisso, se propediem aduenturum promisit. Doluit Henrico, patrem de his rebus edoctum, venturum esse. Vnde cum exercitu ditionem Marchionis ingressus: mali quicquid posset, inferre studuit. Verùm Marchio de Imperatoris aduentu certus, sua acriter defendit, exercitumq; Regis fugauit. Tritenh.

Badensis Marchio.

Mediolanenses, contra Frid. pro F. Henrico.

Fecerant Mediolanenses, & aliæ ciuitates Lombardiæ, fœdus inter se contra Frideric. Imp. cuius filia Henrico iurarunt fidelitatem: & se coronaturos eum ferreâ corona promisêre, quam patri eius negauerant. Corius.

Pfirt. Fridericus.

Fridericus, Comes Pfirtensis, custodiæ mandatus, & inedia arefactus, à filio suo crudeliter enectus est.

Hoheneccius Landolphus.

Landolphum, nobilem ab Hoheneck, VVormacienſem Episcopum factum, confirmauit Sigefridus, Moguntinus Archiepiscopus: inuestiuit Regalibus Haganoæ, Rex Henricus. Sepultus in cœnobio Nonnarum dicto, 1247. quod ipse reformauerat: pro benedictinis, non admodum castis Monialibus, Bernhardinis sororibus introductis. Fuerat ab Imp. Friderico, Episcopatu deiectus, ex vrbe expulsus: quòd Henrico R. contra ipsum adhæsisset: sed de precatione multorum Principum, & ipsius etiam Reipub. VVormacienſis, post paucos menses est restitutus. Brusch.

Tanneccius Henricus.

Nissenses Barones.

Henricus, nobilis de Tanneck (al. de Tannenvvaldburg & Kyssenberg) electus est Episcopus Constantienſis. Qui etsi à bellis abhorrebat: tamen ab Henrico & Godefrido, Nissenſibus Baronibus, iniustè lacessitus est: ac diu grauiter vexatus. Verùm, collecta tandem manu, diuino auxilio inuocato; in hostes egressus, in Suiggerana valle cum eis conflixit: ac, tametsi numero longè inferior esset, vicit. Captus est vterq; Nissenſis: alijq; XL. Barones & nobiles. Hi, vinculis inclusi, Constantiam sunt perducti: aliquandiu ibi in custodia seruati: tandemq; certis conditionibus dimissi. Pugnatum fuit anno 1235. die S. Albani. Quieta debinc Episcopus gubernatione vsus est. Ex eodem.

Rabensperg. Rauenspurg.

Eodem 1234. anno, Henricus 3. huius nominis, nobilis Regulus à Rabensperg (vt Brusch. vocat: sed Lazius, à Rauenspurg) consecutus est Episcopatum Aistetensem: cui 3. A fideliter præfuit. Liberos à Rauensperg, Sueuos, memorat Lazius: ex quibus in fundatione Oxenhusani Cœnobij, Lutoldus citetur circa 1140. annum. Ex ijs etiam fuit Ioannes, & Guta coniux: qui cœnobium Prædicatorum, in Lacu Brigantino prope Constantiam fundauerunt. Denique præsens Episcopus Henricus.

Schvvandensis Baro.

Apud Einsidelenses factus est Abbas, Anshelmus, Baro Schvvandensis, ex Claronensium regione. Hic postea ab Innocentio 4. P. insulâ redimitus est: & ab Imp. Friderico, Princeps Imperij dictus. Brusch.

HENRICVS R. A PATRE FRIDERICO IMP. QVI IN GERMANIAM redijt, in exilium relegatus: Conradus verò, frater eius, exaltatus. Brunsuicenſ. & Luneburgenſ. Ducatus. Elector Saxoniæ, Anhaltinus. Tertium coniugium Friderici, cum Regina Anglica. Comitia Augustæ Rhætiæ. Comes Tolosanus & Prouincialis. Collatio quædam donorum in cœnobium Laureacense, Henrici VValthuſ. nobilis. Navvenses nobiles. Cœnobium Constantiense Prædicatorum.

CAPVT X.

Henric. R. se aduersus patrem præmunit.

ANuo 1235. Henricus R. audiens, patrem breui in Alemanniam esse redituram, metuebat sibi. Itaq; cœpit adsciscere amicitias Principum ac ciuitatum (teste Trit.) incipiensq; ab vrbe Basilea:

Basileæ: ab omnibus ciuitatibus Alsatiæ, cum quibus habebat fœdus, obsides accepit: ne, Imperatore veniente à se resilirent. Imperator autem circa natiuitatem Ioan. Baptistæ, de Apulia per Picenum iter faciens, Ariminum venit: conscensáq; naui oneraria magna (Collenut. teste) Forum Iulij attigit. Inde per Austriam transijt in Alemanniam: habens secundum Conradum filium (teste Auent.) quem, Regem Palæstinæ Syriæq; nuncuparat. Fuerat autem à Duce Bauariæ Othone, maximo honore proximè Burckhusam exceptus: & Landshutam deductus: vbi filiam ille suam Conrado, Hierosolymorum Regi, desponderat: quæ tamen paucis post diebus fato concessit. Sic ibi Gabelcouerus verò, certum est, inquit, ex hac Bauariæ Ducissa, Conrado Friderici secundi F. promissa, natum esse Conradum iuniorem: eum, quem Itali Conradinum vocant. Quomodo ergo paucis post desponsationem diebus mortua est? Henricus porrò, qui fuerat Ratisbonæ à patre Friderico accusatus parricidij, & septuaginta Principum sententia condemnatus: interea moratur (vt Tritenh. ait) metu patris in castro munitissimo Trifelsio.

Friderici Imp. Germ. reditus.

R. Henrici condemnatio, & fratris Conradi electio.

Verùm suasu Magistri Hospitalis Teutonicorum Hermanni, venit ad patrem 6. Nonas Iulij, VVormaciam. Ibi mox positus est in custodia: primò VVormaciæ, in quadam firmissima circa Ecclesiam S. Andreæ domo: deinde, in castro Haidelbergensi sub custodia Othonis, Palatini Rheni, Bauariæque Ducis. Inde ductus est Aczeiam: hinc, in Apuliam: tandem, in Siciliam: vbi in arcta custodia detentus per quinquennium, vsque ad mortem est. Imperator deinde XI. Kal. Septembr. (in octaua assumptio. Mariæ) Conradum F. (coronatus incedens) designauit Cæsarem, & successorem (ad cuius rei apud Principes præparationem, alicubi legi ego, Manfredum ex Italia fuisse præmissum, naturalem filium Friderici) in vrbe Moguntia: vbi comitia, maximo conuentu Procerum Ecclesiasticorum & Politicorum, agebantur. Plus enim duodecim millia nobilium ac militum adfuisse, literis mandatum est. Ibi transactis quoque quæ inter Imperatorem, & Othonem Saxoniæ Ducem, annos fere octo fuerat, propter Ducatum Brunsuicensem & Lunæburgensem. Concessus ab Imperatore est Othoni hic duplex Ducatus, hæredibusque eius, in perpetuum. Titulus verò & Ducatus Saxoniæ, & electoralis dignitas, donata sunt Alberto, filio Henrici, Comitis Anhaltini. Factâ hac concordia: Principes inuitatu Augusti, epulo in illa octaua Mariæ assumptæ adhibiti sunt: quod propter nimiam hominum multitudinem, extra ciuitatem in campestri loco, magnis sumptibus fuerat præparatum: quod magnâ etiam latitia Imperatoris & Primatum est peractum. Ita sub Friderico emersit Ducatus Lunæburgicus, & Ducatus Brunsuigicus.

Captiuitas Henrici perpetua.

Conradus, Cæsar designatus.

Brunsuic. & Lunaburg. Dux Otho.

Saxoniæ Electior, Albertus Anhaltinus.

Epulum in campo.

Post hac, Imperator tertiam duxit vxorem, Regis Angliæ sororem, Mechtildam (Isabellam vocat Collenutius: ex qua filius postea Iordanus natus sit) cum qua nuptias VVormaciæ splendidissimas celebrauit. Postea misit ipsam in Alsatiam, Hagenoam: vbi & ipse fere per totam hyemem mansit cum ea, Principes aliquot secum habens. Postulauerat quidem ipse antea in matrimonium (teste Stadensi) Regis Bohemiæ sororem Agnetem sed maluit ea, hortatu fratrum Minorum, Monasticen sequi pauperum dominarum de Regula beati Francisci, in vrbe Praga.

Mechtildis, tertia Friderici vxor.

Scribitur in Chronico Colmarienf. Fridericum Imp. venisse anno 1235. Columbariam (Colmariam) cum multitudine camelorum.

Cameli, Colmariæ.

In Festo omnium Sanctorum, Imperator conuentum habuit Principum in vrbe Augusta (scribente Tritenhem.) vbi Rex Bohemiæ (nimirum VVenceslaus) adfuit: recipiens ab Imperatore decem millia marcarum, pro parte Ducatus Sueuiæ: quæ iure hæreditatis, ad vxorem ipsius (Chunigundin nimirum, Philippi & Irenæ Augg. filiam) deuoluta fuerat. Inde Hagenoam reuersus, ibi hybernauit: vbi Comes Tolosanus, Marchiam ab ipso in feudum accepit: præstito secundum morem iuramento fidelitatis. Sic & Comes Prouinciæ: quem, cùm annum ætatis ageret quinquagesimum, Imperator militem (Ritter) creauit. Quem ordinem non assumpsisset: nisi Rex Franciæ & Angliæ, qui filias eius habebant vxores, eum coegissent: indignum rati, socerum suum non esse militem. Adfuerunt etiam nuntij Regis Hispaniæ (Ferdinandi puta tertij) dextrarios (destrieti, bellatores equos) pulcherrimos, & preciosa Imperatori munera, cum salutatione afferentes.

Comitia Augustæ.

Irenæ filia Chunigundis, Bohemiæ Regina.

Senex, eques auratus creatur.

Donatio quædam testamentaria in cœnobium Lorcham.

In nomine Domini. Amen. Cùm humana labilis sit memoria: necesse est, ea, quorum obliuio dampnosa est, & vtilis recordatio, Scripto & testibus æternari, Ego igitur Heinricus de

VValthus. Henr. Collatio quædã in Monast. Lorchense.

« cus de VValthusen, notum facio omnibus, tam præsentibus, quàm futuris: quòd ego adhuc prom-
« ptus ad eundum & equitandum, omne patrimonium meum, in Vrbach situm, & homines meos:
« videlicet Bereng. Nanhum, & totam generationem eiusdem: Gozzelinum fabrum, & totam pro-
« paginem ipsius: Cunradum, & vxorem suam, & totam cognationem illorum: Mahtildim, quæ vo-
« catur Isenhutin: cenobio in Lorche, in honorem sanctæ Marie, in Testamento contuli: & vxor
« mea Mansum in HVLEVVE, consensu & voluntate filij sui Eberhardi de Gruvvenberc,
« eidem cenobio protestatiua manu attribuit. Verùm Abbas & conuentus eiusdem loci, duas pre-
« bendas mihi, & coniugi mee, & insuper singulis annis XVIII. modios siliginis, & XVI. modios
« spelte, & XVIII. modios auene, & duos porcos valentes II. talenta hallum, & Karratam vini
« de DAHENVELT Ezzelingen mensure, & C. & XX. caseos concorditer dare decreuerunt,
« & fideliter promiserunt. Itaque statutum fuit, quòd vxor mea vnam prebendam, & singulis an-
« nis pellicium, & duos calcios, nec non totam porcionem tam vini, quàm frumenti, siue carnium,
« prenominatam, & domum custodis, & granarium iuxtà, post mortem meam, quandiu apud clau-
« strum manserit, sine contradictione recipiat, & in perpetuum possideat: ita quòd post obitum eius-
« dem, nullum penitus ius hæredibus suis de premissis tribuatur: sed omnia ad Ecclesiam liberè re-
« uertantur. Vt autem ista, firma & inconcussa permaneant: ego & Dominus Abbas Laureacen-
« sis præsentes paginas sigillis nostris fecimus roborari.

Huius rei testes sunt:

Cunradus, miles de Rehperc. Egeno, miles de Stauffen, & F. suus Egeno. Bernoldus, miles de Vrbach, & filius suus VValther. Diemarus, miles de VVerde. Eberhardus, miles de Gruvvenberc. Gelphradus, miles de Tunschalchingen, & filij sui Gelphradus & Sifridus. Heinricus, miles de Hohenstat aureus, & frater suus Eberhardus. Fridericus de Stouffen. Dietericus de Oren. Fr. Plebanus de Vrbach. Dietericus de Schorndorff, Diepoldus Grasenaph, milites. Shopo, Burch. Eppo, ciues de Gamundia. Et alij quam plures. Acta sunt hæc Anno Domini M.CC.XXXV. Indict. VIII.

Navv. Langenavv.

Viuebant hac tempestate nobiles quidam, de Navv dicti. De quibus Lazius sic scribit: Ingenui equites de Navv (qui hodie locus Vlmensibus paret, & LANGENAVV appellatur) erant. Quo nomine Rudolphus citatur à Sigefrido, Episcopo Augustano, in confirmatione Vrsinensis cœnobij, de anno, 1235. Sic, ille. At Sigefridus Bruschio 1227. Brunduſij obijt: Imp. Friderici militiam Hierosolymitanam sequens. Eius successor fuit Sibotho, Baro Gundelfingius.

De prædicatorum Constantiæ cœnobio.

Prædicatores Constantienses.

Suprà part. 2. lib. 5. cap. 2. descriptum est cœnobium Petershusium, è regione oppidi Acroniani Constantiæ situm. Ex huius cœnobij aduerso, intra mœnia huius oppidi, ad lacum Acronicum, aut in ipso potius lacu, situm olim erat (Scriptore Brusch.) ampliſsimum cœnobium ordinis Prædicatorij: sed postea 1537. à S. P. Q. Constantiensi, in Xenodochium conuersum est. Cœptum id fuit 1235. ex mendicitate: sed postea liberaliter donatum est ab Ioanne de Rauenspurg, equite aurato, annum circiter 1250. Is ibi, vxore dimissa religionis ergò, Monasticen professus est: ac post mortem ibidem humatus. Coniux eius, domina Gutha de Angelburg, consensu mariti, arcem suam auitam Anstegum ad hoc concedentis, cœnobium propè Buchornam construens, id ipsum ingressa, eiusdemque prima Rectrix, ac Prioriſsa designata legitur.

QVARTVM DECIMVM HASTILVDIVM, HERBIPOLI. HERMANNI, Teccensis Ducis, proles. De monte Teck, oppido Kirchheimo, & Parthenône vicino.

CAPVT XI.

Hastiludium 14. VVirceburgi.

ADeundem 1235. annum referuntur quartidecimi equestres ludi celebriores, nempe quatuor Germaniæ prouinciarum: Sueuicæ, Bauaricæ, Rhenensis, & Franconiæ. Acti VVirceburgi, hebdomade, quæ Dominicum post Festum omnium Sanctorum diem secuta est. Reges eorum, equites. Sigismundus Eltzius. VVolfius Hirshornius. Ernfridus Andeloius. Erpfo Sickingius.

Die waren zu Blat getragen. *Quid hoc sit, iam diu quæro. Ignorant nobiles, quos interrogaui, plures portatos honoris causâ fuisse, generatim intelligo, speciatim ignoro.*

Interfuêre Sueui, aut Sueuici generis.

Illu-

Illustres viri, Comites.

Hermannus, Comes & Dominus Teccensis, Lytzelmanni F. cum vxore sua Verina, Comitissa VVelschennevvenburgensi: quæ suprà anno 1230. posita est. Tecc. Hermann.

Eberhardus I. VVirtembergensis: cum vxore sua Agnete, Berchtoldi D. Zæringensis filia. VVirtemberg.

Egon, Fyrstembergensis & Friburgensis: cum vxore sua Neiffensi. VVolfframus Veringensis: Veringen.

cum coniuge sua Habspurgia. Conradus Caluensis. Vlricus Helffensteinensis, Dominus Fil. sæ. Hartmannus Dillingensis familiæ vltimus. Conradus VVeissenhornensis. Hugo VVerdenbergensis. Rudolphus Montefortensis. Fridericus Phirretensis. Fridericus (al. Craffto) Hohenlohensis. Caluens. Conr.

Barones. *Henricus 3. Burgvnius. Conradus VVeinspergensis. VVilhelmus Cimbrensis.* VVeinsperg.

Georgius Hohenbevvensis. Degenhardus Helenstainensis. Helenstain.

Equites. *VVolfius Fribergensis. Sigismundus Riethaimensis. Georgius Abelsingensis. Leopoldus Freudenbergensis.* Freudenberg.

Nobiles. *Georg. à Rechperg. VVolf. de Rechperg in Hohenrechperg. Fridericus, Dapifer VValpurgensis. Conradus, Dapifer VVinterstetensis. VValtherus à Rietheim. Frider. iunior Rietheimius. Diepoldus à Stain. VVilhelmus à Velberg. VVilhelmus Bappenheimius* Bappenhaim.

Marescalcus. Frummenhansius à Cronberg. Klainhansius à Ringingen. Georgius Schellenbergius. VVolfgangus Stettensis. Magnus VVesterstettensis. Theodoricus à Venningen. Henricus à Kaltenthal. Et alij.

Fœminæ, armorum iudices, nomine Sueuicæ prouinciæ.

Vxor D. Gætzij ab Andelovv, nata ex Hansijs. Georgij à Friberg vidua, genere Haunburgia. Virgo Magdalena, Marescalca Bappenhaimia.

Choreæ. *Tertio loco saltauit Otho Lyneburgensis & Brunsuicens. cum Comitis Hermanni de Teck vxore. Quinto, Henricus Dux Austriæ, cum Hermanni Teccensis sorore Agnete.* Teck.

Octauo, Dux Henricus Beurvvinus, Princeps Vinidarum: cum Agnete Zæringensi, Comitis Zaringen.

VVirtembergens. Eberhardi coniuge. Duodecimo, VVilhelmus ex Holandia, cum Comitis Hermanni à Teck sorore. Decimoquarto, Comes Bertholdus. Hennenbergius, cum vxore Comitis Fyrstembergens. Egonis.

Cætera, etiã rectè & ordine peracta: amicéq; inuicem discessum. Posui ex Ruxnero, quæ mihi probabilia visa sunt. Nam Ludouicus Bauarus, quem ipse his ludis interfuisse scribit, iam antea anno 1231. Kelhaimij interfectus erat. Et Ludouicus Turingus Hassusq;, D. Elisabetæ vir Hierosolymam petiturus, in Calabria 1227. obierat.

Quoniam Teccensis Hermannus huic equestri specimini dictus est interfuisse: de eius liberis, & de monte TECK: nec non de Kirchheimo subteccensi, cœnobioq; eius loci, quædam commemorabo: quæ pleraq; omnia ante triennium accepi ab erudito iuuene, gratoq; Discipulo, M. Leuio Schæntzio: reuerendi hodie, Ecclesiasticæ in oppido Ovva (veteris Teccensis Ducatus capite) D. Laurentij Schæntzij filio.

Igitur Hermanno hoc, & vxore eius Verina, nata hæc est progenies: & temporibus subiis vixit. Conradus, Dux Teccensis, 1279. qui coniugem habuit Annã, Comitem Hohenbergiam. Teccenses Duces.

Ludouicus, 1276. vt alibi reperio. Hermannus, 1269. Vxor, VVilburga Palatina Tubingensis, 1273. Fridericus, 1272. Coniunx, Anna, Gerolzeckia Baronissa, 1273. Margareta, 1270. Cuius maritus erat Albertus, Marchio Turingensis, 1274.

Vnde dicitur TECK?

ECK, ipse mons est: & quicquid circum eum suberat, vocabatur, vnder d' Eck / Sub ipso Eck.

Eck, id est, angulo. Nam is mons angulus fuit Alpium Sueuicarum. Et à monte nomen accepit arx seu castellum impositum. Quando autem, & à quo, id ædificatum sit: ignoratur. Postea verò, quàm à Proceribus ibi habitatum est, Deck appellabatur, vel Teck. His, priusquam in cæpto pergam, hoc interponam. Cæsar lib. 6. bell. Gall. Ea, inquit, quæ fertilissima sunt, Germaniæ loca circum Hercyniam syluam, Volcæ Tectosages occuparunt, atque ibi consederunt. Quæ gens, ad hoc tempus his sedibus se continet: summamque habet iustitiæ, & bellicæ laudis, opinionem. Vtrumque nomen (inquit Glareanus) Gallicæ linguæ (quæ Germanorum etiam erat: vt 1. part. lib. 1. cap. 4. diximus) existimo: quæ lingua populum, Volck nominat: & Tectosages, Deckensack. Tectosages (inquit 3. Stumpf. 10.) circa Tolosam Galliæ habitarunt. Inde in Germaniam migrarunt, ad opimam Hercyniæ syluæ partem (teste Cæsare) considentes. Ibi est Ducatus Teck. Tectosages Volcæ.

Teccen-

Deckarx. Teccenſis vetuſtiſſimus, frugum & vini ferax. Poſtea, Ducatui VVirtembergico coalitus. Pergo nunc in eo, quod cœpi. Deck fuit nominatum illud caſtellum, vel arx, tanquam à tegendo, & contra hoſtes protegendo. Fortaſſis ab Ioue quondam conditum fuit: qui terras & maria peragrans, ſe pro Deo coli voluit: & in montibus altis Templa ædificari iuſſit: nuncupans Templa Iouis Olympij. Olympus autem montem celſum ſignificat, & quaſi cœlum attingentem. Poſt multa ſecula, extirpato idolorum cultu, Chriſtianiſmus ibi introductus eſt. Sequentibus temporibus, quando comites viuebant locupletes, ac celebres, ab elephante nomen ſortiti, Helffenſtainenſes: hi inter duos amnes, Luteram & Lindachum, Eccleſiam ſtruxerunt, in campo ſolitariam. Circum autem eam ſucceſſu temporis factæ ſunt caſæ quædam: ex quibus coaluit vicus, Kirchhaim appellatus. Κυριακὸν, Kirch / Eccleſia: & Heim / domi, domus. Tanquam diceretur, Τὸ κυρίου δόμος, Domini domus. Eius vici hæc fuit origo. Multæ virgines extitêre, pietatis amantes: permultis annis ante Prædicatorium ordinem (circa 1214. annum, à Dominico fundatum) quæ ſe coniunxerunt, ibique tuguria compoſuerunt: vt eò propius ab illa Eccleſia abeſſent. Non habebant adhuc leges ſecundum quas viuerent ſeu Regulam præſcriptam: ſed nihilominus tamen, ſanctam & ſeueram ducebant vitam. Quæ fortaſſe circa 986. iam annum ſalutis congregatio erat. Laudabantur mores puellarum, in oculos hominum incurrentes grati. Quo factum eſt, vt cœtus earum paulatim auctior factus ſit. Vênit deinde poſt non parum temporis, famâ excitatus, aduectus vir quidam cæcus, patria Auguſtanus, nomine Chelidonius (qui & in hoc cœnobio ſepultus eſt) homo diues, honeſtus, Deo deditus. Hic pia cum puellis colloquia miſcere⌣: & quia fidibus ſciebat, cantiones ſacras eis pſallere⌣. Quas puellas cum intelligeret, religioſas quidem eſſe, ſed magna egeſtate premi: ipſe circum proceres Eccleſiaſticos & Politicos, vehendum ſe curabat: fidibus ſcitè canebat. Quibus cum non improbari ſuam præſentiam & operam cognoſceret: auſus etiam eſt eis narrare de LXXXVI. pauperculis Chriſti ſponſis, quæ Kirchhaimi eſſent: vitamq; parcè ac duriter tolerarent. Proinde ad beneficentiam, ſiue eleemoſynam, erga eas declarandam, hortabatur. Contributum fuit non parum pecuniæ. Quo ſubſidio, & plurium identidem collatione, tandem domicilium commodum, & omnino cœnobium (quod prope oppidum adhuc hodie conſpicitur) conſtructum eſt. Ita ibi à cœtu virginum, honeſtè & religioſe viuebatur: idque in longum tempus conſtanter. Vigente autem temporibus Friderici 2. Imp. Dominicano ordine: orabant illa Conſtantienſem Epiſcopum: vt ipſarum rationem viuendi certâ Regula comprehenderet. Sed is, quamuis ſæpe oratus, ſemper recuſauit. Miſſo igitur Prædicatore confluentiam Rheni, vbi Legatus Papæ erat: impetrarunt ab eo Regulam ordinis Prædicatorum. Commendatæ deinceps huic ordini fuerunt à Pontificibus: Innocentio 4. Alexandro 4. Clemente⌣ 4. & donatæ multis priuilegijs. Ita feliciter ſuccreuerunt: & quidem ſub Dominis Teccenſibus. Albertus autem Teccenſis, primus accepit dignitatem Ducis: viuens 1175. ſub Friderico I. Imper. Barbaroſſa. Gynæceo hoc ſpiritali ſic conſtituto: ad eas accedebant multæ ex ſeculari Gynæceo virgines: inter quas, vna inſignis nobilitate & diuitijs, nomine Adelhaidis. Huic ſe ſacro cœtui aggreganti, Teccenſis Dux Conradus liberè permiſit, omnes eò inferre opes ſuas. Libertate quoque donauit, literis & ſigillis firmatâ, cœnobium: vt hæreditates etiam capeſſere virginibus liceret. Ædificabant ipſæ Dormitorium: ædificabant Refectorium: ædificabant cellam vinariam: multa etiam Duce Conrado inædificante⌣. Vbi ipſi etiam Principes habitationem habebant: ſed ita à virginibus diſtinctam, vt eas nemo conſpiceret. Augeſcentem autem vicum Kirchhaimum, oppidum fieri contigit: populusq; vineas ibi plantare cœpit. Actum eſt hoc, quòd Dux Conradus libertate domicilium totum, & aream, & quicquid horti erat, ornauit, anno hoc (de quo iam multa ſcripſimus) 1235. menſe Nouembri. Ipſe quoque in Templi choro fœminarum humatus eſt. Inſecutis temporibus, omnia priuilegia Dux Ludouicus eis confirmauit. Idem fecit poſtea 1359. literis obſignatis, Dux Fridericus Teccenſis, die S. Matthiæ: qui vxorem habuit Annam, Comitem Helffenſtainiam, anno 1372.

Helffenſtain.

Kirchaim op.

Virgines quædã, pietatis amantes.

Chelidonius.

Kirchenſis Cœnobij origo.

Teccenſis Albertus, Dux primus.

Kirch. Nonnarum incrementum.

Cuius Friderici ſtemma, hoc eſt.

1. Auus, Hermannus ſupradictus, 1230. & 1235. 2. Pater, Conradus, 1279. fautor prædicti Monaſterij. 3. Filius, Conradus, 1330. 4. Nepos, hic Fridericus, 1372. De quo, & patre eius, ſuo rurſus loco: nempe infrà lib. 3. cap. 5.

Schiltach. Obiiſſe autem hoc ipſo 1235. anno Ducem Hermannum, à me reperitur. Eundem, oppidum Schiltachum VVirtembergicis comitibus vendidiſſe.

CANO-

CANONIZATIO S. ELISABETÆ. IVDÆORVM PVERICIDIVM.

IMP. Friderici reditus in Italiam, & res ibi gestæ. Friderici Ducis Austriæ exilium, & fortitudo. Imperatoris contra eum Viennam aduentus ex Italia. Coniugia & liberi Henrici Bappenhaimij. Sepultura veterum de Hohenloha Comitum.

CAPVT XII.

ANno 1236. Calendis Maij, S. Elisabeta (Vngari Regis Andreæ filia, Ducis Meraniæ ex matre Gertrude neptis, Belæ R. soror, Turingi Landgrauij Ludouici olim vxor) in oppido Hassiæ Marpurgo (vbi bonis suis in vsus pauperum conuersis, Hospitalis iecerat fundamenta) Diuis addita est: tollentibus eam de tumba Archiepiscopis Moguntino & Treuerensi, Episcopoq; Hildelsheimensi, commissarijs Apostolicis: præsente Imp. Friderico, multis Principibus, Comitibus, Episcopis, Abbatibus, hominibus omnino: quorum numerus ad duodecies centum millia fuit æstimatus. Imperator primum lapidem de sarcophago illius leuauit: prolatamq; extheſauris suis coronam auream, sacro capiti S. viduæ reuerenter imposuit. Reconditum est corpus eius in tumba aurea. Auspicijs facta sunt hæc Gregorij IX. P. propter innumera scil. mulieris miracula. Adfuit etiam filius Hermannus, & filia, Elisabetæ. Siffrid. Presb. & Tritenh. *S. Elisabeta, Diuis adscripta.*

Simile his est, quod Suetonius de Oct. Augusto cap. 18. scribit. Conditorium, inquit, & corpus Magni Alexandri, Alexandriæ Ægypti cum prolatum è penetrali subiecisset oculis: coronâ aurea imposita, ac floribus aspersis, veneratus est: consultusq;, num & Ptolemæum inspicere vellet: Regem ait se voluisse videre, non mortuos. *Alexandri Magni quasi canonizatio.*

Iudæi in oppido Fulda, pueros quosdam in molendino occiderunt: vt eorum sanguinem reciperent. Ideo multi illorum, combusti sunt. Puerorum verò corpora, Imperatori Hagenoam allata, ibi humata sunt, tanquam Martyrum. Trit. *Iudæorum puericidium.*

Imperator per Veronam in Longobardiam inuasit. Vbi præter cæteras res præclarè gestas, vrbes occupatas, rebelles domitos, Ferrariam quoq;, Salinguerræ potentissimi viri gratiâ in potestatem suam redegit. Quæ vrbs, viuente Salinguerra, multas ad res ei fuit vtilis: quòd per eam aditus Mediolanum pateret omnibus copijs: ad eius debellationem, ex Sicilia, Regno Neapolitano, Æmilia & Flaminia, euocatis. At etiam post mortem Salinguerræ, magnum ciuium illi fauentium numerum præbuit. Nam quicunque Salinguerram in exilium secuti fuerant: Mutinamque & Rauennam se reduxerant: stipendia apud Fridericum meruerunt. Pandulf. lib. 4. Alibi sic etiam reperi. Comes S. Bonifacij, Mantuam fortiter regebat contra Imper. Fridericum. Qui ex Alemannia, suasu Cremonensium & Ecelini, mense Augusto cum copijs Veronam venit: ac vastatis Mantuanis, in Longobardiam iuit: Vicentiaq; capta, in Germaniam redijt. Corius scribit, calendis Nouemb. destructam esse ab eo Vicentiam. *Imp. Frid. reditus in Italiam. Ferraria. Salinguerra. Vicentia.*

Interea, dum hæc à Friderico aguntur in Italia: Rex VVenceslaus Bohemiæ, & Dux Otho Bauariæ, cum quibusdam Episcopis, iussu Imperatoris, ditionem Ducis Austriæ Friderici 2. cum valido ingrediuntur exercitu: propter multa & grauia huius Ducis facinora. Nam ciues suos nouis & insolitis exactionibus expilabat, cœnobia totius Austriæ cuncta, vno die spoliauerat suis thesauris: ciuis Viennensis vxorem eximiæ pulchritudinis, pulchram ex re ipsa Braunhildin dictam, cum nullis donis pudicam corrumpere potuisset: cum insignioribus ciuibus vtriusque sexus, ad cœnam inuitatam, de chorea inuitam per Verrinos perductores raptam stuprauerat: è seditione ciuium propterea à marito excitata, profugerat: mandata Cæsaris Friderici, quotiescunq; vocaretur, contempserat: matrem denique Theodoram (illam celebris nominis Græcam: de qua antehac diximus) in custodiam duci iusserat: quæ, delatis ad Imperatorem querelis, ad Bohemiæ R. VVenceslaum confugerat. His de causis, ab Imperatore bellum ei per Bohemum & Bauarum illatum est. Qui licet Austriam ferro & igne popularentur: Fridericus in arce Starckembergia, & Noua ciuitate, quas præmunierat, tutus erat. Imò & Noribergensem Burggrauium profligauit: & Episcopos, Bathauensem Rudingerum, ac Frisingensem Conradum, cum multis nobilibus ab Imperatore missos, cepit. Augustus itaq;, rebus in Longobardia vtcunq; dispositis: relicta ibi exercitus parte: Austriam cum reliquis ingressus est: ereptis fortissimis per Styriam Principi munimentis. Intromissus est à Viennensibus ciuibus in vrbem summo cum honore: Comitatus Episcopo Bambergensi Eckenberto, Duce Bauariæ Othone, Burggrauio Noribergensi, Comitibus Hennenbergensibus, Comite Eberstainio Theodorico: multis aliis, Episcopis, Baronibus, nobilibus. Descendit etiam secundo Danubio Imperatoris filius, Rex. Rom. Conradus, cum insigni nobilitate: qui tres *Friderici Austrij tyrannis, & exilium. Braunhildis. Theodora Græca. Viennam ingressus, Frid. Imp. & Conradus R.*

menses hyemarunt Viennæ. Et quia exul ille Fridericus nihil retinuerat: præter nouam ciuitatem, Medlingum oppidum & arcem, Starckenbergumq́: Imperator Viennam, Imperialem vrbem creauit: Romanoq́ Imperio subiecit: Insignibus vrbi donatis, quibus hodieq́ vtitur: quæ sunt, Aquila aurea (biceps & coronata) in campo nigro. Sic ea quadriennium sub Imperio mansit, quandiu Fridericus exulauit. Trit. & Cuspin. in Austria.

Vienna, Imperij vrbs.

Vini copia.

Hoc anno, passim tanta vini copia nata est: vt in Alsatia, vnum Quartale vini vno Denario emeretur. Trit. Ergo & in Sueuia vilissimo precio fuit.

Bappenh. Henricus.

Aichelberg.

S. crucis Gynæceum.

Vixit hoc anno Henricus Bappenhaimius, sacri Imperij & Aulæ Cæsar. Marescallus: cui vxor fuit Potentiana, Baronissa Aichelbergensis. Ex quibus natæ sunt filiæ, Iuliana & Scholastica: ambæ in cœnobium S. crucis in valle (H. Creutzthal / oder Wasserschapffen) non longè ab op. Ehinga supra Riedlingam, traditæ. Est id Episcopatui Constantiensi subiectum: sub visitatione Abbatis Salomoniæ villæ: fundatum anno salutis 1140. in vsum L X. sororum. Defunctâ autem Domina Potentiana: Priscam Stæffelensem duxit Henricus: Comitissam à matre Dillingensem. Ex qua procreauit Henricum & Hiltebrandum Marescalcos. Vixit ipse adhuc 1263. anno. Sed vt ad filias eius, Monachas, redeam: Iulianam, quòd formosissima esset, Dux (nescio quis) Teccensis, ardenter amans, è cœnobio abduxit: priusquam illa professionem fecisset: velamentoq́ue, quod Alemanni VVeileram vocant, tecta fuisset. Quod ego velamen, in M. Scr. codice magno nobilissimoque Vniuersitatis Basiliensis, opera S. Athanasij continente, μαφόριον appellatum, ante plures annos legi. Credo autem dictum esse à μαῦρον, id est, nigrum (quo vocabulo vulgaris lingua Græcorum etiamnum vtitur (& à φόρεμα, vel φόρημα, gestamen: quasi μαῦρον καὶ μέλαν ἐπὶ κεφαλῆς φόρημα. Vt vel hinc animaduertamus: vulgaris linguæ vsum temporibus S. etiam Athanasij, qui circa Christi 330. annum vixit, aliquatenus fuisse: sed progressu temporis, magis magisq́ue corruptam esse. Non enim certè modò à tempore Orientalis Imperij amissione, & Turcico dominatu oppressione. Verùm enimuerò raptor ille, Iulianam multos annos secum tenuit. Tandem verò mortifero morbo excoctus: tota familia Aulæ præsente: legitimo illam sibi matrimonio addixit: nec diu pòst superstes mansit. Ipsa deinde perpetuam viduitatem coluit. Soror autem eius Scholastica, integram & laudatam vitam in suo Gynæceo vixit: ac mortua, ibi terræ mandata est.

Iuliana Bappenhaimia.

VVeiler, velamen nonnarum.

Μαφόριον.

Græcæ vulgaris linguæ vetustas.

Scholastica, Iulianæ soror.

Sulmaister Burckardus.

Halæ Sueuorum 1236. viuens, April. 17. nobilis vir Burckardus Sulmaister, testis citatus est in literis quibusdam: apud Minoritas, siue Nudipedes, ibi repertis. Sic & 1249. citatur quidam huius familiæ in literis: quæ ab Ioannitis asseruatæ sunt. M. Scr.

OERINGAE, in Lapide quodam: vbi sepultura est generosorum Comitum Hohenlohensium.

AN. M. CC. XXXVI. IIII. Idus AVGVSTAS TRANSLATA SVNT OSSA COMITVM, &c.

S. GERMANO FIDVS COMES EST IVNCTVS SIGEFRIDVS,
AD BONA NON TARDO, DVM VIVERET HIC, EBERHARDO.

Hohenlohensium Comitum veterum sepultura, Oeringæ.

Misit mihi 1589. Halensis Scholæ Moderator, Ioann. VVeidnerus. Conuertit Carolus Christopff. Baierus.

Im Jar tausendt / zwey hundert / dreissig sechs / den zehenden Tag deß Monats Augusti / sind hieher gefürt vnd gebracht worden die Gebeyn der Grafen / ꝛc. als nemlich.

Graff Sigefrid hie ligen thut /
Ein treuwer lieber Bruder gut /
Geleget zu Graff Eberhart /
So von hoch Adelicher art /
So zu Tugendt war gneiget eben
Allzeit / dieweil er war im Leben.

Iuxta sarcophagum in vno latere, meridiem versus, duo Angeli: tenentes Hohenlohense scutum cum duobus Leopardis. In altero latere, similiter: sed scuta, pura: id est, nihil incisum.

Gundelfingen.

Eodem 1236. anno, Augustæ Vindelic. annuente Episcopo Sibotone, Gundelfing. Barone, ædificatum est in foro vinario fanum S. sepulchri, à patricijs eiusdem cognominis. 3. Munsterus 345.

VIEN-

VIENNENSIS ACADEMIÆ PRINCIPIVM. DVX AVSTRIÆ FRIDEricus Bellicosus, restitutus. Reditus Imp. Friderici in Italiam, & clades Mediolanensium. SOEFLINGENSE virginum Monasterium. Vahingæ habitans Dillingensis Comes, Hartmannus. VVilpurgis Comitissa Kelmyntzia calamitosa. Cœnobium Halæ Sueuicæ Iacobeum.

CAPVT XIII.

ANno 1237. *Indict.* 10. *mense Aprili, Imp. Fridericus priuilegium Viennensibus dedit (quod apud VVolf. Lazium 2. rerum Viennens. 5. legitur) libertati & commodis eorum inseruiens. In eo fundamentum quoq; Academiæ eorum iactum est, his verbis. Volentes & commodo studio prouideri: per quod prudentia docetur in populis: & rudis ætas instruitur paruorum: potestatem damus plenariam Magistro: qui Viennæ per nos, & principes nostros, ad scholarum regimen adsumetur: vt alios Doctores in Facultatibus substituat, de consilio virorum prudentium ciuitatis eiusdem: qui habeantur sufficientes & idonei, circa suorum studium auditorum. Ita hæc Academia, à Sueuo Friderico 2. instituta est: ex Romana scil. & Parisiensi Scholis: in qua Poeseos etiam conferuntur Insignia.* Viennensis Academiæ initium.

Imperator deinde à Vienna Ratisbonam ascendit, vbi Comitia indixerat: relicto apud Viennenses Bambergensi Eckenberto (qui breui post ibi mortuus, ad Scotos iacet) & Burggrauio Noribergensi, Comitibus Hennenburgensibus, & Eberstainensi: qui vrbi Viennæ præessent. Dux verò Fridericus, excursionibus frequentibus nocens aduersarijs: ipsum etiam Eberstainensem profligauit: vrbem Viennam obsedit: ad deditionem coegit: clementem se erga ciues præbuit. Vsus fuit ad hæc, auxilio Regis Bohemiæ VVenceslai, Imperatori rebellis facti. Deditionem hanc anno ferè 1240. factam puto. Quoniam autem proscriptus & execrabilis erat: grauiora quædam sibi metuebat. Ideo ad Imperatorem profectus Veronam est: gratiamq; & restitutionem sui obtinuit: receptis Austria, Styria, & Carniola: inter alia munera, etiam 12. excellentibus ab illo mulis Hispanicis donatus. At auream quoq; crucem, qualem Cæsares in suis coronis gestant, ad priora Insignia accepit. Qua de re, suo loco. Hæc copiosius, in Austria Cuspin. Addit Tritenhemius comitia, Spiræ 1237. acta: vbi Fridericus Imper. denuò curauerit filium suum Conradum, Regem Roman. confirmandum. Sic & in Colmar. Chronic. est: Fridericus Conradum F. in Regem Teutoniæ coronauit. Frid. Dux Viennam recuperat. In Austriam restituitur.

Eodem 1237. anno, mense Aprili, Feudum Aduocatiæ villæ Bischofheim in finibus Franconiæ: quod nomine Ducatus Sueuiæ ab Ecclesia Moguntina tenebat: Siphrido Archiepiscopo, & successoribus eius, cum omnibus pertinentijs in perpetuum resignauit. Trit. Bischofsheim.

Idem, his & alijs peractis, rursus in Longobardiam cum copijs profectus est. Ibi sub mensem Nouembrem, ad locum, qui Noua aula nuncupatur, Mediolanenses ingenti prælio prostrauit. Cum enim ipsi cum suis fœderatis, eum in locum conuenissent. (Brixianis, Placentinis, Fauentinis, Bononiensibus, Mantuanis, Venetis, alijs multis: ipsoq; etiam Apostolico legato) insigne fortitudinis suæ specimen dedit. Contriuit ipsos: fœdus inter eos ictum fregit: Mediolanensium Carrocium cepit: nec non Petrum Tiepolum, eius vrbis præfectum, patricium Venetum, Iacobi Venetorum Ducis filium, expeditionis huius primarium Ducem: quem postea in Apuliam misit. Hanc victoriam consecutus illustrissimam: Cremonam triumphabundus est ingressus. Præcedebat enim Carrocium, ab elephanto tractum: cui impositus erat præfectus Mediolanensis: altero brachio ad erectum alligatus palum: laqueo circa collum eius posito. Supra arcem, ex lignis artificiosè factam (ab elephante tractam) stabant ordine Tubicines: ibique Imperatoris Insignia tenebantur erecta. Longobardorum autem signa, quæ capta fuerant, inuersa, cum captiuis proximè iunctis. Post quæ omnia, Imper. Fridericus cum exercitu sequebatur. Tanta fuit hæc victoria: vt Collenutius dicat, se in epistola quadam, tunc temporis de illo prælio exarata, hæc verba reperisse. HÆ OCCISIS non sufficiunt sepulturæ: nec CREMONÆ palatia multitudinem capiunt captiuorum. Fridericus tamen ipse, non nisi decem millia occisa captaq; fuisse, significat ijs literis: quas ad colloquium Cardinalium, de eodem victoria tunc dedit. Frid. Imp. in Italiam reuersus. Mediolanenses prælio vincit. Cremonæ triumphat. Triumphi ingressus.

De hoc prælio, Bern. Corius Mediol. parte 2.

A i ventisette di Nouembre, tra l' Imperatore & Milanesi fu fatta la pugna: laquale in tutto fu contraria à i Milanesi: per modo, che il suo Pretore fu ammazzato. Quini la uccisione de i Milanesi & Piacentini, di nuouo colligati, fu grande: & i prigioni maggiore: non obstante,

che assai per Erico da Monza fosse difeso il carozzo le ruote furono perdute: lequai Federico, à perpetua memoria fece trasferir à Verona: ordinando, che sopra di quarto Colonne fossero poste. Prætorem vrbis occisum ait. Sed suspensus postea fuit, vt dicetur.

Petrus de Vineis, 2. lib. Epist. 1.

Die 27. mensis Nouembr. anno 1237. vndecima Indict. vtriusque partis cunei præcursores, per curtis nouæ campos alternis cursibus impetuosè ferientes: hinc inde consortibus manibus, inuicem clangore tubarum milites animantes, bellum terribile inceperunt, &c. Tunc Teutonici enses suos rubricarunt: tunc felices fidelesque Regni milites, collaterales Principis, mirabiliter pugnauerunt: tunc miranda Papiæ militia, se de Mediolanensibus militibus vindicauit: & fidelis Cremona cum suis ciuitatibus, secures sanguine saturauit: & suas euacuauerunt pharetras Saraceni, &c.

Patauium, Ecelino traditum.

De his Italici belli temporibus, hæc alicubi verba reperi. Ecelino Padua, tradita: qui optimates Friderico tradidit: qui eos in Apulia carceribus mandauit, Postea in Italiam redijt, ob Mantuanos subdendos pacificè. Sic factum est. Et Mediolanenses vicit.

Castellum Imperiale.

Papa, Cæsari aduersarius.

Cùm autem hi animos collegissent (teste Corio) à clade: nuntiarunt Friderico, Cremonæ versanti: se quindecim diebus adfaturos: & quercus, quæ erant in conspectu portæ vrbis, extirpaturos: ipse Laudam venit instructus, frustrâ renitentibus Mediolanensibus: & Nouam ciuitatem profectus, extruxit arcem contra illos, CASTELLVM Imperiale dictam. Verùm Gregorius Papa (inquit Pandulfus) tantæ illius in Italia potentiæ impatiens erat: quamuis promptissimum se is offerret ad emendandum, quicquid sibi obijci posset. Ideo Venetos primùm ad pacem cum Genuensibus, à quibus propter rem maritimam dissidebant, faciendam impulit. Deinde fœdus cum eis hac conditione inijt: vt classem XXV. nauium, communibus instruerent sumptibus: eaq; Regnum Neapolitanum, in potestatem Ecclesiæ reducerent.

Corilio, op. Siciliæ.

Thomas Facellus. 1. Decad. lib. 10. cap. 3. integrum & prolixum Diploma ponit: quo Fridericus nobili viro, Oddoni de Camarana, militi, dilecto fideli suo concessit: vt posset, ob vitandas in Lombardia bellicas calamitates, cum alijs multis, in Siciliam transmigrare: & ita Coloniam deducere in locum, qui dicitur Scuppellus, situ in valle Mazariæ, vltra flumen salsum. Sed quia is locus, illis nec aptus, nec sufficiens, erat: denuò supplicanti concessit, vt terram Corilionis: in eadem valle, vltra fl. Salsum, cũ toto territorio, inhabitaret. Incipit. Fridericus, Dei gratiâ Rom. Imp. semper Augustus, Hierusalem & Siciliæ Rex, &c. Toties Imperialis extollitur maiestas: quoties in subditos suam exercet munificentiam liberaliter Imperatoria Celsitudo. Et exinde ipsi ad omne sincerissimæ fidelitatis obsequium feruentibus incalescunt. Per præsens itaq; priuilegium, notum facimus vniuersis fidelibus nostris, &c. Datum in castris ante Brixiam, anno Dominicæ incarnationis 1237. mense Nouemb. 11. Indict. Anno autem 1536. oppidi huius Corilionis pars, solo dehiscente, funditus corruit.

Eodem 1237. anno, quartale, quod superiore anno 1. Denario vendebatur, iam sedecim Denarijs venditum fuit. Trit.

DE SEFLINGENSI COENOBIO.

Sæflingensis παρθενών.

Freiberg.

Dillingen.

Vaihinga.

Cœptum est id primùm inter mœnia ciuitatis Vlmensis (vt à Brusch scribitur) vbi sororum S. Benedicti instituta sequentium, cœtus quidam ad S. Elisabetæ sacellum erat: in parte oppidi infima & sabulosa (auff dem Grieß) inter Gregarij pontis, & Anserum portas, situm. Huius Monasticæ societatis inceptor fuit Minorita quidam, nomine Albertus: qui concionibus suis acceptus, priuilegia & donationes quasdam impetrauerat apud Cæsarem Conradum 4. Friderici 2. Imp. filium. Accessêre mox aliæ donationes virorum nobilium, Vlrici & Peregrini de FREIBERG: qui prædium quoddam Monachorum, Curiam dictum, sororibus S. Elisabetæ tradiderunt. Et quia nondum amiserant totius Vlmensis vrbis possessionem Diuitaugienses Monachi: idcirco etiam loci eius Abbas Conradus, generosus Baro Cimbrensis, donauit easdem fœminas, aliquot curtibus prædiolisq; pagi Pfuolensis. Postea translatum est hoc cœnobiolum, mediocriter iam Vlmæ inchoatum, inde in viciniam arcis Seflingensis, quæ Comitum erat Dillingensium, anno Domini 1252. circiter, ab Hartmanno, Dillingensi Comite: qui & Augustanum Episcopatum gessit: atq; S. Claræ professionem ordinemq;, illic primus instituisse dicitur. Anno deinde 1258. huius Episcopi pater, Hartmannus & ipse nominatus, Vahingæ (oppido & arce hodie VVirtembergensis Ducatus) habitans: cùm soceri sui Ægidij, Comitis à Kelmyntz, odio flagraret acerbissimo: scribam quendam subornauit, à quo Comes Ægidius occideretur. Quo facto: Hartmannus propter tantum

facinus

facinus captus est: & à Kelmyntzensi familia, apud Treuerensem Archimystam Henricum, Imperij locum tempore Interregni tenentem, atcusatus. Treueri deinde capitis pœnã luit. Supererat Episcopi Hartmanni mater VVilpurgis, Comitissa Kelmyntzensis: versans in summo luctu, propter patrem Ægidium, & maritum Hartmannum, amissos. Expatiata igitur quodam tempore ex arce sua Vahingensi, ad S. Elisabetæ sorores, prope Sestingensem arcem habitantes: verba consolationis plena, ex eis audiuit plurima. Quarum conspicata piam conuersationem: dono dedit eis pro salute animarum, tum Parentis tum mariti sui, arcem Sestingensem: cum omnibus vicinis, ad eam spectantibus pagis: iussitque, vt maiori splendore cœnobium, quàm hactenus fuisset, construeretur: imò etiam ob recipiendum maiorem numerum sororum, maiore laxitate adificaretur. Quod sic factum est: Aduocatum agente cœnobij, D. Vlrico Helffenstainio Comite VVilpurgis genero. Erat huic Dominæ, præter Episcopum Hartmannum, alter etiam filius, adolescentulus 14. annorum. Quem cùm & ipsum religioni dedicare cuperet; rabidus eum canis paucis post diebus interemit. Tum verò luctuosissima mater, eidem Partheboni, quem nuper muneribus & adificatione exornauerat iam sedi suaq; tradidit omnia: & ibi Abbatissa gubernatrixque facta est, in congregatione LXXII. Sanctimonialium. De prædicti Scribæ facto, vide cap. 16. lib. 9. part. 2. De VVilpurge, similiter calamitosam Heroinam Alberadam, Banthensis Monasterij autorem, lib. 7. part. 2. cap. 6. Donis affectum est hoc cœnobium, à Palatino quoque Tubingensi quodam, VVilpurgis fundatricis genere: & à nobilibus de VVesterstetten. Adhuc hodie est, D. Francisci præcepta sequentium.

VVilpurgis, Comitissa Kelmyntia.

Helffenstain.

Iudicium D. Gabelcoueri de modò expositis.

Quædam huic de Sestingensi cœnobio historiæ insunt non vera. Constat enim, Vaihingam non Dillingensi vlli Comiti sed Vaihingensibus (qui pro Insignibus leonem vnum collibus 3. insistentem habent: eodem, quo Caluenses & Leonstainenses, modo) Comitibus, paruisse. Nec simile vero est: si omnino Hartmanni Dillingensis vidua, Vaihingæ vixisset: eam, quæ in vicinia haberet Monasteria Rechentshouam, Liechtensternam, Stainhaimium: Sestingam vsque, XII. circiter milliaria inde distantem, expatiatam fuisse.

Vaihinga.

ABBATISSAE Sestingensis Parthenônis.

1. Hedvvigis. Præfuit cœtui, cùm adhuc intra muros Vlmæ esset. 2. D. Anna à Friberg. 3. VVilpurgis Comitissa, translatrix secundaria fundatrix. Præfuit A. 8. M. 3. Obijt 1281. Sepulta in hac ipsa Abbatia, apud filiolum πυγόδωρον. 4. Barbara à Rechberg. 5. Barbara à Friberg. 6. Clara Kræfftina, patricia Vlmensis. 7. Elisabeta Kraffftina. 8. Agatha Kißlina. 9. Meburgis Strælerina, Vlmensis. 10. Christina Strælerina, & ipsa Vlmensis: quæ decessit 1489. Sub eius gubernatione, reformatum est hoc Monasterium, iussu Pont. Sixti 4. à Georgio & Henrico Abbatibus, Hirsaugiensi & Blaubyrensi, anno 1484. quo etiam in tuitionem venit S. P. Q. Vlmensis: VVilhelmo Besserero, & Ioan. Ehingero, consulibus: eademq; Respub. adhuc hodie id tutatur. 11. Elisabeta Reichnerina, anno reformationis instituta. Hæc anno 1492. de nouo condidit à fundamentis cœnobium: longeq; illustrius, quàm antea fuerat, effecit. Obijt 1513. cùm 19. A. rexisset. 12. Cordula à Rischach, genere & virtute nobilis: electa 1508. Elisabetæ adiutrix: post cuius obitum, in Abbatiæ rectturam successit: quam adhuc 1550. anno tenebat.

Sæsling. Abbatissæ.

Sæstinga reformatio.

Eodem 1237. anno, Francisci sectatores nudipedes (οἱ γυμνόποδες μοναχοὶ) Esslingam se ad Monasterium adificandum contulerunt. Sicut in M. Scr. legitur: Anno Domini 1237. nos fratres Minores intrauimus ciuitatem Esselingensem ad manendum.

Esselinga, Franciscani.

Eodem anno, Cœnobium S. Iacobi, quod est Halæ Sueuicæ, & Templariorum fuerat: permissu Abbatis Chomburg. Conradi, itidem datum est Franciscanis Monachis, incolendum. Fuerat id olim conditum à Kochengauensibus (al. Kochenthalensibus & VVestensibus dictis) Comitibus, & ordinis Benedictini. Ex cuius Monachis, Monasterium Chobenburgense, seu Chomburgense, initiò frequentatum fuit: postquam id ex arce Chobenburgo, à Rotenburgotuberanis Comitibus extructum fuisset. De quo dudum à nobis scriptum est, part. 2. lib. 7. cap. 4. & lib. 8. capit 2. A Kochengauensibus autem comitibus, qui iura quædam habuerunt Halæ. per matrimonium venit Iacobêum Monasterium, cum cæteris Halæ iuribus illorum, ad Comites Rotenburgenses, in arce Chobenburgia habitantes. Deinde ab his, ad cœnobium Chomburgense: ita, vt Abbas Chomburgensis, se Dominum quoque Halæ ad S. Iacobum scripserit. Sed ipsius concessu (vt dictum est) in potestatem Franciscanorum, vel Nudipedum, venit. Huius Gardianus & conuentus, resignarunt id anno 1524. in manus Senatus Halensis. Quorum quidam, pe-

Halæ Sueuorum, Iacobeum cœnobium.

Cochengauenses Comites.

Rotenburg. Comites.

dam pecuniâ inde accepta, vxores duxerunt. Alijs perpetuus victus in Hospitali, datus liberaliter est, & nonnihil pecuniæ. Curauit deinde Senatus, binas conciones hebdomadatim, in hoc cœnobio habendas: Scholamq; docentium, pro indoctis Monachis ibi instituit: in qua iuuentus Latinè & Græcè gratis erudiretur. Sed cùm 1534. anno, Chorus eius Templi, & peristylium, ac cœmeterium (inter capitulum, & conuentus domum) hortusq; infra cœnobium, fori superioris & inferioris amplificandi causâ, destruerentur: lapidesq; ad pomærij murum, iuxta Eichiam portam à ponte vsque ad propugnaculum iuxta facinorosorum carcerem, conferrentur: cùm deniq; duæ domus cœnobij, fossione nimis propinqua periclitarentur: ac terra, quæ inferius erat, deflueret: Schola in antiquum locum reducta est: quò tutior à ruina esset. Epitaphia autem in hoc Iacobeo, multa fuêre facta. Hæc ex G. VVidemanni Germanicis collectaneis, hinc inde contraxi: qui ait, se in eodem Monasterio vidisse Antiphonam: olim manu nobilis virginis, in membrana pulcherrimè descriptam, vt fama fuerit. Eam virginem fuisse ortam ex arce Gabelstain: quæ prisco tempore ad riuum Gabelum, prope Maienfelsam sita fuerit: vt & cœnobium quoddam fœmininum, cum Ecclesia ταυροειδεῖ (crucis in modum ædificata) sed non amplius esse, audio.

Schola Halensis.

Virgo, Antiphonæ scriptrix.

IMP. FRIDERICVS, A PONT. GREGORIO DIRIS DEVOTVS. FRIderici de iniuria Papali querelæ: & contra hostes, res in Italiæ gestæ. Gibelini & Guelphi, ibi exorti. Crucis prædicatio contra Frid. Episcopi, Spirensis Conradus, Argentinensis Henricus, Curiensis Volcardus. Nordlingæ conflagratio. Hierosolymæ amissio finalis. Hospitalis Biberacensis fundatio.

CAPVT XIIII.

ANno 1238. (al. 1239.) die palmarum Pontif. Gregorius Imperatori sacris interdixit. Collenut.

Fridericus Imp. excõmunicatus.

Fridericum, Longobardiam sibi rebellem depopulantem, Papa excommunicauit: eumque per fratres Minores, vbiq; denuntiari iussit. Inde secuta sunt infinita mala, in omni terra, Imperio Romano & Ecclesiæ subiecta. Trit.

Pontifex arma Spiritualia distrinxit (honorans scil. Regem) in Fridericum: excommunicatione in illum, ad diem cœnæ Domini (9. Calend. April. inquit Stadensis) promulgata: & omnibus iurisiurandi religione solutis (Wer hat den Juncker so hoch gesetzt?) qua Imperij Regniq; ratione tenerentur astricti. Crantz. 8. Sax. 6. magnus Friderici aduersarius.

Ideo sic etiam in Metropol. lib. 7. cap. 52. ex Stadensi scribit Papa Imperatorem, quòd incorrigibilis videbatur, in cœna Domini, extinctis super eum candelis, anathematizauit, ita dicens: Excommunicamus & anathematizamus, in nomine Patris, & filij, & Spiritus sancti, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & nostra, Fridericum dictum Imperatorem: pro eo, quòd contra Romanam Ecclesiam seditionem mouit in vrbe: per quod intendit Pontificem, & fratres, à sua sede repellere: & contra priuilegia dignitatis & honoris Apostolicæ sedis, & libertatem Ecclesiasticam: contra iuramentum, quo super hoc tenetur Ecclesiæ, temerè veniendo, &c. Item, quòd nepotem Regis de Tunisi, venientem ad Romanam Ecclesiam pro suscipiendo Baptismate, detinet, nec venire permittit, &c. Item, pro eo, quòd terras Ecclesiæ occupauit contra iuramentum, quo super hoc tenetur Ecclesiæ, temerè veniendo, &c. Porrò pro omnibus & singulis supradictis: super quibus dictus Fridericus à nobis fuerit ammonitus, & frequenter, nec pacem curauit: eundem Fridericum excommunicationis & anathematis vinculo innodamus: qui etiam de Catholica fide non rectè sentire, est grauiter infamatus. Sic ergo Diabolo est Imperator traditus.

Excommunicationis verba.

Causæ.

Cuius rei nuntium tertio die Paschatis; adiens Ecclesiam, ipse accepit: cùm Paduæ apud Ecelinum ageret. Eius tamen rei fama, Paduam totam eius peruaserat. Iussit autem suarum Magistrum Epistolarum (Petrum de Vineis) eloquentem (vt illa ætate) virum: orationem habere de innocentia sua, & in Ecclesiam Pontificemq; meritis. Exercitum deinde in palustrem Venetorum regionem numerosum duxit: sed nauium sagittarijs plenarum multitudine ab illis veniente, recessit non tamen sine damno regioni dato.

Fridericus, contra Venetos.

Iniquissimè fuit excellens hic Imperator à Papis (præsenti Gregorio, & secuto Innocentio 4.) traductus: vt, Molitoris esse filium: supposito scilicet infantulo molitricis enixæ: quando Constantia, Henrici VI. vxor, parere fingeretur. Sacrilegum esse, qui iura Ecclesiastica vbique imminueret. Sarracenorum Regulos à regeneratione lustralis aquæ arcere. De Christo conuicia horrenda dicere: nempe tres orbis terrarum impostores fuisse: Mosen, Iudæorum: Christum, Christia-

Papales in illum calumniæ.

Christianorum: Mahometem, Sarracenorum. Se, si per Principes liceret, posse Imperium ita instituere: vt omnis esset superstitionis expers. & firmissimum. Talia illi calumniabantur: vt cùm aliter non proficerent contra eum, etiam Acheronta mouerent.

Fridericus verò, etiam Scriptis se defendit: siue contra hunc Gregorium, siue contra insecutum Innocentium, sequentia spectes. Vt, lib. 1. Petri de Vineis, Epist. 6. ad Cardinales: Quis non miretur & stupeat: quòd tot venerabilium patrum congregatione, munita Ecclesia generalis: sedens in solio (& vtinam iustus iudex) velit inconsultè procedere: ac suis motibus excandescens, in Romanum intendit Principem, Aducatum Ecclesiæ: ad prædicationem Euangelij stabilitum: ob fauorem Lombardorum rebellium, exercere spiritalem gladium, si dicere liceat, minus iustè? &c. Angit nos altiori mente turbatio: quòd, dum nos intendamus à persequente defendere: oporteat nos grauius offendere resistentes: salua in omnibus Ecclesiæ sanctitate: quam cultu sacro, & debita reuerentia, corde corporeq; veneramur. Defensio Friderici.

Et eiusdem lib. Epist. 1. Super Cathedra Mosi sedentes hoc tempore Pharisæi: sic moti sunt contra Romanum Principem oberrantes: quòd ACTORES malitiæ facti simul, & IVDICES, apertè iudicium subuerterunt.

Iste pater patrum, qui dicitur SERVVS seruorum Dei, omni prorsus exclusa iustitia, sanctus esse aspus surda: non admittens Romani Principis allegata.

Dic rogo: quid resurgens à mortuis dixit primò Discipulis, ille Magister omnium Magistrorum? Non inquit. Arma & scuta sumite, nec sagittam, vel gladium: sed, pax vobis.

Petrus Apostolus, ad portam veniens speciosam: Nec argentum, nec aurum, habeo, dixit claudo. Tu verò, si forsan incipit aceruus pecuniæ, quem adoras, minui: statim cum claudo claudicas: quærens anxiè, quæ sunt Mundi.

Ploret igitur mater Ecclesia: quòd pastor gregis Dominici factus est lupus rapax.

Et Epist. 2. Qui clerici censentur: pauperum eleemosynis impinguati, filios opprimunt: ipsiq; nostrorum filij subditorum, paternæ conditionis obliti: nec Imperatorem, nec Regem, aliqua veneratione habere dignantur: quoties in patres Apostolicos ordinantur.

Item Epist. 31. Ipse, draco magnus, qui seduxit vniuersum orbem, Antichristus esse: cuius nos dixit esse præambulum. Hic est Angelus prosiliens de abysso, habens phialas plenas amaritudinis, vt mari & terræ noceat. Inseruit enim falsus Christi vicarius fabulis suis: nos Christianæ fidei religionem rectè non colere: ac dixisse tribus seductoribus Mundum esse deceptum: quod absit, de nostris labijs processisse: cùm manifestè confiteamur vnicum Dei filium, coæternum & coæqualem patri, ac Sancto Spiritui, &c. Re vera Imperalis felicitas, Papali semper impugnatur inuidia. Papa, Antichristus.

Rursus Epist. 2. Habemus conscientiæ puritatem: ac per consequens, Deum nobiscum: cuius testimonium inuocamus: quia semper fuit nostræ voluntatis intentio: clericos cuiuscunque religionis ad hoc inducere, & præcipuè maximos ad illum statum reducere: vt tales perseuerent in fide: quales fuerant in Ecclesia primitiua: Apostolicam vitam ducentes, & humilitatem Dominicam imitantes. Tales namque Clerici solebant Angelos intueri, miraculis coruscare, ægros curare, mortuos suscitare: & sanctitate, NON ARMIS, sibi principes subiugare.

Et Epist. 3. ad Regem Franciæ. Nusquam legitur, diuinâ vel humana lege Pontifici Romano concessum: quòd transferre pro libito possit Imperium: aut de puniendis temporaliter in priuatione Regnorum, Regibus & Principibus iudicare. Nam licet ad eum de iure & more Maiorum consecratio nostra pertineat: non magis ad eum depositio seu remotio, pertinet: quam ad quoslibet Regnorum Prælatos: qui Reges suos, pro vt assolent, consecrant & inungunt.

A nobis incipitur: sed noueritis, quòd finietur in vobis.

Certarunt inter se quoque versibus Imperator & Papa. Apud Cuspin. Amœbea Versibus inter Papam & Frider. contentio.

Fridericus.

Roma diu titubans, longis erroribus acta,
Corruet, & Mundi desinet esse caput.

Papa. Niteris in cassum nauem submergere Petri,
Fluctuat, ast nunquam desinet esse ratis.

Frider. Fata volunt, stellæq; docent, auiumq; volatus:
Quòd Fridericus ego, malleus orbis ero.

Papa. Fata volunt, Scriptura docet, peccata loquuntur:
Quòd tibi vita breuis, pœna perennis, erit.

AVENT. Annal. Boiorum lib. 7.

Friderici, inquit, potentia, vires, prudentia, magnitudo animi, rerum bellicarum peritia, vicinitas (nam in Italia contra morem veterum Imperatorum habitabat: Germaniam per filium administrabat) formidolosa atq; suspecta fuêre Romano Sacerdotum Senatui. Visum est Flaminibus Romanensibus, Imperium Germanum magis florere, quàm ipsis vtile foret. Placuit id contundere: atq; discordiâ non solùm debilitare: sed in cineres quoq;, atq; fauillas, redigere: & Fridericum huncce, à fastigio rerum humanarum deturbare. Itaq; Gregorius in Germaniam misit cum excommunicationis literis legatos: Rainerium, à S. Quintino, Trecassiorum Mystam: Philippum Assisium: & præcipuè Albertum Beham, Bathauensis Templi Decurionem. (De quibus, quomodo se in eo negotio gesserint, ibi copiosè ab Auentino scribitur) Diplomata sunt reddita omnibus Episcopis Germaniæ. Nemo ipsorum paruit, nec aliorum: sed cuncti fremere, indignari, stomachari. Omnia, tumultu in Germania completa. Indignissimum facinus, præter fas & æquum, Romanum inceptare Episcopum, clamitatum. Conradus, Fruxinensis Episcopus, nullum ius Romano Flamini, absq; consensu Pontificum Germaniæ, esse in Germania, propalam docet. Suos, inquit, Romanensis Sacerdos pascat Italos. Nos à Deo constituti canes, à nostris ouibus lupos ouina pelle tectos arcebimus. Hæc, in præsenti sufficiant.

Discordia Germanorum, salus Papæ.

Legati Gregorij P. in Germ. contra Cæsarem.

Episc. Germani, contra Gregor.

Eodem 1238. anno, Fridericus laude profectus est Pauiam: vbi mense Maio, Guidoni Blanderatensi comiti (teste Corio) confirmauit omnia priuilegia Decessorum suorum: præsertim, quod ab Othone 4. Cæsare, anno 1209. concessum fuerat:

Blanderatensis Vitus.

Cuius rei testes fuerunt:

VVolgerus, Patriarcha Aquileiensis. Albertus, Antistes Magdeburgensis. Otho Episcop. Herbipolensis. Manigoldus, Episc. Paduanus. Erwicus, Episc. Aistetensis. Conr. electus Constantiensis. Ludouicus, Dux Bauariæ. Bernhardus, Dux Carinthiæ. Il conte Guntero di Suarpense: id est, Comes Gunther de Schwartzenburg. Arciniano, conte di VVirtemberg. Id est, Herr Heinrich Graff von Wirtemberg. *Il Marescalco di Ecalinda id est,* Marschalck von Caledin. *Gualtiero, pincerna di Schurff. Fort. de Lympurg. Sic credo. Nam VValther de Lympurg interfuit 1209. hastiludio VVormatiensi. Enrico, cameriero di Rauinspurg. Et alij.*

VVirtemberg. Henricus.

Si recentiori tempore, ita corruperunt Itali Germanica nomina: quid de temporibus Iulij Cæsaris, & Corn. Taciti, cogitandum est?

Germanicorum nominum corruptio.

Confirmationi verò, quam Fridericus fecit Bladeratensi, interfuerunt testes: Episc. Pauiensis. Episc. Placentinus. Marchio Monferratensis. Manfredus Saluzzianus. Et alij.

Eiusdem anni die Iunij 6. eclipsis extitit Solis ferè totius, circa horam diei nonam.

Eclipsis Solis.

Brixiam Frider. (negata Mediolanensibus pace, quam petierant) obsedit hoc tempore, sed frustrà. Contra hostes suos (Stadensi teste) per totum annum rebus bellicis insudauit. Cùm autem obsideret Brixiam (vt est apud Corium) ligneum contra eam excitauit castellum: in quo posuit omnes de Mediolanensibus captos: vt machinis ac telis Brixianorum cõficerentur. Brixiani contrà, si quos de hostibus caperent: eos ad parietes palatij vrbis suæ suspendebant. Interim Pauiam sibi Mediolanenses, vi coactam, iureiurando obstrinxerunt.

Bellum Friderici in Italia. Brixiani.

His tantis turbis à Pont. Gregorio excitatis: Italia in factiones duas capitales, pernicioſas, diuturnas, diuisa est. Guelphos siue VVelfos, & Gibelinos. Qui à Papa stabant, Guelphi: qui à Cæsare, Gibelini appellabantur. De quarum factionum origine, vide illa: quæ part. 2. lib. 10. c. 3. scripsimus. Blondus, apud Pistorienses hæc nomina primò audita esse ait.

Guelphi & Gibelini, factiones Italiæ.

Nomina sunt ipso penè tremenda sono.

Electus est hoc etiam anno Spirensis Episc. Conr. 5. Comes de Eberstain, in die S. Agnetis: propter studium pacificandi homines, Pacificus cognominatus. Adiuuit mòx Imp. Frid. in Italia bellum gerentem, ipse, & Archiepiscopi Sigefrid. Moguntinus, & Conradus Colonienſis.

Eberstain. Conradus, Episcopus Spirensis.

Nordlinga, hoc anno mense Martio, diræ conflagrauit: pereuntib. non solùm ædificijs & bonis eius: sed etiam legibus, Diplomatibus, priuilegijs, & literis contractuum. Illico tamen eodem anno, succurrente beneficentia clementissimi Imp. Friderici, cœpta est instaurari: libera ab omni exactione & tributo, huius & sequentium Cæsarum fauore, dũ vires reciperet: insuperq; priuilegijs egregiè est aucta 3. Munst 306. Translata autem tunc fuit ab Emeranio monte in planiciem, vbi etiamnum est. Chron. Nordling. M. Scr. vbi illud incendium, sequenti anno assignatur.

Nordlinga.

Monaste-

Monasterium S. Petri in Nigra sylua, Vorago ignis dictum (2. part. lib. 8. cap. 10.) omnino desolatum est, parietibus eius collabentibus. Sequenti verò tempore, ab Abbate VValthero instauratum: pro rugosa anicula, veluti pulchra iuuencula resurrexit. M. Scr. S. Petri nigrisyluani cœnobium.

Anno 1239. *cùm Pont. Gregorius Archiepiscopos & Episcopos Teutoniæ sollicitaret: vt Imp. Friderici deiectionem publicarent: ipsi supplicarunt ei, ne hoc fieret. Stadens. Idem Pontifex à Friderico angebatur: vt crucem & indulgentias aduersus eum, sicut contra Sarracenos, prædicandas curaret. Imperator enim cum suos (Italiâ in duo genera supradicta, distractâ) vbiq; nactos habent: eorum, qui aut contrariarum, aut neutrarum partium, essent, oppida expugnauit, loca populatus est, incolas sedibus expulit. Pisani, eius præsentiâ elati, classem centum nauium armarunt contra Genuates: sed apud Corsicam fugati in portum se receperunt. Entius quoque, Friderici filius, Rex Sardiniæ, Tiſernates, Eugubinos, & Nucerinos, ad defectionem impulit. Quos secuti sunt Spelani, Meuaniates, & Bittonienses. In Tuscia item, Ortani, Tuscanenses, Cornetani, Montesiasconenses. Defecissent & Romani: nisi illa cruciata, de qua dixi, prædicata fuisset. Quam Pontifex, capitibus Apostolorum in supplicatione per vrbem portatis: & oratione in Basilica S. Petri, Commiserationis plena habita: populo assignauit. Qua re factum est, vt venientem magno cum exercitu Fridericum aduersus vrbem, repulerint. Qui indignatus, hæc ita contra se ferri: signatorum, quos ceperat, capita, aut frontem, quadrifariam, crucis in modum (τραχοειδῶς) scindi iussit. De vrbis tamen adeptione desperans: Beneuentum perrexit, cepit, mœnibus nudauit. In Picentos ducens, Asculanum vastauit agrum. (Talia ad sequentem annum Collenutius refert. Ideo ibi de eis, & plusculis adiunctis, rursum commemorabimus.) Filius quoque Entius, maximis Romandiolam calamitatibus affecit. Hæc & alia, in hanc sententiam Blondus, Crantz. Nauclerus, & alij.* Cruciata Papalis in Fridericum. Entius, Friderici F. Cruciatorum pœna Fridericiana.

Hisce temporibus (inquit Tritenhem.) multa fuit in Ecclesia Dei, ministrorum eius persecutio: maximè, in Regno Alemanniæ: propter Imperatoris excommunicationem: qui omnes, qui cum Papa sentirent, persequi non cessauit: spolians Ecclesias ornamentis & redditibus suis: Prælatos, Monachos, Sacerdotes, multis iniurijs afficiens. Persecutio Sacerdotum in Germania.

Eodem 1239. *anno, sit Argentinensis Episcopus Henricus, Comes à Stabeleck, Sueuus: qui præfuit An.* 21. *vir prudens & iustus. Stetit tamen ab Henrico, Turingiæ Landgrauio: posterius à Principibus quibusdam Imperij, contra Imper. Fridericum, eiusque filium Conradum, electo Rege. Feliciter Alsatiæ oppida recuperauit: quæ sibi Conradus subiecerat: destruxitque castra Alsatiæ, ille VVigkersheimum, Gengenbachum, Cronebergum, Molberghusam, Ortenbergum, Offenburgum, aliaque plura. Kintziana valle potitus est. Postea pace vsus per viam, decessit anno millesimo ducentesimo sexagesimo, 4. Nonas Mart, Sepultus in sacello S. Andreæ. Brusch. & alij.* Argentin. Episc. Henricus.

Apud Curienses Episcopus erat Volcardus à Nyvvenburg: quem donauit priuilegijs Fridericus 2. annis 1239. *& 1249. Ædificauit castra, VVardevvallum in Engedinis montibus, & Fridevvpropе Zizers. Obijt* 1251. Curiens. Episc. Volcardus.

VValtherus de Trutberg, electus est 1239. *S. Galli Abbas: & Rauespurgi à R. Conrado est confirmatus. Abdicauit se Abbatia: quòd nollet gerere bellum cum Comite Dockenburgensi: qui potentior ipso erat: eiq; VVilense oppidum eripuerat. Ingressus est ordinem Prædicatorum Constantiæ* 1245. *Idem Brusch.* Sangall. Abbas VValther.

Cœnobij Benedictini Klingenmynsteri, die S. Agnetis 1239. *Abbas factus est Conradus, filius Comitis de Eberstain. Trit.* Klingenmynster

Eo tempore, cùm induciæ, quas Imp. Fridericus cum Soldano Ægypti pepigerat, exiuissent: Saraceni, legatione ad illum missa, eas renouare volebant. Placuit Imperatori: displicuit Pontifici: qui vita cœlesti (οὐρανοδρόμῳ) promissa, homines ad arma conciuit. Secuta est expeditio Nauarræi Regis Theobaldi, secuta Richardi Angli sed incassum vtraque: donec Hierosolyma rursus 1247. *amissa & destructa est: quam Cæsar Fridericus gloriosè receperat: Præfectus eius Rainaldus, dum vixerat, miro splendore auxerat. Ita manet in manu Gentilium: etsi multa post rursus tentata sunt.* Hierosolyma, rursus amissa.

Fundatio Ptochotrophij, vel Hospitalis, in oppido Sueuiæ Imperiali Biberaco. Missa ad me per M. Israelem VVielandum Theologum, pastorem Tussling. ab Euangelicæ Biberaci Scholæ Moderatore, M. Dauide VVeltzio.

In nomine DEI PATRIS, *& Filij, & Spiritus sancti. Amen. Cùm vita cunctorum sit instа-* Biberacense hospitale.

" *instabilis, ac memoria labilis & infirma: conuenit, gesta hominum perstringi serie literarum, ne*
" *obliuioni tradantur. Hinc est, quòd notum esse debet vniuersis, præsentem chartam inspecturis:*
" *quòd Hospitale, in honorem Spiritus S. & gloriosæ virginis, positum apud ciuitatem Biberach,*
Essendorff. " *fuit laudabiliter inchoatum. Milites nanque aurati de Essendorff, Huldricus & Halnvvigus,*
" *fratres germani, prædicti Hospitalis primi fuerunt fundatores.*

Ad quod Dominus Halnvvigus dedit agros: super quibus fundatus fuit ambitus Hospita-
Birckendorff. *lis: & quidquid habuit apud Birckendorff. Item Dominus Huldricus, miles præfatus, dedit villam*
Hagenbuch. *apud Hagenbuch: & quasdam possessiones suas apud Hochdorff. Item villam apud VVindereit-*
VVindereuten. *ten: villamq; aliam apud Sulgen. Quæ omnia liberaliter supradicto Monasterio tradita sunt.*
" *Quæ fundatio facta est circiter annum Domini M. CC. XXXIX.*

Im Namen der Dreyfaltigkeit:
Gott Vatter/Sohn/Geist/ein Gottheit.
Nach dem der Mensch gar baldt zergaht/
Vnnd alles was das Leben hat:
Gleich/wie die Blum im Felde gut/
Die Tag vnnd Nacht abreissen thut:
Vnnd doch in frischer gdächtnuß bleibt:
Was guter Werck zu jeder zeit/
Gestifftet hab deß Menschen Kindt:
Wie hie etwas verzeichnet findst:
So loß mir auff/vnnd merck mich eben/
Zwen edle Ritter seyn gewesen/
Vlricus vnd Halnwig genannt/
Von Essendorff gantz wol bekandt:
Gewesne Brüder alle beyd.
Auß eingeben deß Heiligen Geists/
Zu Biberach hand sie gestifft/
Vnd erstlich allda auffgericht/
Den Spittal vor dem Spitthor:
Wie noch das Kirchlein steht darvor:
Dem Heiligen Geist den dediciert:
Den auch Mariæ præsentiert/
Der Mutter Christi: beyde sand/
Jn solcher Ehr den bauwen hand.
Sein erste fundatores gwesen/
Gewaltige Ritter außerlesen.
Herr Halnwig/ dieser Ritter werth/
Der seiner Seel die Ruh begert/
Betrachtet wol das Gottes Wort:
Was Lucas schreibt an einem Ort:
Wie dann das zwölfft Capittel weist:
Wer lustig ist/ vnnd das gern list.
Spricht Christus/schätzt euch in dem Himmel:
Daß euchs kein Rost / Schaab noch Schimmel/
Verderbt: noch kein Dieb stelen mag/
Herr Halnwig btracht diß offt sein Tag:
Zu diesem Bauw verehret hat/
Sein Ecker/drauff das Kirchlein staht:
Vnd was er hat zu Birckendorff:
Gab er allsampt an diesen Ort.
Zu diesem Gottshauß/ merckt mich eben/
Herr Vlrich Ritter auch hat geben/
Ein Maierhoff zu Hagenbuch:
Zu Hochdorff auch sein glegen Gut/

Zu dem noch zween Höff in gemein:
Zu Winderietten ligt der ein:
Der ander war zu Sulgen glegen:
Die hat er all an Spittel geben.
Vnd diese Fundation ist alt.
Dann/als man tausendt Jahr gezahlt/
Zwey hundert/dreissig neun/vergangen:
Ward diese Stifftung angefangen.
Nach dem die Stifftung zugenommen:
Ists Spittal in d Statt hinein kommen.
Ward also von dem Ort mouiert:
Vnd in die Statt nein transferiert.
Das Kirchlein aber vor dem Thor/
Bleibt noch/wie vor drey hundert Jahr.

ALEMANNORVM HELVETIORVM FIDES ERGA IMP. FRIDERICUM II. Ferraria, à Pontificijs capta Aquila vrbs, auspicijs Friderici condita. Fauentia, ei dedita. Alberti, cuiusdam Pontificij, machinationes contra Imperatorem. Imperatoris defensio contra calumnias Papales. Otho Bauarus, pro Pontifice contra ipsum. Tartarorum emptiones in Occidentem. Annæ Hohenbergiæ, & Rudolphi Habspurgij, coniugium. Alhardus, Ebracensis Abbas, & Schvvabachum. Poundense Monasterium. Kirchaimense cœnobium. Calo-Ioannes Imper. Græcus, Friderici Imp. gener.

CAPVT XV.

ANno 1240. *iterum Papa Archiepiscopis & Episcopis Teutoniæ institit: vt Friderici excommunicationem proclamarent: sed parum profecit, Stadensi teste.* *A Germanis non desertus, Frider. Cæsar.*

Fridericum, quantumuis à Papa depressum, non tamen deseruêre plurimi: ac ne apud Helueticos quidem Alemannos, Vlricus Comes Habspurgensis, Tigurini, Vrij, Schvvitzij, Vnterwaldij. Ideo Imperator etiam multa eis priuilegia dedit, & data confirmauit. 4. Stumpf. 50. Heluetius populus, & aliquot nobiles, legitimum Imp. Fridericum 2. sequebantur. Ideo hic eis vetera libertatis priuilegia renouauit, & confirmauit. Extant tabulæ eius, scriptæ Septembri 1240. quibus Suitios in tutelam Imperij recepit: vt nec ab Imperio abalienari possint. Iosias Simlerus de Republ. Heluet. libr. 1. Inueni quoque, Tigurinos, quia Cæsari fideles essent, ipsos etiam cum alijs, Papæ anathemate fuisse percussos. Tunc ipsi Ecclesiasticos suos, aduersantes, 12. Ianuar. expulerunt: remanentibus solùm Nudipedibus. Manserunt alteri vndecim annos foris. Heluetij ei adhærent. Tigurini.

In Italia porrò, valdè à Friderico, & hostibus eius, est bellando seuitum, superiore & hoc anno. Videantur modò, quæ Pandulphus scribit. Miserunt, inquit, Veneti in Apuliam, quam Pontifici promiserant, classem. Hac duodecim naues Friderici triremes propulsarunt: & Thermocleam, Campomarinum, Rhodum, Bestias, ac Pischiccias, occuparunt, diripuerunt, combusserunt. Expugnarunt etiam vnam de magnis Friderici nauibus: quæ mille homines vehebat: violentiaque tempestatis in Sipontinum Sinum sub monte Gargano impacta fuerat. Eodem tempore, à Cæsarianis fuit suspensus Tranij, qui in supradicta Mediolanensium clade captus fuerat, Petrus Tiepolus Venetus, de turri supra mare: vt à prætereunte Venetorum classe cerni posset. Veneta classis Friderico nocet. Petrus Diepolus Venetus, à Frider. suspensus.

Dum Fridericus per Tusciam, Regni sui tuendi causâ iter facit: Apostolicus legatus, Gregorius Montelengus, cum copijs Pontificijs, Mediolanensibus, Venetis, Brixinensibus, Placentinis, atque Mantuanis (præsentibus Ducibus & Præfectis: Azzone Estensi Marchione, & S. Bonifacij Comite, Albericoque de Romano, & Paulo Trauersaro Rauennensi) Ferrariam obsedit: quæ coacta est, nullis suppetijs venientibus, deditionem facere. Egressus est, interuentu publicæ fidei Salinguerra: qui vrbi præerat Imperij nomine: sed captum, contra fidem datam, Venetias miserunt: vbi cum tristitia vitam in vinculis finiuit, annos LXXX. natus. Tunc Ferraria tradita est Azzoni Estensi: quæ origo fuit Estensium in ciuitate Ferrariensi dominationis. Factum 1240. salutis. Ferraria Pontificijs deditur. Estensium Ducum origo.

Frideri-

Fridericus, vehementer iratus, Viterbium peruênit. Ibi Papa perterritus, post multas (vt huc Pandulphus ponit) conciones atq; processiones: plenam omnium peccatorum remissionem indulsit omnibus: qui arma contra Fridericum ferrent: circumgestatis etiam (quemadmodum praecedente anno dictum) magis exhortandi causâ, capitibus diuorum Petri atque Pauli. Tunc multi ante vrbem pugnarunt cum Fridericianis: sed magna strage fusi, magnaque sæuitia tractati, sunt. Quibusdam quatuor vulnera, crucis in figuram inflicta: alijs caput in quatuor partes dissum: Sacrificulis rasa capitis cutis, simili modo secta. Inde profectus in Apuliam: coactaque magna vi pecuniæ è Sicilia Italiaque, Luceriam vênit: exercitumque misit ad diripiendas & exurendas vrbes, Beneuentum, Montem Cassinum, Soram. Eodemque tempore, cùm per Aprutij montana dispersi essent multi incolæ ciuitatum Amiterni & Furconis: iussit eos condere ad Regni defensionem vrbem in loco ibi opportuno, qui Aquisa dicebatur. Quod nomen ipse in Aquilam, propter Imperij honorem mutari voluit. Hæc breui crescens mirificè, nunc est vna ex potentissimis Regni vrbibus. Capuam deinde Fridericus peruênit: & inde per Picenum iter faciens, Asculum diripuit: rectaque Rauennam contendens, constituit Æmiliam & Flaminiam subiugare. Ideo sub finem mensis Augusti, anno hoc 1240. cùm maximas haberet copias: castra ad Fauentiam posuit. Quæ vrbs inter vrbes illorum locorum tunc erat potentissima: eiusque ambitus, quinquies mille passuum. Durauit obsidio totam hyemem: Michaele Moresino, Veneto patricio, in septimum vsque mensem strenuè defendente. Et quanquam maxima tunc aquarum & niuium vis erat: tamen constructis casis, domicilijs, & pontibus: exercitus, ceu in noua vrbe foris versabatur. Tandem vrbs certis conditionibus dedita est. Tunc autem Imperator, omni pecunia, cæterisque preciosis rebus, consumptis: monetam ex corio fecit: in cuius vna parte, Imperatoris imago erat: in altera verò, aquila Imperij. Mandauit, vt, durante hoc bello, ab omnibus in emendo & vendendo acciperetur, precio nummi aurei AVGVSTANI. Nam confecto bello, pro singulis coriaceis, totidem aureos venientibus persolutum iri. Et sic factum est. Nummus ergo non φύσει est, sed θέσει. Ideo à νόμῳ (lege) vel νομίζειν (putando, æstimando) dictus.

Gregorius P. nihil non tentat contra Frider.

Pontificiorum clades.

Aquilæ oppidi à Friderico fundatio.

Asculum.

Fauentia, Cæsari dedita.

Moneta coriacea.

Augustæ vrbis Aurei.

Fauentianæ obsidionis tempore, Epistola sequens à Friderico ad Othonem, Bauariæ Ducem, scripta est: quæ apud Auentinum extat.

Certior factus sum (inquit) literis Eberhardi, Archiepiscopi Iuuanensis: atque Friderici, Ducis Austriæ: Albertum quendam Sacerdotulum (Sup. 1238. anno) authoritate Gregorij, qui dicitur Papa, in nos conuitia iactare: eumq; in vicis, oppidis, castellis tuis, habitare. Quam id impium sit: tute existimare potes. Morte moriatur, qui maledicit Principi suo. Te, atq; tuum auum, ex infimo loco, ego & auus meus, ad fastigium summum eueximus. Huiusmodi crimini læsæ Maiestatis obnoxius exigatur. Data in obsidione Fauentiæ, quarto Nonas Octobris.

Friderici epistola ad Bauarum Othonem.

Bathauensibus eodem 1240. anno Mystis scriptum fuit: vt Sacerdotium Alberto adimerent: atque eum ex albo Mystarum eraderent. Ipsi obedienter, imperata fecerunt. Hæc Albertus rescisens, per Catharinam anum sanctulam (Beguttam vocant) & Hainricum puerum, Romanis Flaminibus significauit. Ducem Othonem, & vxorem eius Agnetem religiosulam, per Hainricum Scribam Ducis, Præpositum Monasterienſem: & Theodoricum Ottolinum, domesticum Sacerdotem, decipiens sibi conciliauit: dicentes, se bis in somnis vidisse Alberto ensem cælitus demissum: à Deipara virgine, Christiq; Comitibus, probari omnia eius acta, & agenda. En impostores nebulones. Episcopo Augustano idem Albertus mandat: vt Vlmam, Augustam, VVerdeam, Laugingam, VVeissenburgum, Nærdlingam, Mæringam Vindelicię: Aichstetensi verò, vt Noribergam, VVeissenburgum, Gredingam, VVurtzburgenses, Gemundiam, Dunckelsbubelam, Halam, deuoueant: eò quod milites Imper. Friderico in Italiam auxilio miserint. Neuter obtemperauit. Omnes Episcopos, Sacerdotes, & Monachos, ad se Landshutam euocat. Ne vnus quidem apparuit. Papa Gregorius, consilio Alberti scribit Mystis & Monachis: vt alios cooptent Antistites: nisi hi dicto sint Alberto audientes. Non successit. Citat ergo multos Mystas, atque adeo ipsum Reginoburgensem Episcopum Sigefridum, ac ciues ministrosq; binos, Romam in ius. Omnia, frustrà.

Alberti Sacerdotis machinationes contra Frid. initæ.

Imperator, his & alijs rebus cognitis, Principibus cunctis, præsertim Othoni Duci Bauaro præfectoq; Prætorio Rheni, literas mittit hoc eodem 1240. anno. In his pleraque, sibi à Pontifice Rom. abiecta (Auentino scribente) diluit: alia in illum retorquet. Vt, pontifices Rom. auctos diuitijs & dignitate, à se atq; cæteris Imperatoribus: æmulos esse pertinacissimos omnium Regum atq; Princi-

Friderici, defendentis se, retorsiones in Papam.

Principum: neq; parem vltrà ferre possẽ. Manibus pedibusq;, noctes diesq;, id eos conari: vt non tam se, quàm sacrosancto Romano Imperio, tãquam capite, oppresso: facilè cæteris membris omnibus seruitutem imponant. Affectare eos dominationem atq; diuinitatem: nempe, vt ab omnibus haud aliter, imò magis, quàm Deus, timeantur. Nam multos ANTICHRISTOS ineſſe Romanensibus illis: nec vllos alios, quemadmodum opera ostendant, exitio Christianæ religioni esse. Se quidem optimè sentire de Christo, atque eius religione: nihilque magis cupere: quàm vt suo tempore Respub. Christiana, pristinam Maiestatem, simplicitatem, & pacem recuperet. Quod fieri nequaquam posse: nisi spinæ eradicentur: hoc est, ambitio superbia, fastus, luxus, Sacerdotum Romanorum, subtractis opibus atq; diuitijs, extirpentur radicitus. Se summopere, pro commisso sibi à Deo negotio, potestate, ensèq; diuinitus tradito, contrà enisurum: vt ouili Pastorem, populo Pontificem, Mundo Parentem (detractâ personâ lupi, tyranni, atq; Domini) restituat: vt eundem, abdicatâ Regnorum humanarum litium curâ, prophanorum negotiorum administratione (quibus illi interdictum sit) ad æmulanda pauperis Christi, cuius Vicarium se iactitet, vestigia cogat. Se non amplius passurum: vt Christianæ plebi lupus ouina pelle tectus (πρόβατόχρωτος λύκος) diutius imponat. Hæc, perniciem esse religionis: vt homo ille, qui dicatur Papa, diuitijs nimiùm auctus: maximo pietatis Christianæ detrimento, omnia sibi licere, more tyrannorum pessimorum putet: rationem actuum NEMINI, quasi sit Deus, reddere velit: id, quod soli Deo conuenit, vsurpet: se errare, vllaue mendacij religione astringi, non posse, &c. Datum in obsidione Asculi, Iulij duodecimo die, Indictione tertiadecima. Cum hac Epistola, Legatos etiam in Bohemiam ire iussit, ad VVenceslaum Regem: qui illum officij admoneant. Duces Bohemiæ, ab auo patruoque Impp. Regio diademate donatos esse. VVenceslaum in officio retineant: ne fallaciâ Romanorum Flaminum seducatur: qui operam dent, quomodo valentissimas Germaniæ gentes etiam Sacerdotes, inter se committant: vt ipsi potentiam assequantur, illis mutua cæde oppressis. Iampridem eos, qui Babyloniæ sint, id est, Romæ, Templo Dei incubare, & diuinitatem affectare, quamuis dissimulent. Aliter non orbem terrarum, neque cunctas gentes conglobatas, robustissimis Germaniæ gentibus quicquam officere, posse. His rationibus Bohemus, cæteriq; Principes, in fide Augusti mansêre: Othonemque Bauarum & Palatinum, Pontifici adhærentem, terrent; præsertim Conradus Rex, vxorem monet eius, Landshutam profectus: vt virum, qui ex paruo VVittelspachiano, ad summos honores (patrem & auum eius, Conradi patre & auo promouentibus) euectus fuerit, ad officium reuocet. Gregorius P. de his rebus edoctus, vicissim literis Bohemum, Bauarum, alios, ad se trahere, ingentibus promissis, cæli & diuinitatis, conatus est: nec effecit nihil. Cogitabant iam illi de alio Imperatore eligendo: discordiæ, & oppressiones inferiorum per superiores, vigebant. Tartarorum quoq; immanissimæ gentes, Poloniæ, & ferè Germaniæ etiam, inhiabant. Vngariæ fædè ab eis vastatæ, Imperator libenter subuenisset: si per Papam licuisset, reconciliationi locum non dantem: sed potius ei culpam eruptionis Barbarorum impingentem. Negotium Augustus filio Conrado R. & Teutonibus dedit: viderent, ne quid detrimenti Regnum caperet. Niceph. Gregoras Tartaros, σκύθας, Scythas, nominat. Diuiserunt se in Europam & Asiam.

Antichristi Romanenses.

Papica tyrannis.

Admonitio Cæsaru ad Bohemia R. VVenceslaum.

Monetur & Bauarus Otho officij.

P. Georgij πίστις ἀφανισται.

Tartari, formidabiles.

Rursus alicubi inueni: hoc tempore Reutlingam, Columbariam, Kaisersbergam, Neoburgum facta ex pagis esse ciuitates Imperiales.

Colmaria Kaisersberga.

Nupta quoq; est 1240. anno Rudolpho, Comiti Habspurgio (post Sueuiæ Duces, Cæsari futuro) ANNA, Comes generosa de Hohemberg, Sueua.

Rudolphi & Annæ coniugium.

Eodem anno Albardus, Ebracensis in Ostrofrancis Monasterij Abbas fuit: qui in tuitionem Conradi R. assumptus est, Diplomate hoc, quod Bruschius ponit.

Ebracense Diplomatuitionis.

In nomine S. & individuæ Trinitatis. CONRADVS diui Augusti, Imp. Friderici filius, Dei gratiâ in Regem electus semper Augustus, & hæres Regni Hierusalem. Regalis excellentia hinc præcipuè sui nominis titulos ampliat, & extollit: cùm loca diuino cultui mancipata, & personas in eisdem Domino famulantes, pia mentis affectione in suis fouet Iuribus: & eorum supplicationibus fauorabiliter sese inclinat. Hac siquidem ratione, ad modernorũ & futurorum plenam notitiam peruenire cupimus, & protendi: quòd nos ad supplicationem Albardi, venerabilis Abbatis de Eberavv. suiq; cõuentus, Cistertiensis ordinis, fidelium nostrorum salubriter ad imitationem viuorum progenitorum nostrorum ipsam Ecclesiam Ebracensem, cum personis & omnibus bonis suis, & specialiter cum prædio SCHVVABACH, cum attinente sibi parochia, eiusq; pertinentijs, sub nostræ & Imperij protectionis præsidio assumpsimus, speciali authoritate paterna, qua

Schvvaback.

fungimus, & nostra: firmiter statuentes, vt, sicut ordo Cistertiensis, ab omni Aduocatorum genere, iuxta primariam institutionem suam semper liber extitit, & immunis: sic deinceps eadem Ecclesia, excepto solo Romanorum Imperatore, nulli prorsus Aduocatorum (nisi cui voluntariè sese subiecerit: ita quòd velle suum postea valeat immutare) per prædia & possessiones suas aliquatenus sit subiecta. Quocirca mandamus, per obtentum gratiæ Domini ac patris nostri, Romanorum Imperatoris Friderici secundi, & nostræ: præcipientes firmiter & districtè: vt nulla sit persona, humilis vel alta, Ecclesiastica vel mundana: quæ prædictum Monasterium, & personas in eo, Domino famulantes: super præmisso prædio in Schvvabach, & Ecclesia prænotata, cũ suis pertinentijs: præsumat vel audeat contra præsentem nostram gratiam molestare. Quod qui præsumpserit: indignationem nostram & Imperij se nouerit incurrisse.

Huius rei testes sunt.

Hermannus Herbipolensis, Fridericus Eistetensis. Landolphus VVormaciensis, Episcopi. Henricus Landgraphius Turingiæ. Gebehardus de Arnstein. Godefridus de Hohenlohe. Craffto de Bogksperg. Conradus, Pincerna de VVintersteten. Conradus de Sonnfeldt. Marquardus Butigularius de Noriberga. Conradus Notarius. Et alij quam plures. Acta anno Dominicæ incarnationis 1240. mense Nouembri quartadecima Indictione. Data apud Nurmberg, mense & Indictione præscriptis, feliciter.

VVinterstetten.

Quia Conradus VVinterstettensis, ille sæpe hactenus nominatus Pincerna, pollicitus fuerat Monialibus: de quibus suprà cap. 4. ad 1227. annum diximus: se fundaturum eis Monasterium, & Aduocatum futurum: mox ex arce sua frumentum & vina mittens (Brusch. testante) ad sufficientem illarum sustentationem: statim etiam de loco commodiore construendi cœnobij cogitauit. Non sinebant, id in pago Geilhofensi fieri, Monachi Augiæ minoris. Ergo, in pago Poundino. Itaque ad ligna conuehenda, ad ædificationemq́ faciendam, C. LXXX. libras obolorum dedit suis Præfectis: & accesserunt aliunde quoque subsidia quotidiana. Opere absoluto: sequenti anno immigrarunt eò ex Bussensis montis vicino Oratorio Moniales, in die Innocentum. Commendauit Conradus cœnobium, Dominæ Annæ à Franckenhofen: quæ diu antea præfuerat sororibus: vnà cum omnibus eò pertinentibus bonis: pagis, agris, vineis, reditibus. Consecrationem quoq; Monasterij, à patruo suo, Constantiensi Episcopo Henrico à Thann, Domino in VValdburg impetrauit. Quicunque autem ei consecrationi interfuêre (in octaua S. Apostoli Ioannis factæ) omnes in vicino Alttorffensi pago lautissimè accepti & tractati sunt. Postea, elapso biennio, in vigilia S. Matthiæ obijt Dominus fundator, Conradus Pincerna à VVinterstetten, & Dominus in Niffen: qui cum coniuge sua Domina Gutha, quiescit in domo Capitulari huius sui Poundensis Monasterij, in splendido & exaltato tumulo. Sequenti anno 1244. idem Monasterium dotatum est liberalissimè à Domino Conrado à SMALNECK, fundatoris Conradi genero: qui Castra Imper. Friderici II. secutus, postea obijt in Apulia: & apud Barulium (al. Brulionium) sepultus est. Cuius vxor, Domina Irmengardis, fundatoris filia: post occisum in acie charissimum maritum, tanto mœrore perculsa fuit: vt vitam reliquam in hoc cœnobio, pijs exercitijs finiendam duxerit: & in eodem, cui benignè fecerat, humata sit.

Poundense cœnobium fœmineum.

Obitus Conradi VVinterstettensis.

Schmaleneck.

Irmengardis, φίλανδρος Irena.

ABBATISSAE Poundensis Monasterij.

Poundenses Abbatissæ.

1. *Tudecha, prima sororum prope Boussium collectorum rectrix religiosa, obijt 1232. cùm A. 5. præfuisset.*
2. *Anna, nobilis virgo Franckenhofia, A. 12. præfuit. obijt 1244.*
3. *Irmengardis, Conradi pincernæ à Smalneck vidua, Conradi fundatoris filia.*
4. *Margareta Selinina. Qua gubernatrice, primum altare cœnobij dedicatum est 1275. ab Henrico, Tridentino Episcopo, ad honorem S. Trinitatis, & D. virginis.*
5. *Christina Holbeumina.*
6. *Adelhaidis Aptsreutterina, iunior.*
7. *Vrsula à Prasberg. obijt 1321.*
8. *Adelhaidis Aptsreutterina, senior.*
9. *Catharina, Comes de VVerdenbergk.*
10. *Anna, Pincerna VVinterstettia. obijt 1400.*
11. *Anna Humpisina. obijt 1401.*
12. *Christina Schindelina Rauenspurgensis, Anno 33. obijt 1434.*

13. *VVan-*

13. *VVandelberga VVilina, nobilis, An. 22. obijt 1456.*
14. *VValpurgis Euglerina, Annos 16. obijt 1472.*
15. *Margareta de Campo, Annos 32. obijt 1504. die Pantaleonis.*
16. *Verena de Campo, Annos 16. obijt 1520.*
17. *Anna Schlaibeckina, Annos 9. passa seditiosos Rusticos. Quibus per Sueuicum fœdus profligatis: ipsa egregiè Monasterium restituit, Templi instauratrix. obijt 1529.*
18. *Margareta Breckina, ex Feldkirchio Rætiæ superioris oppido. Præerat adhuc in anno Iubilæo 1550. Hæc, de hoc Parthenone.*

Dictum est suprà ad annum 1235. de Kirchcimensi cœnobio. De eius nunc fundatione, ad 1240. annum relata, accepi hos parum tornatos rhythmicos Versus.

Kirchheimensis παράβασις.

Anno milleno bis centum quadrageno,
Regnante Ludouico de Teck nuncupato:
Cùm esset illustris, sequens suos progenitores:
Hoc signum virtutis reliquit, & sua proles.
Nam hunc locum amœnum, quem hic Princeps ædificauit:
Quemque honore plenum crebrò inhabitauit:
Tandem ad Dei cultum gestiens dedicare:
Atque Christi vultum volens sibi placare:
Sponsas suas inclytas hîc voluit morari:
Quæ laudes Deo debitas nescerent modulari:
Quas suis amantissimis relictis præ cæteris elegit.
Deinde intrauit fœmina: annonam largam dedit:
Vt sub regulari vita Christo militaret.
Hanc eis regulam annus pòst septimus tulit:
Et personarum curam duodecimus annus fundauit.
Has vectura ingens ad superos vocat:
Quas hic in terreno paradiso locat.
Christe, sponsæ virginum, has genitrici deuotas,
Semper conserua viuas post huius seculi annos.
Post annos mille, quadringentos, septuaocto,
Kalendas Iulij pridie, Maij die tricesimo primo,
Vlricus Heros de VVirtemberg, monte Peligardi,
Et suus natus Eberhardus, Comites generosi,
Denuò hunc construunt locum, quia corruit ipse.
Non saxa componunt telluris, sed lapides vitæ,
Reformant deformata, pro sua patriæque salute.
Hæc sunt Deo grata sacrificia: credas tutè.
Sponsas ergo Christi veneremur corde sincero:
Vtà morte tristi liberent, & hoste seuero.
Templum nempe Dei, est virgo pudica:
Quod qui fœdant rei, Christo sunt gens inimica.

In oriente circa hæc tempora, apud Nicæam Bithyniæ imperabat Græcorum tabulis, velut ex Naufragio collectis, Ioannes Batazes: de quo part. 2. lib. 12. cap. 10. Dicitur is, mortuâ vxore eius Irena, duxisse Imper. Friderici 2. filiam. Gregoras equidem lib. 2. cap. 13. scribit: eam fuisse Manfredi, Siciliæ Regis sororem, nomine Annam, admodum adolescentulam: Ἐν τριάκοντα ἔτεσι γεγαμηκώς. Etiam Adrianopolis ad ipsum spectauit. Ei Frider. lib. 3. c. 29. Petri de Vin. Commẽdat quendam: & lib. 4. c. 15. morte eius dolet. Calo-Ioannem, & socerum suum, vocat, illustrem Græcorum Regem.

Ioan. Batazes, Imp. Friderici gener.

GENVATES, CLASSE VICTI: PRÆLATI GREGORII P. CAPTI. Gregorij P. mors. Mons mobilis, & pernicios us. Conatus irriti contra Imp. Frid. Pontificiorum in Imperatorem iniuriæ. Conrado Regi, Elisabeta Bauara nupta. Schœnefældianum à Mundo separatum fœmineum collegium. Status Orientalis Imperij.

CAPVT XVI.

Anno 1241. hæc facta sunt. Indixerat Gregorius P. concilium generale Romæ (teste Pandulfo) contra Fridericum. Ideo tres Legatos emiserat, Occidentales prælatos conuocandi causâ:

Legati, à Papa ob Concilium, Romæ agendũ, conuocandi, emissi.

Iacobum Cardinalem Prænestinum per Galliam: Oddonem S. Nicolai in carcere Tulliano Cardinalem, per Angliam: & Gregorium Montelengum, ad Genuenses. Iam peractis illi mandatis, Nicæam in Prouinciam redierant. Cùm autem terrestri itinere, ab exercitu Friderici impediti, Romam reuenire tutò non possent: Papa effecit, vt Genuenses, XL. nauibus magnis & triremibus, Guilielmo Brachio Duce, eos reducerent. Quam rem resciscens Fridericus: aliquot suarum nauium, Entio Sardiniæ Rege filio ductore, Pisas misit: Pisanisque simul mandauit: vt vnà proficiscentes, Genuensium classem adorirentur, & Prælatos illos omnes caperent. Pisani igitur cum Entio coniuncti, Hugelino Duce, XL. cum triremibus subitò è portu prodiêre. Ibi prælio inter Giglium & Monebristum (insulas, inter portum Pisanum atque Corsicam sitas) tertio die Maij commisso: victoria potiti Pisani, tres Genuensium triremes cum hominibus armisq; summerserunt: & XXII. alias, cum tribus illis legatis, ac prælatis ferè omnibus transalpinis, & aliquot etiam Latinis, ceperunt. Legati, Amalphin in vincula missi sunt: cæteri, per Regni carceres asseruati: soli Galli, eorum Regis precibus dimissi. Commemorantur versus Friderici ad filium: quid de captiuis fieri vellet.

Genuensis classis, à Pisanis victa nomine Cæsaris.

Legati illi, capti.

Omnes Prælati, Papa mandante vocati:
Et tres legati veniant huc vsque ligati.

Fuit maxima hæc Pontificiorum iactura. Nam cùm prælatis, magna etiam præda fuit capta: & omnia Scripta ipsorum, quibus Papales contra Fridericum machinationes continebantur: quæ deprehensa, eius causæ plurimum fauoris attulerunt. Misit postea Pontifex Priorem quendam è S. Dominici societate, vt captiuos liberaret. Imperator verò respondit se nolle dimittere. Non enim sapientis viri esse, facere, quæ hostis velit. Se, quoniam à Pontifice his temporibus, & tanquam fortunæ ludibrijs, vexaretur: par pro pari relaturum: nec à persequendo ipso cessaturum vnquam. Compositis deinde rebus per Æmiliam Flaminiamque: iter per Pisaurum arripuit: Pisaurum certis conditionibus cepit: Fanum obsedit, ac diripuit. In Ducatum progressus, Tudertum deditione accepit: Sangeminianum Narniamq; diripuit: Reate vênit, vbi de Tibure certior factus est: id in suam venisse potestatem. Illac ergo in Regnum, toto cum exercitu redijt. Pontifex verò Gregorius (latinè, Vigilius) tantam Regni sui ruinam expertus ætate curisq; ipsum subruentibus, XI. Kalend. Septemb. morte sopitus est, & ad S. Petrum sepultus. Ita concilij, quod antea Romæ indictum fuerat, captis prælatis, & Papa mortuo, progressus intersectus est. Successit post 30. dies Cœlestinus 4. Mediolanensis: sed post 17. dierum sessionem, 8. idus Octob. ad mortem transiuit. Vacua mansit sedes A. 1. M. 8. D. 15. Quo tempore, nisi Christus ipse in Ecclesia sedit: quot animarum periculum extitisse, credendum est?

Papæ apud Frider. repulsa.

Ex dolore mors.

Vacatio sedis Apostolicæ.

Eclipsis Solis facta est octauâ S. Michaelis: id est, pridie nonas Octob. die Dominico, post meridiem: stellis modicum apparentibus: & Sole penitus ab hominum oculis occultato. Tanta erat cæli serenitas: vt nulla in aere nubes appareret. Stadens.

Eclipsis Solis.

Mons quidam maximus in Burgundia Imperiali, à monte debiscens, vallesque coarctans, multa hominum pecorumq; millia compressit. Currens præterea per multa milliaria, ad quinque millia hominum suffocauit. Tandem, maxima deuastatione data, ad alios montes mirabiliter reuersus est. Lycosth. in Prodigijs.

Montis abruptio

Vxor Imperatoris, Angli Regis Soror, Mechtilda, diem suum obijt. Aliter, Bauara fuisse scribitur.

Imperatricis obitus.

Quidam coniurati in Germania proceres, Libussæ in confinio Poloniæ conuenire, Comitia Cæsarea habere, noui Principis aduersus Fridericum creandi causâ, meditabantur. Ac plerosque Bohemiæ, Poloniæ, Vngariæ, per Tartaros vastatio deterruit. Rex quoq; Danorum filium suum, quem volebant Regem creare, retraxit. Ita consilium coniuratorum, nono præsertim Gregorio mortuo euanuit. Augustus igitur, atq; Cæsar, capite conspirationis sublato: partibusq; grauiter à Scythis afflictis: metu liberati, copias coegêre, expeditionis in Tartaros causâ. Sed bi, eo audito, ad Mæotidem Paludem, & Asiaticam Sarmatiam, recessêre. Auent.

Machinatio contra Fridericum, impedita.

Tartarorum cessio.

Eberhardo Iuuauensi Archiepiscopo, & Rudigero Bathauensi Episcopo, auctoribus: Conradus Fruxinensis Episcopus, & Bauarus Dux Otho, in gratiam, quæ inter ipsos dirempta fuerat, rediguntur. Hanc concordiam Albertus (illud flabellum turbarum, de quo antehac) ægrè ferebat. Ergo ad Romanos Flamines vt ipsis perniciosam perscribit: & ab eis interturbari petit. Ea literæ (in quibus & ipsum Othonem Ducem suspectū habebat) interceptæ sunt. Conuenitur Reginoburgi à proceribus Ecclesiasticis & politicis: grauissimè in ambitionem, auaritiam, inuidiā superbiam, sub

Reconciliatio inter Bauarum Othonem, & Frising. Conradum.

prætextu

prætextu pietatis sanguinis sitim, conatum Imperatores & Reges opprimendi, ab Eberhardo inuehitur: quæ oratio copiosè ab Auentino lib. 7. posita est. Eius conclusio, hæc habet. Date operam, patres consulti: vt à Germania, gente Christianissima, cædes, discordiæ mala, incendia, crudelia facinora in ciues, in patriam patrata, pellantur: pax ciuilibus armis exacta, concordiæ bonis reuocetur. Quod tum fiet: si Imp. Friderico secundo, Cæsari Augusto, Principum Christianissimo, à Deo constituto, obtemperabimus: & pestem illam atque serpentem (Albertum) è Boiaria eliminauerimus. Dixit. Tunc decretum Senatus factum est in sententiam ipsius. Albertus, omnibus oppidis, vicis, castellis, domibus, Boiariæ, edicto expulsus. Ipse verò tui bare non quiuit: donec sequenti tempore ab Othone captus, viuus excoriatus fuit.

In sanguinaria Pontificiorum conata.

Germania, ab hu tuenda.

»

»

Albertus, Sacerdos insidiosus, expulsus, & excoriatus.

Otho filiam suam Elisabetam, Cæsari Conrado in oppido Egra desponsit: nuptiæq; Vogburgij sunt celebratæ.

Conradi Cæsaris coniugium.

Bononiense studium, Patauium hoc 1241. anno à Friderico Imper. translatum, Funccius notat.

Academia Bononiensis.

Inter Sueuiæ nobiles recenset Lazius Planckenburgenses. Citari Vdalricum Gisonem in Planckenburg anno 1241. & Fridericum de anno 1308. Fuisse verò Pincernas Episcopatus Augustani.

Planckenburg.

Anno eodem 1241. Augustanus Episcopus Sibotho, Monalium collegium Schænfældum, in loco idoneo constituit: & 1252. anno Episcopatum, quem acceperat 1227. anno, liberè Senatui Canonicorum resignauit, cùm summa gratiarum actione: atq; Cæsarienſe Monasterium, in quo germanum fratrem Henricum habebat, ingressus est: in quo adhuc 10. annos, cucullatus vixit. Obijt 15. Aug. 1262. in Choroq; eius cœnobij sepultus est. Brusch. Alibi sic inueni: Cypri Reginam, Comitis Bertholdi Lechsgmundani vxorem fundauisse cœnobium fœmineum Schœnenfeld. Auentinus verò, In prima Vindelicia, inquit, apud Lycatios, Bertholdus, Adelhaidis vxor à Greiffenbach, Burckhaimij ædem D. Gregorio dicant: virgines sanctas ibi collocant. Sed quòd minus idoneus locus erat pietati solitudinem amantium: Sibothonis Seeueltæ, Augustani Episcopi, commeatu, precibus Conradi Cæsaris, consentiente Bertholdo atq; Adelhaide, Sacerdotes illæ & Flaminicæ Cistertienses ad Schœnenfeld (speciosum campum) haud longè ab ostijs Lyci, migrant. Factum id anno æræ nostræ M. CC. XLI. Adhuc ibi degunt.

Schœnfeldense Gynæceum.

Cypri Regina.

Eodem anno, Franciscani Monachi Lindoiæ cœnobium construxerunt: Abbatissa permittente, & fundum de suo tradente: plebano verò, totis viribus refragante. 3. Munst. 246.

Lindauiæ, Franciscani.

Augustæ Rhæt. D. Richardus Ilsungus, fanum S. Leonhardi in platea Iudæorum ædificauit, cum turri magna: quæ postea 1538. destructa est. M. Scr.

Ilsungus.

In Orientali Imperio, circa hoc tempus Auxentius & Vastasius, Græcorum Principes, Constantinopolin Latinis eripere conabantur. Ideo Balduinus 2. à Rege Francorum opem petens, & obtinens, ei coronam Christi spineam dedit, Antonin. Volum. 3. Tit. 19. cap. 4. Cuspinianus verò, Ioannes Lascaris, inquit, apud Adrianopolin Imperator (cui per manus Imperium Theodorus iunior tradiderat) & alter Ioannes, Exagonarum Imperator ad mare Ponticum (prioris Ioannis socer) Latinos Græcia pellere nitebantur, atq; eijcere. In varijs periculis Balduinus fuit: & Venetorum ope vsus est. Quinetiam in Italiam profectus, cum Imp. Friderico fuit. Romam veniens, magno honore exceptus est. Sed auxilia nusquam inuênit. Postremò, cùm Constantinopolin reuersus esset: tandem à Michaele Palæologo eiectus est, & Græcis Imperium recuperatum: vt aliquando cognoscetur.

Orient. Imperij status.

Lascaris Ioannes.

Exagona.

Finis primi libri, in tertia parte Annalium Sueuicorum.

MARTINI CRVSII, GRÆCÆ ET LATINAE, LINGVAE IN ACADEMIA TYBINGENSI PROFESSORIS, ANNALIVM SVEVICORVM, in tertia parte, Liber Secundus.

DEducere animus est hoc libro genus Hohenstauffensium, & eorum res gestas, vsque ad extremum, annum videlicet Domini 1272. Cæsarum hîc, Friderici II. & Conradi IIII. & VVilhelmi Holandi, ac Richardi Angli, atque vltimi Sueuiæ Ducis Conradini, facta & casus inuenientur. Ezelini item, & Regis Manfredi. De ciuitatibus denique, & Nobilibus, atque Monasterijs Sueuiæ, legetur non paucis, nec pauca.

IMP. FRIDERICI II. AD VRBEM ROMAM ACCESSVS. INNOCENTIUS 4. Papa creatus. Rudolfus Habspurgius, Imper. Friderici studiosus. Duumuiratus Augustæ. Nobiles de Vlma. Imp. Fridericus, à Papali Lugduni concilio excommunicatus. Querela eius de Innocentij iniquitate. Res contra Italos hostes gestæ. Domini Klingenbergenses. Mors Conradi, Comitis de Eberstain, & Othonis Bauari, Palatini Rheni. Episcopi, Augustanus Sibotho, Spirensis Henricus. Abbates, Volpoldus Hirsaugiensis. Bertholdus Sangallensis. Parthenonis Stettæ Zollerensis fundatio.

CAPVT I.

Imper. Friderici cum exercitu ad vrbem Romam accessus.

ANno 1242. cùm nullus Papa esset: Imper. Fridericus, arrepta hac occasione (vt apud Pandulphum libr. 4. histor. Neapol. legitur) è Regno suo per aquæ ductuum vias, cum maximis copijs Romam versus proficiscitur, rebellium Romanorum puniendorum causâ. Quibus plurimo detrimento illato, cum ad portas vrbis peruenisset: persuasus Cardinalium precibus, inde in Regnum suum receßit. Negabant enim illi, legitimam fore electionem: quandiu ipse circa Romam esset in armis: duosq; Cardinales Melphi captiuos detineret. Hos ergo, & cæteros quoq; captiuos, dimitti per literas iußit: atq; ita cum pace abscesßit.

Meraniæ Dux Poppo.

Episcopus Bambergæ erat Poppo, Meraniæ Dux: quem propter prodigalitatem & Simoniam, Imp Fridericus anno 1242. exauctorauit. Ei Henricus de Catalonia, Imperatorius Notarius succeßit. Brusch.

Augustani Consules.

Eodem anno, Augustæ erant Duumuiri, vrbis Præfecti (Burgermeisteri dicti) Hainbrandus Fyllenbachius, & Richardus Onsorgus, patricij. M. Scr.

Innocent. 4. Papa.

Anno 1243. factus est 8. Kalend. Iul. Pontifex, Innocentius 4. Genuensis Ligur. Hic antehac Imper. Friderico amicißimus fuit. Ideo currebant ad Augustum plurimi, gratulandi gratiâ. Ipse verò doluit: & veluti præsagiens, dicebat: se bonum amicum amisisse, hunc Cardinalem: qui nunc ponte conscenso, aduersarius futurus esset. Nec eum fefellit opinio sua. Misso enim Cardinale Rainero cum exercitu, Viterbium occupauit: quod nequicquam conatus est recipere Fridericus. Itaque Coloniam Faliscam muniuit: & Aquilam profectus, misit inde Constantinopolitanum Imper. Balduinum, quem secum habebat: & Tolosanum S. Ægidij Comitem: vt de pace cum Papa ageretur. Sed quo successu, exitus declarabit. Collenut.

Rudolfus Habspurgius, Friderici Studiosus.

Rudolphus, Habspurgius Comes, militis honore decoratus est (ward zu Ritter geschlagen) sicut tunc inter Principes etiam moris erat. Hunc Fridericus II. è S. lauacro leuauerat. Ideo pro hoc patre suo spiritali, fideliter aduersus Pontificia fulmen excommunicationis stetit, Vrstisio teste.

Sibotho,

Sibotho, Augustanæ Ecclesiæ Episcopus, Ecclesiam in VVALLIZIN (zu Wälzen/hodie Lympurgiorum procerum) Lorchensi cœnobio tradidit. Testes: Wälzen.

Sifridus, Decanus Augustensis, dictus Kæstelin. VVernherus, custos Canonicus Augustensis. Vlricus, Archidiaconus & Canonicus Augustensis de Althain, & alij. Posterius Alexander Papa, Anagniæ confirmauit, anno 5 sui Pontificatus: quòd bonis cœnobij direptis, vi pauertas acciderat.

Anno 1244. Legati, à Friderico qui missi ad Pontificem fuerant (mandato Imperatoris authentico recitato in sacello) iurarunt: eâ septimana, quæ festum Paschatis præcedit, Fridericum Pontificii in omnibus pariturum. Itaque vt fuit breui catholicus Princeps (scribente Pandulpho) pronuntiatus: fama reconciliationis Friderici cum Innocentio, sparsa, patefactus liber omnibus Romipetis transitus. Verùm, cùm non omnia controuersiæ capita essent decisa: Legati superiores Romam sæpe reuersi sunt. Accessit Papa suasu quorundam in locum Imperatori vicinioris: ex quo singulis diebus nuntij eò venire possent. Postea verò, decepto Imperatore, cum Genuensium legatis centum cellas, armis pro papali veste sumptis clàm venit: & inde Genuam cum eis nauigauit. Fridericus, sibi verba data videns; omnes vrbes, quas in Latio, & circa Romam, habebat, præsidijs munit. Deinde Pisas perueniens, Petrum de Vineis Parmam mittit, vt res ibi in tuto essent: quòd potentes inibi amicos Innocentius habebat. Rebus ita compositis: Pisis in Regnum Neapolitanum nauigauit. Actiones inter Papam & Imperatorem. Papæ fraus.

Pontifex autem Genuâ Lugdunum profectus est: ibique generale concilium indixit: ac quotidie Fridericum alta voce pro concione vocauit: vt se sisteret, & coram concilio defenderet. Concilium Lugdunum.

Eodem 1244. anno, Conradus VVelser, vnus ex Duumuiris vel consulibus Augustanis, patricius primùm nominatur (inquit Achilles Gassar. M. Scr. Chronic.) vt & anno 1246. Henricus VVelser, dicitur summum Magistratum inter ciues Augustæ gessisse. Ex indicio Marci Henningi. VVelser Conradus.

Hoc tempore nobiles quidam viuebant in Helvetia Alemannica (6. Stumpf. 23.) de VLMA dicti (Edelknecht von Vlm) ex quibus, Vlricus erat hoc 1244. anno. Ex hac familia quidam, cœnobio Cistertiensis vel Bernhardini ordinis VVettingensi (ad dextram sito fluminis Limagi, supra oppidum Badenam) quædam contulerunt. Idem & Barones quidam de Ougspurg nominati, fecêre. VVettinga, Maris stella dicitur. De Vlma nobiles. VVettingense Monast.

Merspurgum Turgoniæ (diues sum à Merspurgo Podamici lacus) situm inter Oberwinterthür & Dienhart, pertinuit olim ad Kyburg. Comites. Erant duæ arces, in monte & petra. Earum vnam Tigurini 1386. in Sempachensi bello destruxerunt. Altera arx restat, & hodie à Goldenbergensibus habitatur. Cùm autem Merspurgum id adhuc Kyburgensium esset: Comes Hartmannus senior ipsum 1244. Argentinensi Episcopatui contulit. Stumpf. lib 5. Merspurgum Turgoniæ.

In Italia, Fridericus Imp. filio suo naturali Manfredo, dedit Principatum Tarenti, & circa id locorum. Manfredus Imp. Friderici F. nothus.

Anno 1245. Fridericus, celebrato Paschatis Festo Capuæ, è Regno discedit, Traniumque peruenit. Inde missis ad deuastandum Viterbium copijs: ipse proficiscitur Ameriam, Aquilam, Senas, Pisas. Deinde per Lunigianam, ad Pontremulum, Parmam, Brixillum: trajectoque illic Pado, ad Casale maius, denique Veronam. Parmâ misit in Galliam ad concilium, Patriarcham Antiochenum, qui nuper ex Syria venerat: & vnà Panhormitanum Archiepiscopum, Magistrumque Thaddæum Suessanum consiliarium, duosque Cremonenses Doctores: qui de pace inter Imperium Sacerdotiumq; agerent. Interim tamen Sardiniæ Regi Entio, & Friderico Antiochiæ Principi, filijs suis, mandauit: vt Placentiam copijs suis infestam haberent. Veronæ conuentum habuit: cui interfuêre, Conradus F. Germaniæ Rex, cæteri Germani Principes, Balduinusque Constantinopoleos Imperator: qui ad concilium vocatus, per Regnum Neapolitarum Picenumq; Veronam, cum Friderico colloquendi causâ venerat: qui eum dimittens, sedulò hortatus est ad pacem inter se & Papam promouendam. Cremonam hinc profectus est, vt Lugdunum iret. Ibi Fridericum F. equitem auratum creans, suis manibus gladio accinxit. Inde honesto cum Comitatu iter Lugdunum versus intendens, Taurinum vsque peruenerat: eiusque Oratores vehementer Pontifici instabant: ne in sententia ferenda properaret (inquit Pandulphus) sed aduentum Imperatoris expectaret. Verùm id frustrà fuit. Pontifex enim iam antea secum Entius & Fridericus, Cæsaris FF. Ameria.

Excommunicatio Imperatoris festinata.

constituerat, quid facere vellet. Proinde per literas amicis suis, quos Parmæ plurimos & nobilissimos habebat, clanculum significato: vt inde cum rebus suis preciosis excederent. Vbi id mox factum intellexit: FVLMEN in Augustum eiaculatus est, Regnoq; deiecit: NVLLO MODO auditis admissisq; pœnitentia, aliisque rebus, quas ille per Legatos suos offerebat. Inter eos autem, qui tunc Parmæ egressi, ab Imperio defecerunt fuêre: Gerhardus Corregius cum filijs, totaque ea familia & Bernhardus Rossius. Fridericus igitur, cognitâ illa Papæ obstinatione & furore: suamq; Lugdunum profectionem videns irritam esse: omnes Imperij copias, per Pedemontanam regionem coniunxit: & excursionibus Mediolanenses vehementer infestauit. Inde Lodium, siue Laudem Pompeiam, reuersus: LX. Genuensibus sagittarijs, qui in Mediolanensium excursionibus capti fuerant, oculos effodiendos curauit. Tunc in Tusciam discessit. Hæc, apud Pandulphum.

Huius ira.

De quibus est locus lib. 1. Petri de Vineis, cap. 21.

Panhormit. Archiepiscopus.

Querela Friderici de iniquitate Papæ.

Panhormitanum Archiepiscopum, Florentinum & Rheginum Episcopos, Magistrum Thaddæum de Suessa, magnæ Curiæ nostræ Iudicem & alios excellentiæ nostræ Legatos cum nuncijs ciuitatum nostrarum fidelium, ad sedem Apostolicam duximus emittendos: per quos ad satisfactionem omnem, mora qualibet & difficultate postpositis, obtulimus nos paratos. Sed nec in ijs omnibus auersus est furor eius: quin dictus euangelizans pacem, Christi Vicarius: sed author schismatis, & amicus erroris: contra traditionem sanctorum patrum, audiens nuncios nostros portantes omnimodas nostræ deuotionis literas, per diætam (vnius diei iter) vrbi vicinos: & metuens, ne superuenientibus ipsis, obice vallo iustitiæ, & sine publico scandalo forte procedere non valeret: ex præfestinantia nimia, conceptum edidit abortiuum: in nos supremum Christianorum Principem, die Dominica palmarum, contra solennem morem sacrosanctæ matris Ecclesiæ: & in cœna Domini (τῇ μεγάλῃ πέμπτῃ magnâ Feria quinta) postmodum sententiam præcipitando: per quam (sicut per famam audiuimus: licet hæc credere minimè debeamus) contradicente saniori parte fratrum suorum Cardinalium: de quorundam Cardinalium Lombardorum consilio, excommunicationis vinculo nos dicitur astrinxisse, &c.

Frid. Rogerius, ὁ κακοχριστίχος vocatur.

Permansit immotus in Imperio, in gratijs etiam Papæ.

Hæc, iniquitas Innocentij cuius verba ex 6. Decretal. refert Corius. Nos volentes diuinam sententiam nostræ præponere sententiæ, denuntiamus Fridericum Rogerium à Deo excommunicatum: atque ab honore Imperij, atque Regni Siciliæ, depositum, &c. Integram depositionis formulam Simon Schardius (olim mihi Memmingæ visus) Iurisconsult. publicauit. Etsi autem sic Imperio priuatus fuit Fridericus, in illo concilio Lugdunensi: nihilominus tamen ipse permansit vsq; potens Imperator. Rursus quoq; perstitêre cum eo Tigurini: quorum priuilegijs hoc profuit, & collegijs Ecclesiasticis. Item, vt posthac Senatum crearent ipsi ciues: nec amplius ab Imperio alienarentur. Quandiu vixit Imper. Fridericus (ait Tritenhemius) prævalere contra eum nec Papa, nec aliquis Principum, valuit. Non curans ipse Papæ sententiam (quam iniustam & friuolam dicebat) se pro Imperatore gessit: magnumque numerum Principum, nobilium, & ciuitatum, sibi adhærentium habuit, vsque ad mortem. Tantis malis in Italia Papam, subiectosq; ei populos, afflixit: vt Pontificem viuere tæderet: voluissetq; se nunquam de eius depositione cogitasse. Dira enim Catholicorum & Cæsarianorum, siue Guelforum & Gibelinorum, inter se, per annos CC. LX. persecutio, cum multa sanguinis effusione durauit.

Pœnituit excommunicationis Papam.

Iuramentum Friderici in Mediolanenses.

Ad hanc excommunicationem, Bern. Corius refert 2. Epistolam lib. 1. apud Petrum de Vineis, quæ incipit: Illos describit felices antiquitas: quibus ex alieno præstatur cautela periculo. Status naqmue sequens, formatur ex principio præcedentis: &, vt impressionem cera recipit ex sigillo: sic humanæ vitæ formatur mortalitas ab exemplo. Clauditur his verbis: Isti, seculo dediti, & inebriati delicijs, Deum postponunt. Quorum ex affluentia diuitiarum, Religio suffocatur, &c. Ait Corius (Fridericoiniquus) eum his literis conatum esse, auertere omnes Reges & Principes, ne obedirent Pontifici & Cardinalibus. Sanè hoc etiam inscriptio eius Epistolæ habet.

Effecit deinde Fridericus: vt Bernhardus Rossius (sicut idem Corius scribit: cuius Rossij suprà mentio est facta) Papæ consanguineus, Parmâ eradicaretur: quia ædes eius solo æquari iussit. Iurauit per coronam suam: se non cessaturum, vsque dum demoliretur vrbem Mediolanensem, exemplo aui sui. Ea propter Bonifacius, Marchio Montisferrati, ad Fridericum desciuit à Mediolanensibus Fridericus, militibus auctus: Cremonensibus 600. Parmensibus 200. Alexandrinis item, & Dertonensibus, Miramundum petijt ac Monasterium destruxit. Egressi contrà sunt Mediolanenses, cum suo Carrocio. Fridericus subsidia etiam Bergomensium & Laudensium accersiuit. Die Octobr. 21. feriâ 2. castra vtrorumque, collata propius sunt, Ticinello inter-

interfluente. Ibi custodes pontis, Itali, multis contumelijs Fridericum incessêre: sed id Mediolanensium prætori valde displicebat. Friderici exercitus Burgum, seu castrum eius loci destruxit. Ibi multos per dies, velitationes absque prælio, & varij conatus irriti: donec tandem mense Nouembri, Fridericus Paniam, Cremonam, & Turinum, se recepit: ac Mediolanenses, suum in vrbem redierunt.

Ecelinus, his temporibus magna sæuitiæ exempla edidit: cæde nobilium Veronæ, & alibi: nec non coniectione matronarum & virginum in carcerem. Flagellum ipse Christianorum, à Corio nominatur. *Ecelini sæuitia.*

Viuebat ijsdem temporibus in Sueuia (annotatore Lazio) familia Dominorum à KLINGENBERG: quorum multæ erant arces in Hegouia: Hohenevviel (Duellium, Tuela Sleidano) & Hohenklingen, & Halsperg. Item Stain, ad lacum Podamicum oppidum cum castro: & Moringen, cum castro oppidum. Præterea, Lugenstein castrum, Klingencastrum, Klingavv oppidum & Klingenthal prope Basileam. Habebant Insignia, qualia sunt hodie Vlmensium. Burcardum itaq; liber à Klingenberg, floruit circa annum hunc 1245. *Klingenberg.*

Gero, miles de Liechtenstain, vendidit anno 1245. Monasterio Bebenhusa, 75. libris Hallens. mediam partem decumæ in pago Tusselingen: Consentiente Burcardo, Comite Hohenbergensi: cuius patruus fuit Comes Albertus de Rotenburc, Abbas Bebenhusanus tunc erat Bertholdus de Munegesingen. M. Scr. *Liechtenstain. Hohenberg.*

EPITAPHIVM. Quod cum alijs multis generosis ab Eberstain Comitibus, in Monasterio Hærrenalbano VVirtembergico humatis, extat. *Eberstainenses Comites.*

Anno ab incarnatione Domini M. CC. XLV. obijt beate memorie Cunradus de Eberstein, Spirensis Episcopus, VI. Kal. Iulij.

Ibi sepulti sunt quoq; Dominus Bertholdus Eberstainius, & vxor eius Vtha, fundatores huius Monasterij. De cæteris, alio tempore.

Ad eundem 1245. annum, Tritenhemius refert obitum Ducis Bauariæ Othonis, Palat. Comitis Rheni: quem ait, quia cum Imper. Friderico excommunicato senserit, ipsum quoque excommunicatū fuisse. Itaq; cæpisse, clerum persequi odio Papæ: & propterea pridie S. Andreæ (hilarem cum vxore & familia) noctu subitò, & excommunicatum, obijsse. Reliquisse filios, Ludouicum, & Henricum: quorū ille post 10. annos, Comitatum Palatinum, & certa superioris Bauariæ dominia: hic verò Landshutam, cum Bauaria inferiore, diuisione patrimonij facta, acceperint. Ludouico fuisse speciosissimam vxorem, nomine Mariam, Ducis Brabantini filiam. Henrico verò, Elisabetam, Regis Vngariæ Belæ neptem ex fratre S. Elisabeta Marpurgensis: ex qua genuerit Othonem, R. Vngariæ: Ludouicum & Stephanum, Duces Bauariæ. Hæc ille. De Othone autem, hic verò Landshutam, cum Bauaria inferiore, diuisione patrimonij facta, acceperint. Ludouico fuisse speciosissimam vxorem, nomine Mariam, Ducis Brabantini filiam. Henrico verò, Elisabetam, Regis Vngariæ Belæ neptem ex fratre S. Elisabeta Marpurgensis: ex qua genuerit Othonem, R. Vngariæ: Ludouicum & Stephanum, Duces Bauariæ. Hæc ille. De Othone autem, patre Henrici & Ludouici, quomodo iussu Papæ ipsum voluerint Episcopi, è communione Christiana eijcere, nisi à Friderico & Conrado Impp. deficeret: legatur Auentinus. Is scribit, eos oratione Othonis iustissima motos ita esse: vt eum execratione Pontificali liberarent. Quæ est ista, inquit inconstantia vestra? Fui aduersarius Imperatoris: vobis auctoribus ad eum redij: Rom. Episcopum, Antichristum esse dictitantibus. Nunc me rursus auellere ab Augusto conamini. Quod modò fas erat: modò nefas est. Qui sitis: vestra opera ostendunt. Opes potentiam, honores, voluptates, munera, concupiscitis & adamatis. De hisce, vicli cupiditate, armis petius Turcis & Saracenis decertatis. Discordiâ creuistis: oues non pascitis: gregem discissum deuoratis. A vobis condemnamur? A Christo absoluimur. Ideo Thiestleas vestras preces, diras q; detestationes, nauci facio. Ad Christum seruatorem nostrum, prouoco: qui nobis tales Pharisæos, vitandos prædixit. Hæc vbi dicta dedit: abijt, & cum Conrado Cæsare Dornbergum obsedit. Ita à Sacerdotibus, eum vera dixisse ratis, excommunicatione solutus est. Sed mortuum 1253. demum anno, Auentinus scribit. *Othonis Bauari mors. Inconstantia Episcoporum insectatur. " Et grandia vitia. " "*

Eodem 1245. anno, Henricus 2. Comes à Lyningen, vir magnanimus, intercessione Imper. Friderici factus est Episcopus Spirensis, Clero diligenter ab illo commendatus: qui prudentissimè & vtilissimè 27. Aprafuit. Idem VVilhelmo, Hollandiæ Comiti, postea Regi Rom. electo, fuit Cancellarius Imperij, & à summis consilijs. obijt 1272. Brusch. *Lyning. Comes Henricus.*

Obijt eodem anno Hirsaugiensis Abbas Ernestus, die S. Blasij Episcopi, nempe Februar. 3. anno ætatis ferè 63. In eius locum successit XXV. Abbas, Volpoldus, huius cœnobij Monachus. Volpoldus in maiori Ecclesia Spirensi, vt mos est, cū magna solennitate ab Episcopo (Conrado, cui prædictus Henricus aliquātò post substitutus fuit) ordinatus. Natione Sueuus erat, honestis Parentibus ortus. *Hirsaug. Abbas.*

Non

Non multùm eruditus (talia enim erant tempora) sed tamen bonus, & charus. Refrixerat autem iam feruor monasticæ religionis. Trit.

Falckenstainius Bertholdus.

Bertholdus à Falckenstain, ex Hercynio nemore ortus, electus est hoc tempore Sangallensis Abbas. Eum confirmauit Henricus Turingus, Rom. Pseudobasileus, Regis Conradi Sueui aduersarius, vt audiemus. Erat strenuus bellator: nihil habens (vt Bruschius ait) monasticum, nisi cucullam. Obijt 1271. Sepultus fuit absque honore cum summa omnium suorum gratulatione. ἄνθρωπος γὰρ στασιαστικὸς, καὶ φονικώτατος.

Reperi alicubi hæc quoq; Cùm Imp. Frid. fuisset hoc tempore excõmunicatus: inter quosdam Sueuos proceres, qui ab eo propter illam causam defecerant, etiam Zollerensis Fridericus fuit. Cùm autem is grauiter à Cæsareanis premeretur: deprecatus est, & veniam accepit: eâ tamen conditione & mulcta: vt Parthenonem, siue Gynæceum sacrum, Stettæ, sub monte Zollerensi, conderet. Et hoc fuit huius Prædicatorij cœnobij principium. Itaq; in eo etiam Zollerensium sepulchretum, vsq; ad 1488. annum Christi fuit: quod fortaßis antè in veteri Ecclesia oppidana S. Lucij habuerunt.

Stettense Monast.

FRIDERICI IMP. PRIVILEGIA DVO, DVCI AVSTRIACO FRIDERICO data. Innocentij 4. Diploma, Backnangensibus spiritalis vitæ cultoribus datum.

CAPVT II.

Anno quoq; 1245. hæc sequentia priuilegia vel Diplomata, scripta sunt.

I. FRIDERICI II. IMP. Quo innouat confirmatq; Duci Austriæ priuilegium, à Frid. I. Imp. datum. Leguntur ambo, hoc illi inclusum, in Austria. Ioan. Cusp.

Priuilegium Friderici Imper. ad Ducem Austriæ Fridericum.

In nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Amen. Fridericus II. diuinâ fauente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, Hierusalem & Siciliæ Rex. Iustis Principum nostrorum petitionibus condescendere cogimur: quas nisi fauorabiliter audiremus: obaudire, quod iustè petitur, per iniuriam, malè audiremus. Eapropter per præsens priuilegium nouerit tam præsens ætas, quam successura posteritas: quòd noster excellentißimus Princeps Fridericus, Dux Austriæ & Stiriæ, ac Dominus Carniolæ, dilectus Princeps ac consanguineus noster: quoddam priuilegium diui Augusti, Imperatoris quondam Friderici, aui nostri scilicet, primi eius nominis, memoriæ recolendæ: Henrico quondam Duci Austriæ, proauo suo, dudum indultum, nostro culmini præsentauit: supplicans attentius, vt ei illud innouare, & omnia, quæ continentur in eo, confirmare, de nostra gratia dignaremur. Cuius tenor, per omnia talis est. In nomine S. & indiuiduæ Trinitatis. Amen. Fridericus, diuinâ fauente clementia Romanorum Imperator Augustus, primus eius nominis. Quanquam rerum commutatio, ex ipsa corporali institutione poßit firma consistere: nec ea, quæ legitimè geruntur, vlla poßint refragatione conuelli: tamen, ne causâ rei gestæ vlla poßit esse dubietas, Imperialis debet interuenire autoritas, &c. earum literarum summam habes suprà part. 2. lib. 10. cap. 14. ad annum 1156.

Nos itaq;, qui fidem & obsequia nostrorum principum non patimur irremunerata transire: attendentes fidem puram, & deuotionem sinceram: quam prædictus Princeps, ad maiestatis nostræ personam, & sacrum Imperium, habet: pro gratis quoq; seruitijs, quæ nobis & Imperio exhibuit hactenus fideliter & deuotè: & quæ exhibere poterit, vt in antea gratiora: ipsius supplicationibus fauorabiliter inclinati: suprà scriptum priuilegium D. Augusti, aui nostri prædicti, huic nostro priuilegio de verbo ad verbum inseri iußimus: omnia, quæ continentur in eo, de Imperialis præeminentiæ nostræ gratia confirmantes. Igitur competit etiam nostro Imperiali imperio, illustri Principi nostro prædilecto Friderico, speciali gratia gratiando. Quapropter concedimus ei, & damus eidem illustri Principi Duci Austriæ, hæc subscripta, ad habendum pro iure plenario: vt nullus suorum feudalium, aut suarum terrarum inhabitantium, vel poßidentium, nulli alteri aliquid iuris obediat: excepto etiam sibimetipso nostro prædilecto Friderico Principi, Duci Austriæ: ac suas vices supplentibus, siue potestatem habentibus. Concedimus etiam nostro illustri Principi, Duci Austriæ, crucem nostri diadematis, suo Principali pileo sufferendam. Volumus etiam, vt dictus Dux Austriæ, omnia sua feudalia, siue iura libertatis, suscipiat datione sine omni. Igitur iura omnia præscripta, illustris Dux Austriæ, ritè & liberaliter tenere audeat: in omnibus suis terris, quas iam poßidet, & in futurum poßidebit. Statuimus igitur, & Imperiali sancimus edicto: quatenus nullus Rex, nullus Marchio, nullus Princeps, nullus Comes, nullus Prælatus: nulla denique persona, alta vel humilis, Ecclesiastica vel Mundana: contra præsentis innouationis, & confirmationis

mationis nostræ, tenorem venire præsumat. Quod qui præsumpserit: indignationem nostri culminis, & pœnam mille librarum auri, se nouerit incurrisse: quarum medietas Cameræ, reliqua verò parti passæ iniuriam applicetur. Ad huius igitur innouationis, & confirmationis nostræ, futuram memoriam, & robur perpetuò valiturum præsens priuilegium fieri, & bullâ aurea, typario nostræ maiestatis impressa, iussimus communiri.

Huius rei testes sunt:

Conradus, Frisingensis Episcopus. Henricus, Bambergensis electus. Fridericus, filius illustris Regis Castellæ. Rudolphus, nobilis Comes de Habspurg. Rodomerus, Comes de Helffenstain. Albertus de Nifre, & alij quamplures, &c. Signum.

Acta sunt hæc anno Dominicæ incarnationis M. CC. XLV. Mense Iunio, tertia Indictione: imperante Domino nostro Friderico, gloriosissimo Romanorum Imperatore, semper Augusto, Hierusalem & Siciliæ Rege: Romani imperij eius anno XXV. Regni Hierusalem XXI. Regni verò Siciliæ XLVII. Datum Veronæ, anno, mense, & indictione prædictis.

II. PRIVILEGIVM Imp. Friderici II.

Alterum priuilegium Friderici Imp.

Extat quoq; priuilegium Friderici II. lib. 6. cap. 26. in Epistolis Petri de Vineis: quo is eundem Fridericum Austrium, ad Regiam Celsitatem euexit. Incipit: In nomine S. & indiuiduæ Trinitatis. Amen. Fridericus II. diuina fauente clementia, Rom. Imp. semper Augustus, Hierusalem & Siciliæ Rex Friderico II. Duci Austriæ & Stiriæ, suo dilecto Principi, & Comiti Carniolæ, gratiam suam, & omne bonum. De fulgore throni Cæsarei, velut ex Sole radij sic exterarum prodeunt dignitates: vt primæ lucis integritas, minorati luminis non sentiat detrimenta: tanto quo magis Imperiale sceptrum attollitur: & tanto cura regiminis, sollicitudinibus releuatur: quanto tribunal ipsius, digniores in circuitu circumspicit consimiles regiones, &c. Tuis igitur, deuotissime Princeps noster, supplicationibus fauorabiliter inclinati: nec minus ad exaltationem honorum sacri Imperij nostri respectum habentes: de infrà scriptorum principum nostrorum consilio: videlicet C. Ratisbonensis Episcopi, L. VVormacensis Episcopi, H. Bambergensis, & O. (al. P.) Brixinensis electi, A. Abbatis Campidonensis, C. Abbatis Cluniacensis, O. Ducis Morauiæ, & B. (al. R.) Ducis Bauariæ.

Ducatus Austriæ & Stiriæ, cum pertinentijs suis & terminis, quos hactenus habuerunt, ad nomen & honorem Regium transferentes: te hactenus prædictorum Ducatuum Ducem, de potestatis nostræ plenitudine & magnificentia promouemus in REGEM eiusdem libertatibus, immunitatibus, & iuribus, prædictum Regnum tuum, præsentis Epigrammatis autoritate dotantes: quæ deceant Regiam dignitatem: vt tamen ex honore, quem tibi libenter addicimus, nil honoris & iuris nostri diadematis, aut Imperij subtrahatur, &c. Ad decus præterea Regni tui, præsentis priuilegij autoritate permittimus: vt de prouincia Carniolæ, Ducatum facias, &c.

DIPLOMA PONT. Innocentij 4. Backnangensibus religiosis datum. Cuius Autographum prudentia & honore conspicuus vir, D. Sebastianus Lucius, Nicro Rotenburgi habitans, superiore proximo anno humaniter mecum cõmunicauit. Quod propter varia præcipuè locorum nomina, quæ insunt, recitabo.

Backnangense à P. Innocentio 4. priuilegium.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs, Præposito Ecclesiæ de BACGENANC, eiusq; fratribus, tam præsentibus, quàm futuris, Regularem vitam professis. In PP. M. Religiosam vitam eligentibus, Apostolicum conuenit adesse præsidium: ne forte cuiuslibet temeritatis incursus, aut eos à proposito reuocet: aut robur, quod absit, sacræ religionis infringat. Eapropter, dilecti in Domino filij, vestris iustis postulationibus clementer annuimus: & Ecclesiam de Bacgenanc Spirensis dioceseos, in qua diuino estis obsequio mancipati, sub beati Petri & nostra protectione suscipimus: & præsentis Scripti priuilegio communimus. In primis siquidem statuentes: vt ordo Canonicus, qui secundum Deum, & beati Augustini Regulam, in eodem loco institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea, quascunque possessiones, quæcunque bona, eadem Ecclesia in præsentiarum iustè ac canonicè possidet: aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, præstante Domino, poterit adipisci: firma vobis, vestrisq; successoribus, & illibata permaneant. In quibus hec proprijs duximus exprimenda vocabulis.

Locum ipsum, in quo profata Ecclesia sita est, cum omnibus pertinentijs suis. Curiam, quæ dicitur Mons. areas. Curtes. domos. redditus. siluas. agros. tria molendina. piscarium. & quicquid habetis apud oppidum Bacgenancense. Hospitale ibidem positum. cum suis pertinentijs.

Ger-

Pagi circa Brackn angum. Germarſvviler. Mubach. Huningen. Rameſe. VVirteſvviler. Aſtelinsvviler. Conenvviler. Murre. Rudolfesberg inferius & ſuperius. Capellam S. Iohannis ſitam ibidem. Iuches. cum omnibus pertinentijs eorundem. VViha inferius & ſuperius, cum molendino. Hirtingesbach. Bruden. Trafelbach. Saſſemvviler. Rodegaſtberc. Rodematſvviler. Claſſenbach. Slethbach. & quicquid habetis circa montem ſupra & vltra, quicquid habetis in parrochia Bacgenancenſi. Richenbach cum ſuis pertinentijs. Ante caſtrum Richenbon, bona & molendinum. Sciura. Giſelmar. aquam ſalſiginis in Halle, cũ ſuis pertinentijs. In Lantſidel, Eccleſiam ſancti Pancratij cũ decimis, redditibus, & omnibus ſuis pertinentijs. Kuppher. Balderichesroden. Sigevvinſvviler. Egenenſteten. Zuingelhuſen. Kircberc cum decima, & bonis alijs. Lirter. Botebor inferius cum ſuis pertinentijs. Bona in ſuperiori Botebor. Gileſtain. Einote. Gruppẽbach. Hepphenkam. Murre. Blidolfeshain. Ingershain. Baſenkain. Mundolfeshain. Othmarshain. Gamertenkain. Curiam, molendinum, & Eccleſiam S. Iohannis, cũ ſuis pertinentijs. VVeſtham. Oſtham. Erlenkam. Nedemarsbach. Bona in VViler. Suaicham, molendinum. Stainahart. Aſſemanneſvviler. Sigelarhuſen. Eccleſiam S. Martini, cũ curia & omnibus pertinentijs ſuis. Decimam in Bittenuelt, & in Rudinshouen bona. Vellach, curiam, vineas, & areas, cum ſuis pertinentijs. Berka. & Grumbach. cum pratis, vineis, terris, nemoribus, vſuagijs, in boſco, & plano, in aquis & molẽdinis, in vijs & ſemitis, & omnibus alijs libertatibus & immunitatibus ſuis. Sanè noualium veſtrorum, quæ proprijs manibus aut ſumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus nõ percepit, ſiue de veſtrorum animalium nutrimentis, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere, præſumat. Licet quoq; vobis, clericos vel Laicos, liberos & abſolutos, è ſeculo fugientes, ad conuerſionem recipere. & eos abſq; cõtradictione aliqua retinere.

Conuerſi. Prohibemus inſuper, vt nulli fratrum veſtrorum, poſt factam in Eccleſia veſtra profeſſionem, fas ſit ſine Prepoſiti ſui licentia, de eodem loco, niſi amoris religionis obtentu, deſcedere. deſcedentem eò, abſq; communium literarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere.

Cùm autem generale interdictum terræ fuerit: liceat vobis, clauſis ianuis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, ſuppreſſâ voce diuina officia celebrare: dummodo cauſam non dederitis interdicto.

Chriſma. Criſma verò, oleum ſanctum. Conſecrationes altarium, ſeu baſilicarum, ordinationes Canonicorum, qui ad ordines fuerint promouendi, à Dioceſano ſuſcipietis Epiſcopo: ſiquidem Catholicus fuerit, & gratiam & communionem ſacroſanctæ Romanæ ſedis habuerit: & ea vobis voluerit ſine prauitate aliqua exhibere.

Capella. Prohibemus inſuper, vt infra fines Parrochie veſtre, nullus ſine aſſenſu Dioceſani Epiſcopi, & veſtro, capellam ſeu Oratorium de nouo conſtruere audeat. ſaluis priuilegijs Pont. Romanorum.

Exactiones. Ad hæc, nouas & indebitas exactiones. ab Archiepiſcopis & Epiſc. Archidecanis ſeu Decanis, & alijs omnibus Eccleſiaſticis ſecularibuſve perſonis, à vobis omnino fieri prohibemus.

Sepultura. Sepulturam quoq; ipſius loci, liberam eſſe decernimus. vt eorũ deuotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberauerint, niſi fortè excommunicati vel interdicti ſint, aut publicè vſurarij, nullus obſiſtat. ſaluâ tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum. à quibus mortuorum corpora aſſumuntur.

Decima. Decimas præterea, & poſſeſſiones, ad ius Eccleſiarum veſtrarum ſpectantes, que à Laicis detinentur, redimendi, & legitimè liberandi de manibus eorum. & ad Eccleſias, ad quas pertinent, reuocandi libera ſit vobis de noſtra auctoritate facultas.

Obeunte verò te nunc eiuſdem loci Præpoſito, vel tuorum quolibet ſucceſſorum: nullus ibidem qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia, præponatur: niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum maior pars conſilij ſanioris, ſecundum Deum & beati Auguſtini regulam prouiderint eligendum.

Pax. Paci quoq; & tranquillitati veſtre, paterna in poſterum ſollicitudine prouidere volentes: auctoritate Apoſtolica prohibemus. vt infra clauſuras locorum, ſeu grangiarum veſtrarum. nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere, hominem temerè capere vel interficere, ſeu violentiam audeat exercere.

Præterea omnes libertates & immunitates, à predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus Eccleſie veſtre conceſſas, nec non libertates & exemptiones ſecularium actionum, à Regibus & Principibus, vel fidelibus alijs, rationabiliter vobis indultas, auctoritate Apoſtolica confirmamus. & preſentis Scripti priuilegio communimus.

Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat prefatam Eccleſiam temerè perturbare:

aut

aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed omnia integra conseruentur: aut pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, vsibus omnimodis profutura. SALVA SEDIS APOSTOLICÆ AVCTORITATE. *& Diocesani Episcopi canonica iustitia, ac in supradictis decimis moderatione concilij generalis.*

Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire temptauerit: secundo tertióve commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit. Potestatis honorisq; sui dignitate careat: reamq; se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat: & à sacratissimo corpore ac sanguine Dei & Domini redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine, districte subiaceat vltioni. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus, sit pax Domini nostri IESV CHRISTI. *Quatenus & hic fructum bone actionis percipiant: & apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant.* AMEN. AMEN. Execratio.

Datum Lugduni, per manum magni Martini, S. Rom. Ecclesiæ Vicecancellarij, 3. idus April. Indictione 3. anno Dominice incarnationis 1245. Pontificatus verò D. Innocenty Papæ IV. *anno 2. Multi subscripserant Cardinales: vt,*

Ego Petrus H. S. Marcelli, presbiter Cardinal.

Ego Vlls Basilicæ duodecim Apostolorum presbyter Cardinalis, &c.

Obiit 1245. Conradus de Eberstein, Spirensis Episcopus, Kal. Iulij.

FLORENTIA, FRIDERICO IMP. DEDITA. CONSPIRATIO FAMILIARIUM in eum, & eorum vindicta. Rex creatus auspiciis Papæ contra ipsum, Henricus Turingus. Proditio Monachica Zoflingensis. Aistetensis Episcopus, Henricus V Virtembergensis. Priuilegium Bebenhusanorum. Obitus Ducis Austriæ Friderici Bellicosi. Margaritæ & Gertrudis, in Austriam immigratio. Saraceni Sultani constans fides erga Imp. Fridericum. Friderici ordinatio Regni Italici.

CAPVT III.

ANno 1246. Florentini inter se discordantes, tum vltu agitabantur. Ideo seinpotestatem Imp. Friderici, vt compositio partium fieret, permiserunt. Antehac fuerant eius hostes: & cùm ille prope vrbem eorum posuisset castra: multi nobiles, eius castris insultauerant. Tunc etiam quidam ex nobilitate, cataphractus equo excurrerat vrbe: increpans (vt Poggius scribit) sequentium tarditatem, tanquam timidorum. Sibi tantum animi esse: vt vel solus cum hostibus congrederetur. Verùm cùm paulò pòst videret, quosdam de hoste vulneratos redire: cæperat lentius proficisci. Audito posteà hostium clamore, cum ciuibus pugnantium: conspectaq; eminus pugna: gradum immobilis fixerat. Quibusdam igitur, cur non pergeret, rogantibus: aliquandiu silens, tandè inquit: Sentio iam, me non esse ita fortem, vt mihi persuaseram. Hæc, ipse Thraso ἤθεσι σύδειλος. ὡς ἄρα δεῖ ἀλαζονεύεσθαι: ἀλλὰ ἴσον ἰδίαν δύναμιν, ἢ ἀδυναμίαν, μὴ προϋλα, ὅταν δὴ ἴωσι πρᾶγμα τὸ ἔργον ὀρθοῦν ἐπιχειρῶν. Hoc verò 1246. anno, Florentia se Friderico tradidit, vt Collenutius scribit. Imperator itaque ad eos misit Pandulphum Comitem: qui Tusciam nomine Imperij gubernabat: & Thadæum Suessum, qui iam Lugduno redierat. Ab his compositæ sunt controuersiæ Florentinorum: & relictus ibi Fridericus Antiochenus, Imperatoris filius pro Præfecto. Hic, ciuibus iureiurando sibi deuinctis: aliquandiu ibi commoratus, discessit: ac pro se, Imperij nomine alium quendam, patria Genuensem, Præfectum reliquit. Florentia, Friderico dedita. Thraso quidam ridiculus.

Interea temporis Friderico, cum se aucupio & falconibus, Grossetiin Aurelia via recreat: enuntiatur quorundam Regni sui nobilium contra se cõiuratio. Huius duces erant, Pandulphus Fasanellus, Iacobus Morra: socij autem, Theobaldus, Guilielmus, & Franciscus, Sanseuerinates: Ricciardus Robertus q. Fasanelli, Gottfridus Morra, & Cisulphus Maimus. Item Andreas Cigala militiæ Dux, Augusto percharus. Hi de medio tollere Imperatorem constituerant: sed Casertæ Comitis Richardi fide res ei innotuit, per Ioannem Præsentzanum significantis. Effugerunt ambo Duces: ceteri duas arces in Lucania, Schalam & Capaccium, occupatas muniuerunt: quæ ambæ tamen diuersis temporibus, à fidelibus Imperatoris in illis locis militibus expugnatæ sunt. Coniuratos cùm cæpissent: parricidarum supplicio affecerunt. Culeis enim singulos, cum singulis canibus, simiis, gallis gallinaceis, & viperis insutos, in mare proiecerunt: vt omnibus elementis priuati (sicut in Rosciana Cicer. Oratione est) viui ab his bestiis rabie famis concitatis, dila- Coniuratio in Fridericum Imp. Parricidarum supplicio affecti.

niarentur. Destructa est etiam Alta villa: & omnibus, qui vel quarto, aut etiam quinto, propinquitatis gradu, coniuratos attingerent, oculi effossi, ipsiq; combusti: vt ita ad vniuersum ferè regnum, in quod Fridericus redierat, seueritas vindictæ peruenerit.

De his rebus Fazellus 2. Dec. 8.

Theobaldum, inquit, Franciscum, & Guilelmum, de S. Seuerino, pluresq; alios proceres, qui apud Neapolin anno salutis 1244. mēse Martio, ab eo ad Pōtificem defecerant, captos, immanibus adscripsit iudiciis: pluresq; eorum ardenti flamma combussit. Vxores verò cum infantibus, in Palatio Panormitano subterraneis latebris deuoras, inedia exinaniri mandauit. Vnde ad ætatem vsq; meā, vernaculum ibi adagiū inoleuit: Mulieres quæ malè Panormum venerunt. Quarum duo cadauera, anno salutis 1514. à fossoribus, qui ea ad carceres in arce reficiendos fortè inciderant, reperta, integra propè cum vestibus etiam incorruptis, maximo cum stupore, nobiscum concurrens, tota Panormicana ciuitas spectauit.

Henricus Raspe, contra Frider. à Papa Rex creatus.

In Germania, instinctu Pont. Innocentij, Henricus Dux Turingiæ & Hassiæ, cognomento Raspe, filius S. Elisabetæ Herbipoli in ascensione Domini, à Moguntino & Coloniensi, quibusdamq; alijs Principibus, Rex Rom. aduersus Fridericum electus est. Cui, vt Imperatori facilius resistere, imò præualere, posset: infinitam pecuniæ vim (teste Siffrido Misnensi) Pontifex misit: qui Conrado, Friderici filio, Regnū iam abrogauerat. Non probabāt talia omnes Germaniæ Principes: sed dicebant quidam (teste Stadensi) AD PAPAM NON PERTINERE *Imperatorem vel instituere, vel destituere: sed electū à Principibus, coronare. Carebant boni viri Martino Luthero: qui eos è sacris literis solidè de Papa docere potuisset. Sed nondum ita clarè lucebat. Cæterùm Rex nouus conuentum Francofordiæ indixit, ad Festum Iacobi. Contra quem cum exercitu profectus ad illam vrbem Rex Conradus est. Prælio autem commisso, vicit eum Henricus die S. Osualdi (Aug. 5.) multis ducibus & nobilibus de exercitu eius captis. Adhæsit ei Argentinensis quoq; Episcopus, Henricus Staheleccius, antiquo Sueuiæ comitatu ortus: auxiliumq; ei pro virili parte sua tulit: eripuitq; Conrado illa in Alsatia: quæ supra lib. 1. cap. 14. dicta sunt. Attamen contemni postea, Rex Henricus est cœptus: & per risum Rex Clericorum (*Pfaffenkönig*) appellatus est. Ait Tritenhemius, Conradum in Italiam illa clade fugatum esse.*

ἐπίκρισις Germanorum.

Conradus R. ab illo Raspio victus.

Monastica Zoffingæ proditio.

Circa hoc tempus, Cæsare Friderico diris addicto: & Imperio Rom. valdè perturbato. Zoffinga, Aërgoiæ oppidū, Cæsari studens, habebat hostes: qui nocte quadam id conati sunt occupare, proditione Monachorum Prædicatorum. Tessera ipsis erat, Da har gaht er. *Huc accedit. Non successit conatus hic hostibus: sed scelere per indicium patefacto: Monachi comprehensi, de muro ciuitatis sunt suspensi: ac nunc etiam in perpetuam rei memoriam, vigiles noctu clamant,* Da har gaht er. *Stumpf. lib. 7. cap. 33.*

VVirtemberg. Henricus, Episc. Aistetensis.

Henricus IV. huius nominis Episcopus Aistetensis, Comes VVirtembergensis, illam dignitatem conscendit 1246. anno: quam 13 A. vtiliter gessit. Transtulit in mediam Basilicam Cathedralem ossa S. VVillibaldi, primi Episcopi. Obijt 13. Maij 1259. sepultus cum omnium luctu, in summo Templo Aistadiano. Brusch.

PRIVILEGIVM DE NON EXAMINANDIS BEBENhusensibus Monachis, ordines suscepturis.

Bebenhusani Monachi, ad Baccalaureatum non examinandi.

INNOCENTIVS *Episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis S. &c. Cum itaq; (sicut lecta coram nobis, Vniuersitatis vestre petitio continebat) Monachi ordinis vestri, ab institutione ipsius, soliti sint à Prelatis Ecclesiarum, sine aliqua examinatione ad ordines promoueri: nos deuotionis vestre precibus inclinati, vt hoc ipsum circa Monachos eiusdem ordinis (eis duntaxat exceptis, in quibus fuerit notorium crimen, vel enorme corporis vitium) à Prelatis eisdem, perpetuis temporibus obseruetur: auctoritate presentium duximus statuendum. Nulli ergo omnino hominum liceat, &c. Datum Lugduni 2. Kal. Iul. Pontificatus nostri anno 4. anno Dominicæ incarnationis* M. CC. XLVI. *Quod illi Monachi, sine examinatione promouebantur ad ordines: causa nimirum hæc fuit: quod, qui examinandi erāt, Constantiam vocabantur, in via luxuriabantur, & deteriores domum redibant: tanquam lasciuientes pulli equini:* ἢ ἐπὶ φάτνῃ ἀκοστήσαντες ἵπποι.

Pone seram, cohibe petulantes corde iuuencos.

Friderici Austri interitus.

Theodoræ Græcæ obitus.

Eodem anno, Dux Austriæ Fridericus ille 11. de quo aliquoties ante scripsimus, occubuit in prælio cum Bela Vngaro, quanquam victor: iuxta oculum dextrum lancea traiectus, Iun. 15. Cuius mater Theodora, tristi hoc nuntio accepto, die octauo pòst obiit. Friderico mortuo, cum

Austria

Austria & Styria orbatæ iam essent suo Principe: Margarita soror eius, olim Henrici Rom. Regis vxor, filii Imp. Friderici II. quæ ex Henrico pepererat Fridericum & Henricum: marito & filiis orbata, in Austriam rediit, vnica hæres. Eodem & Gertrudis concessit: filia olim Henrici, Ducis de Medling, fratris etiam Friderici: & per eundem desponsata Vladislao, Marchioni Moraviæ: cum quo vix 18. menses vixerat. Copulata dehinc fuit Hermanno, Marchioni Badensi: ex quo filium habuit Fridericum, Ducem Austriæ, Marchionem Badensem. Cui procul dubio Ducatus ambo cessissent: nisi fuisset capite diminutus Neapoli, vt suo tempore cognoscetur. Agnetem filiam vnicam, Carinthiæ Duci Vdalrico dedit. Sed nec Hermannus diu vixit: quia tantum 4. A. in coniugio. Itaque in Austriam venit Gertrudis: ac Medlingensem arcem oppidumq; vidua possedit: quemadmodum Margaritæ assignatum fuit Heimburgum. Cuspin. in Austria.

Margarita, illius hæres.

Gertrudis, mater Friderici Imperatoris.

Scripserat Papa ad Soldanum Melahadinum (teste Stadensi) vt ab amicitia Friderici discederet. Respondit is Græcè: De Christo plus scimus, quàm vos sciatis: & magnificamus eum plus, quam vos magnificatis. Inter nos & Imperatorem, iam dudum fuit concordia & familiaritas, iam à tempore Soldani patris nostri. Non ergo possumus sine ipsius consilio quid agere.

Sultani Melahadini maior Pietas, quam Papæ.

Eodem 1246. anno, Fridericus, deleta coniuratione, de qua dictum est: in loca campestria prodijt, maximo cum exercitu: subditisq; mandauit omnibus, vt sibi præsto essent, ad domandos in Longobardia rebelles. Intelligebat enim, Pontificem, adscito nouo Cæsare, Genuam Mediolanumq; rediturum: vt Longobardiam, Æmiliam, Flaminiamq;, recuperarent. Sparserant enim Ecclesiastici, ipsum ita in suo Regno clausum esse, vt nusquam prodire posset. In campestri itaque regione conuentum egit Ducum, & nobilium, & Legatorum ex ciuitatibus: indictaq; in Longobardiam expeditione: proregem in Regno constituit (scribente Pandulpho) Henricum paruum adhuc filium, ex Angliæ Regis sorore susceptum: cui magnum nobilium consiliariorum numerum adiunxit. Fridericum verò nepotem, ex Henrico maximo natu filio, qui in carcere obierat, genitum, copiarum ad Regni defensionem relictarum Ducem fecit: attributis ei mille grauis armaturæ viris, & totidem sagittariis equitibus. Fridericum filium Antiochia Principem, præfecit Tusciæ, Aureliæ viæ, Piceno, Æmiliæ Flaminiaq;. Entium, Sardiniæ Regem, totius Italiæ Legatum pronuntiauit: quo is munere prius quoque functus fuerat. Richardum denique filium, ciuitatis Chietæ comitem, summum militiæ Ducem per Picenum Romandiolamq; esse voluit. Hac distributione munerum facta: iureiurando sibi omnes obligauit: subditisq;, vt eis dicto audientes essent, imperauit. Tum, dimisso conuentu, ire perrexit: vrbiumque, quibus opus esset, res in itinere disposuit: & Senas, Pisas, Cremonamq;, peruenit. Vbi aliquantulum cum substitisset: decreuit, Lugdunum transire, rerum cum Pontifice componendarum gratia. Quam ad rem, non modò rei militaris peritissimorum, sed etiam literatorum hominum, maximum sibi numerum comparauit, ac Taurinum vsq; progressus est.

Ordinat Italiam Fridericus Imp.

Henricus, F. eius, puer.

Fridericus nepos.

Frider. nothus.

Entius R.

Richardus filius.

Docti viri, cum Imp. Friderico.

PARMÆ OBSIDIO, ET VICTORIÆ VRBIS EXTRVCTIO, PER Fridericum Imp. Victoriæ Roberti Castilionei, Vicarii eius. Reutlingæ & Vlmæ obsidio, à R. Pontificio Henrico. Guilielmi Holandi contra Frider. & Conradum electio. Denckedorffense cœnobium. Infelix casus Mariæ, Ludouici Palat. & Bauari vxoris. Aliquot VVormacienses Episcopi. S. Ludouici, Regis Franciæ, Syriaca expeditio inutilis.

CAPVT IV.

Anno 1247. Fridericus Taurino Legatos, de consilio suorum misit ad Regem Galliarum: vt eum de aduentu suo, eiusq; causa, certiorem facerent. Impedimentis deinde montes versus præmissis: cum ea bidui iter confecissent: resciscit, Brixianos Placentinosq;, cum aliis Imperii rebellibus, & Apostolico Legato, Parmam, postquam illinc discessissent, mense Iunio occupasse: Henrico Testa, vrbis Imperii nomine præfecto, interempto. Quamobrem, hac Pontificis machinatione cognita: institutum iter indignatione quadam abrupit: & cum omnibus copiis, Legatis, & comitatu vniuerso, Parmam est reuersus: quam LX. millibus hominum obsedit. Quod 2. die Aug. die Martis, factum Corius scribit. Ibi, vt maiori cum commoditate in obsidione cœpta posset persistere: breui tempore alteram ligneam condidit vrbem ex aduerso, & Templum: quorum illam VICTORIAM appellauit: hoc verò, S. Victori dicauit. Monetam deniq; ibi cudi iussit, quam Victorinam nominauit. Erat longitudo illius vrbis 7200. lati-

Parmam Imperator obsidet.

Victoriam vrbē condit.

tudo verò 5400. cubitorum. Portas habebat 8. & fossas latas profundasq; : in quas directæ erant illæ aquæ quæ antea Parmam influxerant. Loca inerant ad habitãdum commoda, Aula, Palatia, Officinæ, & alia, sicut in veteri ciuitate. Hæc apud Collenutium. AEmilius verò lib. 7. Antecaptam veram veteremq; Parmam, inquit, ibi nouæ vrbis condendæ spatium mensus est. Sacris ædibus extruẽdis locum descripsit. Earum maximam, vt felici omine, diuo Victori dedicauit. Cætera publica priuatag. ædificia, magnifica assurgebant. Vrbem, Victoriam appellauit. Nummum etiam nota eius dem diui Martyris percussum, Victoriatum nuncupauit. Sultanorum Orientis, simul Africæ Regum, socius amicusq; : missis ad se elephantis, ac omni genere ferarum : quæ florente re Romana & iura orbi terrarum dante, notæ fuerant : sed tunc inusitatæ oculis Latinorum hominum erant : spectacula edidit, muneraq; antiquitati comparanda. Ludos fecit : produxit homines inauditis linguis, gentibusq; ignotis, ac nouo habitu : triumphum, victoriaq;, quæ cœli munus est, fructum, antequam vincerent, petens. Cæsarum veterum magnificentiam, & rerum splendorem, sed alieno tempore, æquare conatus, ad penuriam pecuniæ recidit. Victoriatos, qui antea aurei cudebantur, iam scorteos facere cœpit, cum perparua eius argentea effigie : proposito edicto, vt hi nummo aureo censerentur. Fiscum suum tantidem illos æstimaturum accepturumq;.

Victoriatus nũmus.

Ludorum celebratio.

Coriacei Victoriati.

Dum autem Victoriæ consistens Fridericus (quam etiam hortis amœnissimis, vineis, fœminis speciosissimis, ornauerat) vrgebat obsidionem Parmæ : cognoscit de victoria quam Robertus Castilioneus, ipsius per Picenum Vicarius, adeptus fuerat. Res ita à Pandulpho describitur. Hic enim, dum Maceratæ consideret : exercitum Pontificiorum ad flumen Auximum fuderat : eorum Ducem Marcellinum, Episcopum Aretinum, captum, cum quatuor circiter millibus interemerat : plurimos alios ceperat : plurima ciuitatum rebellium signa obtinuerat : inter quæ, illud quoque Anconitanorum : quod olim ab Emanuele, Imp. Constantinopolitano, dono acceperant : cum à Friderico Barbarossa illius mandato defecissent. Hæc tunc in Italia.

Robertus Castilioneus, Friderici Vicarius, Victor Papæ.

In Germania autem, Henricus Thuringiæ Lantgrauius, ab Innocentio obductus Conrado Regi Rex, eum in Sueuiam persecutus, oppidum Reutlingam anno 1247. in Pentecoste obsedit. Ciues B. virgini, vt ipsos liberaret, supplices votum fecere. Nam iureiurando astricti erant Friderico : quod is ciuitatem eorum, muro cinxerat. Soluta breui est obsidio. Ciues voto se liberantes, sacellum diuæ virgini extruxerunt. In hanc sententiam, Nauclerus. Cæsar Otho IV. (in M. Scr. inuenio) ex pagis Eßlinga & Reutlinga, oppida fecerat. Reutlingam muro circumdederat Fridericus II. In ostio domus lapideæ, iuxta primarium Templum, scriptum sic : Anno M. CC. XLVII. Hainricus der VII. Landgraff zu Türingen / hat die Statt Reutlingen belägert / Da haben die Bürger zu Gott gebeten vmb erlösung / Dann sie waren Kaiser Friderich dem andern mit Gelübd verbunden. Dann er hat die Statt mit Mauren vmbfangen / vnd haben verheissen vnser Frawen ein Capell zubawen. Alßbald ist Hainricus abgezogen / vnd die Stadt erlediget worden. Nachmals haben sie angefangen zubawen / wie man das Werck vor augen sichet. Capellam hanc absoluerunt (inquit Herman. AEdituus) 96. annis. Nam 1343. in die S. Osualdi, Angelus inauratus angulari lapidi superpositus fuit.

Reutlingæ à falso Rege Henrico obsidio.

Idem Henricus postea Vlmam obsedit. Sed ibi Sagitta venenata fortuitò percussus ab aliquo oppidano, abscessit : & dysenteria postea mortuus est : in oppidoque suo Isenaco sepultus. Quo sublato : Conradus in Regnum rediit, cum magno patris Friderici gaudio. Hunc Henricum Landgrauium, Corius Antigranum vocans, In questo medesimo tempo, inquit, vn Martedi, à i. 7. vscendo Decembre, il Re Antigrano, esistente in Alemagna, passò all' altra vita : doppò la morte delquale, Corrado ricuperò il Reame : del che Federico ne prese grandissima Letitia.

Vlmam etiam frustrà obsidet, atq; moritur.

Etsi autem Henrico, per quem Innocentius nocere voluerat, res non successerat contra Fridericum : non tamen sibi idem Papa temperare potuit : quin rursus ei noceret, nouo hoste opponendo. Misit enim cardinalem Petrum Caputium : qui, Principibus Coloniam conuocatis, effecit : vt VVilhelmum, comitem Holandiæ, Regem Rom. eligerent, virum 20. annorum strenuum. Hic exercitum apud Francofordiam habens, concessit Vdalrico, comiti VVirtembergensi (Naucl. teste) Aduocatiam Monasterii Denckendorffensis. Filius fuit Florentii, & Mechtildis Brabantinæ. Coronatus est 1. Nouemb. 1249. Aquisgrani : cum vix eam vrbem (Stadensi teste) crucesignati, longa obsidione obtinuissent.

VVilhelmus. comes Holandiæ, contra Frider. & F. Conradũ electus Rex per Papam. Denckendorff.

Rudol-

Rudolphus, comes Palatinus de Tubingen, contulit Ecclesiæ Bebenhusanæ prædium quoddam apud Rutlingen, cum omnibus suis appendiciis: in syluis, pratis, & in ciuitate: sub Abbate Bertholdo. M. Scr.

Familia nobilium equitum à Buebenberg erat hoc tempore: qui adhuc supersunt (inquit Lazius) ex quibus legitur Mechtildis, Abbatissa in Buchouia, circa annum 1247. Agnes de VVurmlingen obiit 1247. 17. Kal. Octob. die Nicomedis Martyris apud Syndelfingenses. Buebenberg.

Ludouicus, comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, vxorem suam Mariam, τὴν ἐνδεστάτην (Cuius supra anno 1245. mentio est facta) de adulterio suspectam, apud Sueuicam VVerdeam, præcipiti ira raptus, gladio percutiendam curauit. Pœnitentia postero tempore, comes facti minus considerati fuit: canitieq; caput eius, vna nocte dealbatum. Idcirco, ad satisfaciendum pro tanto facinore, Monasterium postea Fyrstenfeldense in Bauaria, ab illo constructum est: multisq; bonis & prouentibus dotatum. Idem Palatinus & Dux, hoc etiam anno castrum Fridburg dictum, ob defendendam Bauariam, contra Augustensem Episcopum, à fundamentis fortissimum ædificauit. Alteram deinde vxorem duxit, Annam Regis Poloniæ filiam: ex qua genuit filios 3. Ludouicum, Bauariæ Ducem: Rudolphum, comitem Palat. Rheni: & alterum, Ludouicum, postea Cæsarem Rom. Apud Tritenhem. & alibi. Sed Auentinus cædem Mariæ, ad annum 1256. reponit. Mira profectò res, tantam de tempore diuersitatem esse inter Trit. & Auent. cui posteriori tamen, magis credendum. Mariam vxorem. Ludouicus Bauarus decollat.

Conradus III. nobilis à Turckhaim, Decanus summi collegij Moguntini, vir sapiens & eloquens, factus est hoc 1247. anno Episcopus VVormaciensis. Hic fuit summus hostis decessoris sui Landolphi: quod is contra Papam, vrbi VVormaciensi & Imp. Friderico coniunctior esset. Verum eodem 1247. anno decessit: cui mox Richardus, nobilis heros à Thaun successit: qui humanitate sua obtinuit apud VVormacienses eam dignitatem: etsi contra eum Eberhardus, Hirsutus comes de Beienburg Hessus electus fuerat, Imp. Friderici contra VVilhelmum Holandum studiosus. Mortuo tamen Richardo 1257. successit Hirsutus. Brusch. VVormac. Episc. Conradus.

In concilio Lugdunensi præsens Rex Franciæ Ludouicus, se & Regnum in patrocinium Ecclesiæ commendauit: profectionem vouens in Palæstinam: quòd difficili morbo liberatus esset. Ideo Sancti cognomen inuenit: ipseq; est ad 25. diem Augusti, quo Massiliæ nauem anno sequenti conscenderat, inscriptus. Sed nec hæc expeditio, felix fuit, vrbe Damiata frustrà capta: quæ in Oriente erat Saracenorum emporium: sicut Ptolemais, Christianorum. Cum autem R. Ludouicus 11. Kal. Octob. Cyprum tenuisset: benignè à Rege eius Lusignano exceptus fuit. Interea Legati à quodam Tartaro Principe aderant, fidem Christianã amplexo. Cumq; Tartarus ad Pontificem Legatos missurus esset: Christiani dissuaserunt, quasi via longa & periculosa esset. Re vera autem metuebant vulnera Christianorum: ne his Tartari offenderentur: si vidissent Papæ & Cæsaris, Guelforum & Gibelinorum, dissidia: totq; vitia Ecclesiasticorum, impietatem, fastum, auaritiam. Legito Æmyl. lib. 7. & Herold. continuat. lib. 4. Insigniti sunt in eodem concilio (Func. teste) Cardinales rubris pileis: permissumq; eis est, equis vehi. Syriaca Ludouici Franci expeditio inutilis. Scandala Christianorum, religioni ipsorũ nocent. Cardinalium rubri pilei.

Lindauium, Acronii lacus oppidum, cum excommunicatus esset Fridericus Imp. patronum sibi adsciuit, donec alius Imperator fieret, Abbatem S. Galli Berchtoldum. Sed cum is apud eos multa tyrannicè institueret: ab eis captus est. Fautores eius licet vlcisci conarentur, non potuere: sed conditionibus quibusdam Abbas dimissus est. Lindauium.

Comes Conradus à VVasserburg in Bauaria, quia Friderico Imp. aduersabatur, papæ deditus: à Duce Othone, iussu Imperatoris, obsessus VVasserburgi est. Sed effugit in Austriam, & Vngariam: vbi exul finiisse vitam fertur. Auent. VVasserburg.

FLORENTIA, IMPERIO SVBIECTA. VRBS VICTORIA, AB ITAlicis deleta. Mantuani, ab Entio R. victi. Sic Nouiciuitatenses, à Richardo comite. Eberhardus, Constantiensis Episcopus. Liberi Klingenbergenses. Concionatores Halæ Sueuicæ, contra Papatum. Leoberga, VVirtembergense oppidum. Arola, Rhegii arx, à R. Entio capta. S. Miniati castri fraudulenta per Fridericum occupatio. Interitus Petri de Vineis. Consilium inimici. Entii Regis captiuitas.

CAPVT V.

ANno 1248. mense Ianuario (vt apud Pandulphum est) Guelphorum & Gibelinorum extitit intestinum Florentiæ bellum: quo mille circiter domus sunt exustæ. Gibelinis autem

opem Antiocheni Principis Friderici (qui Tusciæ præfectus, non plus 2. millibus passuum ab ea
Florentia, Imperio subiecta. vrbe aberat) implorantibus: ille eò ingressus, eam nomine patris Imperatoris occupauit. Guelphi, ea re perterriti, cum bonis & liberis suis Bononiam concessere. Qui cum redire, iureq; iurando se obstringere Friderico, noluissent: interdictum eis vrbe est: eorumq; bona, Imperii fisco addicta sunt. Ita Florentia, in potestate Imperii permansit. Imperator autem, cum ex morbo dierum aliquot conualescens, L. fere equitibus comitatus, Victoria exiuisset, vt aucupio & falconibus sese reficeret, vltimo Febr. die: reliquus exercitus, tum propter absentiam ipsius,
Securitas exercitui nocet. tum nimia confidentia, hostiumq; contemptu, otiosus vagabatur. Quare cognita: Parmenses cum Legato Apostolico præsentem arripuerunt occasionem totisq; viribus suis eruptionem fecerunt. Castra sunt aggressi, non qua parte Parmam spectabant (ibi namque munitiora) sed ex auersa Victoriæ parte. Datum est ibi signum Campanæ in turri. Subitò igitur Fridericus auxilio aduolare: præsertim Marchioni Malespinæ, in prima acie strenuè se contra Parmenses defendenti. Verum is multitudine in se irruentium multò inferior: se ad munitiones, intra vrbem Victoriam quæ erant, recepit: ac nihil, quod strenuo Duce in tanto tumultu dignum esset, prætermisit. At Parmenses, disiectis munitionibus, magno ipsi quo-
Victoria vrbs, à Parmensibus capta, & deleta. que impetu Victoriam illapsi, obuios quosque trucidabant: & inter eos, Thaddæum quoque Suessæum, consiliarium & Aulicum Iudicem: de quo antehac mentio facta est. Fridericus ergo, cum tantum quatuordecim grauis armaturæ equites circum se haberet: cum iis Victoria egressus, Sancti Donnini pagum versus contendit. Parmenses, magna strage edita, maximo labore & clade suorum, Carrucam siue Carrocium Cremonensium, quamuis strenue propugnatum, ceperunt: Imperatoris domo, sceptro, corona, omnibusque præciosis rebus, potiti sunt: vrbem flammis absumpserunt: in edito conspicuoq; loco, hos Versus affixerunt.

Per te, Rex alme, cessit Victoria Parmæ:
Antiphrasi dicta cessit Victoria victa.

Carrucæ Cremonensi, ab asinis per vrbem tractæ, hi versus erant appositi:

Carrocii flet damna sui miseranda Cremona.
Imperii, Friderice, tui fugis absque corona.

Imp. Fridericus Cremonã venit. Non abiecit animum hac clade magnanimus Imperator: sed primum Cremonam peruenit. Ibi processerunt ei obuiam, populus vniuersus, fœminæ, pueri: salutem ei ex tanto periculo gratulantes, nec sine lacrymis. Consolatus est ipse vicissim eos. Inde Guastallam, & ad Brixilli pontem, contendit. Hic comperit de victoria filii sui, Regis Sardiniæ: qui comitatus
Entii victoria de Mantuanis. exulibus Ferrariensibus, Mantuanos, qui Parmensibus suppetias ferebant, magno prælio superauerat. Eis etiam 50. minores naues eripuerat: & vna 300. viros, quos ad ripam fluminis suspenderat. Fridericus itaque, iusto numero ad custodiam pontis relicto, misit eundem Sardiniæ Regem in Lunigianam: vt tutum per eam iter seruaret: quod res illic ad rebellionem quandam spectare videbantur. Ipse, ad S. Donnini vicum reuersus: eo consilio, vt exercitu refecto, Parmæ obsidionem repeteret. Ibi cum Paschatis Festum celebraret: magnam ar-
Calo Ioannes Bacius. genti vim à genero suo Calo Ioanne Batacio, Imp. Græco, die Lunæ, qui proximè Paschæ præcedit, accepit. Simul quoq; resciuit: à Richardo Comite filio, eos, qui ad ciuitatem nouam in Piceno erant, magna pugna esse victos, duobus circiter millibus occisis & captis.

De victoriæ vrbis negotio, Ioan. Cuspiniani locus.

Rursus de vrbe μνημοσύνῳ victoria. *Victoriæ vrbi conditæ, omnia ea affuere: quæ nulli vnquam Principes habuerint: nulla* postea ciuitas simul viderit. Vestis varia & preciosa: animantes feræ cicuresque diuersi generis: elephantes, dromedarii, panthera, pardi, vrsi albi, leones, lynces, bubones q; barbati: quos ex Africa, Asia, & Ægypto, Legati Friderico adduxerant. Hominum portento-sa forma: & in iis, Saracenicus miles, illi in primis acceptus. Tanta præterea incolarum frequentia: commerciis etiam multarum gentium aucta: vt nihil ad amplissimæ vrbis formam deesset. Cum autem Fridericus Parmæ obsidionem continuans, paulò atrocius desæuiret in hostes (quos ex balistis maioribus nonnunquam in vrbem iacularetur) egressus est, vt fit, in summa desperatione vrbanus populus, cum incluso Apostolico Legato: factaque irruptione in Victoriam vrbem, nonnihil aduersi Fridericus passus est: quod ipsemet literis suis fatetur. Sed non vsque adeo est fusus, ac castris exutus: vt Italici Scriptores produnt:

quã

qui eius res gestas, summo studio eleuant, vt Pontifici adulentur. Eius quidem ciues, in victoria stragem passi sunt, & miles dissipatus: sed breui reparato exercitu, Placentiam euertit, misso Henrico Rege Fauentiam. Ipse post in Hetruriam concessit, quæ tota illi parebat. Vide Petrum de Vin. lib. 2. Epist. 41. &c. vbi illustris Rex Sardiniæ, sacri Imperii in Italia generalis Legatus, Henricus, naues Mantuanorum, Parmensibus subsidio venientes, potenter profligauit, &c.

In Germania, Eberhardum II. Dapiferum à VValdpurg, Constantiensis clerus Episcopum legit: qui prudenter & humaniter 26. A. præfuit. Aliter, Adeigratia nominatus fuit. Auxit res Episcopatus. Emit enim oppidum Klingen, & quosdam vicos, à Domino VValthero de Klingen. Emit Batenhusium ab Hildiboldo de Steckborn. Emit plurima alia, tum castra, tum prædia, tum decimas, à diuersis circumhabitantibus Regulis. Obiit 1274. Februar. 19. Sepultus in medio Basilicæ Constantiensis choro, mense Martio. Brusch. pleraq;. VValtherus, liber à Klingenberg, vendidit op. Klingen (inquit Lazius) Eberhardo, Constantiensi Præsuli: qui erat ex familia Dapiferorum à VValdpurg, anno 1248.

VValdpurg. Eberhardus, Episcopus Constantiensis.

Klingen.

Klingenberg.

De hæreticis in Alemannia, hac tempestate.

Anno Domini (scribit ad verbum Albertus Stadens. Abbas) M. CC. XLVIII. cœperunt in Ecclesia Dei, mirabiles & miserabiles Hæretici pullulare. Qui pulsatis campanis, & conuocatis Baronibus, & Dominis terræ, in HALLIS SVEVORVM, sic prædicauerunt in publica statione. Primò, quòd papa esset Hæreticus: omnes Episcopi & Prælati, Simoniaci & Hæretici. Inferiores quoque Prælati, cum Sacerdotibus. Quia in vitiis & peccatis mortalibus, non haberent auctoritatem ligandi & soluendi: & omnes isti seducerent, & seduxissent, homines. Item, quòd Sacerdotes in peccatis mortalibus constituti, non possent CONFICERE. (consecratione mutare panem & vinum in corpus & sanguinem Christi.) Item, quòd nullus viuens, nec Papa, nec Episcopi, nec aliqui alij, possent interdicere diuina: & qui prohiberent, essent Hæretici & seductores. Et licentiauerunt in ciuitatibus interdictis: vt Missas audirent super animas ipsorum: & Sacramenta Ecclesiastica liberè perciperent: quia ipsis perceptis, mundificarentur à peccatis. Item, quòd Prædicatores, & fratres Minores, peruerterent Ecclesiam falsis prædicationibus. Et, quòd omnes Prædicatores, & fratres Minores, Cistertienses quoque, & omnes alij, prauam vitam ducerent, & iniustam. Item, quòd nullus esset, qui veritatem diceret: &, qui fidem iustam opere seruaret: nisi ipsi, & eorum socii. Et, si ipsi non venissent: antequam Deus in periculum dimisisset suam Ecclesiam: prius ipsos de lapidibus suscitasset, vel alios: qui Ecclesiam Dei vera doctrina illuminassent. Prædicauerunt etiam: Huc vsque vestri Prædicatores sepelierunt veritatem, & prædicarunt falsitatem: nos sepelimus falsitatem, & prædicamus veritatem. Et in fine: Indulgentiam, quam damus vobis, non damus fictam vel compositam ab Apostolico, vel Episcopis: sed de solo Deo, & ordine nostro. Et sic: non audemus habere memoriam Papæ: quia ita peruersæ vitæ est, & tam mali exempli homo, quòd eum tacere oportet. Et blasphemando adiecit idem perfidus Prædicator: Orate, inquit, pro Domino Friderico Imperatore, & Conrado filio eius: qui, perfecti & iusti sunt. Item dixit, quòd Papa non haberet auctoritatem ligandi, nec absoluendi: quia non haberet vitam Apostolicam: & hoc probare vellet per quandam glossulam. Hæc, Stadensis. Bonum esset, extare Scripto comprehensam etiam ab illis ipsis, qui hic appellantur Hæretici, sententiam ipsorum. Metuendum enim est, ne interdum hæreseos nomine, apud Græcos & Latinos condemnati sint: qui non ita per omnia fuerint Hæretici. Dies ille Domini reuelabit. Interea tamen, Καλὸν ἂν εἴη, δύνασθαι ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι, πρὶν ἢ κατάκρισιν θατέρου ποιεῖσθαι. *Viderit Auctor (inquit ad marginem Reineccius,* ὁ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων*) an omnia bona fide referat.*

Hala Sueuica, concionatores aduersus Papatum.

Conficere.

Hæreticorum accusatio.

Istos vero Hæreticos (subiicit idem Stadensis) fouit & defendit Conradus, filius Friderici, Imperatoris quondam: & patrem suum se per talia venena credidit defensare. Sed res lapsa est in contrarium: quia catholicis Prædicatoribus audacter resistentibus, & fideles exhortantibus: liberi & Ministeriales à Conrado recesserunt: ita quod quasi exul & profugus de Sueuia, in Bauaria moraretur. Non mirum, mi Domine Alberte: quia nondum erat Constantiæ Ioannes Hussus combustus: nec centesimo post anno Cycnus, qui combustione superior esset, exortus. ὁ χρόνος σοφώτατον: *Tempus, sapientissimus iudex est. Aristoteles lib. 4. Phys. ex Simonide & Pindaro.*

Illos prædicatores R. Conradus defendit.

Hussus.

Eodem 1248. anno fundatum est, nouis ædificiis ornatum, & muro circumdatum, oppidum Leonberga, à Comite VVirtembergensi Eberhardo. M. Scr.

Leonberga op. Fames.

Maxima fuit hoc anno fames in Alemannia, multos enecans. Trit.

Anno 1249. Fridericus è S. Domnini vico discedens, Cremonam venit: totus in eo, vt exercitum repararet. Ibi cognouit à Sardiniæ Rege, Arolam Rhegij arcem esse expugnatam: & XCVII. rebelles ibi comprehensos, ante portas esse suspensos. Interim tamen totam Longobardiam animaduertebat ad defectionem spectare: & inter suos intimos esse, qui de se prodendo cogitarent. Horum vnus erat Petrus de Vineis, Iudex Aulicus, & primarius apud ipsum Secretarius. Quamobrem eum in vincula coniecit: & mense Aprili è Longobardia in Apuliam intendit: vt reparatis ibi viribus, sequenti Augusto inde reuerteretur. Tusciam autem transiens, inuenit Antiochiæ Principem filium: qui vnà cum Florentinis Capraram, in quam se Guelphi receperant, obsidebat. Hi Tusciam vniuersam, maximè verò S. Miniati castrum, ad rebellionem incitauerant. Capraram igitur, expugnandam curauit: eosq; Guelphos, in Regnum Neapolitanum captiuos ducendos. Nonetiam multum confidens S. Miniati ciuibus (vt qui defectionis venenum iam à Guelphis imbibissent) nec tamen tempus in eo expugnando terere volens: magnum optimorum militum numerum, fidè catenis vinctum ad eos misit: perinde, ac si captini Longobardi forent: itemq; aliquot mulos, omni genere armorum onustos, tapetibus contectos: tanquam si preciosa suppellex Imperatoris in capsis inesset. Hæc ad Samminiatenses, vnà cum Petro Vineo verè captiuo, misit: per Legatos ciuibus significans: Imperatorem in Regnum Neapolitanum, quanta posset, maxima celeritate contendere. Ideo, ne quid sibi impedimento esset: velle apud eos, quos in Tuscia sibi fidissimos nosset, hos thesauros suos cum eatenus, apud eos deponere. Rogare, vt eos sibi vsq; ad reuersionem sui, celeriter futuram, quam diligentissimè conseruarent. Illi, qui & armatum Imperatorem adesse scirent: nec sibi rem detrimento fore sperarent, si ipse statim discederet: dissimulabant & ipsi perfidiam, quamuis aliquid suspicarentur: ficto q; erga Augustum studio, illa omnia intra mœnia receperunt (sicut scil. quondam Troiani, τὸν δόλιον ἵππον, lignum illum equum) hilari vultu. Milites verò, nacti temporis loci q; opportunitatem, subitò catenas (facile enim id fieri poterat. Ita ea facta erant) abiecerunt: armis q; sumptis, fortiter Imperii nomen inclamarunt: quosdam ciuium interfecerunt: portis occupatis, reliquum exercitum intromiserunt. Occupata arce: proditores, trucidati sunt: domus eorum, destructa: oppidum, in potestatem Imperii reductum. Tunc Petro de Vineis, in eadem arce oculi sunt effossi: qui postea, cum ex tanto honore in tantam calamitatem deuenisset: facinoris in Dominum conscientia stimulatus: seipse in conspectu omnium, de vita sustulit: Iureconsultus iis temporibus summæ eruditionis, rerum q; experientiæ. Hæc, apud Pandulfum. Putat Tritenhemius, in libro, quem de Scriptoribus Ecclesiasticis scripsit, eum fuisse Teutonia oriundum: fortè, quod è Monasterio prope Rauespurgum Vineatico cognomen habuisse videatur. Sed rectius Capuanus ex Italia fuerit. Nang. lib. 3. cap. 45. Epistolarum eius de ipso dicitur: O felix vinea, quæ felicem Capuam tam suauis fructus vbertate reficiens, terram Laboris (Campaniam) irradians, remotos etiam orbis terminos instantia tuæ fœcunditatis irradiare non cessas. Ex te nang. prodiit hic Petrus. Poggius quoque Florentinus, Petrus de Vineis, inquit, vir doctus & prudens, Friderici Imp. Secretarius, Italicus erat. Eum Fridericus, ex inuidia aduersus eum à Barbaris orta, lumine priuauit. Cuius facti cum eum postea pœnituisset: reuocauit eum in secretius consilium suum. Cum q; angustiarei pecuniariæ premeretur: consuluit Petrus, vires Ecclesiæ suismet opibus esse conterendas: conflanda aurea & argentea ornamenta: & omnino bona Ecclesiæ conferenda esse ad vsum belli. Erat tum Pisis Imperator: at q; de consilio illius, abstulit ornamenta & bona Ecclesiarum: inter quæ, Zona memorabilis erat, quæ Templum illatam vltus sum. Tu tibi hominum odia comparasti: ego tibi Deum ex sacrilegio reddidi inimicum: Omnia tibi deinceps in deterius cadent. Ita monuit, res sacras non esse ad vsus prophanos transferendas. Etiam Fazellus Capuanum fuisse ait: & desperatione ductum, seipsum parieti sæpius, illiso capite interfecisse.

Rhegii arx Arola.

Petrus de Vineis, ab Imp. captus.

Caprara expugnata.

S. Miniati castri astuta per Fridericianos occupatio.

Petri de Vineis calamitas.

Terra laboris.

ἰχθρῶν βυλαὶ, ἄβυλοι.

Zona longa.

Hoc tempore, Friderici filius Entius, siue Haintzius, à Mutinensibus auxilio contra Bononienses vocatus, fortiter in eos pugnauit: sed captus est ipse: & frater eius Iordanus, qui ei opem tulerat, occubuit. Collenutius, mense Maio Bononiam 1250. captiuum abductum fuisse, scribit. Ibi in perpetua custodia, sed liberaliter, detentus, anno 1272. obiit.

Entii R. captiuitas.

Iordani interitus.

Hala

Halæ Sueuorum viuebat nobilis VValther Sulmaister, senior dictus, vnus ex Senatoribus eius vrbis: qui beneficus fuit in Hospitale S. Ioannis. Sulmaister.

OBITVS IMP. FRIDERICI, ET EVLOGIA EIVSDEM ACADEMIÆ tertiidecimi seculi. Scholasticorum Doctorum origo. Cur Fridericus Pontificiis adeo inuisus. Coniugia & progenies eius. Manfredus, Siciliarum occupator. Florentiæ vindicatio in libertatem. VVittelspachensium Palatinorum reditus ab exilio, & in Calatinos odium.

CAPVT VI.

ANno 1250. Imperator, cognita filii Entii captiuitate: & sua loca in Longobardia, Æmylia, Flaminia, Tuscia, excursionibus Pontificii Legati & Guelphorum deuastari: & Imperii vrbes partim metu, partim proditione subiugari: maiori tam studio, quam antehac, ad pecuniam faciendam, militesq; comparandos, incubuit: vt validissimis cum copiis propediem in Longobardiam reuerteretur. Nec dubium est, quin magna quædam fuisset gesturus: sed obstitit Imp. Friderici conatus in Italicos.

Mortis acerba dies, & ineluctabile fatum.

Erat ipse, quanquam 54. annorum, etiamnum viribus integris: nec alibi, quam in Florentino, scil. agro, ex indicio cuiusdam spiritum familiarem habentis, sibi moriendum putabat. Sed ambiguitate verbi est deceptus. Nam vitata ditione Florentinorum: in arce quadam Apuliæ, quæ Florentinum dicebatur, diuertens, febri correptus est. Statim ergo, quo ingenii acumine erat, animaduertit, adesse fatalem horam. Proinde confessus Archiepiscopo Panormitano: secq; in gremium S. Ecclesiæ, ipsius & aliorum religiosorum hominum consilio, committens: absolutionem accepit: ita, vt prorsus piè ex hac vita discessisse, iudicatus fuerit. Hierosolymitanis equitibus, & Ioannitarum Xenodochiis, multa vnciarum auri millia legauit: eò quòd reditus, quæ illis ex Regno suo debiti essent, propter belli tempus exigi non potuissent. Magnam etiam vim pecuniæ, ad recuperandam terram sanctam legauit. Omnibus præterea ignouit, qui in ipsum peccauerant aut ab Imperio defecerant. Solum illos, qui ingrati proditoresq; fuissent, pœnas ex iure debitas luere voluit: cæteros dimittè captiuitate iussit. Omnia oppida, quæ ad Ecclesiam pertinerent, ei restituit. Hæredem Imperii reliquit Conradum legitimum filium, Germaniæ Regem: Henrico minori, filio itidem legitimo, insulæ Siciliæ possessionem dedit: vt eam tamen cum Conradi fratris consensu gubernaret: & insuper centum vnciarum auri millia. Friderico, Henrici natu maximi filii (in custodia mortui) filio, Austriæ Ducatum tradidit, cum decem vnciarum auri millibus. Manfredum, inconsecrato thoro natum, Tarenti Principem, Imperium Conradi nomine, à Papia in Apuliam vsque decem annos administrare voluit: nisi fortè Conradus ipse, in Regno foret. Omnibus denique cæteris filiis mandauit: vt Conrado, ceu vero Regi & Imperatori, fidem præstarent. Ita, rebus suis ad Deum & homines diligenter prouisis, animam suam illi quoque commendauit. Minime vero credibile est, ipsum à Manfredo, puluino ori admoto, suffocatum esse. Quomodo id fieri potuisset? Non solum cum solo relictum esse, verisimile est. Et longè aliter scripsere: qui eo tempore vixerunt Ecclesiastici scriptores. Obiit autem Fridericus anno Seruatoris 1250. die Decemb. 13. qui D. Luciæ festus est, in Florentino Apuliæ castro. Manfredi curatu, corpus magno cum honore & pompa in Siciliam transuectum est: & ad Monreale (montem Regalem) supra Panhormum, magnifice conditum. Epitaphium eius, à quodam Aretino Sacerdote scriptum, multis aliis Epitaphiis, quæ docti homines scripserant, prælatum, monumento inscriptum hoc est. Legata eius. Hæres Imperii. Obitus Friderici. Epitaphium.

SI PROBITAS, CENSVS, VIRTVTIS GLORIA, SENSVS,
NOBILITAS ORTI, POSSENT OBSISTERE MORTI:
NON FORET EXTINCTVS FRIDERICVS, QVI IACET INTVS.

Hæc, & alia sequentia, apud Pandulphum: qui Iurisc. Pisaurensis, non malignè, sed candidè, de hoc tanto Heroe scripsit: ab aliisq;, itidem sic scriptum testatur. Sed alii quidam morbo animi laborantes, parum benevolè: vt,

ANTONINVS Volum. 3. Tit. 19. cap. 6. §. 1.

Hic Fridericus, inquit, fuit magni sensus naturalis: satis peritus literis secularibus: magnanimis, & multum vniuersalis in rebus Mundi: doctus in pluribus idiomatibus: scilic. lingua Latina literali & vulgari, Græca, Gallica, & Saracenica. Liberalis & magnificus: sed multis Antonini iudicium de Friderico Imp.

vitiis

Vitia ipsius. vitiis irretitus. Superbia, à qua sumpsit initium omnis perditio: auaritia, quæ radix est omnium malorum: ex qua vsurpabat bona & iura Ecclesiarum: Luxuria, quæ brutalem hominem facit. In diuersis speciebus libidinis immersus concubinas plures habebat: & alias turpitudines exercebat: nec prætermisit, quin omni voluptate frueretur: vitam tenens Epicuream: & quasi non existimans, aliam fore vitam. Inimicus ex hoc, Clericorum & religiosorum, contrarium prædicantium. Multas Ecclesias & Monasteria destruxit in Apuliæ Regno, & Siciliæ: induratus, vt Pharao, etiam in flagellis: vt non audiret monita Pontificum. Fecit autem multa magnifica ædificia, penè per omnes ciuitates Regni nobiles, Apuliæ & Siciliæ. Validissimum castrum, seu arcem quæ dicitur Capuana, in Neapoli: & turres mirabiles duas, in flumine iuxta Capuam. Castrum pratense, & arcem S. Mimatis (fort. Mamantis.) Filii eius. Ex prima vxore, Henricus & Conradus: quos fecit eligi Imperatores: Conradum, mortuo Henrico. Ex secunda, filia Ioannis Regis Hierosolymitani, Iordanes. Ex concubina, tres celebres: Fridericus, Rex Antiochiæ: Manfredus, Princeps Tarenti (qui se postea fecit Regem Siciliæ) & Renzus, Rex Sardiniæ. Cum autem primo ostendisset deuotionem erga Ecclesiam: postmodum eam momordit, vt Coluber: & sicut Regulus, venena diffudit: vsurpans iura Ecclesiæ: Pontifices & Archiepiscopos ponens in Ecclesiis suo modo: & à Papa institutos expellens: partialitatibus Italiam implens, Gibelinorum & Guelforum. Pertinax manens contra admonitiones, excommunicatus est à Papa Honorio, & rursus postea à Gregorio nono: qui deinde ad preces R. Hierosolym. Ioannis eum absoluit: qui venerat in Occidentem, vt subsidium contra Saracenos acciperet. Promiserat Fridericus Pontifici restitutionem ablatorum: & expeditionem ad recuperandam terram S. Non contentus autem vxore, filia Ioannis Regis: clàm violauit quandam puellam: quæ erat in societate vxoris, neptis eius. Vxor hoc patri suo nuntiauit: qui generum, dolore motus, arguit. Imperator ægrè ferens, verberauit vxorem, & incarcerauit. Ita citò, vt dicebatur, ei vitam abstulit. Socerum Apulia exire iussit: qui ibi erat ob cruce signatos congregandos. Promissa non fecit: sed iter inchoans per mare cum Christianis, & Legato Apostolico: subitò in Apuliam reuersus est. Postea pro se expeditionem suscepit: quæ potius obfuit Christianis bellatoribus. Nam occultam habuit amicitiam cum Soldano: & munera inter se miserunt: Soldanusque, vt periculo careret, dedit ei Hierosolymam. Postea reuersus, Gregorio insidiatus est. Deficiente ipsum pecunia: post pignorationem iocalium suorum, & vasorum argenti & auri: vt haberent milites stipendia, fieri fecit monetam de corio: cuius vnum latus habebat faciem Imperatoris, & subscriptionem: alterum verò, aquilam. Valor eius, erat floreni & quarti. Quicunque autem præsentabat postea Thesaurario eius, talem monetam: pro ea capiebat monetam auream: quæ dicebatur tunc Augustanus: sicut nunc, Ducatus vel Florenus. Et quia Henricus F. eum sæpe amanter dehortabatur ab iniusta persecutione: pater hoc indignè ferens, falsos accusatores instituit contra eum, tanquam proditorem: qui quæreret rebellionem ciuitatum & aliorum, ad petitionem Ecclesiæ, contra eum. Itaque fecit eum capi cum duobus filiis eius: & in Apulia in carcerem poni: vbi & mortui sunt. Tunc per Manfredum, quem in Alemanniam misit, curauit Conradum pro eo legi Regem Romanorum. Post hæc sapientissimum & eloquentissimum Magistrum, Petrum de Vineis, de proditione sibi delatum (creditur hoc falso ab æmulis eius factum) qui magnus fuerat in curia eius, visu priuauit, sine erutione organorum: & in carcerem trusit: vbi & breui mortuus est: vel, vt dicitur, ipse sibi mortem consciuit. Quod iusto Dei iudicio factum videtur: quod multa, ei placendi causa, contra Ecclesiam fecerat, &c. Firenciolæ, oppido in confinio Aprutii in Apulia, à Manfredo, puluino ori imposito, suffocatum (Camerario eius adiuuante) Fridericum ait: excommunicatum, sine signo pœnitentiæ, & sacramento, &c. Hoc eulogio Sueuum Fridericum, bonus hic Florentinus ornat. Viderit ipse, num bona fide omnia. Contra, multa egregia de ipso Pandulfus, & alii, prædicant: quorum summa quædam hæc est.

Filii.

Iolæ vxoris tractatio.

Moneta scortea.

Henricus F.

Petrus de Vineis.

Friderici προσωπογραφία. Pulcher vir Fridericus fuit, iusta corporis magnitudine, membris quadratis, pilo subrufo, vultu hilari, sensibus maximè vegetis, prudentissimus. Omnium ferè artium mechanicarum, cæterarumque rerum, quibus adiiceret animum, insignis artifex. Eruditus linguarum: Germanicæ, Latinæ, Italicæ, Gallicæ, Græcæ, & Saracenicæ. Magnanimus, liberalis, magnificus, gratus in benemeritos, seuerus perfidiæ vindex. In armis exercitatissimus, animo inuictus. Quod in Leandri Italia est: Fu bello & formoso di corpo, & di giusta statura, con le membre quadrate, & di

& di pelo alquanto rosso, & allegro, & molto di sentimenti sueglìato, & di gran prudenza. Hauea ingegno à tutte l'arti mecanice: dotto nelle Lettere: sopea in piu Linguaggi parlare: cioè, in Italiano, Latino, Alamano, Francese, Græco, & Saracino. Fu magnifico, liberale, magnanimo: & rimuneratore de' benefici: & seuerissimo vendicatore della perfidia. Valse assai nell' arme, & d' amico inuitto.

Celebriores Apuliæ & Siciliæ vrbes, omnes magnificis ædibus exornandas curauit. Vt, quod ab eo condita est, in Aprutiis Aquila: Neapoli, arx & turris Capuana, pons, arx Trania: in Tuscia, castrum Pratense, & S. Miniati arx: in Æmilia Flaminiaq; arx Cesena, Bertinori, Fauentiæ, atq; Ceruiæ: aliis denique in locis, alia palatia, & magnifica Templa. Ædificationes eius.

Multas tulit leges de fide Christiana, & Ecclesiæ libertate, conseruanda: de Italia tutanda: de fouendis agricolis, nautis, literarum studiis: quæ leges, Iustinianeo Codici sunt insertæ. Librum etiam de vsu Feudorum conscribi voluit: & alium, de Regni Statutis. Leges.

Ex Aristotele transferenda curauit, quæ in Scholis publicè leguntur: Medicinam item vniuersam, ex Græco & Arabico sermone: quæ opera Bononiensi Academiæ donauit. (De operibus Aristotelis, è Græco & Arabico in sermonem Latinum, fideliter seruata verborum virginitate, per viros doctos translatis: & ad Magistros ac Scholares Bononienses dono ab illo missis: Legito lib. 3. Petri de Vin. Epist. 67.) Medicina.

Neapolitanam Academiam instituit, multisq; priuilegiis donauit (quæ à se lecta testatur Pandulphus) & eodem omnium scientiarum Doctores (qui tunc Magistri vocabantur) conuocauit, stipendiis magnificis. Bononia Patauium Scholam transtulit. Erant hoc seculo aliæ quoque celebres Scholæ: Valentiæ, Veronæ, Perusii, Parisius, Oxonii, Colonia, Magdeburgi. Academia Neapolitana. Patauiensis, & aliæ.

Emicuere tunc etiam Scholastici Doctores (Illyric. centur. 13. cap. 1.) Academicorum more in vtranq; partem disputantes: hominibus dubitationes mouentes: ottosas & spinosas quæstiones gignentes: Aristotelis Philosophiam, in S. Theologiam inferentes. Tunc Angelici & Seraphici existere Doctores: tunc Scholæ ingentibus commentariis repleri, in Magistrum sententiarum, Alexandri, Aquinatis, Scoti, Alberti. Scholastici Doctores. Seraphici.

Sed ad Fridericum nostrum. Semper hic circum se quoq; viros eruditos habuit: præsertim Rofredum Beneuentanum Iureconsultum.

Opibus potentissimus erat: ratione matris, Rex vtriusq; Siciliæ: ratione vxoris, Rex Hierosolymorum: ratione electionis, Rex Germaniæ: ratione patrimonii, Dux Sueuiæ. Potentia Friderici.

Quòd autem à Pontificia sede hostis iudicatus est: quis prudens facile has causas refutauerit? De Pontificiis (vt apud Collenut. est) nimis vera prædicauit: multa in eorum moribus, vitam Apostolicam sequi debentium, desideranit: Imperit autem acrius, quàm ipsis liberet, defendit: denique nimis illis in Italia potens videbatur. Ecce. At si omnia, quæ ipsi voluissent, proiecisset: si oculis, auribus, mente, captus fuisset: si prorsus se pedibus conculcandum præbuisset: forsitan haud grauatè ipsam in album Sanctorum adscripsissent. Pontificiæ sedis aduersarius.

ΕΠΙΚΡΙΣΙΣ: iudicium ab eodem Pandulpho Pisaurensi, candido Italo, adiectum.

Iudicium huius rei, inquit, relinquam equidem æquo rerum à Friderico gestarum lectori: sed interim, dum cogito, Christum (quem Vicarii sui Pontifices, sicuti præcepit, imitari: eiq;, ceu Ministri, parere, debent) mandasse: vt gladium in vaginam recondamus: nec septies tantum sed septuagies septies, delinquenti condonemus: & ex altera parte video tot insidias atq; proditiones aduersus Fridericum institutas: tot legatos Ecclesiasticos, qui Pastores appellantur, contra eundem in Regnum, Picenum, Longobardiam, Aemiliam Flaminiamq;, missos: tot vrbes atq; regiones, ob eandem causam deuastatas: tantum Christiani sanguinis effusum: & illum tamen victorem semper euasisse: Pontificios verò, qui aduersus eum se coniunxerant, infortunatos semper succubuisse: non possum non approbare, quod Pius Pontifex in historia Australi scripsit: nihil videlicet excellenter malum in Ecclesia CATHOLICA patrari: cuius prima origo à Sacerdotibus non dependeat: ni forte occulto quodam Dei consilio fiat. Hæc, & alia, ille. Iudicium Pandulphi de illa re.

Vxores Friderico legitimæ tribuuntur. Matrimonia Friderici Imp.

1. Maria (al. Constantia) Aragonia,
2. Iole Hierosolymitana, } Reginæ.
3. Agnes, Marchionissa Moraviæ. ea dimissa, Vdalrico Duci Carinthiæ nupsit.

4. Ru-

4. *Ruthina, comitis VVolfratshusii Bauari filia.*
5. *Elisabeta Bauara.*
6. *Mechtildis (al. Isabella) Angla Regina. Blanca, Marchionissa Ferrariæ, concubina.*

Progenies. Liberi eiusdem Friderici: sed non de matribus singulorum consentitur apud Scriptores.

1. *Henricus, Rex Rom. ex matre Aragonia: qui filios habuit Fridericum & Henricum.*
2. *Conradus, ex Iole. Al. ex Aragonia.*
3. *Henricus, ex Angla, R. Siciliæ.*
4. *Iordanus, ex Iole, vt fertur.*
5. *Richardus.*
6. *Manfredus, vel Mansfridus, nothus. Cuius filiæ, Constantia & Maria.*
7. *Entius, vel Henricus, nothus.*
8. *Fridericus, Princeps Antiochiæ, nothus. Cuius filius, Conradus.*
9. *Albertus.*
10. *Constantia, ex Mechtilde.*
11. *Agnes, ex eadem.*
12. *Margarita, itidem ex Mechtilde. Nupta hæc Alberto, Landgrauio Turingiæ, Marchioni Misniæ, peperit ei* I. *Fridericum τὸν γναθόδηλον, cum admorsa gena.* II. *Dietzmannum.*

Dictum. *Friderico* II. *tribuitur Dictum: complurium ego thriorum strepitum audiui.* πολλῶν τρίων ψόφους ἀκήκοα. *Prouerbium (inquit Erasmus) minas, & inanem clamorem, contemnentis. Thria enim, id est, siculna folia strepitum incensa inanem edunt.*

Quædam, FRIDERICO mortuo, secuta.

Manfredus. 1. *Manfredus, patre ritè sepulto, tanquam Regni gubernator, & Conradi fratris (qui in Germania erat) Vicarius: totum Regnum in suam potestatem, haud difficulter redegit: præter Neapolin, Capuam, & Aquinum: quæ vrbes Casertæ comitis opera rebellantes (etsi is, vt Pandulphus ait, vnam de filiabus Friderici in matrimonio habebat) se in potestatem Papæ contulerunt. Sæpe quidem Neapolin Manfredus infestauit, sed incassum.*

Gibelinorum & Guelph. Insignia. 2. *In vrbe Florentia, Guelphi Gibelinis superiores facti sunt. Tunc insigne Gibelinorum cum esset lilium album in campo rubro: Guelphi iam sibi fecerunt lilium rubrum in campo albo.*

Florentiæ libertas. *Ita Florentini, qui plurimum à Friderico pressi fuerant: eo mortuo, hoc* 1250. *anno se in libertatem vindicarunt: Guelphis, quos ille eiecerat, reductis. Tunc Rempub. suam reformarunt: & Ancianos, qui ius dicerent, creârunt. Bergom. lib.* 13.

Anciani. *VVittelspachensium reditus ab exilio.* *Calatini. Bappenhaimii.* 3. *Palatini VVittelspachenses, qui propter cædem Regis Philippi proscripti profugerant, redierunt ab exilio. Hi Calatinos ferro & igne persecuti sunt: omnibus bonis suis expulerunt: quæ antehac Neoburgi, & circum, ab Imp. Henrico* VI. *feudi nomine possederant. Quo tempore hi nacti sunt Biberbachum & Truitschaimum. Vexati sunt & à Bauaris, ex genere VVittelspachiorum ortis. Non tamen amittere Mareschalcatum potuere: sed hodie, Die Edlen von Pappenhaim, vocantur. Otho deinde Rufus, ducta Agnete Palatina, D. Bauariæ, recuperauit titulum Palatini: sibi antea propter Philippi R. cædem ademptum. Apud Matth. Bappenhaim.*

VICESIMVS SEPTIMVS OCCIDENTIS CÆSAR, CONRADVS IV.

Hugo, Tubingensis Palatinus, contractum approbat. Recensio nobilium aliquot familiarum in Sueuia. Oppidum Giengen. Aichelbergensis comes Vlricus II. & alii. Dapiferi Hœfingenses & Caminatenses. Barones Gundelfingenses. Gynæca spiritalia, Levventhalense Podamicum, & S. Catharinæ Augustanum.

CAPVT VII.

Conradus IV. Occident. Cæsar XXVII. EODEM 1250. *anno, secutus est* XXVII. CÆSAR, CONRADVS IV. REX ROMANORVM, FRIDERICI II. *Imperatoris F. qui in annum quartum imperauit. Dicitur, formæ excellentia alter Absolonus fuisse: cæteraquin humanus, sæuus: prudentia, cæterisq; virtutibus, patre longe inferior. Sicut hoc apud Leandrum est: Fu Corrado, huomo inhumanza, & di virtù, molto dal padre dissimile. Vero è, che fu di bellezza da ragguagliare ad Absalone.*

Mores eius.

Iacobus

Iacobus verò de Strada, Mantuanus, Principem clementissimum, morumq; elegantia & facilitate insignem, fuisse scribit.

Destruxit ipse, vt dicitur, hoc tempore oppidum S. Crucem.

Contractus cuiusdam approbatio.

Vniuersis presentem cedulam inspecturis, HVGO, Comes Palatinus de Tuvvingen salutem & notitiam rei geste. Notum facimus, quòd Hugo miles, dictus de IHELINgen, de consensu nostro, & omnium heredum suorum, Curtim suam in ARGAzingen, cum omnibus appendiciis suis, vendidit Priorisse, & Conuentui sororum in KILPERCH, pro LXIII. libris Tuvvingen. libere & absolute. Actum anno Domini M. CC. L. presentibus V° l. comite de VVirtemberch. fratre nostro. Duce de Tegche. Craphtone plebano de Althein. VVernhero milite Ihelingen. Marchvvardo fratre suo, & aliis quampluribus. In cuius rei testimonium, presentem cedulam sigillo nostro fecimus communiri. Tubing. Palat. Hugonis approbatio cuiusdam contractus. Ihelingen. Kilberch. ἅπαξ λεγόμ. VVirtemberg. Vlricus.

Membranula erat paulò longior, quàm semispithana, lata tres digitos: data mihi à D. Sebast. Lucio Nicro Rotemburgensi, de quo suprà. Infrà appensum, sigillum albæ ceræ: cuius sigilli extrema, circum defracta erant: excepta summa parte, in qua literæ, C O M. In medio verò, eques cataphractus in equo, capite deorsum spectante. In dextra equitis parte, hasta cum similitudine parui vexilli: ad sinistram autem scutum: in quo, vexillum Tubingensium. Cedulæ extrinsecus antiquè inscriptum: **Ein Kauffbrieff vmb das Gut zu Argazingen.** *Registratum.*

Erat tunc (vt & antea, & vsq; ad patrum nostrorum memoriam) in VVirtembergia & Sueuia, dialectus loquendi Heluetica. Nam dimidium Heluetiæ, olim sub Ducatu Sueuico erat, vt dudum didicimus. Dialectus Sueuica.

Erant circa hunc 1250. annum, etiam hæ nobiles familiæ Sueuicæ, teste Lazio.

Liberi à GVTTINGEN. Rudolphus, ex Abbate S. Galli, Episcopus Curiensis 1224. Henricus, Abbas Einsidlensis 1280. Guttingen.

Liberi à Steckborn. Hildeboldus vendidit castrum Buttenhusam Eberhardo, Constantiensi Episcopo, 1250. Steckborn.

Liberi à Iustingen. Anshelmus, in finibus VVirtembergiæ 1250. & eodem tempore Bertha, Abbatissa Riedlingensis cœnobii ad Danubium. Iustingen.

Ingenui equites ab Hochstetten. VVernherus circa 1240. Berchtoldus 1257. Henricus 1290. Hochstetten.

Ingenui de Flochberg: quod castrum hodie comites Oetingenses possident. Marquardus citatur testis ab Hiltebrando, Pappenheimio Marescalco, circa 1279. Flochberg.

Ingenui ab Almanshouen. Henricus 1250. Almanshouen.

Ingenui de Aistingen. Henricus, Hermannus, VVickmannus, Albero, Iugelmus, 1250. Aistingen.

Ingenui à Pfersheim. Hartmannus circa 1250. cuius filiam Camerarius à VVellenburg coniugem habebat. Huius quoque filii, Hermannus & Cunradus, vsum piscandi circa 1280. in Aichershofen habebant. Pfersheim.

Nobiles & Ingenui à Schvvartzenburg. Volmarus 1200. Henricus & Cunradus, in cœnobio Vrsinensi prope Imperiale oppidum Kauffbeuram, 1230. Schvvartzenburg.

Nobiles equites de Schœnavv. Vdalrici Schœnavvensis filiam Margaretam, Vlricus à Klingenberg vxorem habuit 1260. Scribitur a Lazio, suo tempore præfuisse Othmarum a Schœnavv, quatuor his inter Basileam & Scaphusam Austriacis ciuitatibus: VValdshutæ, Lauffenbergæ, Seckingio, & Rhinfeldio. Schœnavv.

Albertus, comes Dillingensis, bellum habuit cum Episcopo Augustano: contra quem prope GIENGEN oppidum, in claustro scil. S. Andreæ, arcem ac munimentum erexit, anno 1250. Dilling. C. Albertus. Giengen.

Vlricus II. Comes de Aichelberg, & vxor eius Baronissa Gundelfingensis, erant: ex quibus nati, Albertus, & Potentiana, Pappenheimii Marescalci Henrici vxor. Patrem habuit Vdalricum I. & matrem Ducissam Teccensem. Albertus generauit ex comitissa VVartstainensi Albertum II. Albertus II. ex Gundelfingensi Domina, Albertum III. Albertus III. ex Gutha, comitissa Landauensi, Conradum, & Annam, Ioachimi de Runge vxorem. Conradus, ex Comitissa Matschensi, Brunonem III. circ. 1310. viuens. Bruno III. ex ingenua Mindelbergensi, Diepoldum. Diepoldus, ex Domina Kynigseccia, Diepoldum II. Hic, ex nobili Ollerbachensi, Conradum, Albertum, Burcardum, & Diepoldum IV. Burcardus, ex Domina Haimhouensi, Diepoldum III. & Burcardum II. Burcardus II. ex nobili Dreischnerina, Burcardum III. & Annam, vxorem Adami, Dapiferi a VValdpurg. Item Monachas, Guetham, Martham, & Barbaram. Aichelberg. C. Vlricus. Landauens. Gutha.

baram. Burcardus III. ex Margareta Rechbergia, Burcardum IV. & filiam Apolloniam. Burcardus IV. stirpis suæ postremus, floruit circ. annum 1430.

Hæsingen. Dapiferi quoq; viuebant 1250. de Hæsingen & Sæslingen (etsi Gabelc. dubitat, an vlli de Sæslingen fuerint) qui in Clypeo nigro gerebant nigrum leonem, rubra corona redimitum, rubros vngues habentem. Ex illis Rudolphus, ab August. Episcopo Hartmanno commemoratur in literis anni 1253. Reliquit alterum Rudolphum.

Caminata. Kemnaten. VVellenburg. Item, Camerarii & Dapiferi Ducatus Sueuiæ de CAMINATA, id est, Kemnaten & VVellenburg, in agro Burgouiensi: oriundi ex Rhatia Curiensi. Insignia ipsorum, similima Tigurinis: eodem modo secta, colore q; albo & cælestino diuisa. VVellenburgũ hodie prope Augustam, Austrii Principes: castrum verò Kemnaten, ingenui Bauariæ à Bentzenauv (inquit Lazius) possident. Ex illis Kemnatensibus, Volcmarus II. genuit ex Mechtilde, filia Mareschalci Calatini, Marquardum II. Volcmarum III. & Vlricum, circa annum Domini 1240. prædia quadam, sita in Egginthal, Vrsinensi cœnobio donauit.

Gundelfingen. Erchenbrunn. Barones etiam à Gundelfingen, Aduocati cœnobii Echenbrunnensis, iis temporibus viuebant. Vdalricus 1200. cuius frater Sibotho, præsul Augustanus erat circ. 1236. & Henricus, Monachus Cæsarienſis, vel Kaishaimensis. Bernhardus, ex vxore Mechtilda genuit 1250. Degenhardum & Vlricum II. Vide plura apud Lazium.

Gisela virgo. In M. Scr. quibusdam, Lauinga mihi allatis, reperi: hoc tempore (circ. 1250. Christi) quando etiam Albertus Magnus vixerit, virginem illustrem vixisse Giselam: sororem VVernheri, Suabeccensis & Balizhusani Comitis: quæ fuerit prima Abbatissa Gynæcei Edelstettensis, 4. milliaribus ab oppido Lauingano distantis. At suprà par. 2. lib. 9. cap. 12. ex Bruschio scriptum est: id cœnobium anno 1125. à D. Gisela, VVernheri comitis sorore, fundatum esse. Πλὴν τοῦτο πάλιν, πλάθος ἐστιν: An sunt duæ diuersæ Giselæ in vnã confusæ? Sed vtut sit: Lauingensis hæc Gisela perhibetur, multa contulisse ad pontem & viam ibi tuenda: nec non attribuisse pastoribus pecorum, certum frumentum: & Hospitali agros, prata, pascua: ac quicquid circa Helmeringam sit: qui tamen vicus ad Vrspergensem pertineat Abbatem. Sed virginis Giselæ, ad annum 1280. rursus meminerimus.

Hiringus Episcopus. Rheinstain. Eodem 1250. anno, quando Friderico II. filius suus Conradus in Imperio successit, Episcopatum Herbipolensem nactus est Hiringus, vel Eringus, nobilis Heros à Rheinstain, præsidens annos 16. Acerrime vltus est seditiosos ciues Herbipolenses, & Rotenburgenses. Fecerat gratiam 12. strenuis viris de veteri lapide. Hos tamen, conuiuio ab eis exceptus, post prandiũ ad se in quoddam conclaue vocauit: ibiq; capite mulctari iussit omnes: sed ab vltimo tamen eorum, Heerdegenio, equite aurato, fraudem sentiente, grauiter vulneratus, naso mutilatus est. Brusch.

De Levventhalensi Parthenone.

Levventhalense Gynæceum. Himmelsvvũne. Aistegen. Hoc Sanctimonialium cœnobium, D. Dominici ordinem sequitur: non longè distans à cella D. Pantaleonis: infra Buchornã, lacus Acronii oppidum, sita: de qua part. 2. lib. 4. cap. 7. diximus. Positum est ad fluuiolum Aichium: qui non procul inde in Acronium lacum exit. Antiquitus dictum fuit Himmelvvunne, cœli gaudiũ: hodie verò, Levventhal forte à fundatorũ insigni: (vt scribit Bruschius) quod habet sex leones, & sine manu virginem: aut potius à charitate, quã leonibus, Liebenthal appellatum. Id ex arce illustrium Regulorũ de Rauenspurg, Aistegen dicta, in Monasterium conuersum est: sed quo tempore, ignoratur. Donatum verò legitur, & post primam suam conflagrationem, quasi secundario fundatum, anno Domini M. CC. L. ab Ioanne equite aurato de Rauenspurgo: & coniuge eius, Domina Tuta de Angelburg: quæ prima eius loci Priorissa, ibi humata est. Cuius maritus Ioannes, etiam ipse Constantiæ Monasterium Prædicatorum, à se fundatum, ingressus: ibi & cucullatus vixit, & mortuus requiescit.

Rauenspurg. nobilis.

Benefactores alii huius Gynæcei.

Bigenburg. Illustres Barones de Bigenburg: Henricus pater, Aulæ Regalis Camerarius: & filius Fridericus.

Bongaron. Baro Fridericus de Bongaron, opulentus & strenuus miles: eiusque vxor, Domina Adelhaidis.

Rauẽspurg. Dietho. Dietho de Rauenspurg, fidelis Minister Regni: filiiq; eius Henricus, Fridericus, & Ioannes, Barones. Putat Bruschius, hunc Diethonem esse: qui duxerit Adelhaidem Vohenburgensem, à Fri. Barbarossa dimissam. De qua, 2. part. ad annum 1153. Eorum ibi sunt sepulchra, ὄνκαι.

Mastertzhouen. Raderach. Item comites de Habspurg, ante summam aram ibi humati. Barones de Mastertzhouen. Equites aurati de monte. Equites aurati de Raderach.

Comi-

Comites præsertim Montefortenses: quorum est Regale ibi Mausoleum in Laicorum Ecclesia, cum tali inscriptione. Anno Domini 1305. obijt comes Hugo de Thettnang, & vxor sua Mathildis comitissa. Thettnang.

Bis conflagrauit hoc Monasterium: & quidem vtraq; vice, in Festo S. Euphemiæ: semel, de cœlo tactum: & iterum, à duabus Monialibus, inuitis in eo habitantibus, incensum.

Monachæ, tertio quoque anno nouam Rectricem eligunt, quam Priorissam vocant. Anno autem 1549. Lucia Velociana Constantiensis, Laurentii Velociani Iurisc. D. filia, præerat. Paululum infrà hunc Parthenonem est Ereskirchium, S. P. Q. Buchornensis vicus: media fere via inter Buchornam, & longum Argouium, ad Schussium amnem, illic in lacum influentem. Cuius vici Templum fertur primum omnium esse: quæ ad lacum Acronium sint condita: vnde & vico nomen sit. Ereskirch.

De Augustano S. Catherinæ Monasterio.

Situm est id post Dominorum Fuggarorum magnificentissimas, in foro vinario sitas, ædes: in quibus Imp. Carolus V. olim habitauit: longè pulcherrimum, & amœnissimum: S. Catharinæ dicatum, ordinis Dominicani. Quòd cum initio extra vrbis Augustæ murum, & octo ab ea lapidibus, in loco sabuloso (auff dem Gries) staret: postea in vrbem anno 1250. receptum est, & quasi denuò fundatum: idq; à Domina Christina de VVellenburg: quæ in eo ipso vixit, obiit, & quiescit: in ambitu Ecclesiæ, ante domum capitularem: vbi & illustrissima Domina Agnes, Marchionissa Burgouiensis: ibidem Monastico habitu vsa: & anno 1263. fato functa. Semper hoc Gynæceum à Priorissis est administratum: quæ à Bruschio recensentur hæ. S. Catharinæ Gynæceum Augustæ. VVellenburg.

1. Agnes Harnschina, ciuis Augustana. Priorissæ.
2. Lucia Langenmæntlina, ibi patricia.
3. Anna Endorfferina, ciuis.
4. Elisabeta Egina.
5. Elisabeta VVarreisina.
6. Anna VValtherina.
7. Veronica VVelserina.
8. Felicitas Endorfferina. Sub cuius administratione, religio reformata est. Obijt 1547.
9. Susanna Ehingerina, patricia Vlmensis: quæ à Bruschio laudatur, vt procera, facunda, & præclara Heroina: præsidens adhuc 1551. anno: quo potentissimus, Rom. Germ. Vngar. & Bohemiæ, Rex Ferdinandus, sacellum suum in hoc parthenone habuerit.

F. FELIX FABRI, DOMINICANVS. PARTHENONES, DOMINICAnis commissi. Gnadencellensis Parthenonis locus, causa condendi, fundatio, ac prospectio. Aduocatus cœnobii Lorchensis, comes VVirtembergensis: per quem, cuiusdam priuilegii impetratio.

CAPVT VIII.

Restat aliud quoq; fœmineum Monasterium: hoc 1250. anno, in quo versamur, conditum: nempe illud, quod, Offenhusanum & Gnadencella nominatum fuit: duobus magnis à nostra Tybinga (oppido Reutlinga, aut potius pago Pfullinga, medio itinere interposito) milliaribus distans. De quo satis multa, quæ edita non sunt, populari lingua scripsit 1499. salutis anno, quidam Tigurinus pater, prædicatorii ordinis Vlmæ, illarum Monialium confessor: qui suum nomen non aliter in illis prodidit, quàm sexta Alphabeti litera tertiata, F. F. F. quod ego interpretor, Frater Felix Fabri: qui fuit illo tempore in Prædicatorum apud Vlmenses Monasterio: vir eruditione, & vna atq; altera Hierosolymam peregrinatione (quarum vnam, lingua itidem Germanica ab eo descriptam, & typis editam, habemus) celebris: & in rebus suæ professionis gerendis industrius. Ex quo, quæ nobis videbuntur, verbis Latinis de proposito Parthenone, tum in præsenti, tum posthac, commemorabimus, scitu non indigna. Felix Fabri.

De Gnadencellensi Offenhusæ Gynæceo.

Nullus alius Monasticus ordo, quam Prædicatorum seu Dominicanorum, tot cœnobia virginum sibi habuit commissa. In iis autem cœnobiis, etiam illustres fœminæ, non modo inferioris conditionis, viuere voluerunt. Tale Gynæceum fuit in asperis Sueuiæ Alpibus (cinctum muris, montibus, syluis, aquis) quoddam: quod dicebatur, AD S. Mariam in Gratiæ cella: vbi virgines modestæ (Homerus meus ἀπροτιμάστους vocaret: id est, quarum mamillis nulla manus vi- Prædicatoribus commissi Parthenones. ἀπροτίμαστος.

rilis, admota) viuebant, tanquam captiuæ, in custodia: cum paupertate, humilitate, & patientia. Locum, in quo situm est Gnadencellense Monasterium, ferè sic describit Felix.

Alpes Sueuicæ.

In Sueuiæ medio, regio quædam est, in ditione Ducis Teccensis & VVirtembergensis, nomine ALPES, *montosa & aspera: in qua multi tamen sunt pagi. Hoc autem cœnobium, in medio eius est: vbi, altissima montium cacumina: vnde longè patet prospectus, etiam ad Rhenum vsq; & trans Danubium, ad montana vsq; niuosa, Italiam & Lotharingiam à Germania separantia. Ipsum autem cœnobium, in valle situm est. Altissimo iuxta ab vna parte monti, nomen est* Sternenberg: *in cuius vertice fons salubris oritur, ex alto & obscuro specu: cuius fontis aqua deris & bonis fontibus: qui & ipsi nomen à monte habent,* Sternenbrunnen *dicti. Bibitur inde absque noxa, imò & salubriter. Iuxta fontem, vetusta arbor est: ignorata Rusticis, qualis sit: sed est sylvestris genus tiliæ, quod vocatur* Stainlinden. *Ad sinistram montis, alius mons est: quem* Coppenberg *vocant, vel Hoppenhald: sub quo riuus Luteræ nascitur, in valle. (Non opus est, vt continenter inscribendo pergam, Crusius: sed interdum, verum rarò, expatier aliquo, respirandi causa.* Παρέκβασιν δή, *inter fui, hoc 3. die Iulii, die serenissimo, feria septima, per plures horas antemeridianas, laboribus sis: post quos, etiam Regali prandio interfui, in domo Sapientiæ, duarum viris clarissimis completarum mensarum. Namrationes annuas suæ administrationis, illustrissimo Principi ac Domino nostro, qui Legatum miserat prudentem consiliarium suum, Ioan. Christophorum Lucium Stutgardianum, iustas & expeditas reddiderant, inclytæ Academiæ nostræ Rector Magnificus, Cancellarius dignissimus, & Senatus amplissimus. Comitatur post labores iure recreatio seruos, quos dat Deus, fideles. Hæc,* παρέργως. *Nũc eodem die, ad vesperã currente, hilaris pergo scribere.)*

Coppenberg. Luteræ riuus.

Aichelberg.

*In altera parte vallis supradictæ, è regione Sternenbergi, altus itidem mons est, nomine Aichelberg (quercuum mons) vel Aichhald. Montes hi, ferè saxosi sunt, cautibus asperi. Ibi multi lapides reperiuntur: in quibus Conchæ, tanquam Iacobitarum peregrinatorum (*wie Jacobs muscheln*) inueniuntur: forsitan ibi olim ab exundatione maris relictæ. Docti aiunt, ex impressione stellarum. Inter montes, multæ scaturigines limpidorum fontium: qui vnum in locũ confluentes, lacum faciunt: ex quo, ipsa Lutera: à claritate aquæ (*lauterkeit des Wassers*) nomen habens: quæ curuitatem vallis sequens, se in Danubium immergit. Multos suppeditat bonos pisces: trutas, gobios, pfellas, mugiles.*

Conchæ.

Iuppiter. Osiris. Fana. Castella.. Hoppus, prædo.

Habitarunt hanc regionem initio cultores Dæmoniorum, & magiæ serui: vt quando Iuppiter & Osirus omnes obiere terras. Dæmones etiam libentius edebant oracula in syluis, vallibus, locis obscuris, montibus & quercetis, quàm alibi. Itaque ibi fana fuerunt ædificata: ex quibus raptores postea fecerunt castella. Inde prædando, incursiones in quosuis fecerunt: præsertim in montibus habitantes centauri. Inter tales erat his in locis quidam insignis, nomine Hoppus, omnibus molestus & inuisus: qui putabat, quoniam ipse Luteræ originem teneret: omnia debere ad se, vsq; ad Danubium pertinere. Vnde prouerbium in hominem trucem & immitem: Der ist ein böser Hopp: oder / ein wilder Kopp.

Offenhausen pagus.

Tempore quoq; Romanorum, qui his etiam locis quondam potiti fuere, præfectus quidam ipsorum, mirans loci huius ab hominibus solitudinem, vicos ibi ædificari iussit. Nemo volebat ad Luteræ fontes ædificare, propter asperitatem, & frigus regionis. Ipse verò, immunitate promissa ædificantibus, effecit: vt multi ex locis exteris huc venirent, & casas construerent. Ex ea re, pago huic (qui quidem hoc 1591. non amplius est) nomen fuit impositum, OFFENHVSEN, *id est, adaperta domus: quia nemo, qui inhabitare locum vellet, excludebatur: nec bonus, nec malus: imò malitibi prævalebant. Sequentibus temporibus, Christiana religione hic quoq; vicus est imbutus: & Templum, in honorem S. Pancratii extructum.*

Nobilium ex vrbe Roma in Alemanniã eiectio.

Anno autem Dni. 798. viuebat Carolus Magnus, & Pont. Leo III. quẽ indignissimè tractarũt Romani. Dicitur (si vera fides) ei oculos ab illis effossos esse, & linguam abscissam: sed hæc ambo, diuinitus restituta. Carolus ergo Romã profectus, in nobilium audaciã & irreuerentiam grauiter animaduertit. Eorum alios aliò, cum vxoribus & liberis, eiecit: regionesq; diuersas, eis administrandas mandauit: nec vnquã Romam eos redire voluit. Ex ipsis igitur multi, in Germaniam venerunt: vt in vallem Rhenanam, Hegouiam, Turgouiam, Argouiam, Sueuiam passim: vt, in VVirtembergicum tractum, Teccensem, Zollerensem, Helffenstainensem: quib. locis nomina sunt à domiciliis, quæ ædificarũt. Ex quibus & comites in Hegoia Lupfenses. Tales omnes, ex vrbe Roma, in hæc loca venisse existimantur.

Lupfenses comites. Dodec. 1. lib. 12. cap. 9.

Poste-

Posteriori tempore, cum Imperio Fridericus II. Ecclesiæ verò Gregorius IX. præessent: Fridericus, Pontifici inuisus, idq; propter Apuliam & Siciliam, in Sueuiam reuersus est: Aulamq; suam habuit in altissimo castello suo, quod supra Gæppingam est, Stouffensi. Allato autem nuntio, amittendi in periculo Sicilias esse: Augustus militiam imperauit subiectis suis, nobilibus & ignobilibus. Eam quidam nobilium, quòd aduersus Ecclesiam esset, recusarunt: comites videlicet Lupfenses, Zollerenses, Gundelfingenses, Niffenses. Cæsar, se Ecclesia aduersari negans, Hohenstauffen. Comites inobedientes Cæsari.
sed hosti pontificis, vehementer eis irascens, bello ipsos erat petiturus, vt inobedientes. Ipsi, ne quid præcipitanter ficret, deprecati sunt: summittentes se sententiæ, quæ in comitiis Principum ferretur. Ea, frequentibus Electoribus & Principibus, habita sunt Rotvvilæ. Cumq; transactio tentaretur inter comites & Augustum: duriter hic repudiauit: ne arces quidem, vicos, & pecunias, ab illis accipere dignans: vtpote, quæ antea sua, & sacri Imperii Romani, essent. Possem, inquit, vos, vt rebelles, morte afficere: aut toto Imperio Romano eiicere: sed non faciam. Puniam vos honesto & vtili modo. Conferte pecunias, & construite Monasterium LXXII. (sicut scilicet Christo totidem numero Discipuli fuere) virginum: easq; bonis dotate sufficientibus: ne paupertate coactæ, exire cogantur. Licet autem vobis ædificare in aliquo vestræ ditionis loco: vt Deus nostri misereatur: Mariaq; Virgo, precibus virginum, gratiam vobis impetret: si quid in Christianitatem peccauimus. Eis, pœna loco constructio Monasterii fœminei imposita.
Quod postremum addidit: quia è communione Christianorum eiectus erat: qua ex re magnam capiebat molestiam. Paruerunt ipsi, ac de loco ædificandi consultarunt cum propinquis genere suis, ac de ordine. Consuluit eis quidam prudens vir nobilis, Canonicus Spirensis: sicut Christus destruxerit opera Diaboli: ita pagum Offenhusam, malorũ hominum plenum, conuersione in Monasterium esse destruendum: virginibusq; Regulam S. Augustini mandandam esse: ac posse ordini Prædicatorum incorporari. Placuit consilium. Placuit Hinc Lupfenses præcipue conditerunt Gnadencellense cœnobiũ.
etiam, vt, quia vicus ille Lupfensium esset comitum: hi haberent nomen & titulum fundatorum cœnobii: ipsi verò conferrent ad id aliquos agros & prædia. Factum sic. Plus tamen contulere Lupfenses. Perlata est res ad Cæsarem: placuit ei: iussit pagum destrui, illosq; homines dissipari. Destrui etiam fanum illud Pancratii, & Aneslettam transferri. Templi autem in Monasterio condendi, Patronum esse debere non tantum Pancratium: sed sanctam etiam Mariam. In loco improbi Offenhausensis pagi.
Hæc duo ille, qui hæc Germanicè scripsit, gratulatur ei cœnobio: quia scil. Maria sit mater gratiæ: & Pangratius, totus gratiæ dives: ignoratione vocabuli πανκράτιος, quinquertio, cuiusuis certaminis victor. Pancratium.

Re ita decreta, ac statuta: conducti sunt operi faciundo operarii. Ibi verò duo Lupfenses Lupfenses primũ lapidem ponunt.
Berchtoldus & Eberhardus, ingentem portantes lapidem, in fundamento posuerunt: cui lapidi non parum argenti & auri indiderunt. Eodem modo & cæteri generosi comites (Gundelfingenses, Zollerenses, & Niffenses) suos lapides posuere. Ita initium ædificationis factum est: adneneruntq; aliquot etiam patres ordinis Prædicatorii, è ciuitate Constantia, Rotvvila, & Esslinga: vocati ob benè consulendum.

Cœptum est opus anno salutis 1250. ad quod multi libenter conferebant pecuniam, aut vecturas gratuitas, ex oppidis & pagis: exceptis Offenhusensibus Rusticis: quoniam inaudierant, opere hoc absoluto, vicum suum penitus destructum iri. Ideo vis eis adhibenda fuit. Vnde iram quoq; fundatorum, aliorumq; omnium, contra se concitarunt.

Ædificatum igitur est Templum S. Mariæ: & huic adiunctus, ὁ παρθενὼν, virginale Templum S. Mariæ.
domicilium, multis instructum cellulis: in quibus cælestes Marianæ ancillæ habitaturæ essent: vt sibi scilicet, & aliis, viuis & mortuis, gratiam suis actionibus promererentur. Hinc tanta hominũ erat alacritas promouendi huius operis, hinc nomen etiam Monasterio: vt nuncuparetur, zu sanct Maria zu Gnadencell. Sigilli veteris imago.
Ideirco in veteri sigillo huius contubernii, erat imago dimæ virginis Mariæ, cum infante Iesu in brachio, stantis sub tabernaculo: ἡ ἁγία θεοτόκος, βρέφος ἐν τῇ ἀγκάλῃ αὐτῆς ἔχουσα ἱσταμένη ὑπὸ σκηνῆ. Inscriptio: SIGILLVM CONVENTVS S. MARIAE IN CELLA GRATIAE, ORDINIS PRAEDICATORVM. Priuilegia cœnobio Pont. Alexander IV. in amplo Diplomate dedit.

Surgente autem hoc ædificio: pagus Offenhusa descrescebat: prudentioribus Rusticorum, vltro discedentibus: cæteris, vi abeundi à Proceribus imposita. Pagus tunc vacuus factus, exustus est: & ex arca purgata, pratum vel planities amœna facta, respiciens Occidentem, Bolstettam versus. Alterum est pratum, ad Occidentem, Gummadingam versus. Ita cœnobium, inter vtrunque. Fanum Pancratii non fuit deiectum: eò quòd Ecclesia Monasterii nondum esset Offenhausani pagi deletio.

initiata. Postquam vero consecrata fuit: etiam bona illius templi, huic cœnobio concessa sunt: & parochia, Onestettam, quæ antea fuerat filia illius fani, translata. Potuisset fanum destrui: non tamen est destructum, nec eius cœmeterium (Lichlegi, leichlegung) intercedente rogatu quorundam: quorum propinqui, aut maiores, ibi erant humati. Sed pœnituit postea virgines huius indulgentiæ. Nam quia sacellum hoc fuerat antea Parochia: homines adhuc eò rei diuinæ causa ventitabant. Ita Monasterium amisit paulatim nomen suum Gratiæcellæ: eiq; vulgò adhasit nomen maledicti pagi Offenhusæ: quod nomen periisset, sacellum si fuisset destructum. Doluit id non parum spiritalibus Christi sponsis. Nam etiam τὰ κορυφῶμα, fornices, nomen habent Offenhusæ, apertæ domus. Potius appellatum fuisset Beschlossenhuse, clausa domus: aut ex nomine puri riui, in cœnobio Orientis, Lauterhuse, limpida domus. Nanque Offenhusæ nomen, contra sigillum ettam cœnobii, & literas fundationis, erat: inualuit autem succedentium negligentia Sanctimonialium: cum primæ tamen, nomen Cellægratiæ tutatæ fuissent. Istæ autem nouum sibi sigillum fecerunt, cum inscriptione: SIGILLVM CONVENTVS IN OFFENHV SEN. Hoc amisso: repetitum est antiquum sigillum. Quo amisso & ipso: sigillorum sculptor, iussus aliud sigillum facere, rursus insculpsit Offenhusam. At hoc in dedecus S. virginis Mariæ vergebat: quòd in sigillo argenteo, cum imagine eius, etiam ementitum Offenhusæ (non amplius stantis) nomen coniungebatur. Ideo fœminæ, si sapuissent: prudentium consilio, & Cæsario Notario, ad emendationem tanti sui erroris vsæ fuissent: non permittentes, vt quisquam nominaret Offenhusam. Inde maior autoritas & felicitas (inquit Scriptor) Monasterio conciliaretur.

Cœmeterium. Offenhusa. Sigillum nouum.

Cæterum, perfecta iam ædificatione Monasterii: venere nobiles viri, generosi Comites & Barones, aliiq; honesti homines: rogantes, vt filiæ suæ eò reciperentur. Nondum enim vllæ ibi fœminæ habitabant: sed aliquot Prædicatores, ædificationis gubernatores. Qui annuerunt: si tempus capiendarum virginum aduenisset. Tunc quatuor illi, de quibus diximus, comites, Collegio de annuis prouentibus, & bonis ad alendum necessariis, prouiderunt, sicuti Imperatori promiserant. A Lupfensibus præsertim dati sunt agri, prata, syluæ, pagi. Fertur, omnes hos vicos initio ad Gnadencellenses pertinuisse: Bernlochum, Mittelstettam, Klainenstingam, Grossengstingam, Holtzelfingam, Kolstettam, Onestettam, Zizelhusam, Eumadingam, & Offenhusam: ac maiores decimas Minsingæ, illam præfecturam, ius ibi venandi & piscandi. De his, hactenus. Plura posthac, suis locis. Vt, lib. 4. cap. 7.

Prouentus cœnobii. Pagorum eius nomina. Holtzelfingen.

DIPLOMA, Lorchensibus per Comitem VVirtemberg. impetratum.

INNOCENTIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, dilectis filiis Abbati & conuentui Monasterii Laureacensis, ordinis S. Benedicti, Augustensis diocesis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Vt vobis, Apostolico donante fauore, pacis commodum augeatur: dilecti filii, nobilis viri, comitis de VVurtemberc, vestri Monasterii Aduocati, deuota precamina adhortantur. Cum igitur, sicut idem comes exposuit corã nobis, grauati sitis multipliciter in prouisionibus plurimorũ: nos vestris volentes in hac parte grauaminibus obuiare: dicti comitis precibus inclinati, vobis auctoritate præsentium indulgemus: vt ad prouisionem alicuius, per literas à sede Apostolica impetratas (nisi forsan iam per eas sit ius alicui acquisitum) vel etiam impetrandas, compelli minimè valeatis: nisi eadem literæ de præsenti indulgentia plenam & expressam, & toto tenore, ipsius fecerint mentionem: etiamsi contineatur in eis, quòd aliqua sedis eiusdem indulgentia non obsistat. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ concessionis infringere: vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit: indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Lugduni 13. Kalend. Aprilis, Pontificatus nostri anno octauo.

Lorchensium Diploma. VVirtemberg. Comes, eorum Aduocatus.

In bulla plumbea, Innocentius PP. IV. VValdinus.

Idem Papa, eodem anno, & die, & loco, Abbatem de Alchingen (Elchingen) Augustrendiocesis, ijsdem pene verbis, eadem de re, executionis prioris priuilegii causa, mutatis tantum mutandis, scripsit. Concludit: Quocirca discretioni tuæ per Apostolica Scripta mandamus: quatenus prædictum Abbatem & Conuentum (Monasterii Laureacensis) non permittas super his, contra concessionis nostræ tenorem, ab aliquibus indebitè molestari. Molestatores huiusmodi, per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo.

Elching. Abbas.

Erat Patauiæ Episcopus XLVII. Rudigerus à Radegk, anno 1233 factus: quæ Innocentius Papa anno hoc 1250. munere suo exauctorauit, omniq; beneficio exuit: quòd Imp. Friderico fauere visus esset. Brusch.

Radeck.

Fuit

Fuit hyems huius anni asperrima, nimisq; diuturna, niuibus & glacie abundans: ex quarum resolutione, aquæ inundatio maxima est secuta, multorum ædificiorum prostratrix. Trit. Hyems.

INNOCENTII P. LVGDVNO REDITVS IN ITALIAM. CONRADI Cæsaris res in Italia gestæ. Obitus Regis Siciliæ, Friderici iunioris. Insidiæ Conrado R. structæ Ratisbonæ. Nordlingæ & VVemdingæ ciuitatum fortuna. VVilhelmi R. nuptiæ ignitæ. Reinboldi Neupergensis donatio in Monast. Lorchense. Priuilegium Bebenhusanorum à Lud. Teccensi Duce. Volmarus, miles Brandeccius: & leges quædam Dornhaimenses, vel Alperspachenses. Sigmaringa. Nobiles Heluetiæ.

CAPVT IX.

ANno 1251. Innocentius P. Regni occupandi spe (inquit Pandulphus) Lugduno discedens, Genuam appulit. Vbi cum multa minatus esset: multosq; fecisset apparatus: Regni iura Ciarlotto, Angliæ Regis fratri, tradidit. Is illa acceptauit: seq; in literis, Siciliæ Regem nuncupauit: verum Italiam nunquam iniuit: nec ei quicquam profuerunt illa iura. Sed nec Papa copias in Regnum misit. Lugduno reditus Papa in Italiam.

Conradus autem, de Parentis obitu edoctus: mouit ex Germania cum maximo exercitu. Cumque in Marchiam Taruisianam Longobardiamq; peruenisset: omnes ibi ad rebellionem spectare deprehendit: præter Cremonenses, qui cum subditis suis fidissimi manserunt. Itaque aliquantum apud eos commoratus: ad componendas res illorum, qui in fide permanserant, per Forum Iulium ad portum Naonem rediit: Ecelini, loca illa Imperii nomine gubernantis, consilio vsus. Inde Venetorum auxilio & nauibus, Adriatico sinu Regnum ingressus, in Capitiniatæ Portum delatus est: quo loco postea Manfredonia fuit condita. Ibi à Manfredo, magna gratulatione & honore (simulato nimirum vultu. Nam ipse inhiabat Regno) acceptus est. Perlustrans deinde regionem: magno impetu, atque furore propè, Cerræ comitem suum imperium agnoscere coegit. Sangermanum deditione cepit: & vniuersam Casertæ comitis ditionem. Qui postquam ex fuga Capuam se recepisset: eò ipse quoque peruenit: vastatisq; amœnissimis quibusq; circa vrbem, ipsam quoq; occupauit, ac mœnia demolitus est. Capto autem comite: Aquinum (Thomæ Aquinatus, illius doctissimi & celeberrimi viri patriam: quem Parentes sui, genere nobiles, ante fugientes inde, in Casinati Monasterio educandum curauerunt) Aquinum, inquam, celebrem tunc vrbem, profectus est: quam vi expugnauit, diripuit, concremauit. Neapolin inde obsedit arctissimè: vt nemo nec egredi, nec ingredi, posset. Cumq; oppidanis fortissimè propugnantibus, ipse interdum de soluenda obsidione cogitaret: confirmatus est literulis, telo ex vrbe à clientequodam in castra coniectis: in quibus inter alia scriptum erat. Conradi R. res in Italia gestæ. Manfredonia C. Aquinum, à Cæsare R. combustum.

Parthenope se fessa dabit tibi, qui dominaris:
Si bene claudantur ostia clausa maris.

Perseuerauit ergo in obsidione vrbis, in octauum mensem: quæ tandem dedidit se: ea conditione, vt hominibus & ædificiis parceretur. Attamen Conrado ingresso: mœnia, turres, ac multa & magnifica ædificia, destructa sunt: permulti ciues, & nobilissimi homines, in exilium missi: præsertim, qui defendendæ contra eum vrbis auctores fuerant. Ingressus autem Templum Primarium, cum in media eius area equum ex orichalco factum, sed sine fræno, inuenisset: iussit habenis eius hos duos Versiculos insculpi. Neapolis se eidē dedit.

Hactenus effrænis, Domini nunc paret habenis.
Rex domat hunc æquus Parthenopensis equum.

Accepta Neapoli: totius Regni dominatum facilè obtinuit: quippe nemine se opponente. Vrbi administrandæ Brancaleonem quendam præfecit: prouinciam verò dedit corrigendam, sicubi opus esset, Henrico Ruello comiti seni. Ipse otio se, ad relaxandum animum tradidit. Ad eum autem cum frater Henricus, adhuc puer, Siciliæ ex testamento Rex, honoris & gratulationis causa proficisceretur: & ad Sanfelicem, Lucaniæ arcem, peruenisset: ibi in conclani quodam, à Saracenorum Duce Ioanne Moro interemptus est. Quod Regis Conradi mandato factum, à Pandulpho scribitur. Quod si verum est: triste & dolendum est: mihi nondum est verisimile. Multa fingit odium aduersariorum: ex quorum Scriptis forte Collenutius habet. Fuit autem ille adolescens, tum forma corporis, tum indole animi, cæteris Friderici liberis præstantior. Rediit postea Conradus in Germaniam: qui & ipse excommunicatus est à Papa. Reuersus autem, cogitansq; contra VVilhelmum Holandum, Ratisbonam cepit: quòd infensum sibi Episcopum eius Brancaleon, Henricus, frater Cæsarii, interficitur. Conradi reditus in Germaniam. Ratisbonā capit.

(*Albertum Pyrogeum, vel Portingauum*) *haberet. Hac de re sic Auentinus scribens, Albertus Reginoburgensis Pontifex, inquit, ciues vrbis locupletes XLV. quod rebus Imperatoris studere non desisterent, fraude cepit: catenaq; vinctos ad Stauff deduxit. Conradus Cæsar, & Otto Regulus Boiorum Rhenióq; moderator, Alberti atq; ministrorum eius prædia vastant, diripiunt: Albertum captiuos reddere, imperata facere, cogunt: eius socios strage male mulctant: Reginoburgium cum copiis intrant. Cæsar more Maiorum, in æde D. Haimerani receptus hospitio est. Atq; dum 5. Kal. Ianu. (Decemb. 28.) cubitum iuisset: ibi nocte intempesta Albertus, qui se Episcopum faciebat, & Conradus nobilis ab Hohenfels, clàm in cubiculum admissi: cum antè explorassent, nō plures, quàm tres, in eodem conclaui Cæsareo quiescere: stertentes, vino somnoq; obrutos, per tenebras adoriuntur. Duobus occisis, tribus in vincula coniectis: arbitrantes Conradum cæsum esse, abeunt: VVilpeckium Sueuum, sextum, casu obuium, interficiunt. At Cæsar sub scamnum repserat: vbi delitescens, euasit. Deinde Episcopum, percussores, Vlricum Monachorum Præsulem, & socios, hostes Reipub. iudicat: & parricidii condemnatos proscribit: opes ac prædia D. Haimerani publicat. Verum Monachi, qui huiusce facinoris conscii non erant, pacem à Cæsare centum libris, ab Aulicis, quinquaginta, mercantur. Conradus, accepta mulcta, edictum & tabulam proscriptionis rescindit. Vt autem aliquo piaculo cædes innocentium elueretur: iubet, ædificium dirui: ne cruore suorum aspersi parietes apparerent: ædiculamq; ibi à fundamentis extrui: ac Deiparæ virgini, & D. Nicolao, dedicari: vbi quotidie Sacerdos Monachus litaret, atq; manes ob pietatem pro principe crudeliter cæsorum placaret. Promisere Monachi: testesq; in re præsenti fuere: Otho, Dux Boius, palatii Rhenani procurator. Ludouicus, filius eius. Otho, Hohenbergensis limitis præfectus. Heinricus, Marchio à Burgavv. Ludouicus maior, comes ab Oetingen. Gottfridus, comes ab Hohenlohe. Ciues Reginoburgenses.*

Propter iniquitatem Episcopi.

Insidiæ, vitæ Cæsaris factæ.

Burgavv.

Cum autem Rex putatus fuisset interfectus: sed postridie se viuum exhibuisset: gauisus est populus (vt Herm. Ædituus scribit) ipso conspecto, nec iniuria. Metuebat enim, ne sibi illa perfidia imputaretur. Ita suspicione liber fuit: ac successere, quæ iam cognouimus. Factum est dictum promissum Monachorum, anno Christianæ salutis M. CC. LI. mense Ianuar. vt Auent. quidem habet: sed si res, & earum ordo, quas hactenus omni diligentia exposuimus, consideretur: annus 1252. sit, necesse erit: nisi hæc ante profectionem Conradi Italicam acciderunt: sicut Auentini sententia est, non autem quorundam aliorum. Porrò Vlricus, S. Haimerani Abbas, dignitate motus est: Albertus, in Monachorum ordinem detrusus: Conradus, princeps coniurationis, fulmine, dum sub dio equitat, enectus. Reliqui conscii, in Bohemiam aufugerunt. Scribit Nauclerus, Conradum Apuliam petiisse: rebus ibi compositis, Ratisbonam in redeundo venisse. Ibi ei insidias esse factas: sed fidelem quendam ministrum, Fridericum de Enneshaim nominatum, Regi auctorem fuisse, sese à periculo imminente adscondendi: ipsumq; recubuisse in Regis lecto, ac pro eo interfectum fuisse. Item, Monachos, vt pecuniam se redimendi causa conficerent: coactos esse obligare preciosissimorum librorum bibliothecam: & altare quoddam portatile aureum, pondo marcarum LXVII. vendere. Conradum postea, audita Guilielmi Regis aduersum se profectione, cedentem, in Apuliam esse reuersum. Hæc annis 1250. & 1251. esse facta: sed alteram Italicam profectionem, 1252. Confundunt Scriptores sepe annos. Nos in præsenti forsitan non incommodè hanc rationem tenuimus annorum, quam antea posuimus: nisi omnino ordo hic sit, vt Conradus 1250. hyeme passus sit insidias Ratisbonæ: deinde modo de obitu parentis resciuerit 1251. & mense demum Septemb. vt Auentinus habet, Italiam petierit: atque illas res, quas suprà scripsimus, in Italia gesserit. Deinde in Germaniam reuersus, Italiam 1252. repetiuerit. Etsi ex Auentino, semel tantum in Italiam venisse intelligitur, post patris mortem. Elvv.

Coniuratorum pœna.

Fidelis Minister.

Tempus istarum rerum gestarũ.

Nœrdlinga autem, & VVemdinga, quæ ad Haimeranicum Abbatem pertinebant, ei propter causam suprà positam ademptæ sunt: illa, Imperio incorporata: hæc verò, Duci Bauaro concessa.

Nœrdlinga. VVemdinga.

Circa eundem 1251. annum, Conradus R. oppigneravit Danubianam VVerdam, &c. Duci Bauaro, 2. millibus marcarum argenti: sed regnante postea Alberto, ipsa Bauaro erepta est, & Imperio inserta.

VVerda Danubii.

Eodem circiter anno, VVilhelmus Rex Elisabetam, filiam Ducis Brunsuicensis Othonis, duxit (vt apud Stadensem inuenitur) & in ipsa nuptiarum nocte (scil. conuersionis S. Pauli) palatium Leonis, in quo cubuere sponsus & sponsa, Brunsuigæ penitus exarsit, ex luminis & flaminis

VVilhelmi R. nuptiæ, cum incendio.

uiuis incuria. Combusta est corona Regis (malo scil. omine) multæque res pretiosæ. Combusti etiam duo sartores: qui consuentes vestitum, sedebant in quodam cubiculo: & causa fuisse incendii dicti sunt, vt & alii. Rex & Regina vix euaserunt: Regina tamen Regem, tanquam ipsa palatii esset magis gnara, educente. Crantz. 8. Sax. 17. & 8. Metropol. 22.

Lorchensi Monasterio quædam bona impertita.

In nomine Domini, Amen. Ad habendum scripture testimonium non labile, ego REINBOLDVS, *miles de Niverch, presentem conscribi facio paginam. In qua volo in posterum protestari: quòd ego pro remedio anime mee, & pro remediis animarum carorum meorum, vineam meam, quæ* PFADEVVINgarthe *dicitur, & bona in Cimmeren sita, que emi pro 35. talentis Hallenn. (*pfund heller*) ob reuerentiam Dei genitricis Marie, contuli Monasterio in Lorch: cui fateor me quandoq; damna aliqua intulisse. Ita contuli, vt conuentui eiusdem Monasterii, quamdiu ego vixero, consuetum seruitium ministretur in beate virginis natiuitate. Post mortem autem meam, cum redditibus dictorum bonorum, sicuti mos est in Monasteriis, meus anniuersarius celebretur. Acta sunt hec anno M. CC. LI. Et ne quis progenitorum, vel successorum, vel heredum meorum, contra hanc meam collationem quicquam agere, vel dictum Monasterium molestare, presumat: & quod veritas eo diutius vigeat in futurum: presentem paginam duxi sigillandam cum meo sigillo: & cum sigillis subscriptorum venerabilium patrum: Domini Bertoldi de Mulenbrunnen, Domini Hiltebrandi de Schonenthal, & Dni. Cunradi de Lorche, Abbatum.* Lorchensibus bona data. Neuperg.

Testes etiam sunt:

Dominus Adelhelmus, miles. Gotfridus, fratruelis Dni. Reinboldi de Niperch. Dominus Reldevvinus, *Scultetus de Durenkeim. Et alii complures.*

Priuilegium Bebenhusanis datum.

Ludouicus, Dei gratia dictus Dux de Teck, vniuersis Christi fidelibus, presentem paginam inspecturis, fidem presentibus adhibere. Ad eterne vite beatitudinem, & rei temporalis magnum incrementum, apud Regum Regem omnium nobis profuturum non ambigimus: si Ecclesiarum Dei, & virorum religiosorum, Deo iugiter famulantium, profectibus & commodis intenderimus. Hinc est, quòd presentis Scripti patrocinio, tam presentibus, quàm futuris, notum esse volumus: quòd diuine remunerationis intuitu, venerabilibus viris, nobis in Christo dilectis: Abbati videl. Berchtoldo de Bebenhusen, suisq; confratribus, nec non & ipsorum successoribus, de bona nostra voluntate concessimus: vt si quis Ministerialium nostrorum vtriusque sexus, eorum Monasterio, pro anime sue remedio, de rebus suis, mobilibus siue immobilibus, aliquid conferre decreuerit: nostra permittente licentia, liberam habeat facultatem. Vt autem hæc nostra donatio, processu temporis à nullo possit penitus violari: presentem Cedulam scribi, nostriq; sigilli munimine fecimus roborari. Huius rei testes sunt, &c. Acta sunt hæc anno ab incarnatione Domini 1251. Non. Ianuar. regnante Domino nostro Iesu Christo. Bebenhus. priuilegium. Teccens. Dux Ludouicus.

Respicit ad tempus Interregni: quòd Pontificii à morte Friderici II. vsq; ad initium Regni Rudolphi Habspurgensis, statuunt. Atq; haud scio, an cum eis non pro Rege Rom. habuerit hic Teccius Ludouicus Conradum Sueuum. Interregnum iudicio pontificiorum.

Eodem anno, cum Volmarus, miles de Brandecke, contra ius villæ DORNHEIM, *quòd infœdatus esset à nobili viro Egilolpho de* VVartenberg, *aliquid tentaret: & Abbas Alperspachensis Berchtoldus, coram Ludouico Duce Tekkensi contradiceret: arbitros huius rei Volmarus delegit tres senes, virtute commendatos:* VValtherum, *quondam Scultetum Oberndorffæ, tunc Alperspachii Monachum* H. *militem de Bochingen, &* VValtherum *dictum Mullin: vt quibus negotium villæ prædictæ, iam inde à temporibus Hermanni, Comitis* SVLTZENSIS, *& filii eius Alevvici, notum esset. Ibi iubebatur ab eis, leges obseruari hasce.* Brandeccius Volmarus. Dornhaim, vel Dornhan.

Si vir Monasterii Alperspachensis, in foro extra domos, cum aliquo viro Monasterii, rixatus fuerit sermone malitioso, aut verbis vituperii: aut sui contubernalis, aut extranei, sanguinem fuderit: tenendus est à Dornhainensi Iudice: & præsentandus Abbati dicti Monasterii: vel præposito, vel alicui vices eorum supplenti: qui pro sua voluntatis arbitrio, virum suum castigare & punire debebit, prout videat expedire. Leges Dornhainenses, vel Alperspachenses.

Si commisit aliquod delictum emendatione dignum: secundum sententiam dictatam pro iure sumat, quod a vulgo dicitur, VNrehte, *tres solidos: & pro eo, quod dicitur Freueli, quinque solidos: quib. solutis, nihil aliud cũ eo agere potest, aut debebit. Si Volmarus, aut alius infœdatus,*

quid

quid pro vtilitate fori Dornhain agere decreuerit in rebus mercimonialibus (scil. in pane & vino, frumento, sale & carnibus) conuocare tenetur conuersum, aut Monachum, curiæ Dornhain tunc procuratorem: vt eius consilio & auxilio cuncta fiant.

A nona autem hora sextæ feriæ, vsq; ad nonam sequentis Sabbati, Iudex & sui sedere debebant: sedem suam iudicialem (cum certus locus ab antiquo non esset assignatus) in platea fori, ante domum, quamcunque vellent, locantes: sine personarum respectu, iudicando.

Confirmauit hæc Ludouicus, Dux Tekkensis, M. CC. LI. anno: testibus,

VVartenberg. Berchtoldo Abbate & conuentu: ac nobilibus de VVartenberg & VV°l dictis Hainingen:

F. milite de Ruthi:

Sperberseck. Reinboto de Sperbersec:

VV°l dicto de Hainestain:

V°l de VVinlenstain, aliisq; compluribus.

Dornhaim, potius Dornhan: quia gallus gallinaceus super spina, in Insigni.

Gottlieben. Eodem 1251. anno, Gottlieben arx, infra arcem Castel, & oppidum Constantiam, ædificata est ab Episcopo Constantiæ Eberhardo.

Eiusdem anni 17. Kal. Iul. receptus est, qui dudum electus fuerat, sed impeditus, Patauiæ Episcopus, Berchtoldus: Comes de Pietengevv, Zigenhain, & Sigmaringen: paterno genere Sigmaringen. Hessus, materno verò Sueuus: fortè ex familia comitum Zollerensium. Hi enim Sigmaringam, oppidum & arcem in suprema Sueuia, ad Danubii fontes versus, hodie tenent. Canonicis suis valde infestus erat: quorum vni oculos eruendos, aures ac nasum abscindenda, curauit. Cuius capite Pontifici ostenso Romæ: decreta est in eum excommunicatio & eiectio. Sed prius, quam ea sententia Patauiam perferretur: ipse 1254. obijt. Bruschius Pata. lib. 2. Nacti sunt Sigmaringam (inquit Gabelc.) Zollerenses Comites anno 1530. extinctis comitibus VVerdenbergensibus, quibus diu paruerat.

Interregni tempus. Temporibus Interregni (quod alii ab anno 1251. alii ab 1255. circiter incipiunt: sed vtrinq; vsq; ad 1273. producunt) nobilitas, quæ Heluetiam incolebat, infesta fuit Tigurinis, Vrys, Nobiles, contra Tigurinos, & alios. Suitzis, Vntervvaldiis: quod ij cum Imperio steterant. Itaq; sæpe extiterunt ἀφισταί, conflictus: nobiles expulsi sunt, arcibus expugnatis. Rudolpho verò postea 1273. Cæsare facto: conquesti apud eum exules nobiles sunt de illis populis. Rudolphus, causa cognita, inter partes transegit. Dicitur etiam, ipsum terras, quæ nobilibus oppignoratæ fuerint, redemisse: non quidem Imperio, sed domui Habspurgensi: reseruato tamen eo iure terris illis, vt ipsæ se redimere possent: quod & factum sit. Stumpf. lib. 4. cap. 52.

NATIVITAS CVNRADINI, VLTIMI EX HOHENSTAVFFENSIVM genere. Comites Montefortenses. Hartmannus, Episcopus Augustanus. Dillingensis Comitatus, Augustano Episcopatui traditus. Cutiensis Episc. Henricus. Herrenberga arx, & Herrenberga oppidum. Obitus Regis Conradi. Manfredi, Tarentini Principis improbitas. Mechtildis, VVirtembergica Comes. Campidon Abbas, Vlricus Nerlinger.

CAPVT X.

Cunradini vltimi natiuitas. ANno 1252. ex Auentini sententia, Cunradinus natus est, vltimus & infelix Dux Sueuiæ: vt suo tempore audiemus. Scribit quippe sic Auentinus: Conradus Septembri (anni 1251.) Campaniam & Apuliam, relicta vxore grauida Landshutæ (quæ sequenti anno, 8. Calend. Aprilis filium Conradum, quem Itali Conradinum vocant, peperit) petit: auitum paternumq; Regnum, in potestatem redigit: ibiq; decessit: relicto filio impubere: qui annos natus duos, menses sex: à matre Elisabeta, Landshutæ apud auunculos educatus atq; institutus est.

Eclipsis Solis. Hoc anno memoratur eclipsis tanta Solis pomeridiana, vt Stellæ conspectæ fuerint. Verona, Paduæ, Vicentiæ, in tota Marchia, sæuissimè fecisse dicitur Ecelinus. Ponit crebras Florentinorum contra Gibelinos Antoninus expeditiones & victorias.

Ecelini tyrannus.

Montefortenses Comites. Viuebat hoc anno Rudolphus, Comes Montefortius: qui fuit comitis Hartmanni de Gryningen gener. De comitibus Montefortensibus multa scribit libro 8. migrat. Gent. Lazius: qui & Rotenfanii dicti fuerint (à rubro in armis vexillo) & comites palatini Rhætiæ altæ: & comites de Rotenfels, Lintzgævv. Veldkirch: deniq;, Pfannenbergenses comites.

Rotenfanii. Pfannenbergenses.

Quorum ponens primum Rodericum (ad annum circiter 860. Christi, vt intelligo) Rodericus, inquit, Comes Palatinus Rhætiæ altæ, priuatus à Ludouico II. Franciæ & Germaniæ Rege, multis in Rhætia alta castris: ad marginem lacus Bodmanici se contulit, vbi alia est mercatus:

Argum

Argum, Tetnangum, Imenſtadium, Buczium. Quibus poſteri alia in Algouia adiecerunt: videl. Rotenfels, Haugenfels, Liebnavv, Summeravv, Stouffen, & Blaichach.

Huic Roderico fratres fuere:

Cadalochus, vnde prodierunt comites Brigantini: Anshelmus, vnde comites de Rhimeck & Veldkirch, qui nigrum vexillum in candido clypeo vſurpabant: Henricus, vnde comites VVerdenbergenſes: candidum vexillum in atro clypeo habentes: Rolandus, vnde domus TVBINGENSIS & Herrenbergenſis: aureum vexillum in rubro clypeo gerens. Acceſſit ſtemma comitum à Beblingen: qui rubrum vexillum in aureo campo vſurpabant. Brigantini comites. Feldkirchenſes. VVerdenbergenſes. Tubingenſes comites. Beblingenſes.

Eodem 1252. anno Epiſcopatui Auguſtano præpoſitus eſt Hartmannus: natus patre Hartmanno, comite à Kyburg & Dillingen: matre verò VVilpurga, comitiſſa de Kelmyntz: in Seſſlingenſi Parthenone, à ſe fundato, ſepulta. Præfuit cũ laude 33. A. Princeps optimus & chariſſimus: atque ſuæ gentis poſtremus. Quapropter Eccleſiæ dedit Auguſtanæ ciuitatem & arcem DILLINGENSEM (infra cap. 15.) vniuerſumq; comitatum VVittiſſingenſem, cis & vltra Danubium, perpetuis temporibus poſſidendum: denicq; omnes fere pagos, vſq; ad Suenicam VVerdeam ſitos. Auguſtanus Epiſcopus Hartmannus. Dillinga & VVittulinga, Epiſcopatui Auguſt. tradita.

Multa dicuntur ab eo fundata, & propriis facultatibus ædificata. Xenodocheum Auguſtanum ad S. Spiritum Xenodocheum Dillingenſe. Medingenſe Monialium cœnobium (Parentibus adhuc viuentibus) in agro Dillingenſi poſitum. Cœnobium S. Catharinæ intra vrbem Auguſtam. Cœnobium Franciſcanorum γυναικῶν: quod anno 1538. ὑπὸ λοιμοκομείου (in Hoſpitale ſenium & annuum, in ein Pfründhauß) mutatum eſt, Obiit 4. Iul. 1286. Sepultus in Baſilica cathedrali, ante crucem maximam. Bruſch. plerag;. Meding. παρθενών.

Hoc tempore, poſt diutinam contentionem Senatus Augſtburgenſis (inquit ex Gaſſaro Henningus) cum Sacerdotibus facta eſt tranſactio: senatuiq; permiſſa, plena mœnium & portarum vrbis ſuæ poteſtas. Poſtea, commiſſo nihilominus prope Hamelen velitari prælio: Epiſcopus denuo vicinorum interuentu, pacem cum Senatu coactus fecit: ſed pro illato a ciuibus damno, pecuniam 1254. anno accepit. Auguſtana libertas.

Henricus, comes a Monteforti, electus eſt Epiſcopus LIII. Curienſis anno 1251. confirmatus deinde a Cæſare Conrado IV. muneri benè præfuit: & obijt anno 1272. Emit caſtra, Aſperi montis & Reamſe: abſoluit caſtrum Fridovv, cœptum ab anteceſſore Volcardo. Ædificauit de nouo arcem Tumiliaſcæ Fyrſtenouium: & arcem HERRENBERG, ſupra Scauolam in VVerdenbergenſi comitatu ſitam. Bruſch. & 10. Stumpf. 19. In VVirtembergenſi vero Ducatu, Herrenberga oppidum eſt: vno milliario longiſſimo diſtans a ciuitate noſtra Tybingenſi. Es werdens freilich zwey liebe Menſchen (παρθένῳ ὑπάρξει τ' ὀαρίζοντ' ἀλλήλοιϊν) on mühe gemeſſen haben) vt Germanico prouerbio dici ſolet. Curienſis Epiſcopus Henricus. Aſperi mons. Reamſe. Fridovv. Herrenberga arx. Herrenberga op.

Anno 1253. venti tanta vis extitit: vt diuerſis in locis, arbores radicitus euerterentur: domus & ædificia multa corruerent: homines cum multis damnis plurimi opprimerentur. Tritenhem. Ventus violẽtus.

In Italia, Rex Conradus Sueuus, hoc 1253. anno (al. ſequenti anno) obijt XI. Kal. Iun. (die 22. Maij) idq; fratris operà, vt fertur, Manfredi ſpurij (Siciliæ, & reliquorum dominiorum, dominatum ſitientis) poſito veneno in clyſtere a Medicis, quibus ille magna promiſerat. Extinctus dicitur excommunicatus & impœnitens (id quod Nauclero non videtur) ſed teſtamento facto, reliquit hæredem Siciliarum Conradinum filium: ex Bauara Eliſabeta, ſorore Ludouici & Henrici, ſuſceptum. Quæ poſtea Meinhardo nupſit, Tyrolenſi & Goricenſi comiti. Inde nata, Eliſabeta, Tyrolenſis Comitiſſa: Alberti Auſtrij, Rom. Regis, coniux. Quòd autem non alius, quam Conradi, filius, fuerit Cunradinus: Nauclerus ex epiſtola ipſius probat, quibus ille ſcribit: cùm autem magnificus Rex Cunradus diuæ memoriæ, chariſſimus pater noſter, teſtamento ſolenniter condito, nos tenellum tempore mortis ſuæ, in manibus ſanctæ matris Eccleſiæ, ac tutela, reliquiſſet &c. Idem Manfredus, cæterà iniuſtus, hac in re iuſtè poſt modum fecit: quòd Ioanni Moro caput præcidit: a quo Siciliæ Regem Henricum minorem Friderici Imp. filium ſupra diximus ſublatum eſſe. At etiam Fridericum minorem, Friderici Imp. ex priore Henrico F. nepotem (Pandulpho teſte) ſuſtulerat. Cùm enim ei Imperator Auſtriam teſtamento legauiſſet, vna cum X. millibus vnciarum auri (vt antehac dictum eſt) & miſer adoleſcens, ad accipiendum veniſſet: vt cum eo auro in Auſtriam contenderet: negotium Moro datum a Manfredo fuit, vt id illi numeraret. Morus verò eum Melphim ad cœnam inuitauit, tanquam numeraturus: ſed oblato piſce venenato, Berchtoldi Marchionis conſilio, adoleſcentem necauit. Ideo vterq; ſupplicio capitis a Manfredo affectus eſt. R. Conradi obitus. Manfredi malitia. Succeſſor Conradi in Siciliis, Conradinus. " " " Ioan. Morus. Friderici mors, nepotis Imp. Friderici ex Henrico.

Innocentius P. accepto nuntio Peruſiæ, Conradum obijſſe: non modo naturâ ſua (vt Collenutius ait) & iure, quod iam Eccleſiam haberet in Regnum Neapolitanum prætendebat: verum etiam

multorum,

multorum, qui apud eum exulabant, nobiliũ Neapolitanorũ importunis adhortationibus, valde se ad illud occupandum excitabat. Quamobrem statim ex Longobardia, Tuscia, Latioq;, quam potuit maximas copias conscripsit: & ipsemet in Regnum suscepta expeditione, Neapolin cum omnibus Regni exulibus ingressus est. Et quanquam quidam, matri Cunradini affines, in Regno erant: qui veluti tutores, id nomine pueri administrare volebant: tamen Manfredi fraude excluſi sunt. Nam & hic Neapolin venerat, cum multis nobilibus, ad Pontificem scilicet adorandum: & se apud eum insinuandum: vt ipse aliquando rerum potiretur.

Papa Neapolin Sueuis eripit.

Eodem 1253. anno, postridie S. Margaretæ, fulmine ictus interiit generosus Comes Hohenbergensis Berchtoldus (in loco, Teckenpfrund dicto) Alberti comitis frater. Ex Chart. M. Scr. ornatissimi prudentia & humanitate viri, M. Georgii VValchij, prouincialis Neccarici Rotenburgi Scribæ. Id vero aliter accidisse fertur 1257. Comiti Burchardo de Hohenberg, postero S. Margaritæ die. Herm. Ædit.

Hohenberg. C. Berchtoldus, κεραυνόβλητος. Deckenpfrund.

Donatio domus in op. VVaiblinga. à. M. Georgio Osualdo Vracensi. 1589.

VVaiblingensis domus donatio. Mæchtildis, Vvirtembergica Comes.

Mechtildis, Dei gratia Comitissa de VVurtemberg, præsens scriptum intuentibus, credere subscriptis. Notum esse cupio vniuersis: quod ego ex permissione Domini & mariti mei, Vlrici comitis de VVurtemberg, in honorem sanctæ Deigenitricis Mariæ, donum Eppinæ viduæ de VVaiblingen, cum omnibus pertinentiis suis, hortis, agris, & vineis, Præposito & conuentui de MADELberg libenter erogaui. De censibus autem ipsius domus, & ad eam pertinentium, debet
» fieri annualis refectio eidem conuentui: in die assumptionis beatæ virginis exhibenda, in solatium speciale. Datum apud VValthusen, anno Domini M. CC. LIII. Nonas Septemb. Indict.
» 12. (rectius 11.) In cuius donationis memoriam, præsentem paginam sigillo Domini & mariti
» nostri corroboraui: quia sigillum non habui speciale.

Syndelfingæ 1253. 7. idus Febru. Obiit Berchtoldus de Nuvvenhusen. Canonicis præsentibus (in Anniuersario) dabantur 8. Solidi, & pauperibus 2. ß. de Curia quadam ibi.

Cæpidon. Abbas Vlricus.

Hoc etiam anno, Campidoni Abbas est factus Vlricus Nerlinger à VVurmberg: de quo, part. 1. lib. 12. cap. 3. Extruxit hic contiguam Ecclesiæ turrim egregiam: positis in fundamento omnibus sepulchralibus Abbatum lapidibus (vt inæquabilitas loci complanaretur) & hominum equestris ordinis, comitum item, ac Baronum. Quam cum insecutis temporibus Cæsar Henricus VII. vidisset: donauit S. Hiltegardi & cœnobio, syluam Campidonensem maximam & pulcherrimam: pro qua iussit, in honorem eius, & filii Ludouici, alteram etiam turrim extrui: quarum prior, matris: altera, filii, memoriam conseruaret perpetuam. Itaque hodie etiam, vna earum, S. Hiltegardis, altera S. Ludouici, turris appellari solet, Brusch. testante.

Turres ibi duæ.

Equites aurati, Bauari Duces.

Eodem anno, Ludouicus & Henricus, Bauariæ Duces, militaribus gladiis accincti sunt (zu Ritter geschlagen) Oetingæ. Sorores eorum erant, Elisabeta & Sophia. Pater ipsorum Otho, 3. Calend. Decemb. 1253. expirauit. sex annis antè à Papa excommunicatus, quòd Friderico Imp. constanter adhæreret. Auent. Vide supra in anno 1245.

Sorbonæ initiũ.

Lutetiæ Parisiorum, Sorbona instituta est: fundatum, collegium Sorbonæ. Ioan. Tilius Chronic. de Regibus Franciæ.

VICESIMVS OCTAVVS CÆSAR OCCIDENTIS, VVILHELMVS Holandiæ Dux. Innocentii P. res aduersus Sueuos in Italia gestæ, & obitus. Manfredus, ab Alexandro IV. Papa diris deditus, Sicilienſiq; Regno potitus. Vxor VVilhelmi Cæsaris, captiua. Oppidum VVirtembergiæ Balinga. Strainhaimense fœminarum cœnobium. Papale Cistertiensibus datum priuilegium. VICESIMVS NONVS CÆSAR Occident. Richardus Anglus. Tigurinæ vrbis status. Illustris Mariæ Brabantinæ tragicus interitus. Fundatio cœnobiolis, zum Eck. Vicus Dornhaim, vel Dornhan.

CAPVT XI.

Manfredi cum Papa actiones.

ANno 1254. Manfredo ita belle se ad voluntatem Papæ Innocentii, qui ei antea infestus fuerat, accommodante: hic tanto illius studio subnixus, in Apulia, & illis locis, rem benè gerebat, tutoribus Cunradi expulsis. Verum non multò pòst idem Manfredus, obortis cum Pontifice discordiis (scribente Nauclero) Nuceriæ copias parare, bellumq; contra Ecclesiam gerere, constituit. Nec segnius etiam Pontifex, contra se parabat: de vniuersoq; Regno subigendo cogitabat: quod forte & successisset ei: nisi mors postea interueniens, conata perficiendi facultatem abscidisset.

VVilhelmus, XXVIII. Cæsar Occidentis.

Conrado Cæsare ita defuncto, vt dictum est: VVilhelmus, XXVIII. Rex Rom. iam solus domi-

dominabatur, forte adhuc biennium. Tunc enim à Phrisijs interfectus fuit: cuius mortem filius Florentius vltus est.

Pontifex Innocentius Neapoli obijt 7. idus Decemb. cui substitutus eodem 1254. anno est Alexander 4. qui Ecelinum, interfectorem LX. fratrum minorum, & aliorum plurimorum fidelium (vt Siffridus ait) pro hæretico cum omnibus fautoribus ipsius condemnauit. Idem Claram, Francisci Seraphici Doctoris sororem, Sanctis adscripsit. P. Innocentij mors. S. Clara.

Anno 1255. Manfredus, assumptis ad exercitum suum Saracenis, Foggiam (quæ Pandulpho olim Ecana fuit) contendit: quòd Innocentius omnes ferè copias suas ibi reliquerat: ne Neapolitanos, qui illis non indigebant grauaret. Eas de improuiso ille adortus, cecidit, fugauit, magnum numerum cepit. Deinde Regnum perlustrauit quasi tutor absentis Cunradini nepotis: & omnia loca, quocunq; venit, occupauit. Nouus Pont. Alexander, relicto prosè Octauiano Hubaldino Cardinale contra Manfredum, Anagniam profectus est: vbi sacris eidem interdixit: nouoq; exercitui conscribendo operam dedit. Octauianus, vt viribus longè inferior, Neapoli se tenebat. Manfredus autem, vt Regno potiretur vniuerso, subornauit quosdam Germanos: qui lugubri habitu aduenirent, tanquam mortuo Cunradino: & ipse quoq; luctum simulauit: exequiasq; illi funebres per totum Regnum, magna cũ pompa celebrandas curauit. Non multò pòst, luctu posito, Regiam vestem sumpsit: se coronari, ac pro Rege salutari, voluit. Antoninus verò Cunradini mortem hac ratione vulgatam fuisse scribit: quod Manfredus in Germaniam quosdam de suis miserit: qui Cunradinum nomine suo amanter inuiserent, salutarent, confecturas seu bellaria quædam preciosa donarent: quibus sc. puer auidè voratis, veneno eorum periret. Matrem verò, prudentiâ non carentem, de filij salute sollicitam, legatis ostendisse non Cunradinum: sed alium eiusdem ætatis, preciosis vestibus indutum, puerum Quo, illa saccarea fraude sublato: Legatos ad Manfredum reuersos, mortem Cunradini renuntiasse. Manfredus autem hac ratione Rex Siciliarum factus: thesauros quoq; & pecunias Maiorum suorum, quæ in arce Panhormitana conseruabantur, obtinuit: nec non ex Africa Saracenos, sui muniendi causâ conduxit: licet Apostolicus Legatus, præcipuis eius Ducibus pecunia à Manfredo corruptis (cùm & ipse ex Gibelinæ factionis fauente familia esset) parũ ei formidandus esset. Quibus è rebus creuit existimatio Manfredi: nec ei iam aliquis resistere audebat. Quin & Senenses, cæterisq; Tusciæ Gibelinis, auxiliares copias misit: & fœdus cum Venetis fecit: sed ita, vt tantùm aduersus Genuates eis auxilio esset. Ita factum est, vt Octauianus Legatus, re parum feliciter gesta, anno 1260. Neapolin reliquerit, Curâ Regni abiecta. Manfredus, à P. Alexandro excommunicatus. Cunradini morte simulata, Siciliense Regnum occupat. Insidiæ eius in Cunradinum.

Eodem 1255. anno, Guilielmus R. Rom. confirmauit Bebenhusanis sua priuilegia. Datum in Hamerstein 8. Cal. April. Indict. 13.

Habuit idem Rex conuentum hoc anno VVormaciæ, Principum, & Legatorum ex ciuitatibus. Quodam autem die, cùm vxor eius (Elisabeta Saxonica) ex eadem vrbe ad castrum Trifelsium, non procul Landaugiâ, cum honesto Comitatu pergeret: capta est ab Hermanno, milite de castro Rieberg, & Comite de VValdeck, & quibusdam alijs: atq; ad idem castellum est perducta. Ibi aliquandiu captiua detenta, deinde omnibus suis ornamentis spoliata, abire permissa est, ad Regis & patriæ dedecus: vt à Trit. scribitur. Imperatrici captiuitas. Rieberg.

Balinga, Sueuiæ vicus, iura ciuitatis accepit: ac sic oppidum est factum. Herm. Ædit. Balinga op.

DE PARTHENONE Stainhaimensi, vulgò Mariæ vallis, Martenthal.

Situm id est itinere vnius horæ ab oppido VVirtembergensi Marpacho, Supra ianuam eius (vbi vir & mulier stantes sustinent Monasterium) scriptum est, ad dextram: Anno M. CC. LV. seminarium cœnobium. Stainhaimense

Das Hauß/das ich beger zu bawen/ist groß. Dann groß ist vnser Gott. Ad sinistram: Das Hauß ich deinem Namen gebawet hab: Auff daß du im Himmel hörest jr Gebett.

Inter illas stantes personas, scriptum:

Domus, quam ædificare cupio, magna est. Magnus enim est Deus noster.
Domus, quam ædificaui nomini tuo, magna est: vt exaudias preces eorum.

Sequentia, in pariete prope ianuam, intranti ad sinistram:

Anno Domini M. CCCC. LXXVIII. Sein die Reformierer in kommen/auff den nechsten tag nach S. Veit/deß H. Mårterers: vnd haben 14. Personen gefunden in vnserm Closter/also genandt. Anna von Helffenstein/Priorin/&c. Reformatio illius.

In tabula quadam Templi.

Anno Domini M. CC. LV. obijt generosus Baro de ... secundus maritus Dominæ Elisabetæ de Balckenstain (pro, Blanckenstein) quorum animæ requiescant in pace.

Huius cœnobij 1590. anno præfectus erat Iacobus Reinhardus: & filius eius, Ioannes Iacobus, V. I. D. Assessor Cameræ Cæsariæ, Spiræ.

Obijt 1235. in vigil. Nicol. Marquardus de Bernehusen, Canonicus Sindelphingæ, ibi sepultus. In cuius Anniuersario dabantur 20. Solidi.

ALEXANDRI IIII. PRIVILEGIVM, ad Herrenalbense, & omnia Cistertiensis ordinis Monasteria: de Monachis ad ordines sine aliqua examinatione promouendis.

Monachorũ privilegium, ad ordines promouendorum.

Alexander Episcopus seruus seruorũ Dei, dilectis filijs: Abbati Cistertij, eiusq; coabbatibus, & conuentibus vniuersis Cistertiensis ordinis salutem & Apostolicam benedictionem. Meritis sacre nostre religionis inducimur, vt fauoris benigni gratiâ vos iugiter prosequamur, sed in his præcipuè, que noscuntur ad cultum diuini nominis pertinere. Cùm itaq; sicut lecta coram nobis vniuersitatis vestre petitio continebat: Monachi ordinis vestri, ab institutione ipsius soliti sint à Prelatis Ecclesiarum sine aliqua examinatione ad ordines promoueri: nos deuotionis vestre precibus inclinati, vt hoc ipsum circa Monachos eiusdem ordinis (eis duntaxat exceptis, in quibus fuerit notorium crimen, vel enorme corporis vitium) à Prelatis eisdem, perpetuis temporibus obseruetur: auctoritate præsentium duximus statuendum. Nulli ergo omnino hominum liceat, &c. Datum Laterani VIII. idus Decemb. Pontificatus nostri anno primo. Appensa, plumbea bulla: vbi, S. Paulus, S. Petrus. Item, Alexander PP. IIII. vide sup. cap. 4.

Ecelini crudelitas.

Anno 1256. Ecelini, siue Hencelini, mentionem rursus reperio: Paduam ei ereptam esse: cùm cruciata, & plenaria indulgentia, contra ipsius crudelitatem prædicata fuisset. Ab eo interfecta esse plus 12. millia hominum: & socerum Bontrauersum, fame in carcere necatum esse.

Richardus Anglus, Cæsar Occid. 29.

Alphonsus, Castellæ in Hispanijs Rex, electus fuit XXIX. Rex Romanorum. Sed cùm is non veniret in Germaniam RICHARDVS, Dux Cornubiæ, Ioannis Regis Anglorum filius, qui & ipse electus erat, res in diuturniore hoc schismate, vel interregno, aliquas in Germania gessit. Initiò comitatus fuit Principibus Germaniæ, spe lucri, per ciuitates: postea verò, cùm Basileam peruentum esset, ab eis desertus: dicentibus, eum non habere amplius pecunias: propter quas ipsi eum charum habuissent. Ita tandem in patriam redijt, Imperio inutilis.

Tigurum, à Cunradino proscriptum.

Tigurini fœdus habebant cum Vrijs & Suitzijs: quod aliquandiu durauit. Eo postea finito: Cunradinus (vltimus Dux Sueuiæ) libenter Tigurum adiunxisset Sueuiæ Ducatui: quod antehac Imperio fuerat à Friderico Imp. adiunctum. Cùm autem vi non posset: Tigurinos proscripsit. Sed Richardus Rom. Rex, Haganoæ anno 1262. ipsos absoluit: vt vrbe hac ad Imperium pertinente. Stumpf. lib. 6. cap. 16.

Mariæ Brabantinæ interitus, rursus expositus.

Dictum est suprà de Maria, Bauari & Palat. Ducis Ludouici vxore: quomodo capitis diminutionem maximã passa sit. Placet, nunc suo veriore loco plenius dicere ex Auent. Maria hac, cum Siciliæ & Palæstinæ Regina Elisabeta (Conradini Cæs. vidua) habitabat Thonæ VVerdæ. Hæc binas literas, vno annulo, sed diuisa cera, atra & rubra, obsignatas: illas marito absenti, alteras Henrico Ruchoni Decurioni equestri. secreta quædam continentes, miserat: sed errore nuntij, rubra cera munitæ, Ludouico redditæ sunt. Qui, ijs lectis, amatoria tractari suspicatus: confestim paucis comitatus, re dissimulata, nemine salutato, à Rheno, quam maximis potest itineribus, ad vxorem diu noctuq; contendit: subitò & insperatò adest. Mox iracundiâ percitus, nec precib. nec lachrymis sororis Reginæ mouetur: absq; cunctatione coniugem, causâ indicta, adulterij condemnat: securi in arce VVerdeæ percuti iubet. Deinde, veluti conscias, Helicam virginem Prennebergensem cultro confodit: & fœminam admodum nobilem, cuius nomen ignoratur, quam Gynaceo præfecerat, de turri præcipitari iubet. Heu inconsiderata & sanguinaria precipitantia. At nulla nimis de morte hominis cunctatio longa est: vt rectè Poeta Iuuenalis sentit. Proditorem, qui isthac ad ipsum detulerat, primum ferro necauit. Sepulta est (Bruschius teste) VVerdeæ in Monasterij S. Crucis Templo, cum Epitaphio: ANNO DOMINI M. CC. LVI. DECIMAQVINTA CALEND. FEBRVARII, IN CASTRO VVERD OBIIT DOMINA MARIA, DVCISSA BAVARIÆ, FILIA DVCIS DE BRABANT.

Epitaphiũ eius, in VVerdensi Monasterio.

Fyrstenfeldt.

Rucho, re tragica cognita, finibus excessit: literis atq; tabulis vbiq; suam atq; Mariæ innocentiam prædicauit: delatorum scelera atq; flagitia commemorauit. Ludouicus, vt coniugis necem expiaret indignam ac miserandam, Fyrstenfeldium condidit. Cistertiensibus sacris dedicauit. Ibi ipse, cum filijs & vxoribus est situs.

Eodem

Eodem 1256. anno, Eremita quidam & Monachus Salemitanus, vel Salomoniæ villæ, Henricus Finckius, auxilio Berchtoldi Comitis Sanctimontani, fundũ liberaliter conferentis, Monasteriolũ Cistertiense, in honorẽ Ioan. Bapt. & S. Catharinæ, instituit in umbilico montis Sanctorum: quod, Ad angulum vulgò dicitur: in quo semper aliquis Salemitanorum habitare solet. Brusch. Zum Eck/ Monasterium.

Adeigratia (al Eberhardus 2.) Constantiensis Ecclesiæ Episcopus, approbauit 1256. permutationem quandam, tanquam vtriq; parti vtilem: vt scil. Abbas & conuentus Alperspachensis haberet aream, vulgò nominatam Bomgarte, sitã intra muros vici Dornhain: Plebanus verò Dornhainensis possideret possessiones in Cimbern, Thal, & Gundelshusen: quorum redditus XX. solidos Turvingenses ascendebant. Alberto Duce Brunsuicensi, Assenburgum (à cuius nobilibus contumelioſè despectus fuerat) obsidente (quæ obsidio triennium durauit) Gebhardus Archiepiscopus Moguntinus, & Theodoricus Comes Eberstainensis cognatus eius, interim ditionem Alberti Gœtingensem populati sunt. Eos verò pugnâ victos cepit Præfectus ipsius: ac Theodoricus pedibus suspensus, tertio die expirauit. Alperspach. permutatio. Assemburgi obsidio.

BARONES SAXENSES, ET MONAST. FABARIENSE. COMES Dillingensis Hartmannus. Albertus Magnus. Manfredus, Rex Sicilię. Tyranni Ezelini interitus. Mores Sacerdotum his temporibus. Imperio Græco Latinis erepto: primus iam Orientis Imp. MICHAEL PALÆOLOGVS. Florentia & Hetruria, Manfredo subiecta. Cunradini, Ducis Sueuiæ, legatio ad Papam. Nobiles & illustres aliquot Sueui: Tubingenses, Freibergenses, Burgouienses, Ehingeenses, Klingenbergenses, VValdburgenses, Lympurgenses. Mindelhaimensis Cœnobij fundatio.

CAPVT XII.

ANno 1237. viuebant Barones de Saxen, vel Hohensaxen (arce in Rhætia, sub VVerdenbergo sita) Albertus, Henricus, & Vlricus fratres. Fuerunt huius familiæ Barones in Aula Friderici II. gratiosi. Longè pòst, Vlricus Saxensis, cuius Tiguri factus est, cum duabus arcibus: Forstecko in valle Rhenensi, & Byrgla in Turgoia, anno sc. 1488. atq; in bello contra Sueuos gesto (sic ab Heluetijs vocatur bellum: quod Cæsar Maximilianus I. per Sueuiæ fœderatos contra eos gesſit) anno 1499. illis bonam operam nauauit. Stumpf. lib. 10. cap. 29. Saxenses Barones.

De his tribus fratribus, Bruschius in Fabariensi monasterio scribit, in hanc sententiam. Sub Rudolfo à Bernang, eius loci Abbate, veniſſe eò Minoritam quendam, Bertholdum nomine: tempore, quo adhuc vixerit Imp. Frider. II. quem 1250. anno mortuum esſe, suprà didicimus. Hunc Minoritam habuiſſe concionem, contra omnis generis peccata & iniurias atrociſſimam: ac de vindicta Dei in eas certiſſima grauiſſimã. Qua oratione animum Alberti iunioris (de patre eius Alberto, sup. part. 2. lib. 12. cap. 12. dictum est) ita permotum esſe: vt VVartensteinense castrum, quod pater Monasterio iniustè detraxerat, certis quibusdam conditionibus se restituturum pollicere tur. Emisſe igitur Abbatem Rudolphum ab hoc Saxensi Alberto, eiusq; fratrib. Henrico & Vlrico, castrum prædictum L. marcis argenti. Abbate verò, numeratâ iam Baroni Alberto pecunia, possessionẽ arcis petente: Albertum, pœnitudine eius venditæ ductum, se daturũ eam negaſſe: niſi Abbas Aduocatiam quoq; cœnobij, quam se venditurũ dicebat, mercaretur. Coactus itaq; & Aduocatiam emit Abbas 250. argenti Marcis. Ita & castrum, & Aduocatiæ ius, ad Monasterium rediit. His, ita in Augia diuite actis, interfuerunt sequentes teſtes: Conradus & VVernherus de Planschilde. D. Burcardus & Conradus de Zuifelthun. Abbas Rudolfus à Bernang. Henr. de Ballis. VValtherus de VVallis. Henricus & Conradus de VVolfurt. Conradus de Villingen, Monachi Fabarienſes. Domini item, Henricus, Burcardus, & Hermannus, de VValestadt: Magiſter Vlricus de Bernangk, & Vlricus de Sargans, Sacerdotes Henricus de VVildenberg, Hermannus Villicus, Albertus & Ludouicus Schorandus, Goseramus de Ems, Gundelmus Schorandus, Vlricus de Castromuro, Eglolphus de Iuualt, Henricus de Ragusio, milites. Pfeuerer Cloſter. VVartenſtein.

Fridericus autem Imp. contractum hunc approbans: Cœnobium Fabariense denuo ab omni iurisdictione patronatus & Aduocatiæ, ac quibuslibet subiectionis oneribus, exemit: atq; in specialem suam & Imperij perpetuam defensionem suscipiens, imperauit: ne quis aduersus hoc Monasterium posthac quicquam tentaret, aut moliretur, vnquam.

Tempore Interregni (præsertim etiam postea Sueuiæ Ducatu collapso) VVirtembergensium Dominorum opes creuerunt, & gloria: oppidorum quorundam Imperialium quoq; patronatum adeptorum. VVirtembergici Comites.

Obijt 1257. 7. idus Februar. Bertoldus de Nuhusen, Canonicus Sindelfing. Ecclesiæ. Soror

eius Hedewygis obijt 1252 12. Kal. Decemb. Dormiunt ambo in vno huius claustri sepulchro. A quibus Canonici habebant in ciuitate Curiã, possessam tunc à vidua Staimarin, & filio eius. De qua Curia soluebantur 20. Solidi in Anniuersarijs illorũ, Canonicis præsentibus. M. Scr. codice.

Dilling. Comes Hartmannus.

Anno 1258. illud factum est quod sup. lib. 1. ca. 13. prolixius expositum est: quòd scil. Hartmannus, Dillingensis Comes, Vabingæ habitans, socerum suum Ægidium Comitem à Kelmyntz, à Scriba interimendum curauit. Habuit is plures liberos: vt, Hartmannum, Episc. Augustanum, vltimum sui generis: & filias, quarum vnam habuit Comes Helffensteinius: alteram Comes Zollerensis: tertiã, Baro Helenstainius, Vlricus, vt videtur: qui vixit anno 1240. & 1263. Ante ipsum autem, Albertus atq; Gotbertus Helenstainij 1242 &c. Matth. Bappenh.

Albertus Magnus.

Florebant hoc tempore Albertus Magnus Loingensis, siue Lauingensis, Sueuus: & Discipulus eius Thomas Aquinas: ac Bonauentura, de balneo Regio natus. Docuit sacras literas Albertus, & Philosophiam multos annos Parisijs, nec non Coloniæ. Episcopatui Ratisbonensi præfectus, ei post aliquantum temporis renuntiauit: & amore studiorum se Coloniam ad conuentum suum retulit. Fuit ordinis Prædicatorũ. Trit. de Eccles. Scriptorib. Produxit Lauinga (inquit Heroldus) eodem tempore Albertum M. & Giselam, quæ formâ Venerem ipsam repræsentaret: Sibyllamq; aut Velledam (natione Germanam) vaticinijs imitaretur. Equum item, Bucephalo Alexandri præstantiorem. De his, ad annum 1280. plura.

Manfredus, Siciliæ R.

Manfredus, Siciliæ Rex, Diploma dedit Panormi 17. die Aug. 1. Indict. an. 1258. Dum, inquit, Reges Siciliæ, & Imperatores Progenitores nostri, in Panormitana Ecclesia honoris excellentis insignia in vita consueuerunt recipere: & post fata quiescere in Domino dormientes: vbi etiam cœlesti præsidio clarum feliciter suscepimus diadema, &c. Fazell. 1. Decad. 8.

Vrspring. Monasterium.

Cùm an. 1250. à partibus Imp. Friderici deuastatum fuisset cœnobium Sueuiæ Vrspringense: restitutum id 1258. & inde, est: dante Pont. Alexand. priuilegia, tantisper ab illo Monast. vsurpanda: dum CC. marcarum argentum conficeretur. Brusch. VValther. Aduocatus in Louen, obijt.

Anno 1259. exulibus aliquot Mediolanẽsium, ad Ecelinum confugientibus: ipse contra Mediolanenses profectus cum exercitu est. Cui occurrerunt, præter vrbis Petrus & Martinus Turrianus, cum Azzone Estensi, Ferrariensib. Cremonensibus, Mantuanis, ad Cassanum castellum & pontem, mense Septembri. Ibi circumuentus Ecelinus, cùm ferro sibi viam aperire niteretur: sagittam in crure recepit, ac debilitatem corporis sui senilis sensit. Collectis tamen animis, pugnam renouauit: sed. suis profligatis, ipse captus est, & Soncinum ductus, ibiq; mortuus, ætate septuagenarius. Alibi deinde frater eius Albericus, vxor, & quinq; filij, capti sunt: nec non tres filij ipsius Ecelini. Omnes, crudelissimè concisi: & ea familia, eradicata: irascente populo acerbissimè, propter Ecelini in homines crudelitatem 34. annor. quibus Tridentum tenuerat, Patauium, Vicentiam, Feltrium, Taruisium, & alia. Italici Scriptores, Corius & Guazzus.

Ecelini interitus.

Henricus, Comes VVirtembergensis, Aistetensis Episcopus, cùm vtiliter 13. A. præfuisset, Maij 13 è vita decessit.

Stauffeneck.

Fridericus de Stoufneck, decimas in Alpach Adelbergensibus tradidit 1259. Deinde filij eius, Eberhardus Canonicus Constantiensis, & Fridericus, fratres Stoufneccenses, eidem Monasterio bona quædam 1284. dederunt.

Sacerdotum vitia.

Papa Alexander, 3 Kal. Febr. anno sui Pontif. 4. ad Archimystam Iuuauiensem, & cæteros Boiariæ Episc. literas misit: in quibus vehementissimè Sacerdotes accusat: ambitionis, stuprorum, incestus, inscitiæ, negligẽtiæ, auaritiæ, luxus. Conqueritur, obtestatur, minatur. Vos, inquit, Sacerdotes, corruptela atq; communis pernicies Christianæ religionis estis. Populus, vestri non dissimilis, flagitia vestra æmulatur: licentiâ deteriores facti estis: copia rerum vos corrumpit. Per vos nomen Dei malè audit. Deuoratis enim pauperes, exeditis, occiditis. Auent. lib. 7. vbi plura.

Imperiũ Orient. Græci recuperant.

In Oriente, cùm iam diu (Latinis Imperium ibi tenentibus) Interregnum fuisset Græcis: Michael Palæologus (Balduino 2. Imp. ejecto) Imperium Græcis restituit, factus ipse Imperator: à quo ego deinceps Augustos Græcos numerabo. Sit ergo 1. hic: IMP. CÆS. MICHAEL PALÆOLOGVS, P. F. Aug. Annos 24. aut plus.

Michael Palæol. ibi Imp. 1.

PROGENIES PALAEOLOGINA.

1. Præsens Imp. Michael, qui Latinis Imperium eripuit. 1259.
2. Andronicus Imp. 1283.
3. Michael.
4. Andronicus nepos, vel iunior, Imp. 1332.

5. *Ioannes, vel Kalo-Ioannes Imp.1341. Ex eo nati:*
- *Andronicus Imp.*
  - *Ioannes Imp.1418.*
  - *Andronicus, leprosus.*
  - *Theodorus, præses Peloponesi.*
  - *Constantinus Imper. vltimus.1445.*
  - *Demetrius.*
  - *Thomas.*
- *Demetrius.*
- *Emanuel Imper.1388.*
- *Theodorus Porphyrogennetus, Peloponeso Præfectus.*

Tutor Kalo-Ioannis fuerat Ioannes Cantacuzenus: sed rapuerat Imperium sibi. Eius liberi
- *Maior filius N. quem Egnatius Matthæum vocat.*
- *Minor, Emmanuel.*
- *Filia N. nupta Orchani Turcæ.*

Anno 1260. dissensione Florentiæ inter Gibelinos & Guelphos facta: Gibelini expulsi, auxilium aliquod à Rege Manfredo nacti sunt. Coniuncti itaq; hi exules & Alemanni, nec non Senenses, qui à Florentinis obsidebantur: hos, eruptione facta, 4. die Septemb. apud amnem Arbiam (in quit Florentiæ Archiepiscopus Antoninus part. 3. Histor. Tit. 19. ca. 7.) prælio superarunt: tribus millibus eorum occisis, quatuor millibus captis, castris direptis. Ita Florentina vrbs (vt & sequenti tempore, tota ferè Hetruria) Manfredo fuit subiecta: multiq; Florentini profugerunt. Florentia, Manfredo subiecta.

Venerunt circa hoc tempus Oratores à Cunradino Sueuo ad Pont. Alexandrum: & conspiratio quædam inita est aduersus Manfredū. Tum Lucenses, exulesq; Florentini, legatos miserunt ad Cunradinum: qui erant Simo Donatus, & Bonacursus Adimar, equites. Qui cum peruenissent in Alemanniam: viderunt eum adhuc in puerili ætate, necdum ad res gerendas aptum. Itaq; reuersi sunt, cum spe quidem magna, sed rebus vacui. Idem Antonini eiusdem Tit. cap. 8. Cunradini legatio ad Papam.

Rudolphus, Comes Palat. Tubingens. factus est Aduocatus siue patronus canonicorum, qui Syndelfingæ viuebant. Decerpsit de prouentu eorum annuo: sed quotannis sex marcas argenti rependit. Syndelfing. Collegij Aduocatus.

Viuebat hoc 1260. anno, D. Henricus à Friberg, eques auratus. Vxor eius, Angelbergensis erat in Matzenses. Ex qua familia quidam Angelbergam venientes, eam obtinuerunt: vt D. Conradus, & D. Ioannes, Matzenseßij in Angelberga. Freibergensis nobilitas.

Est hæc antiquæ nobilitatis de Freiberg gens, diuisa in plura genera, pro diuersitate locorum. Sup. part. 2. lib. 6. cap. 7.

1. *Eisenbergenses & Steißlingenses.*
2. *Kirchainenses, Angelbergenses, VVolfsbergenses.*
3. *Achstetenses. Achstetæ, castellum inter Vlmam & Biberacum, ternis vtring; horis.*
4. *Aschauienses & Muetingenses, stellam in Insignibus habentes: cateri verò, antiqui, vitellos nouem: recentiores autem, tres. Lib. M. Scr.*

Obijt hoc anno (Scriptore Lazio) Henricus, Marchio Burgouiæ. Floruit ú circa annum Domini 1218. Genuit duos filios: Henricum, Marchionem Burgouiæ: & Cunradum, Comitem de Schelcklingen. Duas item filias: Adelhaidem, Comitú VVerdenbergens. Rudolphi coniugem: & Agnetem, Vdalrici Montefortij Comitú vxorem: Augustæ sepultam ad S. Catherinam, ann. 1263 Soror Henrici Berchta (al. Agnes) Berchtoldo à Neiffen. Comiti Maurstettensi, nupta fuit: mater Eulaliæ, quæ nupsit Ernesto I. Marescalco Calatino & Pappenhaimio. Vide part. 2. lib. 11. c. 1. Adelhaidis extant literæ. Burgouiæ Marchio.

In nomine Domini. Quia temporalia cũ tempore variantur: ideo ego Adelhaidis, Comitissa de VVerdenberg, auctoritate & consensu Domini mariti mei, Comitis de VVerdenberg, molendinum situm in Sunthaim, &c. Vt omnia & singula, inconuulsa maneant ipsis: Henricum, Marchionem de Burgavv iuniorem, fratruelem meum: Dominum Henricum de Hochstet: & Dominum Hiltebrandum, Marescalcum de Biberbach, &c. Adelhaida VVerdenbergensis. ” ” ”

Idem Lazius, Burggrauios annotat ab Ebingeo & Burtebach: ex quibus floruisse ann. 1260. Ottonem ait: prognatis duobus filijs, Ioanne & Friderico, quorum prior citetur in literis de anno M.CC.XCVI. ab Hiltebrando, Marescalco Pappenhaimio. Ex Friderico natus est Vdalricus: qui circa 1330. annum vixit: cum fratribus Cunrado & Henrico, ac sorore Elisabeta de Schvveimis. Cunrado nati sunt ex Sophia Emershouensi, Fridericus, Henricus, Vdalricus Præpositus Augustanus: & Agnes, vxor Bruntolphi de Pfershaim. Henricus genuit ex Elisabeta Pfershaimia Henricum, & Præpositum Augustanum Fridericum, & Decanum August. Vlricum. Henricus minor procreauit ex Margareta Haidorffia Vdalricum: & Henricum, canonicum Augustanum: ac Bernhardum, ordinis Teutonicorum Commendatorem. Filia, Vrsula Vdalrico de Rhot, Bar- Ebingenses. Pfershaim.

Klingenberg. bara Cunrado à Reischach, & Elisabeta Georgio à Liechtenavv, nuptæ fuerunt. Reliqua, apud Laz. Vdalrici de Schænavv filiam Margaretam, Vdalricus de Klingenberg vxorem circ. annum 1260. habuit. Idem.

VValdpurg. VVinterstetten. Eodem tempore florebant, Eberhardus de VValdpurg, Cæsareus Dapifer: & Henricus atq; Conradus Schenckij de VVinterstetten.

Nobilium ex Helvetia expulsio. Eodē 1260. anno Helvetij primùm expulerunt à se nobiles: cuius rei antehac mentio facta est.

LYMPVRGENSIS DOMINI inficiatio quædam.

Lympurgensis Vlricus. Vniversis Christi fidelibus præsentem paginam inspecturis, vel inspicientibus, V. dictus de Limpurg, Imperialis aulæ pincerna. salutis æternitatem. Vniversis Ecclesiæ filijs, tā præsentibus, « quàm futuris, desidero notificatū: quòd licet multis iam temporibus, prædium claustralium Dominorum de Lorch, curtim scil. in Bartenbach iure aduocatorio, sub stipendio vnius modij auenæ, &

Bartenbach. « vnius pulli carnipriuialis, possederim: nunquam tamen Aduocatiam ipsam, contra licitum occupa-
« ui: nec vnquam cuiquam hominum (quod nec facere debui, nec iure potui) à potestate mea alienan-
« do, vel pignoris, vel venditionis, aut Pheodi, nomine deputaui. Vt autem tam præsentis, quàm fu-
« turi seculi filij, super præscriptis plenius valeant certificari: ad instantiam Dominorum prædicto-
« rum, hanc tuíti literam conscribi: sub sigilli mei munimine inuiolabiliter & perpetuò duraturam.
« Scripta sunt autem hæc anno Dominicæ incarnationis M. CC. LX. Abbate Vlrico Ecclesiam Laureacensem feliciter gubernante.

Mindelheim. Monasterium. Fundatum est circ. 1260. Christi (teste Brusch. in M. Scr.) Mindelheimense cœnobium, in vico Berderno vv (olim, VVilhelmitarum ordinis: nunc verò, Canonicorum Regularium S. Augustini) à nobili & strenuo viro Schvvighardo, vel Schvviggero, à Mindelberg, seniore, equite aurato: & eius coniuge Domina Elisabeta, Baronissa de Aicham, Translatum verò est in oppidum Minúelhaimum, anno 1263. à Suiggero secundo, nobili de Mindelberg: & eius vxore prima, Hedovvige. Reformatum est 1490. sub præclaro heroe, Vlrico de Frundsperg, equite aurato, clypei S. Georgij supremo Duce. Vide part. 3. lib. 9. cap. 1. Sepulti sunt in eo egregij viri. Henricus à Mindelberg, eques: cum vxore, D. Anna Comite VVerdenbergensi: & Suiggerus iunior (familiæ huius de Mindelberg, non procul à Mindelhaimo, in arce nunc disiecta Mindelberg habitantis, vltimus) cum vxoribus, Hedovvige, & Catharina à Friberg: primi fundatoris Suiggeri, ambo filij. Sepultura ibi etiam nobilium Mangoldorum est. Mindelhaimi etiam sunt insignia monumenta Ducum Teccensium, & nobilium à Rechperg, ac Dominorum de Frundsperg, vel Fronsperg.

Prædicat. Monast. Argentinæ. Dedicata est 1260. anno, Ecclesia fratrum Prædicatorum Argentinæ. Ibi hodie Academia est bene de nobis merita.

MANFREDI ET VRBANI IIII. P. INTER SE ODIVM. DISSIDIVM

Halæ Sueuorum, propter proiecturas vinariarum cellarum. Nobilium catalogus, qui Halæ & extrà habitarunt. Aureorum insolatio. Diuitis Gœtzij Bachenstainij ἀσωτία. Sementis, Rusticis ablata per ministros nobilium. Atzman exustio magica hominis. Fœminæ Calanticis bicornes. Nobilis Vnmuessij homicidium. Insignia & arces nobilium. Excellentia Alberti Magni. VValtheri Episcopi & Argentinensi ciuile bellum. Ossa gigantea.

CAPVT XIII.

Manfredus Papam Vrbanum 4. infestat. ANno 1261. Alexandro 4. Pont. mortuo successit Vrbanus 4. Campanus Gallus, Kal. Sept. qui postea Festum corporis Christi instituit, indulgentias largiens. Eo tempore Manfredus non quiescens: sed & illatam sibi à Papis iniuriam vlcisci, & imperium augere studens: Saracenos, quos ex Africa euocauerat, vnà cum ijs qui Luceriæ erant, in Latium misit: quod totum ad Frosolonem vsq; percursatū diripuit. Vrbani contrà in Franciam legatio fuit missa: vt crucis signo nungnus vênit crucigerorum exercitus: Guidone Antisiodorensi Episcopo, Richardo Vindecij Comite: & Roberto Flandro, Caroli Adiouini & Narbonensis prouinciæ Comitis genero, Ducibus. Qui per Longobardiam in Latium itidem profecti: Saracenos inde haud difficulter expulerunt. Illi enim cedentes, Gariliano traiecto, ibi se ita communiuerunt: vt à Cruciferis minimè expugnari possent. Antonin. & Collenut.

Papa, cruciatæ prædicatione Gallos contra eum excitat.

Halæ Sueuicæ dissidium propè cellas vinarias. Halæ Sueuorum, quia cellarum vinariarum fornices, siue aditus (die Kællershæls) in plateas prominebant: ideo constitutio quædam à Magistratu eius ciuitatis facta est: quousq;, & nō longius, domorum ædificatio in vicos exporrigenda esset. Itaq; mandatum, vt illi fornices introrsum à plateis re-

reis remouerentur: ne posthac curribus impedimento essent prætereuntibus: neue prospectui ciuium officerent. Huic cõstitutioni maior pars ciuium se opposuit: nec non aliquot, qui non in numero Senatorum erant: disputantes, quousq; ius Magistratus vim haberet. Hinc, crebræ in publico coitiones, & hominum circuli, atq; seditionis metus. Vnde adhuc illis locis prouerbium est: vt, quando duo aliqui in publico colloquuntur: à tertio interueniente interrogati, quid loquãtur: respondeant, se de veteribus cellarum vestibulis loqui. Tandem hoc 1261. an. concursus populi factus est, animo Senatum obruendi, & in ordinem cogendi. Senatus prænonitus se in lapideam curiam (im Steinernhoff) contulit, cum clientibus suis: verbisq; commodis malum à se auertit: donec amici eorum, qui in arcibus circum Halã erant, se interponerent, motumq; sedarent. Quod factũ est concessione: vt quorundam cellæ, ad aliquot annos intactæ manerent: & nõnullorum statutorum relaxatione. Hinc, quorundam nobilium discessio est ex ciuitate facta. Georg. Videman. M. Scr. Germanicâ lingua. Quoniam hoc loco nobilium, qui in vrbe Hala & circùm habitauerunt, mentio incidit: age, ex eodem Auctore commemoremus tales nobiles, nec non arces, quæ ijs in locis antiquitus fuêre: licet, quibus temporibus singula horum scire non possimus.

NOBILES, qui in ciuitate Halensi habitarunt: qui extincti dicuntur.

1. Streckfuessij de Streckburg: in quorum Insignibus erat rubra aquila, cum flauis pedibus, & expassis alis, in campo albo: qualis etiam aquila super galea. *Nobiles in ciuitate Hala.*

2. Eberwveinij. In clypeo sex rubræ, nigræ, & albæ fasciolæ vel Zonulæ (Strich) transuersæ (vberzwerch) in quibus flaua Panthera saltans. Similis dimidiata panthera. galeæ imposita.

3. Dullauuij, Berleri vocati: qui Halæ Præturam gesserunt, seu Sculteti fuerunt. Clypeus, albus: in quo, duæ fasciolæ aut trabeculæ nigræ: in galea, duo cornua: vnum album, alterum nigrum. Viuebant adhuc 1541. d. 10 ex illis: Iacobus Halæ, Georgius F. Tubero Rotenburgi, habitantes.

4. Feldneri, cognomine Geieri. Albus piscis in trabecula vel plagula cærulea transuersa, in campo rubro. In galea, altè fastigiatus inflexus barbaricè ruber pileus (ein roter auffgespitzter vberfültpter Heydẽhut) in quo plumæ nigræ: & ad vtrũq; latus, singuli pisces cũ colorib. qui in clypeo.

5. Steineni. Eadem cum Feldneris Insignia. Forsitan quòd ex eadem familia.

6. Newvenstainij. In planitie alba martulus vel malleus lapidarius ruber (ein roter Steinbickel) in galea verò duæ albæ alæ. Excesserunt Hala 1340. tempore discordiæ.

7. Gleicheri, Lecheri, Schneevvasseri, equestris ordinis. Qui etsi ijdem putantur: tamen diuisim reperiuntur nominati, in discordia Halensi. In campo flauo, quatuor nigræ nauiculæ: in galea, ruber pileus, qualis Feldnerorum. Fundarunt cum præbenda, S. Iodoci fanum Schneevvasseri, in Gelbingera Halæ platea: antequam id suburbium muro fuisset cinctum.

8. Teuvveri, Feuueri dicti. Scutum partim album, partim nigrum: in quo saliens monoceros, contrà, quàm in scuto, niger & albus. Teuvvershosa, vt supra Halam sita, ipsorum fuit. Vltimus eorum, cùm decoxisset: victum sibi Halæ in Hospitali emit; ibiq; obijt.

9. Philippi, Eberhardi, & Conradi: eorundem inter se Insignium: comprehensi sub Eltershosijs, de quibus posterius. Putant quidam, singulos horum sic nominatos: quòd singuli liberos suos, alij Philippos, alij Eberhardos, alij Conrados appellarent: sicut Volckij nobiles Halæ de Roßdorff, sic vocantur: quòd plerumq; liberis suis, Volck: eorum nomen in Baptismo imposuerint. Fuerunt illis superiores, ditissimi: sicut quidã ipsorũ nomine Burcardus (qui adhuc tẽporib. G. Videmanni vixit) ad ludibrium exterorũ aliquot nobilẽ Aureos plurimos in cribro insolauit. Nobilibus enim illis, ciuitati Halensi parũ fauentibus: & nescio quæ, ab ea postulantibus: dies à quibusdam vicinis, controuersiæ componendæ causâ, Halæ constitutus est. Actione tunc ibi inter partes in nouo Senaculo inchoata: Burcardus ille, habitans in curia lapidea cõtra Senaculi salariam domum, seruo suo aliquot Aureorum millia in vase ligneo cum aqua dedit. Qui eos in superiore parte domus, ad ianuam granarij, in conspectu nobilium, lauit: deinde in cribro ad Solem siccandi causâ posuit. Quare è Senaculo conspecta, ad nobiles Aduocati sui dixêre: Prospicite vobis: rem nouam videtis. Tanta ciuium Halensium opes sunt: vt aurum suum, ne muceſcat, lauent & insolent. Poterunt ergo sustinere bellum quantumuis diuturnum. Quin vos à petitione vestra desistitis? Ita nobilitas in transactionem consensit. Hoc, callidi isthius ex Eberhardis nati, Strategema fuit: *Aureorum insolatio.*

Vltimus eorũ, Caspar erat Eberhardus: qui capiebat quotannis plus 10. ccc. Aureos ex reditibus. Vxorem autẽ habebat ex familia Senfftiorũ perparcam: ipse contrà, admodũ profusè viuens, inter compotores. Ideo illa nõ plus ei nummorũ dabat, quàm quanti esset mensura vini, in prytaneum ascendenti conuiuandi causâ. Ea propter cæteris ipse nobilibus risui erat. Attamen tugali suæ *Senfftia parca.*

superstes, siccum guttur sufficienti postea vino proluit. Obijt anno 1516. Clypeus, ruber & albus, figurâ cochleaticarum domorum quadripertitus, cum contractione vel conjunctione in medio. Super galea, duo alba cornua: inter quæ, ruber acuminatus ethnicus pileus: cui infixæ, plumæ nigræ.

10. *Gabelstainij. Insignia, qualia Bartenavviorum, Kochenstettæ habitantium, & se Stettenses nominantium: nisi quòd in galea non erat muliebris imago: sed tantùm duæ rubræ asciolæ vel securiculæ, 2.* rot Parten.

11. *Bernstainij. Albus lapis molaris, in nigro campo. Sic & in galea.*

12. *Rhotij, Halæ habitantes. Namq; alij Rhotij, extrà ad amnem Rhotum habitabant, Domini, in arcibus Hohenrhot & Oberrhot, hodie dirutis. Quorum Insignia erant, qualia Levvenstainiorum. In Halensium verò Rhotiorum Insignibus, sicuti Vohenstainiorum, planities rubra habebat tres flauas lagenulas: galea verò, duas alas rubras: in quibus, ternæ lagenulæ flauæ.*

13. *Treutvveini. In scuto rubro, album caput Iudæi cum pectore sine brachijs: cum lato pileo Iudaico, & Chorda sub mento. Super galea similiter. Vltimus huius gentis, Halæ habitans, Daniel Treutvveinus fuit: qui reliquit duos filios. Eorum vnus. fuit Eitelius (εὐθάλιος, Euthalius) Doctor Iuris, Canonicus VVormaciæ, præpositus Neubausæ, Decanus Chombergensis, Assessor Cameræ. Alter, Daniel, Præfectus Boxbergensis: cui hoc muneris, perpetuum esse voluit Elector Palat. Ludouicus: eò, quòd is primus Rusticos seditiosos, in Kynigshoferina planitie anno 1525. inuadens, primũ Rusticũ confossum prostrauerat. Strenuus eques, multis in rebus versatus arduis.*

14. *Bachenstainij, duplicis generis. Quidam, cum flauo spatio vel plagula (*mit einem geelen strich*) in obliquum (*vber Eck*) inter glaucum vtrinq; colorem: & in galea, glauco cum vnicorne. sed sine pedibus: quo differebant à Senfftijs. Alteri nuncupabantur Dettingij,* die von Dettingen: *quia Dettingam ad Cocham, cum arce Bachenstainio (iam destructa) habuere: quorum etiam quidam Halam incoluerunt. Clypeus eorum, glaucus: cum flaua plagula vel limbo, deorsum per medium eunte: & cum duobus rubris in galea cornibus.*

15. *Kurtzij. In campo nigro, tres niueæ pilæ: in galea, duæ nigræ alæ, cum pilis itidem niueis: interfidente cane Gallico, quem* Bracken *vocamus, Ex hac familia, quidam nomine Cæsaris Halæ Sculteti seu Prætores fuerunt.*

16. *Petershaimij. In scuto cæruleo, flaua fibula quadrangula (*ein geeler vierecketer Rinck*) cum lilijs ad quatuor angulos. Super galea, duæ glaucæ aleæ, cum eiusdem modi fibulis flauis.*

17. *Zornij. Eadem cum Schneevvasseris Insignia: sed, quod illis flauum, Zornijs album erat: quorum in galeu, quatuor nodi rubri: in quibus, eminentes nigrarum plumarum fasciculi,* schwartze Federbüsche.

18. *Perantiqua nobilis familia: Halæ quondam incolens arcem in monte, nunc S. Michaelis Ecclesiam sustinente: cui familiæ nomen fuit, Nobiles de Hall. Plurium etiam nobilium priscorum Insignia, in Templo Franciscanorum conspiciuntur: sed quæ vetustate multùm obliterata sunt.*

Longè autem pòst, recentiore ad nos tempore, alios Halenses Insignibus Cæsarea Maiestas ornauit, in negotiando versantes: Blanckios, Haugios, Crausios, Colleros, Hussios, Samvvaldos, VVerneros, VVetzelios, Feuchteros, Gambachios, Feirabendios, Schnurnelinos, Schutteros.

Nobiles extra Halam. Ad fl. Kocher.

NOBILES, qui extra ciuitatem Halensem habitabant: qui nec ipsi, nec arces ipsorum omnes, extant.

I. AD AMNEM Kocham, suprà incipiendo.

1. *Oetendorffij. Arcis huius deuastatæ trientem habuerunt anno 1342. nobiles Mylleri ab Aspach. deinde, Spiessij: quorum vltimus, Henricus 75. annorum, obijt 1549. pridie Omnium Sanctorum: sepultus Chombergæ in Capella S. Ioannis. Qui cùm sepeliretur: repertum est cadauer adhuc integrum, serica veste amictum, in arca lignea: quod ex libro mortuali (Salbuch) Abbas reperit: fuisse Erckingeri, ex familia Feldnerorum, C. L. annis antè mortui. Insignia Oetendorffiorum. Scuti partes, duæ albæ, tres glaucæ. In galea, duo cornua iisdem coloribus.*

2. *Buchornij.*
3. *Hirsfeldij.*
4. *Bretzingingenses.*
5. *Hessenthalij.*

Vestigia harum arcium, non longè à Cocha.

6. *VVestenij. Comites de VVesten olim habitarunt, vbi nunc Ecclesia VVestæ est.*
7. *Vohensteinij.*
8. *Santzenbachij. Huius arcis incolam, ciuem Halæ esse oportet. Eberhardus Horneccius*

anno

anno 1541. tenebat: qui Abbatissam Gnadenthalensem, vxorem duxit, genere Nothafftinam. Postea, Ebreri adepti sunt.

9. Michelfeldij. Non amplius sunt. Etiam hic incola, ciuis Halensis.

10. Dullavv, domus aquatica, extans. Inde Dullavvenses, aliàs Halæ, aliàs Dullavvæ.

11. Stainvvagij. Hi in arce Stainvvaga habitarũt: vbi nunc fanũ Steinvvagæ sub Chõbergo est.

12. Cohenburg, arx olim Cohenburgensium nobilium: pro qua, nunc Chombergense Monast. est.

13. Lympurgum: cui nomen liberi hi Barones, non arx hæc ipsis, dedisse feruntur. Nomen ipsi habere perhibentur ab alia arce eiusdem nominis, infra Francofordiam sita. Lympurgum.

14. Gotvvoltzhausij, dicti Guldini. Habitabant in colle, vbi Ecclesia nunc est. Alij quidam, ad Cocham vel Cochenam sub Hala, in domo aquatica: quæ nunc Hospitalis molendinum est. Priores, ex arce Gotvvoltzhausia ædificarunt Parochialem S. Georgij Ecclesiam.

15. Nevvenburgij. Nunc diruta arx supra Gelbingam.

16. Getersburg. Geierorum erat. Vidua quædam Geierina, cuidam Feldnero nupta, filium peperit. Viro autem mortuo: sub Hala ad Cochenam in querceto prope Gelbingam, non procul à veteribus ruinis, monti paruum castellum imposuit: egenis hominibus, vt vitam in magna difficultate annonæ tolerarent, mercede conductis. Id castellum, Geierspurgum dictum est: in quo illius Geierinæ filius diu vixit: posterisq; diu mansit nomen Geierorum. Conantibus autem Halensibus istam ædificationem impedire, quòd Cæsaris Rom. priuilegia haberent: ne quis intra milliare arcem ædificaret circa Halam: tamen interuentu bonorum virorum res transacta est: ædificatioq; processit: sed ita, vt Halensibus ad omnem posteritatem pateat ingressus in id castellum: literis eâ re confirmata. Geierspurg.

17. Munchij, qui & Schifflatij vel Scheffachij: in quorum Insignibus, duo fului leones in naui rubra erant, inter se auersi: nauis in campo albo: in medio nauis, remus. In galea, duæ albæ arundines, cum quatuor nigrarum plumarum scapis. Ad hanc Muncensem gentem peruênit matrimonio arx Geierspurgum, de qua modò dictum est. Vltimo verò Munckiorum mortuo, nomine Vlrico: ipsa Comitibus Hohenlohensibus cessit, vt eorum feudum. Moriturus autem hic Vlricus, accersebat Sacerdotem. Quo venire cunctante, ipse dixit: Ah non venit Sacerdos: Veni tu Deus. Ita misericordiâ Dei sola per Christum confisus, expirauit: atq; cum eo, & scutum & galea (vt fieri solet in postremo familiæ extincto) fuerunt sepulta: bonis eius partim ad Hohenlohenses, partim ad Chombergenses, quorum feuda erant, recidentibus. Dicuntur primò Scheffaiæ, vel Scheffavvæ, habitasse: postea, in pagum Munckam migrasse: nomen q; cum sede mutasse. Munchij Vlrici obitu.

Tempore autem nostro, aquatica domus est Munckæ: à Melchiore Senfftio ædificata: cùm 1512. dissensione ciuium exorta, ipse Hala emigrauisset: quam domum antea propriam, postea Hohenlohensibus feudum fecerat. Possedit eandem domum inde frater eius Philippus. Deinde, ad Raucherdos ipsa vênit. Pagi pars, Halensium est pars Hohenlohensium.

18. Erlach arx, quæ Eltershoferiorum fuit. Mutatum est nomen propter sedem. Nam eadem habent Erlachij cum Eltershoferis Insignia.

19. Gailenkirchij. Nomen suum cum sede mutarunt: cùm tamen iisdem præditi sint Insignibus, quibus Stetenses: albo scil. pisce, in cæruleus limbis vel strijs, in blawen Strichen.

20. Sulmaisteri, à Sulburgo: quæ fuit vetus arx prope Obermuncam. Horum erat præcipua auctoritas: qui Halæ elocabant quotannis elixationem Salis. Halæ quoq; ex parte habitarunt, in lapidea iuxta Ioannis pontem domo. Eorũ vnus, nomine Valtherus, matutinæ Missæ ad S. Ioan. fundator fuit. Sulburgum conflagrauit (nec instauratum est) cùm olim quidam Sulmaisterus, venatu domum è pluuia reuersus, vestes suas ad fornacem per noctem siccandi causâ suspendisset, totâ familia somno sepulta. In Insignibus, 2. blaw/vnd 2. gecl Spickel/ (inquit Videmannus. Puto, esse 2. Pyramidatos limbos obliquos) in galea verò, 2. glaucæ alæ: cum singulis flauis limbis vel trabeculis transuersis, gelben Strichen vber;werch. Ex hac gente supersunt hodie honestissima nobilium de Sulburg Senfftiorum familia. Quorum clypeum glaucum, transit flauus limbus vel plagula: à dextra parte clypei inferiore, ad sinistrum summum obliquè ascendens. Galeæ insistit monoceros glaucus pedibus anterioribus proiectis: cum limbo itidem flauo: à tergo ad medium facies, & principium cæruleicornu, ascendente. Sulmaisteri. Senfftij Sulburgenses.

21. Hagij. Vetus familia equestris. In eorum Insignibus, quatuor nigræ nauiculæ in planitie flauæ super galea, pileus ruber barbaricus cum nigris plumis: sicut Gleicherorum & Feldnerorum: quibus coniuncti erant. Habitabant Halæ & Hagæ: quarum arcium fundamenta tantùm, postea relicta.

22. Enslin-

22. *Enslingij, vel Enslingenses. Hi arcem Burckenslingam habitabant: non longè sitam ab Eschenthala, sicut muri veteres indicio sunt. Habitabant & Hurdelbachum prope Tungenthalam, & Bilera Ittorffam. Eorum cognomina, pro locis diuersa fuerunt. Vnus ipsorũ, Nicolaus de Hurdelbach, Tungenthalæ sepultus, interfuit ipse, & quidam de sancto Monte 1415. Concilio Constantiensi, nomine Halensis Reipublicæ. Vltimus eiusdem familiæ, 1534. obijt: in symposio, vt ferebatur, militum interfectus.*

23. *Braunspachij. Huius generis & Kuntzelsaij sunt: quod quidam eorum, Kuntzelsaium incoluêre. Braunspachium etiam Gœleri habuerunt: deinde, Spießij: tum, Krailshaimij. Henricus Spießius 1541. eam arcem habitabat: qui Halâ 1534. propter abrogationem Papisticæ Missæ exceßerat. Postea eum possedit ipsam Albertus Krailshaimius.*

Bachij Dettingensis prodigalitas.

24. *Bachenstainij: qui Dettingæ habitabant, vt antehac dictum est. Quidam etiam eorum (Gœtzius nomine, nisi fallor) Halæ degebat: diues Bachius Dettingensis nominatus: quippe amplius tricies mille florenorum rem habens. Is vrbe Hala exceßit: illasq; opes omnes, per luxuriam, ebrietatem, & crapulam, turpiter prodegit & obliguriuit: fideli ad eam rem operâ vsus Canonici cuiusdam Stutgardiani, sibi Archimagiri:* Das war ein schädlicher Küchenmeister. *Nam iecuscu-lis etiam luciorum, siue luporum piscium, aliisq; preciosis delicijs, epulas comparabat. Cùm iam egestate ac fame premeretur Bachius: mediastinus in balneis, tergorum frictor, factus est. Tandem miseria victus, ab Halensibus alimonium in Xenodochio petijt: sed repulsam tulit. Ita in summa*

Cicada Æsopi.

paupertate atq; contemptu obijt: sicut Æsopica cicada: quæ æstate cùm continenter cecinisset, formicis interim grana colligentibus hyeme, cùm ab eis cibum petijsset, saltare iussa est. Meminerint ignaui & profusi adolescentes. Vltimus Bachenstainiorum, fuit honoratus vir: vxoris Palatini Ludouici Haidelbergæ Magister Curiæ, ibiq; defunctus est.

Enninga. Septemfratrum sacellum.

25. *Enningenses, Eisenhuti dicti,* ἀπὸ τῶν ὀνόματος. *Insignia, Cærulea galea in albo campo. Sic & super galea. Enningæ arcis fossæ tantùm adhuc ad Cochã conspiciuntur. Infra eam sacellũ fuit septem fratrum aut sororũ* zu den sieben Geschwisterigten (*nunc Enninga dictum*) *fortè, quòd dedicatũ fuerit S. Felicitati, & 7. eius filijs. Contrà Agricolæ dicebant: se ex parentibus suis audiuisse: nobilem viduam in illa arce habitasse, cum 7. liberis: cum quibus descenderit singulis dominicis diebus in id sacellum: & magnam in pauperes beneficẽtiam exercuerit. Inde loco nomen hoc extitisse. Illâ matrona mortua, liberos idem feciße. Rusticos homines magnam ipsorum humanitatem sensisse. Eos ibi sepultos esse. Quod sacellum, bello Rusticano euersum fuit.*

26. *Stettenses. Tenuêre Kochenstettam. Eis demortuis, alij successerunt, se quoq; Stettios appellãtes. Sed in scuto habẽt rubro tres albas securiculas* (drey weiß Parten) *antea Partenouuij dicti.*

27. *Schauuenbergij. Aliquando Cæsaream Præturam* (das Keyserlich Schultheissen Ampt) *in vrbe Hala gesserunt.*

28. *Feldneri. Habitarunt non solùm Halæ: sed etiam in quadam aquatica Vndermunecæ domo: quæ collapsa est postea. Fuerunt in hac stirpe multi equites. Vnde amœnus ibi horti fons, adhuc nuncupatur Equitum fons,* der Ritterbrunn.

29. *Eltershofij: quorum fuit etiam arx Newenburg apud Gelbingam (vnde & Newenburgij dicti) quam frater fratri exußisse fertur: ex cuius lapidibus sacellum & parochium* (das Pfarrhauß) *Gelbingæ ædificatum est. Quibusdam huius familiæ nomen fuit Philippis: alijs, Conradis: nonnullis, Eberhardis: de quibus suprà scriptum est.*

30. *Euverhausij. Horũ quidam Halæ & Vndermunckæ incoluerunt. Postremus Niderhallæ obijt. Fuerunt & alij, qui ad Cochã olim habitarunt (nunc alij habitant) vt, Muri: vt Sieberi, quorum vnus fuit Chombergi Abbas: vt, Pfeildorffij, aliquando arcẽ Michelfeld habitantes: vt, Bernstainij vel Mylstainij. Omnes, intra vnum milliare Alemannicum à ciuitate Halensi habitantes.*

II. AD AMNEM BILERAM, & circùm, Halensis regionis nobiles: qui necipsi, nec eorum arces, supersunt.

Nobiles ad fl. Bileram.

Bilerrhietenses Barones.

1. *Antequam Hala facta esset ciuitas Imperialis: Barones quidã ad Bileram erant, de Bilerrhiet nominati: cuius arcis rudera supra Kreffelbachum iacent. Ibi habitarunt ipsi: & beneficium erat, seu feudum, Bohemiæ: cùm ea adhuc Ducatus esset. Fuerunt Archimagiri Imp. Rom. Quorũ Insignia in cera, erat facies cum pectore* (ein Brustbild) *inter duas columnas. Color ignoratur. Extincti illis Archimagiris: arx Bilerrhieta, in loco edito sita, in manus prædonũ vênit. qui Oratoribus*

Raptores seminium.

semina, quæ in saccis ad conserendos agros vehebant, eripiebant. Eam arcem cùm ciuis quidã Halensis emisset: in Senatum eius ciuitatis accersitus est: & sub religione iurisiurandi interrogatus,

quanti

quanti illam emisset. Quod cùm indicasset: precium ei restitutum est: & arx, vasculo puluerù tormentarij subiecto, disiecta: vt ne amplius latrocinijs & prædationibus seruiret. Sic nimirum agricolis consulendum est, vt ab iniuria tuti sint. Ipsi enim frumento nos alunt.

2. Kotzbubelij, suprà ad Bileram: quorũ Insignia erant hæc. In planitie alba, πρότομὴ, vel caput & pectus, canis flacci (eines Brackens) sine pedib. linea rubra per id pectus descendẽte. Similiter, in galea. Eorũ quidam fundauit capellaniã in Kotzbubel: se in dotatione, ciuẽ Halensem scribens.

3. Newenburgij, Ohausij vel Hohausij, & Buchij cognomento Klingenfelsij. Eadem, his Insignia: leo niger, rugienti similis: caudam inter duos posteriores pedes traijciens, in campo flauo. Sic & in galea. Huius familiæ fuit vigesimus Chombergensis Abbas, nempe Ohausensis.

4. Hohenstainij. Ad Bileram, vbi Otterbach in eã influit. In planitie alba, aquila expassis alis: in longũ partim rubra, partim glauca: diuaricatis pedibus in duos aureos globos insistens: quomodo & in galea. Dixit mihi (inquit 1553. salutis VVidemannus) olim quidã ætate longè prouectus, ante 40. an mortuus, Rusticus cui nomen erat, Senex Berchtoldus Græter: in villa Iechsrodo, nõ longè ab arce Hohenstaino dissita: in qua villa ipse, & Maiores eius, 200. annos habitauerant) se hoc audiuisse à patre suo, quod sequitur. Eo, nempe patre, adolescente: quando equos aratores ductabat in agro proscindẽdo: frequentes fuisse nobilium in illam arcẽ equitationes. Quando igitur pater suus auenam in agrum seminãdi causâ vexisset: diffudisse eam hinc inde in minores aceruulos, & saccos abscondisse. Nisi enim hoc fecisset: nobiles in arcem itantes & èxeuntes: si auenã in saccis vidissent: coacturos fuisse Agricolam, tollere eos in equos ipsorum: vt eâ auena suos equos in arce pascerent. *Seminum conseruatio contra raptores nobiles.*

Idẽ Græterus (inquit VVidemannus) alijq; item Rustici illorũ locorum, mihi dixerunt. Cuiusdam mulieris, ex Bauaria oriundæ, filium, vini vectorẽ fuisse: hoc vitæ genere, sibi & matri alimoniam cõparantem. Eum (vt & alijs acciderit) bis captum in illam arcem ductum, atq; bis pecunia à matre redemptũ fuisse. Cùm etiam tertiò captus esset (èx ea namq; arce, Bauariæ Principẽ vexari solitũ esse) nec amplius haberet mater pecuniam, qua filium redimeret: sed nec supplicibus precibus quicquam efficeret: eam dixisse ad Hohenstainium. Nõ satis habes, me duplici èxactione ad egestatem redegisse: nisi etiam filium meum in carcere, ad mortem putrefacias? Experierùs, quid factura sim. Vredinem aut tabem eiusmodi tibi comparabo (ein solchen Atzman) qua consumaris, priusquam filius meus putrescat. Irrisa est à nobili, & abijt. Postridie, cùm ipse cũ alijs nobilibus in ponte consabularetur subitò exclamauisse: Hei mihi: Saga ista me exurit. Missoq; itaq; celeriter ministro in cœnobium Chombergense: sibi viatico sacro prouidisse: ac postero die animam efflauisse. Ita Chombergæ ante veterem domum capitularem esse humatum. Non videtur is, postremus sui generis fuisse: sed alius aliquis Hohenstainius: præsidente Chombergi Abbate Velbergensis familiæ Erenfrido, circa 1421. annum. *Tabe, vel vredine, à muliere cõsumptus, nobilis raptor. Atzman.*

5. Newbrunneri: & è regione Hohenstatenses, quos illi se perhibebant. Quatuor limbi vel trabeculæ, in scuto: & pars serti per eos transuersè. In galea, duæ alæ cum limbis & sertis, sicut in scuto. In cera: & ideo de colore nõ constat. Eorum autem sedes iuxta Hohenstainum erat, trans Bileram: vbi adhuc gemina fossa videtur. Adelmanni quoq; Newbrunnam habuerunt.

Olim quidam Hohenstainius nobilis, tempore Bacchanalium alios nobiles, in hac arce sua conuiuas habuit. Hi post cœnam laruis tecti, cũ vxorib. suis, quæ de more illorum temporũ bicornibus velatæ calanticis erant (mit zweyen Spitzen gehüllet) in arcem Neubrunnam (al. Gerhartsbrunnam. Quæ ambæ arces, nunc destructæ) transierunt. Ibi cum comessati essent, & choreas duxissent: in reuertendo, molendinum, quod infra arcem, ad Bileram erat, cũ fistula parua intrarunt. vt cum rusticis puellis, quæ inibi cum colu lucubrantes sedebant, animi causa saltarent. Puellæ autem, visis illis personatis viris, ac bicornibus mulieribus, trepidæ diffugerunt. Nobiles etiam fœminæ, cũ viris Hohenstainum ascendentes redierunt. Postridie fabulam illæ ancillæ sparsêre populo: noctu è fluuio Bilera nixas, vel aquatiles fœminas (Wasserfräwlein) adse, in hypocaustlo pensum ducẽtes, ingressas esse. Se autem metu diffugientibus: illas etiam esse egressas & in gurgitem amnis se conijcientes, ita vt sonitus exaudiretur, simul euanuisse. Hinc gurges illius molẽdini etiamnum nixarum hypocaustum (der Wasserfrawen Stuben) appellatur. Sic olim cum Domini Lympurgenses, in sylua quadã iuxta villam VVintzenVveileram, non procul oppido Gailendorffio, ob apros venandũ versarentur: nobilibus q; fœminis, quas secũ eduxerant, ignem iuxta quandã terræ fissurã, calefaciendi causâ feciss ent: duo agricolæ eas cũ bifurcis calanticis fortè conspicati, dixerũt villarũ illius loci Rusticis: se vidisse sylueſtres mulieres ad ignẽ ibi sedentes. Vnde pars eа sylua (ad Chombergæ cœnobium pertinens) adhuc vocatur Hamadryadũ hybernaculum: der Holtzfrawen (al. Waldfrawen) Stuben. *Bacchanalibus bicornes fœminæ.*

Als-

6. *Altorff & Hurrelbach. In clypeo, pars dimidia in longum, rubra: altera in transuersum, binis albis & cæruleis limbis distincta. Cornua galeæ, rubro, albo, & cæruleo, interstincta. Horum vnus Ecclesiam Altorffiam fundauit. Nicolaus Hurrelbach, Tungenthalæ est humatus: qui ab Halensibus missus fuerat ad concilium Constantiense.*

7. *Aspachij. Planities scuti, diuisa bifariam in longum: vbi quiddam album (Asp dictum Germanicè: populus alba, opinor) in nigro: & vicissim nigrum, in albo. Horum vltimus Halæ habitans, accessionem adiunxit ad S. Mariæ sacellum, ad portam. Multas elegantes tabulas, in Schuppachiano S. Ioannis fano, & alibi, fecit.*

8. *Scheffach, Schifflavv, Scheffavv. Insignia eadem, quæ Munckiorum. Vnterscheffach, à Bauaris Ducibus exustum: quòd inde damnis affecti essent.*

9. *Rainvvoltsberg, aliquando Rainhartsberg dictum. Castellum, in vertice montis situm supra vineas, post pagum Reinsperg. Vltimus, Halam incoluit. Aream concessit in Scheffavv vico: domui Sacerdotis, matutino tempore missificantis, ædificandæ. Scripsit se, Ioannem de Reinsperg. In scuto cereo, malleus erectus, coloris nescio cuius.*

10. *Hoppfah, in colle Reinspergum versus. Albus riuus, in cærulea planitie, sicut Brunorum. Nam vna familia fuit. Conradus eques domum, quam in vico Tungenthala habebat, in parochium mutauit: & bona quædam Hoppfachij sita,* das Reupengut *nominata, ad anniuersarium sibi Tungenthalæ agendum diem contulit.*

11. *Alteni de Altenberg. Insignia cerea, qualia Schlætziorum. Clypei pars vna in lõgitudinem: rubra: altera verò flaua: transeunte tigno (*Sparr*) albo in rubro campo, nigro in flauo. In galea, duo cornua: coloribus & tignis similiter, vt scutum, diuisis.*

12. *Vnmueßij de Altenhusen. In scuto, & in cornibus galeæ, color flauus & niger, inuicem quadripertitus,* in einander quartiert

13. *Ebervveinij. Paucis annis ante vrbicum bellum (circa 1448. Christi susceptum gestumq;) inter quendam Vnmueßium Altenhusensem, & Ebervveinium quendam, contentio inter ludendum orta est. Idcirco Vnmueßius iste, sciens, Ebervveinum solere noctu post cænam comessatum ad Sodales Halæ ire: per ostium mœnium, vbi riuus Schuppachius (nondum tunc, vt posterius fornice vel aquæductu inclusus, sed apertè fluens) in vrbem illabitur, irrepsit alteriq; iuxta domum eius (quam sequenti tempore Rinderbachij habitarunt) insidiatus est: eoq; in loco, vbi pòst S. Georgij ara, in Schuppachiano sacello facta est, interfecit: atque rursus per idem ostium erepsit. Cæde autem patefacta: Halenses arcem aquaticam Altenhusen occuparunt: &, percussore in Bohemiam elapso, combusserunt. Post longam rei tractationem, tandem ita transactum est: vt Vnmueßius, in loco cædis factæ ædificaret sacellum: beneficiumq; seu præbendam sub nomine S. Georgij conderet: nec intra duo milliaria circa Hallam habitaret. Vulgo vocatur,* die vnmüssig Capell. *Cùm autem anno 1464. à quibusdam Scholasticis, omni die Sabbati tò Salue, in eo sacrario caneretur: concursus hominum eò, tanquã ad S. Mariam, factus est: & multa pecunia atq; cera, ibi collecta. Inde Templum pulchrum Schuppachiam, ad honorem S. Schuppachiæ Mariæ, anno 1484 exædificatum. Frater autem Vnmueßij, cædis illius purus, de parte sua combustæ Altenhusæ, transactione quadam pacatus est. Ipse deinde casam rusticam Altenhusæ habitans, vbi postea chortes Altenhusanæ: non multò pòst à fratre vxoris suæ, propter ancillam domesticam vxori prælatam, in horreo confossus est: & Halæ in Franciscano Monasterio sepultus. Itaq; hoc genus interijt: & Altenhusa ad Bachenstainios transijt: Postea verò, emptione ad Xenodochium seu Hospitale Halensium vênit.*

Vnmueßij homicidium.

14. *Feinovv, Feinaij: quise etiam Bilrhietenses nominabant. Melchiori enim Senfftio literas fuisse scribit VVidemannus, in quibus scriptum sit:* Von Veinaw / genandt zu Bilriet. *Esse quoq; eadem vtrisq; Insignia: nempe in scuto albo, tres rubras rosas: in medio, ex transuerso, viridem trabeculam vel Zonam. In galea, Cycnum album, alis dispessis, pedibus & rostro rubris.*

15. *Lamparteri de Ramspach. Vetusta fuit hæc & bona familia (inquit sibi à nobili sene, Danielle Trautvveino dictum esse VVidemannus) olim ex Longobardia in hanc regionem migrans, & ex illa nomen habens. In scuto rubro, tres albi pisces: super galea, duæ rubræ alæ: in quibus, terni pisces albi. Inierunt coniugia cum Michelfeldijs & Feinovvijs.*

16. *Michelfeldij. Affinitatẽ contraxêre cũ Lamparteris, Bilrhietensibus, & Feinovvijs: atq; in regione, vbi non multis ante annis ruinæ Ramspachij fuêre, nidum posuerunt: Lamparteriq; de Ramspach nominati sunt. Ex posteris ipsorum, quidam se in Aulam Bohemi Regis contulerunt.*

Ex quibus

Ex quibus Rudingerus Lamparter, ducta ex illo Gynæceo virgine: cum ea se in castello aquatico Rãspachiano collocauit. Natus est ex eis filius Berchtoldus: qui in pueritia vtroq; parẽte orbatus: bello postea ciuitatum exorto: Ramspachoq; spoliato & combusto, nec exinde instaurato: ad eam paupertatem redactus fuit: vt & ipse, & sui, coacti sint ad stiuam ire, & agros more Rusticorum colere. Ait VVidemannus, se illius Berchtoldi filium filiamque vidisse. Habitasse Tungenthalæ, ibiq; sepultum esse. Fuit Rudingero illi soror, virgo Agnes de Ramspach appellata: quæ vico Tungenthalæ, planitiem Lobenvvasen, inter Tungenthalam & Ramspachum sitam, publicè vel communiter vtendam (zu einer Allmut) tradidit. Ramspachius, pauper ex diuite.

17. Eltershofij: de quibus antehac duobus locis dictum est: positis eorum Insignibus: vbi de Philippis, Eberhardis, & Conradis, egimus. Fuit diues & honorata, hæc prosapia: possedit arcem quoq; Baldernam: & ab ea se nominauit. Postremum eorum, suprà habuimus Casparem Eberhardum, Halæ habitantem. Quibus autem post ipsum est nomen Eltershofijs: hi à Cæsare Insignia ipsius obtinuerunt antea Nagelij dicti. Reliquerant in dissidio ciuium (circa 1509. puto) Halam: & arcem Eltershofam habuerant. Eam Senfftijs vendiderunt: & Melchior Senfftius, anno 1540. Senatui Halensi dedit 3. millibus florenorum. Eam post id tempus Fyrdereri nacti sunt.

18. Schvvelbrunnij. Hi dicti sunt Hæfneri de Vndersunthaim: propter rubram in albo clypeo, & in galea, ollam. Vltimus eorum occisus est in via, inter Elvvangum & Dinckelsbyhelam: vbi lapidea crux statuta fuit, eiq; Schvvelbrunn incisum.

19. Santzenbachij. Vltimus huius stirpis, Sifridus à Santzenbach sororem suam Annam Craftoni de Haimberg, Myntzmeister dicto, maritauit. Inde arx Santzenbachum Haimbergensibus vênit. Hæc mulier sacellum & præbendam Santzenbachi, anno 1382. fundauit. Dicitur, Hos coniuges in Testamento suo mandasse: vt, ipsis mortuis, & arx & pagus Santzenbach, cum bonis eò pertinentibus, in cœnobium fœmininum, & velut hospitale pauperum virginum nobilium, conuerteretur. Cur id ad effectum non peruenerit, nescitur: hoc tamen perhibetur, parum felices postea loci incolas fuisse: donec is in thermas mutatus sit ferinas.

20. Streckfueßij & Streckeburgij. Quodam tempore posteriorem partem arcis Velbergæ tenuerunt.

Alij præterea Nobiles, olim vel Halæ, vel circùm, habitantes.

Bunningi, Braunij, Herboti, Boleri, Ernesti, Negeri, Colmanni, Hagendornij, Lattingeri, Osevveinij, Stoltzij, Schmaltreuvvij, Treuliebij Laurij, Raumenrockij, Eschvveinij, VVeckriedij, Sindringeri, VVinterstaineri, Nordlingeri, Bopfingeri.

Ita Sueuicam Halam multa quondam nobilitas ornauit: adeoq; Hala, sedes nobilitatis erat: vt de hodiernis taceatur, quos aliquando & ipsos aliquis celebrabit. Transierunt familiæ iam cõmemoratæ: & memoria ferè abolita est. Generatio præterit, & generatio aduenit: inquit Ecclesiast. c. 1. Hala, quondam sedes nobilium.

INSIGNIVM RATIO.

Olim, qui in militiam ibat (teste eodem VVidemanno) gestabat primò clypeum ferreum expolitum: aut ligneum, libro seu cortice betulaceo albo obductum, qui glutine & vsu flauescebat. Purus erat talis clypeus, vel scutum: id est, nulla in eo imago, seu pictura: priusquam possessor eius aliquid fortiter & laudabiliter pro Repub. fecisset. Tunc pro cõditione viri & facti, dabantur clypeo inscribenda Insignia: sicut apud Romanos, variæ coronæ. Forti in hostem (exempli causâ) dabatur leo, & cornua in galea: defensori fœmineæ pudicitiæ, monoceros: tutori Ecclesiarum, albus color, propter probitatem: & ruber, propter ardentem erga Deum & homines charitatem: alæ in galea, propter prudentiam & sapientiam. Sed hodie non habetur ita diligens ratio horum discriminum: sicut olim, quando prouerbium erat: Ein Edelmann mag vor Mittag zu Acker gehen: Vnd nach Mittag im Turnier reiten. Licet nobili, ante meridiem manu sua semen in agro spargere: sed à meridie cataphractum, hastâ cum aduersario, in ludo equestri concurrere. Ad hæredes transmittuntur Insignia: vt excitentur ad imitandas patrum suorum virtutes: non autem, vt inani nobilitatis ingeneratæ nomine tumeant. Clypei, olim puri. Insignium origo.

CASTELLORVM seu arcium ædificatio.

Arces à priscis nobilibus ædificatæ sunt, tuendæ communis libertatis & gloriæ patriæ causâ, contra exteros hostes (præsertim antiquis temporibus contra Romanos: cùm Imperij magnitudine & maiestate elati, etiam Sueuiam, & reliquam Germaniam, subigere armis niterentur) ideoq; in altis montibus, aut alijs locis opportunis, locatæ sunt arces. Postea, Diabolicæ auaritiæ instinctu, inde prædationes, aliæq; iniuriæ, in ipsos incolas, & homines innocentes, factæ sunt. Contra autem Arces, cur antiquitus ædificatæ. Earum abusus.

Equestres ludi. talia flagitia, laudati illi equestres ludi, qui Torneamenta vocantur (quorum & multos hactenus annotauimus, & posthac annotabimus) instituti sunt: vt essent tanquam examen scholasticum nobilium: vbi quisq; iustitiæ suæ, fortitudinis, sobrietatis, castitatis, cæterarumq; laudabilium virtutum (quæ verè nobiles faciunt homines) specimen daret.

Causæ familiarum nobilium, & arcium plurimarum, extinctarum atq; destructarum.

Arces & familiæ, cur deletæ. 1. Hominum impietas: Deum non timentium, nec emolumentum Reipub. procurantium: neque viduas & pupillos defendentium: nec rebus laudabilibus studentium: sed ferociâ, superbia, belluatione, auaritia, impuritate morum, contraria quæq; facientium.

2. Arcium abusus: quæ præda faciendæ, & rapinis, inseruierunt. Ideo ab Imperatoribus, aut ciuitatibus, deiectæ.

3. Familiæ impietate, luxuria, vitijs alijs, ad egestatẽ delapsæ, arces sartas tectas seruare nõ poterãt.

4. Ipsis deniq; familijs extinctis: arces & castella non pauca, collapsa sunt, neminẽ sui curatorem habentia. Satis hæc sint de nobilibus Halæ, & circa Halam, dicta. Addamus adhuc quædam alia huius 1261. anni, præsenti capiti conuenientia.

De Alberto Magno. Albertus Magnus annum Ratisbonensi Episcopatu functus est (Auent. test.) quo exacto, tædio occupationum vltrò cessit: & ad philosophiam ac literas redijt. Diploma eius.

Frater Albertus, miseratione diuina Ecclesiæ Ratisbonensis Episcopus, refert de visitatione Monachorum Metæ: vt Herimannus inferioris Altaichij fecit. Datum Ratisbonæ M. CC. LXI. octauo Kal. Martij.

Frater Albertus, miseratione diuina Ratisbon. Ecclesiæ Episc. Parochis, Decanis, Vicarijs decimarum, quæ noualia pendunt: tertiam partem Herimanno, Altaichij inferioris Antistiti, ob officia hospitalitatis tribuit. Datum Ratisbonæ, Pontificatus die primo.

Ortum esse Auentinus scribit in Sueuia clarissimis crepundijs, in agro Laupingensi, ex Regulis Bolstadensibus. Laudes ei amplissimas tribuit: vt naturæ secundum Aristotelem verissimo interpreti: qui aliorum etiam philosophorum dogmata calluerit: &, quicquid in Græcis, latinis, Hebræis, Arabicis, Ægyptijs philosophis, egregium fuerit, perscrutatus sit.

Augiæ Diues. Diuitis Augiæ Abbas Burcardus, postquam præfuit annos 6. hoc 1261. anno resignauit munus Episcopo Constantiensi Eberhardo. Qui cùm ipse sibi retinere vellet, vnà cum Episcopatu suo: effecit tantum Sangallensis Abbas Bernhardus Romæ apud Papam: vt id Episcopo ademptum, Sangallensi Monacho Alberto, Baroni Ramstainio, committeretur. Brusch.

Constant. in Synadelphingen. Ecclesiarum, Conradus de Bernhusen, Præpositus erat: Sed Hainr. de Meschilche, Rector Ecclesiæ in Ahe, & Ecclesiæ S. Martini in Sindelphingen Canonicus: qui librum de rebus Collegij huius, illius consensu conscripsit 1261 in Maio. Quem librum vidi, Archigrammatei ibi Leonhardi Gaisseri benignitate, viri studentis & humanissimi.

Geroldiseccius VValther, Argentin. Episc. Abbatum Magnificentia. Eodem 1261. an VValtherus, Baro de alto Geroldiseck eis Rhenum, consecratus est Episc. Argentoratens. ab Archiepisc. Moguntinensi VVernhero. Illũ Argentinam ingressum pompa maxime insigni Cal. Febr. comitatus est Sangallensis Abbas Bertholdus à Falckenstein, mille instructissimis contra omnem vim equitibus: & Abbas Maurbacensis Alsata, quingentorũ equitum comitatu. Postridie, Festo purificationis D. Mariæ, cantauit VValtherus primã Missam: præsentib. ijsdẽ Abbatibus: nec nõ Principibus, Comitib. Baronibus, plurimis. Gessit funestũ sibi & Episcopatui bellũ, à Treuerensi Archiepisc. & Abbatib. quibusdã aduersus, per biennium, cum vrbe Argentinensi: euocato prius ex ea vniuerso clero suo: priuãdo ciues Sacramentis, & consolatione ægrotorũ.

Bellum VValtheri cum Argentinensibus infelix. Sed ipsi aliunde tres ad se vocarunt Sacerdotes. Post multos & varios cõflictus, ingenti tandẽ prælio, 4. Feria post Reminiscere, ad superiorem Husbergam (pagũ non ita longè ab illa vrbe.) Episc. victus est: licet ita strenuè sua manu pugnasset: vt duobus sub eo equis suffossis, in tertium insiliret. Amisit LX. nobiles, & inter eos Hermannũ fratrem: capti sunt LXXVI. nobiles: vincti laqueis: quos in ciues secum attulerant: ac Dormitorio summi Templi inclusi sunt. Vnde cùm euasuri mox fuissent, ferrus clàm ad ipsos missus: Episc. cũ præsens Richardo Rom. Regi, præsentib. Argentoratensium Legatis, dixisset, transactionem recusans, suos breui liberatum iri: effecit ipse, vt forex, imprudenti indicio suo: vt ab Argentoratensibus re diligentius considerata, conatus captiuorum deprehenderetur: ipsiq; deinde arctius asseruarentur. Videns itaq; Episcopus, quantũ malorum se autore accidisset: dolore extinctus est 1263. anno: & captiui pactionibus dimissi: canonicique cum ciuitate in gratiam restituti. Perierat ex illo prælio, vnus solus Argentinensis ciuis, lanius Bilgerinus: qui tantùm captus, à fugiente Episcopo occisus est. Duces ciuium fuêre Nicolaus Zorn, & Reinboldus

Incautus sermo.

boldus Liebenceller. Fœdere vbi coniuncti erant Comites generosi: Rudolphus (postea Rom. Rex) & VValterus de Habspurg: Hartmannus de Kyburg. Conradus de Friburgo, Henr. de Nevvenburgo, postea Basilienſis Epiſcopus. Ita VValterum Epiſcopum, cum felix esse potuisset, ira & pertinacia ſua perdidit. Chronic. Argentorat. M. Scr. & in Paraleipom. Vrſperg. Hedio.

Inuenta ſunt oſſa, quæ videbantur hominum prope caſtrum Hertin, prope Baſileam, longitudinem noſtram XXX. pedibus excedentia. Colmar. Faſt. Oſſa gigantea.

Conflagrauit magna pars Monaſterij Campidonenſis, poſtridie S. Magni, noctu. Bruſch.

DISCIPLINÆ MONASTICÆ, SIVE REGVLÆ, ADVERSARII FRAtricelli, & conuerſi atq; conuerſæ. Kirchaimenſes & Gnadencellenſes Monachæ, ſub inſtitutis S. Auguſtini. Difficile, fœminarum cœnobijs præeſſe. Inſtitutio atq; diſciplina Pfullingenſis Parthenônis.

CAPVT XIIII.

PLura ſunt ad 1261. annum annotanda quæ erunt Monaſterialia.

Extiterunt quidam aduerſarij Regularum Monaſticarum (vt ſcribit frater Felix) in quibuſdam Monaſterijs: qui nominabantur Fratricelli, Beghardi, & Beginæ. Hi perſuadebant multis cœnobijs, vt ſine Regula viuerent. Melius ſic Deo ſeruiri poſſe, per libertatem ſpiritus. Sed magnopere hoc genus hominum oderant cæteri: quibus certa diſciplinæ præſcriptio placebat. Proinde quibuſdam Epiſcopis videbantur demolienda, talia collegia: quibus illa licentia ſtudio eſſet. Fratricelli. Beghardi. Beginæ.

Tunc conuentus Sanctimonialium Kirchenſis cœnobij (de quo ſup. 1. libro, cap. 11. & 15.) ſæpe per Legatos Regulam S. Auguſtini, à Conſtantienſi Epiſcopo petebat. Quo ſemper recuſante: fœminæ impetrarunt eam à Legato Pontificio, Cardinale aurei vexilli (zum güldenen Fahn) Petro: qui Conſtantienſi Præſuli præcepit Papali auctoritate: vt illis Auguſtinianam Regulam daret. Hanc igitur acceperunt anno 1247 cùm nondum eſſet cœnobium Cellægratiæ (de quo ſup. cap. 8.) & poſtea 1267. Bononiæ ordini Prædicatorio incorporata fuêre. Kirchaimenſis παρθενων.

Sic Gratiæcellenſes quoque, quibus antea libertas illa Fratricellana placuerat: cùm iam viderent, ordinem ſuum negligi, quòd nulli Regulæ aſtrictus eſſet: impetrarunt & ipſæ ab Epiſcopo ſuo Conſtantienſi Regulam S. Auguſtini, anno 1252. in qua ipſas deinde Pont. Alexander 4. confirmauit: Prædicatoribusq; commendatæ ſunt, non tamen ordini incorporatæ. Bullam iis ipſis dedit cum multis priuilegijs, hoc 1261. anno. Et Gratiæcellenſes.

Verum enimuerò videntes fœminæ, ordinem ſuum conſiſtere non poſſe: niſi etiam ordini Prædicatorum incorporarentur: ſubdiderunt omnino ſe eius ordinis Magiſtro, in capitulo Mediolani generali, anno 1278. Quod vix factum eſt: Lupenſibus Dominis Romam ad Papam ſcribentibus: & multarum ſalutis causâ animarum hoc vrgentibus. Etiam ipſæ Sanctimoniales ſcribebant ad Rom. Regem Rudolfum, ac Reginam: qui ambo Mediolanum pro illis ad generale capitulum literas dederunt. Tunc Stettenſes quoq; Nonnæ, incorporatæ ſunt: quanquam ſe poſtea rurſum Conſtantienſi Epiſcopo ſubiecerunt. Tardi erant patres ad curandos Parthenônes: propter difficultatem, curas, & moleſtias rei. Ἐπὶ γοῦν τῶν παρθένων ἐπιμελείας (inquit 3. Serm. c. 17. D. Chryſoſtomus) τοσοῦτῳ μεῖζον ἀφέβοντο ὅσῳ πλείω πόνον, τιμιώτερον καὶ βιωτὸν ποιοῦσι τὸν τῶν ἄλλων ἢ ἀγῶνα. Et, ἡ παρθένος ἐπὶ μεῖζον ἀπελήλυθε (tanquam in gymnico certamine ad maiorem virgo luctam ſe exuit, id eſt, maior & difficilior, quàm aliarum fœminarum, virginitatis eſt profeſſio) πόσῳ τὴν αὐλακα φιλοσοφίαν ἐλάττω: πόσῳ τὴν τῶν ἀγγέλων πολιτείαν ἀφῆκε τὴν τῶν ἀνθρώπων. Et, πῶς ὁ τῆς ἀγωσύνης ἐχέφρων ἀνὴρ, πόσῳ μᾶλλον χἠθύνηται, πόσῳ προσελήφυε; πᾶσα πύλη τοιμος, ἢ πᾶν τὸ ἐξοδιάζουσι, πόσῳ πλατύνεται, πόσῳ μᾶλλον ἀνοίγεται, πολλοὶ πόσῳ μᾶλλον τῶν ἀκούντων, ἢ τῆς φύσεως, Maria: id eſt, ὁ τῆς ἐκρυῆς γεγραλισμός, ἢ ὑγρασμός. Ergo διὰ τὴν παρθένον πάντα χόδε τὰ χίλια δεῖ: πόσῳ δεῖ τὰ πάντες οὐσιωτὰ προβαίνειν τῆς οἰκίας; ἐὰν ἀπαρχαιωθῇ τοῦτο πόσῳ ἀνάγκη σε παλαιοῦσθαι περόεσαι. Quam tarditatem patrum ad ſuſcipiendam inſpectionem fœminei cœtus, cùm viderent Moniales cœnobij in Burgundia Clarauallenſis: à Legato Papæ nouam impetrauerunt incorporationem: qui præcepit Prædicatoribus, vel Prouinciali: vt ſidelè & paternam curam illarũ ſuſciperet: viſitando, monendo, hortando, erudiendo, caſtigãdo. Tunc prouincialis ſæpe abſente, cõmendauit Priori ciuitatis Eſſelingenſis, omnia vtiliter ordinans. Ac multis priuilegijs Parthenonem donauit 1287. anno Legatus D. Ioannes, Epiſc. Tuſculanus. Vixerunt itaq; Gratiæcellenſes ſecundum Regulam ſuam diligenter, magna ſeueritate, magna probitatis & religionis exiſtimatione apud omnes, idq; per annos multos. Qualis autem illa Auguſtiniana ipſarum Regula fuerit: dicere non habeo: ſed fortè talia fuêre præcepta, qualia ſororum Pfullingenſium (de quibus ſup. lib. 1. cap. 6.) quæ hoc loco commemorabo. Clarævallenſes Moniales. Prouincialis ſæpe abſente. Fratricellorum, Beghardorum, Beginarum, Kirchaimenſium, Gratiæcellenſium, Monachorum, Monialium cura, difficilis. Et Stettenſes Monachæ. Et Gratiæcellenſes. Prædicatoribus incorporatæ,

Pfullingensis παρθενών.

REGVLA Monacharum cœnobij Pfullingensis, è Germanico M. Scr.

Regula Monacharum.

1. *Sorores semper maneant intra septum Monasterij: nisi incendio, aliave necessitate expellantur. Tunc alio in cœnobio, ibidem conclusæ manento: nec, nisi permissu Romanæ Ecclesiæ, qui huius ordinis curam gerat, potestas eis extra septa sit aliò exeundi. Mortuæ, intra cœnobium sepeliuntor: & aliæ, sed paucæ, à sororibus recipiuntor.*

2. *Nulla recipiatur, quæ anili, aliave simplicitate, Regulam seruare nesciat. Nec Abbatissa recipiat vllam, nisi consensu omnium sororum.*

3. *Quæ recipietur: vanitatibus Mundi renuntiabit: capillo desecto, secularem vestitum deponet. Ei magistra dabitur, à qua Regularem vitam discat. Nec ad actiones Cœnobij admittetur, nisi anno exacto. Tunc si tales fuerint benè instructæ, professionem facient, ad hunc modum.*

Promissio professionem facientis Monialis.

Ich Schwester N. verheiß Gott / vnd der aller seligsten allweg Jungfrawen Marie / dem seligen Franciscken / der seligen Claren / vnnd allen Heiligen / zu leben vnter der Regel: die vnserm Orden geben ist von dem Herrn Bapst Vrbano dem vierdten / alle zeit meins Lebens / in gehorsam / ohn eygenschafft / in Keuschheit / vnd auch vnter der beschliessung: nach dem vnd geordnet ist durch dieselbe Regel. (*cœpit sessio Vrbani 4 anno 1261.*)

Tonsio.

4. *Omnes sorores, certis temporibus tondeantur circum caput vsq; ad aures.* (in Sinnweller weiß biß an die Ohren: ἐπιτρόχαλα, ἕως τῶν ὤτων.) *Quælibet soror, vltra Cilicinum indusium* (härin Hemmet) *& leuidensam siue theristrum* (wifling Kleydt) *potest habere tunicas duas, aut plures (si videatur Abbatissæ) & pallium sub collò confibulatum. Hæ vestes, ex vili, & spiritales personas decente, panno sunto: & pedes tegunto, sine aulico syrmate. Manicæ & mamillare* (das Müder) *exterioris tunicæ conuenientis sint longitudinis & latitudinis. Habeant quoq; capitium sine cappa* (Schäppler on Kappen / oder Gugel) *è vili & religionem decente panno, mediocris longitudinis & latitudinis. Funem pro cingulo gestanto: ricâ vilis panni albi capita honestè tegunto: calyptram nigram* (Μαφόριον) *supra caput habento humeros tegentem: ac decenter calceentur.*

Dormitio in Dormitorio.

5. *Antistita, & sorores omnes, quando valent, in communi Dormitorio cubanto, indutæ & cinctæ: in lectulo singulæ proprio. Abbatissæ lectus in eo loco sit: vnde cæteros lectulos videre possit. Licet cuiq; habere saccum palearum, aut fœni: & paleis refertum, aut lana puluinum. Item, lanea tegumenta. Semper lampas nocte tota in Dormitorio ardeto.*

6. *Cultus diuinus administretur dies noctesq;. Quæ didicêre legere & canere: eæ hæc ipsa peragant ritu Franciscani ordinis* (der mindern Brüder) *sobriè & strenuè. Indoctæ quæ sunt, dicunto: pro precibus matutinis. Pater noster viciesquater: laudibus matutinis, quinquies: horâ diei prima, tertia, sexta, nona, septies in singulis: vesperis, duodecies: & in completorio, septies. Quando item doctæ obeunt officium pro mortuis: indoctæ recitanto pro vesperis orationem Dominicam septies, cum precatione Requiem æternam: ac pro matutinis, duodecies.*

Missæ auditio.

7. *Missam audiunto ex Diacono si quem habent, honesto. Si non habent: ex quolibet alio grauis vitæ presbytero. Pœnitentiam & Sacramenta accipiunto ab illis, quibus ea potestas est consensu Cardinalis cui hic ordo commendatus. Confiteatur soror Presbytero soli, per fenestram locutoriam vel pœnitentiariam. Singulæ ad minimum semel in mense confiteantur. Prægressâ pœnitentia, accipiunto corpus Domini in solennibus maioribus Festis* (zun Hochzeiten) *nempe natali Domini purificationis, adueniente Quadragesima* (annahender Fasten) *Festo Paschatis, Pentecostes, Petri & Pauli, S. Claræ, S. Francisci, & die omnium Sanctorum. Sed si ægrota decumbat soror: Sacerdos accedito albatus, & cum vexillo sacro in manu: comitatus duobus, aut saltem vno, honestis hominibus pneumaticis, allatis & ipsis, aut Choreali tunica indutis. Peractâ pœnitentia, & sacramento dato: confestim egrediuntor, idq; vnà, nõ separatim. Eodem modo se gerunto in commendatione animæ. Sed in exequenda sepultura, ne egreditor cœnobium Sacerdos: sed omnia in templo peragito. Nisi fortasse secus videatur matri & conuentui. Tunc enim modo prædicto ingredi fas est: sorore verò sepulta, extemplo cum comitibus exito.*

Festa maiora.

Discere.

8. *Si quæ sororum sunt ingeniosæ: Magistra eis præficiatur, à qua discant legere, & sacras exercere operationes. Sorores & seruitium, ad honestos labores adiguntor: ne otio, animarum inimico, extinguatur spiritus orandi, & cogitationum sanctarum. Et quoniam omnia debent sororibus esse communia, nec quicquam vllius proprium: sollicitudo, auaritia proprium habendi cupiditas, procul relegantor.*

Silentium virginum.

9. *Silentium omnes inter se tenento: nisi, facultate loquendi petita, res aliter expediri non possit. Quæ cæteris præsunt; loquuntor pro necessitate munerum duntaxat exequendorum moderatè.*

Ægro-

Ægrotante aliqua, & in Festis celebrioribus, loqui licet: sed de Domino Iesu Christo, de Sanctis, alijsque rebus honestis: Magistrâ morum sermones obseruante, ne quid indecorè.

10. Si quis, siue pneumaticus, siue politicus, cuiuscunq; sit dignitatis, collocutionem petat cum aliqua sorore (ist/bitten mit einer auß den Schwestern zu reden) prius id nuntietur Abbatissæ. Cuius permissu soror ad clatratam fenestram accedens, semper alijs duabus comitata sit sororibus, à matre adiunctis: quæ & videant & audiant, quicquid dicatur agaturue. Collocutio sit breuis, nec friuola. Idem & Abbatissa seruet: vt tollatur omnis obtrectandi materia. Man trawet eben den Leuten nicht wol. *Collocutionis petitio.*

11. Omnes sorores (exceptis morbo infirmis) ieiunanto à natiuitate S. Mariæ, vsq; ad resurrectionem Domini: præterquam Dominicis diebus, & natali Domini. Sed à Dominica resurrectionis, vsq; ad natiuitatem Dominæ nostræ, Feriam sextam (diem veneris) ieiunanto. Abstinento carnibus: exceptis ægrotis, & infirmioris naturæ cum consensu Abbatissæ. Licet verò vesci lacte, caseo, ouis: excepto tempore aduentus, vsq; ad natalem Domini: & à Sacerdotum Bacchanalibus vsq; ad Pascha: & omnibus ieiunij diebus, Ecclesia quos constituit. Debilium rationem habere licet Abbatissæ, & iuuencularum atq; anuum: excepto Aduentus die, & feria sexta. Item, triduo excepto Phlebotomiæ sanarum. Nec plus quater in anno phlebotomia permitti debet. *Ieiunium.*

12. Infirmis & ægrotantibus, diligenter cum charitate inseruiendum est: cùm alijs rebus, tum cibis morbo competentibus. Eis peculiaris locus, quietis causâ attribuendus. *AEgrotatio.*

13. Monasterio sit tantummodò vna ianua, eaq; cæca (sine vlla fenestra) nec non altiore in loco, cum scala ad eam: vt post completorij vsq; ad primæ tempus, ea scala subtrahatur. Hanc ianuam custodiat quæpiam pia sororum, & animosa: diligentemq; curam clauium habeat: ne ianua vnquam se ignorante aperiatur. Alteram verò clauem, huic dissimilem, mater seruet. Custodia socia æquè fida iungitor: quæ, si illa impediatur, vices gerat. Ianua nunquam, nisi iustam ob causam, aperta sit, nec incustodita. Interdiu vnâ claue, noctu duabus, clausa. Non quiuis, nec sine causa, intromittatur. Rarissimè conspiciuntor sorores à profanis, vel secularibus. *Ianua cœnobij.*

14. Vertibulum (ein Winde) in exteriori muro factum esto: per quod res vtrò citroq; porrigantur. Id tale sit, ne inuicem se conspicere possint, nec intus soror, nec homo foris stans: nec quisquam per id repere. Intus autem & extrà, valido ostiolo nocte claudendum est. Ad actiones huius vertibuli soror prudens, & quæ honestati Parthenônis studeat, adhibetor. *Vertibulum.*

15. Verùm, quia offeruntur negotia: quæ per ianuam & vertibulum peragi non possunt: esto porta quoq; in loco idoneo, qua res recipiantur maiores. Quibus peractis, mox claudatur: & clausa maneat, validis seris & vectibus: extrà etiam muro firmetur. *Porta.*

16. Sit & conspicilium, siue fenestra locutoria, in loco apto: factum ex ferrea lamina subtilibus cum foraminibus: atq; fortibus clauis ita confixum, vt nunquam aperiatur, intus & extrà. Intus etiam velatum sit nigro panno: vt nec conspiciat soror colloquentem, nec conspiciatur. Nec ibi sermo fiat: nisi tempore, quo non impediantur diuina officia. *Conspicilium.*

17. In muro, qui separat sorores à Templo, sit cataracta ferrea (ein eisener Gatter) ex fortissimis perticis ferreis: foris munita clauis prominentibus ferreis. Aut sit facta ex vna ferrea lamina foraminosa, foris itidem clauata. In eius medio sit fenestella: per quam Sacerdos corpus Domini eis porrigat. Ea fenestella sit aliàs clausa semper ferâ ferrea. At verbi quoq; sacri audiendi causâ, aut ob rem necessariam, nec sine permissu tamen Gubernatricis, aperiri potest. Intus nigro panno cataracta sic veletur, ne sorores videant, quid extrà fiat. *Cataracta ferrea.*

18. Nemo, quicunq; sit, intromittatur in penetralia cœnobij. Nemo ingrediatur, nisi cui potestas fit à sede Romana: aut à Cardinale, cui sorores commendatæ sunt. Excipiuntur Medicus & Anagnostes: qui tamen nec ipsi intromittantur, nisi præsentibus duobus honestis hominib. claustralibus: qui nec ab eis discedant. Excipitur casus incendij, aut magna necessitas: qua depulsa, qui ingressi sunt, cõtinuò iterum exeant. Nemini externo liceat, in Monasterio cibũ capere, aut pernoctare. Si quis tamen Cardinalium veniat: aut generalis minister ordinis Minorum: intromitti in interiora claustri, sed paucis cum comitibus, potest. Sic & alius quispiam Prælatus: cui à Pontifice, aut purpurato patre permissum sit: qui veniat aut consecrandæ sororis, aut alius rei gratiâ. Verùm & hæc rarò fiant. Nulla etiam soror, nisi præsentibus duabus tribus ve sororibus, cum illis loquitor. Non etiam inuitis Abbatissa, & cœtu virginali, ne illis quidem, intra clausrum liceat. Tales autem se, intromissi præbeant: vt ex ipsorum oratione, vestitu, & moribus, velatæ fiant meliores: nec vlla offensioni causa detur. Ab illis denique, qui admitti se petent, Epistola Papæ Cardinalisve exhibetor. *Intromissio hominum.*

Procurator Monasterij.

19. *Vt bona, reditus, & census Cœnobij, rectè administrentur: in omnib. huius ordinis Monasterijs esto Procurator prudens, attentus, fidelis. Hic conducitor & dimittitor ab Abbatissa & collegio. Idem rationes referto acceptorum & expensorum omnium, ipsi matri, & tribus delectis à conuentu sororibus. Idem facere tenetur Visitatori, si is exigat. Nihil de facultatibus cœnobij vendat, permutet, alienet: nisi concessu Rectricis, & virginei Senatus. Aliter omnis contractus fuerit irritus. Paruas dare res potest, permittente Abbatissa. Eum & Visitator summouere potest.*

Abbatissa.

20. *Electio Abbatissæ, penes conuentum sororium esto: sed approbatio, penes Cardinalem, aut cui is mandauerit. Eligitor autem talis, quæ ceteras excellat sanctitate morũ, quibus sorores fiant meliores. Ipsa sit ἀπροσωπολήπτως (nullius personæ respectrix) perfugio & solatio sit afflictis & mœrentibus: visitet humaniter & humiliter sorores: errantes, aut peccantes moneat & castiget: nec temerè tamen quid præcipiat: nec laqueum ponat animæ. Ei totus conuentus, & seruitium omne, obtemperato. Ipsa singulis hebdomadibus in capitulum sorores conuocato: eas officij admoneto: pœnat meritis imponito sed maternas. Consilio quoq; sororum vtatur ad ea: quæ cœnobij vtilitati & honori seruiunt. Ne contrahat æs alienum: sed necessaria tantùm comparet, cum sororum consensu. Rationem etiam reddat singulis quadrantibus anni acceptorum & expensorum, conuentui: aut quatuor sororibus, à conuentu deputatis. Officia quoq; distribuat de consilio conuentus, aut matoris partis consensu. Sigillum conuentus benè custodiat. Literas, quas scribit, conuentui recitet in capitulo: & approbatas, obsignet. Nulla sororum scribat, aut literas accipiat ab Abbatissa non lectas. Ipsa discordias sororum, si quæ incidant, tollat. Soror veniam petat à sorore, quam læsit, statim, antequam munus suum Domino offerat. Soror læsa, benignè condonet. Fugiant omnes inuidiam, iram, superbiam, ambitionem, sollicitudinem, dissentiones, rixas, impuritatem.*

21. *Nulla Abbatissa, nulla soror, vlla de causa veniat ipsa eò, vbi Papa est, nisi potestate data, sub pœna excommunicationis.*

Visitatio cœnobij.

22. *Visitatio fiat Monasterij, ad minimum semel in anno: eaq; per Visitatores, potestatem & modum visitandi à Cardinale nactos: vitæ & morum probitate spectatos. Visitator, talis sit: vt ab eo sorores de bono in melius proficiant. Comitatus sit duob. viris honestis Ecclesiasticis: qui cũ eo semper adsint, nec separentur. Visitator prælegat sororibus Regulam, & interpretetur. Abbatissæ sigillum ei tradat, tum præsertim, cùm abdicatura se est munere suo: quam & ipse dimittere potest: nisi retinenda propter vtilitatem cœnobij videatur. Si qua vitia deprehenderit Vestalium: monito, reprehendito, hortator. Eodem modo, & in Abbatissa. Si quid ipse corrigere non potest: ad suum Superiorem referat. De statu claustri nihil celandus est Visitator: quia hoc esset signum improbitatis: sed ei in omnibus Monasterij rebus obediendum. Quæ secus fecerint sorores: pro dignitate castigantor. Charitatis, & vtilitatis communis, ratio habeatur. Idem Visitator inquirat etiam in capellanum & conuersos, familiamq; reliquam: in quibus emendet & castiget ea, quæ his indigent. Pœnas imponat: quibusdam etiam relegationem. Sed & in alia Monasteria remouere potest. Maturè absoluat visitationem, leuandæ maioris impensæ causâ.*

23. *Vt obseruantiores sitis Regulæ: volumus, eam ab omnib. vestri ordinis cœnobijs teneri: ne sub diuersis magisterijs sitis: cõmendamusq; vos omnes dilecto filio nostro Ioanni S. Nicolai in carcere Tulliano, Euangelico & Cardinali, ac patrono & castigatori ordinis fratrum Minorum: vt huic, & quemcunq; pro tempore Cardinalem huic ordini præfecerimus, obediatis: tanquam Curatori animarum vestrarum, in visitatione & reformatione vestri.*

Recitatio Regulæ.

24. *Ne huius Regulæ obliuiscamini: decimoquinto quoq; die semel vobis recitabitur. Cui si intellexeritis vos obediuisse: gratias Deo misericordi agetis. Si qua animaduertet se peccasse: pœniteat eam, deinceps caueat: veniam oret, & ne amplius posthac tentetur. Ac nemo omnino hominum hanc nostra statuta infringat temerario ausu. Alioqui se in offensionem Dei omnipotentis, indignationemq; Apostolorum Petri ac Pauli, incursurum sciat. Datum in veteri ciuitate Roma, XV. Kal. Septemb. anno Pontificatus nostri tertio. Ergo, anno Domini 1263.*

Ancillæ.

Additum erat de seruitialibus etiam fœminis, vel ancillis. His tunc licebat exire cœnobio, permissu Abbatissæ, ad negotia cœnobij expedienda: sed ita, vt se honestè gererent: nec mundanas, id est, inutiles & nociuas res, renunciarent, quibus corrumperentur sorores: sub comminatione grauis pœnæ. Insecutis tamen temporibus prohibitum est, ne amplius exirent, à Papis Bonifacio 8. & Benedicto 12. quorum ille anno 1296. hic 1336 sedit.

Conuersi. Conuersæ.

Additum & de Conuersis erat: quorum fuit officium, Abbatissæ obedire, nihil proprij habere, castè viuere: vilibus pannis vestiri, sine cucullis: tunicis breuibus & augustarum manicarum. Debebant

bebant tunicæ digitis quatuor à planta pedum abesse. Capellani vel Sacellani tunica, longior. Cingulum vtrorumq; locum cum cultro. Capitium cum cappa supra tunicas, paulò genibus longiores. Capillus in orbem detonsus aduſq; aures, &c. Subiecti erant reformationi Visitatoris.

Hanc Regulam, siue viuendi rationem, Episcopus Ostiensis, Gregorius Papa, Pfullingensibus sororibus dederat: quæ est à Pont. Vrbano confirmata: & ipsarum ordo, nuncupatus, S. Claræ ordo.

Paulus 1. Timoth. 4.

Corporalis exercitatio (etsi omnia debent ordine & rectè fieri, atq; honestè decoreq; viui) ad pauca est vtilis: pietas verò ad omnia; promissionem habens præsentis & futuræ vitæ. Ad Tit. 3. de pietate & iustificatione. Non ex operibus, quæ sunt in iustitia, quæ facimus nos: sed suâ misericordiâ saluos nos Deus facit, per lauacrum regenerationis, &c. Ad Philip. 3. Iustitiam ex fide in Christum, magni facit pius: sed comparatione huius, cætera omnia σκύβαλα. Act. 11. & 1. Cor. 3. Vnus ordo saluandorum est, ipse Christianismus: non Pauli professio, non ipsius Apollò: sed sub horum nomina repere, est carnalem esse: & ad ministros, id est, riuos se conferre fonte neglecto.

CRVCIATA PAPALIS CONTRA R. MANFREDVM. VTRAQVE SIcilia, Carolo Gallo contra ipsum tradita. Richardus, Rom. Interrex, aduersus Conradinum pro Tigurinis. Priuilegium Vlrici, Comitis VVirtemberg. Madelbergensibus datum. Comites Heleſtainij & Dillingenses. Bebenhusana quædam. Dotatio Cœnobij Gnadencellensis. Schuttarus amnis, arx Geroltzecca. Caroli Galli apparatus aduersus Manfredum. Oppidum Mindelheimense. Administratio Mompelgardici comitatus. Oppidi Lindauiensis incrementa.

CAPVT XV.

ANno 1262. Papa Vrbanus, cùm Legatis in Galliam missis, veniam delictorum omnibus nuntiasset: qui sibi contra Manfredum, & Saracenos eius, auxilio essent: magnumq; compauisset exercitum crucifer orum: non tamen efficeret tantum contra illos, quantum vellet: ideo S. Ludouici, Galliarum Regis, fratrem Carolum, Andegauorum Ducem, & Prouinciæ Comitem, excitauit ad sibi opitulandum: deferēdo ei vtriusq; Siciliæ Regno: ita tamen, vt id Carolus suis armis sibi acquireret: se ab Ecclesia habere agnosceret: tributumq; quotannis Pontifici honestum solueret. Itaq; per Cardinalem misit ei harum rerum diploma Quo de negotio, Auent. lib. 7. Crucifer exercitus Papæ, contra Manfredum. Carolo Andegauo, vtraq; Sicilia à Pontifice delata.

Vrbanus IIII. inquit, Gallus genere popularibus suis, quàm Germanis & Sueuis, amicior, Carolo Andium Regulo (quem Imp FRIDERICVS II. Narbonensi Galliæ præfecerat) fratri D. Ludouici, Occidentalis Franciæ Regis, Campaniam, Apuliam, Calabriam, Siciliæq; Regnum, FACILE DE ALIENO LARGITVR: eiq; Mariam, filiam Stephani V. Vngariæ Regis, neptem Belæ IIII. quo opes eius firmaret, despondet. Illa Regna Manfredus, filius Friderici secundi, tutorijs auspicijs administrabat. Cometes tum per aliquot menses visus: ventus prater soliti vehemens syluas, casas, domos, arbores, euertit; mortalibus vniuersis & pecoribus maxima detrimenta intulit. Cometa & Ventus.

Venit quidam impostor anno 1262. (teste Siffrido) cum magno exercitu dicens, se esse Imp. Fridericum. At is duodecimo anno antè mortuus fuerat. Pseudo Fridericus.

Eiusdem anni die Nouemb. 20. Haganoæ Richardus Anglus Rom. Rex, Tigurinos ad Imperium pertinere, literis confirmauit, aduersus Conr. ad. Sueuum: quòd is Ducatui Sueuiæ illos subijcere tentaret. Forte titulo Aduocatiæ (inquit Simler. lib. de Repub. Heluet.) quam olim Alemaniæ Duces, diu in sua potestate habuerunt. Cùm enim Conradinus proscripsisset Tigurinos, libertatem suam tuenter: Rex Imperialib. literis priuilegia ipsorū rata esse voluit: inter alia sic scribens. Richardus, Rom. R. Tigurinos defendit contra Conradinum.

Sanè fideli relatione peruenit ad serenitatis nostræ auditum: quòd Conradinus, olim Conradi Regis filius, qui se Ducem Sueuiæ nominat: eâ non contentus iniuria, quod in vanum sibi gloriam alienam vsurpat: insuper etiam in ciues nostros Thuricenses, in nostro & Imperij nostri gremio speciali collocatos: nec ad Ducatum eundem sed ad Imperium, prout stabiliuit antiquitas, & modernitas approbauit, immediatè spectantes: tanquam subessent memorato Ducatui, proscriptionis de facto, cum nullo penitus iure posset sententiam promulgauit, &c. Data Haganoæ XX. die Nouemb. anno M.CC.LXII. Regni nostri VI. "

Hoc tempore adhuc viuebat Eberhardus I. Comes VVirtembergensis. Item Vlricus, cui arx Achalma oppignerata fuisse perhibetur. Hic Monasterio Adelbergensi (ab Eberspergensibus & Blochingensibus Comitibus quondam fundato) tale priuilegium dedit. Achalmæ oppignoratio.

VVirtemberg. Comitis Vlrici priuilegium, Madelbergensibus datum.

Vlricus, Dei gratiâ (al. D. gratia D. id est, Deigratia dictus, (Gotteesgnad genannt) Comes de VVirtemberg, viris religiosis, & amicis dilectis, Præposito, ac toti cõuentui, de MADELBERG, S. cum sinceræ dilectionis affectu. Cùm vestræ deuotionis orationes, toto mentis affectu promereri cupiamus: dignum valde est, vt etiam preces vestræ, apud nos absq; difficultate debeant exaudiri. Quare vestris supplicationibus annuentes, permittimus vobis, & concedimus de gratia speciali, liberum transitum, curribus, carrucis, & iumentis vestris, per municipium nostrum Schorndorffium. *SCHORNDORF: ac per omnes terminos domini nostri: absoluentes vos ab omni exactione, telouij maioris & minoris: quod cæteri itidem transeuntes, soluere coguntur: quatenus pro nobis Deum oretis: vt det nobis vitam, &c. Datum M. CC. LXII. Ei nuptæ fuit Ducissa Poloniæ Agnes. Corpora vtriusque, Beutelspacho Stutgardiam translata, ibi sita sunt in Templi choro. Vide cap. sequenti.*

BARONVM ALIQVOT Helensteinensium & Haidenhaimensium Genealogia. ex Matth. Bapp.

Helensteinenses Barones.

1. *Degenhardus, Baro Helensteinius, anno 1171.*
2. *Reinhartus, B. H. 1186.*
3. *Vlricus, B. H. senior, 1240. & 1262. vxor N. Comitissa Dillingana.*
4. *Degenhartus, Baro Helenstein. & Haidenhaimius, Canonicus, deinde Episcopus August. 1300. qui obijt 1307. Fratrem habuit Henricum, B. H.*

Dillinga. Augustani Episcopatus.

Hoc 1262. anno (vt apud eundem Bappenhaim. est) Episcopus Augustanus Hartmannus, Dillingam & alia (sup. cap. 10.) dono dedit Episcopatui Augustano, vt suæ gentis vltimus: ex qua natus etiam S. Vlricus, anno 923. eundem Episcopatum gessit.

GENEALOGIA postremorum Dillingensium Comitum: ex quorum fœminea stirpe, Marescalci Bappenhaimij plures.

Dillingenses Comites.

1. *Hartmannus, Comes Dillingens. VVilpurgis Kelmyntzia, Vxor. 1186.*
2. *His nati: Comitissa Helenstainia. Comitissa Zollerina, vel Baronissa Aichamia. Comitissa Helffenstainia, vel Baronissa Stæffelia. Hartmannus, August. Episc. &c.*
3. *Ex Stæffelia modò dicta, nata est Prisca: quam duxit vxorem D. Henricus eques, Marescalcus Imperij Rom. & Ducatus Sueuici.*
4. *Priscæ & Henrici proles:*

Kolupus, Pseudo-Fridericus. Bappenheimum.

1. *Henricus Marescal. eques, 1286. Qui Kolupum impostorem 1285. cepit: atq; in tortura veritatem ab eo expressit. Vixit adhuc 1308. & Bappenhaimi cum vxore sepultus est. Filium reliquit Rudolphum: cui nupta fuit N. de Schiltach.*
2. *Hiltebrandus Marescalcus: quo natus est VVilhelmus: cuius vxor fuit quædam Gutha.*

Eodem 1262. anno, Halæ Sueuicæ degebant nobiles viri, Henricus & Conradus Sulmaisteri: in literis apud Ioannitas ibi citati testes.

Tybing. Monast. Augustinianum.

Tubingæ Monasterium Augustinianum (vbi nunc Stipendium illustre studiosorum est) hoc 1262. anno esse inchoatum, alicubi reperi: etsi longè pòst inceptum esse alibi inueni, nempe 1464. anno: quod fortè de parte tantùm intelligendum est.

Bebenhusensia quædam. Schanbach.

Eodem anno, Ludouicus de Liechtestain miles, omnia bona sua, quæ habuit in vico Altingen, Monachis Bebenhusanis tradidit.

Eodem tempore Sophia, nobilis mulier, permissu viri sui Conradi de Schanbach, & fratris sui Henrici de Rhor, vendidit bona sua, quæ habuit in Bondorff, iisdem Bebenhusanis, CLX. libris Halleñ. Prius tamen resignauit ea ad manus Vlrici, Comitis de VVirtemberg.

LITERAE DONATIONIS Gynæcei Gratiæcellensis.

Gratiæ Cell. donatio.

Wir edlen B. vnd Ebe. von Lüpfen begern allen ansehern diß Briefs/ kundtschafft vndergeschriebner Artickel/ mit dem Heil. Sollen wissen alle jetzt gegenwertig/ vñ nachkommen: daß wir dem Conuent zu Offenhusen/ geben vnd vbergeben haben/ vnser Güter oder besitzung/ an derselben statt gelegen: zu dem Heil der Seelen/ vnser vñ vnser Eltern/ mit gantzer Gerechtigkeit zubesitzen. Vñ wir bekennen/ daß wir nichts geben haben/ noch geben wöllen/ noch auch geben mögen: es sey dann/ daß der ehgenandt Conuent darinn nit Stieffkinder vberkomm. Haben wir zu bewehrung vnd festigung der obgeschriebnen Puncten/ diesen Zettel geben dem offtgenandten Conuent/ mit vnserm Jnsigel bewahrt. Gebẽ bey Rotweil/ freytag nach der Octaf S. Iac. Apost. A. Dni. M. CC. LXII. Römer zal V.

Tunc

Tunc cœnobium augeri cœpit opibus & auctoritate: ac multæ in eo collocatæ sunt nobiles & illustres fœminæ successu temporum. Generosæ Comites Lupfenses 4. Grundelfingenses 8. Quadam Zollerenses, Nissenses, Kirchlingenses. Stœffelenses nobiles, Hochdorffenses, Spatiæ Liechtenstainiæ, Greiffenstainiæ, Grafeneccia, Emerkingenses, Vracenses duæ Truchsæßiæ, Stußlingenses, Fyrstenses, Fribergenses & aliæ. Lupfenses.

Quia suprà dictum est de Geroldi seccensi, Barone VValthero, Argentinensi Episcopo, ab Argentinensibus victo: etiam hæc adijciam hoc loco, antequam aliò veniens obliuiscar, inde non aliena: Est fluuius quidam, nomine SCHVTTERVS. Hic oritur in pede Hercyniæ syluæ prope Schweickhusam, villam Dominorum de Geroltzeck: vbi is fontium copiâ, in eundem alueum post longa interstitia, & diuersos fluxus, confluentium, efficitur. Sic per vallem quæ inde Schutterthala nominatur, delabens supra Larense oppidum finditur: parte oppidum interlabente, parte infra oppidum. Ibi partibus rursum iunctis, ad Offonis cellam seu villam, rapido cursu defertur. Deinde variè se sinuans, propè infamem latrocinijs villam Hundsfeldam in Rhenum exoneratur. Habet Schutterana vallis ad Occidentem, in iugo montis exactè rotundi (vulgò Schintberg) peruetustam & munitissimam arcem, Geroltzeccam: dictam à Geroldo Duce quondã exercitus Suauorum: quibus & priuilegium primorum ordinum in prælio tenendorum, virtute meruisse dicitur. VVitikindum Saxonem occidit: sed in Vngaria bellans, dum exercitum obequitando cohortatur ad virtutem, interfectus est sub Carolo M. non multò antè, quàm is fieret Imperator. Huius arcis Domini facti sunt an. 1262. patroni Schutterano vel Offonio Monasterio, post Dominos Thiersbergios: cùm Henricus à Thiersberg in prælio illo, quo Episcopus VValtherus ab Argentinensibus victus est, occubuisset. Ex Offoniana apud Paulum Volcium cellæ descriptione. Schutter fl. & vallis. Geroltzeck. Lara. Hundsfeld. Thiersberg.

Rudolphus, Dei gratiâ Comes in Tuvvingen, signauit 1262. contractum: quo Cunradus, miles de Magistat eius Ministerialis, dictus Lode, prædium quoddam Magistro Rudolfo, Sindelfing. Canonico, vendidit. Actum Kal. Septembris. Magstat.

Anno 1263. Hermann. Æditt. magnam eclipsin Solis ait factam esse nonis Aug post meridiem. Eclipsis Solis.

In Francia occidentali Carolus, à Pontifice in Italiam contra Manfredum euocatus consilium eius rei cepit cum Ludouico Rege, Robertoq; Artheſiæ, & Arnolfo Piterſi (Gabelc. Pictauiensi) Comitibus fratribus suis. Ac etiam cum vxore sua Beatrice. Hæc, cùm tantùm Comitis (Raimundi Berengerij) vxor esset: tres verò sorores eius, Regibus (Ludouico Gallo, & fratribus duob. Anglis) nuptæ: Regij tituli & ipsa cupida maritum magnopere ad expeditionem hanc suscipiendã hortabatur. Ob eam rem, omnia sua ornamenta (iocalia vocat Antoninus) & gemmas pignori dedit. Fratres item Caroli, & amici, & alij nobiles viri, auxilia sua contulerunt. Vicißim se Manfredus instruxit ac communiuit: triremium XXX circiter classem, apud Genuates & Pisanos comparans: & in Longobardia, Marchionis Palauicini cognati sui operâ pedestrem exercitum conscribens: vt Gallorum in Regnum Neapolitanum transitum, terra marique prohiberet. Beatrix Caroli Andegauensis, ambitiosa. Iocalia. Carolo instructis contra Manfredum. Conradinus, in Bauaria.

Conradinus Sueuus in Boiaria Sueuiaq; apud auunculũ degebat. Extat apud Raitenpuech eius Diploma, sic incipiens: Conradus secundus, Dei fauẽte Clementia, Hierusalem & Siciliæ Rex, Dux Sueuiæ: Conradum, eiusdem fauentis Antistitem, in gregem Sacricolarum recipit. Datum Raitenpuech XI. Kal. Maij, anno Christi M. CC. LXIII. Auent. ” ”

Eodem 1263. anno (3. Munst. 288.) Bidernoiense Monialium Monasterium translatum est per Suigerum, equitem auratum Mindelbergensem, in oppidum Mindelheimum, iuxta Mindelumnem loco admodum amæno situm: quod habet Regalem in propinquo monte arcem: quam cum oppido, tempore nostro Domini tenebant prælati de Freundsberg, siue Fronsperg. Idem Cœnobium postea 1290. anno, ab Henrico Domino Mindelbergensi traditum est in possessionem Augustinensibus Monachis. Bedernoiensis monasterium. Mindelheim.

* Sindelfingæ statutum à Capitulo factum est mense Iunio vt quisquam nouus Canonicus ibi, Cappam ex serico, ad minimum vnius Marcæ faceret.

Eodẽ anno, Frider. & Otho fratres de Nubusen, 2. idus Maij interfecti simul in Nubusen, dormiunt in VVeiler. Libro Sindelfing. VVeiler hoc fœminarũ cœnobiũ, non lõgè ab vrbe Esselinga est. VVeiler cœnobium. Sulmaister.

Halæ Sueuorum viuebat hoc tempore VValterus Sulmaister, eques auratus, Senator Halensis. Item Henricus Sulmaister, Senatorum vnus & ipse.

Anno 1264. Cometa magnus apparuit, manens diutius tres menses: qui ea nocte disparuit, qua Pont. Vrbanus obijt. nempe 6. nonas Octobris. Cui successit nonis Febru. sequentis anni, Clemens 4. Gallicæ & ipse nationis, Sueuico nomini inclemens. Nondum transgressus è Gallia hoc Cometa magnus.

anno

anno fuerat, vt ego existimo, Carolus contra Manfredum: sed Clemente postea magis instigante, expeditio processit.

VVirtemberg. Vlricus. Vrbach. Steten. Mompelgard. Theodoricus. Nouicastrensis Comes.

Vlricus, Comes de VVirtemberg in literis quibusdam ad Adelbergenses, testibus vtitur: Eginone, milite de Stouffen: Bernoldo, milite de Vrbach. Eberhardo, Dapifero de Steten.

Theodoricus, Montis belgardensis Comes, eius nominis secundus (de primo dictu est Part. 2. ad annu Christi 1041.) viuebat hoc tempore. Qui paucis post annis moriens, nulla prole superstite: Comitem de Nouocastro, quod est vltra Dubin: & Dominum de Nouocastro in comitatu Burgundiæ sororios suos, de Montis belgardensi comitatu vter succederet, litigantes reliquit. Sed cum Reginaldus, Hugonis Burgundiæ Comitis filius, Domini de Nouocastro filiam Guilielmam duxisset: soceri sui partes ita stabiliuit: vt eius concessu, comitatus illius iura possessionemq; tandem in se transtulerit. Etsi quidam illam Guilielmam, Theodorici filiam fuisse malunt. Vignier.

VVelser.

Præses Augustensis hoc anno Reipub. erat Sifridus VVelserus. Gassar.

Lindoia, ciuitas Imperialis.

Lindoia (celeberrimum Podamici lacus oppidum) olim Abbatissæ Monasterij, quod ibi est, subiecta erat. Imperium autem Rom. gubernantibus potenter Ducibus Sueuiæ: sub eorũ & Imperij tutelam venit: ac multis propter virtutẽ donata priuilegijs, ius cudendæ quoq; monetæ, & viridem tiliam in albo clypeo pro Insignibus, accepit. In primis autem, cùm die 7. Martij anni 1264. ferè tota conflagrasset (3. Munst. 246.) postea à Comite Rudolpho Habspurgensi, Rom. Rege, priuilegium 1275. aduersus Abbatissæ sententiam obtinuit: vt populus (quod nostro adhuc tempore fit) in singulos annos consulem (ein Bürgermeister) & Prætorem (ein Stattammen) ex patricijs & plebe, suo arbitratu legere posset: qui cum Senatu liberè iurisdictionem exerceret: sed in grauissimis negotijs (vt, religionis, fœderis, aut belli) inconsulto populo toto, & octo Tribunis plebis, nihil ageret: ne scil. tyrannis, aut seditio, existeret: sicut certè anno 1396. extitit: quãdo supplicium de plurimis est sumptum: & patricijs in ordinem coactis, Tribunitia potestas in Senatu prævalere cæpit. Ideo quotannis etiam, die Ioannis Bapt. Magistratuum ibi munia mutari solent.

Krautenses Comites.

Gnadenthala, fœminarum cœnobium, dimidio milliari ab Hala Sueuica, Bernhardini ordinis, à Comitibus Krautensibus 1264. fundatum est. Cuius postrema Monialis, nostro seculo mortua est, genere Ellerichshusia. VVideman.

Sacra pro mortuis.

Sindelfingæ, Crafto de Ihelingen, Canonicus, obijt die Catharinæ. Dormit Bebenhusæ Canonicis præsentibus Solidi 10. soluebatur. Anniuersaria, Canonicis certis præsentibus, sic administrabantur: vt statuta remedia præstarentur, cum processione consueta ad sepulcra: & Vesperis mortuorũ ibidẽ dicendis: ac postridie Vigiliâ decantanda ante Missam pro defunctis: & cum solenni campanarum compulsatione: atq; aliàs cũ deuotione thuris, crucis, & candelarũ. Libro Sindelfing.

A CAROLO GALLO, ET PONT. CLEMENTE, MANFREDVS REX debellatus, atq; occisus. Beuttelspachensis collegij per Vlricum, VVirtemberg. Comitem, fundatio. Natiuitas Eberhardi illustris. Vlrici, Lorchensis Abbatis negotia. Bona Ergazingensia Conradi Herterij. Anarchiæ incommoda. Regenspergius Dominus, Vlricus, à Rudolpho Habspurgio & Tigurinis castigatus. Hirsaugiensis Abbas Ioannes.

CAPVT XVI.

Cometa. Caroli Franci aduentus Romã.

ANno 1265. Cometã ponit Hermannus Ædituus, à festo S. Iacobi vsque ad diẽ S. Michaelis. Carolus Francus, de quo sæpe iam dicimus, validis præmissis, Guidone à Monteforti Duce, transAlpeis copijs: ipse XXX. nauibus longis Massiliâ soluens: per varias hostium insidias, Tyrrhenum mare obseruantium, ad Tiberina ostia incolumis peruênit: ac magno Romæ honore susceptus à Pontifice est: Senatoriaq; dignitate à populo Rom. ornatus. Cum Carolo se Florentini coniunxerunt exules: qui Gibelinis (quorum patronus erat Manfredus) cessérant. Hi à Papa Clemente laudati sunt, Insignibusq; donati: quæ erant, imago rubentis aquilæ (teste Antonino) cærulcum draconem vnguibus prementis: postea à Guelforum optimatibus vsurpata. Quadringentos fuisse Pandulphus ait: quorum Dux fuit Guido Guerra. Papa autem Carolum, & Beatricem eius coniugem, in fano Lateranensi Reges vtriusq; Siciliæ (tanquam habens à Christo, & Petro Paulo q; potestatem Regna Mundi transferendi) coronauit: id Regnum & ipsis, & posteris ipsorum, maribus & fœminis, concedens: sed addita duplici conditione: vnâ, vt singulis annis Romanæ curiæ persolueret XLVIII. Aureorum millia: alterâ, ne vel ipse, vel posterorum eius quisquam, Imperator fieret: quamuis fortè ab Electoribus ad id designatus. His ita peractis: Carolus Rex, ad Regnum occupandũ festinauit: ac Campaniam mox sine difficultate subegit. Venientibus à Manfredo

Coronatio eius, & vxoris Beatricis.

fredo legatiõ de pace, aut saltem inducijs: vtrumq; repudiauit. Non enim se cessaturum priusquam vel Manfredus sese in Paradisum, vel ipse illum ad Inferos, detruderet. Progrediens deinde vlterius, Ceperani pontem transiuit: quamuis teneretur præsidijs Iordani Agnanensis, & Rinaldi Caserani, Comitum. Id factum est proditione & desertione huius posterioris. Pergens Caroli exercitus, cepit Aquinum, Arceum castrum, & oppidum Sangermanum. Manfredus Beneuenti constitit: vt Carolum, Neapolin illac, & in Apuliam iter facturum, arceret: sed is aliâ & difficili via, Beneuentum ipse quoq; accessit. *Asseruatur pace, quam Manfredus petebat.*

Tum Manfredo visum est, pugnare cum hoste: antequam is se ex itineris lassitudine recreasset. At facilius victisset: si tempus ducendo in Commeatus & pabuli inopiam eos adduxisset: copiasq; suas, in diuersis Regni locis distributas, in vnum coegisset.

——— ——— Ἀλλὰ οἱ ἤδη
ἆγχι παρεστήκει θάνατος, καὶ μοῖρα κραταιή.

Astaderant iam mors, & ineluctabile fatum.

Acies R. Manfredi. *Ad Beneuentum acies Manfredi.*

1. Ex Longobardis, Tuscis, Germanis, mille grauis armaturæ viri, Duce Iordano supradicto.
2. Ex Germanis solis, M. CC grauis armaturæ, Duce Caluano Lancea comite.
3. Ex Saracenis Lucerianis, Apulis, alijsq; Regni incolis, M. CCCC. viri: Ductore, ipso Mãfredo.
4. Alij aderant pedites & sagittarij Saraceni plurimi.

Acies R. Caroli. *Caroli acies.*

1. Agmen, ex mille grauis armaturæ Gallis, Philippo Montefortensi equitatus præfecto.
2. Ex mille nongentis eiusdem armaturæ Romanis, Campanis, & strenuis Reginæ in prouincia equitibus. Huius agminis vnam partem ipse Carolus ducebat: alteram, Guido Montefortensis.
3. Ex mille ducentis armatis Gallis, Burgundis, Flandris, Picardis: Duce, Caroli genero.
4. Guidonis Guerræ CCCC. Florentini Guelfi: cùm nulli Gibelini Manfredo adessent, quamuis ab eo beneficijs affecti.

Tesseram deinde suis Manfredus dedit, vt SVEVIA inclamarent. In exercitu Caroli erat Constantiensis Episc. Legatus Apostolicus (Eberhardus scil. 2. Truchsasius Waldpurgensis) qui plenam peccatorũ remissionem dedit omnibus, qui pro Carolo & Ecclesia pugnarent: ijsq; bene precatus est. Præli fecit initium Comes Iordanus, & quidem tanta vi, vt Gallos propelleret. Eis succurrente Carolo: tamen superiores erant Germani: qui tum robore corporis tum ingentibus gladijs, insigniter pugnabant. Prostratus fuit etiam Carolus, sed mox subleuatus. Hic suos passim ad fortiter pugnandum cohortans, prælium restituit: Picardis præsertim acriter pugnantibus. Manfredum tandem maior pars nobilitatis Apulæ, ac plerisq; Regni incolæ, deseruerunt: inter quos, primarij, Cerræ, Casertæ, & Caluani, (Comites: homines (inquit Collenutius) perfidi: semper nouorum Dominorum auidi: qui partim Beneuentum, partim in Aprutium, cum suis fuga se recepe-runt. Manfredus autem, qua erat fortitudine, potius moriendum sibi, quàm suos fuga prodendum, existimauit. Verùm dum sibi galeam accommodat: decidit de ea Insigne, nempe aquila, quam ipse manibus suis artificiosè fecerat: in summaq; galea gestabat. Statim ergo, malè ominans dixit: Hoc est Signum Dei. Nihilominus tamen cum paucis eò incurrit, vbi strages à Picardis edebatur. Ibi acerrimè pugnans, plurimos q; hostes interimens: ab equo suo cui alter ex aduersorum à Picardo quodam lancea effossus erat, se anterioribus pedibus alte tollente, & retrorsum supra herum suum incidente, stratus est: atq; à Picardorũ incursu multis vulneribus confectus, spoliatus, planeq; nudus relictus. *Prælium.* *Manfredus vi-ctus, & occisus.*

Ita victoria penes Carolum mansit. Capti, viri nobiles & illustres pleriq; qui circa Manfredum esse solebant: vt, Comes Iordanus, & frater eius Manfredus. Comes Bartholomæus Simplicius, cum fratre. Comes Bonifacius Marletta. Petrus de Asinis Florentinus, vir fortissimus. Guilelmus Grossus Prouincialis. Albertacius. Stephanus Tartarus. Martinus & Iacobus Capeccij Neapolitani, alijq; multi. *Captiui.*

Hi postea in Narbonensem prouinciam missi, vitam in vinculis finiuerunt.

Decem Manfredi equites, in Caroli necem coniurauerant, viri strenuissimi, pleriq; Neapolitani: ipseq; vix summo labore à manibus eorum se defendit. Eorum nonem occubuerunt: solus Conradus Capeccius, gladio sibi viâ facta, in Siciliam aufugit.

Carolo vesperi Beneuentum ingredienti, Episc. & Clerus cũ cruce, Diuorumq; reliquijs senes homines & matronæ, supplices occurrerunt, sed frustrà. Namq; direpta est vrbs. Episc. & Sacerdotes, æsi ac spoliati: virgines, publicè violatæ, ignis, in domos coniectus: ipsa denique mœnia, diruta. *Beneuenti direptio.*

Cada-

Cadauer Manfredi, tertio demum die repertum: & vino à cruore lutoq; ablutum: atq; ad captiuos, agnoscendi causâ portatum. Tum Iordanus Comes (al. Barthol. Simplicius) magno cum luctu id amplexus: Hei mihi, inquit, Domine mi, domine bone, domine sapiens. Quis tibi vitam ita crudeliter eripuit? Tu summus eras Philosophus: tu, militiæ ornamentum: tu, cæterorum Regum gloria. Fuit laudata hæc eius fides à Gallis. Cæterùm, quoniam in anathemate Manfredus mortuus erat: non eum Regio honore Victor superbus sepeliuit: sed in fossa quadam iuxta Beneuenti pontem abdidit: conecto in eum locum à singulis ferè militibus lapide. Sed Episcopus Consentinus, Papæ iussu illum iuxta Campaniæ fluuium Viridem condidit, cum Epitaphio.

Manfredi eulogium.

Sepultura.

Hîc iaceo Caroli Manfredus morte subactus.
Cæsaris hæredi non fuit vrbe locus.
Sum patris ex odijs ausus confligere Petro.
Mars dedit hîc mortem: mors mihi cuncta tulit.

Vxor eius.

Vxorem habuit, vt alicubi legi, filiam Cumani Principis Græcorum: vt verò apud Gregoram, Helenam, Ætoliæ & Epeiri Despotæ natam. Gabelc. eam, Ioannis Angeli, Imperatoris Constantinopolitani, ex Michaele Despota F. neptem ait. Hæc cum liberis suis, Luceriæ mansit, donec à Saracenis, qui post Conradini Sueui mortem se Carolo dediderunt, tradita eidem est. Tum ipsa & liberi (filius scil. Manfredus, in arce Oui cæcatus & detentus) vitam in captiuitate miserè finiuerunt. Gabelc. Manfredi filio, Conrado nomen fuisse ait: eiusq; sorores 4. Constantiam, Annam, Mariam, & Beatricem.

Manfredi πεφανερωμενα.

Fuerat autem Manfredus pulcherrimo præditus corpore: bonis literis & philosophia egregiè eruditus: atq; Aristoteli addictissimus. Præterea humanus, magnanimus, prudens, liberalis & quodammodo cum Vespasiani filio Tito conferendus: sicut Pandulphus harum virtutum testem Riccobaldum quendã laudat. Constructa ab illo vrbs in Sipontino sinu, nomine Manfredonia, fuit.

Manfredonia.

Sicilias Carolus occupat.

Rex Carolus, hac tanta victoria obtentâ: breui vniuersum Regnum & Siciliam occupauit: sed Luceriâ posterius demum, vti dictum est. Neapoli ingentem vim auri Manfredini reperit: quod partim Reginæ, partim strenuis viris, partim Regno curando, diuisum est. Pontifex Carolum etiam Imperatoris in Italiam Vicarium creauit: quòd de Conradino, in Italiam venturo cum armis, audiret.

Manfredina familia.

Iacobus Philippus Bergomas, exposito Manfredi exitio, addit: Abisto Manfredo Rege, vt ego crediderim, Manfredorum præstantissima familia descendit: multosq; annos in Romandiola regnauit: quæ nuper ab Alexandro (Sexto) Papa (per F. Valentinum Borgiam) extincta est. De his hactenus,

Beutelspachensis Collegij fundatio.

In Alemannia, hoc 1265 salutis anno, ab Vlrico Comite VVirtembergico, fundatum esse dicitur Beutelspachense collegium: in quo degerent, Præpositus sex Canonici, & sex Vicarij. Quem Vlricum eodem anno diem suum obijsse, ex hoc Epitaphio patet: quod Stutgardiæ in Choro cathedralis Templi est: ILLVSTRIS PRINCEPS ET DOMINVS, Dominus Vlricus, Comes VVirtembergæ, & collegiatæ Ecclesiæ Beutelspacensis fundator, obijt XXV. Februar. anno Christi M. CC. LXV.

Ibidem & hoc Epitaphium, vxoris eius.

Anno Domini M..... Obijt Domina Agnes, filia Ducis Poloniæ, Comitissa de VVirtemberg, 3. iduum Martij. Eodem anno obijt Vlricus, Comes de VVirtemberg, maritus prescriptæ Dominæ Agnetis, 5. Cal. Martij. Est admodum antiquus lapis, in numero annorum confractus: in quo, Dominæ huius imago. Vide cap. præced.

Eberhardi illustris natiuitas.

Natus Vlrico ex Agnete Polonica, 13. Mart. 1265. inuenitur Beutelspachi, EBEHARDVS ILLVSTRIS: qui sequenti tempore, Regi Rom. Rudolpho se acriter opposuit. Hic Comes, ex vtero matris suæ excisus fertur: quæ moriens in partu, cùm recens natum aspexisset, dixerit: remouendum esse hunc infantem: quòd, quandiu vita frueretur: Sueuia bellis & inquiete caritura non esset. Sic & factum est: ipso cum omnibus Rom. Cæsaribus sui temporis belligeranter & viuendo, ad LXXX. ætatis annum perueniente.

LAVREACENSIA QVAEDAM.

Lorchensis Abbas Vlricus.

In nomine Domini, Amen. Vlricus, Dei gratiâ Laureacensis Abbas, totusq; Conuentus ibidem: vniuersis, tam præsentis, quàm futuri seculi filijs, præsens Scriptum legentibus, vel lecturis, in
" Christo salutem. Vt omnibus Christi fidelibus, per præsentes liquidò innotescat: nobis conscribi pla-

Geggingen.

" cuit: quòd Sifridus de Geggingen, bona sua ibidem Ecclesiæ nostræ contulit: quæ tamen à nobis

postmo-

pactiomodum recepit pro censu trium solidorum, nostræ annuatim Ecclesiæ persoluendo: sibi, o- "
mnibusq; suis hæredibus, in perpetuum obtinenda. Sed vt hæc facta sua, inuiolata semper mane- "
ant, & inconcussa: præsentem literam conscribi, sigillorq; nostro iussimus communiri. Anno in- "
carnationis Dominicæ M. CC. LXV. in Festo S. Regis VVindæ virginis. "

Eodem M. CC. LXV. anno Indict. 8. in vigilia S. Gregorij, transactio quædam facta est inter Abbatem Lorchensem, & Imperialis aulæ Pincernam VValtherum de Limpurc: illo huic omnem offensam remittente. Actum in monte Kamberc: præsentibus, D. Abbate, Rudegero Priore, VVilhelmo Capellano: fratre Cunrado de Rihtelbach: Gardiano domus Hallensis: fratre Cunrado de VVelleberc: Cunrado de Rosseriet, Sifrido Kynig fratre eius, militibus. Lympurg. VValtherus. Velberg.

Eodem anno, VValther Imperialis aulæ Pincerna, Dominus de Limpurc, pradium quoddam in BARtenbach, Lorchensibus proprium tradidit, ob animæ suæ remedium. Bartenbach.

Conradi Herterii bona apud Argazingam: in membrana, longa 1. Spithamam, lata 1. palmum.

Frater C. Prepositus Ecclesie Sanctorum in Nigra sylua Præmonstratensis ordinis, Ar- "
gentinensis diocesis, & conuentus ibidem. Omnibus presentem paginam inspecturis, salutem & "
sinceram caritatem in Domino, Ea, que geruntur in tempore, ne labantur cum tempore, solent à "
viris prouidis, in Scriptis redij (in Scripta redigi) & sigillis a. tentis roborari. Eapropter signi- "
ficamus presentibus & futuris: quòd Cunradus dictus Herterius, ciuis in HORVVE. & Adel- Herter, ciuis
haidis vxor eius. dederunt Ecclesie nostre pro salute animarum eorum, Parentum ipsorum, L. Horbensis.
libras Dungensis monete. & quoddam predium, situm in banno Hergetzingen: quod compara- "
uerant pro XII. libris eiusdem monete, prosororibus commorantibus in domo Horvve. ea ta- Hergetzingen.
men conditione, quòd ipsi duo debent percipere tempore vite sue reditus iam dicti predij. & no- "
stre curie in Biltachigen. reddenta (retenta) tamen nobilis proprietate ipsorum, & iure patrona- Biltachigen.
tus Ecclesie in Biltachigen. propterea dederunt Ecclesie nostre domum, sitã sub castro HERRin- Herrenberg.
berch. quam in presenti liberè possidemus. Migrantibus verò ipsis duobus viam vniuerse carnis "
predictos prouentus antedicti predij, & nostre curie, omni dolo postposito Ecclesia nostra liberè "
possidebit. Acta sunt hec anno 1265. presentibus Burchardo, sacerdote de BILtachigen. & H. no- "
stro Canonico. & H. villico, filio Sigilini. & A. dicto Stiual. & alijs quãpluribus. Vt autem ea sir- "
ma permaneant. nostro & nostri conuentus sigillis presentem cedulam roboramus. "

Sigilla 2. albæ ceræ, mutilata. In priore, Præpositi imago, & fragmenta... OSITI OMN. S. NIG... In altero, aliquot Sancti inclinati stantes, tanquam Deum adorantes: sed Deus, defra-ctus. Verba circùm, DE OMNIBVS SANCTIS.

Tempore Interregni, non tam iure, quàm viribus, siniebantur controuersiæ: potentiori- Interregni &
bus infirmiores frequenter opprimentibus iniustè: libertati vicinarum ciuitatum insidiantibus Anarchiæ incom-
(Simlero lib. 1. de Repub. Heluet. teste) vijs passim propter prædones infestis: sicut ab ἀναρχίᾳ (de- moda.
fectu Magistratus coercentis) nihil malorum abesse solet. Tigurini proinde potentem Regen- Regenspер. Baro,
spergæ Baronem, nomine Vlricum, suæ vrbi vicinum, honesta legatione & stipendio inuitabant: superbus.
vt sibi aduocatus, & belli Dux, esset, vsq; ad noui Imperatoris electionem. Respondit is superbè, se ipsos recepturum in suum patrocinium: si se imperio suo subijcerent. Quod si non libenter facturi essent: breui inuitos esse facturos. Suis enim arcibus Tigurum, sicut pisces nassa, circumdatum esse. Sanè ita erat. VVurpia enim arx, ad lacum Tigurinum: Glantzembergum, arx Quia potẽs erat.
& oppidum sub vrbe ad Limagum: ad occasum in monte Yliberga & Balderia arces: nec longè hæc omnia, ab vrbe: sicut nec Regenspерga, oppidum & arx, sedes illius, vltrà 8. aut 10. passuum millia. Fœdere præterea cum ipso iuncti erant Comites generosi: Kyburgius Burgdorffam habitans, Raperswilanus, Toggius, Nidouius, Arbergius. Item Barones, Eschenbachij, Ringenbergij, Kilchbergij, Balmij, Homburgij, VVartij, & alij cõplures. Tigurini, hoc supercilioso respõso repulsi: se rectà contulerunt ad Rudolphũ Habspurgum, Regenspergij grauè inimicum: & cum Rudolphũ Habs-
eo fœdus inierunt. Tum coniunctis viribus, arces plures illius expugnarunt intra biennium, ac purgium si con-
diruerunt: Vznabergiã, VVurpiam, Yelibergiam, Balderiam, & op. Glantzenbergum. Bello de- tra illum Tigu-
nig, ita fatigarunt Regenspergium: vt tandem, pace impetrata, Tigurum immigrauerit: accepto rini adsciscunt.
ab ipsis exiguo stipendio annuo. Quæ facta sunt 1266. anno, & post. Vide infrà cap. 18. Ita ille Baro, do-
mitus est.

Eodem 1265. anno, Hirsaugiæ Abbas Volpoldus obijt: bona confessione, & sacramentis Ecclesiasticis, præmunitus, 5. Kal. Martij. Huius successor fuit XXVI. Abbas, D. IOANNES, Hirsaug. Abbas
natione Bauarus: ab Henrico, Spirensi Episcopo, confirmatus. Hic obseruantiæ regularis integri- Ioannes.
tatem parum curauit: sed potius externa sequebatur (inquit Tritenhem.) pompas Imperij, &

gloriæ vanitatem. Nec mirum. Disciplina enim ordinis Benedictini, hoc tempore in omnibus ferè Germaniæ Monasterijs defecerat. Omnia, corrupta erant: omnia, collapsa: Monachi simul cum Abbatibus, inpræcipitium vitiorum corruerant. Nemo curabat, nec Rex, nec Papa, nec Princeps vllus. Erat denig, summa ignorantia Monachorum: propter quam pauca sunt in literas relata. Præfuit A. 11. M. 3. D. 4, vel 15. vt alicubi inueni.

Monasteriorum vitia.

Beritula cum filijs.

Post hæc tempora, illa acciderunt: quæ Boccacius 2. Giorn. Nouel. 6. de Beritola scribit prolixè & suauiter. Appresso la morte di Federigo secondo Imperatore, fu Re di Sicilia coronato Manfreddi. Appo il quale, in grandissimo stato fu vn gentile huomodi Napoli, chiamato Arrhighetto capace. Ilquale per moglie hauena vna bella & gentil donna, similmente Napolitana, chiamata madonna Beritola Caracciola, &c. Prætor Siciliæ, nomine Regis Manfredi, Henriculus capax: cognito, Dominum suum R. Manfredum, à R. Carolo esse interfectum: voluit fugere, sed captus est. vxor Beritola, cum duobus filiolis exulans, capta & afflicta: tandem (cùm hi à piratis ei erepti essent: & ipsa in syluestri insula duos capreolos, pro eis suo lacte nutriuisset) post varios casus, & ipsa & filij eius, reperti feliciter, & recreati, sunt.

CONRADINVS BELLVM IN ITALIAM PARAT, SICILIArum recuperandarum causa. Henricus & Fridericus Hispani, eius fautores. Papæ Clementis aduersus eum inclementia. Priuilegia quædam à Conradino data. Paupertas Episcopatus Augustani. Libertas vrbis Augustanæ. Expeditio Conradini in Italiam, ac res gestæ. Caroli Galli, & Pont. Clementis, aduersus eum conata & acta. Aliquot Sueuiæ viri illustres. Prandium solenne in monte VVurmlingensi. Nobiles VVurmlingenses & Megizzeri.

CAPVT XVII.

ANno 1266. cum sublato Manfredo, Francus Carolus, Regno & eis fretum Siculum, & insulæ Siciliæ, potitus esset: iam consilia Syriaci belli agitabat: quòd & Hierosolymorum creatus esset Rex. Verùm nouo occupatus est bello. Conradinus enim Sueuus (sic Diminutiuè pro Conrado, ab Italis vocitatus) suos hortabatur: vt, qui in Italia facinora præclara, patris auig, suis ductu fecissent: ipsig, sibi præclarissimum nomen peperissent: tot Reges, tot Imperatores, genuissent: ne sinerent se, velut extincta exolescentéve (vt Æmylius loquitur) indole Sueuæ nobilitatis, gentis q, suæ maiestate, Siculo Regno exui. Constabat iam, Sueuos Bauaros q, (quæ materna iuuenti patria erat) coniunctis copijs Siculum Regnum repetituros: vt Conradino ex paterna auitaque successione debitum. Iam etiam Hetruscorum Gibelini, à Guelfis inuicem pulsi, quos ipsi antè pepulissent: in spem nouarum rerum erigebantur. Papa, solio Imperij à nullo certo Augusto insesso: curam eius contendebat Pontificiæ potestatis esse. Carolum igitur, quem & Regem, & Imperij Vicarium, creauerat, Sueuis obijcere meditabatur. Cum id bellum expectatione tardius procederet: Hispania tandem moras sustulit. Alphonsus castellæ Rex, qui Cæsar fuerat electus, duos fratres impigros habebat, Henricum & Fridericum. Hi conquesti, se a fratre minime fraterno animo diligi: diuersi, alter ad Barbaros in Africam, alter in Galliam ad R. Ludouicum, se contulère: velut bellum fratri, si auxilia inuenirent, illaturi. Francus arma denegauit, vt tribus fratribus his cognatione iunctus: reconciliatoris inter eos operam, si vti vellent, se præbiturum pollicitus est. Henricus in Bauariam ad Conradinum, sororis nepotem (Constantiam enim Aragoniam, Fridericus II. in matrimonio habuerat) ex Francia profectus: iam sponte sua motum, magis incendit: ne consilia conatusq, consenescere sineret: sed in Italiam, antequam vetustate Regnum Caroli corroboraretur, transcenderet. Ipse specie auxiliorum in fratrem quærendorum, ad Pontificem Max. Viterbium venit: eiusq, animum, ingenti pecunia mutuò data, sibi deuinxit. Vrbis etiam Romæ Prætor (al. Senator) a ciuibus ipsius est creatus. Pisanos & Senenses fœdere Sueuis iunxit. Genuenses iam in societatem armorum venerant. Fridericus verò frater, diu Tunetani Regis stipendia secutus, ditissimus euasit.

Conradini hortatio ad suos, ad Sicilias recuperandas.

Carolus, Imperij Vicarius.

Henrici Hispani aduentus ad Conradinum, vt ad nepotem ex sorore.

Acta eius in Italia.

De Clemente Papa, quæ hactenus aduersum Sueuos machinatus sit, dictum est. Addantur eis ex Nauclero hæc quoq,. Scripsit is ad vniuersos Christi fideles (inquit) ne Cunradino, vt Regi scriberent Siciliæ: nec ei contra Carolum, Siciliæ Regem, consilium, auxilium, aut fauorem præstarent. De hoc extat Epistola, quæ incipit: Ad certitudinem. In qua subiungit: Nos volentes Cunradini ambitum refrænare: omnibus & singulis Principibus Alamaniæ, vocē in electione Rom. Imperatoris habentibus, prohibemus sub pœna excōmunicationis latæ sententiæ ac interdicti: ne eum eligant in Rom. Regē: attento etiam quòd non licet eligere quenquā, pendente electione duorum coram Rom. Pontifice: quæ fuerat facta de Rege castellæ, & Richardo Cornubiæ comite, &c.

Clemens P. Conradini aduersarius.

His

His auditis: Conradinus emisit lamentabilem Epistolam, quæ incipit: ex abundantia cordis. In qua iniurias sibi illatas enumerat. Conqueritur in principio de Innocentio IV. quòd sibi Innocenti nocuerit. Se nanq; à patre suo Cunrado, tenellum in manibus S. matris Ecclesiæ, condito testamento, relictum esse. Sed Innocentium sub prætextu, quasi esset baiulus Cunradini, terras ipsius Cunradini, nomen eius extinguendo, distribuisse in suos consanguineos & nepotes. Cum autē Manfredus illas recuperatas, perfidè sub nomine Cunradini ad se traxisset, mortuum fingens: ab Innocentij successoribus Alexandro, Vrbano, Clemente, easdē terras à Cunradino alienatas, ad alios, præsertim ad Caroli, translatas esse. Nec his contentū fuisse Clementē: quod cōtra Deum, & omnem iustitiā, Cunradino Regnum abstulerit: nisi etiam Regni titulum auferat: Carolumq; per Italiā Vicarium Imperij statuat. Se igitur armis ius suum de Carolo vindicaturum. Conradini epistola opposita.

Eodem 1266. anno, Augustanus Episcopus Hartmannus, à Duce Conradino confirmationem impetrauit omnium huc vsq; vsurpatarum immunitatum ac priuilegiorum. Aduocatiam item Episcopatus: aliasq; libertates & priuilegia, Aduocatiæ illi subiectos concernentia. Diplomate 5. nonas Octob. anno 1266. in ipsis Augustensis Ecclesiæ gradibus, dato. Idē Cunradinus, 23. Octob. 1266. Abbati Vlrichiano, Gosvvino à Thierhaim, immunitatem dedit: qua Ecclesiam & Monasterium, cum omni Abbatum familia, ab Officialibus suis in vrbe Augustana (vt Prætoris, Consulis, & nuntiorum iudicij præconumque potestate) exemit. Inde ab hoc anno libertas asyli, apud hoc Monasterium originem accepit. Non tamen cuiquam plus triduo ibi esse licet: sed tertio quoq; die, facultas manendi ab Abbate petenda est. Henning. ex Gassaro. Priuilegium, à Conradino datū Episcopo Augustano. Et Abbati S. Vlrici. Asylum.

Aliud Conradini priuilegium.

Conradinus, Dei gratiâ Hierusalem & Siciliæ Rex, Dux Sueuiæ, castrum, ciuitatem Verdunum (VVerd) in Sueuia, Laugingen, Hochstadium, Morinos (Mæringen) Pittengau, Schongiam (Schongau) Schvvabeck, Ambrones (Ammergau) Fauces (Clausen vnd Fyessen) quæ Ottoni Regulo Boiorum, auo suo materno, Conradus genitor millibus vnciarum auri sexdecim (quod est nostratis pecuniæ, Aureoli mille centies duo detricies) oppigneraverat: Ludouico Boio, auunculo suo vendit. Hanc̄q; tabulam venditoriam signarunt: Eberhardus, Constantiæ Pontifex. Berchtoldus, D. Galli Antistes. Heinricus, Dux Boius, præfectus prætorio Rheni, auunculus Conradi. Fridericus, comes de Truheding. Fridericus, vrbis Noribergensis Præfectus. Heinricus, Burgionum (von Burgaw) præses. Fridericus Zolrrensis. Priuilegium Conradini, de VVerda & Laugingen.

Testes verò fuēre:

Fridericus, Dux Austriæ & Stiriæ. Hartmannus, Badensis Regulus. Menradus, Goriciæ & Tyrollij Tetrarches. Berchtoldus à Greiffenbach. Berchtoldus de Esehenlech. Berchtoldus à Fraunhofen. Arnulphus à Messenhausen. Grimoldus, Heinricus, Cōradus, à Preisingē. Heinricus, VVinhardus, Rorpeckhij. Vlricus Camenbergensis. Otto a Fraunberg. Heinricus de Eysoltzried.

Datum nono Kal. Nouemb. anno Christi M. CC. LXVI. Ex Auent. qui addit, hoc quoq; anno a Ludouico Fridbergium oppidum, in confinio Rhætorum atq; Vindelicorum, aduersus ciues Augustanos extructum esse. Fridberg op.

Circa porrò idem tempus, Augustæ tanta Episcopi, & cathedralis capituli, fuit egestas: vt Episcopus vix centum maiores nummorum libras, in corpore, quod aiunt, redituum, ad annuos sumptus adhuc habuerit integras, cùm tamen prius CIↃ. CIↃ. (al. XX. CIↃ.) maiorum nummi librarum annuo reditu ad Episcopum venirent. Quamobrem mense Iulio anni 1270. Episcopus Hartmannus, & capitulum cathedrale omnia sua iura & bona, quæ intra ciuitatem Augustanam habuerunt, vna cum aureo calice, quē D. Vlrici fuisse perhibēt, ab ipsis eousq; sacrosanctè habito, oppignerauerunt Henrico Schongavver, Vlrico Fendt, Geroldo Folckvvino, Conrado Hurlochero, Leopoldo Schrœtero, Conrado & Henrico Hollijs, ciuibus & patricijs Augustanis: ita, vt ipsi fideiuberent pro Episcopo, pro CCCC. maioribus libris nummarijs: quas ille creditoribus debebat. Henning. ex Gassaro. Augustani Episcopatus paupertas. Hollij.

A Conrado, hoc vltimo Duce Sueuiæ, ciues Augustani, se suaq; in libertatem non paruo asseruerunt argento: Fridericus enim II. Aduocatiā vrbis, & præfecturā regionis, filio suo Conrado R. & hic Conradino F. reliquerat. Nunc verò vtraq; subiectione (der Land vnd Stattvogtey) liberati: in posterum ipsimet sibi ex suis municipibus ingenuis (nullo amplius vel Ducis, vel prouinciæ Præfectorū, impediente præscripto) proprium Senatum eligere, & ciuitatis curatores, Duumuiros ve (Magistros tunc ciuium dictos, Burgermeister, Consules) & Præfectos vrbis (adhuc Stattpfleger appellari solitos) liberè creare cœperunt: ex quorum consilio & indu- Augustanæ vrbis libertas, à Conradino.

ſtria, totius Reipub. ſuæ gubernatio penderet: capitalia tamen iudicia, maleficiorumq; actiones, vt olim, ita & poſthac, penes Imperatoris Vicarios (Regionis, & loco eorum, ciuitatis præfectos) manerent. Tunc igitur Conſules, ſiue Duumuiri, ab Auguſtanis creati fuerunt. Heinricus Schongawver, & Luitpoldus Schroter: non ſine vicinorum (Epiſcopi & Canonicorum præſertim) inuidia indidem. Abbas & conuentus Alperſpachenſ. vendidit Bebenhuſanis bona quædam in Thalſingen, libris 90. monetæ Tubingenſis.

Thalſingem.

VVirtemberg. Vlrici mort.

Vlricum VVirtemberg. cum pollice, chartæ M. Scr. mortuum aiunt. aliæ 1266. alia 1269. anno. Sed re vera 1265. 5. Cal. Mart. obÿt.

Anno 1267. Conradinus, Veronenſium, Papienſium, Senenſium, Piſanorum, Romanorum, legationibus & literis excitatus (Gibelinorum ſcil. contra Guelphos) de conſilio Eliſabetæ matris (vt paterna & auita Regna repeteret: vtq; iniurias patri & auo factas vlciſceretur) expeditioni huic Tranſalpinæ ſe totum parat: comitibusq;, Friderico filio Hermanni, Auſtriæ atq; Styriæ Ducis (ſup. cap. 3.) & auunculo Bauaro Ludouico, Italiam petit. Habebat in exercitu præter peditatum, X. millia equitum. Sed cùm Veronam veniſſet: pecunia defectus, inde VII. millia domum remiſit. Veronæ autem, Mantuæ, & Papiæ, maxima omnium gratulatione exceptus eſt. Verùm Ludouicus, ſpecie Comitiorum Auguſtalium, in Germaniam, iuſſu Pontificis Max. reuertitur. Fazellus, etiam Caputum Conradum, Antiochiæ principem Friderici II. Cæſ. ex Friderico filio nepotem, eius ſigna ſecutum, ſcribit. Acceſſit Conradinus ad Genuenſium littus, & in Carretorum nobilium ditionem. Inde Piſanis nauibus Piſam vectus, & aliquandiu ibi commoratus, multis Gibelinorum, Longobardorum, Æmilianorum, copijs auctus eſt: inter quas Guido quoq; fuit, Monfeltrius comes: qui eam ob cauſam Vrbino exiuerat. Interea mari etiam res geri cœpta eſt. Fridericus enim Hiſpanus (quē antea in Africā trajeciſſe diximus) Heinrici frater: cum magnis Saracenorū copijs in Siciliam profectus: eam vniuerſam (Meſſana, Syracuſis, & Panormo, exceptis) in poteſtatem Conradini reduxit. Piſana quoq; claſſis, triremium ferè XL. magnarum (Conrado Trincio, Marino Capeccio, & Matthæo Vallone, Ducibus) maritima Regni loca perluſtrans: Iſchiam inſulam (olim, Ænariam) ſubegit: arcibusq; Surrenti & Paſſetani occupatis, maritimaq; ora vaſtata, Caroli naues Meſſanam vſq; perſequens fugauit.

Conradini expeditio in Italiā.

Itali Gibelini, eius adiutores.

Fridericus Hiſpanus, Henrici frater, Siciliam Conradino recipit.

Iſchia.

Caroli apparatus contra Conradinum.

Carolus autem R. ſub Conradini aduentum Bonitij erat in Tuſcia. Vnde Neapolim reuerſus, confeſtim copias contraxit, quas potuit: & ad Regni fines, vt hoſtem tranſitu prohiberet, rediit. Conradinus verò Piſis ſoluens: Cardinalem quendam, equitatus præfectum nactus (ſe ei ad Aretium cum Guelforum exercitu, ex Tuſcia collecto, opponentem) prælio vicit, atq; interfecit. Cùm deinde Senas peruenisſet: interdictum à Papa accepit, ne contra Carolum quicquā tentaret: neu Regnum Neapolitanum (quia ſcil. ad Eccleſiam pertineret) appeteret. Alioquin in ſacram cenſuram incurſurum. At nihil horum curans Conradinus: Senatoris cuiuſdam hortatu, nihilominus pergit. Ibi Apulia (natura ſua mobilis, & acerbius à Carolo legato tractata) vbicunq; Gallicis præſidijs munita non eſſet, ad ipſum defecit: auctoribus, ſtrenuisq; adiutoribus, Roberto de S. Sophia (qui primus militare cum aquila ſignum explicauit) & Raimundo, fratre eius. Præterea Petro atq; Guilielmo, potentiæ comitibus, itidem fratribus atq; Henrico, Reuelli comite, ſeniore: & Henrico altero, Petrapalumbo Germano: multisq; inſuper nobilibus Regni familijs: vt, Caſtanea, Scornauaccia, Philangeria, & Lottheria.

Papæ interdictū ad Conradinum.

Clementis P. dictum de Conradino Sueuo & Friderico Auſtrio.

Conradinus caſtra iam ex Viterbij planitie ſoluens: cum magnis, optimeq; inſtructis copijs (quæ pluribus Italiæ Gibelinis exulibus, quàm Sueuis, & Germanis alijs, conſtabant) Romam verſus tendebat. Pontifex, qui tunc Viterbij erat, conſpicatus florentiſſimum exercitum è domo ſua, mœnia prætereuntem: ac ſeſe oſtentantes in armis Duces, Sueuum Auſtriumq;: iſti verò, ceu opimæ victimæ, inquit, ad aras aguntur: omnesq; ipſorum vires, ceu vento fumus, diſſipabuntur. Sic ab Italis, Clementi propheticum ſpiritum tribuentibus, ſcribitur. Romam cùm veniſſet Conradinus: haud aliter, quàm Auguſtorum proles: atq; Campaniæ, Apuliæ, Calabriæ, Siciliæ, legitimus hæres: à S. P. Q. Rom. atq; Henrico Hiſpano, Caſtiliæ Regis filio Principe Senatus, excipitur. In capitolium deinde ductus eſt: idq; eo honore pompaq; quæ Imperatori ſuffeciſſet.

Romam Conradinus venit.

De Italicis rebus, in præſenti ſatis. Redeamus nunc in Alemanniam.

Spitzenberg. comes. Sieſſen.

Ludouicus, comes de Spitzenberg (quod fuiſſe dicitur Helffenſtainiorum) donauit Adelbergenſibus ius patronatus (den Kirchenſchatz) in pago Sieſſen, anno 1267. conſentiente filio Eberhardo. Quod Cæſares confirmarunt, Adolphus anno 1298. Albertus 1300. Fridericus (contra Lu-

tra Ludouicum electus) anno 1321. Fuit omnino Ludouicus hic ex familia Comitum de Helffenstain (inquit Gabelcouer.) qui tamen ab arce habitationis suæ, Spitzenbergii comitis nomen assumpsit. Arma cum Helffenstainiis eadem gestauit: & in sigillis se, Helffenstainium comitem appellat.

Rudolphus, Tubing. Comes, cœnobialem Aduocatiam Blaubyrensem dedit comitibus Helffenstainiis, 9. Kal. Ianuar. 1267. quo die multa quoq; ad altare S. Ioannis Bapt. obtulit. Tubing. C. Rudolphus.

Viuebat eodem tempore Vlricus, VVinedensis Baro, Monachus: factus postea Einsidelensis Abbas. Habitabatur a VVinedensibus Dominis arx, quæ adhuc vocatur VViniderburg. Eam dictionem postea Neiffenses & VVinspergenses Barones, iure hæreditatis nacti sunt. Qui, disidio inter eos orto, dittonem diuiserunt: & vterq; suam partem vendidit (alter in alterius odium) domui VVirtembergicæ, & ordini Teutonico: qui hodieq; iure Proprietatis possident. M. Scr. Lazius verò, Nobiles equites de VVinadi, inquit, erant: sub quorum obsequio, Essendorff, Molbertshusen, & alia. Quo nomine Vlricus Abbatem egit Einsidlensem, anno Domini 1268. Constantiæ occiditur 1267. nobilis vir, VValther à Castel, ab Vlrico & Rudolpho fratribus de Oberrhiedern, equitibus: quod is antea cognatum ipsorum Griessium occidisset. VVinedensis Baro Vlricus. Neiffenses. VVinspergenses. Oberrhieder.

Eodem anno grauis pugna fuit inter Comites de Zollren & Hohenberg, iuxta Haigerlochum, die festo omnium Sanctorum: vbi Comes Zollrensis se strenuissimè gessit. Herm. Æditt. Haigerloch.

Eodem dicitur anno Yberlinga facta esse oppidum Imperiale. Yberlinga.

Anniuersarium epulum Sacerdotum, in VVurmlingensi monte.

Inuenio in Schedis M. Scr. Cunradum quendam vixisse, comitem Caluensem, anno Christi 1235. qui filium habuerit, Anshelmum nomine, Caluensem Comitem (licet eum Dauid VVolleberus, in Tabula, quam in senaculo Caluensis Curiæ videmus, ad 932. Christi referat) à quo Anshelmo postea institutum sit epulum quoddam Pontificale (in memoriam nimirum ipsius, aut animæ salutem) quotannis in montis VVurmlingensis antiquo collegio peragendum: qui mons ferè medio spatio situs inter Tybingam nostram, & Nicri Rotenburgum (vno hinc milliario distantem ciuitatem) satis altus est. Quod epulum, cum institutionis eius annum, à nemine adhuc percipere potuerim, hoc potissimum loco describam. Etsi enim post Rotenburgi, à terræmotu vetere instaurationem 1271. ponendum videatur: tamen metuo, ne posterius in tanta multitudine rerum obliuiscar. Res autem huius conuiuii, perquã mei palati afficiens, memorabilis est. VVurmlingense anniuersarium comitis Caluensis Anshelmi epulum.

Ad capitulum VVurmlingensis (vermicularis) montis (inquit Institutio) pertinet oppidum Tubinga & Rotenburgum, cum circumiacentibus Sacerdotiis. Habent enim ij Presbyteri suum proprium Decanum, & Camerarium, vel Architriclinum. Hic Camerarius, quotannis die lunæ post Festum omnium animarum (institutum circa 1003. salutis) cum vno & altero ministro, ascendere debet in montem VVurmlingensem. Ibi inuenturus est ante portam cœmeterii, plaustrum fissorum lignorum (ξύλα Homerus vocat) facilè, & sine fumo, ardentium: nec non saccum bonorum carbonum. Præterea, plaustrum fœni: insidentemq; huic spadicei coloris anserem. Hunc donet Camerarius ei, qui aduexit fœnum, in signum: cuiq; Sacerdoti, postridie adfuturo, proprium anserem in mensa appositum iri. Adsit etiam (inquit) iuuencus triennis opimus, & tres porci saginati: nempe porcellus lactens, porcus anniculus, porcus biennis: à lanio probati, ne fortè grandinosi sint. Adsit Camerario ceruisia trium generũ: annicula, bima & trima. Quia verò hæc genera, non facile haberi possunt in his locis: Presbyteri (inquit) in triplex vinũ consentiunt, ἄλλοτε μὲν, ὁμῶς δὲ) rubrum, & veius, ac nouum album. Adsint & tria genera panis: siligineus, triticeus, & seligineus. Terni panes, vno solido pisti. Lanius & Coquus, exercitati & periti: ne quid in mactatione & coctione desideretur. Tum Abbatis Creutzlingensis procurator (in hoc monte habitans) siue Ecclesiastici, siue secularis ordinis sit: ac lanius & coquus, cum reliqua familia, huic muneri adhibita: iureiurando deuinciuntur Camerario: se prædictarum rerum nullam, in alium vsum conuersuros, quam in quem iubeantur. Ideo conclaue, seu penu, his rebus asseruandis, & suo die præstandis, illis sit assignatum. Postridie, die Martis (omnium animarum festo) Decanus, omnesq; Capitulares, vna cum Ministris Tybingensibus & Rotenburgensibus, manè in montem dictum, equis & pedibus ascendant: Vnd sollen jhre Kutze kappen mitbringen / bey straffe eines moden dinckels. Putetur habitu cucullario & lugubri esse veniendum: nisi vellent (serius etiam veniendo, aut omnino abessendo) modio tritici mulctari. Tunc verò Vermicularis mons contremuisset. Potest etiam (inquit institutor) ipsorum quisq; secum vmbram adducere. Quam vmbrã? Ædituum, aut aliquem Scholarem. Huic eadem

Apparatus eius. Creutzling. Abbas. Sacerdotũ conuentus in montem.

dem, quæ Parocho eius, vnčta tračtatio contingat. Quòd si cui collegij consorti, siue capitular Domino, quisquis sit, montem versus tendenti, in via, homo honestus, vnus alterúe, obuiam fiat: eos inuitet, secumq; adducat, licet: modò statim, vt in cœnobium venerit, Camerario significet: honoris debiti talibus hospitibus declarandi causâ. Vnicuiq; etiam, equum adducenti, vas ligneum nouum (mulčtrale) & in eo quarta pars modij auenæ, ad pascendum equum: recens item funis ob equum alligandum, præbeatur. Eius vasis & funis, cuiusq; Capitularis Domini æditus, potestatem secum ob rei memoriam auferendi habet.

Fačtio rei diuinæ ad monumentũ fundatoris comitis Anshelmi.

Postea, quàm collegæ capituli, manè ad diem constitutum in monte conuenerint: ocreas & calcaria sua detradunto: capitia seu cucullas illas induunto: & ad sepulcrũ fundatoris (commendatum Ecclesiæ, in sæpe iam dičto monte sitæ) Vigiliam percurrunto. Decanus deinde Capituli, siue collegij, officium animæ cantet: capitularesq; oblationem faciant: interim quoq; aliquot Missas legant. Dum hæc aguntur: aliquis Presbyterorum renuntiet nomen fundatoris, vxorisq; & liberum eius. Non tamen animus curis hisce ita summergendus: quin interim Architriclinus, vel Camerarius, semel iterumq; in culinam respiciat: an ignis fœteat, an sine fumo ardeat.

Recitatio testamenti eius.

Vbi Missa fuerit perfečta: redeundum est ad monumentum fundatoris: canenda VRspera, Placebo, adiunčtæq; collečtæ. Assistat deinde Decanus, vnà cum collegis cunčtis, in suis cappis, ordine, ad altare animarum: duosq; sibi astantium velet tegumento, quod sala vocatur. Tum recitato Camerarius testamentum, vel vltimam voluntatem, fundatoris linguâ, quam cunčti intelligant: explicationem adiungens omnium eorum, quæ ibi fortè minus disertè posita sunt. Quo facto: cunčti capitulares, digitis in plynarium positis, iuramento confirment: institutionem hanc hactenus, & à se & ab omnibus antecessoribus suis (quantum quidem auditu perceperint) obseruatam esse: atque in præsenti quoque seruari: vno hoc excepto, quòd nunc pro ceruisia vinum apponatur.

Conuiuarum conuocatio, & accubitus.

Quæ vbi sic ritè absoluta fuerint: iam ex institutionis formula, Camerarius capitulares Dominos, cæterosq; spečtatores, reuerenter ad epulum inuitat: atq;, qua illi humanitate sunt obtinet. Interim, dum ipsi de primo accubitu certant: & omni carentes ambitione, singuli esse posteriores contendunt: ipse in locum descendit, cui nomen Sylchæ, situm infra montem. Sylcha. Ibi iuuenci pellem, de quo suprà dičtum, expandit in cœmeterio hominesq; leprosos, per missu institutionis ibi congregatos (quod, certè laudabile) discumbere iubet. Quæ executus, redit ad capitulares atque hospites: similaceum panem capit, excauat, cuique apponit. Huic pani quisque capitularis indit nummum: hospites vero quicquid volunt. Eam pecuniam deportat in cœmeterium, sessione miserorum circa bouinum tergus, occupatum: atq; inter eos diuidit.

Leprosorum circum tergus tauri num accubitus.

Initium epuli Sacerdotalis.

Dum hæc aguntur: tria genera panis apponuntur, & totidem vini (binis coniunčtè fruentibus conuiuis) consecratur precibus mensa: coquus a Camerario effundere cibos apponendos iubetur.

Conuiuium.

Inferuntur primò tria capita suilla frixa: quæ, vbi conuiuæ de eis comederint, rursus auferuntur, vna cum pane & vino, quodcunque adest: leprosisq;, circa pellem suprадičtam sedentibus, dantur.

Rursum panis & vinum trium generum, apponitur & infunditur: inferuntur anserum pedes, alæ, iocinora, stomachi, & id genus alia. De quibus vbi comesum fuerit: reliquiæ ipsorum, & vini, atque panis, similiter, vt antea, pauperibus distribuuntur. Apponuntur deinde elixæ gallinæ, & carnes iurulentæ, pisces carnesq; assæ. Quorum omnium reliquiæ (vt & piperatæ pultus) in egenos distributio fit.

Anser Troianus.

Post hæc, pisces elixi cum iure aromatico: ac duo solùm genera panis, similagineus atque triticeus: vinum autem triplicis generis. De reliquijs idem, qui antea, mos seruatur.

Reliquiæ identidem egenis superioribus datæ.

Sequitur rursus vinum recens, ac panis: binisq; capitularibus, anser assus: in quo, pullus gallinaceus assus: in pullo, botulus assus: ita, vt singularum delečtabilium rerum numerus triplex sit. De hoc Troiano anſere, cæterisq; delicijs, Dominis fas est, impertiri aliquas suis hospitibus, ædituis Scholasticis, & alijs. Cætera omnia, in egenos dispertienda: cibaria, panis, vinum. Postremò, caseus & placentæ, botri & nuces, poma & pyra, eiusdemq; generis alia, venerabilibus viris apponi, lex est. Quorum & ipsorum reliquiæ, pauperum refečtioni asportantur: ita, vt de toto pontificali conuiuio nihil reliquum fiat, quin egentibus detur: quibus prætereà ius & carnes, atque piperatum pulmentum, & vnicuique poculum vini, exhibenda sunt.

Peracto

Peracto sic epulo, & gratiis Deo actis: proceres surgentes, sanum ineunt (sic etiam præcipiente institutione Testatoris) quæstionemq; exercent de hoc epulo in choro: an ritè, & ex institutione fundatoris, per omnia completum sit. Cùm satisfactum esse, nec desiderari quicquam, dicitur: tunc Decanus Abbatem & conuentum Creutzlingensem, vt executores institutionis huius, liberos & quietos ab omni querela & postulatione pronunciat. Deinde palàm recitatur iterum ipsa institutio. Licet etiam capitularibus, si placeat ipsis, certam pecuniam pro ipso conuiuio accipere: ita tamen, vt ne quid pauperibus, de iure suo supradicto decedat. Epuli consequentia.

Quòd si accidat (addit institutor) hanc institutionem non seruari: siue in vna aliqua re, siue in pluribus: tunc omnes fructus & reditus montis sæpedicti, ad comitum Caluensium natu maximum reuertantur. Qui tum in testimonium rei euidens, equo veniens, & in stapedibus erectè consistens, aureum nummum trans turrim VVurmlingensis montis librans iaciat: postmodumq; ipse, & hæredes ipsius, institutionis huius executores sunto. Vesperi dantur familiæ iussulentæ carnes, ac decem solidi, dimissionis loco. Tunc quicquid reliquum, seu coctum, seu incoctum, in pauperes distribuitur. Institutionis huius negligentia, nũ impunita.

Seruatum est hoc institutum, seu fundatio, ad annum vsq; CIↃ. IↃ. & XXX. (quem inspice infrà lib. II. cap. 5.) postea exoleuit, nescio quare, aut quomodo. Religionis quidem mutatio, aliquot annis pòst in Ducatu VVirtembergico facta est. Miserat hæc ad me 1588. doctissimus vir, M. Simo Studion, Scholæ Marbachianæ moderator, quondam auditor noster: Germanicè per Christoph. Langium Marbachensem, in Stipendio Principis hic viuentem, descripta: quæ fideliter ego sic latina feci. Pertinet idem mons adhuc ad Creutzlingensem Abbatem, qui Sacerdotem in eo alit. Alibi inuenio sic. Caluenses comites, quia potentes olim in his locis erant: magnam vim bonorum ad Monasterium Creutzlingense contulerunt. Hinc, miri illius epuli VVurmlingensis origo. Cessatio ipsius.

In Ducatus VVirtembergici Ecclesia VVurmlingensi vicina, sepultura aliquot Caluensium comitum est (inquit G. VVidemannus) quibus anniuersarius dies agendus, in perpetua temporaria institutus est. Sacerdotibus verò, bonum datur prandium, & terni solidi: atq; eleemosyna, egenis. Hæc, de prisco hoc ritu.

Cùm autem pietate & eruditione ornatissimus vir, stipendij illustris apud nos Rector plurimorum annorum fidelissimus, collega & compater meus charissimus, M. Samuel Hailandus, & ego: monte arcis hic principis, qui ad montem VVurmlingensem excurrit, per syluam amœnam transito, 30. Iul. 1589. expatiati essemus in montem prædictum, vetustatis alicuius eruendæ causâ: reperimus in Ecclesiola vel sacello montis, tantùm hæc (à sene Sacerdote, viro humano, introducti) lapidem scil. sepulchralem Caluensis comitis, in recessu muri inclusum, sine vlla inscriptione. Putabat Sacerdos, inscriptionem in altera & auersa parte lapidis esse. Sed Murarijs & vectibus, ad emoliendum opus esset. Deinde tabella ibi pendebat in muro, cum his verbis, sine anno: **Graff Anshelm zu Kalb/Stiffter.** Insignia: rubeus leo (sine villis, quasi caluus) in campo albo: stans in tribus collibus, vel petris, cæruleis (duobus pedibus, sinistro anteriore, & dextro posteriore, in media petra positis) coronam habens in capite cæruleam, & linguam exertam itidem cæruleam. M. Samuel Hailandus. Mons VVurmlingensis. Insignia Caluensium comitum.

In alia tabella: Anno Domini 1398. feria quarta ante assumptionem Domini, obijt Fridericus de VVurmlingen. In planitie alba, glaucus crocodilus, **ein blawer Lintwurm.** VVurmling. nobilis Fridericus.

Non longè infra montem distat pagus VVurmlinga: in quo veterum nobilium VVurmlingensium, dum eorum genus erat, in plano loco arx siue domicilium adhuc extat. In fano pagi (quod tum ingredi, absente Æditiuo & Sacerdote, non poteramus) sepultura est nobilium Megizzerorum. Ex qua familia, VVolf Dieterichо strenuo viro nato, ante multos annos hìc nuptam vidimus, nobilem genere, pietate, & omni honestate, virginem, Agnetem à Fyrst: viduam adhuc apud nos viuentem cum laude: quæ aliquot liberûm nostrorum, ante plures annos è sacro Baptismate leuauit. Patrem habuit ea Ioannem Casparum ab Anvveil, præfectum olim Tybingensem: matrem autem, ex Neuneccia familia. Matertera eius, Ioanni Conrado de Fyrst, sui generis vltimo, collocata, hæredes instituit nepotes & neptes ex sorore: inter quas & hæc est Heroina, filiarum natu maxima. VVurmlinga vicus. Megizzeri. Anvveilerina Agnes.

CONRADINI PRÆLIVM CVM CAROLO REGE, CLADES, FVGA, captiuitas. Regenspergensis Vlricus, δὶς καταστρηγηθεὶς, duplici strategemate à Rudolpho Habspurgensi perculsus.

CAPVT XVIII.

Profectio Conradini ab vrbe Roma.

ANno 1268. Conradinus, cum reliquisset Romæ in Capitolio (quemadmodum à Pandulpho scribitur) ad vrbis custodiam, Senatoris loco Guidonem, Montefeltriũ comitem: ipse vna cum Henrico, mediocrem quoq; exercitum ex Hispanis secum habente, Regnum versus contendit. Cognito autem, Carolum Montis Cassini viam custodire: ipse Tiburtinam viam secutus est: atq; in Taliaquotii comitatum peruenit. Cumq; in planitiem Marsorum, ad Fucinum Celanum ve lacum descendisset: certior factus est, Carolum sibi obuiam ire, nec ita longè abesse. Itaque acie instructa, & militari iam ordine obseruato, progredi cœpit: relictis ad dextram aquæductibus murisq;: quibus ex eo lacu Romam aqua deriuabatur: in Palentinam planitiem supra lacum peruenit: eo animo, vt cum illo dimicaret. Ibi à dextra ipse lacus est: à sinistra Marsorum montes altissimi: & à fronte collis: cuius initiũ ab vrbe alba est: à qua CIↃ CCC. circiter passus exporrigitur. Intra collem eũ vallis est, CIↃ circiter passus exporrecta: & Palatinæ planitiei respectu ita sita: vt ex ipsa nihil eorum, quæ in valle sunt, conspici possit. Angebatur tunc R. Carolus: quòd copias suas non haberet coniunctas. Pars, Messanæ contra Fridericum Hispanum erat: pars, ad defensionem oræ maritimæ, recuperationemq; Apuliæ. Aretij quoque partem quandam amiserat. Idcirco se Conradino viribus nequaquam parem existimabat. Cum itaque ita animi dubius esset: ecce Gallus quidam, Alardus nomine, senior, in re militari exercitatissimus: a visitatione sepulcri Dominici, Neapolin appellit: Romani inde ex voto, tum Galliam, petiturus. Accersit eum ad se Carolus: consilium aliquod vtile poscit. Negabat ille primo, propter votum Romæ petendæ: postea tamen paruit, sed ita, vt Rex consilium ipsius sequeretur.

Caroli Franci anxietas.

Alardi cuiusdam consilio iuuatur.

Itaque die S. Augustini (5. Kal. Septemb.) anno CIↃ CC LXVIII. Caroli acies, de consilio Alardi sic structa est.

Acies Caroli.

Duo agmina, præmissa, mille circiter passus, in planitiem Paletinam: Philippo de montefort (ecce, Alemanno) Duce: qui in secundo agmine iussus est consistere, Regio ornatu & Insignibus conspicuus: vt Carolus ipse esse putaretur.

Tertium ex optimis quibusq;, & fidissimis, constitutum militibus: vna cum Carolo R. in valle, de qua dictum, latens. Ipse Alardus, in summo colle, qui vallem & planitiem inter se dispescit, consistebat: vt in vtranq; partem prospiciens, in omnem euentum paratus esset.

Acies Conradini.

Conradini acies.

Primum, Romani, Itali, & Hispani omnes.

Deinde, Ipsemet, & Austriæ Dux adolescens, ætate æqualis: cum signis militaribus, ac ter mille grauis armaturæ viris: quibus custodia corporis Principum commendata erat.

Henricus Senator, neutri agmini addictus: sed liber ad prouidendum, quid vtroq; in agmine opus foret, relictus.

Prælium.

Cum in Caroli acie Philippus cerneret, iam tempus esse congrediendi: signum dat primo agmini, ad impetum in hostes faciendum. Hi verò Gallos magno animorum ardore excipiunt, ac sternunt. Appropinquat Philippus: nec minus a suis, quam ab hostibus, Carolus putatur esse. Pugnat acerrime: hostem ad tertiam vsque horam sustinet: ita, vt nondum cognosci posset, in quam partem victoria inclinaret. Tandem verò, Italis & Hispanis quibusdam conglobatis, valida impressione facta: ictus, humi stratus, atq; interfectus est. Fuga igitur exercitus, facta: quod ipse putaretur Carolus interiisse.

Insecutio intempestiua ex parte Conradini.

Conradiniani iam, certa se victoria potitos rati, dissipatos insequebantur, & spolia legebãt. Germani quoque, qui in subsidio circa Principes erant: ne expertes rei gerendæ victoriæq; essent, se negotio præproperè admiscuerunt. Ita profligatis hostibus (vt a Florentino 3. part. Tit. 20. cap. 1. scribitur) cum passim fuga effusissima fieret: victor quoque, qui persequebatur, dissipabatur. Nullum iam in campis erat densum agmen (στῖφος συμμένον) nullum in subsidiis robur manserat: nisi aliquot vilissimi serui, apud Principes. Vagus miles (væ tibi, Sueue Conradine: væ tibi, Fridericæ Austriæ) prædæ hic intentus miles, quasi certissimus victor, exultabat. Maxima pars insecuta fugientes, se longè è conspectu proripuerat.

Ibi Alardus, his omnibus in vertice collis diligenter obseruatis: occasionem rei bene gerendæ rapuit: Carolum è valle, vbi subsidebat, repente mouentem superuenire dispersis hostibus, palantibus, præda onustis, iubet. Rex, circumducta delectorum acie, in planitiem venit: hostes cædit,

Alardi consilio

dit, fugat, capit, ad ipsa signa Conradini fertur. Qui, ceu fulmine afflatus, & attonitus factus: cum paucis inde comitibus fugit. Rex victoriam nactus, suos ab insequendo continuit: atq; in campo illo mansit. Extare etiam nunc eo in loco monimentum eius rei Collenutius ait: Templum videl. tunc conditum: quod Sancta Maria Victoriæ nuncupetur. Ad XII. autem millia, ex parte Conradini cecidisse, Æmylius scribit.

Carolus victorē hostem vincit, ex insidijs erumpens.

Fuga Conradini.

Præceptum Leonis Imp. Constantinopolit. qui vixit circa 886. Christi, in libro de bellico apparatu.

Sæpius hoc militibus tempore prælij est à Ducibus inculcandum: ne ante belli exitum, vel exploratam & certam victoriam, quenquam hostium spolient.

Noli spolia legere ante tempus.

Et Homerici Nestoris, Iliad. 6. Item Iliad. 4.

Μήτις νῦν ἐνάρων ἐπιβαλλόμενος, μετόπισθε
Μιμνέτω. ἀλλ' ἄνδρας κτείνωμεν.

Nemo studio legendi spolia remaneat extra aciem.
Prius hostes occidamus. Postea tutum erit spoliare.

Nemo animo suo præsidens, extra aciem prosiliat: ne ea videlicet laceretur.

Μηδεὶς ἱπποσύνῃ τε καὶ ἠνορέῃφι πεποιθώς,
οἷος πρόσθ' ἄλλων μεμάτω δηΐοισι μάχεσθαι:
μηδ' ἀναχωρείτω. ἀλλὰ παδνότεροι γὰρ ἔσεσθαι.

Itaq; Conradino si victoria, quam iam in manu habebat, dum ante tempus exultatur, amissa est: mirari nemo debet, sed condolere.

Carolus autem, eâ tanta victoria obtenta, Romam extemplò Epistolam misit (teste Corio) sic incipientem: Surge pater, & comede de venatione filij tui. Vbiq; deinde quærebat Conradinū, præcipuosq; socios eius, inter viuos & mortuos. Captiuorum partim crucibus suffigebant: alios perpetuo carceri mandabant. Verum Henricus Castellanus, Senator ille Romanus, Reate se ex fuga in Monasterium recepit: sed ab Abbate captus, pontifici deditus est: postea verò, vnà cum Gerhardo Comite Pisano, qui Romam confugerat, Carolo traditus.

Epistola triumphalis Caroli ad papam.

Captus, Henricus Castellanus.

Conradinus autem, vt Antoninus vult, è fuga Romam ad Guidonem Montefeltrium confugit: sed, clade eius ibi patefacta, & ciuibus ad arma currentibus, profugit Asturam incognitus, vt inde Pisas nauigaret. Verùm circa ea loca captus, Regi Carolo traditus est. Vt verò Pandulphus scribit: ipse, & Austriæ Fridericus, Caluanus Lancea, & filius eius Galeottus, aliusq; quidam stabularius seruus: Agasonū veste induti, triduum per syluas saltusq; oberrarunt. Cūq; nescirent, in quam partem eundum esset: fortè non procul à litore Romano, in syluam supra oppidum Asturam peruênere. Ibi inuenêre Piscatorem quendam cum nauicula: quem rogarunt multis cum promissis: vt ipsos ad Senensium Pisanorum vé littora deueheret. Piscator paruit. Cùm autem pane carerent: nec illorum quisquam nummos haberet: annulum quendam ei dederunt (hei, quàm imprudenter) vt, eo oppignerato, aut pecunia permutato posset panem emere in nauem necessarium. Ipse ergo Asturam ingressus, de annuli precio sciscitatur, pecuniam pro eo accepturus. Interrogatus autem, vnde nam cum tam insigni annulo veniret: se à duobus ait adolescentibus aspectu egregijs quidem illis, sed fœdè vestitis, accepisse: qui nauem suam conduxerint. Accepto pane, ad nauem reuertitur: illisq; impositis, institutum cursum occipit. Interim verò famâ annuli, ad Ioannem Frangepanium Romanum, oppidi præfectum, perlata: is continuò conijciens, vnum ex illis esse Conradinum (heu, miserande puer, si qua fata aspera rumpas) maiore nauigio post eos misso: miseros Principes statim cepit, Asturamq; pertraxit. Nouo hoc casu mox cognito: Asturam sæuus Carolus breui terra mariq; obsedit: ne captiui euadere possent: eosq; non multò pòst in potestatem suam redegit. Hæc causa est captiuitatis Conradini: quòd à Piscatore imprudente proditus fuit: testantibus doctissimis etiam Italis, Antonino & Pandulpho: non autem, quòd proditus fuerit Carolo à quodam nobili comite, quia huius vxorem amauerit. Quasi verò adolescentulo peregrino, inter prudentes viros militares versanti, & de Regni recuperatione sollicito, amores studio fuerint, aut esse potuerint. Fabulosum hoc alicuius maligni commentum est. Ideo omittamus. Carolus autem Romam profectus est, ob res ibi componendas. Inde Ginatianum reuersus, Caluanum atq; Galeottum capitibus truncauit: vt eo modo Philippi Montefortij comitis cædem vindicaret. Conradinum autem, & Austrium, sociosq; Calamitatis, Neapolin abduxit: vbi in sequentem annum captiui detenti sunt.

Et Cōradinus apud op. Asturam.

Annuli indicio proditus.

Frangepanius.

Astura, à Carolo victore capta, & Conradinus.

Caroli sæuitia in captiuos.

Relinquamus infelices adolescentes:

ἐν κεράμῳ στονόεντι λίην κρατέρ' ἄλγε' ἔχοντας:

& in

& in Alemanniam paululum deflectamus: quædam, quæ mense Septembri eiusdem 1268. anni facta sunt, narrantes.

Vtliberga castellum. Ius. fraude Rud. Habspurgij captum.

Est castellum secus Tigurum, in summo montis Albis, nomine Vtliberga. Huius Dominus, Vlricus de Regensperg (de quo suprà cap. 16. diximus) solebat equitare XII. equis albis, & habere albos canes: ipse etiam seruiq, albati. Quo egresso ex arce quodam die: comes Rudolfus Habspurgius, Tigurinorum Dux, eodem numero equitum & canum, albo itidem colore, trepidè accurrit illam arcem versus, persequentibus ipsum acerrimè Tigurinis. Ipse fugiens, in castellum, tanquam Dominus (errore illorum, qui intus erant) receptus est. Sed vnà etiam irruêre persecutores. Ibi, incolæ trucidati, arx destructa. Stumpf. lib. 6. cap. 22. Ein lustigs Reuterstück. Pulchrum tyrocinium equestre.

Sie & Glantzebergum.

Idem Rudolfus eodem anno, eidem Vlrico, etiam Glantzenbergum oppidum eripuit astu. Nam misit naues aliquot cum vasis, armatorum plenis: tanquam Basileam descensuras per flumina Limagum & Rhenum. Hæ cùm venissent secus Glantzenbergum, ac colle protegerentur: Tigurini vociferabantur, quasi naufragium passi. Ibi oppidani excurrere diripiendi merces causa. Armati verò, iam vasis egressi, eos ferro exceperunt. Quibus succurrente ciuitate, & oppido sine custodibus relicto: Rudolfus ex diuersa parte, vbi cum exercitu latuerat, irrupit in oppidum, cepit, destruxit. Stumpf. lib. 6. cap. 23. Pulchrum imitamentum τῦ Δαρείου ἵππου, equi Troiani, armis fœti. Synadelphingæ anno 1268. obijt Heinricus de Vigilhan, canonicus huius Ecclesiæ, die S. Dionysij. Eodem anno (inquit Sindelfing. liber) Rudolfus comes, aduocatus nôster, argenti annuatim, in recompensam ablatorum, in possessionibus suis recipiendis, assignauit: vt in priuilegis nostris inuenitur.

Tybing. comes Rudolf.

CONRADINI ET SOCIORVM ACCVSATIO, CONDEMNATIO, defensio, Turcicum supplicium, deploratio, sepultura, monimenta hodierna.

CAPVT XIX.

ANno 1269. (potius, quam 1268. vt alij habent) cùm Conradinus & Austrius, annum iam in vinculis custoditi fuissent: R. Carolus (Regni iam victor potens) conuocatis Neapolin primarijs totius Regni Iurisconsultis: quæsiuit ex singulis, quid Conradino faciendum esset. Hi omnes (præsertim Neapolitani, Capuani, atque Salernitani) morte censuerunt mulctandum. Sed ferebant nimium boni istì sententiam, quam Carolo placere scirent. Qui Clementem quoq; P. consuluisse scribitur hac de re: qui ἀντιφρασικῶς clementer respondit: VITA CONRADINI, mors Caroli: MORS CONRADINI, vita Caroli. (Sicut 4. Verr. Cicero dicit: Verris absolutio, Siculorum euersio) Etsi Onuphrius Clementem 3. Cal. Decemb. 1268. animam exhalasse scribit. Aly tamen posterius, occiso scil. iam Conradino. Vtut sit: ne ipse quidem, tam crudelis persecutor Sueuici generis, diuturnam circa Conradini calamitatem vsuram vitæ habuit. Non autem probabatur melioribus & strenuis ex Gallica nobilitate viris, hæc sanguinaria sententia. Quinimo præ cæteris ei repugnabat Rupertus, comes Flandriæ, Caroli gener: asserens, è tanta, tanquam illustri, familia natum, nullo modo esse interficiendum: sed liberandum potius, & matrimonio aliquo (filiæ Caroli desponsatione, vt habet Auentinus) deuinciendum. Assentiebantur multi generosi, & benè sentientes, viri. Sed vicit crudelis illa sententia: quam etiam Bohemus Odoacer, ne quando, quæ ipse Austrijs abstulerat, a se repeterentur, vrsit.

Conradinus, ab Iurista condemnatus, Neapoli.

Sententia hæc, bonis viris improbata.

Itaque VII. Kal. Nouemb. annuâ iam in vinculis detentione exacta: instratus est Neapoli locus (stupano interprete ex Pandulpho) sericeis tapetijs rubeis: in eo foro, vbi columna deinde, ante Carmelitarum Templum erecta fuit à Conradini matre, in huius rei memoriam. Huc adducti sunt, ipse Conradinus, & Frider. Austriæ Dux, Gerhardusij. comes Pisanus (qui in prælio, Tuscorum Dux fuerat) atq; Hurnesus Germanus (Auentino, Hurongmus Sueuus: in marg. Fortè Hirnheim) itidem in prælio captus. Adiungitur eis Henricus Castellanus a Colle nutio. Præterea, Richardus Reburſa, Ioãnes Grutta, Marinus Capeccius & Rogerius Bussus. Confluxerat ad locũ maxima hominum multitudo (non modo Neapolitanorum & Gallorũ, sed vicinarum etiã vrbium) tam crudelis supplicij spectandi causa. Aderat & ipse, tam feri & bestialis actus, seu Magisterij, promotor Carolus: ex vicina turri, quicquid gereretur, spectans. Hei hei, qualem imaginem rerum ceu præsens, mihi videre videor! Extructa erat cathedra. Hanc Robertus Barius, Caroli Protonotarius, ascendit: sententiam capitalem in omnes pronuntiat: præter vnum Henricum castellanum, perpetuo carceri mancipandum: vt Abbati, qui capiens, fidem

Locus capitalis apparatur.

Conradinus, Fridericus, & plures miseri, producuntur.

Spectaculum πανδακρυτον, luctuosum.

Sententiæ capitalis pronuntiatio.

dem ei vitæ non adimendæ dederat, satis fieret. Capita sententiæ præcipua erant hæc: Conradinum, quoniam Ecclesiæ pacem perturbasset: Regium nomen sibi falso assumpsisset: Regiq; ipsi mortem intentasset: morte damnari. Qua sententia audita: Conradinus fertur ad Protonotarium Latinè dixisse: serue nequissime, serue scelestissime: ita ne filium Regis damnasti? An nescis, neminem in eum, qui sibi par est, imperium habere? Deinde negauit, se vllam Ecclesiæ iniuriam inferre vnquam voluisse: sed tantùm recipere Regnum, quod sibi deberetur, & iniustissimè fuisset denegatum. Sperare quoq;, mortem suam à matris suæ familia, à suis Germanis, à Bauariæ Ducibus, cæterisq; cognatis, minimè situm iri manere inultam. Quibus dictis: chirothecam ex altera manu detractam, veluti signum legationis, aduersus populum proiecit: asserens, hæredem a se institui Fridericum Castellanum, amitæ suæ filium. Ea chirotheca, excepta fuit: & ad Petrum Aragonium postea allata: qui etiam hæres ab illo institutus, vt cognatus, ab Auentino dicitur.

Responsum Conradini.

Chirothecæ proiectio.

Heredis (Petri Aragonij) institutio.

Tunc autem Fridericus Austrius, primò securi percussus est: vltimus Austriæ de familia Leopoldi Dux. Cuius caput Conradinus amplexus, atq; osculatus cum lacrymis, seipsum quodammodo accusabat: quasi è materno complexu abstractum, in hanc calamitatem coniecisset: crudelemq; interitum, chari & cognati adolescentis, miseratus deplorauit.

Obtruncatio Frid. Austrij.

Deinde multa de acerbitate atq; perfidia inimicorum (qui se innocentissimum, præter fas atq; æquum, hæreditate, ataui, proaui, aui, Parentis, sanguine parta, spoliassent) conquestus: causa sua summo Iudici, vltori sceleris & parricidij, commissa: ad Christi tribunal prouocatione facta, & Petro Aragonio (vt dictum est) Regnis suis legatis: genibus ad Deum flexis, veniâ peccatorum ab eo petita, huicq; anima sua commendata: sæuo ferro præbuit suam pulchram ceruicem, ferro pontificio. Iacuit caput: iacuit vetus & inclyta Hohenstauffensium familia: iacuit gloriosus plurimorum annorum Sueuiæ Ducatus.

Conradini extrema verba, & interitus.

Hohenstauffici generis extrinctio.

——————— Quis talia fando,
Temperet è lacrymis, luctumque coërceat altum?

Auentinus 4. Kal. Nouemb. die Lunæ factum scribit. (Dum hæc 22. Iul. 1591. scribo: ecce obitus pij & clarissimi Doctoris V. I. & in Academia hac Tybing. longæui Professoris, domum meam, & in Museum meum nuntiatur, D. Anastasij Demleri patroni colendi Christus nos omnes beato similiter hinc exitu donet.)

Anastas. Demler Iurisc.

Eodem cum præcedentibus supplicio, etiam Gerhardus & Hurnesus sunt sublati: cæteri quatuor magnates, Regni indigenæ, laqueis suspensi.

Cæterorum concaptiuorum interitus.

Ministro autem, qui Conradinum obtruncauerat, alter statim (ἐκπαρασκευῆς, à Carolo præparatus) incubuit: qui caput eius itidem decussit: ne vnquam posset gloriari: se illius sanguinem profudisse: qui è tantæ nobilitatis genere natus fuisset.

Carnifex, occisus.

Sepulta sunt non prius, quàm Carolus iussisset, cadauera primorum: & Conradino, hoc Epitaphium inscriptum.

Sepultura illorum nobilium.

Asturis vngue leo pullum rapiens aquilinum,
Hic deplumauit, acephalumque dedit.

Leo profectò illaudatus, & pœnas daturus.

Hic fuit exitus Conradini: nobilis illius & pulcherrimi (vt Paduanus Historicus vocat) adolescentis Eheu.

Conradini pulchritudo.

Hi nostri reditus, expectatiq; triumphi. De quo adolescente, vt de formosissimo Zerbino, dici illuo potuisset Ariosti: Natura il fece, e poi roppe la stampa.

Καλλίστου ὅγε ἦν ἀρχετύπου, κάλλιστον ἐκμαγεῖον: sicut Choniata inter se voces ἀρχέτυπον & ἐκμαγεῖον opponit. Quem Conradinum etsi Antoninus Florent. Archiepiscopus 3. part. Histor. cap. 20. cũ patribus suis, ad Inferos detrudit, tanquam Ecclesiæ persecutorem: tamen ista viperina iudicia, curanda non sunt. Damnati sunt multi, quos Deus saluos fecit: Sanctis adscripti sunt multi, quos Infernus possidet. Dies Domini verum iudicium proferet. Videamus nunc, quæ ipsorum Italicorum Scriptorum de præsenti Conradino, & de aduersarijs eius, iudicia sint.

ἐπίκρισις de morte eius.

Audiatur Pandulph. Histor. Neapolit. lib. 4. sed breuius.

Talis fuit exitus Conradini adolescentis, miserandus & lachrymabilis: cum quo finitum est Imperium nobilissimæ Sueuorum familiæ: quæ paterno & materno genere, iam inde à Clodoueis Carolisq;, Galliæ Regibus, multos Imperatores, Reges, Duces, produxerat. Quapropter damnata etiam fuit à multis scriptoribus, hæc Caroli in Principem minoris ætatis crudelitas. Victoria parta,

In crudelitatem Caroli.

parta, gladius ponendus fuerat: non amplius sanguine, præsertim Christiano, maculandus. Cur non didicit clementiam vel ab Infidelibus? Saraceni, cùm eum ipsum Carolum, fratremq; Ludouicum Regem, qui illis bellum intulerant, cepissent: tamen Regiè tractarunt, atque etiam dimiserunt. Ideo non immeritò Aragonicus Rex Petrus, in quadam Epistola, inter cætera his etiam verbis in eum inuehitur: TV NERONE NERONIOR, & Saracenis crudelior. Robertus quoq; Flandriæ comes, quanquam Caroli gener: tamen tanta indignatione motus fuit contra illum: qui capitalem sententiam, tenuissimæ conditionis homo, aduersus tantæ excellentiæ Principem pronuntiauerat: vt eum, tanquam vita indignum, ense confoderit.

Protonotarij cades.

Et adduntur inter alia, apud Nauclerum ex Epistola ad Carolum, etiam hæc. Cunradinum tu, non in prælio, sed inermem nequiter captum: post diuturnum carcerem, post probrosa ludibria, post multas ex eo factas ostentationes ad pompam: contra iustitiam, & contra Deum, contra omne ius belli, contra consuetudinem priscis moribus approbatam, vita immaniter priuasti: huic generi pro NECTARE rependens ABSINTHIVM: vt qui comitatum prouinciæ, cum vxore, de gratia speciali à Friderico Cunradini auo acceperis: fidelitatis q; sacramentum illi prose, hæredibusq; suis, præstiteris. ô Rex Cunrade, tempore tuo præpotens: in vrbe tua Neapoli, quam tantis olim sumptibus, tantis laboribus, domuisti: tuus ecce natus, indigna nece damnatus est. Vatibi, miserande puer, &c. ô tristis & misera mater, &c. ô coniunx infelix eius, &c. ò Prætristes Bauariæ Duces, &c. Plange dolenter Germania, mœsta nutrix eius, &c. Plange dolorosa Sueuia, peculiaris hæreditas, &c. Plange vehementer Italia, &c. Miserum Siciliæ Regnum Plange, &c. Plange infortunata Ierusalem, prodito Rege tuo: à quo facilè fuisses in integrum restituta.

Ingratitudo Caroli.

Audiatur Marc. Guaz. in Chronicis suis.

Veramente di sasso sarebbe colui: che non fusse da vn tanto crudele essempio commosso: che vn Re tanto generoso, e da tanti Cesari deriuato, & vn Duca tanto valoroso, & amendui giouinetti, fussero trattanti vil mente, con sommo vituperio: e poi senza alcuna ragione, per consiglio di Papa Clemente quarto decapitati. Saxeus, inquit, verè esset ille: cuius animum non commoueret tanta crudelitas: in tam excellentem Regem, nobilemq; Ducem, eosq; ætate adolescentes, edita: quòd & ignominiosè fuêre tractati, & consilio Pont. Clementis IV. sine vlla iusta causa decollati.

Lapis esset, quem non misereret casus Conradini.

Audiatur Ioan. Bapt. Giraldus, in Hecatommytho, part. 2. Decad. 9. Nouel. 2. Conradini tragœdiam describens sub nomine Graci Tydei (id est, parui) à Turcis victi, fugientis, pane & pecunia carentis, annulum Piscatori ob panem emendum dantis, ab eo proditi, à Turcis capti, miserè tractati, Deos se commendantis, chirothecas proÿcientis, obtruncati: quod idem & carnifici eius acciderit. Narratio, pathetica plane, & suauis lectu est. Facere non possum, quin ponam: cùm ita honoretur noster miserandus Sueuus.

Auenne nel tempo, che vn Re de Turchi cercaua di porre il freno à tutta la Grecia: che Tideo, che signore era di Corinto, & contra il Turco era armato, vel fatto d' arme fu superato dall' essercito Turco, con perdita di tutta la sua gente. Onde, cercando il misero di fuggir dalle mani del nimico: che sopra ogni cosa desideraua di hauerlo in sua podestà, per fargli dare misera morte: tanto si andò aggirando, in habito di contadino: che sconosciuto si ridusse, oue vn gran lago stagnaua: & ibi rittrouato vn barcheruolo, che vi haueua vna picciola barchetta, per cagione di pescare: il pregò à volerlo condur oltre quellago: pro mettendogli di arricchirlo, se egli in sicuro il conducea. Al qual cosa fare, il cortese huomo si mostrò multo disposto. Ma non fu tanto caro a Tideo l' hauere ri trouato il modo di sottrarsi alla crudeltà: quanto, che se imaginò di potere almeno hauere vn poco di pane, per ristorarsi dalla lunga fatica, & dal molto disagio, ch' egli hauea sostenuto, per lo spatio di due giorni: ne quali egli era ito errando per luoghi solinghi, senza hauer mai ritrouato casa, ond' egli hauesse potuto hauere picciolo ristoro. Cosi colui, che signore era della piu magnifica città della Grecia, & era auezzo nell' abondantia, & nella delicatezza della vita signorile, à si misero stato era condotto: che non hauea, onde potesse hauere vna vncia di pane à sostentimento della vita. Egli adunque, che si sentiua, per la fame venir meno: tratto dalla speranza, disse al barcheruolo, che gli volesse dare vn poco de pane. Il pouero huomo, che tanto ne comperaua, quanto gli ne daua il modo (il poco pesce, ch' egli pigliaua nel lago, che era poco meno, che sterile) gli disse, che gli dolea, di non gli poter dar cosa alcuna: & che non meno era trauagliato dalla fame, ch' egli si fosse. Perche erano due giorni, che nulla haueua preso: & perciò non

Tydeus, à Turca victus.

Actio cum Piscatore.

Fames Tydei.

Piscator nihil panis habebat.

non haueua potuto trarre vn soldo, onde si haueſſe comperare coſa alcuna da viuere. Quanto fuſſe ciò graue à Tideo: non ſi potrebbe imaginare. Et accreſceua la ſua moleſtia: che, quando anchо oltre quel lago l'haueſſe il barcheruolo condotto: non vi era ſperanza alcuna di poter ritrouar nulla: però ch'oltre al lago v'era vn luogo deſerto: oue non vi ſi ſarebbe ritrouata vna radice di herba. Et non hauendo pure vn danaio, onde poteſſe farſi comperare coſa alcuna da mangiare: ſi doleua tacitamente della ſua maluagia ſorte: che eſſendo nato, come egli era, di reale progenie: & eſſendo Signore di nobile & ricca città, ſe ne haueſſe à morire: come ſe foſſe nato in eſtrema miſeria della fame.

Erant ambo in ſolitudine.

Ora, veggendoſi giunto à coſi ſtrano partito, con tanto pericolo della vita: hauendo il miſero, vno anello di molto prezzo: il diede al barcheruolo: accioch' egli ſi andaſſe al vn loco indi non molto lontano: perche il vendeſſe il meglio, che poteſſe: & comparaſſe da viuere per ambidue. Si vide allhora, quanto ſia malageuole il fuggire la ſorte auerſa, quando ella ci incalcia. Perche andato che fu il barcheruolo alla piazza per vendere l'anello: toſto che egli fu veduto: ſi conobbe, che veniua quella gemma d'altronde, che dalla mano di quel pouero huomo. Et hauendo gia fatto gir bando il Turco di dare gran premij, a chi gli daua notitia di Tideo: & di dare agro gaſtigo, a chi ne haueſſe qualche contezza, & non gliele paleſaſſe: coloro, cui il pouero huomo haueua moſtrato l'anello, venuti in ſoſpitione, che l'anello era coſa di gran perſona: & che potrebbe ella eſſer ageuol'mente di Tideo: il barcheruolo preſero di ſubito: & vollero ſapere, ond'egli la gemma hauuta ſi haueſſe. Egli impaurito diſſe, che gliele haueua data vno miſero huomo, che dalla fame ſene moriua: & era nella ſua nauicella, veſtito da contadino: perch' egli il portaſſe oltre il lago, in luogo ſicuro.

Annulum dat Piſcatori Tydeus, panis emendi cauſâ.

Indicio annuli proditur.

Non ſi toſto hebbero ciò inteſo coloro: che ſi tennero per coſa certa, che quegli Tideo ſi foſſe. Laonde menato il pouero huomo al Turco, gli fecero dire ciò, che egli loro haueua detto. Il Turco ſubito miſe in punto molti caualli: & mandò colà, oue Tideo ſe ne ſtaua ad aſpettare qualche riſtoro alla ſua cadente vita. Et ecco, quando v'era in maggiore ſperanza, vi ſopragiunſero: caualieri Turchi: & preſolo miſeramente, il conduſſero ad Turcho. Ilquale veduto, rimaſe molto allegro: & il fe porre in vna oſcura prigione: oue il tenne permolti meſi. Poſcia deliberatoſi di farlo morire: fe coprir vna gran piazza tutta di veluto nero: & coſi anco tutto il pauimento, & i pareti altreſi. Et a lume di torchi vi fe condurre il miſero Tideo: oue fu condannato alla morte. Dopò la qual ſentenza, fu dato nelle mani al manigoldo, che gli leuaſſe la teſta.

Capitur.

Condemnatur & carnifici traditur.

Il miſero, giunto à quello eſtremo partito, ſi dolſe grauemente della ſua infelice fortuna: monſtrando, quanta foſſe la forza di eſſa nelle coſe humane: poſcia ch'egli nato Signore dopò l'eſſere ſpogliato del Regno, era ſtato condotto à morirſi della fame, per non hauere di tante richezze, & di tanti theſori, che egli poſſedeua vn picciolo danaio da poterſi comperare vn pane à ſoſtegno della ſua vita: & che finalmente quello anello, nel quale egli haueа meſſa in tanta calamita, la ſua vltima ſperanza, gli haueа portata la morte. E qui poſtoſi ginocchioni, & riuoltatoſi co gli occhi, & col cuore a Iddio, diſſe: ſignore, poi che tale deue eſſer il fine mio: io ti prego, che tu accolgi il ſpirto mio in pace e che, come tu ſai, che ingiuſtamente mi moro: coſi tu laſci teſtimonio al Mondo, che non per miſfatto mio, ma per la crudeltà altrui, ſon dannato a morte.

Precatio moriturі.

E coſi detto, trattiſi i guanti di mano, gli ſi gittò dopò le ſpalle, & diſſe: Poi che non ha baſtato alla fortuna, hauermi priuato del Regno, & hauermi ridotto à miſero ſtato, che ha voluto anco priuarmi della vita: io laſcio herede dello ſtato mio, ingiuſtamente occupato da queſto crudele, che ad ingiuſta morte mi ha hoggi condannato: chi queſti guanti ſi piglierà. Et finite queſte parole: gli leuò il manigoldo la teſta, con tanto dolore di quelli, che vi erano preſenti: che non vi fu alcuno, che per la compaſſione teneſſe aſciutti gli occhi.

Chirothecarum proiectio.

Decollatur.

Il Turco, morto che fu Tideo: accioche quel manigoldo non ſi poteſſe dar vanto, di hauere tagliata la teſta, a coſi honorato ſignore: aggiungendo crudeltà à crudelta, il fe dare nelle mani ad vn altro manigoldo, chegli leuò parimente la teſta.

Idem accidit carnifici.

Dal miſero auenimento, che vi ho narrato, ſi ha potuto vedere: che tanta è la inconſtanza delle mortali proſperita: & tale il riuolgimento delle coſe humane: che tra noi non è perſona coſi felice, che non poſſa giungere a ſomma infelicita: ne ſtato coſi grande, che non poſſa eſſere da

Nemo igitur tutus à calamitatum telis.

lei sottosopra volta: & che il fidarsi nelle grandezze di questo Mondo, è fondarsi su il vento, & edificare su l'ombre. Tanto è ciò, che qui sotto il cielo veggiamo fragile & caduco.

Nulla felicitas in terris, stabilis est. Qui confidit rebus mundanis: innititur ventis, & ædificat supra vmbras. In cœlo est nostra stabilis ciuitas.

CARMEN GERMANICVM VETVS DE CÆDE Conradini & Friderici.

MAn fürt herfür die Fürsten beid (wer hat gesehen solches leid/bey dencken aller zeiten?) ja auff die walstat/die da war beraitet jnen also bar/offlich vor allen Leuten. Man schlug in bäid die Häubter ab. Da war gar kein erbarmen. Es must daran der junge Knab/mit sein schneeweissen armen: Als er war viertzehen jar. Durch den Bapst Clementen den Viert/ ist es geschehen offenbar.

Sepultura Conradini.

Benedictus Falconius Neapolit. in descriptione locorum Neap. de Conradino scribit: eum ibi in sacello fori sepultum esse: & matri eius, quæ tempore supplicij eò venerit, statuam lapideam, lacrymanti similem, inibi positam fuisse, sed non amplius adesse.

Matris statua dolorosa.

In vna amplissima parte, inquit, della città, è il mercato. Altro simigliante à lui non vidi io in Italia. Quiui giace vna capella: doue fu sepelito Corradino: à cui fu tagliata la testa, per ordine di Re Carlo primo: e la testa al Duca d' Austria: & à molti altri illustri Alemani: ch' eramo venuti con Corradino alla conquista del Regno. Nel qual raro & gran spettacolo, la povera madre essendo presente: & lagrimando con lagrime materne: li Neapolitani fecero vna statua di pietra, con gli occhi dolorosi: e la locarono in vn cantone del muro: che sta dirimpetto alla capella: la qual per consiglio, non so io, di chi nemico delle cose antiche, è stata tolta via.

De eodem Sacello, mihi descripta sunt data 20. April. 1586. sequentia, ab Ioan. Morhardo Tybingensi: qui Neapoli descripserat: & Doctor Medicinæ nunc plures annos Halæ Sueuorum viuit: παλαι ὲ παντὸς μαθητὴς ἡμῶν, Græcè & Latinè doctissimus.

Locus sepulturæ Conradini.

Neapoli, inquit, in foro, non procul à Templo, D. Mariæ Carmelitanæ dedicato (vbi innumera ostenduntur vota) XX. forsitan passibus inde distans, Sacellum est extructum, in eo ipso loco: vbi Conradinus, vltimus Sueuiæ Dux, capite priuatus est. In cuius Sacelli parietibus tota tragœdia depicta est: quomodo Iudices eum condemnarint: isq;, qui sententiam latam legit, quomodo à comite gladio transfixus sit. Picturis subscripta hæc leguntur.

Il conte di Fiandra Hienaco di Re Carlo: quando amazzò il lettor della sentenza. Et: Quando Corradino minacciò al Iudice: & buttò il guanto in segno de vendicta.

Rursum mentio huius nominis:

Conte Girando.

E regione huius sacelli, in angulo cuiusdam palatij, monumentum lapideum repositum est: fœmina illustris lugubri habitu, manu altera loculum ostendens.

Hæc ille. Voluit sine dubio mater Elisabeta Bauara, ingenti pecunia liberare filium Conradinum: sed nullus erat misericordiæ locus: sed (vt Iuuenalis loquitur) pulchra fuit gladio præbenda, & candida ceruix. Cùm etiam 21. Mart. præcedentis anni, in cœna ego hic essem apud

Anvveiler. Sperberseckgr.

nobiles & egregios viros: Ioan. Burcardum de Anvveil, summum Iudicem Aulici Consistorij: & generum ipsius, Ioannem Ludouicum à Sperbers Eck: altosq; nobiles viros: audiebamus, in eo Sacello, vbi Conradinus humatus sit: ex sepulchro eius adhuc 1580. anno, humorem quendam manasse, nec arceri posse. Matris illius lapideum signum extare habitu mœrentis.

DAPIFERORVM VVALDPVRGENSIVM HONOR. FINIS IMPERII Ducum Sueuiæ. Reliquiarum exercitus Cunradiniani reditus in Alemanniam. Ducatus Sueuici collapsi distractio. Margareta Sueua, Turingiæ Landgrauia. Abbas Lorchensis Vlricus. Ernfridus Hengesbach miles, Vipertus Scultetus VVeltzensis. Prouenzanus Gibelinus.

CAPVT XX.

VValdpurg. Dapifer Henricus.

REferemus nunc cætera, quæ de hoc 1269. anno, aut non multò secus, reperimus. Vixit tunc Dapifer quidam à VValdpurg (vt est apud Munst. lib 3. cap. 284.) nomine Henricus: qui fuit familiaris Duci Conradino. Is missus est post necem Conradini, ad Regem Aragoniæ Petrum: vt ad illum perferret annulum eius (an nõ chirothecas?) miserandumq; Ducis interitum significaret. Tunc vicissim Rex dedit huic Henrico Insignia Ducum Sueuiæ, nempe tres

VValdpurgensium Insignia.

nigros Leones: quæ adhuc gestant Barones VValdpurgenses.

Dc

De termino, Ducibus Sueuiæ ad imperandum concesso diuinitus: Herm. Ædit. & lib. 2. de Pata. Brusch.

Qua nocte Henricus Imp. Friderici Barbarossæ F. (circa 1198) interijt: vir quidam (inquiunt) sanctus, pro bono feliciq; Ecclesiæ statu diligenter Deum precans: neq; sciens quicquã de Imperatoris ex hac vita discessu: cùm ab oratione surgeret: inuenit in manu sua (si non aduersus Sueuos conflictum est) hos Versus scriptos.

Rex ruet: & Regnum rapiens, Rex alter habebit.
Henric. Philip. Ottho. IV.
Ille potens medio cadet: hoc & vterque carebit.
Imperfecto.
Surget ab occiduo Rex, vt leo: Regna tenebit.
Frider. II.
Et post hunc nisi tres: & Regius ordo silebit.
Conrad. Manfred. & Conradinus. Sueuorum.

Sueuorum Imperatorum finis.

De reditu reliquiarum exercitus Cunradini in Alemanniam. Auent. & alij.

Germani comites Cunradini, audito exitio sui Regis: globo facto, quendam Stuchonem aut Stockum, fabrum ferrarium, apud Herbipolim ortum, vel Ochsenfurtensem: reliquis suis, quãuis inuitum, præfecerunt: eoq; tamen Duce, per Italiæ fines transiuêre, ferro sibi viam aperientes. Vbi autem fines Germaniæ attigerunt: ille clàm se ab exercitu subduxit, & post 8. menses ad incudem in patria redijt: abdicans se tam inuidioso & periculoso negotio. Etsi in Dominicastrorum Colmar. libro legitur: per vrbem Basileam anno 1270. transijsse quendam Stochilinum: qui dixerit, se esse Conradinum, filium Regis Conradi: quem Carolus frater Regis Franciæ, cum tribus nobilibus fecit decollari. Sed aut hoc falsum est, quòd in nomen Conradini inuaserit: aut per iocum dixit: aut hic Stochilinus, diuersus à superiore Stichone Stockóve est.

Stockus, faber ferrarius reliquorum ex clade Conradini Germanorum redeuntium Dux. Stochilinus.

De fortuna Ducatus Sueuiæ, Conradino extincto.

Postquam ita, vti expositum est, cum Conradino illustrissima magnificentissimaq; Ducum Sueuiæ stirps concidit: Ducatus hic Imperio Rom. venit: sed tamen in multas partes est distractus: vt etiam nunc apparet. Rudolphus Habspurgensis (postea Rom. Rex) & Sueuiam & Austriam accepit, filijs suis tradens: illam Rudolpho, hanc Alberto, Duces nuncupans: sed tamen tota Suenia, & quæ ad eam pertinuerant, non amplius vnà manserunt. Dilapsa sunt alia alio: sicut nihil in rebus humanis, perpetuò coniunctum manet. Venerunt etiam dominia, quæ Duces Sueuiæ in Turgouia & Zurichgouia, alibiq; in Heluetia, habuerant, in potestatem Habspurgensium comitum: nihilominus tamen insecutis temporibus, ea fœderatis Heluetijs cesserunt. Vide 4. Stumpf. 51. Sic Pforzheimum & Zella, quæ pertinuerant ad Ducatum Sueuicum: post mortem Conradini peruenerunt ad Marchiones Badenses. Quibus etiam Fridericus II. deficiente comitatu Kraichgoiensi, & feudalibus locis ad Imperium redeuntibus, Durlachum & Haidelshaimum donauerat. Sed Haidelsheimum, postea Palatinorum factum est. 3. Munst. 275. Eberhardum autem comitem VVirtembergensem (cùm hæc familia facultatibus, & gloria rerum gestarum, iampridem haud mediocriter creuisset) primum creauit Ducem VVirtembergiæ, non totius veteris Sueuiæ, Maximilianus I. Rex Rom. anno 1495. vt aliquando οὐτ' ὄνῳ πλεῖον cognoscemus. Τινὰ πορίσεται, καὶ γενεὰ ἔρχεται. Ecclesiasta 1.

Sueuiæ Ducatus dilaceratio.

Pforzheim. Zella.

Durlachum. Haidelsheim.

De Siciliæ statu, post Conradinum.

Carolus, parta superiore victoria, Montis fortis comitem Guidonem, magna classe instructum (inquit Fazellus) ad recipiendam Siciliam mittit. Eam adhuc Conradus, Antiochiæ Princeps, Friderici II. Cæs. nepos, tenebat: exceptis Syracusis, Messana, & Panormo. Sed classe illa veniente, omnes ferè vrbes ab eo recesserunt. Confugit Centuripen Conradus, vrbem rursus benè munitam. Guido verò eam obsidione cinxit, expugnauit, Conradum cepit, excæcauit & suspendit, Centuripen deleuit. Ita, Sicilia in Caroli potestatem redacta est. Transeamus nunc alùo.

Centuripe.

Margareta, Imp. Friderici II. filia, nupta erat Landgrauio Turingiæ Alberto, anno 1265. postea verò eidem inuisa fuit, propter Chunigundin Isenbergicam pedissequam suam, qua vtebatur Concubina Albertus: & vitæ vxoris insidiabatur. Ipsa igitur nocte quadam (deosculata quoq; ipsos filios paruos, Tyzmannum & Fridericum: posteriores etiam præ charitate admordens genam) à milite quodam, fune demissa in sporta de muro castri Isenaci vel VVartbergi, à marito Francofordiam aufugit: atq; hoc 1269. aut sequenti anno, obijt. Postea 1281. & 1287. filij, matrem vlciscentes, patrem grauiter persecuti sunt. Chronic. Turing. Riuandri, & alibi.

Margareta, Turingiæ Landgrauia, propter pellicē Cunnam fuga.

Aduocatiæ renuntiatio.

Lorch. Aduocatiæ renunciatio. *In nomine Domini. Amen. Ego Ernfridus senior, miles, Dictus* der Hengesbach *consideratâ anime mee salute, ad instantiam venerabilis Domini Vlrici, Abbatis in Lorche, eius dēq;*
» *Monasterÿ conuentus: receptis ab eis ad presens, quasi memoriali, duobus malteris siliginis, &*
» *septem solidis Hallensium: renuntio planè, hodie & deinceps, aduocatie, & omni iuri: si quod*
Linthal. *mihi, siue meis posteris, ratione hæreditatis, aut alio quocunq; modo, in mansu sito in* LINTHAL,
» *quem bone memorie Ernfridus pater meus, iam dicto Monasterio Lorche, pro anime sue remedio*
» *contulit, competere videbatur: hac interposita conditione, vt prefati Monasterÿ Abbas & con-*
» *fratres, huius renuntiationis, aliarumq; collationum, quas eidem facere disposui, intuitu: post o-*
» *bitum meum, suâ corpus meum vectura, ad Ecclesiam suam deferant: in meorum patrum ibi*
» *me tumulo tumulantes. Horum testes sunt:*
VValtherus miles, dictus Sieder.
VVortvvinus de Lorche, & alij quamplures.
» *Acta sunt hæc anno Domini M. CC. LXIX. Indict. XII. In festo beate Marie*
» *Magdalene. Vt autem hec in posterum rata permaneant: sigillo Domini Vlrici Abbatis predi-*
» *cti, meoq; nihilominus, sunt munita.*

Eodem anno, Indict. 12. transactio quædam.

VVeltze Scultetus. *Erat discordia decimarum causa noualium in Burcstall: quæ transacta est inter Abbatem Laureacensem Vlricum, & VVipertum Scultetū de VVallenzin (VVelza) eius q; cohæredes. Transacta autem per arbitros, D. Bertholdum, Præpositum in Madelberc: & D. Decanum de Cuve: Dietericum Viceplebanum in Strasdorff: Gernodum & Fridericum Vicecanonicos de Lorche. Testes, ijdem: nec non & D. Henricus, Viceplebanus in VVallenzin: D. Gernodus, miles ibidem:*
Aspach. *D. Heinricus, miles de Aspach, & alij.*

Eodem anno VVolframus, miles de Bonlanden, spe diuinæ mercedis, & in remedium animæ suæ, parentumq; suorum omnium, legauit Ecclesiæ S. Mariæ Behenhusanæ, ac conuentui, curiam in Lengenfeld sitam, cum omnibus attinentiis. M. Scr.

In Monast. Herrenalbensi. A. Domini 1269. obijt Dominus Otto senior, illustris comes de Eberstein: qui multa bona huic fecit Monasterio.

Gibelinorum afflictio. *In Italia, aliquantò post Conradini mortem, Senenses & Florentini exules Gibelini, à Guelfis Florentinis victi sunt. Nouellus Florentinorum Gibelinorum Dux euasit: sed Senensium Dux Prouenzanus captus, capite truncatus est: caputq; eius, in lancea circumgestatum. Quem Diabolus de euentu prælij interrogantem, deceperat, respondens:*

Oraculi ambiguitas. *Ibis, bellabis, vincens non moriens in bello: & caput tuum, altius erit quolibet alio. Deceptus ille fuit mala particulæ NON distinctione. Antonin. Volum. 3. Tit. 20. cap. 1. §. 10. Magnas præterea calamitates passa est Apulia & Lucania (cædibus, incendijs, rapinis) quòd Conradino adhæserat. Lege Pandulf. lib. 5.*

CONSTANTIÆ OP. INCENDIA. KIRCHAIMVM SVBTECCENSE, ET DVcatus Teccensis Rudolphus Palat. Tybingensis, & VValthausa. Comes Spitzenbergius Ludouicus. Egenolphus, Steuslingen. Dominus Fridericus Gamundianus, ad sepulcrum Domini peregrinaturus. Duo Lindauiensia minora cœnobia. Gallica & Anglica in Saracenos expeditio.

CAPVT XXI.

ANno 1270. procurante Ratisbonensi Episcopo Alberto Magno: concordia inter Colonienses, & ipsorum Episcopum facta est. Tritenh.

Constantiæ incendia. *Ignis consumpsit in op. Constantia amplius centum domos: in domo ciuis Goetti ortus. Iterum 1283. anno, ibidem circiter LX. domus conflagrarunt 14. Febru. Ac rursus 24. domus, 1287. anno.*

Kirchaim sub Teck. *Hoc 1270. circiter anno, Kirchaim sub Teck, à Duce Teccensi Conrado cinctum esse muro, & ciuitatem factam, alicubi in schedis M. Scr. inueni. Habuit Kirchaim initiò, & longè post. suos*
Teccensis Ducatus. *quosdam Teccenses Duces (primo, antequam Christianam fidem amplexi essent, VVeckenses dictos, ab Insignium cuneis) Baltasaros, Conrados, Vlricos. Ex quibus vltimi Ducis filia Agnes, comiti Habspurgensi Egoni nupsisse fertur, circa 1010. Domini. Ita Teckum ad Habspurgenses peruenisse. Dedit postea Henricus IV. Imp. hunc Ducatum Rudolfo Reinfeldensi, vt affini: Rudolfus, genero suo, Berchtoldo II. vt ab eo, contra Henricum Imp. Anticæsar factus, tanto magis iuuaretur. Sed Henricus fidelissimo suo in bellis Duci, Friderico Hohenstauffensi (de quo, suo loco) de-*

eo) dedit 1076. cum filia Agnete, & Ducatu Sueuiæ, mense Martio. Conradus tamen, Berchtoldi Zæring. F. Castrum Teck, & op. Ovvam, cum aliquot villis nigræ sylvæ, retinuit. Alibi etiam, in Brisgoia & Vchtlandia, hæc familia se sustentauit. Scripserunt, se aliàs comites, aliàs Duces de Teck. Etiam celebre Monast. in nigra sylua, Oberdorffum, condiderunt. Cæterùm, Kirchaimum sequentibus temporibus pertinuit, partim ad Austriacos proceres, partim ad VVirtembergicos: prout riuo ad forum diuisum est. Ideo & Insignia vtrorumq; habuit. Cùm autem quodam tempore, Austriacus quidam Princeps in eo oppido esset animi causa: & iam pararet discessum: fertur Teccensis quidam Dux, cùm in alijs rebus officiosum se erga illum præbuisse: tum ascensuro in equum, stapedem siue stapiam tenuisse. Id Austriaco ita placuisse: vt ei suam oppidi partem donauerit: quæ hac via postea ad VVirtembergiam quoq; venerit.

Eodem anno, Otho Comes Eberstainius, diplomate membranaceo testatus est: se vidisse diploma fundationis Herrenalbensis. Recurre ad 2. part. lib. 10. cap. 8.

Rudolphus, comes Palat. de Tuvvingen iunior, dicitur ipse, & pater eius Rudolphus (at part. 2. lib. 10. cap. 10. Hugo vocabatur) tradidisse Bebenhusanis inter alia oppidum VVALTHVSAM (situm non longè à Bebenhusa) Datum in vnser Cantzeley Walthusen. M. Scr. Ist heut ein einiger hoff/mit hölтzer vberwachsen. Hodie non oppidum est, sed vnica villa sylvestris. Tubing. Palat. Rudolphus iunior. VValthusa op.

De Ludouico, comite de Spitzenberg, inuenio: quòd contulerit quædam Adelbergensibus: cuius donationis testes fuerint: Spitzenberg.

Vlricus, comes de Helffenstain: & frater eius. summus Præpositus Augustensis. Milites honesti, Rucker, & Hugo de Grubingen, Dapifer prædicti D. Comitis. Fridericus, dictus Bucker. Grubingen.

Fridericus de Beringen, & Gossoldus. Acta in villa Kuchen. Beringen. Kuchen.

Idem Spitzenbergius dedit sorori suæ Agneti (quondam comitissæ in Aichelberg) duas curias in pago Stessen. Actum Kuchenæ. Fortassis illa fuit Monacha, inter Sanctimoniales Adelbergenses. M. Scr.

Eodem tempore Conradus Rechbergius vixit, à matre Bappenhaimius, eques auratus. Filium habuit Conradum canonicum Augustanum. Rechberg. Conradus.

Vixit & Eglolphus de Stuzzelingen (hodie Steußlingen) vir nobilis. Steußlingensis autem regio, inter Blaubyram & Minsingam oppida Alpina, Ehingam ad Danubium versus sita est. Steusslingen.

Is Eglolphus (habens in clypeo tres stipites: etsi D. Gabelcouerus, se in sigillis vnum tantùm stipitem vidisse ait) hanc suam ditionem, feudi nomine comitibus VVirtembergensibus tradidit. Quæ de re, literæ hæ sunt: mihi à Pastore Neiffensi M. Zacharia Greinsio, 16. Aug. 1588. missa. Vlricus & Eberhardus fratres, comites de VVirtemberg, vniuersis præsentes literas inspecturis, salutem in perpetuum. Nouerint vniuersi, quòd Eglolphus, vir nobilis de Stuzzelingen, nobis liberaliter contulit omnia sua bona: quæ titulo proprietatis ad eum spectabant. &c. Et quia nobilis idem petijt, se infeudari à nobis de ijsdem bonis vniuersis: nos eius petitioni benignum petentes assensum, infeudauimus ipsum liberaliter de ijsdem, &c. Idem de consensu nostro legauit eadem bona filijs & filiabus suis, per eum procreatis, vel imposterum procreandis: imò omnibus consanguineis, &c. Dedimus insuper eidem auctoritatem dotandi filios & filias de ijsdem bonis, &c. Præterea protestamur, quòd nos ratum & gratum habemus, & habebimus: quòd idē Domine Anne, coniugi sue, pro dono matutino donauit centum Marcas argenti: pro quibus tenebit villam, que vocatur Kirgizingen, &c. Huius rei testes sunt: VVirtemberg. Vlricus & Eberhardus.

Nobilis vir, H. Marchio de Burgovv. Vlricus, comes de Asperg. Vlricus & Egeno, Comites de Schalckelingen. Schvvickerus de Gundelfingen. Schvvickerus de Blanckenstain. Siboto de Hunderfingen. Eberhardus de Stoffelin. VVolframus de Raems. VVolff de Bernhusen, & VVolff, filius suus. Fridericus & Bernholdus, fratres de Vrbach. VVolff de Frovvenberg: & VVolff, filius suus. Ioannes de Rumolreshusen: & VVierherus, filius suus. Egeno de Stauffen. Rudegerus de VValthusen. VValtherus de Kaltenthal. Fridericus, dictus Herter. Ruggerus de VVitzenberg, & filius suus. Cōradus de VValdēstain. VVolff de Steten. Reinhardus & Geroldus, fratres de Velbach. Albertus, dictus Koseler, &c. Actū VVirtemberg, XV. Kal. Feb. anno M.CC.LXX. Indict. XIII. Burgovv. Asperg. comes. Blanckenstain. Hunderfingen. Stoffelin. Bernhusen. Vrbach. Kaltenthal. Herter. VVitzenberg. Steten. VVirtemberg arx.

Mortuo igitur sub initium 1582. anni, nobili viro Pancratio de Freiberg, absq; hæredibus: ditio Steißlingensis ad illustrißimum Ducem VVirtembergicum, D. Ludouicum, vt feudi huius dominum, peruenit. Peregrinaturi Gamundiani testamentum.

Scriptum Peregrinaturi.

Ego Fridericus de Gamundia, presentibus profiteor & protestor: quòd, cùm habeam propositum

" tum trãsfretandi: legaui beate Marie in monte Lorich, omnia bona mea in Alchdorff, proprie-
" tatis titulo possidenda: si in peregrinatione eâdem mori me continget. Si autem reuersus fuero:
" ipsa bona recipiam, libera & soluta. Si tum mortuus fuero: vxor mea possidebit temporibus vite
" sue: post cuius obitum, omnia bona conuentus de Lorich in suam recipiet potestatem: & pro quar-
" ta dimidia libra Halen. rediment apud VVidemanni pueros quandam partem.

Testes: Vlhardus Lupus. Reinboldus de cimiterio. Clebzagel Fridericus. De colle Mechlingerus. Acta sunt hæc anno Domini M. CC. LXX. proxima die post Gregorij.

VVurmlingen. Hoc anno post Reminiscere, Cunradus de VVurmlingen, Canonicus Sindelfingæ, mandato præpositi sui Cunradi, nouam Sacristiam, & alias officinas, ædificauit.

Gomeringen. Eodem anno Fridericus de Gomeringen, vendidit Behenhusanis quædã in VValthusen bona.

Mynster. Eiusdem anni 18. Kal. Ianu. incorporata est Ecclesia in Mynster, per Episcopum Constantiensem Eberhardum, cœnobio Lorchensi, propter aduersos casus depauperato. M. Scr.

Lindauiensia Monasteria. Eodem anno, apud Lindauienses, consensu Abbatissæ Sigenæ Schellenbergiæ, cœnobium Monialium Ad congregationem appellatum (hodie amœnissimum priuati ciuis domicilium) & aliud, Franciscani instituti sororum (quas, Beghinas vel Beguttas vocant) conuenticulum, a ciuibus Nauicula S. Petri nominatum, constructum est, intra oppidi mœnia. Brusch. Sed Munsterus lib. 3. cap. 246. ad 1272. annum refert.

Antiochia, amissa. Franci Africam cum armis intrant, Duce Ludouico Rege sancto. Præcedente namq; anno, Saracenorum Soldanus Ægyptius Bandocacar, Antiochiam ceperat, & incenderat, propter paucitatem defensorum. Nam Conradus Princeps (qui Friderico patri notho successerat) in Siciliam traiecerat, Conradino laturus opem. Sed à R. Carolo captus (vt ante hac dictum) excæcatus, & suspensus fuit. In illa autẽ Antiochiæ captiuitate: cùm omnia cædibus & stupris inquinarentur: Abbatissa quædam cum suis virginibus, cultris facies suas fœdè dissecantes: hostibusq; horrendo aspectu occurrentes: sic, virginitate retenta, interfectæ fuerunt. Ludouicus igitur Rex Africam bello petijt: Anglus verò Eduardus, Henrici filius, Syriam. Exitus belli hic fuit quod Anno milleno, bis centum, septuageno, Thunis catholicus decessit Rex Ludouicus: ac tandem, inducijs cum barbara gente factis: vtrinq; domum reditio facta est. Successit in Franciæ Regno, Ludouico filius suus Philippus.

Conradus, Friderici II. nepos.

Virginitatis conseruatio.

Expeditio Francí & Angli Regum sacra, sed infelix.

PONT. GREGORIVS X. CARMELITICVM NICRO ROTEMBVRGI & Esslingæ cœnobiũ. De Dornhaimi oppidi munitione, cautio Alperspachensi Monasterio data. Conradi VVastheri renuntiatio Laureacensis Aduocatiæ. Duo Sangallenses Abbates riuales. Obitus R. Entij, & eulogium. Diepoldus, comes Aichelbergensis. Bondorffensis vicus. Parochiales Ecclesiæ Dornhaimensis & Messingensis. Stemma Hohenstauffensium procerum, & de eis conclusio.

CAPVT XXII.

Papalis sella vacatio. ANno 1271. cùm sella Papalis ferè triennium vacasset: eam insedit Gregorius X. creatus calend. Septemb. vir tanto dignus honore (inquit Trit.) si tamen mortalis homo, dignus censeri debeat tenere in terris locum & vicariatũ Domini nostri Saluatoris, in cælo præsidentis. Hodie vero sic docetur concionatores omnes, qui Christum ita prædicant, vt ipse iussit (nihil addentes, nihil detrahentes, nihil peruertentes) rectè tenent locũ Christi, & sunt veri Vicarij eius: aliorum vero, nemo. Paul. 2. Cor. 5. Pro Christo legatione fungimur. Et 2. Cor. 3. Id, quod idonei sumus, ex Deo est. Christus autẽ Luc. 10. Qui vos audit, me audit. Omnes æqualiter emisit: non vnum superiorẽ cæteris omnibus. Quoniam ergo sunt legati: locum & vicariatum eius tenent: eo munere, quia ipse eos dignos reputat, digni: modo illud obseruẽt, VOS AVTEM NON SIC. &c.

Christi Vicarij.

Rotenburgi Neccarici instauratio. Instauratum hoc tempore Rotenburgum Nicri scribitur, dudum terræ motu collapsum, à comite Alberto Hohenbergio, inferiore loco ad Nicrum. Recurre ad Part. 2. lib. 9. cap. 5. Idem Albertus ibidem 1276. Carmelitarum Monasterium fundauit.

Carmolit. ibi cœnobium.

De oppido Dornhaimo.

Deck. Dux Ludouicus. LVDOVVICVS, Dei gratiâ Dux de Degke, vniuersis præsentium inspectoribus, notitiam subscriptorũ. Cùm nos pro tuitione fortiori, & habitatione secura, nec non liberioribus commodis eorum, ad quorũ defensionem tenemur ex debito, solerti cura fideliter vigilare, villam Dornhain, contra malignantiũ insultus muro circumcingere, & munire propugnaculis, decreuimus: venerabilis in Christo Volmarus Abbas, totusq; conuentus Ecclesiæ in Alperspach, prouida deliberatione pensata futurorum, timẽtes: ne per dictæ ville munitionem, iura eis in eodem, nunc & ab antiquo competentia, per nos, vel successores nostros forsitan minuerentur: nobis instantissimè supplicarunt:

Dornhain villa. τοπογραφικῶς.

plicarũt: vt eis,& Eccleſie ipſorum,iura ſua ibidem,fidei & priuilegij noſtri preſtatione,promit- «
teremus fideliter obſeruare. Vnde nos cupientes iura ipſorum in nullo minuere: ſed potius pro op- «
portunitate temporis augmentare: iuſtis eorum inclinati petitionibus: eos in omnibus iuribus,in «
predicto loco ſibi nunc competentibus,manutenere in poſterum,fide data promiſimus, ac inuio- «
labiliter conſeruare: dantes eis preſentes,ſigilli noſtri roboratas munimine, in eiuſdem rei me- «
moriam ſempiternam. Acta ſunt hec in caſtro VValdeſere,anno Domini M.CC.LXXI. «

Renunciatio aduocatiæ.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis,patris & filij & Spiritus ſancti. Amen. Igitur, Aduocatiæ re-
quoniam generatio preterit,& generatio aduenit: neceſſe eſt, vt, quicquid inter modernos agi- nunciatio.
tur,literarum teſtimonio roboretur: ne antiquitas tranſeat in obliuionem, & poſteris generet «
errorem. Nouerint igitur vniuerſi preſentium inſpectores: quod nos Conradus Miles,cognomi- «
natus VVASther, & filius noſter Cunradus:conſiderata animarũ noſtrarum ſalute,volentes ſa- VVaſther.
tisfacere pro poſſe noſtro, Monaſterio Laureacenſi de damnis, eidem per nos in bonis ſuis illatis: «
renuntiamus planè omni iuri.quod nobis,vel noſtris heredibus,ratione Aduocatie in bonis Ec- «
cleſie memorate: videl:in AICHiſtrut,in SCHadeburg, in VVIGHartiſrutin,in TAINbuch, in Aichiſtrut.
KLOTzhein,competere aliquatenus videbatur. Preterea concambium fecimus cum prefata Ee- Schadeburg.
cleſia,preſente venerabili Dn. Vlrico Abbate,& conuentu eiuſdem Monaſterij: tradentes ipſis «
liberè bona noſtra in NIBELgouv,cum omnibus ſuis attinentijs,hereditario ad nos titulo deuo- Nibelgouv.
luta:recipientes nihilominus mutuò ab ijſdẽ manſum in BVRON, cum omni iure: quo ipſum ha- «
ctenus poſſederat Eccleſia Laureacenſis. Acta ſunt hec anno Domini 1271. Indict. 14. Mona- «
ſterio Laureaco,ſecunda die poſt Epiphaniam Domini. Teſtes autem huius ſunt contractus. «

D. Bercht. Præpoſitus Madelbergenſis,& ſuus capellanus: nec non Dominus Egeno miles,
ac frater predicti militis: fratres & Domini Eccleſie de Lorche: Rudegerus Prior, VVilhelmus,
Rudolphus, Gebezo, Rainvvaldus, Berinperus,& alij fideles,plurimùm fide digni. Vt autẽ hec re- «
nuntiatio Aduocatie,& concambij firmatio,à poſteris vtriusq; noſtre partis non poſsit in irritum «
reuocari:preſentem paginam prefatis Dominis de Lorche,ſigillo venerabilis Domini B. Prapoſiti «
de Madelberg,ac ſigillo fratris noſtri Egenonis,cùm noſtro proprio ſigillo aſsignauimus roboratã. «

Die Dominica 1271. poſt Bartholomæi,indict. 14. hi quinque fratres, VVol. Vlr. Hugo, Hainric.
& Simundus, de Nuvveran, dicti Siler: Eccleſiæ Sindelfingenſi prædium in Altingen ſitum,cum Sileri.
agris,pratis,& nemore præter caſtrum,vendiderunt LXXX. Libris Hall. Et cũ propria ſigilla nõ
haberent (licet nobiles genere eſſent: ſigillis nobilium virorum, Rudolfi de Tuvvingen (per cuius
manũ vendiderant) & Vlrici de Aſperch,& Cunradi de Vahingen,comitum, inſtrumentum eſt Aſperg.
roboratum: præſentibus Ortvvino de VValdeck, VVernhero de Gertringen, Heinrico de Haluim- Vahingen.
gen, Friderico de VVilen, Othone de Brande, militibus: Dieterico, Sculteto in Herrenberch: Lu- Gertringen.
douico, Sculteto in Sindelfingen: & Cunrado de VVurmlingen, Canonico. M. Scr. Eodem anno,
Abbas Blabyrenſis Albertus,& conuentus, vendiderunt bona ſua, quæ habebant in VValthuſen, Blaubeurenſis
tam in buſch, quam in plano, cum vniuerſis hominibus, librè poſsidenda, Benbenhuſanis. M. Scr. Abbas.

Eſſelingæ in monaſterio Carmelitarum ſcriptum.

Eſſelingen carmelit. Monaſterium.

Vngelter von Heuſtaig/ſtiffter diß Gotshauß. *M. CC. LXXI.*

Virgo. Deifera. patrona. ordinis. beata. ſume. labores. paſſos. ad laudem. tui. oblatos. ſub. Diuo.
patre. Ioan. Carpentarij. regente. prouinciã. totã. Alamanie. ſuperiorẽ. per me. tantillum. Mox. ſi
quàm. validius poſſẽ. offerrem. vtiq;. in decus. totius carmeli. In ſpatio. octo. temporis annorum.
expleui. Quicquid. edificij. conuẽtus. cernitur. preſentis. Mercedẽ. ſperãs. habiturũ. cum. beatis.
Abortu Chr. mille dũ fluxerant anni, atq; quadringenti, quinquaginta quoq; quini, in die Con-
radi cecidit voraginis igne, Heu, cõuentus ille mira cũ velocitate. Res deflenda benè: ſed ope vir- 1489.
ginis Marie iã relarcitus, vt ſpectat populꝰ cunctus cui grates debitas ſoluamꝰ per ſecula cuncta.
Synadelphingæ 1271. VValtherus de VVurmelingen obijt pridie nonas Decemb. Obijt & 2. id9
Aug. Simũdus de Megishanæ, Canonicus: qui dormit ibi in ſepulcro patris ſui, Simũdi Canonici.

Carmelitarum ortus.

Carmelitæ (ſecundus ordo Mendicantium) à monte Carmelo Heliæ in Syria, nomen ha-
bent: in quo monte olim multi habitarunt Anachoritæ: quos Epiſcopus Antiochenus Alme-
ricus congregauit: & ibi, vbi ſacellum D. virginis erat, primum Monaſterium eis ædificatum
eſt. Orti ſunt anno 170. ſed 40. annis poſt, Hieroſolymitanus Epiſcopus Albertus, Regulam ipſis
ex conſtitutionibus Baſilij M. conſcripſit. Vocantur, vnſer Frauen Bruder. Geſtabant primò
tunicam albam & rubram rotundam, ſicut Helias. Sed Honorius III. album eis pallium dedit:
ſub quo, nigrum indumentum. Lonicer.

Rudolphus, Tybing. comes, fatetur in quibusdam literis: ſibi ab Abbate diuitis Augiæ, vſumfru- Tyb. Rudolphus.
ctum bo-

ctum bonorum, in Ottaling sitorum, ad sexennium pro 6. Marcis argenti concessum esse. Datum Herrenbergæ 8. idus Octob. 1271.

Sangalli Antabbates.

Eodem 1271. anno, Sangalli duo lecti sunt Abbates, contrario Monachorum studio: Vlricus Gyttingensis, & Henricus VVartenbergius. Hinc perditæ bello res. Henrico 1273. mortuo: factio fratrum elegit Rumoldū Ramstainium. Rudolfus interim, Rom. Rex factus, compescuit discordias: adacto Sangallensi oppido & cœnobio in suam obedientiam, in Imperij fidem: & constituto Monachis patrono, seu Aduocato, Vlrico Ramschvvagio. Ita muri & ranæ, inter se contendentibus, aquila superuenit: posteaquā igne & ferro populatio facta esset: omnesq; calices Monasterij conflati: alienato etiam calice 70. Marcarum argenti, & 1. Marcæ auri. Apud Stumpf.

Litigantium pacificato.

Entij R. obitus.

Anno 1272. Entius (al. Henricus) Imp. Friderici II. filius naturalis, Rex quondam Sardiniæ, diu Bononiæ in custodia detentus, diem suum obijt: & honorificè in Templo D. Dominici est sepultus. Eulogium eius, & patrum eiusdem, Antoninus Archiepiscopus Florent. part. 3. Tit. 20. cap. 2. §. 5. hoc quàm honorificum ponit. In Retentio (inquit) finem habuit progenies viperea Friderici. Dicitur tamen, quòd etiam Manfredus, filius illegitimus Frederici, reliquerat vnum filium: qui captus à Karolo Rege Siciliæ, fuit perpetuo carceri mancipatus Neapoli in castro Oui.

Eulogium eius Antoninum.

Oui castrum.

„ Vbi cæcus effectus, demum miserabiliter vitam finiuit. Hic benè aduertant fideles vniuersi: quê
„ finem faciunt persecutores Ecclesiæ, & inuasores bonorum Ecclesiasticorum. Vtiq; miserrimum,
„ in anima & corpore. Cùm enim excommunicati morerentur quomodo Regnum cœlorum ingre-
„ di potuerunt: quibus Petrus, claues eius obtinens, clauserat per sententiam iustissimam Regnum
„ ipsum! Et Regno Siciliæ, & Imperio Romano, cum infinitis diuitijs amissis, exterminati sunt:
„ & ad Inferos descenderunt: Fredericus secundus, cum patre suo Henrico: & cum filijs suis Man-
„ fredo, & Entio, & Conrado, & nepote suo Conradino: rebellibus, & persecutoribus Ecclesiæ, penè
„ omnibus diebus vitæ eorum: & periit memoria, & progenies eorum.

ἐπίκρισις.

Atrox iudicium tuum, reuerendissime Antonine. Sed vide ne, dum eos condemnas, ipse damneris. Vnde erant illi Heroes, inuasores bonorum Ecclesiasticorum? Quo iure pertinebat vtraq; Sicilia ad Papam? Reges gentium, dominantur hisce: & qui potestatem in eas habent, clementes Domini appellantur, VOS AVTEM (vos Ecclesiastici) NON SIC. Filius hominis, id est, Christus, non vēnit, vt sibi ministraretur: sed vt ipse ministraret: idemq; fugiebat, ne ipsum populus Regem crearet. Vicary verò eius, Pontifices, attraxerunt ad se Regna, & regiones: neminemq; Regem Rom. existimarunt, quem ipsi non probassent: imò Reges Regibus opposuerunt: eaq; ratione Italiam & Germaniam sanguine non rarò impleuēre. Cùm Iacobus & Ioannes vellent Samaritanum vicum, qui Christum repudiabat, igne cœlesti consumi: increpiti à Domino, audiuere: nescitis, cuius spiritus sitis vos. Isti verò Vicarij, & locum tenentes Christi, ecce Iouis rapidum iaculati è nubibus ignem, Cæsares, & quosuis alios, sua vindicantes, excommunicatione comburunt. Es ist offt mit den Herren (vt prouerbio dicitur) leichter auszukommen/dann mit den Knechten. Neq; etiam persecuti Ecclesiam sunt Sueui Imperatores: sed Ecclesia non ex verbo Dei præsidentes Papas: qui similes erant illius mali serui, qui dicit: Longè abest Dominus meus. Quis nouit, quando veniat? Verberabo interea conseruos meos: geram in omnibus gento meo morem. Propter ne talium Vicariorum excommunicationem, Sueui à Regno cœlesti excluſi sunt? Non habebis, Antonine, sententiæ tuæ astipulantes, omnes. Opponent tibi hominem illum peccati, filium perditionis: refractarium illum, & se efferentem supra omnem, qui dicitur Deus, aut numen: collocantem se in Templum Dei, & se pro Deo gerentem. Non si fraudibus Pontificijs euersi fuerunt Sueui: ideo ad Inferos descendisse dicendi sunt. De plerisq; certè ipsorum, aliud tudicium alijs Scriptoribus fuisse: suprà dictum est, quando de obitu singulorum scribebatur. Dies summi Iudicis reuelabit veritatem. Nec deniq; perijt memoria eorum, Antonine: sed eos passim in libris multorū cum honore viget: vigebitq;,

Dum cœlum stellas, dum vehet amnis aquas.

Et nostræ literulæ, quamuis tenues, ipsorum memoriam ab interitu summopere conantur vindicare. ὑμὲν ἐλπὶς, ὅτω μεγάλη: τὸ δὲ πρᾶγμα ἀ ἔλεγχον δώσει: κριταὶ δὲ, οἱ φρόνιμοι ἔσονται. Humanius autem est Bononiensium, quàm Antonini, de Entio iudicium.

Bononiæ in templo, in tabula ænea.

CHRISTO OPT. MAX.

Viator, quisquis es siste gradum: &, quod scriptum est, perlege: vbi perlegeris, pensita. Hocū, cuius causa scriptum est, fieri rogat.

Bononiense testimonium de rege Entio.

Orto inter Bononienses & Mutinenses bello: Cæsar Fridericus II. Romanorum Imp. filium HEN-

um HENRICVM (al. Hentium) Sardiniæ & Corsicæ insularum Regem, Mutinensibus suppetias ferre iubet. Qui inito apud D. Ambrosij pontem certamine, à Bononiensibus capitur: nullaq; re, vt dimittatur, impetrat: cùm pater minis, dein precibus & precio, deprecatoribus vteretur: cùm tantùm auri pro redimendo filio polliceretur: quantum ad mœnia Bononiæ, circulo (al. cingulo) aureo cingenda, sufficeret. Sic captiuus XXII. annos, Mens. XI. (al. IX.) D. XVI. tenetur: aliturq; Regio more, publicâ Bononiensium impensa. Sic defunctus est, munificentissimè ac pientiss. funeratus, hic tumulatur. Præterea simulacrum hoc in perpetuum, & hosti & captiuo, S. P. Q. B. posuit. Anno Sal. M.CC. LXXII. XI. Id. Martij. Cingulum aureum longissimũ.

Hoc volebam, vt scires, Abi, ac vale.

Hoc anno, 7. idus Septemb. mortuus est Rudolphus, comes Tubingen: & Synadelfingæ sepultus. Fuit Diaconus & canonicus huius loci: filius Hugonis, comitis Palat. de Tuvvingen. Canonicis præsentibus dabantur (in Anniuersario eius) X. Solidi, decuna sita in ciuitate. Libro Sindelfing. Tubing. C. Rudolphus.

Eodem 1272. anno, indict. 15. 19. Kal. Sept. die Eusebij Presb. Obijt Adelheidis, comitissa de Eberstain & Baden: & puer Hugo, die Laurentij filius eius. Huzo, Sindelfingæ dormit: mater verò, in Bebenhusen. Fuit hæc, vxor Tuvving. com. Rudolfi Schereri, Sindelfing. Aduocati. Indidem. Viuebat Hiltebrandus, Marscalcus de Rechberg, Vlrici F. ex familia Calatina.

AICHELBERGENSIS Comes.

Reuerendis in Christo summe religionis viris, Abbati & conuentui Monasterij in Bebenhusen, DIEPOLDVS comes de Aichelberc, vere in Christum religionis argumentum. Honestati vestre duximus significandum: quòd nos considerantes multiplicia seruitia & familiaritates: quæ huc vsq; nobis iam per longum exhibuistis tempus: venditiones bonorum omnium, quas fecit contrà Vlricus dictus Phlum de CVsterdingen: quæ idem Vlricus titulo feodi à nobis possedit: vobis, & vestro Monasterio, cum dominio seu proprietate eorundem bonorum, donamus & assignamus, auctoritate presentium, purè & simpliciter, propter Deum. In cuius rei certitudinem, presentem literam vobis dedimus, nostri sigilli munimine roboratam. Data Aichelberc, anno Domini M. CC. LXXII. pridie Kal. Maij. Aichelberg. Comitis Diepoldi literæ ad Bebenhusanos. Custerdingen:

BONDORFFVM.

Fridericus Scolaris de Bondorff, omnia bona, quæ habuit in eâdem villa, cum attinentijs eorundem, vendidit Bebenhusanis CC. XL. libris Hallen. monetæ: prius tamen illa resignans ad manus Vlrici, comitis de Tubingen, dicti DE ASPERC, anno M. CC. LXXII. Bondorff. Tubing. C. de Asperg. Vlricus VVilhelmi F.

Contractum quendam de decimis in Darmesheim, ad Collegium Sindelfingense spectantem, confirmauit 10. Kal. Aug. Vlricus, comes de Tuvvingen, eodem 1272. A. & Sigmundus, comes de Eberstain, in Belilingen: præsentibus, Alberto de Toffingẽ, Renhardo de Binigen, & Conrado de VVurmlingen, Canonicis. Item Heinrico, Vicario in Sindelfingen, VValthero Rectore, & C. Vicario suo in Bebilingen, & Henrico Scholaro de Holtzgerringen. Sequenti anno similiter Iudila, relicta Cunradi de Muchingen, vnà cum Cunrado filio suo, & tribus filiabus, & Hermãno Hamrico q. fratribus suis, curiam in Hirslanden sitam, præposito & capitulo Ecclesiæ S. Martini in Sindelfingen vendidit 53. libris subsignato. Nos E. Dei gratiâ Episcopus Constant. & nos Vlricus de Tubingen, & de VVirtenbere, comites sigilla nostra appendimus. Actum apud Leuinberc, A. D. 1273. 2. Kal. April. Indict. 1. præsentibus aliquot Canonicis: & Alberto, Rectore Ecclesiæ in Magestat, &c. Sic decimæ venditionem, eidem Sindelfing. Collegio, à Gotefrido de Rothe Rendingensi factam: Vlricus, comes de VVirtenberch: & Vlricus, comes de Asperch sigillis suis roborarunt, in choro Sindelfing. 6. Cal. Ianu. Indict. 1. M. Scr. Toffingen. Holtzgerlingen. Magstat.

Eodem 1278. anno accidit inundatio aquarum tanta: vt murum Abbatiæ Cæsariensis (Kaisheim) occidentẽ versus, duobus locis confregerit: permultis ædificijs deiectis, & vno puero summerso. Eadem & lacum cum molendino deuastauit. Eodem anno, fames incredibilis erat. Monachorum etiam Franciscanorum ingressus Heilprunnam factus est. Campana quædam in turri oppidi Marbachi VVirtembergensis, numerum habet, M. CC. LXXII. Inundatio. Fames. Hailprunna.

Eberhardus, Episcopus Constantiensis, Monasterio Alperspachensi, ad ipsius diœcesin pertinenti, literas hoc tempore dedit: confirmantes incorporationem Ecclesiarum in Dornhain & Mesingen parochialium: quas Pont. Bonifacius huic Monasterio incorporarat (postquam decederent ab eis Rectores earum) vt id posset incumbentia sibi onera, facilius supportare. Confirmarunt & Iudices S. Moguntinæ sedis, 2. Kal. Iun. 1273. Alperspach. Monest.

Deduximus iam nobilissimorum Principum Hohenstauffensium historiam ad finem. Ergo & hunc librum satis prolixum, nunc concludemus: stirpe prius eorum breuiter ex præcipuis personis, vno schemate recollecta. Hohenstauff. Principum Historiæ finis.

Heinri-

Henricus Imp. 1191. --- Frideric. II. Imp. 1250.
Frider. Dux belli Asiatici.
Conradus occisus in silua Lasshart ad Durlacum.
Fridericus Barbaross. 1153. & 1190.
Philip. Rom. Rex. Vx. Irena. 1208.
Conrad. Palat. Rheni - Agnes. Iuditha - Matthæus, Dux Lotharing.
Otho, Burgundiæ comes. vxor, Mechtildis.
N. Episcopus Vesontij.
Rembold.
Frider. II.
pueri mortui.
Conradus. Fridericus, Princeps Antiochiæ: cuius F. alberius.
Conrad. Rex Rom. 1252. -- Conradinus 1268.
Manfredus 1264. -- Constantia & Maria.
Agnes, nupta Lud. Turing.
Henric. Rex Rom.
Frider. Henricus.
Margarita, Alberti Turingi coniux.
Enrico, Sardiniæ Rex.
Iordanus.
(Kynigundis. 1210.
Elisabet. 1224.
Beatrix, Othonis IV. Imp. nupta.
Reginaldus, Frideric.
puerimortui.
Puella N. nupta Marchioni Tuscia.
Fridericus Barbarossa. 1153. & 1190.
Conrad. Palat. Rheni - Agnes. Iuditha - Matthæus, Dux Lotharing.
Heinricus Hohenstaufensis. Vxor Agnes. 1060. Conradus. vx. Himelgardis.
Friderici Antiquus. Vx. Agnes. 1060.
Ludouicus, Baro Hohenstauffa.
Gualtherus, B. H. in Elsatia.
monte.
Otho, Episcopus Argentinensis.
Conradus, cælebs mortuus.
Adelhaidis, Hohenstauff. Baronissa.
Cæcilia, Orrtenburgici comitis Theodorici vxor.
Friderici vnius. Vx. Iuditha & Agnes. 1125.
Clementia, nupta Ludouico Turingo.
Conrad. Rex Rom. Vx. Gertrud. Salzbachia. Lucia, vel Luitgardis, vxor Saxonis & Misnensis Conradi. Hermannus.
Fridericus, Dux Suevie & Franconie, contra Guelphum ad Tybingam 1164. Vx. Mechtildis Saxonica: aliter, Ricbenza vel Rixa.
Conradus. 1145.
Henricus, Cæsar designatus. 1147.
Rembold. 1140.
VVilhelmus, obiere pueri, Lorch sepulti.
Fridericus,
Beatrix, puella obijt.
Friderici. 1165. secundus 1196. Schwartzachæ.
Conradus.

Hæc, tam numerosa familia, tam antiqua, tam illustris, à priscis Clodoueis & Carolis Francis deriuata huc vsq;, in Conradino (non tam ἀμπεφάτῳ, quàm παπεφάτῳ) perijt. ἰλήκοις, κύριε. Quare ita extincti sunt? Anne, quia multis magnisq; aliquorum inter eos peccatis, Deus succensuit? An ne, quia Henrici Asperi in Nordmannicam stirpem Regiam factorum, vel in quarta generatione Dominus memor fuit? Relege caput 4. lib. 12. part. 2. An ne, quia libidinibus quidam ipsorum polluti fuerunt? αἰγὰρ μεγάλαι φύσεις, μεγάλας, ὥσπερ ἀρετὰς, οὕτω καὶ κακίας, ἀναφέρουσιν: inquit (si benè memini) in Demetrio suo Plutarchus. Magna ingenia, magnis, vt virtutibus, ita etiam vitijs fœcunda sunt. Quamobrem, ô Reges & Principes, intelligentiam capessite. Erudimini omnes (præclarè hortante 2. Psal. Regis Dauidis) qui iudicatis terram. SERVITE DOMINO CVM TIMORE: ET EXVLTATE EI CVM TREMORE.

Quare extincta, Suevica hæc familia.

FINIS LIBRI II. in tertia parte Annalium.

MARTI-

MARTINI CRVSII, GRAECÆ ET LATINÆ LINGVÆ IN ACADEMIA TYbingensi Professoris, ANNALIVM SVEVICORVM, in tertia parte LIBER TERTIVS.

Tres Impp. Rom. Germanici, in hoc libro continentur: multi Sueui illustres & nobiles, sub illis: non paucæ res Ecclesiasticæ & Monasticæ, præsertim in Sueuia.

HABSPVRGENSIS COMES RVDOLPHVS I. POST STAVFFENses I. Rom. Rex, Sueuus & ipse. Vnio Græcæ & Romanæ Ecclesiæ, sed irrita, in Concilio Lugdunensi. Regis Rudolphi progenies. Comitum Sueuicorum bellum aduersus eum. Palat. Tubingensis Hugo, de Conrado Hertero. Rudolfus, Tubing. Comes. Episcopi, Rudolphus Constantiensis, & Henricus Cingulinodius Basilienſis. Partus monstrosi in Sueuia. Comitia Cæsaris Rudolphi, Augustæ. Statuta eius vtilia. Noluit in Italiam proficisci. Egeno, miles de Stauffen. Hartmānus, comes Grœningensis. Comites Landauenses. Hirsaug. Abbas Volandus.

CAPVT I.

ANno 1273. Gregorius Papa, audiens dissipationem Romani Imperij: & grassationes prædationes, præter modū in Alemannia: dum ἀναρχία esset, id est, nullus Imperator (nec Richardus enim amplius regnabat) mandauit Principibus, vt intra certū tempus, idoneum Regem eligerēt. Alioqui se Imperio, de idoneo Moderatore prospecturum. Comitijs igitur Francofordiæ indictis: conuenerunt eò Principes. Tum publicè carmine quodam cantabatur: Aquilā Imperij quiescere in nido leonis. Intelligebant aliqui de Ducibus Bauariæ, qui leones gerunt in armis. Sed post longā & variam disquisitionem, Principes legerunt, consentiētibus suffragijs, Rudolphum: comitem Habspurgensem, Landgrauiū Alsatiæ: qui leonem igneum in aureo gestabat campo. Mutata postea sunt arma. Vexabat autem is tunc bello Basileam, & huius Episcopum Henricum, propter Brisacum & Newenburgum Rheni, quæ Episcopus sibi vendicabat. Nobilium etiam factiones duæ in vrbe Basilea, inter se inimicabātur. Stelligera & pfittacigera: quarum hæc vrbem adiuuabat: illa verò ad Habspurgensem excesserat. Famâ autem ad Rudolphū se electum esse Rom. Regē, perlatâ: pacificè controuersias cum Basiliensibus transegit: & stelligeri in vrbem, obliuione iniuriarum sancita, redierunt. Descendit ipse magno apparatu Francofordiam: & inde cum Principibus, Aquas Granas: vbi munus consecrationis de more suscepit, ipse, & vxor Anna: quæ fuit Burchardi filia: comitis de hohenberg & Heigerloch, ex Sueuia: mulier insignis formæ: & sicut Homerica Briseis (cuius lamentationem ad Patrocli cadauer, Iliad. 19. hoc 26. Iul. die, Auditoribus in Aula vetere, Auditorio Tybingensi, explicaui) ἐικυῖα θεῇσι, Deabus (si quæ essent) similis. Rudolphus, Rex declaratus: Templo egressus, Augustali cœna omnes accepit. Patrem habuit Albertū, comitem Habspurgensem, Landgrauium superioris Alsatiæ: qui Hierosolymam profectus, Accaronе sepultus est. Ita nunc rursum habemus iustum Imperatorem: Cæsarem Rudolphum, Regem Rom. qui creatus fuit 4. idus Octob. & A. 18. circiter præfuit. A quo deinceps Imperatores numerabimus, hunc habentes pro primo: in hoc quidem nouo genere Cæsarum Romanorum. Hactenus enim ab A. Chr. 1139. vsq; ad 1253. Sueui rem Romanā gubernarūt, & quidē magnifice, per 114. annos: numerū hunc Conrado III. incipiente, & Conrado IV. termināte. Sequitur nunc familia, non minus præclara illa antiqua & inclyta Habspurgensis atq; Austriaca: penes quam etiamnum feliciter sceptrū Romanum est. Ac Rudolphus quidem, tantò venerabilior & charior nobis esse debet: quod nō alienus à Sueuis, de quibus hæc Chronica conscribimus fuit: sed & ex S. fonte à Friderico II. Imp. sublatus est: & fidelem se erga Sueuos, aduersus hostes eorum semper præbuit: vt ita quasi ex incunabulis Sueuiæ prodierit. Imò apud Auentinum lib. 7. Sueuus apertè nominatur: decente Ludouico, Duce Bauariæ, Palatino Rheni, in comitijs Francofordianis, de quibus dictum: quòd bonum, felix, faustumq; sit: Rudolphum Sueuum, filium Alberti Sapfenburgensis limitis Ducis: nepotem Rudolphi, Hauecoburgensis Præfecti: ab ineunte ætate, teneris q; vnguiculis, rerum gerendarum, atq; militaris disciplinæ, exercitatissimum: Cæsarem designo, declaro, nuncupo. Deniq; Zurichgoia (sicut & Turigoia) quondam ad Ducatum Sueuiæ pertinebat: vt ante hac sæpe dictum est. Ibi autē Kyburgum & Habspurgum sunt. Sueuus ergo Rudolphus, Sueuis Ducibus successit. Ita autem fortunatus bellator fuit: vt, cùm adhuc comes esset: comitatū Kyburg, Baden, & Mersburg, de manu comitis Sabaudiæ vindicauerit: ac Molēberg, Gretzingen, Durlach, & magnā partem Sueuiæ, obtinuerit: vt à Tritenhem. perhibetur. Scribit Albertus Argentinens. eum ex antiquis progenitoribus, ab vrbe Roma traxisse originē: à duobus scil. fratribus: qui inde propter discordiā, vt intelligo, quandā inter se excedere, se in superioris Alemāniæ partibo collocarint: & suas ibi facultates auxerint. Rudolphū autem olim, cùm in Lombardia cum Imp. Friderico II. esset:

ἀναρχίας mala.

Comitia Francofordiæ.

Basileæ nobilium factiones.

Deinceps Rudolphus I. Habspurg. Occid. Imp. I.

Sueuus, ipse quoque.

Rudolphus, bellator felix.

Habspurgensium comitum origo.

esset: ab Astrologo quodam, frequenti assurrectione, præ omnibus alijs spectabilibus & clarissimis viris, quanquam ætate iuuenem, fuisse honoratum. Interroganti Cæsari Astrologum, cur hoc faceret, respondisse hunc: quia ad Rudolphum Imperij honor esset deuenturus. Ægrè hoc ferente Cæsare: addidisse alterum: Nolite indignari: quoniam, antequam incipiat eius gubernatio: ex filijs vestris, quos nunc decem habetis, qui succedat in Imperio, penitus erit nullus. Verùm Rudolphum, offensionem veritum, inde recessisse. De eo, nunc satis.

Astrologi prædictio de Rudolpho.

Conradus, miles de VValdenstain, Adelbergensibus quædam donauit hoc 1273. anno.

Obijt Hartmannus, comes Groeningensis, dictus de Landavv, Egonis filius. Sepultus Hailigcreutzthalæ.

Groening. Hartmannus.

Eodem anno abrogatum est muliebre cœnobium, quod Marthalensi virili cœnobio adiunctum erat, propter improbitatem & nequitiam illarum Sanctimonialium. De qua re sup. parte 2. lib. 11. cap. 6. scriptum est. Viuebat Cunradus de VVurmlingen. Canonicus S. Martini in Sindelfingen. Fratres habuit, qui mortui sunt: Renhardus, 7. idus Febru. 1269. VValther, 1271. die S. Barbaræ: & Vic. 1277. 9. Kal. April. dormiens Bebenhusæ.

Marthal. cœnobium fœmineũ.

VVurmling. nobiles.

Concilium Papa Gregorius Lugduni habuit: vt terræ sanctæ studium recuperandæ, à Principibus susciperetur. Sed alienis ab ea re animis Germanica nobilitas erat: propter nefariam Conradini, antea Papali consilio, & R. Caroli crudelitate, perpetratam cædem. In eo concilio, Græcorũ Imperator Michael Palæologus, Romanæ Ecclesiæ doctrinam amplexus est, se huic submittens: Græcis, qui tunc aderãt, ab Ioanne de Esculo persuasis. Fecit hoc ideo Palæologus: vt tutior ab Italiæ Rege Carolo esset. Capita transactionis erant tria: τὸ πρωτεῖον, τὸ ἔκκλητον, καὶ τὸ μνημόσυνον: id est, vt veteris Romæ dignitas esset prima: vt ad eam liceret prouocationẽ facere Græcis: & in hymnodijs mentio Papæ fieret cum cæteris 4. Patriarchis. Gregoras lib. 5. cap. 1. & Pachymer. lib. 5. Ideo postea, negotium domesticis Sacerdotibus improbantibus. honore sepulturæ caruit. Sperabat Papa se auxilio ipsius, palæstinam tantò facilius recuperaturum. Ægrè verò R. Carolus tulit: quia voluisset Francum Balduinum, qui Orientali Imperio expulsus fuerat, restitutum. De hoc concilio Æmylius lib. 7. scribit, 1274. actο. Ad quod euntem Thomam Aquinatem (qui insignis Papæ contra Græcos de processione Spiritus sancti scripserat) in itinere obijsse.

Lugduni Concilium Papæ.

Mich. Palæol. Imp. Græcus, latinæ Ecclesiæ adiunctus.

Vnionis Ecclesiarum capita.

Thomæ Aquinatis obitus.

Venit hic Papa Lausannam: ibiq; Regem Rudolphum confirmauit.

Bis sexcenti, septuaginta, tresq; fuere, anni: Lausannæ dum Rex & Papa fuêre. Huc cùm eodẽ 27. Iul. venissem: conuenit me post horam quartam pomeridianam, cùm à prælectione Græca 19. Iliad. Homericæ fessus domum reuenissem, Græcus vir THOMAS PAlæologus: quẽ testabatur membraneũ Ducis Venetiarũ Paschalis Ciconiæ Instrumentum: esse oriundũ è stirpe vltimi Constãtini, sub quo Cõstãtinopolis amissa fuit. Erat exul, subsidia quærẽs, Græcè loquẽs expeditissimè.

Palæologus Thomas Græcus.

Anno 1274. Rex Rudolphus Basileæ erat, cum coniuge Anna & Gynæceo, multis comitatus proceribus: summo honore à Clero & ciuibus exceptus: qui & in fidem eius iurarunt. Filiæ ipsius quatuor, Missam die purificationis Mariæ audiuerunt, oblatis permagnis cereis, in presbyterio fratrum Prædicatorum: vt est in Colmar. Fastis. Vbi etiam scribitur: iuuenem, qui virgini vim attulerit, viuum Columbariæ sepultum esse.

Rudolphus R. cum Anna coniuge, Basileæ.

Filij Cæsaris Rudolphi, ex D. Anna Sueua.

Liberi eorum.

1. Albertus, postea Rex Rom. Habuit autem (inquit Albertus Argentin.) Elisabetam, filiam comitis Tyrolis: quæ erat soror quondã Conradini ex matre: quæ, patre Cunrado Rege defuncto, recepit comitem Tyrolis. Hanc sententiam loci huius, qui corruptè legebatur, esse arbitror.

2. Rudolphus, pater Austriæ Ducis Ioannis, ex Agnete Ottocari filia. Humatus Pragæ.

3. Hartmãnus: qui prope Rhinovv in Rheno, glacie fracta, summersus cum 14. nobilibus, perijt. Sepultus Basileæ cũ matre Anna, & filio paruulo, in choro maioris Ecclesiæ: sicut mihi olim monumentum id, ab Huldericho Coccio Theol. D. & Professore beato, monstratum fuit. Nota D. Gabelcoueri. Genuit quidem ex Anna Hohenbergia hoc nomine filium Rudolphus: sed is Tulnæ apud Fridericum fratrem sepultus est. Quem aut prope Rhinovv Rhenus intercepit: Hermanni nomen habuit.

Summersus in Rheno filius.

4. Fridericus, Tulnæ sepultus adolescens.

5. Carolus, puer Basileæ humatus.

6. Ioannes: cui Ducatum Sueuiæ pater dedisse scribitur lib. 3. Cosmogr. Munsteri, cap. 347. & Ottocarum Bohemum, electioni Rudolphi reclamantem, proscripsisse, in vrbe Augustana, hoc 1274. anno. Gabelc. tamen hunc Ioannem, non filium Rudolphi Imp. sed ex Rudolpho filio nepotem, fuisse me monuit.

Sueuiæ Dux Ioannes.

Filiæ

Filij ex ijsdem Parentibus, formosissimæ.

1. *Euphemia, Monialis Tulnæ.*
2. *Gutha, VVenceslao desponsata, Bohemiæ Regi.*
3. *Mechtildis, Electori Ludouico Palat. Rheni nupta: quæ altero anno Rudolphum peperit, patrem multorum secutorum Principum. Annis 13. post, Ludouicum Imp. enixa est.*
4. *Catharina: Othonis R. Vngariæ, & Ducis Bauariæ, vxor.*
5. *Agnes, Electoris Saxoniæ Alberti coniux.*
6. *Hedvvigis, Othoni Brandenburgensi desponsata.*
7. *Clementia, Carolo Martello, primogenito filio Regis Siciliæ & Vngariæ, nupta.*

Eodem 1274. anno, 3. Nonas April. Indict. 2. data est à Cæsare Rudolpho, anno 1. Regni eius, priuilegiorum confirmatio Monasterio Lorchensi: testibus, Rudolpho gubernatore Campidonensi: Alberto, Comite de Hohenberg. nobili viro, Henrico de Brunecke: nec non VValthero, Pincerna de Limporch. Datum in Rodemburch. Hohenberg. Albertus.

Hoc anno (vt scribit Tritenhemius) fœdus habuêre contra Regem Rudolphum (vt qui minus dignus, non debuisset eligi Roman. Rex) quindecim generosi Proceres: inter quos fuêre, VVirtembergensis Comes Eberhardus Illustris, Comes Montefortius, Comes Helffenstainius, & Comes Dockenburgius: nec non, multi nobiles: qui ad obedientiam tamen redacti sunt exercitu Cæsaris. Nisi hoc, illud fortasse bellum putetur: quod 1286. anno, VVirtembergensis gessit: de quo, posterius quædam. At peculiare, seu diuersum bellum est: quia alterum, quod sequetur, aduersus Esslingenses fuit: cui tamen etiam Cæsar se interposuit. Sueuiæ nobilium bellum aduersus Rudolphum.

Fridericus de Stauffeneck, vendidit possessiones suas vniuersas in superiori villa VValden & VVangen, conuentui Adelbergensi: consensu filiorum, Eberhardi Canonici Constantiensis, Friderici & Ludouici, hoc 1274. anno. Stauffeneck.

Inscriptio sequentium literarum. Vmb deß Herters Gut zu Argazingen.

Omnibus præsentium inspectoribus, Hugo, Dei gratiâ Comes Palatinus de Tuvvingen, salutem cũ notitia subscriptorum. Tenore præsentis litere declaramus: quòd Conradus dictus HERTER ciuis in Rotenburch, & vxor sua: medietatem decimarum suarum in villa nostra Ergecingen, quam à viris nobilibus, Ministerialibus nostris, dictis MVLLER de Ybelingen, certo precio ac legitimo emerant: sacratis, ac Deo dilectis, Prioriſſe, eiusq; sororibus, in Kilperch, pro perpetua sui memoria tradiderunt liberè, in perpetuum possidendam. Et quòd supradictas decimas, memorati nobiles de Ibelingen tenebant in feodo ab ingenuo Domino de VVolua: idem Dominus de VVolua traditionem huiusmodi per suum consensum voluntariè confirmauit. Insuper prefati, Conradus, & vxor sua, medietatem curtis sue, in villa pretaxata site (de qua medietate supradicte Priorissa sueque sorores, protinus percipiebant quatuor maltrorum siliginis, ac duorum maltrorum tritici, redditus) modo simili prenominatis sororibus dederunt pro animarum suarum remedio, iugiter possidenda. Testes horum sunt. B°. Scriba. Heinricus & Siffridus, fratres Scribe. B°. de Argecingen. Albertus, dictus Senab. B°. Rihter. C. Boceli. VV. de Alten. ciues in Horvve. & alij quamplures. Acta sunt hæc anno Domini M. CC. LXXIIII. Sigillum, defractum. Tubing. Palat. Hugo Herter Conradus. Kilperg. Priorissa. Ibelingen.

Priuilegia Bebenhusana confirmauit Rex Rudolphus 4. Kal. Mart. 1274. Indict. 2. Datum Haganoæ.

Eodem anno Rudolphus, Comes de Tuvvingen, secutus pietatem aui sui Rudolphi fundatoris, & patris Rudolphi, itidem benemeriti de cœnobio Bebenhusensi: consentiente vxore, pro salute sua & progenitorum, cuncta prædia, quæ in VValthusen possedit, & omnia sua ibi iura Aduocationis, nomine eleemosynæ in perpetuum tradidit huic conuentui, nonis Augusti. Tubing. C. Rudolphus.

Pont. Gregorius recepit Monast. Lorchense, in protectionem B. Petri, & sedis Apostolicæ: datis literis Lugduni 5. Kal. Iun. anno Pontificatus sui 3. M. Scr. Lorchs protectio.

Rudolphus, Comes Habspurgius, Rudolphi R. patruelis, Canonicus Basilienſis & Constantiensis, electus est 1274. Constantiæ Episcopus. Præfuit 20. A. Quo tempore quò minus auxerit res Episcopatus: sed hunc in maximo ære alieno reliquerit: factum est culpâ consanguinei eius, Regis scil. Alberti, Rudolpho R. nati: à quo ad arma coactus fuit. Sepultus in maiori Basilicæ Constantiensis Choro, ad sinistrum latus aræ maximæ. Brusch. Constant. E. Rudolph.

Episcopatum Basilienſem consecutus est frater Henricus Franciſcani ordinis, Pistoris ex oppido Algoiensi Ilsna filius, S. Theol. Doctor, & R. Rudolpho à confessionibus. Cognomen eius Basil. Episc. Pistoris. F. Henricus Gyrtelknopf.

erat Gurtelknopfius: à nodoso fune, quo is vtebatur cingulo. Tandem factus Archimysta Moguntinensis.

Partus monstrosi.

Peperit hoc anno mulier quædam Esslingæ (enthalb der Brück zu Plicnsen) infantem bicipitem, bicorporem, quadricubitum, mutuo complexu: φύσει (naturâ) masculina & fœminina ἀντιπροσώπως, inuicem opposita. Sic in diœcesi Constantiensi, mulier quædam nobilis partum edidit: cuius caput humanum erat: cætera verò, leonina. Quod quidam ad hunc 1274. annum, alij ad 1278. alij ad 1284. reponunt. M. Scr.

Comitia Augusta.

Anno hoc 1274. Rudolphus R. restituta Imperatoria maiestate, comitia Germanici Regni habuit Augustæ splendidissima: in quibus filios suos, Ioannem (al. Rudolphum) Sueuiæ: Albertum verò, Austriæ & Styriæ, Duces solenni inuestitura instituit: nec non Ottocarum, Bohemiæ Regem, vnà cum Henrico Bauaro Duce, electioni ipsius reclamantes, hostes pronuntiauit. Iurarunt ciues in verba eius: confirmationem consuetudinum suarum ab eo obtinuerunt: Senatusque Augustani auctoritas creuit. Munsterus lib. 3. cap. 347. ex Gassaro.

Ad illud, Ioannem (al. Rudolphum) Rectè, inquit Gabelcouerus, Rudolphus dicitur: qui fuit pater Ioannis, cuius manu postea Albertus Imp. occisus est.

Reliquit autem Rudolphus Cæsar filio suo, Duci Alberto, Viennæ Sueuos multos: quorum vnus, de Walsee. Cuius liberi, propter virtutes suas ditissimi sunt facti: ita vt, qui pedibus in Austriam venerant: postea 10. millium Marcarum redditus habuerint. Albert. Argent.

Rudolphus R. pacificus, & prædonum hostis.

Habuit hic Augustus in primis curam tuendæ pacis: grassatores, latrocinia, licentiam equitum & militum, compescuit: populares tumultus grauissimè coercuit: ac, ne orirentur, sedulò cauit. Armis, iustitia, legibus, Imperium de integro condere studuit. Statuit idem: vt posthac ob inscitiam, nobilitatis, Principum & Pontificum, edicta ac priuilegia, Teutonum linguâ ederentur: quæ hactenus Romano sermone data erant. Aiunt. De quo negotio sic etiam lego: Rudolphum iussisse, ne amplius literas contractuum, Notarij Latinè scriberent. sed Germanicè. Multos enim simpliciores plebis, antea deceptos fuisse. Chronic. magnis Noriberg. Georgij Alteni.

Priuilegia, Germanicè edenda.

Viuebant nobiles circa Kirchaimum Teccense, Henricus & Vlricus à Sperberseck; Ludouicus & Albertus Zittelmanni de Myrtingen.

Anno 1275. facta. Etsi Regi Rudolpho iniunctum erat ab Electoribus: vt proficisceretur intra spatium anni Romam, coronationis & consecrationis causâ: tamen semper publicas occupationes, ne illud faceret, causatus est. Antoninus ait, eum ideo non curasse statum Italiæ: quòd semper conatus sit dominium suum & potentiam augere in Alemannia: ac procurare filijs terras & diuitias. At verius causa erat, quam priuatim suis dicebat. Cæsarum vestigia hactenus in Italia ingressu, læta & magnifica fuisse: sed in reditu, tristia & misera. Itaq;

Noluit Rudolphus Italiam regendi.

Olim quod vulpes ægroto cauta leoni,
è Flacco dixit: Quia me vestigia terrent:
Omnia quæ antrorsum spectant, sed nulla retrorsum,

Misit tamen pro se Vicarium: quem Italicæ vrbes magna ex parte susceperunt. Dixit etiam (Trit. Teste) principibus ipsum hortantibus: Multos Alemannorum Reges Italia consumpsit: non ibo Romam. Rex sum, Imperator sum: nec minus pro vtilitate Reipub. acturum me confido: quàm si Romæ fuissem coronatus. In Colmar. Fastis hæc sunt: Infra octauam natiuitatis Domini, conuenerunt Dux de Teck, & alij, Basileæ: præparantes iter ad Gregorium Papam: vt Rex ab Imperatorem consecraretur. Sic, ibi. Sed frustrà. Præsertim enim Gregorio mortuo (quod 4. idus Ianuar. 1276. anno factum est) ab illo negotio se remouit. Idem Fasti, Friburgum hoc 1275. anno fuisse obsessum à Rege Rudolfo aiunt: & falsatorem monetæ, coctum Columbariæ esse in Caldario.

Nihilominus erat Imperator.

Friburgi obsidio.

Monetæ falsarius.

Resignatio Curiæ.

Stauffensis Egeno.

In nomine sancte & individue Trinitatis. Amen. Ego Egino miles, dictus de Stouphin, significo vniuersis hanc literam inspecturis, lecturis, atque audituris: quòd ego venerabilibus Dominis,
" Abbati atq; conuentui Monasterij in Lorche, resignaui Aduocatiam: quam habui super curia ipsorum in Bartunbach: & super vno Mansu in Tainbuch: renuntians omni iuri & potestati: quod
" videbar super eisdem bonis habere: dando eis liberam facultatem eligendi Aduocatum, quemcunq;
" voluerint: & faciendi de ipsis bonis, prout eis videatur expedire. Acta sunt autē hec anno Domini
" M. CC. LXXV. Indict. 4. in villa Eberspach. Vt autem huiusmodi factum à me, ratum & firmum,
" & à posteris meis maneat irreuocatum: presentem literam sigillo venerabilis Domini Præpositi de
" Madelberc, ac meo proprio sigillo, roboratam, prefatis Dominis contuli testimonialem.

Eartenbach.

Eberspach.

H. Rufus

H. Rufus in Othelingen, dictus Cobirer, cum coniuge sua, & Gerungo Scholare, & alijs pueris suis: Sindelfing. Præposituræ vendidit curiam seu Mansum, in areis, pratis, agris, apud Sindelfingen, XII. libris Hall. Signauit Rud. Comes de Tuingen, dictus Scerer: & Comes Vlric. de Aspere: præsentibus Suicgero de Ondingen Friderico de Nippenburg, dicto Solre, militibus: Dietrico, Sculteto Rufo in Herrenberc: Ludu, Sculteto in Sindelfingen, dicto Isinesser: Burc. dicto Cuspis, Bertoldo Vnfride: Cunr. de VVurmelingen, Canonico. Actum 1275. 15. Kal. Maij, Indict. 3. M. Sc. Rudolfi Schereri, Comitis Tuvving. frater erat Eberhardus. Ettlingen. Ondingen. Nippenburg.

Hermannus, miles de Malmshaim vendidit Bebenhusanis V. iugera vinearum: & grangiam cum agris, pratis, alijsq; attinentijs in Hezzikaim, lib. L. Hall. Ex M. Scr. Malmshaim.

Vdalricus, Klingenbergius Dominus, ex Margareta à Schynavv, Vdalrici de Schynavv filia, genuit Vdalricum secundum, & Gutham, Marescalci de Biberbach coniugem, circa annum 1275. Laz. Klingenberg.

Circa hoc tempus viuebat Hartmannus, Comes Græningensis, Hermanni filius. Genuit ille ex Hedvvige Tubing. coniuge Conradum, Ludouicum, & Eberhardum (infra 16. cap.) filiamq; Denckmutam, & alias duas filias, additur filius etiam Hartmannus. Tutorem egit Comitis Eberhardi VVirtembergensis, Illustris cognominati. Pupillus autem hic, adultus: cùm iudicaret, res à Tutore minus benè curatas esse: cepit eum 1280. & in castella ASPERGA tenuit: donec is Septemb. 29. anni eiusdem obijt: & Græningæ in Templo Parochiali S. Bartholomæi (vbi & vxor) sepultus fuit: cum Epitaphio (in pariete ingredientibus sinistro) & Insignibus: ANNO DOMINI M. CC. LXXX. in die Francisci obijt Hartmannus, Comes de Gruningen. M. Scr. Quod Epitaphium si quis de iuniore Hartmanno intelligat (tanquam eius pater Hartmannus 1250. obierit: nempe 30. annis antè) dubito, καὶ ἐπέχω. Græning. Hartmannus. sup. 2. Dodec. lib. 9. c. 5. Asperg arx.

Filiarum illius, Anna fuit Monialis in Parthenone Offenhusensi: Denckmuta verò, ibidem Abbatissa. Conradus, Hartmanni F. cælebs obijt. Ex M. Scr.

Notatio ad hunc locum.

Conradum Osualdus Gabelc. potius, trium fratrum (Eberhardi, Conradi, & Ludouici, Rectoris Ecclesiæ Canstatensis) patrem fuisse arbitratur. Anno 1276. (inquit) Conradus & Eberhardus Comites de Gruningen fratres, literas publici contractus signarunt apud castrum Landauum. Conradi etiam anno 1286. mentio fit: Cùm Rudolphus I. Imp. Stutgardiam obsedisset. Tum enim ipse quoq; ei reconciliatus est: sicut & Zollerenses, Montefortij, Helffenstainij: atque ipse etiam VVirtembergicus Eberhardus. De quarto fratre Hartmanno illis tribus addito, Osualdus dubitat, num vnquam fuerit: quod neq; 1291. neq; 1295. cæteri fratres mentionem eius faciant: nisi 91. obierit, aut 95. adhuc minorennis fuerit. Sed certè fuisse affirmatur. Conradum deinde (arcis Landavv qui perhibetur cultor iuxta Riedlingam fuisse) negat cælibem vixisse. Nam 1295. anno, Annam eius filiam minorennem adhuc, meminisse matris suæ Luitgardis, filiæ Marchionis de Burgovv: cui Lud. Dux de Tecke, bona quædam apud VVeldam, pro 100. Marcis argenti, titulo pignoris, nomine donationis propter nuptias obligauerit. Fratres hi, quamuis in literis haberent nomen Comitum à Landavv, in sigillis tamen dicebantur Comites de Gruningen. Eorum soror quoq; fuisse videtur Adelhaidis: quæ 1293. Berchtoldum nobilem (ita tunc vocabantur, quos hodie Barones vocant) de Mulhusen, maritum habuit: quæ in arce VVissenburg, supra Stutgardiam sita, habitasse dicitur. De Eberhardo deniq; familiæ huius propagatore, quamuis in cœnobio quoq; Sancrucivallensi notatum sit, eum 1292. obijsse: tamen eum constat adhuc 1295. vixisse, cum fratribus Lud. & Conrado. Plus autem est fidei tribuendum Authenticis scriptis, quam pictorum lapicidarumve inertiæ, seu negligentiæ, &c. Secundum hæc facerem ego nunc hanc Genealogiam. Landavvenses Comites.

Herman. { *Hartmannus Conrad. Infrà cap. 4.*
Conrad. { *Ludouicus.* / *Conradus.* / *Eberhardus.* } *Sed de his forsitan adhuc ἐφέκτεον. Nescio, num Hartmanni filio Conrado, hi tres dandi filij sint.*

In Peristylio Templi S. Francisci Esslingæ, muro inscriptum.

ANNO DOMINI M. CC. LXXV. secundo die mensis Martij, obijt frater HAINRICVS, Pallentinus, & Comes Thubingensis: cuius anima requiescat in pace. Tubing. Henricus.

Eodem anno, Hirsaugiensis Abbas Ioannes, 3. non. Iul. febri mortuus est. Sepultus in maiori Monasterio. Eius in locum suffectus est Monachus, VOLANDVS Alsata, XXVII. Hirsaug. Abbas Volandus.

Abbas: & à Spirensi Episcopo Friderico, Barone à Bolanden, ordinatus. Præfuit Monasterio, vel potius obfuit, circ. 6. A. aut potius 4 tantùm; voluptuarius homo, & bonorum cœnobij dissipator. Tritenh. teste.

FRIDERICVS DE ZOLLERN, NORIBERG. BVRGGRAVIVS. RV-

dolpho Regi Rom. obedire coactus, Marchio Badensis, & Rex Bohemiæ Othaccarus. Caroli Franci, Siciliarum Regis, tyrannis. Politia Vrbis Augustanæ. Beneficentia Tubingensium Comitum, & nobilis Conradi Kircheimij, in Monast. Bebenhusense. Brandecciorum satisfactio, Alperspachensi cœnobio. παρθένος μονάχη τετραετηρική.

CAPVT II.

Noriberg. Burggraiatus.

ANno 1276. aut circiter, hæc facta sunt. Excessit rebus humanis Burggrauius Noribergensis absq; liberis. Tunc Rudolphus R. eam dignitatem Friderico, filio sororis suæ, concessit, comitem Zollerensi nuptæ. Hinc orti dicuntur Burggrauij, qui nunc sunt Marchiones: per R. Sigismundum in Concilio Constantiensi, circa 1415. Christi, eam eminentiam adepti. Chronic. Noriberg. Alteni.

Badensis Marchio, Cæsari rebellis.

Rudolphus Rex persecutus est rebellem Marchionem de Baden, auxilio Palat. Comitis Ludouici, & multorum aliorum: tum ipsum, tum multos complices eius in Alsatia, Suevia, & Franconia, alibi q; qui bona Regni violenter sibi vsurpauerant post excommunicationem Friderici II. & posterorum eius: id est, temporibus Interregni: atq; detracta, ad pristinam iurisdictionem reduxit: quoniam etiam ciuitates subiugarant. Naucler.

Sic & Ottocarus Bohemus, & Henricus Bauarus.

Ottocarus Bohemus, & Bauarus Henricus, Cæsari erant inimici, non assensi eius electioni: sed Ludouicus frater Henrici, Palatinus, à Cæsare stabat, vt socero suo. Ambo itaq; arma in Boiariam mouent: Henricus q; succumbens, veniam à Cæsare petit & per germanum Ludouicum impetrat. Cæsar q; filio Henrici Othoni filiam Catharinam dat. Inde Rudolphus cum exercitu Ratisbonam, & ex hac Bathauiam, 1276. anno peruenit. In ijs castris tunc fuerant (auctore Auent.) Ludouicus & Henricus, prædicti fratres: Henricus, Cattorum præses: Fridericus, vrbis Norib. gæ præfectus: Albertus, Comes Hochbergensis: Hugo, VVirtembergensis. Fridericus, Limus vel Leiningensis: Otho & Henricus à Spanheim: ac complures Episcopi. Post hæc Cæsar contra Ottocarum bellum in Austriam versus mouet, ac Viennam peruenit. Bohemus in altera ripa considens, propter inundationem aquarum traijcere copias nequibat. Vienna 35. dies obsessa; inducias aliquot dierum pacisciscitur: post quas, ni auxilio Ottacarus veniret, vrbis fieret deditio. Sic & factum est: Bohemiq animus ad pacificationem inclinauit, literis his ad Cæsarem datis: Serenissimo Domino suo Rudolpho, Regi Romanorum, semper Augusto: Ottocarus, Dei & illius gratiâ Rex Boiemiæ ater it se potestatem paciscendi Ludouico, Palatino Rheni, Duci Boiariæ, consanguineo suo, dedisse. Facta est ergo pax quibusdam conditionibus: vt captiui, postliminij iure vtrinque dimitterentur: obsides, quos misit to belli Bohemus abduxerat Austriacis redderentur: Austria, Styria, Carinthia, & alia, Cæsari, Vngariq; sua ablata, restituerentur: Cæsaris filiam duceret Ottocari filius VVenceslaus. Ottocarus, traiecto Danubio, cum pluribus Regio luxu Comitibus in castra Cæsarea extra Viennam procedit. Cæsar statura valde gracilis, aquilum habens nasum (vt Albertus Argent. loquitur) indutus grisea rusticali tunica (cærulea tunica, inquit Auentin. quam Teutones Kamelon vocant) cum alto galero in communi via suggestui insidebat. Bohemus verò in genua subsedit: in verba eius iurauit: ab eodem Boiemiam & Morauiam, cum 36. signis in fidem feudum ve accepit: ac deinde domum discessit.

Ottocari literæ ad Rudolphum.

Pax.

Rudolphi R. habitus.

Feudi acceptio.

Brentius.

Cùm hoc loco scriberem 30. Iul. die Ioannis Brentius, D. Ioannis F. S. Theol. Doctor, breui à nobis Tybingâ discessurus Hirsauziam (cuius Abbas, post obitum clarissimi & reuer. piæ memoriæ viri, eiusdem loci Abbatis, S. Theol. D. Antonij Varnbyleri, ab illustriss. Principe ac Domino nostro, D. Ludouico VVirtembergensi, factus fuerat) nobis καλὸν ἀγαθὸν καὶ φιλικώτατον ἐξιτήριον ἐπὶ τὸν πρώτην ἀθλητὴν ἐν βίῳ τραπέζης ἀκοπιάτου, ἀλλὰ μᾶλλον σύσσιτον ἐν βίκτῳ καὶ ἀφορμὴν ἀσκήσεως.

Hoc 1276. anno, 4. idus Iul. Hadrianus V. creatus Pont. Max. obijt Viterbij, eiusdem anni 15. Kalend. Septemb. antequam consecraretur. Hic Papa (vt scribit Trit.) Rudolphum Regem, per literas & nuntios in Italiam vocauit: ad comprimendam Caroli Siciliæ Regis potentiam: qui oblitus beneficiorum Innocentij P. 4. qui REGNVM LEGITIMIS ABLATVM HÆRE-

Caroli Franci tyrannis.

HÆREDIBVS, CONRADO, ET FILIO EIVS CONRADINO, sibi (ei) contulerat: Romæ omnia pro arbitrio agebat: *DEO INIVRIAM ILLORVM VINDICANTE.* (places, hæc scribens, Tritenhemius.) Verùm Rudolphus, Bohemico implicatus bello, Pontifici satisfacere non potuit. Succeßit eodem anno huic Papæ Ioannes XX. dictus XXI. Vlyßiponensis Lusitanus: qui non multò pòſt ruina cameræ, siue fornicis, oppressus, ad patres descendit.

Carolus, R. Rudolphi filiolus, hoc anno & natus & mortuus, Basileæ sepultus eſt in medio Chori maioris Ecclesiæ: præsente etiam Regina matre.

In Sultz prope Rubeaquum, decoctus igne fuit falsus monetarius, seruus D. Ioannis de Iungholtz. Colmar. Annal. *Monetarius falsus.*

In vrbe Augustana, consulum siue ciuitatis curatorum, officium, vt summum ibi Magistratum, hactenus Germani Imperatores, & ipsorum concessu Sueuici Duces, plerunque emeritis nobilibus, & interdum potentioribus incolis patricijsque, non rarò etiam ipsis Augustanis Episcopis, precio precibusq; arbitratu suo contulerant. Sed anno 1266. à Duce vltimo Conradino, redemerunt, vt antehac dictum eſt. Itaque eodem anno, modò dicto, Henricum Schongavverum, & Luitboldum Schroterum, proprios sibi consules per vindicias crearunt: mirâ inuidia & indignatione vicinorum: & præsertim eorum, qui præfecturæ inhiabant: præcipuè Episcopi & Canonicorum (tunc temporis vacante Imperio) qui sibi quouis modo iurisdictionem ciuitatis circumquaq; vsurpare sategerunt: donec tandem ciues, per imprudentiam circumuenti, vt securitati & ocio suo consulerent: nouum fœdus cum Episcopo Hartmanno, eiusque Cathedrali capitulo, nono Kalend. Nouembr. 1269. super Aduocatiæ administratione (der Landtvogtey) & mutuo præstando auxilio priuatim inierunt. Quo pacto, non modo contra propriam libertatem, obedientiam & fidelitatem illis promiserunt: sed etiam in futuri Cæsaris, sui Domini, præiudicium, ea cuncta in tabulas retulerunt: adeo vt, nisi melior fortuna breui affulsisset: planè & se & posteros, eo fœdere nexos reddidissent: in seruilesque conditiones præcipitassent. Sed cùm anno 1276. septimo idus Mart. ciues Augustani rursus, consule Leopoldo Stoltzhirsio patricio, in verba Rudolfi Cæsaris, in publico iuxta S. Mariæ Templum circo (auffm Platz vor vnſer Frauwen Kirchen) vel, vt alij volunt, in ipsa sacra area (auffm Fronhoff) à tergo dicti Templi, iurassent: antiqua rursum illis priuilegia, ab hoc Imperatore (qui prioris anni mense Iunio, etiam Aduocatiam prouinciæ & ciuitatis Augustanæ sibi, & successoribus Imperatoribus, denuò vindicauerat) confirmata sunt. Præterea, ciuibus suppliciter petentibus, idem Cæsar confirmauit clementißimè auctoritate sua, vt fidelibus codicem ciuitatis: quo priuilegia eius, ritus, consuetudines, leges, definitiuæ vel iudicialiter latæ sententiæ, continentur. Cauit etiam, ne ciues de fundis & bonis suis, extra muros vrbis sitis, vllo seruitio astringerentur. Item, vt omnes, qui Episcopo & Abbati, Præpositis & Canonicis, in ciuitate subditi essent, in negotiando ibi, emendo & vendendo, à nullis exactionibus & collectis exempti essent: sed eadem cum cæteris onera sustinerent. Extat Codex ille adhuc, veteri & simplici Sueuorum linguâ in membranis conscriptus. At etiam Episcopum Hartmannum (transactione certis conditionibus inter ipsum & vrbem facta) eò adegit: vt & ipse, quamuis inuitus, huic Codici subscriberet, 4. idus Mart. 1276. *Stoltzhirs Cos.*

Inter cætera autem hic Codex (das Statibuch) permittit monomachias, ad diluendas diffamationum notas: viris, cum æqualibus armis: ad probanda verò per vim oblata stupra, actrici, lapide pugnum æquante, in peplum ligato: reoque viro, vmbilico tenus in terram defosso, cum querno cubit ali fuste. Pro pœna homicidij, postquam cum interfecti propinquis fuisset transactum, X. tantùm Rotvvilensium nummorum libras (quæ fortè sex argenti vncijs valebant) multam ærario Reipubl. inferendam, præsenti percussori irrogabat, eo rigore: vt, si quis in ære non haberet: Corio & crinibus puniretur (solts an Haut vnd Haar gelten) sicut & in alijs mulctis, iuris erat. Contra absentes verò & fugitiuos, mirandas mulctas vindicandæ cædis, in diruendis culminibus, aut ianuarum postibus, ædium rei, Codex hic præscribebat. Pleraq; autem omnia, ex eo Codice vsq; ad tempora Maximiliani I. Cæs. decisa sunt: cuius æuo, ciuilis praxis Scripti iuris, in forum reducta eſt. Henning. ex Achille Gassaro. *Monomachiarum vsus.*

Ecclesiæ Lustnouiensis, non longè ab oppido Tybinga sitæ, Bebenhusam collatio.

In nomine Domini, Amen. VLRICVS, Dei gratiâ Comes de Tvvvingen, vniuersis Christi fidelibus, presentem literam inspecturis, pacem continuam & salutem in omnium Saluatore. *Tubing. Comes Vlricus.*

" Que geruntur sub tempore: literarum vel testium presignari debent munimine: ne hominum im-
" proborum cursionibus & iacturis queant in posterum subiacere. Nouerint ergo vniuersi, tenorem
Tubing. VVilhelmus. " presentiũ inspecturi: quòd pater meus beate memorie, dict⁹ Comes VVILHELMVS de Tuvvin-
" gen, ob honorem S. Marie virginis, & in remedium anime vxoris sue VVilpirgis iam defuncte, vi-
" del. matris nostre, atq; in remediũ animarum omnium Parentum nostrorũ, Ecclesiam in LVST-
Lustnouiensis Ecclesiæ Bebenhusam collatio. " NOVVE, cum attinentijs ad iurisdictionem eiusdem Ecclesie spectantibus vniuersis, conuentui
& Ecclesie in Bebenhusen, solenni donatione contulit & legauit: nostro quoq; consensu pariter &
assensu, meis. fil. & fratrum & sororum mearum, vnanimiter accedente; dictam q; donationem per
" omnia ratam & gratam nobis in perpetuum habituris. Dictus ergo conuentus, memoratam in eter-
" num possidere debet Ecclesiam, ab omni grauamine liberam & quietam: & sub ea forma iuris &
" ordinis, qua pristini possessores ipsam ab antiquo exordio, per omnia liberè possederunt. In huius
" rei testimonium, præsentem Cedulam scriptam, & sigilli mei munimine roboratam, sepedicto con-
" uentui duxi memoriter assignandam. Acta sunt hec anno Domini M. CC. LXXVI. Indict. 4.
" in Festo Marie Magdalene.

Tubing. Palat. Rudolphus. Eiusdem anni 10. Kal. Septemb. RVDOLFVS, Comes Palat de Tuvvingen, dictus Scherervs, contulit Bebenhusanis solenniter coram testibus, quendam locum & collem, lignis cædendis & pascuis aptum, apud VValthusam, dictũ Gaisbuhel, cum omnib. terminis ad ipsum pertinentib.

Kirchaimius Conradus, erga Bebenhusanos beneficus. VVesthaim. Zazenhusen. Eodem anno, in die S. Galli Abbatis, Conr. de Kirchaim, vir nobilis: ob reuerentiam virginis gloriosæ, & in remedium animæ suæ, ac progenitorum suorum omnium: rogatu Othonis Abbatis Sconaugiensis & conuentus, nec non Petrissæ coniugis suæ, donauit Abbati & Conuentui Bebenhusensi ius patronatus pertinentias q; omnes, Ecclesiæ in VVesthaim: omnes q; decimas in Zazenhusen, in Visenhusen, in Pslugfeld, in Zoffenhusen, & Stamhaim, ex vtraq; parte fluuij dictæ villæ: omnia q; quæ in his villis, omniq; Glemsgovv, in feodo possidebat. Sic Conradus GRVCKLER contulit quosdam agros & prata in Mœringen & Vtenbruck. M. Scr.

Vahingen. Vlricus, Comes de Asperc, literas dedit de libertate curiæ & bonorum, apud VVile in Glemsgovve sitorum, Præposito & Capitulo Sindelfingensi, ab omni exactione & vectigalibus, pro damnis illatis. Literas roborauit ipse, & Constant. Episcopus: & nobilis vir, Conradus de Vahingen, Filiaster Comitis Vlrici: & Abbas Bebenhusanus. Ego verò Gothefridus, Comes de Tuvvingen, cùm sigillum nondum habeamus: quantum in me est, Sigillis præsentibus sum contentus. Testes: Cunr. & Renhardus Magnus, milites de Heuingen: Fridericus miles, & Vnno fratres, dicti Herter: Magister Rud. Medicus in Ezzelingen & alij. Actum in Ezzelingen, & in Asperch prope Ecclesiam anno M.CC. LXXVI. mense Iunio, Indict. 4. M. Scr.

Birckenfeldense Monast. Fundatum est hoc 1276. circiter anno Birckenfeldum, nobilium Monacharum collegium Cistertiensis ordinis, sub cura Ebracensis Abbatis, ad Æstum amnem supra Neapolin (Newstatt) in Ostrofrancis: à Friderico Zollerensi Comite, primo Burggrauio Noribergensi: & eius prima coniuge, D. Helena, quæ 1309. obijt. Brusch.

Aream condendi cœnobij in oppido Rotenburgo ad Nicrum Carmelitani, vel S. Mariæ fratrum, Comes Hohenbergensis Albertus concessit. M. Scr. Alibi, ad alium annum refertur.

Brandecciorum satisfactio erga cœnobium Alperspachense. Eodem anno, tertio idus Febr. (quoniam, ne ea, quæ aguntur sub tempore, simul cum tempore elabantur, expedit: ea scriptura, sigillorum, & testium adminiculo, perennari.) Ioannes filius, Iunta & Petissa filiæ, quondam D. Volmari de BRANDECKE piæ memoriæ, militis: ac Petissa, mater dictorum puerorum relicta: & Fridericus de Brandecke, miles, patruus, Tutor seu Aduocatus horum puerorum: bona sua in Elnbogen, iure proprietatis ad se spectantia (cum agris, pratis, syluis, nemoribus, fructibus, piscinis, iurisdictione: ac generaliter cum omnibus pertinentijs suis) cœnobitis Alpersbachensibus, 24. libris Tuvvingensibus (quas acceperunt) & 20. libris eiusdem monetæ (in quibus tenebantur eis pro recompensatione dampni, rapinis & incendijs per prædictum Volmarum multipliciter illati) communi consensu, ante portam ciuitatis Dornhain, in strata Regia, purè vendiderunt, sponte sua, non coacti. Hæc sigillis muniri petierunt nobilium virorum. D. Ludouici de Tecke senioris: & Domini Vlrici, Comitis de Alperspach.

Alperspachensis Comes. Præter hos, etiam alij testes fuerunt: D. Ludouicus, Ludouici Teccensis prædicti F. Dominus Conradus perpetuus Vicarius in Dornhain. Vlricus, Notarius prædicti Ducis. Hartinduus Craffto de Sperbersecke. Et alij.

Monialis fœcunda. Eodem 1276 anno fœcunda quædam Sueua Sanctimonialis, ROTVVILÆ tres pueros vno die peperit, & postero die quartum. Fastis Colmar. Dominicanorum.

INVE-

INVESTITIO ET PROFESSIO SANCTIMONIALIVM OVVENSIum. Electio ibidem nouæ matris.

CAPVT III.

QVia de multis hactenus cœnobijs fœmineis scripsimus: & præced. libro, cap 20. mentio Decani cuiusdam de Ovve (Teccensis Ducatus oppido, & illorum olim Ducum sede) facta est: omninoq; ibi etiam spiritale quoddam erat Gynecæum: ideo de receptione & professione puellarum talium in Ovvensi Parthenone, & de creatione matris vel Magistræ sacrarum virginum, quædam ex loci eius veteribus Scriptis, ante transitum ad 1278. annum recitabimus (paulò quidem alicubi breuius: sed ferè nulla re necessaria, omissa) quæ scripta, à docto & honesto iuuene accepimus (mense Ianu. anni 1588) M. Leuio Schentzio, D. Laurentij Ovvensis Euangelici Pastoris filio: atque ideo commemorabimus cæremonias ex ipsis: vt iunioribus ne ignoti sint ritus tales, cum de multis varijsq; rebus lectorem docere conemur. Ovva op.

Inuestitio puellæ in Scholam extramundanam.

Si à Commissario Constantiensis Episcopi, vel confessore, Missa celebranda fuerit: puella ante gradum adducatur Altaris: ibiq; prostrata interrogetur, antequam casulam induat: Quæ est petitio tua soror? Respondeat ipsa: Peto misericordiam Dei, & sororum societatem. Inuestitio puella monastica.

Tum præsidens potest ei proponere, si placeat, molestias, quas passura sit (τοὺς τῆς ἀρετῆς ἱδρῶτας) vigilias, abstinentias, abdicationem propriæ voluntatis, humilem obedientiam in conuersione Regulari seruandas. Si respondet, se facturam: misericordiâ Dei, & orationib sororum, confisam: dicitor ei: Dominus det tibi hæc omnia fideliter adimplere: & cursum tuũ feliciter cõsummare. Amen.

Deinde nouitia offerat ardentem cereum ad altare. Qua in suum locum reuersa: Præses incipito flexis genibus hymnum, vel antiphônam de S. Spiritu: cũ cantu, vel sine cantu, Vers. Emitte spiritum tuum, & creabuntur. Collecta Deus, qui corda fidelium, Sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem Spiritu recta sapere: & de eius consolatione semper gaudere, &c. Deinde asperguntor vestes, quibus nouitia induenda est, aquâ benedicta: & statim eam exuat Præsidens habitu seculari, dicens: Exuat te Dominus veterem hominem, cum actibus suis.

Dum induit eam habitu religionis dicat: ✠ Induat te Dominus nouum hominem: qui secundum Deum creatus est, in iustitia & sanctitate veritatis. Amen Et dicat ei: quòd ante professionem suam, quocunq; tempore illa fiat, habeat liberum arbitrium ad illam faciendam, vel omittendam. Similiter habebunt sorores. Interim verò cantabitur R. Regnum Mundi: vel legatur, siue à Præsidente siue à sororibus, si sciant. Deinde dicat præses: Saluam fac ancillam tuam, Deus meus, sperãtem in te, &c. Coll'. Deus, qui iustis supplicantium petitionib: semper præstò es, exaudi preces nostras: quas tibi pro famula tua humiliter offerimus: quæ Mundi põpis abrenũtiare (ἀποτάττεσθαι) atq; habitum secularem deponere, festinat. Et postea, vt per hoc, quod pio mentis affectu inchoatur, gratia tua largiente æternæ vitæ remedia comprehendat.

Alia Coll'. Deus amator & auctor castitatis: qui beatum Ioannem Apostolum & Euangelistam, relictis thalamis, te sequi fecisti vocantem: vt seruata virginitate, cœlestis secreti faceres illum esse consortem: tribue, quæsumus, hanc famulam tuam, ipsius Apostoli intercedentibus meritis, semper tuis inhærere mandatis: &, relictis carnalibus desiderijs, & illicitis voluptatibus, tuam in omnibus sequi voluntatem: ipsumq; animæ & corpori famulæ tuæ tribue custodem: quem, in cruce positus, matri tuæ sanctissimæ voluisti fieri prouisorem: vt, constrictis luxuriæ frenis, digna efficiatur castis visceribus suscipere te mansorem, &c.

Postea Presbyter, confessione facta, Missam prosequatur more solito: & nouitia, post Agnus Dei, ad sacram communionem accedat.

Missâ finita: Presbyter, deposita casula, conuertat se ad nouitiam: & dicat orationem sequentem: Dominus vobiscum. Oremus Deus, plasmator corporum, afflator animarũ: qui nullam spernis ætatem, nec sexum reprobas: nullam cõditionem gratiâ tua ducis indignam: sed omnium æqualis es conditor, & redemptor: tu hanc famulam tuam numero gregis tui, bonus pastor elige, &c. vt ad omne tempus opus virtutis & gratiæ, magistrante sapientia præparata, vincẽs carnis illecebras, & licita connubia recusans: insolubilem filij tui, Domini nostri IesuChristi, copulam mereatur, &c. superet Diaboli vniuersa figmenta: atq; contempnendo præsentia, futura sectetur: ieiunia epulis carnalibus præferat, &c.

Postea celebrans, aspergat nouitiam aquâ benedicta: & tradens cereum accensum, introducat eam ad clausuram: & interim cantentur Antiphonæ sequentes: An. Prudentes virgines, aptate

lampades vestras. Ecce, sponsus venit: exite obuiam ei. An. Tunc surrexerunt omnes virgines: & ornauerunt lampades suas. An. Veni, sponsa Christi: accipe coronam, quam tibi Dominus præparauit in æternum. Ingressa verò Clausuram, à matre & alijs sororibus suscipitor cum osculo pacis.

Poterat item à matre fieri hæc inuestitio, simpliciore modo: sicut habebant in Statutis suis. Hæc, ibi. Hodie verò sic dicitur.

Virginum ordo, in S. literis.

Non peccat virgo, si nubat; etsi minus molestiarum (θλίψιν τῇ σαρκὶ τοιαύτην) haberet, si maneret innupta. 1. Cor. 7. Melius est nubere, quàm libidine flagrare.

De virginibus præceptum Paulus non habet. Ergo nec in Monasteria trudi eas præcepit. οὐδὲν δὲ τῷ συναλύσαι βρόχος ἐπιβλητέος.

Nemini laqueum injecit Apostolus: nec etiam injici vult. Ibidem.

Dominus Matth. 25. sub nomine virginum intelligit omnes Christianos, non tantùm puellas virgines. Eos omnes vult vigilanter expectare Domini aduentum.

Frustrà colitur Deus ἐντάλμασιν ἀνθρώπων, traditionibus humanis. Matth. 15. Sanguis Iesu Christi emundat nos ab omni peccato. 1. Ioan. 1. Perfectum est eius in cruce promeritum: non indiget accessione nostrorum meritorum. αὐτὸ πεπλήρωται, καὶ πεπληρωμένον ἐστὶ, τὸ τῆς Χριστοῦ κατόρθωμα, καὶ ἐκεῖνο· καὶ ἢ δεῖται τινος παρ' ἡμῶν προσαναπληρώσεως. Tantùm nos apprehẽdamus illud fide, nobisq; applicemus. Fide totos nos in Christi sufficientissimum promeritum inuoluamus, cùm morimur: sicut generosus signifer in prælio, salute cætera desperata, inuoluit se tantùm in suum pulcherrimum vexillum, eiq; immoritur cum gloria. Nullo modo in nostra bona nos opera inuoluamus: quia imperfecta sunt, & non pura: imò etiam perfectioni meriti Christi derogantia. σκύβαλα, σκύβαλα, ea sunt.

De Professione nouitiarum.

Professio nouitiarum puellarum.

Cùm tempus, quo nouitia benedici debet, aduenerit: post offertorium Missæ, benedictio seu professio, hoc modo celebranda est.

Interrogetur nouitia, ante gradum altaris prostrata: an re benè deliberata, velit profiteri.

Si illa voluerit constanter: surgens, offerat ardentem cereum ad altare: & Præses genua flectens, intonet Antiphonam. An. Veni, sancte Spiritus: reple tuorum corda fidelium, &c. V. Emitte spiritum tuum, & creabuntur. Coll'. Deus, qui corda fidelium &c.

His dictis: conuersus ad nouitiam: vestimenta, quibus induenda est, cum orationibus sequentibus benedicit. Dominus vobiscum. Oremus. Oratio. O Domine Iesu Christe, qui tegmen nostræ mortalitatis induere dignatus es: obsecramus immensam tuæ largitatis habundantiam: vt hoc genus vestimenti, quod sancti patres ad humilitatis, vel innocentiæ, indicium, abrenuntiantibus seculo ferre sanxerunt, ita bene ✠ dicere, & sancti✠ficare, digneris: vt hæc famula tua, quæ hoc vsa fuerit, te induere mereatur.

Alia Oratio.

Deus æternorum bonorum fidelissime promissor, & certissime persolutor, &c. clementiam tuam simpliciter exoramus, &c. vt sanctæ religionis habitum, quem te aspirante susceptura est, te protegente custodiat, &c. Deinde benedictio additur veli, si soror est velanda: vt Deus velamen capitis eius sanctificet: &, cùm ad remunerationem perpetuam Sanctorum, cum prudentibus virginibus etiam ipsa preparata aduenerit: Deo perducente, ad supernæ felicitatis nuptias introire mereatur.

Deinde aspergat vestes aquâ benedicta: & statim exuat eam habitu nouitatis, dicens: Exuat te Dominus veterem hominem cum actibus suis. Dum induit eam vestibus benedictis, dicit ✠ Induat te Dominus nouum hominem: qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Amen. Dum imponit ei velum, dicit: Accipe velum sacrum, quo cognoscaris Mundum contempsisse. Interim cantetur Responsorium: Regnum Mundi. Quo finito, dicat Presbyter: Dominus vobiscum. Oratio. Deus, indulgentiæ pater, &c. Clementiam tuam quæsumus, vt huic famulæ tuæ non obsistat: quòd habitum religionis per nos, tanta ac tali re indignos, suscipit: sed ministerium, quod per nos exhibetur exterius: tu interius per donum sancti Spiritus exequaris, &c. Kyrieleison, Christeleison. Kyrieleison. Pater noster, &c. Saluam fac ancillam tuam, Deus meus, sperantem in te, &c. Plures sunt orationes. Post hæc surgens nouitia, accedat ad dextrum cornu altaris: & legat alta voce professionem suam, si literas scit. Si nescit: inscribat signum crucis, & ei legatur.

Ich

Votum professionis virginū.

Jch Schwester N. gelobe mit der hülffe Gotts/ewige Keynigkeit. Nit eygens haben/vnd gehorsamen meinen Obersten nach der Regel Sanct Augustin/vnd einsatzunge vnser Statuten. ✠

Facta professione offerat eam nouitia ambabus manibus super altare: eoq; deosculato, ad gradum altaris reuertitur, & prosternitur. Et si plures fuerint: vna post aliam procedat. Deinde dicit Presbyter tribus vicibus: Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis. Caeteris respondentibus: In templo sancto tuo, quod est in Hierusalem. Oremus. Deus, qui famulam tuam à seculi vanitate conuersam, ad supernæ vocationis accendis amorem: pectori eius purificando illabere: & gratiam et, qua in te perseueret, infunde, &c.

Alia Oratio. Deus, qui renuntiantibus seculo mansionem paras in cælo: dilata huius congregationis habitaculum cœlestibus bonis: & præsta, vt fraternæ charitatis compagine teneantur vnanimes: continentiæ præcepta custodiant, sobrie, simplices, & quietæ, &c.

Alia Oratio. Sancte Spiritus qui te Deum ac Dominum reuelare mortalibus dignatus es: immensam tuæ bonitatis gratiam postulamus: vt sicuti, vbi vis, spiras: sic & huic famulæ tuæ affectum deuotionis indulgens: & quoniam tuâ sapientiâ est condita, tuâ quoq; prudentia gubernetur: quam iuxta consuetam tibi gratiam, vnctio tua de omnibus doceat: & per intercessionem beatissimi AVGVSTINI, quem præcipuum huius sacræ institutionis Legislatorem dedisti: nec non & aliorum Sanctorum, ad quorum nomina petitionem facit: fac eam à vanitate seculi veraciter conuerti, &c.

Finitis orationibus: Presbyter more solito Missam persequatur: & professa, post AGNVS DEI, ad sacram communionem accedat.

Missâ finita, Presbyter depositâ clausula, conuertat se ad professam: & dicat orationem sequentem. Dominus vobiscum. Oratio. Omnipotens sempiterne Deus, castorum corporum benignus inhabitator, & incorruptarum amator animarum: qui humanam substantiam in primis Parentibus Diabolica fraude vitiatam, ita in verbo tuo, per quod omnia facta sunt, reparas, &c. respice super hanc famulam tuam: quæ in manu tua continentiæ suæ propositum collocans, tibi deuotionem suam offert: & præsta, vt in ea sit per donum spiritus tui, prudens modestia, sapiens benignitas, grauis lenitas, casta libertas. In charitate ferueat: & nihil, præter te, diligat laudabiliter vinat, laudariq; non appetat, &c. Tu ei sis honor, tu gaudium, tu voluptas: tu in mœrore solatium, tu in ambiguitate consilium, tu in iniuria defensio, tu in tribulatione patientia, &c. vt cum prudentibus virginibus introcat, &c.

Hac oratione completa: Presbyter aspergat professam aqua benedicta: & tradat ei cereum ardentem: & cantentur Antiphonæ: Prudentes virgines, cum cæteris, vt suprà. Et introducatur ad clausuram: & recipiatur à matre & sororibus in osculo pacis, &c. vt suprà. Hactenus.

Coniugium talis professarum perpetuo.

Dicam nunc, quid hodie de hoc negotio sentiatur.

Iam non amplius vnquam exire, & in legitimum matrimonium venire, poterat: quia laqueus erat ei iniectus: non Paulinus, sed ex mandatis humanis. Dixit Deus initio creationis rerum. Ad terram Germinet terra herbam virentem. Ad marem & fœminam, fusse precando: Crescite & multiplicamini. Creati sunt ad generandum. Ergo, ad matrimonium. Accipies nectu nunc malleum, ac percuties & tundes terram, ne herbam germinet? Quis te non hoc ἀφρονα (Deo bellum inferre) quis non insanire, dicet? Laqueos ne monasticos maribus & fœminis injicies: hisq; ceu malleis, primitus institutam naturam eorum contundes: ne præceptum diuinum crescendi, ac multiplicandi, sequantur? sed vt libidine vrantur? Vt ea per indignas faciant, Deumq; ad iram prouocent? Quis sapiens, cùm nullum eius rei præceptum, nullum exemplum, nullam promissionem, in Propheticis & Apostolicis Scriptis reperiat: te sapere, ac non potius temere, imò impie, contra primam Dei institutionem facere, existimet? Non iniecit Dominus laqueum: sed liberum permisit, cælibem & coniugatam vitam agere, cum dicit: ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω: Qui capere potest, capiat. Nulla ergo, nec coacta, nec meritoria vita esse debent: sed vbi ad veram pietatem & honestatem iuuentus instituatur. Hæ sunt laudabiles & vtiles Scholæ.

De electione nouæ matris.

Vacante officio matris: intra primum mensem, conuocatis sororibus per Commissarium ad seniorem sororem, præfigatur tempus ad eligendam nouam matrem.

Ieiunent in præcedenti die.

Postri-

Electio nouæ matru, vel Abbatissæ.

Postridie, celebratâ Missa de Spiritu S. in præsentia Commissarij, & honesti Presbyteri, fiat electio in ipsa domo: præmissa admonitione, vt talem nominent: cuius vita & ætas, sororibus, & hijs, qui extrà sunt, esse possit in S. conuersationis exemplum, & profectum domus: tam in temporalibus, quàm in spiritualibus: & ipsam non simpliciter meliorem: sed quoad illud officium, verisimiliter, quantum ad humanum iudicium.

Nullæ eliguntor
- non professæ.
- leprosæ.
- Criminosæ.
- voce in conuentu priuatæ.
- excommunicatæ, suspensæ, interdictæ.
- à domo sine debita licentia recedentes.
- post professionem apostatantes.
- negligentes.

Nulla etiam, nisi laudabiliter post professionem suam fleterit ad minus per tres annos in Regulari obseruantia domus. Nisi etiam XXV. annum ætatis suæ compleuerit.

Cùm igitur Comissarius & socius, in loco honestiore domus, præter Capellam, conuenerint ad electionem: fiant hæc. Legatur Psalmus, Ad te leuaui oculos, &c. Au. Veni sancte Spiritus. Kyrieleison. Christ. Kyrieleison. Pater noster. Aue Maria. Et ne nos. Ostende nobis, Domine, auxilium de sancto. Nihil proficiat inimicus in nobis. Saluas fac ancillas tuas, Deus meus. Domine, exaudi. Oremus. Oratio. Prætende, Domine, famulabus tuis dexteram cœlestis auxilij: vt te toto corde perquirant, &c.

Fiat aliqua Actui conueniens exhortatio si placet. Optimam & aptissimam iubeat Commissarius eligi, quoad fieri possit.

Caueatur, ne vlla surreptionis astutiâ, violentiâ, extraneorum rogatu, præponatur: sed sororum communi consensu, & maioris earum partis, secundum Deum nominando. Commissarius ergo, & socius vel socij scrutentur vota singularum, cum adiuratione vniuscuiusq; soli audientes.

Omnibus auditis: fiat publicatio voluntatum in communi audientia conuentus: & statim collatio subsequatur: Maiore sorore, per commissarium sciscitante minorem partem, an consentiat in personam nominatam. Audito consensu, dicat: Ego soror N. pro me, & toto conuentu nostro, eligo sororem N. in matrem domus nostræ: & peto, eandem per vos venerabilem Dominum Commissarium nostrum, confirmari & institui. Electa, consentiat: aut Commissarius, virtute S. obedientiæ cogat. Si tamen tempus deliberandi postulet: detur ei.

Si qua electioni contradixit: differatur confirmatio, donec discussa causa fuerit. Si causa est iniusta, aut nihil oppositum: electio confirmetur. Si in forma electionis erratum est: potest ea de nouo repeti.

Si omnes nominarunt indignam scienter: tunc per Commissarium eâdem reprobata, electio deuoluitur ad ipsum. Si vna nominauit scienter indignam: electio ad reliquas, non consentientes ei, deuoluitur.

Potest & per compromissum fieri electio: vt omnes consentiant in hanc: quam maior pars, Commissario & socio voluntatem singularum secretò inquirentibus, elegerit. Tunc eorum vnus dicat: Ego eligo sororem N. pro toto conuentu in matrem domus: & senior soror petat, eandem confirmari. Hæc, plana & pacifica via est.

Commissarius autem & socij, Deum reuerentes, odio vel amore non exorbitent à veritate: nec in personam non idoneam vnquam consentiant.

Confusioni electionis, potestatem habent contradicendi.

Abstineant sub pœna excommunicationis, ab ijs: per quæ possent discordiæ inter sorores oriri in electione.

Electione ritè facta, ad capellam itur, & dicitur: Te Deum laudamus, &c. matre interim genua flectente. In fine, Kyr. Chr. Kyrieleison. Pater noster. Et ne nos. Saluam fac ancillam tuam. Deus me. Mitte ei, Domine, auxilium de sancto. Et de Sion tuere eam. Esto ei turris fortis. Domine, exaudi. Oremus. Oratio. Omnipotens sempiterne Deus, immensam clementiam tuam humiliter imploramus: vt præsentem famulam tuam, cui in tuo sancto nomine, officium regiminis huius congregationis imponimus, bene ✠ dicere, & sancti✠ficare digneris: quatenus sic tibi deseruire valeat: vt vnà cum grege sibi commisso, ad vitam peruenire mereatur, &c.

Con-

Confirmatio matris.

Nos frater N. Prior domus in N. & Commissarius domus huius, cum collega nostro fratre N. &c. auctoritate reuerendi Domini nostri VVormacienſis, electionem de sorore N. per vos sorores canonicè celebratam: ex quo nemo est, quæ se opponat, aut contradicat, ratificamus & approbamus: & quia dicta electa in eam consensit: ex nunc eâdem auctoritate confirmamus: in nomine Patris, & F. ✠ & Sp. sancti. Amen. *Matris confirmatio.*

Ich Schweſter N Mutter diß Gotshauß (Owen) verheiß für mich/vnnd meine Schweſtern/dem Biſchoff zu Conſtentz/vnd euch Commiſſarien an ſeiner ſtatt/Gehorſam/ nach der Regel Sanct Auguſtini/vnſers heiligen Vatters/ vnnd einſatzung vnſer Statuten. *Explicit.*

OTHACCARI BOHEMI DEFECTIO A REGE RVDOLFO, PRÆlium, & interitus. Auſtria, Habſpurgenſium facta. Comitis Græningenſ. Hartmanni virtus. Alij illuſtres & nobiles viri. Lorcha & Bebenhuſa, donationibus auctæ. Monachorum ſupina negligentia & luxuria. Fortuna terræ ſanctæ, vel Palæſtinæ. Romandiola & Rauennæ Exarchatus, Pontifici à R. Rudolpho data. Comites generoſi, Hermannus Sultzenſis, & Albertus Lœvvenſtainius. Albertus de Eberſpach, nobilis. Otho, nobilis de Eberſperg. Cœnobium S. Claræ Noribergenſe. Annonæ vilitas in Sueuia.

CAPVT IIII.

ANno 1277. *cùm Ottocarus in ſuum Regnum rediiſſet: ab vxore ſua Chunigunde Polona, non benignè acceptus est: ſic, vt ab Auentino ſcribitur. Magnanimum verò (inquit illa) Regem: qui, nondum viſo hoſte: tot potentiſſimis nationibus & Regnis egregiaq́ noua (ſi Dijs placet) affinitate, ab obſcuro & ignobili quondam clientulo ſuo ſeruitutem cauponatus est, clementem ſcil. vt tanquam præguſtator, ad Cyathum ſtet. Oh, emaſculatus es, neq́ teſticulos paternos habes. Me virum eſſe oportebat. Διὰ τὶ μὴ φύσει εὐνοῦχος εἰμὶ τοῦ τὸ ἄρρεν ον; Ego ſciuiſſem vti armis & Regno. Iampridem ille cæruleus & ſacrilegus mendicus vim meam expertius eſſet. Idem ab alijs aſſentatoribus Regi inculcabatur. Quam ipſa fuerit imperioſa, & vxorius Ottocarus: Auentinus patêre iudicat vx Diplomate ipſius mulieris: quo inferioris Bauariæ Templum in tutelam recepit: Magiſtratibus & publicanis mandans (nulla mentione mariti facta) ne vectigalibus atterant. Chunegunda (inquit) Dei gratiâ Boiemiæ Regina, Ducissa Auſtriæ, Styriæ ſimul & Carinthiæ, Marchioniſſa Morauiæ, Domina Carniolæ, Liburniæ, & Oegræ, ac portus Naonis. Datũ apud Chrems XV. Kal. Nouembris.* *Ab ambitioſa vxore impellitur ad defectionem à Rudolpho Ottocaro R. Bohemiæ.* *Mulieris arrogantia.*

Ottocarus igitur, peſſimis conſultoribus vſus, indulgentiâ erga vxorem, & credulitate ad Aulicos: omnia quæ cum Cæſare pacta inierat, reſcindit, nurum abdicat. Vngaris præcepta non reddit. Imò etiam collecto ingenti exercitu: Venedorum, Bohemorum, Polonorum, Pomeranorum, Morauorum, Saxonum: accitu etiam Bauarorum ab Henrico cognato ſuo, quem blanditijs & pecunia ſibi conciliarat, copijs: in Auſtriam tranſdanubiam Germaniæ magnæ inuadit: & plerasq́ oppida expugnat, aut ad deditionem cogit. *Ottocari bellum aduerſus Cæſ. Rudolphum.*

Τοιοῦτος ἀνὴρ ἀνθρώπους οἰδεῖ πρᾶττειν πάμπαν ἐχθροτάτους:

Ipſe ſibi (videas ſæpe) est homo causa malorum: vt in carmine aureo Pythagoræ est. Videbimus de Ottocaro poſterius. Nunc, ad alia.

Nobiles 1277. & 1289. Kirchaimi ſub Teckin literis reperti.

Bernh. & Vlricus Schvveckleri de Dachenhuſen. Albertus de Rennvvartisvveiler. Conrad. de Buſſingen. Marquardus de Liechteneck. VVolfgangus Hochſchlitzius. Herter de Oſvvil. Henricus Kuri. Conradus de Buſſingen. Craffto & Fridericus de Sperberſeck. Herr Vlrich de monte, Ritter. Her: Conrad Rüſche/ vel Ruſſe. Her: Albrecht von Staſſen. Her: Conrad Münch von Ettingen. Henr. der Küener. Crafft der Körner. Berchtold von Mansperg. Berchtold der Flache. Iſeli vnnd Heinrich Schweitzle. *Al. de Somen.* Heinrich von Echiſteten.

Feria 4. poſt Lucæ Euangeliſtæ, anni 1277. Comes Græningenſis Hartmannus fortiter ſtreit in campo iuxta oppidum Brackenhaim. Ibi enim paucis viris deuicit ſtrenuiſſimos milites, & ſeruos XX. (fortè ab Eberhardo VVirtemb. miſſos) qui phaleratis equis, & optimè armatis, infidias ei ſtruxerant. Eos, fautrice fortunâ, vulneratos & captiuos ſecum gloriosè deduxit omnes in ciuitatem Græningam. *Brackenhaim. Græning. Hartmanni fortitudo.*

Eodem

Conradi Grœning. obitus.

Eodem anno Conradus obijt, prædicti Comitis Hartmanni F. in Francia apud Speracum, ciuitatem iuxta Schalonam. Illuc autem Gallicæ linguæ discendæ causâ missus fuerat. Ex M. Scr.

Conradus, Dux Teccensis.

Hoc tempore, & antè, viuebat Dux Teccensis Conradus. De quo in M. Scr. reperi: eum fuisse inter eos, qui legerentur Reges Rom. contra Conradum de Stauffen, & Rudolphum de Habspurg. Sepultus est Ovvæ.

Yckingen.

Lorchenses agrum quendam in Vggingen (quem pridem Stockarius quidam iniustè appetiuerat: sed sub finem vitæ suæ, Monasterio liberè tenendum restituerat) Domino Diemaro milite Vggingensi intercedente, filiabus tamen Stockarij (Elisabetæ, Haidevvigi, & Adelhaidi) benignè 1277. concesserunt: sed ea conditione, vt quotannis ad diem S. Martini, 4. solidos Hallen. soluerent: ijsdem verò mortuis, ager in proprietatem Monasterij rursus omnino cederet. Paret hodie vicus Vggingen, vel Ickingen, Gemundianis: etsi Laureacense quoque cœnobium ibi dona quædam habet.

Stockarius.

Eiusdem anni 13. Kal. Iun. Irmengardis, dicta Monialis de Rutlingen, bona quædam donauit Bebenhusanis in Custerdingen: & alia quædam, mobilia & immobilia.

Liechtenstain.

Gebehardus de Liechtenstain, miles bona sua, quæ habuit in Offingen, & omnes attinentias eorum, vendidit Abbati Bebenhusano Eberhardo: per manum Comitis Vlrici de VVirtemberc, Domini sui, illa resignans.

Hohenberg. Albertus.

Sic Albertus, Comes de Hohenberc, dictus de Rotenburg, contulit prædium, quod Stocha dicebatur.

Roßvvagij.

Eodem anno Rudolphus & Conradus, nobiles de Roßvvag, donarunt decumam quandam in Magstat: absq; præiudicio tamen Dominorum feodalium, Bertholdi de VVile, & Burcardi de Berstingen. Sic ego in libro reperi. Gabelc. autem sic annotat. Berchtoldus de VVile, & Burcardus de Berstingen, vendiderunt cœnobio decimam in Magstat: so sie zu Lehen getragen à Rudolpho & Conrado Roßvvagijs. Id ius proprietatis donant cœnobio hi duo nobiles.

Eberhardus item de Ringingen, liber, decumam in Rendingen: & à duabus curijs, dictis Fronhof: & à tertia, dicta Pehartshof, apud ripam: denique aream in medio villæ, Bebenhusijs donauit.

Podamici lacus congelatio.

Episcopum Constantiæ agente Rudolpho Habspurgensi: frigoribus concretus est 1277. Acronius lacus totus. Brusch. Sic quoq; 1572. accidisse, nobis dictum est.

Hirsaug. Volandus.

Per idem tempus, Hirsaugiensis Abbas Volandus, cõuiuijs & voluptatibus immersus: cùm bona Monasterij suis θιασώταις, sodalibus, cognatis, inutilibus hominibus, distribuendo profudisset: pecuniâ iam deficiente, res cœnobij immobiles distrahere & alienare cœpit. Decumam quidem certè in Elmendingen, & VVila. Cæterorum, quæ proiecit, nomina in obliuionem venêre. Nam hoc æuum (inquit Tritenhem.) ignauia plenum erat: neq; curabant Monachi res gestas ad notitiam posteritatis, per Scripta deducere: sed ignaui & carnales effecti (κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί) vana & inutilia Mundi consectabantur.

Monachorum inertia.

VVurmlingen.

Obijt 1277. 19 Kal. Ianu. Mechtildis, mater Scholarum, de VVurmelingen. Al. mater Scholarium meorũ (inquit Sindelfing. libri Scriptor) in crastino Lucia virg. & in Bebenhusen dormit.

Obijt item Vitus, miles de VVurmlingen, pridie Annunt. S. Mariæ. Nec non. Maij 31. Marquardus de Nidelingen, Canonicus Sindelfingensis: cui successit VVolpoto de VVurmlingen, matre Adelhaide natus.

Tubing. Comes Rudolfus.

Obijt eodem 1277. A. Indict. 5. 4. idus Maij, Viennæ in Austria, Comes Rudolfus de Tuvvingen, dictus Scherer, Aduocatus Sindelfing. Ecclesiæ. Sepultus in Bebenhusen 5. Kal. Iunij. Quo tempore Anna quoq; Regina (Cæsaris Rud. vxor) Viennam descendit cum filiabus. Erat ipsa filia sororis Comitis Rudolfi Tuvvingensis, huius defuncti. Ind: dem.

Placet huic anno adijcere quædam fortè non Sueuica, sed tamen notabilia.

Longauus.

Cuntzo, Textor de Senhen, cùm vixisset annos CX. obijt hoc 1277. anno. Fast. Colmar.

Puella præpropera.

In villa Cella, puella octauo ætatis suæ anno puerum peperit.

Arbores Basileæ.

Canonici S. Petri Basileæ, ibi in area arbores (tanquam viridarium) plantarunt. Ibid.

Chorea ἀχόρευτος.

Traiecti in ponte Mosellæ ducebantur 1277. Choreæ, citra reuerentiam erga Sacerdotem, cum Sacramento ad hominem ægrotum euntem. Tunc ponte rupto, homines ad C C summersi sunt. Chronic. Alteni. Sed Hermannus Ædit. 1278. 15 Kal. Iul. factum scribit.

Palæstina, vel S. terra, iam ad ruinam spectabat: nec multò pòst est prorsus amissa.

Turris Templi Argentinensis.

Eodem 1277. anno, turris illa magnifica καὶ οὐρανομήκης Argentoratensis primarij Templi, 25.

pli, 25. Maij (die Sancti Vrbani) ædificari cœpta est, per artificem Erwveinum de Steinbach.

Anno 1278. Ottocarus, importunitate motus imperiosæ vxoris (Rudolphum Cæsarem, quòd fuisset is antehac Magister Aulæ apud patrem Ottocari, contemnentis) & hæreditatis titulo vendicans sibi plus, quàm debebat, contra Imperium Roman. denique intempestiuis incitationibus Aulicorum perpulsus: ita defecit à Cæsare, & grassari cœpit, vt suprà dictum est. Cæs. Rudolphus, contra Ottocarum.

Cæsar autem, oppressa coniuratione contra se cuiusdam Viennensis ditissimi ciuis VValdrami: & audita Ottocari defectione: filios suos, Albertum, Hartmannum, & Rudolphum, cum copijs ad se Viennam properare iubet. Ladislaum quoque, Vngarorum Regem, euocat. Postea superato Danubio, obuiàm hosti pergit: atque propter flumen Marum, ad præliandum vtrorumque copiæ conueniunt. Septimo Calend. Septemb. (26. Aug.) commissum est prælium, multis millibus bellatorum. Locus apud diuersos Scriptores appellatur diuersis nominibus: Marchfeld in campo Austriæ, apud Siffridum: alibi, in campo Ganiserfeld: in margine verò apud Auent. Niderisbruck trans Danubium. Bohemi multitudine roboreq; (inquit Decad. 2. lib. 8. Bonifacius) Sueui & Vngari ordine & arte superiores erant. Dimicatur atroci diu vtrinq; pugna: cecidère ex vtraq; parte quàm plurimi. Ibi, equus etiam Rudolphi occisus. Ipse prosilient, pedes pugnauit: donec à Berchtoldo Capella in alium equum sublatus, acriter instituit: ac tandem virtute Sueuorum Vsatarumq; vicit. Rex Bohemiæ, vxorijs præditus consilijs, à suis destitutus, mortiferis vulneribus, (Feriâ 6. post Barthol. vt est in Sindelfing. libro) confectus, occubuit: id quod magno dolore Cæsarem affecit. Namq; conseruandum suis præceperat. Interfuit prælio etiam Basiliensis Episcopus Henricus Gyrtelknopfius, aliter Knoderer dictus (ille Insensis, de quo suprà scriptum est) comitatus centum equitibus, necromanticus insignis. Qui postea 1284. Moguntinum Archiepiscopatum à Pont. Honorio adeptus, ferè biennium tenuit. Obijt 1288. sepultus in Cathedrali Moguntiæ Ecclesia. Oderat Clerum, & Clerus ipsum. Vnde, Distichon hoc: Prælium inter eos. Ottocarus, occisus. Gyrtelknopfius.

Nudipes Antistes, non curat Clerus, vbi stes.
Dum non in cœlis: stes, vbicunq; velis.

Cæterùm Bohemis profligatis: Vngari cum magna præda domum reuersi sunt. Cæsar Moraviam occupauit: inde Bohemiam petijt. Otho Brandeburgius nepos ex Ottocari sorore & Bruno, Iuliomontanus (Olomucensis) Episcopus: obuiàm cum supplicijs profecti, veniam adolescenti VVenceslao simul & Gutham sponsam, impetrarunt. Cæsar victricia signa Viennam intulit: ibiq; annum commoratus est. Corpus R. Ottocari (Dedackers / der die Aecker öd gemacht hat) multo tempore seruabatur insepultum: quoniam ipse fuerat à Papa communione Christianorum ejectus. Moravia.

Ex Alberto Argent. additum.

Iusserat Heinricus Marchio de Hochberg: vt tempore conflictus acclamaretur, IPSI fugiunt. Quo facto, territi sunt Bohemi. Hainricus autem Schorlin Sueuus, minister Episcopi Basiliensis, habens equum indomitum, primus eum calcaribus in hostes adegerat. Tum Rex dixerat: Agite, tempus est. vt iuuetur. Sic in prælium itum est. Clamor, Hostes fugiunt. Schorlinus.

Ex Cuspiniano.

In exercitu Ottacari, XIIII. millia virorum desiderata sunt, præter captiuos. Rudolphus in oppido Austriæ Tulnæ cœnobium Monialium (sicut vouerat, si victoria potiretur) extruxit in honorem S. Crucis fecit: donarijsq; ac censibus dotauit, anno 1280. Idem Bohemiam ferro & igne vastauit: donec compositio facta: VVenceslao Ottocari filio, speciosissimam Rodolphi filiam Gutham: Rudolpho Cæsaris filio, Sueuiæ Duce, Ottacari filiam Agnetem, vxores ducentibus. Ex eo Rodolpho & Agnete, natus est Sueuus Ioannes: qui postea patruum suum Albertum, Regem Roman. occidit. Austria Ducatus, quem Ottocarus 24. annos iniustè possederat, Alberto Rudolphi Cæs. filio, patris in Imperio successori, cessit. Eo pacto Austria cum cæteris prouincijs, ad Comites de Habspurg est deuoluta. Relicta vidua Ottacari, Zebiscum Bohemum nobilem, sibi adiunxit maritum: cui multos thesauros donauit. Sed VVenceslaus R. matre defuncta, de Rudolphi consilio eum captum, securi percussit: & omnia castra, bonaq; ablata, recuperauit. Tulna. Bellum, nuptijs finitum. Sueuiæ Dux Rudolphus. Ioannis parricidæ natiuitas. Austriæ dominium.

Genus Ottocari.

Premislaus, mercenarius Ratisbonæ. Filius eius, VVenceslaus Ottocarus, Rex Bohemiæ. Hic in matrimonio habuit Kunigundin, Cæsaris Philippi Sueui filiam. Horum filius, Premislaus. Ottocari genus.

Eo natus, Premislaus Ottocarus: cuius vxor 1. Margarita Austria. 2. Kunigundis Bulgara. Occisus est à Cæsare Rudolpho 25. Aug. 1278. Chronic. Alsat. Bernh. Hertzogij.

Romandiola. Exarchatus Rauenna.

Eodem 1278. anno, Cæsar Pontifici Nicolao 3. Romandiolam, & Exarchatum Rauennatem, tradidit: qui Romandiolæ Comitem, Bertholdum nepotem fecit. Idem Caroli R. potentiam imminuturus, ei Imperatoris nomine Vicariatum Hetruriæ abstulit: dicens, aliter Rudolphum promissam expeditionem in terram S. non suscepturum. Vide Platinam.

Gengelbach. Monasterium.

Habebat Gengenbachense Monasterium Abbatem, nomine Bertholdum: qui consecutus est priuilegia hoc anno à Cæs. Rudolpho: in quibus scribitur: ab Abbate ⌣ Gengenbachensi, & eiusdem sententijs, non debere prouocari à quoque subditorum, aut vasallorum. Obijt 1294. Brusch. in M. Scr.

Sultzensis C. Hermannus. Durrametsteten

Comes Hermannus de Sultze, villam in Hopfouve, & Curiam ibidem, cum iure patronatus Ecclesiæ eiusdem villa: nec non cum curijs, domibus, areis, hominibus, in villa Durrametsteten, & alibi: cum agris, pratis syluis, nemoribus, pascuis, piscinis, districtu vel bannis, cum iure patronatus, omnibusque pertinentijs & iuribus: Volmaro Abbati, & conuentui, Monasterij in Alperspach, C X X. Marcis argenti, purè & simpliciter vendidit: renuntians omnibus exceptionibus actionibus statutis & consuetudinibus, omni auxilio Canonici & ciuilis iuris, &c. Literæ, munitæ sigillis D. Rudolphi, Constantiensis Episcopi: ac nobilium virorum Ludouici & Conradi, Ducum de Tecke, fratrum: denig, ipsius Domini venditoris. Actum Oberndorffæ anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo octauo, vndecimo Calend. Decemb. Indict. V I I præsentibus his testibus: Ottvvino de Homeßingen, Reinhero de Ruti, militibus. Lutfrido plebano in Neckerbach Bertholdo Aduocato de Dornstetten Bertholdo & Heinrico filijs eius. Sigbottone & Alberto fratribus, Marscalcis in Hohenberg Gernoldo, Aduocato Venditoris, & Hermanno, dictis Hacke fratribus. Dieterico de Buckelsperg, Rigero Panifice, ciuibus in Oberndorff. Et alijs quampluribus fide dignis. Appenderunt sigilla sua, Episcopus & Duces prædicti: & datum est. Scriptum hoc apud Neckerbach, anno & Indict. prænotatis, X V. Calend. Iauuar.

Teccenses duo. Dornstetten. Hohenberg. Marescalci. Oberndorff. Neckerbach.

Lœvvenstein.

Eodem 1278 anno, Albertus Comes de Lœvvenstein renuntiauit omnibus iuribus super Aduocatia cuiusdam curiæ in Kirnberg, Adelbergenses versus.

Testes, Ottvvinus & Bruno fratres, milites de Hochdorff. Conradus de Thalheim, miles. Vlricus & R. de Oschenovv, fratres & milites.

Eberspach. Albertus.

Eodem anno, cùm fuisset contentio inter Vlricum Abbatem Lorchensem, & nobilem virum Albertum de Eberspach, de ⌣ bonis apud Nibelgovvsitis: quæ Cunradus miles, dictus Vvasthere quondam nomine concambij dederat Monasterio: idemque Albertus sibi Aduocatiam quorundam bonorum in Haichinstruet, in Schadeburch, in Vviehartestrutin apud Glasarios vsurpasset: ipse tandem mutato animo, confitens iniuriam occupationis, omnia Laureacensibus restituit. Personæ agentes inter partes: Berchtoldus, Præpositus Monasterij in Madelberg. Hainricus, Capellanus eius. Cunradus de Augusta, Archidiaconus Brixiensis. Fridericus Decanus de Lorch. Magister Hainrichus, Notarius nobilis viri Cunradi, Ducis de Tekke. Cunradus, Plebanus de Pliderhusen. Bernoldus senior de Vrbach. Cunradus de Vvaldenstain, Morhardus milites. Frater Egeno de Stousen. Bernoldus Clericus. Frider. filius Domini Vvaltheri de Vrbach. Cunradus Sculletus. Chrello Iung de Schorndorff.

Pliderhausen. Schorndorff.

EODEM ANNO.

" In nomine Domini, Amen. Cùm ea, quæ geruntur in tempore, cum temporis alternatione
" ne mutentur: necesse est, gesta hominum scriptis authenticis memorie commendari. Nouerint
" igitur vniuersi, tam præsentes, quàm futuri, presentis pagine inspectores: quòd lis, que vertebatur inter me ⌣ Ottonem, nobilem de Ebersperg, super Aduocatia in Aichstrut, & in Schadeburc, & alijs ibidem circumiacentibus bonis, ex vna ⌣: & venerabiles Dominos, N. Abbatem &
" conuentum de Lorch ⌣, ex parte altera ⌣: mediantibus venerabili Domino B. preposito de Madelberc, & Bern. milite de Vrbach, & alijs quàm pluribus fide dignis & honestis viris, ita-
" liter est sopita ⌣: quòd ego Otto de Eperspere inductus, recognosco, me ⌣ penitus nihil iuris
" habere in bonis eisdem. Attamen, si quid iuris habuissem: presentibus profiteor me purè pro-
" pter Deum, & remissionem peccaminum meorum, integraliter remisisse ⌣. In cuius rei testimo-
" nium presentes literas, sigillo venerabilis Domini Prepositi de Madelberc, nec non meo proprio
" sigillo, volui communiri.

Ebersperg. Otho. Aichstrut.

Testes:

Teſtes:

Frider. Decanus de Lorche. Gernodus, Canonicus in Beutelſpach. Frider. miles de Heggebach. N. dictus Brugel de Andresbach. Et alij quam plures. Actum & datum anno Domini M. CC. LXX. octauo, quinto nonas Iunij. Beutelſpach. Heggebach.

A Luthardo præpoſito, & capitulo Sindelfing contractus quidam factus eſt cum Richolfo Vracenſi, ciue Ezzelingæ, & Richolfo, Ainhardo, ac Mechtilde, liberis eius: teſtibus, Sculteto in Ezzelingen Schelletoppho, & fratre eius Kepphone, &c.

Hoc anno, die S. Agathæ, Comes Aibertus de Hohinberg, & Marchio de Baden, magno exercitu Comitem de Gruningen infeſtarunt, ac multùm nocuerunt. Quo anno etiam, à 17. vſque ad 15. Kal. Iun. niue & frigore multa damna vineis acciderunt. Et tonitrua (fulmina) nouies in meſe caſtro Achalme facta, tres ſeruos occiderunt: videlicet die Aſcenſ. Domini, vel 14. Kalend. Iunij. Quo die Comes Gothefridus, violenter eiecit Vlricum Comitem de ciuitate Bobelingen, & de tutela omnino. Lib. Sindelfing. Gryning. Comes. Achalm.

Eodem circiter tempore (quando Cæſar Rudolphus comitia Noribergæ celebrauit) S. Clarę Monialium cœnobium ampliſſimum, intra vrbem Noribergam conditum eſt: translatione eius eò facta è ſacello peruetęri Mariæ Magdalenæ: vbi pœnitentes mulierculæ (die im Bäſen reiß waren vmbgelauffen) vixerant: quia id ſacellum ad ſyluam Noribergenſem fuerat. Huic Monaſterio multæ patritiæ Noribergenſes: Abbatiſſæ præfuerunt. Vt, Hedowigis Pfintzinga 1281. Engelburgis Hallerina 1344. Margareta Schyrſtabina 1367. Agnes Holtzſchuberina 1373. Clarę Stromerina 1406. Anna Cholerina 1417. Catharina Volckamerina 1420. Margareta Grunthærina 1470. Charitas Pirckhaimerina, Bilibaldi Pirckhaimeri Conſiliarij Imperatorij ſoror, latinè docta, 1503. & 1532. quo anno obijt, anno ætatis 66. Catharina, eiuſdem D. Bilibaldi filia, latinarum & ipſa literarum ſtudioſa, viuens adhuc 1550. Bruſch. Noribergæ, S. Clarę Gynæceum. Abbatiſſæ eius. Pirckhaimerina Charitas.

Vilitas annonæ, 1278. anno in Sueuia. Ein Scheffel Rocken/galt 2. Schilling Häller. Ein Scheffel Dinckels/20. Heller. Ein Scheffel Habers/16. Heller. *Vilitas annonæ.*

Chron. Germanic. Vlmæ 1486. excuſo.

Hermannus Ædit. ſic deſcripſit. Dabatur modius ſiliginis 2. ſolidis. Modius ſpeltæ, 20. Hallenſibus. Modius auenæ 16. Hallenſibus. Menſura vini, dimidiato modio ſiliginis.

Vlmæ pari vilitate, altero anno, galt 1. Mittle Rocken 2. ß. Hel. 1. Mittle Spelten oder Käſen/10. Pfen. 1. Mittle Habern/7. Pfen. *Henric. Steinbobel.*

Reinhardus de Bibingen, Canonicus Eccleſiæ Syndelphing. Obijt 3. Kalend. Ianuar. 1278. Obijt 8. Kalend. Octobr. Eberhardus de Dertingen, ibidem Canonicus. Cui ſucceſſit Craphto de Cuppingen. Cunradus autem de VVurmlingen fuit ad Diaconatum conſecratus. Lib. Sindelfing.

VLRICVS, COMES HELFFENSTAINENSIS: ET OP. GEISLINGA.

Conradus Kœrnlinus, & Butikaim: ac Conradus, Comes Vahingenſis. Vlricus de Maginhain. Comites VVirtemberg. Eberhardus & Vlricus. Conradus de VVartemberg. Hermannus, Comes de Grœningen. Tres Comitum VVirtembergenſium ſedes. Duces Teccenſes, & aliquanta generis eorum deductio. Schiltachum, & VVolfachum, in Kintzingenſi valle. Monſtroſi partus. Piſtor Tigurinus. Æchterdinga, & nobiles aliquot Sueui, ac Schola Eſslingæ. Mors Alberti Magni: ac duæ turres Lauingenſes.

CAPVT V.

ANno 1279. Rex Rudolphus ſcribitur Comitia Auguſtæ egiſſe: & quibuſdam Principibus feuda in nouo foro attribuiſſe.

Vlricus, Comes Helffenſtainius, renuntiat feuda quædam in Heiningen: quæ Hugo, Bertholdus, & Ruggerus, de Gruibingen, ab ipſo habuerant. Datum apud Geislingam. 5. Kalend. Maij, Indictio. 7. Gruibingen hodie eſt in præfectura Gœppingenſi. Ex M. Scr. vi & ſequentia. Helffenſtainius. Vlricus. Gruibingen. Geißlingen.

Seelſtifftung.

Vniuerſis preſentes literas inſpecturis, Cunradus Kœrnlin, dictus de Smideluelt, notitiam ſubſcriptorum. Nouerint vniuerſi, quòd ego mea bona, ac prædia vniuerſa, ſita in terminis apud BVTHENKAIN, *ac apud Haſelach, ſiue aliàs vbicunque, mihi pertinentia, cum eorum atti-* Animæ ſaluti proſpicitur. Kœrnlinus. Buthenkain.

" attinentijs vniuersis. in domibus. areis. agris. vineis. nemoribus. pascuis. terris. cultis & incultis.
" Censibus ac iuribus siue bonis alijs quibuscunq; consistentia. donaui & tradidi pleno iure. honoran-
" dis in Christo & relligiosis viris, Abbati & conuentui Monasterij in Lorche, in anime mee reme-
" dium. ac honorem omnipotentis Dei. & beatissime ipsius genitricis Marie. ab eis perpetuò possi-
" denda. exceptis castro in Butinkaim & pissina (piscina) cum hominibus iam dicto castro adtinen-
" tibus. que, videlicet castrum cum suis attinentijs & pissinam, mihi decreui retinenda. ita tamen,
" quòd predicti Abbas & conuentus, mihi pro tempore vite mee, duas carratas vini Spirensis men-
" sure: item viginti maldra spelte, & viginti maldra auene ac octo libras Hall. annis singulis assigna-
" bunt. Post mortem verò meam, à solutione pensionis huiusmodi cessabunt omnino, nisi forte v-
" xor mea legitima superuixerit. Cui infra octo dies post meum discessum decem lib. Hall. assig na-
" re tenentur. & apud ipsos bona prehabita. ac ipsorum Monasterium libera remanebunt. Ipsi
" quoque me defunctum, ad suum ducent Monasterium, sepulture tradendo ibidem. Et annis singu-
" lis in Anniuersario meo dabitur sepedictis Abbati & conuentui, vna libra Hall. propiscibus in
" communi. dabiturque mensura vini singulis Dominorum. Vt autem premissa, rata & indubitata
Vaihingenſ. Comes. permaneant. feci presentes literas sigillo nobilis viri C. Comitis de VAIHINGEN atque
" meo, mei nomine: ac Domini Abbatis de Lorche, & conuentus ibidem, ipsorum nomine, communi-
" ri. Nos Cunradus, Comes de Vaihingen antedictus, ad petitionem Cunradi Kærnlin memorati, si-
" gillum nostrum his literis duximus appendendum. Datæ anno Domini M. CC. LXXIX.
5. idus Maij.

BEBENHVSANIS VENDITA.

Maginhain. Bihingen. Eodem 1279. Vlricus de Maginhain, liber: ex consensu hæredum suorum, & Comitis de Vaihingen, cuius erat ius feodi, vendidit Bebenhusanis piscinam apud Bihingen, in Neccaro constitutam, LV. libris Hallen.

Hohenberg. Eodem anno Renhardus & Ioannes, fratres de Hohenberg, vendiderunt iisdem quasdam decimas vini in Niderdumkain, cum omnibus attinentijs: consensu Eberhardi, Comitis de VVirtembere, cuius erat ius proprietatis.

Bernhusen. AEchterdingen. VVirtemberg. Comites. Iisdem vendidit Fridericus iunior de Bernhusen curiam in Æchterdingen, dictam Fronhof: de consensu Vlrici & Eberhardi, Comitum de VVirtemberc: à quibus illam feudi nomine tenuerant.

Renunciatio, verzeihung vmb Hoppfowe.

" Nos Conradus, dictus de VVartemberg, Canonicus Argentinensis, notum facimus cunctis
" subscripta inspecturis: quòd nos omne ius, quod habere videbamur in bonis, in Hoppfowe sitis: qua-
" rissimus noster consanguineus, Dominus Hermannus Comes de Sultze, viris honorabilib. Ab-
" bati & conuentui in Alperspach, vendidit, resignauimus: veraciter promittendo, nos nunquam su-
" pradictis viris, in dictis aliquid, in petitionis obstaculum illaturos. Acta sunt hec in pomerio, ante
" Zimmern sito, anno Domini 1279. Indict. 7. in media Quadragesima, quarto idus Martij, presen-
Zimmern. tibus his testibus: Hermanno supradicto Comite de Sultze. Berchtoldo, nobile de Vackenstam. VVernhero & Alberto, nobilibus fratribus, dictis de Zimmern. VVernhero & Conrado, filijs dicti VVernheri. Hugone milite, dicto de Linstetten. Gerardo, Aduocato sepedicti Comitis Hermanni de Sultze. Berchtoldo, dicto de Giselingen. Et alijs quàm pluribus fide dignis.

" Et, vt hæc in perpetuum inconcussa permaneant: presentes eis damus literas, sigilli nostri
" munimine roboratas.

Gryning. Herm. & Hartmann. Obijt hoc 1279. anno Hermannus, Comes Gryningensis, frater Hartmanni. Filium reliquit Hartmannum: & filiam, nuptam Duci Teccensi Lytzelmanno. M. Scr.

Eberstein. Otho obijt. Anno Domini M. CC. LXXIX. obijt Dominus Otho senior, illustris Comes de Eberstein: qui multa bona fecit Herrenalbensi Monasterio. M. Scr.

Comes Vlricus iunior de VVirtinberch, hoc 1279 A. Obijt 14. Kal. Octobris. Obijt & Comes antiquus Ludouicus de Othingen 8. Kal. Octob.

Vinum, pretiosum erat: sed annona, optimo precio. Lib. Sindelf.

Ludouicus iunior, Bauariæ Dux, hasta confossus dicitur sub porta Nærdlingensi, à quodam Schelcklingensi.

Flochberg. Eodem circiter anno, Marquardus à Flochberg citatur testis ab Hiltebrando, Marescalco Pappenhaimensi. Id castrum hodie Comites Oetingenses possident. Laz.

H. de

H. de Canniſtat, & Renhardus de Bihingen Canonici Sindelfingenſes, rapuerunt pridie S. Galli de nocte, Concanonico ſuo Conrado de VVurmlingen, omnia in curia eius, contra ſtatuta: ſed coacti ſunt omnia reddere.

Anno 1280. Hartmannus, Comes de VVirtemberg, habitans Græningæ (ideo Comes Græningenſis appellatus) obijt 3. Kal. Octob. captiuus in caſtro Aſperg, vt ſupra ad 1275. annum eſt dictum. Celebrabatur Anniuerſarius eius in die S. Franciſci. Fuerat enim in campo captus ſabbato proximo ante Dominicam Iudica, hoc 1280 anno: & obierat in captiuitate die Franciſci. Erat illis temporibus VVirtembergenſis ditio (Nauclero teſte) in tres partes diuiſa: Vracum, Stutgardiam, Græningam: & ab his locis Comites denominabantur, licet vnius eſſent VVirtembergicæ ſtirpis. Nulla hodie reperitur arx in Græningenſi Præfectura, vt audiui: ſed in oppido, vbi S. Ioannis ſanum eſt, arcem olim fuiſſe aiunt, Schlyſſelberg appellatam. Arcem veterum Comitum, nunc Parochus Eccleſiæ inhabitat. Gryning. Hartmannus. VVirtembergiæ tres partes. Schlyſſelberg.

Arx quidem nulla (inquit Gabelc.) extat huius nominis Schlyſſelberg: ſed rudera tamen non procul ab oppido Græningen extant in colle, ad dextram præter fluentis amnis Glemſæ. Porrò Schlyſſelbergenſes non diu poſſederunt Græningam: vt mirum non ſit ſi paruula tantùm illa arx, aut arcis paruæ veſtigia, ſuperſint.

Kauffbrieff Ducis de Teck.

Wir Hertzog Ludwig von Teck / thun kundt allen den / die dieſen Brieff anſehen: daß wir mit vnſerm zweyen Sönen / Ludwig vnd Herman / Herren Braynen von Hornberg haben verkaufft vnſer Gut zu Kürenbach / mit dem Kilchenſatz / vnnd allem Recht / als wir jn her beſeſſen han: vnd verjehen jm deſſelben Kauffs / vnd ſein die ſeinen gewehr / als es recht iſt: vnd geben jm zu einem Vrkundt darüber dieſen Brieff / beſiegelt mit vnſerm Jnſiegel. Diß geſchehen zwiſchen Schiltach vnd Wolffa / zu der halben Müle: deß Jars / da man zahlt von Gottes Geburt M. CC. LXXX. Jar / an S. Walpurgen tag / Dabey waren dieſe Gezeugen: Her: Burckart von Triberg. Her: Hugo von Schiltach. Herr Tannen von Waldſtain. Her: Friderich von Wolffa. Bernhart von Dornſtetten / vnd Bernhardt ſein Sohn. Walther der Schultheiß von Haſela. Friderich von Wolffa. Vlrich von Hepchen. Johannes von Bondorff. Friderich Scholle / vnnd andere gute Biderleut. Teccenſ. Ludouici literæ. Hornberg. Schiltach. VVolfach. Triberg.

Particula generis Teccenſium Ducum. M. Scr.

Conradi Ducis Teccenſis, & vxoris eius Annæ Hohenberg. Comitiſſæ, qui circa 1278. Dominabant (ſup. part. 3. lib. 1. cap. 11.) proles.

- *Conrad. 2. cuius vxor erat Comitiſſa Truhadingenſis Agnes*, 1330.
  - *Fridericus, cuius vx. Comitiſſa Helffenſtainia Anna*, 1370. & inde.
  - *Lytzelmannus cuius vx. N. Comitiſſa de Voburg, al. Froburg.* 1364.
  - *Ludouicus*, 1359. } cælibes mortui.
  - *Conradus*, 1352. }
- *Eberhardus. Obijt cælebs* 1329.
- *Vlricus, cuius vxor N. Comitiſſa Nellenburgia*, 1311.
  - *Vlricus, vx. Anna de Rechberg*, 1369. & 1376.
  - *Mechtildis, nupta Friderico de Lympurg*, 1360.
  - *Beatrix: cuius vir, Vrslingenſis Dux Conradus*, 1362.
  - *Vrſula, nupta Marchioni Badenſi Friderico*, 1348. & 1350.
- *Ludou. Eccleſiaſtes (Kirchher:) Kirchæ ſubtecciæ*, 1330.
- *Sigiſmundus*, } cælibes mortui circ. 1318. & 1315.
- *Simon*, }
- *Vrſula, nupta Friderico Comiti Helffenſtainenſi*, 1330.

Conradi prioris frater erat Hermannus: cui ex VViliburga Tubingenſi nati ſunt,

- *Fridericus, cuius vxor erat Anna, Comes Montfortia*, 1289. &c.
  - *Hermannus* 1315. } cælibes mor-
  - *Fridericus*, 1316. } tui.
  - *Lytzelmannus*, Kirchher: zu Oberndorff / 1316.
- *Hermannus, vxorem habens Annam, Comitiſſam de Signovv*, 1280. &c.

Teccij Duces.

Oppidi Rotenburgi ad Nicrum reſtitutionem, conſilio & impenſis Alberti, Hohenbergenſis Comitis factam, ad hunc 1280. annum Nauclerus ponit. Idex his verbis Sindelfing. libri verum cõſpicitur. A. 1280. Indict. 8. ciuitas noua prope Rotinburch, muris & nouis ædificijs fuit inchoata.

Sic alia quædam à quibusdam huic, aut proximo pòſt anno, tribuuntur: quæ ex alijs, ſuperiore tempore poſuimus: vt eſt mulier Eſſelingenſis: quæ in Blaſiano ſubur bio (in der Blinſowe) 16. Kal. April. 1281. pepererit infantem: qui erat ab vmbilico vſq; ad pectus continuatus: & habebat duo capita, inter ſe aſpicientia: ac quatuor brachia, ſe inuicem amplectentia: & duo verenda: ſed breui pòſt partum mortuus eſt: quod monſtrum quidam M. Truvvinus vidit. Vetitem eſt nobilis mulier: quæ in loco Sempach, Conſtantienſis diœceſeos, 1280. leonem dicitur enixa eſſe. Sic in diœceſi VVormacienſi, in villa Gartach, non longè ab oppido Hailprunna, excluſus fuit eodem anno anſer biceps: & alter anſer, quadrupes. Meminit horum Herman. Ædituus. Sic Hermaphroditus quidam hoc tempore vixit: qui 1281. Briſaci exoculatus eſt: eo quòd violenter opprimere voluit mulierem. Faſt Colmar.

Eſſelingæ monſtrum.

Gartach.

Tiguri incendium.

Eodem 1280. anno, Piſtor quidam Tiguri, propter peccatum quoddam poſitus in corbe ſuſpenſo, deſilire in aquam ſubter fluentem coactus eſt. Vnde is bile tanta fuit concitus: vt domum ſuam, lignis plenam, incenderit. Hinc, vento coorto, maior vrbs Tigurina, maiore ex parte conflagrauit, ipſo elapſo. Stumpf. lib. 6. cap. 17.

Aechterdingen.

Fridericus ſenior de Æchterdingen, miles: Marquardus, Hainricus, & Fridericus, filij eius: vendiderunt Bebenhuſanis vniuerſa bona, quæ habuerunt in vico Æchterdingen, conſentientibus his, Eberhardo, Comite VVirtembergenſi: Gottfrido, Comite Tubingenſi: Alberto, nobili de Hoheneck: & Conrado nobili, dicto Stofelero, de VVinberc: ad quos titulo proprietatis pertinuerunt: & à quibus titulo feudi poſſederant. Factum Calend. Iun. 1280.

Hoheneck.

Die Oſualdi Regis (inquit Sindelf. liber) Comes Gothefr. de Bobelingen, vel Duvvingen, Bebenhuſam vênit armatus: & violenter Sacriſtiam intrauit, ad rapiendum, ſi modò multum inueniſſet.

Sindelfing. Concordia.

Feria 3. poſt Vdalrici, ciuitas Tuvvingen exuſta eſt. Vini copia & vilitas erat. Inter capitulum & Municipium Sindelfingenſe, capita certa mutuæ concordiæ deſcripta ſunt 1280. poſtridie Natiuit. B. virginis Mariæ, Indict. 8. Egerunt rem, Henricus de Canneſtat, Cunrad. de VVurmelingen, Reinhardus de Bihingen, Canonici: atq; Hainr. dictus Lengenfelder, & Cunr. dictus Varneshain, ciues Sindelfingenſes. Signarunt, Comes Albertus de Hohenberc, Iudex prouincialis, tutor pupillorum nobilis viri quõdam Rudolfi, dicti Scherer, Comitis de Tuvvingen. Item, dicti duo pupilli, Eberhardus & Rudolfus fratres. Item, Hainr. de Haluingen, Præpoſitus Eccleſiæ Sindelf. Deniq; diſcretus vir, Diepoldus de Bernhuſen, miles: tunc Aduocatus in Sindelfingen.

Hohenberg. Comes.

Eodem 1280. anno, contentio erat inter duos Plebanos: Heinricum de Mynſtera, & Berchtoldum de Altenburc: de vinearum decima apud Duntzenhouam, in monte Mynchberg. Ambo compromiſſum fecerunt in diſcretos viros, arbitros futuros: Fridericum, Decanum de Lorch. Garnodum, Canonicum in Bytelſpach: & Magiſtrum Heinricum, Rectorem ſcolarum, ſeu Doctorem puerorum, in Ezzelingen. Sigilla addita, prædictorum Plebanorum: & D. Abbatis in Lorch: & Ruggeri, Canonici S. Thomæ Argentin. & Marquardi, Præpoſiti Eccleſiæ in Bolle. Factum 3. Feria poſt Hilarij. Deinde 1289. 7. Cal. Iul. Indict. 2. Ezzelingæ, literæ ſunt datæ à VVolframo de Bernhuſen, milite: præſentatore ſeu patrono Eccleſiæ in Altenburch: controuerſiam præcedentem vinearum, ab arbitris prædictis deciſam eſſe.

Plebanorum 2. contentio.

Schola Eſſelingenſis.

Teſtes, viri diſcreti.

Nelling Ober-Eſſelingen.

Eccleſiarum de Nalling, & de Oberezzelingen, Rectores. Magiſter Vlricus, miniſter illuſtris Ducis de Tecke. Magiſter Duringus, cuſtos Eccleſiæ in Lorch. Magiſter Cunradus, Rector ſcolarum in Ezzelingen, (nã M. Heinricus non amplius præerat.) Signatores, VVolfframus prædictus: & Hertvvicus, in Ezzelingen Decanus. Tunc etiam Denckẽdorffa Præpoſitum habebat.

Eſſeling. Schola Magiſter.

Denckendorff.

Alberti M. mors.

Obijt hoc anno, ante Natiuit. Domini, Albertus Magnus: qui fuit ordinis prædicatorum: Coloniæ in medio conuentus ſui Choro ſepultus. Celebratur oppidum Lauinga quatuor nominibus. 1. Alberti M. 2. virginis Geislinæ. 3. Cuiuſdam Sutoris. 4. magni equi. Proinde in fori Lauingani celſa turri, Hofturn appellata, Inſcriptiones hæ ſunt: factæ à D. Nicolao Reuſnero: cùm ea turris anno 1571. renouaretur.

Lauingæ 4. laudabilia.

Hofturn.

Alberti M. epitaphium.

Sub Imagine Alberti Magni.

Albertus Magnus, ciuis clariſſimus olim
Lauingæ: Doctor magnus, Præſulq; ſacrorum:
Inclytus omnigenæ Scriptor celeberrimus artis:
Sic oculos, ſic ora ſenex, vultumq; gerebat.

Obijt

Obijt anno M. CC. LXXX. ÆTATIS LXXXVII.

Alberto Belſtadio, cognomento Magno, Præſuli ac Epiſcopo Ratiſbonenſi, Theologiæ atq; philoſophiæ Doctori maximo: Scholæ Pariſienſis & Colonienſis Profeſſori celeberrimo: ſolertiſſimo naturæ ſpeculatori, rerumq; obſcurarum indagatori, atq; explicatori planè admirabili: qui ſua ætate omnes ingenio, doctrina, eloquentia, ſuperauit: S. opt. & clariſſ. ciui, opt. parent. inter hæc mœnia nato: & Colon. Agripp. quò, vltrò abdicato Epiſcopatu, ad otium literarum extr. ſenec. conceſſerat, piè & ſanctè mortuo: S. P. Q. L. grat. & amic. memor. ergò pij poſuêre.

Sub imagine virginis.

Virginis Geiſlinæ eulogium.

Geislinæ illuſtris meritis Reſpublica facta
Auctior, hoc ſtatuit poſteritatis opus.
Die Jungfrauw Geißlin lobeſam/
Ein Gräfin gut von hohem Stamm/
Viel gutthat hat der Statt gethan/
Darumb ſie rühmet jederman.

Vixit virgo Geislina anno M. CC. L. Vide ſup. part. 2. lib. 9. cap. 12. & part. 3. lib. 2. c. 9.

DE SVTORE, ſub Inſignibus ciuitatis: quæ Imperator conferens pictus eſt. *Et Sutoris.*

Quando ferum domuit Sutor vix tantulus hoſtem:
Qui Lauingana ciuis in vrbe fuit:
Officij memor, & teſtis virtutis auitæ:
Hos vrbi clipeos Cæſar, & arma, dedit.

Eſt autem caput Æthiopis, ornatum corona & torque aureo.

Sub imagine ingentis equi. *Atq; equi.*

Tantæ molis equus, velox, & ſaltibus aptus:
Prælongus ter quinque pedes, & corpore magnus:
Naſcitur Alberti Lauingæ ſublare Magni.

Anno Chriſti M. CC. LX. circiter. Dicitur habuiſſe duo corda: nec paſſus eſſe à quoq; ſe tractari, quàm à quodam exiguo ſeruo.

De ipſa turri.

Im Jahr / als man zahlt 1457. Jahr / am Montag nach dem weiſſen Sonntag/ ward an dieſem Thurn der erſte Stein gelegt. Im Jahr 1478. Mittwoch nach Galli/ ward er außgebauwt/ vnd durch Meiſter Heinrich Schittenhelm gemahlet. Vnnd im Jahr 1571. zwiſchen Pfingſten vnd Bartholomei/ durch Georgen Brenteln / Burgern vnd Mahlern alhie/ erneuwert. *Turris Lauingana, Hofthurn.*

Quod ad Sutorem illum attinet fertur is Mareſcalcum quendam VVertingæ (parui ipſe, magnum Heroem) ex prouocatione viciſſe. Quia autem Mareſcalci, caput Æthiopis, in ſuis Inſignibus geſtabant: dicitur ſutor impetraſſe, vt poſthac Lauingani, Æthiopis: Mareſcalci verò, Æthiopiſſæ, caput geſtarent. Sed audiatur diuerſa narratio in ſequentibus.

Matthæus à Pappenhaim, in libro de origine & familia illuſtrium Dominorum de Calatin, qui hodie Domini à Bappenhaim appellantur, c. 64.

Nota eſt, inquit, hiſtoria vulgò iuxta oppidum Lauingen, ac apud caſtrum Faimingen: quæ contigit non procul à Danubio: & etiamnum apud Lauingen in turri depicta cernitur: (Turrim hæc, der Hofthurn vocatur. Alta eſt turris, Templo contigua.) ſcilicet de nobili viro de Calatin. Tempore enim, quo Pagani, Vngari, Hunni, & Auari, cum exercitu validiſſimo peruenêre vſque in Sueuiam, iuxta Danubium, vbi hodie op. Lauingen eſt: Imperator Roman. eis cum exercitu valido occurrit, vim vi repulſurus. Poſt varia tentata, placuit tandem vtriq; parti, rem paucorum certamine finire: ita, vt vtraque pars eligeret ad ſingulare certamen, vnum ex ſuis. Quo pacto inito: Imperator elegit Mareſcalcum de Calatin: qui lubenti animo onus ſuſcepit: cogitans, qua ratione Imperatori victoriam obtineret. Interim, dum ſeriò ſecum deliberaret: obuiam ſit ei quidam dicens: Quid cogitas? Dico tibi, tu non es pugnaturus pro Imp. ſed Sutor quidã ex oppido Henſſvvil (quod nunc eſt Lauingen) armatus vincet: & victoriam Imperatori reportabit. Tunc Calat. ait: Quis es tu? Quo pacto, qua fronte, recuſabo hanc monomachiam? *Faimingen caſtrum. Calatinus Mareſcalcus. Henſſvvil.*

Dedecori mihi vertetur: dicentq; omnes, me timore eam recusare: nec quisquam aliter crediturus est. Respondit ignotus ille: Ego sum Georgius, miles Christi: accipe in testimonium hunc pollicem meum. Simul cũ dicto detraxit sibi de manu sua pollicem (Ein Brieffstein thet wol darbey) Venit Calatinus ad Imperatorem: narrat, quæ sibi accidissent. Ita partes pugnandi, Sutori datæ sunt: qui & victoriam reportauit. Tum Imperator ei dedit optionem trium: vt ex eis eligeret, quod vellet. Postulauit ergo Sutor, vt pratum quoddam iuxta Lauingen emeretur, oppidoq; commune donaretur. Deinde, vt oppidum signaret literas cerâ rubea. Factum sic est. Ita Lauingensis Respub. in hunc vsq; diem cerâ rubea signat: quod nulla ciuitas Principum facit. Tertiò petijt, vt Domini de Calatin, in cassidepro clinodijs haberent Æthiopissam: quàm adhuc hodie super galea gestant. Hæc narrantur à fratre Felice ordinis Prædicatorũ; nec alibi legunturvsquam. Lector bonus consulat: & tantum adhibeat fidei, quãtum voluerit. Ego (inquit D. Matthæus) neq; affirmo, neq; refello. Hoc tamen certum est, partem eius pollicis in auro adhuc conseruari in Kauhaim: & alteram partem, in Bappenhaim. Denique certum quoque est: Vngaros infideles, non semel in Germaniam irruptiones fecisse: præsertim sub Othone primo, Roman. Imperatore, cum tanta multitudine: vt dicerent: Aut cælum cadens, nos obruet: aut terra dehiscens, nos absorbebit. Aliter nemo hostium nos multitudine superabit. Qua consisi, in campo, quem Lycus fluuius circa Augustam præterlabitur, conserere manus auidissimè expectabant. Otho Imper. Augustam properat: vbi tum D. Vlricus Episcopus erat. Mox Francorum & Boiariorum ingens multitudo Othoni occurrit. Inter quos, Conradus cum electissimo equitatu. Othosuos cohortatus, ipse arrepto clypeo & lancea, primus in hostes irruit: strenuissimiq; militũ, & optimi Imperatoris, officio fungitur. Quem secuti veterani milites, victorijs assueti, hostes in fugam vertunt: fugatos, partim in Lyco submergunt, partim in fuga occidunt. Tres Hungaricæ gentis Reguli capti, in crucem sublati sunt. Cæteri, propè omnes deleti. Rex, pater patriæ, & Imperator, appellatus, triumphum egit celebrem: decretis prius Deo laudibus, & honoribus, &c. Hæc, ex Bappenhaimio. De quibus copiosius scripta, repetantur sup. part. 2. lib. 4. cap. 8. ad annum Domini 955. Accepi autem hunc Bappenhaimanum locum, & descriptionem turris præcedentis, à doctissimo & humanissimo viro, M. IACOBO CELLARIO, Scholæ Lauinganæ Professore, 17. Aug. 1589. vnà cum sequentis turris descriptione: quam ipse aliquando, loco exercitationis styli suis Discipulis proposuerat. TVRRIS, inquit, illa magnifica: quæ Templo Parochiali Lauingano contigua est, ædificari cœpit anno 1518. Sed propter varias Reipub. difficultates, anno demum 1576. perfecta est. Primum eius lapidem posuit illustrissimus Princeps D. Fridericus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ: nomine illustrissimorum Principum, D. Othonis Henrici, & D. Philippi, Comitum Palat. Rheni, &c. impuberum: quibus ipse à Maximiliano Imper. datus erat tutor. Sita est autem meridiem versus, in cæmeterio veteri. Figuram habet inferius quadratam: superius, octangulam, Latitudo eius exterior est pedum XXX. interior verò, XV. quæ crassitudo eius, ad tantam molem sustinendam necessaria intelligi facilè potest. Alta enim est turris pedes CCCI. altior XXVI. pedibus illa turri, quæ in foro sita est: & à gente patritia Hosiorum, nomen habet. Scalæ sunt ei XXI. gradus autem CCXXXXII. Vnde etiam prospectus, ad aliquot milliaria extenditur. Tecto, quod cupreum est, superimpositus est nodus itidem cupreus, inauratus: isq;, tantæ magnitudinis: vt XIIII. modios, & quartam modij partem, capiat.

S. Georgius, eques.

Cera rubea insignatione.

Bappenhaimiorum, vel Calatinorum, Insigne.

Vngarorum olim irruptio in Germaniam.

Otho eos profligauit.

Turris supradictæ descriptio.

Eodem 1280. anno, Augustæ, Sibothone Stoltzhirsio, & Henrico Schongauero, Cossfiuis Duumuiris curatoribus: celebrante ibi Comitia Rodolpho Cæsare: tanta vilitas annonæ erat: vt vulgaris olyræ medimnus (ein Schaff: cõtinens 8. Augustanos modios, acht Metzen) XXIIII. auenæ XVI. obolis venirent. Hennig. ex Gassaro.

Comitia Augusta.

Nicolaus Papa anno Pontificatus sui tertio, Christi 1280. (vt Tritenh. ait) confirmauit Hirsaugiensibus omnia priuilegia, libertates, & bona (orantibus Abbate & conuentu) dans ei Auimione plumbeam bullam. 8. Kal. Decemb.

Rudolphus Rom. Rex, VValtherum Abbatem, & conuentum Mulbrunnensem, commisit tutelæ Spirensis Præsulis Friderici: quam etiam decessor eius Henricus Episcopus habuerat. Postea 1372. Carolus Rom. R. Palatino Ruperto commisit. Mansit tutela penes Palatinos, donec Monasterium ab Vlrico VVirtemberg. Duce occupatum est. Brusch. M. Ser.

Maulbrunn.

S. PAPA

& PAPA MARTINVS IIII. OBITVS AVGVSTÆ ROMANÆ, DOMINÆ Annæ. Comites aliquot Hohenbergenſes. Comitis VVirtembergenſis Eberhardi Illuſtris, bellum cum Eſſelingenſibus. Abbas Hirſaugienſis Craffto. Incrementa Bebenhuſani Monaſterij. Cœnobium Dominicanorum Vlmæ. Mompelgardenſis Comes Reginaldus. Veſperæ Siculæ (ad vltionem vltimi Conradini Sueui) quibus à Rege Carolo defecit Sicilia.

CAPVT VI.

ANno 1281. *Viterbij* 8. *Kalen. Mart. creatus eſt Papa Martinus II. dictus quartus. Hic ea charitate erat affectus erga Teutonicos: vt optaret (quemadmodum à Siffrido Presbyter. ſcribitur) totam ALEMANNIAM eſſe vnam piſcinam. Ecce paterna ... & cura paſtoris animarum. Putabat videl. vir optimus, Germanos ita ſiticuloſos eſſe. Solliciti proinde de ſiti ipſorum erat. Ergo hodie omnes Alemanni eſſemus piſces. Sicut hoc ſequitur: Ecce duo gladij hic. Igitur Pontifex, & ſpiritalis & ſecularis Monarcha eſt. Iacebat tunc tanta moles niuis, quæ pridie purificationis ceciderat, vt equitis genua tangeret. Duravit 8. hebdomadas. Potuiſſet ferè optationis ſuæ, ex liquefactione illius niuis, compos ſanctiſſimus pater fieri.*

Martini Papæ optatio de Germanis.

Niuis copia.

Conitæ Rudolphi Regis Anna, Sueua illa ſpecioſa, & plurimorum liberûm vtriuſq; ſexus mater, diem ſuum obijt Viennæ, & Baſileæ condita eſt. Quæ de re, copioſius hi ſcriptores. In Faſtis Colmar.

Annæ Imperatricis obitus.

Rudolphi Rvxor grauiter ægrotans, ac Confeſſorem accerſens, Periculum mortis, inquit, ſentio mihi imminere. Rogo igitur vos, vt corpus & animam meam ad cœlum dirigatis. Qui dixit: Omnia huius ſeculi, gloriamque Mundi, e memoria deponatis: ac Deo & hominibus ſatisfacere promittatis. Quæ dixit: Libentiſſime faciam. Poſtea teſtamentum fecit: & Baſileæ ſe in maiore Eccleſia, vt ſæpe à Rudolpho & anteceſſoribus læſam, humari voluit: ac quadam eo ordinauit. Ita moritur in ciuitate Vienna: exenteratur, & venter eius ſabulo ac cineribus impletur: facies eius, balſamo linitur: totumque corpus panno cereo circundatur: ac precioſis induitur veſtimentis ſericis. Caput eius, albo ſerico peplatur: & corona ſuperimponitur deaurata. Poſt hæc in aream ex fago optimè factam, ſupina manibus ſuper pectus poſitis, imponitur: ac ferreo clauditur inſtrumento. Deinde comitata fratribus Prædicatoribus & Minoribus binis, ac tribus curribus nobilium fœminarum, & aliquot centurijs equorum, Baſileam ducitur: ibiq; à tribus Epiſcopis, & M. CC. clericis (qui omnes habebant accenſos cereos) atq; à multitudine ciuitatis, in vigilia S. Benedicti (monſtrato corpore eius in tumba erecto præſentibus omnibus: ac poſt Miſſa celebratione depoſito) cum fletu & gloria maxima ſepelitur. Hæc, ibi. Cogito nunc, quo ritu & pompa (ſimiliter) Irena mea Græca fuerit 1208. ſepulta.

Præparatio eius ad moriendum.

Funeris ritus.

Baſileæ ſepulta.

Chriſtian. Vriſiſius, Germanicæ Baſil. hiſtor. lib. 3.

Am Abendt Matthiæ / im 1281. Jahr / ſtarb die Römiſch Königin / Frauw Anna: geborn von Hohenberg auß Schwaben / Graff Bernharts Tochter / Rudolfi Gemahel / zu Wien in Oeſterreich. Dieſe war gen Baſel geführet: vnd Donnerſtags / den 19. Mertens / im Thumb daſelbſt hinder dem Fronaltar / in gegenwertigkeit dreyer Biſchoffen / ſechs Aebten / vnd wol drey hundert Prieſtern / beſtattet.

Idem in Latina Epitome. cap. 8.

Inter maioris Templi monumenta ſpectandum præcipuè occurrit in Adyto, tumulo eleuato, Annæ Reginæ Romanorum, Bernardi Comitis Hohenbergenſis Sueuiæ filiæ, coniugis quondam Rodolphi Habſpurgij Cæſaris, monumentum: cui ipſa, anno 1281. humanis erepta, vna cum Carolo filiolo, in infantia mortuo, illata eſt. Hæc, nobiliſſimorum Auſtriæ Principum genitrix fuit. Vnde & præcipuarum per Germaniam domorum propagines, orta. Ex ea enim Albertus & Rodolphus filij, nati: quorum vnus Auſtriæ Ducatum cum adiunctis regionibus, alter Sueuiam à patre obtinuit. Hinc & filia, tot electoribus Principibus nuptæ. Ex Agnete verò, Othonis Burgundiæ Ducis filia, quam idem Cæſar triennio poſt duxit, nuptiaſq; regaliter Baſileæ celebrauit, nullos ſuſcepit liberos. Tumba hæc anno 1510. à Canonicis aperta, fauillaceum Reginæ corpus exhibuit: iuxtaq; id, minutorum oſſium congeriem, pueri defuncti reliquias. Argenteâ corona, auro inducta, caput eius redimitum inuenêre: quam in Hieronymi Brylingeri ſacellani, & Aſſiſij (vt vocant) chori, ædibus repurgarunt. Monile item cum ſapphiro, precioſiſq; lapillis, à collo pendulum. In Germanic. Sie funden da der Königin Cörper in guter ordnung: auff jrem Haupt ein

Illa Anna, mater fuit Auſtriorum Principum.

Sepulcri eius apertio.

eine silberne vergülte Kron: am Halß ein Kleinot/mit Sapphiren / vnd andern Edelgesteinen/versetzt. Welche sie außseubern liessen. Sie funden auch neben jr ein vnordenlich häufflein Gebeins/eines andern/in seiner Kindtheit abgestorben / Herrleins / Carol genannt. *Monstrabat mihi (Crusio) hoc monumentum, Reginæ & infantis, pulchrè in saxo exciso-rum, clarissimus & reuer. vir, D. Vlricus Coccius, ὁ μακαρίτης, XX. Decemb. M. D. LXVI. cum Tybingâ pestilenti aeri cessissem Basileam.*

Hartmannus, illius F. in Rheno summersus.

Refertur obitus Hartmanni, ex RR. Rudolpho & Anna nati, etiam ad hunc 1281. annum: eum circa natalem Domini, apud Traiectum confluentiæ Helueticæ, naufragio perijsse: in eodemq; Templo sepultum fuisse. Sed de eo nihil hodie extare ait Vrstisius: fortè quod anno 1356. hoc Templum, terræmotu concussum & labefactatum, magna ex parte procubuerit: ac difficulter restauratum fuerit. De quo Hartmanno, alibi sic legitur. Eum fuisse Landgrauium Alsatiæ: cui iam anno 18. ætatis suæ pacta fuerit Regis Angliæ filia. Cùm autem Rhenum apud Rhinaugiam traijcere vellet: eum, impulsu glaciei naue afflicta, cum 13. circiter nobilibus hominibus, die XX. Decemb in aquis perijsse: ac Basileæ humatum fuisse.

Hohenberg. Comitum Genealogia quædam. Haigerloch. Hurmingen. Ortenberg.

Albert. Augustæ Annæ frater.

Fratrem habuit hæc Regina, Domina Anna Albertum: qui duos Comitatus habuit (scribente Alberto Argentin.) scilicet Haigerlochensem & Hohenbergensem: qui siti sunt in corde Sueuiæ: ac dicebantur Comites de Hurmingen. Fuerunt hi, potentes in Sueuia & Alsatia. In Alsatia castrum habuère, quod vocabatur Ortenberg: & magnos vicos, totamq; Albrechtsthal nominatam vallem, cum omnibus pertinentijs. In ea valle, claustrum Hugonium (Hugeshofen) Benedictini ordinis, à duobus fratribus de Hurmingen conditum est, ad honorem S. Michaelis: qui in eo ambo sepulti sunt. Hoc dominium datum fuit ab Alberto sorori Annæ in dotem, Rudolpho de Habspurg nubenti. Fuit magnus & fortis vir, hic Albertus: laudatus à Cantore quodam, qui appellabatur, Kumier: tanquam esset fulcrum Sueuiæ, ac totius Imperij Romani. Fuit autem occisus in Comitatu suo, ab Othone Duce Bauariæ: properante in auxilium Adolpho Regi (Lazio teste) contra Albertum Austriacum itidem Regem: vt suo tempore de his Regibus dicetur.

Lintstetten.

Albertus verò Comes, iter Othonis impedire nitebatur. Occisus autem est non longe à Neccaro, iuxta castrum Lintstetten: perfidè ipsum relinquentibus seruis suis: instar canum, quibus vesicæ fabis inditis alligatæ sunt, fugientibus. Dictos fuisse ait Argent. Albertus, Die Lember von Wittingen. *Ex illo Alberto descenderunt: Albertus, dictus Rœstman: & Rudolphus, qui priori superstes, multa laudabilia fecit: ac potentiâ Sueuos alios anteiuit. Habuit tres Comitatus: Rattenburg (Rotenburg) & Haigerloch, atque Hohenberg: exceptis multis munitionibus: vt, Nordlingen, VVersch, der Buß, Buggingen. Obsedit etiam plures septimanas Eberhardum Comitem VVirtembergensem, filiumq; eius vnicum Vlricum, varijs machinis bellicis: eisq; destruxit duo castra, Mogneggen & Pfullentz Grauenvveiler. Ex hoc Rudolpho, & Domina de VVerdenberg, prognati sunt Albertus, Rudolphus, Hugo, Hainricus, & vna filia.*

Ex Alberto nati.

Rotenburg Comitatus.

VVirtemberg. Eberhardus, ab Hohenberg. Rudolfo oppugnatus.

Albertus, Eberhardi Hohenberg. filius.

Albertus, Constantiæ in artibus benè institutus, Canonicus est factus maiorū Ecclesiæ: & Rector Ecclesiæ Ruspachensis in Austria: & Rector trium Ecclesiarum in Sueuia. Profectus Parisios, stetit ibi plures annos magnis sumptibus: legebat Iura aliquandiu: & Licentiatus euasit in Decretis: non causâ dominij, sed scientiæ. Reuersus in patriam, receptus est Canonicus Argentinensis. Factus etiam Cancellarius D. Ludouici Imper. & eius Aduocatus prouincialis totius Alsatiæ. Legatus in varia loca: in Franciam, in Prouinciam, ad Papam, ad Regem Angliæ, ad Ducem Austriæ. Adeptio non succeßit ei Episcopatus Argentinensis & Herbipolensis, etsi eam sperabat. Attamen Frisingensis Episcopus est factus: ac benè se gessit. Frater eius Rudolphus, probus, fortis, sed crapulæ deditus. Filium habuit: qui sepultus est in Collegio Ebingensi ad Neccarum: quod pater ipsius construxerat.

Rudolfus. Ebing. Collegium.

Hugo frater Rudolphi, animosus erat, mitis, humanus: sed nimius in sermone. Filium reliquit ex Filia Comitis Ferretarum, seu Pfirtensium.

Hugo.

Henricus.

Hainricus verò, bellicosus erat: sed prodigus maximè: plerasque villas ministris suis donans: retentâ tamen sibi optima ad Danubium munitione Fridinga, vel Nouuenhohenberga. Tandem cum multis bonis Sueuis occisus est, in Episcopatu Curiensi, per Dominos de Bellmont, & socios eorum, in montanis. Sepultus honorificè in Monasterio Salmansvveiler, anno Domini 1325.

VVirtemberg. C. Eberhardus Esselingenses profligat.

Ad hunc annum refertur res bello gesta ab illustri VVirtembergico Eberhardo. Erat ei, iuris ditionisque suæ non minuendæ studioso, cum Esselingensibus res. Hi, manu ducta, arcem

Kalten-

Kaltenthalam, sitam inter Beblingam & Stutgardiam, circa Festum Iacobi obsidebant. Ea namque arx ad Eberhardum pertinebat. Ipse verò maiore vi superueniens, eos ab arce profligauit: castraque eorum diripuit. Esslingensibus autem, aliisque socijs ciuitatibus, de ipso ad Cæsarem conquerentibus: hic vtrique parti mandauit pacem: quæ pax aliquandiu vtcunque cohæsit. Hæc iam, initia quædam fuêre secuturorum suis temporibus inter VVirtembergenses & ciuitates bellorum. Kaltenthala. Initium bellorũ VVirtemberg. Comitum cum ciuitatibus.

Eodem 1281. anno compositio quædam de hominibus proprijs, vel seruis, facta est inter Abbatem Lorchensem, & Cunradum Sculteum de VVerdecke, nomine Domini sui, nobilis viri Gebehardi de BRVNECK: dante hac de re literas Simone, Abbate Monasterij Kanbergensis (Chombergens.) signantibus etiam Abbatib. Lorchensi & Murrhartensi: ac nobili viro VValthero, Pincerna de Lampurc. M. Scr. Lorcha. VVerdecka. Brunecka.

Hirsaugiensis Abbas Volandus, rebus malè gestis, munere se abdicare coactus est (hoc 1281. anno, aut potius biennio circiter antè: non sequenti 1282. vt Trithenhem. habet) & in locum eius XXVIII. Abbas substitutus est Crafftio quidam Sueuus, ad annos 13. Hirsaug. Abbates.

Eodem anno, Indict. 9. Feria 4. post Ambrosij, Crafftio Hirsaug. Abbas & Conuentus, ære alieno pressi, vsuris apud Iudæos VVilæ & Caluæ crescentibus, vendidêre Bebenhusijs curiam suam sitam apud FVIRBACH, dictam Seelhof: & ibidem curiam, dictam der Heiligen Hof: atque alia. Item, omnia bona sua in oppido Botnanga, & in Parochia Zussenhausa: as decimas apud VVesthaim, Visenhusen, Zazenhusen, Stainhain, & Phlugfeld, &c. CC. XX. libras Hallens. moneræ, & carratâ vini Spirensis mensuræ: promittentes se plenam eis præstituros warandiam, omni etiam exceptioni renunciantes. M. Scr. Caluæ & VVilæ Iudæi. Fuirbach. Botnanga.

Videmus hic, Iudæos his temporibus in VVirtembergia habitasse. Ergo etiam Tybingæ tunc habitarunt. Vnde adhuc hodie vicus in hoc oppido est, die Judengassen dictus. Iudæi, in VVirtembergia.

Eodem anno, Fridericus Comes Zollerensis, ius Aduocatiæ (cedens de curia & molendino, sitis in Gisingen, cum eorum attinentijs) vendidit Bebenhusanis, XX. libris Hallens. monetæ. Zollern.

Eisdem VVolframus de Butelspach, & Reinhardus de Æchterdingen, vendiderunt sextam partem decimæ totius vini in Oberndurnkain, & in Vlbach. Huius decimæ iurisdictionem, & libertatem omnimodam, eis Eberhardus, Comes VVirtembergensis, ratam habuit. Turckaim. Vlbach.

Renbardus de Berg, & Ita soror eius vendiderunt Bebenhusijs anno 1281. duas areas in villa Berg: & 60. caseos, atq; 18 solidos H. de tribus areis. Donarunt item 2. iugera vinearum, A. libram ceræ: vel Iminum vini ex 2. iugeribus vinearum. Item, in Grossem Hertbach, duo summarina salis: & ibidem omnia bona Itæ: tria iugera vinearum, duo prata, curiam in Hesingen, prædium in VVaiblingen. Item, decimam in Ostvveil, quosdam census in Kannenstat, aream in Æchterdingen, Aduocatiam in Neckergræningen, cum attinentijs suis. Tantæ curæ erat salus animarum. M. Scr. Berg. Hertbach. VVaiblingen.

Eodem tempore, Prædicatores Monachi nidum Vlmæ posuêre: dante ipsis hortum iuxta Xenodochium Mechtilde Hunrærina: & seniore Cratone, vel KRAFFTONE, Cæsaris Cancellario, Templum & cœnobium, eleemosynis Monachorum, & de suo faciendum curante. Sed bas. Franc. Vlmæ Monachi Prædicatores. Kraffiones.

Cum 1230 anno, bello inter Basilien sem Episcopum Petrum, & Phirretarum Principem Theobaldum (quem superioris Burgundiæ & Montisbelligardensis Comites iuuabant) exorto: Basilienses insigni clade affecti essent: Rudolphus Cæsar, vt adiutores vlciscerentur: ingenti exercitu Montisbelgardi castellum & oppidum cepit: eiusq; Comitem Reginaldum, imperata facere coegit. Vesontionem obsedit, sed frustrà. Burgundus tamen Basileam veniens, Cæsari comitatus sui nomine fidelitatem & obsequium clientelare, iurauit. Montisbelgardensem Comitem Cæsar S. millibus librarum mulctauit: quòd comitatus sui feudum, ab Imperio Germanico ad Comitatum Burgundiæ (in sui, & Othonis Burgundiæ Comitis, fratris sui, gratiã) transferre voluerat. Vignier. Mompelgardum capit. Rudolfus Cæsar.

In hoc bello, quodam die, cum maxima esset penuria commeatus: Rudolphus R. rapi copiam in agro videns, rapum rapuit, rasit, comêdit. Hoc alij conspicati, rapo & ipsi famem curarunt. Fertur idem Rex in exercitu dixisse se, si haberet quatuor electa galeatorum, & quadraginta peditum armatorum, millia ex Alemannia, flaturum in qualibet Mundi parte inuictum. Tam confidebat fortitudine Sueuorum, & aliorum Germanorum. Albert. Argent. Rapum Rudolphus rapit. Alemannorum ad Astut.

De Rudolfo, Sindelfing. librifcriptor. Cunradus de VVurmlingen hac ponit: illum (mortua coniuge Anna) post Pentecosten in terras nostras rediisse: & eum à se Achalmæ, post Natiuit.

B. Ma-

B. Mariæ (die Dominica) visum fuisse. Addit suum Præpositum captum esse die Dominica post Exaltationem S. Crucis. Denique se eodem 1281. A. Indict. 9. Ellam filiam suam matrimonio copulasse Bobelingæ, in 2. vespera Agnetis.

Carolus Francus, Siciliarum Rex, se Regem etiam Hierosolymitanum vocat.

Balduinum genetum restituere Constantinopolin frustrà conatur.

Nunc de Carolo, Siciliarum Rege Cunradini Sueui interfectore, dicendum est. Saracenos hic in Africa ad tributum quotannis soluendum coegerat: deinde à virgine Maria, Antiocheni Principis filia, omni iure Hierosolymitani Regni donatus, & Rex Hierosolymorum pronuntiatus, fuerat. Ideo Rogerium Sanseuerinatem, pro se Pro Rege in Syriam miserat. Hinc etiam Neapolitanis Regibus, nomen Hierosolymorum Regum vsurpatum. Hoc successu rerum ipse non contentus: etiam de genero suo Balduino, qui à Michaele Palæologo expulsus fuerat, restituendo satagebat. Ideo etiam classem parabat potentem. Nec ei resistere Palæologus potuisset: nisi hoc institutum eius impedijsset Deus domesticis malis. Nimia enim superbia Francorum, & improbitas, flagrabat: Præfectis eorum, in Sicilia subditos iniquè tractantibus: nec pudicitiæ mulierum, neque fortunis vitæq; hominum parcentibus. Diuites quoq; vt expilandi & perdendi eos occasio esset, Cunradini Sueui imaginem domi habere deferebantur: tanquam desiderio multò lenioris olim imperij Sueuorum. Erat autem tunc illis in locis quidam prudens vir: Ioannes Procula Salernitanus, vt à Collenutio lib. 5. appellatur: quem ipse R. Manfredi Medicum fuisse ait. Ab Antonino verò, Ioannes de insula Procida (olim Prochyta) nominatur: cuius etiam insulæ ipse fuerit Dominus. Hic Francorum tyrannidem perosus (vxore quoq; ipsius, ab illis polluta) & pristini status sui, quem amiserat, recuperandi cupidus: inito cum quibusdam Siculis clandestino consilio: Siciliam in pristinam libertatem vindicare decreuit. Quamobrem Constantinopolin profectus: apud Palæologum (cui indicauerat, quantum ei periculum à Rege Carolo immineret) effecit: vt is magnam pecuniæ vim, Petro Aragoniæ Regi mitteret. Deinde in Arragoniam nauigans, Regnum Siciliæ huic ipsi Petro (vt cui Constantia, Manfredi filia, Cunradini cognata, nupta esset) obtulit. Bis insuper Romam profectus, tantum apud Pont. Nicolaum effecit: vt is in R. Petrum, vxoris Constantiæ nomine, iura Regni Sicilienſis contulerit. Hæc ab Ioanne Prochytano, omnia occultissimè acta mensibus 18. sunt, in vestitu fratrum Minorum vili, ante 1281. annum: quo sedem Pontificiam Martinus 4. assecutus est. Reliqua, quæ deinceps facta sunt, ad hunc 1281. aut etiam sequentem annum spectant. Erant iam Siculorum, quos rem scire oportebat, animi ad facinus præparati: erat dies & hora facinori perpetrando constituta, vespera Paschalis. Quæ cùm adesset: tum verò superante patientiam, iniuriarum magnitudine (iam fortassis XI. annos durantium) furor Insulanorum consecutus est, ad campanarum ὁμόχρονον per totam insulam pulsationem: Francis, siue Gallis, vbiq; improuiso occidendis. Initium rei à Panormitanis (apud quos clementer quondam Sueui regnauerant) est factum. His enim extra vrbem Festum Resurrectionis agentibus (inquit Antoninus 3. part. Tit. 20. cap. 4.) ad locum trium ferè milliarium Italicorum ab vrbe: qui locus dicitur Monreale (Mons Regalis) aderant plurimi vtriusq; sexus & conditionis indigenæ: præsertim Galli, nomine Caroli gubernandi causâ. Cùm ergo hi arma explorarent circa indigenas: eoque prætextu, sinus mamillasque fœminarum contrectarent: indigenæ furiata mente concitati: Gallos, partim lapidatione, partim gladijs, omnes interfecerunt. Sic & per vniuersam insulam factum: mulieribus etiam, quæ ex Francis grauidæ essent, cum fœtu confossis. Ita ardore petulantiæ ipsorum, proprio sanguine extincto: non solùm diuitias malè coacerbatas, sed corpora etiam Siculis reliquerunt. Hoc modo Sicilia defecit à Gallis: ac postmodum à Petro Arragonio est occupata. Sic etiam Caroli in Græciam expeditio cessauit. Hinc Italis vsitatum prouerbium natum (περὶ παντολέθριας δηλανέτι, de occidione) Siculus Vesper. Hæc de re, Marcus Guazzus.

Odium eius in Conradinũ etiã mortuum.

Procula Salernit. contra illum.

Procida ins.

Petro Aragonio Procula studet.

Et omnia, quæad liberandam Siciliam à dominatu Gallorum pertinebant, astutissimè præparat.

Gallorum libido in fœminas.

Vesperæ Siculæ. Sic liberata, Sicilia.

Tornato Giouanni da Procida in Sicilia col medesimo habito di mendicante, parlò secretamente co' principali di Meßina, e di Palermo: e fu vna fiera è sanguinosa congiura, fatta nel piu sacro e solenne tempo, e giorno, de l'anno. Percioche nel dì di Pasca del mille duicento ottantauno, al primo suono de le campane di vespro di quel solenne giorno, quanti Franceſi erano in quella isola, furono senza pietà in un tempo istesso amazzati. Onde ne nacque poi il prouerbio del Vespro Siciliano. Et à questo modo il Re Pietro di Aragona, fu per il mezo di Giouanni da Procida, conquella sanguinolenta congiura fatto Signore della Sicilia.

STVT-

STVTGARDIA, à CÆSARE RVDOLPHO OBSESSA: ET TRANSactio VVirtembergici comitis Eberhardi Illustris, cum ipso & alijs. Alemanniæ expurgatio à latrocinijs & prædationibus. Oppidum Gretzinga. Bebenhusæ, & Minoris Augiæ, locupletatio. Fridericus, Episcopus Curiensis. Hartmannus Langemantel Augustanus. Cædi Conradini Sueui parentatum. Henricus Rempius. Secundus Orient. Imp. Andronicus Palæologus senior. Alterum R. Rudolphi matrimonium. Pseudo Fridericus Tilecolupius. Hastiludium XV. Germaniæ. Nobilium & Monasteriorum, & oppidorum aliquot Sueuiæ, mentio. Opp. Kirchaimum & Syndelfinga.

CAPVT VII.

ANno 1282. (vt Hedio in Paralip. Vrsperg. scribit) R. Rudolphus, comitem VVirtembergensem Eberhardum (quòd ei cum Esselinga, & alijs ciuitatibus, non conueniret) aggressus, Stutgardiam obsedit. Sed per Archiepiscopum Moguntinum res fuit composita. Alicubi legi ego, hæc post præsentem annum esse facta. Vtut sit: res ab alijs paulò pluribus exponitur, in hanc sententiam. Pacem mandarat Cæsar partibus: sed Eberhardus inimicitias persequebatur: fœderatos habens plures comites & nobiles. Amicis vtebatur proceribus Montefortijs, Dockenburgijs, Friburgensibus, Helffenstainijs. Veniente autem exercitu Augusti: ipse confugit Stutgardiam, vnicum habens filium Vlricum. Eam verò Cæsar obsedit: castra habens in Esselingensi decliuitate, seu καταβάσει. Auff der Eßlinger staig. *Cuius loci vineæ, adhuc castrenses vineæ appellantur.* Auff der Wagenburg. *Erant vires in oppido: erant maiores vires extrà. Sæpe oppugnatio facta est valida: sæpe foras eruptio animosa. Labore diutius protracto sine effectu: quòd se comes egregiè defenderet: sed tamen diuturniori obsidioni succubiturus erat: tandem bonus ille Isnensis GyrtelKnopfius (de quo suprà diximus: ex Pistoris filio Episcopum Basiliensem, deinde Electorem Imperii, nempe Moguntiæ Archimystam, factum esse) ille bonus Cingulinodius seu funiger, qua erat prudentia & facundia, interuênit commodè: effecitq́, vt deditionem faceret, quamuis acer, iurisq́ sui tenax, comes Eberhardus. Rectè: ex Hesiodi quidem mei sententia: qui potentioribus resistere dissuadet: quòd id & noxæ, & dedecori, & dolori, sit. Oppidum quidem, Cæsari deditum: murusq́ oppido, tanquam pallium, detractus: at Eberhardo tamen, Principi animoso (sed & fidelissimo erga Cæsarem postea) mox restitutum. Cum Esselingensibus quoq́, Cæsare agente, reconciliatio gratiæ facta. Quæ transactiones quanquam beneuolo Augusto factæ erant: tamen, quia non facilè offensionum obliuisci poterat, quas ab alijs senserat, Eberhardus: Achalmensem comitem Albertum, & Teccensem comitem, bello seorsim petijt: quòd ciuitatibus, à quibus ipse per illa tempora sibi parum æqua existimabat facta, auxilio fuissent. Itaq́ villas eorum succendit, cædes fecit, captiuos adduxit. Sed & hoc malum, partim terrore Cæsarianorum armorum, partim interuentu pacificatorum, sedatum est: & ablata, partibus restituta. Cœmeterium etiam Eberhardi quoddam perquam munitum, iussu Rudolphi destructum est: in quo plurimum comes Eberhardus habuerat spei: & fortè id eo facilius bellum, aduersus vel Esselingenses, vel comites, susceperat. Nam olim passim per Germaniam erant cœmiteria benè munita: in quibus non modò fruges & fructus à vicanis reponebantur: sed eò quoque tempore hostilium incursionum confugiebatur. Doluit autem adeo ipsius cœmeterij demolitio comiti Eberhardo: vt (qua animi vi & impatientia erat) bellum resumere non dubitasset: nisi à propinquis & amicis inhibitus fuisset. è M. Scr. & Mutio. Sed vide infrà quæ ad 1286. quoq́ annum referuntur.*

Stutgardiæ obsidio per Cæs. Rudolphum, contra Eberh. illustrem, ciuitates affligentem.

Oppidi deditio, & inter Cæsarẽ Eberhardumq́ transactio.

Achalmam & & Teccum Eberhardus persequitur.

Cœmeterij demolitio.

Rudolphus R. castra prædonum munitissima, Richenstein & Schœneck, vi cepit, ac funditus euertit. Trit. Idem & alijs prædatorijs castris in Germania vastatis: ab Alpibus Italiæ, vsq́ ad Britannicum mare, pacem & securitatem fecit. M. Scr.

Latronum arces, à Cæsare destructæ.

In Templo VVirtembergici oppidi Gretzingæ, inter Tybingam & Eßlingam siti, monumentum est. Anno Domini 1282. obijt Diepoldus, miles de Bernhusen.

Gretzingæ.

Viuebant his temporibus nobiles equites à Langenstain (vt scribit Lazius) quorum erat insula Menavv in lacu Podamico: quam Arnoldus, suæ familiæ postremus, circa annum 1282. ordini Teutonico legauit.

Langensteinẽses. Menavv ins.

Albertus de Olerbach (à comitibus de Schalcklingen ducens originem, sicut Burgouienses Marchiones) sepelitur Vlmæ (vt ab eodem Lazio scribitur) anno 1282. Cuius frater erat Henricus, Canonicus Augustanus: & Pupelinus, qui Burcardum genuit 1316. atq́ hic Burcardus, ex Adelhaide à Lierhaim, Burcardum & Pupelinum. Plura, Lazius.

Olerbach.

Cæsariense Monast.

Eodem 1282. anno nata est Abbatia Cæsariensi paternitas in Schænethal. De Cæsariensi cœnobio, vel Kaisheimensi, VVidemannus scribit: eius esse peramplas opes: reditus multorum millium Aureorum quotannis: & tot propria inde Romam vsq; in via domicilia: vt eo proficiscens Abbas, singulis noctibus in suo commoretur. Ponit & Schœnthalam, Bernhardinum Monasterium, in Othonica sylua, ad amnem Iagstum, ditionis Herbipolensis: circa annum Domini 1157. à VVolframo Bebenburgio conditum: vt iamdudum scripsimus.

Bebenhusa, dita-ta.

Eodem 1282. anno, Volckerus Staheler, ciuis Rotenburgensis, donauit Bebenhusanis vineam in pago Hirsouu.

Henricus & Fridericus de Æchterdingen, fratres, vendiderunt ijsdem tertiam partem omnium decimarum in Berg, cum earum attinentijs, & iuribus vniuersis: sitis in villis & bannis villarum Gaisberg, VVangen, Roracker, Stutgard, Guntzhofen, Bingen (al. Brigen) & Altenburg. M. Scr.

Augia minor.

Eodem anno (vt Bruschius scribit) à Rudolpho R. & antè à coniuge eius Anna, Monasterium Albæ vel minoris Augiæ Sueuicæ (quod anno 990. fundatum erat) ita locupletatum est: vt ille, secundus eius fundator: hæc, secunda fundatrix, perhibeantur.

Curiensis Episcopus Fridericus.

Episcopatui Curiensi præfectus est 1282. anno, comes de monte forti Fridericus: Vlrici Brigantini comitis, & Guilielmi Sangallensis Abbatis, frater. Adiuuit fratrem Guilielmum, cum R. Rudolpho belligerantem, à VVerdenbergensibus comitibus adiuto. Itaque prælio Balchæ sub Valducio victus, a VVerdenbergensi comite Hugone, quem populatione vexauerat, captus anno 1283. est: ac biennium ferè in arcis VVerdenbergensis custodia detentus. Ex qua cùm profugere conaretur: mappis ac lodicibus consciss, profune vtens: & per fenestram summæ turris se demittens (sicuti non ita dudum, nec ita longè à Tybinga, alius quidam dolendus) cùm iam mediâ turris parte deueheretur: confracto perfido fune, humi delapsus est, eademq; nocte expirauit, anno M. CC. LXXXV. vt a Bruschio, & lib. 10. cap. 29. a Stumpfio, scribitur.

Balcha. Fugæ conatus infelix.

Apud Halenses Sueuos florebat Burcardus Sulmaister, Ioannini Hospitalis benefactor.

Langenmantel Hartmannus.

Augustanus tunc viuebat patricius, Hartmannus Langemantel, habens vxorem Mechtildin: qui ad salutem animarum suarum, donationes non paruas contulerunt: vt extrueretur in vsum egenorum ciuium, Hospitale ad Sanctum Spiritum, in suprema austrum versus vrbis regione: extra Haustettensem portam, quæ nunc Rubra dicitur. Confirmauit Hartmannus Episcopus. Hinc mos inoleuit: vt Episcopus rusticam domum, in qua initor hos, prope Hospitale hoc habeat: & Cathedralis Ecclesiæ Decanus, semper assideat Deputatis a Senatu: quando Oeconomi Hospitalis huius, annuas rationes curatoribus eius dant. Henning. ex Gassaro.

In Sindelf. libro de hoc 1282. anno.

VValtherus, Rector Ecclesiæ in Bebelingen, obijt in octaua S. Stephani.

Rex Rud. celebrauit curiam in Vlma, in octaua Pentecostes.

Comes Albertus nuptias suas in Onfridingen celebrauit 14. Kal. Augusti.

Villingen.

Comes H. de Furstinberch, filios suos, milites fecit: præsente Rege Rudolpho, & aliis multis Baronibus, in ciuitate Villingen. Curiam idem Rex ante Natiuit. Domini celebrauit in Augusta. Ibi filium suum, Ducem Austriæ instituit de concessu Principum.

Petrus, R. Hispanus Messanam Carolo Conradicidæ eripit. Et Carolum eius F. capit.

Anno 1283. Rex Hispaniæ Petrus (cùm antea R. Carolus Messanam frustrà obsedisset) Siciliam (instinctu etiam vxoris Constantiæ, Manfredi filiæ, ad soceri cædem vlciscendam) occupat. Ideo à Pontifice sacris priuatus est: quòd videlicet eam insulam sedi Pontificiæ detraheret. Crucis etiam Insigne contra Petrum sumentibus, tanquam contra Saracenum, plenam delictorum veniam Pontifex promisit. R. Caroli deinde filius vnicus, etiam Carolus nominatus, Salerni Princeps, temerè cum Nauarcho Regis Petri, Rogerio Loria Calabro, pugna nauali supra Neapolin congressus, captus est: cum 9. triremibus, ac maximo nobilium virorum numero. Hi omnes (exceptis 9. & Carolo) in Siciliam missi sunt: quorum ducentis nobilissimis, capita mox præcisa sunt Messanæ: vt eo modo CONRADINI mors (inquit Pandulphus) inulta non esset. Carolus Rex, qui in Aquitania fuerat, Catetam cum 60. triremibus postridie appellitur. Qui cùm resciuisset de filij captiuitate: & Neapolitanos optare Rogerio vitâ, sibi verò exitium imprecari: vrbem prorsus exurendam statuit. Attamẽ Apostolici Legati, & quorundã amicorũ precibus, à proposito depulsus est: sed ex nocentissimis quibusq; ciuib⁹, CL. suspen-

Caroli R. sæuitia.

ſuſpendio ſuſtulit. Cogitauit poſthæc, de valida in Siciliam expeditione: ſed Foggia 8. idus Ianuar. 1285. triſtitia curisq; conſumptus, ætatis LVI. anno interijt: cuius corpus Neapoli Regio more humatum eſt. Siculi quoq; antea excommunicati à papa, reliquos à Rogerio captos Gallos, in carcere combuſſerunt. Conuocatis poſtea præcipuis quibusq; Iureconſultis: de captiui Caroli pœna quæſitum eſt. Hi verò vna mente & voce iudicarunt: Carolum eodem modo capite mulctandum eſſe: quo pater ipſius, Conradinum Sueuum mulctaſſet. Ideo Regina Conſtantia ei denuntiauit quadam Feria ſexta benè manè: ipſi moriendum eſſe, ſicut Conradino accidiſſet. Prouideret ergo animæ ſuæ. Reſpondit Princeps: ego verò æquo animo mortem oppetam eo die: quo etiam Saluator noſter Ieſus Chriſtus, pro nobis oppetijt mortem. Quo reſponſo cognito: Regina religioſa & prudens. Si ipſe, inquit, propter hunc diem æquo animo mortem oppetere paratus eſt: ego etiam propter illum, qui eo die mortem oppetijt, ipſius miſerebor. Ita Carolus eſt conſeruatus: idq; tanta cum laude mulieris: quanta cum infamia pater illius Carolus, antea adoleſcentem Regium Conradinum ſuſtulerat. Notabilis hic eſt exitus: qui meritò animum lectoris, voluptate excellentis miſericordiæ matronæ Sueuicæ expleat.

Mort, ex triſtitia.

Caroli iunioris conſeruatio per Conſtantiam Reginam, Manfredi filiam.

Arx Herboltſtain comitis Helffenſtainij, à R. Rudolpho fuit obſeſſa. 5. Stumpff. 6. Rudolpho bellum fuit circa hæc tempora, cum comite Sabaudiæ: cui oppida Paterniacum & Moratum, ope Bernenſium & Friburgenſium eripuit. Antea tamen circa Moratum ab equo deiectus, in lacum inſilijt armatus: ac miro corporis robore euaſit. Inde ab Hartmanno de VValdeck eductus, Friburgumq; delatus: auxilio ſoceri ſui Bernhardi de Hohenberg, milites ex omni Sueuia collegit: in hoſticum reuerſus, amiſſa recuperauit: & prædicta oppida cepit. Cuſpin. & Vignier.

Herboltſtain. Sabaudia. Hohenberg. Bernhardus.

Eodem anno, poſtremus Marchio Burgouienſis obijt, D. Henricus: in VVettenhuſano Monaſterio, 982. Chriſti fundato. ſepultus. Bruſch.

Burgouienſ. Marchio vltimus.

Henricus Remp. ius ſuum, quod habuit in villa Berg, & infraſepta eiuſdem villæ, in domibus, agris, & ſyluis, vendidit Bebenhuſanis, 41. libris, & 5. ß. Halln: conſentientibus Dominis feodalibus, Cunone & Rumboldo de Griffenſtain: qui etiam omne ius ſuum, ſalutis animarum ſuarum causâ, eidem Eccleſiæ contulerunt.

Rempius Henricus. Greiffenſtain.

Conradus dictus Strauue ſenior, Erneſtus Rector Eccleſia Metzingenſis, & Suiggerus de Stöffeln, iuniores, donarunt eiſdem omnia ſua bona, quæ habuerunt in Æchterdingen. M. Scr.

In Sindelf. libro de hoc 1283. A.

In vigilia Natiuit. Domini ſepultus fuit Dux Ludouicus de Deche. Intelligo Teccenſem Ducem. Maij 13. (die Gangolfi) vineæ frigore perierunt. Poſtridie Vlrici, de nocte grando plurima damna in multis locis dedit. Caſtrum in Boltringen, circa Iacobi deſtructum eſt.

Boltringen.

Comes Vlricus de Aſperch obijt die Oſualdi R. & Bebenhuſæ ſepultus eſt in Pomærio, die Martyris Afræ. Hæc, ibi.

In Oriente, circa hoc tempus factus eſt II. Rector ex Palæologina gente, IMP. CAES. ANDRONICVS SENIOR PALAEOLOGVS, P. F. Aug. ad annos 50.

Andronicus Senior, Imp. Orient. II.

Anno 1284. Dominicâ Septuageſimæ, Rex Rudolphus alteram vxorem duxit, filiam Othonis comitis Burgundiæ, Agnetem (al. Eliſabetam) puellam venuſtiſſimam, 14. fortè annos natam, ipſe adoleſcens annorum fortaſſe LXVI. Nuptiæ Regali magnificentiâ, Baſileæ inter Pentecoſten & ſolſtitium æſtiuum celebratæ: præſentibus multis Epiſcopis, Principibus, comitibus, nobilibus: multo cum exercitio equeſtrium ludorum, & alia omnis generis hilaritate digna. Sed amœniſſima nullum fructum arbuſcula protulit. Ideo, marito defuncto, in Burgundiam rediit.

Secunda Rudolphi Cæſ. vxor.

De hoc coniugio, VVurmlingenſis Cunradus hæc ponit. Regina, filia Ducis Burgundiæ, copulata fuit Regi Rud. in 2. veſpera Blaſij martyris.

Eodem anno (inquit Presbyter Siffridus) vir quidam ſenex vênit Coloniam Agrippinam: aſſerens, ſe eſſe Fridericum II. Imp. qui ante 33. annos mortuus fuerat. Is inde eiectus, receptus eſt à ciuibus Nuſiæ: ſed anno ſequenti crematus eſt VVitzlariæ. Alibi ſic de ipſo inuenio: Hoc anno Tile Kolup (al. Fridericus Holſtuch) ſe fingit Fridericum II. quaſi hactenus diu peregrè abfuiſſet. Defecerant iam aliquot Principes ad eum: nec pauci ex nobilitate, qui malis moribus erant, rebusq; nouis delectabantur. Colmaria ipſum receperat: quæ idcirco poſtea multo auro mulctata fuit à Cæſare. Fuerat ille quondam in Aula Imp. Friderici. Hinc multorum arcanorum gnarus, hominibus egregiè imponere norat. Agebat in oppido VVetzflæ ter: iubens R. Rudolphum ad ſe venire: ac feudum ſuarum poſſeſſionum à ſe recipere. Ibi ergo

Pſeudo Fridericus. Tilecolupius.

obsessus & captus est, iussu Cæsaris, ab Henrico Marescalco Calatini generis: ac denig. Fridenbergæ combustus. Auentinus, Fridericum Stuphium vocat: manium eliciendorum gnarum, Inferosq. cogendi peritum: qui vultu Imp. Fridericum II. referens, se eundem esse prædicauerit: opesq. ingentes, quas atri spiritus subministrauerint, Veteranis ad se confluentibus largiter distribuerit. Fuisse admodum comem atq. affabilem: quos pecuniâ non potuerit, blandicijs conciliasse sibi. Plerag. secreta militibus & equitibus, qui sub Friderico meruerint, Geniorum disertorum instinctu memoriter recitasse. Iudæos atque Christianos, nobiles Rhenanos, vulgus promiscuum, ciues & agricolas (ἡ γὰρ ἀνθρωπίνη φύσις φιλοκαινότομος: animi mortalium, rerum nouarum auidi) conuolasse. Illum populo congiarium, militibus donatiuum, elargitum esse. Iamq. indies magis magisq. copijs auctum, timeri potuisse: & Imperatorum more conuentus agere celebres, primò Nouesij, deinde Agrippinæ, cæpisse. Cæsarem igitur Rudolphum, cum exercitu Coloniã petijsse: Pontificem ad officium coëgisse: vectigalia vindicasse: quamuis iniuriam sibi Episcopo fieri clamante. Fridericum verò interim in regionem cattorum elapsum esse: apud VVetzflar se muniuisse. Rudolphum, castris eò translatis, vrbi minatum esse excidium, nisi impostorem dederent. Traditum ab oppidanis, impietatis condemnasse: deinde ligatum ad palum, concremari iussisse. Ecce stultæ ambitionis ἀξιώτατα ἐπίχειρα, dignissima præmia.

Combustus.

Hastiludium 15. Ratisbonæ.

Ponit hoc 1284. anno Ryxnerus, quintum decimum generale certamen ludicrum: nobilium Sueuorum, Bauarorum, Rhenensium, & Franconicorum. Actum est Ratisbonæ, hebdomade proximam Dominicam post 5. Michaëlis secuta.

Reges, erant hi quatuor equites.

Franconicus, Conradus Schenckius Schvveinisbergius. Bauarus, Ioannes Fravvenbergius. Sueuus, Sigismundus Rietheimius. Rhenanus, Conradus Seckendorffius.

Sueui præsentes.

Fronsperg. Georgius Marescalcus ex Calatinis, eques. Georgius de Freundsperg. Georgius de Riethaim. Andreas de Freiberg. Vitus de Rechberg. Magnus Marescalcus de Bappenhaim. Conradus Schellenbergius. Ioannes de Bodman. Conradus Hirnhaimius eques. Et alij.

Stauffeneck. Adelberg. Eodem anno, Erhardus Canonicus Constantiensis, & Ludouicus de Stauffeneck, fratres, filij Friderici Stauffeneccensis: Adelbergensibus bona quædam in VVangen & VVelden, à patre Friderico vendita, ac decimas in compensationem damni ijsdem illati datas, confessi sunt, & confirmarunt. Interfuit huic actui (inter alios minus spectabiles testes) Magister Vlricus, Notarius nobilis viri Hermanni, Ducis de Tegge.

Teccens. Hermannus.

Tubing. comites. Eodem tempore, Albertus dictus de Ebersperg, aliquid Adelbergensibus denauit. Otho & Ludouicus, Hugonis filij, comitis Palatini de Tuvvingen, viuebant: qui omnes contulerunt Ecclesiæ Bebenhusanæ molendinum in VValdeck.

Teccens. Conradus. Kirchaim. Dux Conradus (intelligo Teccensem) hat denen von Heiningen Marck recht vnd freyheiten erlangt (Heiningensibus tus municipij, & libertates, impetrauit) gleich den Freyheiten/ die Freiburg im Brisgaw hat. Ipse quoq. Kirchaimum muro circumdedit.

Syndelfinga. Syndelfinga (quondam, Villa dicta) hoc 1284. anno, à Pentecoste per annuum spatium, muro fuit munita vsque ad quartam partem, Beblingam versus: & iura ciuitatis accepit.

Gamundia. Oppidi Gamundiæ consul primus reperitur Bernhardus Klebzagelius. è schedis M. Scr.

Isna. Oppidum Isnam, & vnà cœnobium, hoc 1284. anno ignis sustulit. Idem verò cœnobium, ab Abbate Henrico Brunouio egregiè est instauratum, & 1288. à Tullensi Episcopo Cunone consecratum. Brusch. Crafftio Hirsaugiensis Abbas, & conuentus, vendidêre Bebenhusanis omnes possessiones: quas habebant apud oppidum Bunnenkain, & in Battenhain. M. Scr.

Bunnenkain. Binnicken.

Mompelgart. Comes Reinhardus de Mympelgart, tres suorum ciuium cepit: qui se redemerunt 40. millibus librarum. Fast. Colm.

Frisonum cædes. Filius VVilhelmi, Rom. antehac Regis, interfecit 1400. Frisones: eripuitq. eis corpus patris violenter.

Arces prædonũ, deiectæ. R. Rudolphus, circa Festum S. Martini destruxit quinq. castra prædonum Sueuiæ: vbi VValdecke nominatur. Ibidem.

Plura particularia de hoc 1284. A. in Sindelf. lib.

Entringen. Liebenzell. Post Natiuit. Domini obijt N. comes de Furstinberch. Traditum fuit castrum Entringen comiti Friderico, die Cath. Petri. Sed 15. Kal. Maij: eiectus inde est à Marquardo. obijt comitissa de Baden, in castro Libincelle, XI. Kal. Maij.

obijt

Obijt comitissa de Zaphilstan, relicta Simundi comitis de Grauanbruch, in vigilia Cath. Petri. Fort. Rauenspurg. Translata fuit S. Renfindis nonis Maij, vel in crastino Iohannis ante portam Latinam. Rex Rud. die Iohannis Bapt. maximas nuptias filio suo celebrauit Basileæ. Et nuptias in castro Gruningen, filio suo, Albertus de Hohinberch, Festo ad Vinc. Petri: Rege Rud. præsente, & Ludouico atq; H. Bauaris fratribus. Regina (Rudolphi R. vxor) venit VVimpinam ante S. Galli. Zauelstain.

CÆSAR RVDOLPHVS, ESSELINGENSIBVS FAVTOR. IVDAICI Iurisiurandi ritus. Libertas Italiæ, à Germanis. Rursus de Eberhardi VVirtemberg. bello cum Cæsare Rudolpho. Ibi, comites Tubingenses. Arx Achalma, ad VVirtembergicos. Bebenhusiorum incrementa. Tybingensis Probi, qui Tullensem Episcopatum gerebat, animosum factū. Albertus, Turingiæ Langrauiæ à filio captus. Nobiles plures Sueuiæ Hyems calida.

CAPVT IIX.

ANno 1285. Rudolphus R. amplificauit cœnobium Dominicanorum, vel Prædicatorum, Esselingæ: quâ id spectat ad Nicrum, & Parochialem Ecclesiam. Darzu eingeben den Flußthurn/vnd garten. *Quo anno, etiam iura ciuitatis data esse Esselingensibus, dicitur. Sed eos ego iam antea habuisse, nunc verò confirmata fuisse, credo. Comitissa quædam Landauiensis, maritum habuit comitem Aichelbergensem.* Esselingæ Dominicani.

Diemo Herter, & Dietherus frater eius, Rector Ecclesiæ Tusselingensis, assensu comitum Tubingensium (nominantur Gœtzo. & Gottfridus cognomento Bæblinger) Bebenhusijs vendiderunt omnes suas apud Hauuenstain possessiones, cum omnibus pertinentijs & iuribus, 144. libris Hallen. monetæ. Herteri. Tusselinga. Tubing. comites.

Iisdem vendiderunt eodem anno, Dietricus & Diemo fratres, filij quondam Alberti, militis de Stainhulvven, omnia bona: quæ habebant in Parochia villæ VVurmlingensis, LV. libris Hallen. M. Scr. Stainhulben.

Augustæ Vindelicor. mos Iudæorum in iureiurando, apud Senatum Prætoremve, ab hoc anno deinceps hic erat. Iudæus, à quo iusiurandum exigebatur, ponebat manum dextram in Mosis Pentateuchum, in sua Synagoga: ac testabatur, se tam bona fide veritatem in negotio proposito professurum: quàm vellet, sibi Deum omnipotentem adiutorem esse. Id se per legem, quam Dominus Deus Mosi in monte Sinai, lapideis tabulis, sibiq; & omnibus Iudæis, dedisset, atq; per præsentes quinq; Mosis libros, iurare. Hic iurandi ritus, hoc 1285. anno primùm Iudæis est Augustæ impositus: VVirceburgo (misso ab Augustanis illuc cum literis Pistore quodam) allatus. Ex Achille Gass. Iudæorum ritus iurandi.

Ex libro Sindelfing. de 1285. anno, breuia & obscuriora particularia vt solet.

In purificatione, de nocte Marscalkus captus fuit: & anno 1311. 11. Kal. Iun. ante castrum VVirtemberg, cum multis alijs occisus. Syndelphingæ, grando 10. Kal. Iun. damnosa: & pestilentia facta buum, ac mel carum. Die Margaretæ, ciues Louinberch (Leonbergæ) capti sunt à ciuibus de Grüningen.

Anno 1286. Cæsar Rudolphus, Cancellario suo in Italiam misso, populos ibi pecuniâ accepta liberos fecit. Lucenses 12. millia nummorum aureorum dedère: Florentini verò, 6. millia. Sic aliæ pleræq; ciuitates, nummis in libertatem se vindicarunt. Tritenh. Italicorum populorum libertas vendita.

Hoc demum anno, Nauclerus vult VVirtembergensi Eberhardo bellum (quod suprà 1282. percurrebamus) cum Rudolpho R. & Esselingensibus, & comitibus Achalmensibus atq; Teccensi, fuisse. Sic etiam in Fastis Colmar. legitur: Rex Rudolphus 1286. obsedit plusquam XX. septimanis castellum, quod dicitur Stutgart: quod situm est prope Esslingen. (vno milliario inde.) Et tædio affectus, composuit cum Domino de VVirtemberck. Sic & in M. Scr. lego: Albertus, comes de Achalma, vnà cum ciuitatibus Imperij, anno 1286. Eberhardum cognomine Illustrem, comitem VVirtembergensem, bello adortus est. Eo mortuo: ACHALMA ad VVirtembergenses deuenit, hodieq; tenetur. Stutgardia castellum. Achalma, VVirtembergensium.

Sed pacis conditiones, quas posterius ex Germanicis literis Regis Rom. Rudolphi reperi, breuiter subijciam: vnde & tempus certius, & plures aliæ res, cognoscentur.

1. *Ignoscat comes Eberhardus, & socij eius, omnibus illis: qui eis damna intulerunt,* in diesem vrloge (*bello*) vnd Vehde. ἀμνησικακέιτω.
2. *Ipsi sint eo iure, quo fuerant ante bellum:* seit der Süne (*amica transactione*) die jüngst zu Vlm gemacht ward. *Sic etiam Cæsar Rudolphus, & sui.*
3. *Dimittant omnes captiuos, liberos:* Sie sepen außgebürgt/oder nit. *Idem faciat Cæsar.*

4. *Illius Bernhusani causâ, qui interfectus est,* **sollen wir kein vnmünne (Feindschafft) haben**: *nisi cædes consultò facta sit. Tunc enim percussor iuri sistatur.*

5. *De lite, quæ est inter VVolframum de Bernhusen, & Diepoldi piæ mem. liberos, bini sequestres deligantur vtrinq;,* **vnd ein Obman** (*prætor*) *qui illos transigant:* **entwerders nach Münne** (**in der güte**) **oder nach recht.**

VVitlingen. Rembs.

6. *Idem Comes Eberhardus duo Castella,* **Wittlingen vnd Rembs**/ *tradat Henrico de Burgou, comiti Burckhardo de Hohemberg, & Schvviggero de Gundelfingen: omnibus his, aut duobus horum trium: vt custodiantur per biennium: ad cauendum, ne quid contra transactionem comes Eberh. agat.*

7. *Dux Teccensis, & comes Albertus de Haigerloch, & omnes ipsorum socij,* **sollen gentzlich versöhnet sein**: *amicitiam cum Eberhardo colant, omnibusq; socijs eius.*

8. *Reddat Eberhardus, quicquid debet, tam Iudæis, quàm Christianis: Cæsariq; oppidum Stutgardiam tradat, muris deiectis.*

9. *Vlricum de Helffenstain, etiam in gratiam recipimus. Causa inter ipsum, & inter Comitem Albertum, Palatinumq; Tuvvingensem, transigatur. Nec Vlricus damnum inferat Monasteriis Anhusano & Herbrechtingensi: sed illo tempore, quo citatus à Cæsare fuerit, de illis respondeat. At etiam & Christianis, & Iudæis, satisfaciat.*

10. *Etiam Zollerensis, & liberi eius, veniam à nobis habeant. Inter eos, & comitem Albertum, transactio fiat per duos delectos:* **Vber welche Obman seyen.** *Burggrauius Noribergensis, & comes Oetingensis. Quâ facta, vtrinq; captui dimittantur.*

11. *Vlrico Montefortensi gratiam suam Cæsar promittit: inter quos ambos controuersiam, quæ est, transigant comes Oetingens. & comes Rudolphus Montefortensis,* **nach münne/ oder nach recht.**

Landouius Conradus.

12. **Conrad von Landow/ sol auch vnser Huld haben**: *Inter quem & comitem Albertum, vt res transigatur: bini arbitri sumantur,* **die sie Vermünnen. Finden sie aber kein Münne da: Was sie dann rechts zwischen jhnen sprechen: Daran sollen sie sich genügen/ vnd beyder theil stend halten.**

Appensum est tum Cæsaris, tum comitis Eberhardi Sigillum. Etiam iurarunt, se has conditiones seruaturos, Fridericus comes Zolleranus, Vlricus C. Montefortensis, Vlricus C. Helffenstainius. Qui tres cum sua sigilla tunc secum non haberent: rogatu ipsorum interea signarunt, Burggrauius Frider. Noribergensis, **fur seinen Vettern Graff von Zollern**: *& comes Rudolphus Montefortensis, pro fratre suo Vlrico: atq; Fridericus de Truhendingen, pro Vlrico Helffenstainio.*

Acta sunt hæc anno 1286. Pridie D. Martini Stutgardiæ.

Bernhusa.

Cum mentio Bernhusensium suprà in his literis fiat: sciendum est, pagum Bernhusam cum pluribus alijs vicis, hodie pertinere ad præfecturam Stutgardiensem, situm in regione campestri, **auff den Feldern.** *Nobilium ille pagus olim fuit. Ex quibus anno 1279. Fridericus, Friderici equitis F. vixit: & 1475. VVilhelmus de Bernhusen.*

De quo bello, 1286 gesto, particularia hæc, in Sindelfing. collegij libro ad verbum fere habentur. Marchio Hermannus de Baden, & filij eius, habentes plus sex millia armatorum, equitum & peditum: cum Burcardo, comite palatino, pugnarunt prope castrum Altinstage: vbi multi capti & interfecti sunt, in vigilia Kiliani. Traditum est castrum Altinstache, ante Assumpt. per illos de Bulo, & dominos castri.

Bellũ inter Cæs. Rudolphum, & VVirtemberg. Eberhardum.

Eodem anno Rex Rudolphus, post Festum S. Renfindis, venit Ezzelingen cum exercitu. Expugnauit Canniſtat, Brihe, & Berge, septem castra: atq; igne castra destruxit. Deinde, cum filio suo maiore iuit vsq; Buchesbach, & vsq; Giselingen. Ibidem moratus fuit. In Assumptione. Die Assumpt. Ebirhardus de VVirtemberche, & Gothofridus de Bobelingen, comites, habuerunt conflictum cum ciuibus in Ezzelingen, prope Durinkam. Ibi multi occisi & capti fuerunt. Infra Octauam Assumpt. afflicta sunt hæc. Villa Bondorffe, molendina Herrenberch, Horvve prope Ezzelingen, Bliningen, Berchen prope Ezzelingen, Bernehusen, Blarinhart, & alia: rapinis, incendijs, cædibus: per Marchionem de Baden, comitem Bernhardum, Palatinum Gozzonem, Ebirhardum, & comitem de Vahingen. Die Bartholomæi, VVilha & Echterdingen. Rex post diem Dionysij venit Ezzelingen: & ibi stetit vsq; post Omnium Sanctorum, cum Archiepiscopo Moguntino, destructo castro Bliningen. Et Eberhardus de VVirtemberch, &

Gothefridus

Gothefridus de Bebelingen, comites: castra eorum (sua) in VValhusen, Remeshe, VVithelingen, & Rossecke, in pace Regi præsentarunt.

Feria 6. post Martini, erat capitulum (Canonic. Conuentus) in Ezzelingen: quia de Sindelphingen egressum: & duos annos ablata ei fuit decima. Hæc, ex illo libro. Ita comites Tuvvingenses, hoc & alijs bellis exhausti videntur: vt postea oppida tunc vendere coacti fuerint. Inuenerant VVirtembergensem, Burcardus & Gottefridus.

Item ex eodem illo libro, alio in loco.

Anno 1286. multa damna post Epiphaniæ, incendijs & rapinis, illata sunt comiti Eberhardo, in omnibus bonis. Rex Rud. curiam frequentem Augustæ, die Fab. & Sebast. celebrauit. In cath. Petri, in Ezzelingen reconciliauit comitem Eberhardum de VVirtemb. & comitem Albertum, & comites de Decke, atq; eorum complices. Cœmeterium Nuvvertingen (bello recrudescente) destruxit post Exalt. crucis, conuentu antea Vlmæ acto. In crastino Natiuit. B. Mariæ, villam VVile in Scambuch comes Eberhardus totaliter destruxit de VVirtinberch, dictus Koche: & C. de Custerdingen, & C. de Dissingen: & balistarij, & serui comitis de Helphenstane. Item sex domus & horrea, fœnum & auenam, ac speltam, meam ac filiastri (inquit Sindelf. Scriptor) & omnia vtensilia nostra, incendijs & rapinis destruxerunt. Rex, destructo cœmiterio Huvvertingen, ante Matthæi Apost. vallauit ciuitatem Stucharten, in crastino Mauricij, cum magno exercitu. In secunda vespera cosmæ & Damiani, Diepoldus Berencherhen (lego, de Bernhusen) occisus fuit, multi capti, & equi plurimi occisi, prope Hedelphingen. In Octaua Galli, Episcopus Moguntinus Stucharten cum magno comitatu vênit, in auxilium Regis. Eodem die fuit conflictus inter comites Burcardum, & Fridericum Schalginge (non potui aliter hoc legere vetustate ferè obliteratum) ac multi interfecti fuerunt, & capti, ex parte comitis Br. atq; Alberti com. de Hohinburch, qui tunc fuit Stucharten.

Tandem Martini Festo Rex recessit, muro eius ciuitatis destructo: alijsq; munitionibus Regi assignatis à comite de VVirtinberch. Comes Albertus, cum multis comitibus, in 2. vespera Bricij vênit Sindelphingen: pauca ordinauit: statim redijt ad Regem Ezzelingen versus. In vigil. Katrine, Rex Rud. venit ad nuptias comitis Rudolphi, Scerer dicti. In crastino Spiram iuit ad Cardinalē. Item comes Eberhardus Scerer, nuptias celebrauit Vahingen cum sponsa sua, in 2. vespera Cunradi Episcopi Constantiensis, multis præsentibus. Ante Natalem Domini, Rex Rud. venit Hohinberch & Rotevvile. Ibidem Festum natale celebrauit, comitem Albertum, & comites de Callere (Zolre) reconciliauit. Aduocati nostri (de comitibus Tuvving. inspergens, inquit Scriptor) totam decimam nostram Sindelphinge, in annona huius anni acceperūt: & vsq; Michaëlis consumpserunt. Hac, hactenus. Transeo nunc ad alia.

Sifridus, nobilis ab Elrichshausen, Ostrofrancus, electus est Episcopus Augustanus: optimeq; 2. A. præfuit. Emit Episcopatui arcem Pfershaim, vrbi Augustæ vicinam. Brusch.

Fridericus, miles de Beringen, consentiente filio suo Cunone, donauit quædam Adelbergensibus, per manum Domini sui Eberhardi, comitis de Spitzenberg. Testes: Nobilis vir EBERHardus, comes de Tockenberg. Eberhardus, comes de Spitzenberg. B. Miles de Hefingen. H. de Stouffenberg. Marquardus de Beringen. C. de Isingen. Beringen. Spitzenberg. comes. Tockenberg.

Domini de Bodmen, partem suam Ecclesiæ Feldkirchensis, capitulo Curiensi totam resignarunt: alteram partem, Schellenbergenses eisdem: consentiente Gözzone (Gottfredo) comite Tubingensi & Beblingensi: qui prædictis in feudum concesserat: cùm ius patronatus ad eum antea directè pertineret. Bodmen. Tubing. Gözzo.

Eodem anno Pont. Honorius IV. confirmauit Scripto Bebenhusanis omnia ipsorum priuilegia, libertates, exemptiones secularium exactionum: anno sui pontificatus 1. Idem fecit postea Nicolaus IV. anno sui Pontific. 4. Bebenhusa.

Eodem 1286. anno, Eberhardus comes de VVirtemberg, libertauit (libera fecit) Monasterio Bebenhusano omnia bona: quæ id tunc habuit in Stutgarten: deditq; libertatem eis ædificandi torcular in eadem ciuitate. M. Scr.

Obijt eiusdem anni 7. idus April. Heinricus de Cannistat, Sindelfing. Ecclesiæ Canonicus: qui 1272. Rudolpho palat. Tuvving. successerat.

Franciæ vel Galliarum Regnum consecutus est PHILIPPVS Pulcher, Philippi F. quiregnauit A. 28.

Anno 1287. (quo Natiuitatem Domini Rex Rud. in ciuitate Rotvvila celebrauit) mu-

Stutgardiæ murus.

rum Stutgardiæ, qui superiore belli inter Rudolphum R. & VVirtembergensem comitem Eberhardum transactione deiectus fuerat, reparatum ego coniecturâ quadam crediderim. Muro enim cinctam hoc anno VVidemannus. Stutgardiam annotauit. Quod non intelligendum est, quasi antea nunquam murum habuerit: sed quòd, cùm is destructus fuisset, tunc refectus fuerit.

Eberhardus & Rudolphus, comites Tuvving. filij Rudolphi dicti Scherer, terram suam & hæreditatem diuiserunt in Tuvvingen, nonis Maij, indict. 15. anno 1287. præsentibus multis. Sindelf. libro.

VVolframus de Bernhusen vendidit Bebenhusanis 80. libris ius Aduocatiæ oppidi Vtinginhusen. M. Scr.

VValdsassensis Eremitanus in Nariscis Abbas XII. Ioannes II. accepit priuilegium à Rudolpho Imp. Viennæ 1280. & alterum VVimpinæ 1287. anno. Brusch.

Chorus Templi in Cæsariensi Monasterio, campanili quater de cœlo tacto, arsit 12. Kal. August.

Honorius papa misit in Germaniam Cardinalem Tusculanum: qui Herbipoli, præsente R. Rudolpho, quartam partem omnium prouentuum, per quadriennium postulauit. Multis ergo Archiepiscopis, Episcopis, & Prælatis (ὑπερτίμοις) trementibus: ecce tibi insperata τῶ κακῶ λύσις, mali depulsio. Surgens enim Probus, Episcopus Tullensis, ordinis fratrum Minorum, quondam Lector Constantiensis, ex oppido Tybinga oriundus: stans super Baptisterio, nuper in Ecclesia Herbipolensi ædificato, contradixit pro omnibus. Factum in media Quadragesima: præsente Præposito Ecclesiæ S. Martini in Sindelfingensi oppido: qui nomine capituli in expensis consumpsit XV. libras Hallen. Idem Probus, Episcopatu postea deiectus, in ordinem suum restitutus est. (Papa scil. illud Mœonidæ vsurpante: πουλυδάμα, σὺ μὲν ὄκριτ' ἐμοὶ φίλα πάντ' ἀγορεύεις) Naucler.

Probus Tubing. Tulleum Episcopus.

Auentinus autem rem copiose explicat lib. 7. Ioannem Tusculanum illum, à Pont. Honorio venisse postulatum: vt Cæsar Romam veniret: Augusti cognomen susciperet: Campaniam, Apuliam, Calabriam, Siciliam, pulsis Gallis & Hispanis, Imperio atq; Germaniæ assereret. Ideo à Cæsare, & Sacrificio Romano, 21. die Quadragesimæ coactum esse Herbipoli conuentum Ecclesiastici cœtus. In Templo considentibus: Tusculanoq; mandata Papæ aperiente: ac speciosa oratione persuadere conante: ab Agrippinensi Legato contradictum esse. Cui cùm diras Tusculanus diceret: Sacerdotes & Monachos prosilientes, reclamasse, & perstrepuisse. Tusculanum, metu mortis opem Cæsaris imploransse: comites eius, tanquam de Domino suo actum esset, diffugisse: ipsum à Magistro equitum, & armato milite, iussu Cæsaris in ædes sacras irrumpentibus, metu exanimem ad diuersorium deductum esse. Probus Franciscanus (inquit Auentinus) Episcopus Tullensis, TVBIORVM oppido in Suevia ortus, S. litterarum interpres: cuius tum clara facundia, atq; pollens erat: in labro lustrico consistens: quousq;, collegæ charissimi, inquit, Romulei isti vultures, patientia nostra, ne dicam stultitia, abutentur? Quousq; eorum flagitia, auaritiam, superbiam, luxum, tolerabimus? Non cessabit hoc genus Archisynagogõn pessimum: nisi omnes ad egestatem & seruitutem durissimã redegerit. Discordia nostra hoc malum creuit: discordia nostra illi nebulones tuti sunt. Nec vnquã quandiu illi salui fuerint, » Christianis festam pacem seruare, ab armis feriari, pietatem inter se colere, licebit. Nuper Sa- » xones atq; Suevos (Philippum & Othonem) inter se commiserunt. (συνίβαλον.) Deinde diuum » Fridericum secundum, Reipub. Christianæ vtilissimum, Conradum quartum, Suevos, atq; op- » timos Principes, Imperio simul atq; vita priuarunt. In Germania discordiæ malo, Satanæ & » Anti Christi Satrapæ seminarunt. Conradum postea, insontissimum, immeritissimum, & op- » timæ indolis adolescentem, prolem Diuorum: iure gentium, hæreditatem repetentem: fraude & dolo interceperunt, ac crudelissime necarunt. Suevos atq; Francos Vestriacos (occidentales) inter se armis, veluti spectaculum sibi ac paria componentes, commiserunt. Deinde aduersus » hos, Hispanos concitarunt. Nunc nos aduersus Galliæ atq; Hispaniæ Proceres, cognatos nostros, » ex Germania quondam profectos, concitare nituntur. In memoria habete, quid ante 12. annos » ille sanè egregius Decimus (Gregorius X.) cum decimis egerit. Idem Quartus (Honorius IV.) » cum quartis agit. Vt illas Gregorius vigilantissimus à nobis emungeret: Scythas, Arabes, Tur- » cas, in nos armauit. Mentiar, nisi hosce (nempe maximum vectigal) magis saluos, quàm nos, » esse velint, &c. Proinde, patres Christo deuotissimi, expergiscimini, consulite, succurrite rebus perditis,

Oratio illius cõtra expilatores Romuleos Germaniæ.

Conradini interfectores.

pudicitiæ, resipiscite, atq; capessite Rempub. Maiores nostri, immunes Imperij, tamen Romanos, gentium victores, rerum dominos, orbis terrarum domitores, non tulerunt: sed armis Imperium eorum soluerunt. Nos pueris atque effœminatis (ne quid grauius dicam) æquo animo seruimus? Qui sit iste Tusculanus: non sum nescius. Aurisuga est, venalis fœnerator, perfidus, vile pecuniæ mancipium. Ego minas eius floccifacio: senatum totius orbis Christiani appello. Hæc, ille. Collaudata fuit ab omnibus sententia eius: & re infecta concilium solutum est. Aurisugæ pontificij.

Das kunte der Tybinger.

Episcopus Basilienſis Petrus, villas Montisbeligardi comitis Reginaldi vastabat. Comes de nobilioribus & ditioribus militibus eius, plus L. cepit. Inde natum est Rudolphi R. bellum in Burgundiam: de quo suprà dictum est. Sed duo hi Scriptores, ad hunc annum referunt: Colmariensis anonymus Chronographus, & Basilienſis lib. 3. cap. 2. Germanici operis Vrstisius. Quo anno & Conradus, comes Græningensis, Hartmanni Landauiensis dicti (1273. mortui. sup. 2. Dodec. lib. 9. cap. 5.) filius, in obsidione Campani oppidi Schalonæ interijt, idibus Maij M. Scr. Mompelgard. Reginaldus. Gröning. Conradus.

Obijt 1287. 4. Nonas April. Mechtildis: de Bernehusen, vel de Bihingen, dicta: cuius mater Hedvvigis 1271. 4. Nonas Iun. obierat. Dormiunt circa medium capellæ O. Sanctorum. Anniuersarios sibi emerant. Sindelfing. libro.

Bernæ Heluetiorum, cùm puer ab Iudæis interfectus esset clanculùm: eorum multi supplicio rotæ affecti sunt: cæteri, vrbe expulsi. Ab his incitatus R. Rudolphus, vrbem 30. millibus bellatorum obsedit: sed re infecta discessit. Anno verò 1289 à Rudolpho Regis filio, Bernates in insidias pellecti, graui clade affecti sunt. 3. Munst. 72. Iudæi, puniti. Berna vrbs, afflicta.

Turingiæ Landgrauius Albertus (qui Friderici II. filiam, vxorem suam, iniquè tractauerat: vt antehac scriptum est) filium suum Albertum (al. Ludouicum, cognomine Apicium, Apetz) quem ex Cunne Isenbergica susceperat, contra primos duos legitimos filios ditabat. Ideo à Friderico filio captus est: sed intercessione Principum, iussuq; Imperatoris, dimissus. Histor. Landgr. Turing. Albertus Turingus, à Friderico F. captus.

Anno 1288. viuebat VVernherus, Zimbrensis comes, post Albertum comitem, qui 1255. fuerat. Vxores VVernheri, Anna Dapifera à Rordorff: & Brigita, Baronissa Gundelfingensis 3. Munst. 326. Cimbrenſes.

Die Cathedræ Petri, Rudolphus Tuvving. comes Scherer. Malmischaimi fuit vulneratus, & LVI. à Trutvvino Hemelinch (al. Hemling) de Guppingen. Inter illum Rudolphum, & præpositum Sindelfing. post conuersionem Pauli fuerat transactio facta. Proxima deinde die post translationem S. Benedicti, maxima tempestas vineas, agros, homines, grandine & aqua afflixit: Etzelingæ, Butisbachi, & alibi. Rex deinde vênit Etzelingam, post O. Sanctorum. Inde, Halphunnen (Hailprunnam intelligo) post Martini. Deinde, in Stouphen, castrum suum, & Gaymundiam: ad nuptias Alberti comitis, & Marchionis de Burgou, Festo Clementis Papæ. Sindelf. libro. Cuppingen. Hohenstauffen.

VVolfhardus, nobilis à Rot, Sueuus, Sigefridi Episcopi antecessoris sui frater vterinus, natus, & LVI. à Trutvvino Hemelinch (al. Hemling) de Guppingen. Inter illum Rudolphum, & præpositum Sindelfing. post conuersionem Pauli fuerat transactio facta. Proxima deinde die post translationem S. Benedicti, maxima tempestas vineas, agros, homines, grandine & aqua afflixit: Etzelingæ, Butisbachi, & alibi. Rex deinde vênit Etzelingam, post O. Sanctorum. Inde, Halphunnen (Hailprunnam intelligo) post Martini. Deinde, in Stouphen, castrum suum, & Gaymundiam: ad nuptias Alberti comitis, & Marchionis de Burgou, Festo Clementis Papæ. Sindelf. libro. Rotus nobilis

Monomachia. *Bernæ Helueticæ duellum fuit 5. Ianu. inter virum & mulierem: in quo mulier, victrix euasit. 8. Stumpf. 6. Octaua Epiphaniæ vênit Mercator quidam Basileam, aduehens vinum*
Cyprium vinum. *Græcum, seu Cypri: deditq; bicarium eius vini 5. solidis: & quartale 1. libra: quod vsq; ad id tempus fuerat incognitum. Chronic. Colmar. Bicarium, becher.*

Bappenhaimij. *Anno 1289. Henricus & Hiltebrandus Bappenhaimij viuebant: Romani Imperij, & Ducatus Sueuiæ, Marescalci. Matth. Bapp.*

Achalm. *Post Annuntiationem Rex venit Ezzelingam. Subitò inde recessit. Multa facta sunt hoc anno per desponsationes in castro Achalme. lib. Sindelf.*

Comitum nobilium interitus. *Misere obijsse vno tempore apud Nigram Syluam dicuntur à Tritenh. hi sex comites: Emicho Liningensis, Dietherus Katzenelenbogensis, VValtherus Gerodes Eckensis, Gerlacus senior de Lympurg, & quidam de VVelingen, denig; quidam de Reineck.*

Tubing. Palat. Eberhardus. Iesingen. *Eberhardus, Rudolphi F. Palat. Comes de Tubingen, dictus Schærer, omnes suas Vineas apud Iesingam, & alia: item Dominium aduocatitium & competens in bonis apud Lachum, &c. de consensu fratris sui Rudolphi, cœnobio Bebenhusano vendidit 104. libris denariorum Hallen. monetæ.*

Tecc. Hermannus. *Hermannus, Dux de Teck, renuntiauit iuri Aduocatiæ, seruitio & exactioni, quæ ei competijt in bonis in Heiningen: à quibusdam Adelbergensibus donatis.*

Otzvvil. Ovve. Gisenack. *Suiggerus de Otzvvil, miles: Albertus & Hugo fratres, dicti Ovve: vendidêre eidem Monasterio 140. libris denariorum Hal. curiam suam, & vniuersas possessiones, apud Gisenack sitas: cum omnibus iuribus & pertinentijs earum. M. Scr.*

Hyems Calida. *Hyems ab hoc anno vsq; in sequentem, niue magna cadente, calidissima erat: ita quidem, vt Constantiæ in natali Christi, serta texerentur ex viola & verbasculo: pueriq; ad Schotti cœnobium lauarent in Rheno. Ex Herm. Æditt. & aliunde.*

COMITIA RVDOLPHI R. ERDFORDIÆ. COMITES GENEROSI, Tybing. Rudolphus, & VVirtemberg. Eberhardus, alijque Sueui nobiles. Lorchensium æs alienum. Augustanæ vrbis cum Episcopo suo transactio. Collegium Canonicorum Mompelgardi. Occisio Iudæorum Nordlingæ, & alibi. Vrbium Syriæ, & Christianorum ex ijs, deletio: atque sic cruciatarum expeditionum, inanis & pernicioſa opera & labor.

CAPVT IX.

Erdfordia comitia. *ANno 1290. Imperator cum Principibus & Episcopis Germaniæ, comitia Erdfordiæ habebat. Quibus etiam Albertus Turing. Landgrauius, cum filijs Friderico & Diecmanno interfuit: nec non Cæsaris filij, Albertus & Rudolphus: ac filiæ, Iutta Regina Bohemiæ, Ducissa*
Arces latronum, destructæ. *Bauariæ & Saxoniæ, aliæq; nobiles fœminæ. Cæsar, auxilio Erdfordensium, circiter LX. arces prædonum confregit. Seditiosos etiam ciues, in foro Erdfordiæ percussit gladio. In ijsdem co-*
Ruina nobilium. *mitijs, trabibus cuiusdam domus fractis, interierunt: Fridericus comes Auenbergensis, Heinricus Schvvartzenburgius, Germarus Zigenhanius, Bellinger Mellingus, Burcardus Praefectus VVartbergius. G. Fabric. Annal. Misn. lib. 2. & alij, Iis ex comitijs VValsassersis etiam Abbas Theodoricus, priuilegium à Rudolpho R. accepit, Brusch.*

De his comitijs, in Sindelf. libro sic scribitur. Anno 1290. Rex curiam magnam habuit in Erphurche, plusquam LXX. castra destruxit: & plusquam CXI. personas decollauit. Inde reuersus est ad nos: sed post Martini, Noribercham profectus: vbi conuocatis ciuitatibus, maximam pecuniam exegit, & post Natiuit. Domini accepit.

Clanx. VVildberg. *Idem Imperator, per milites suos, arces Clanx & VVildberg in Abbacella Tuberthal, atq; castrum Yberg in Turthal, contra Abbatem Sangalli VVilhelmum occupauit. Lycosth.*

Syndelfing. Aduocatus, Tybing. Rudolphus. *Rudolphus, comes Tubingensis, Rudolphi (al. Hugonis) filius, dictus Schærer: patrocinium gerens Syndelfingensium, & causam habens aduersus Præpositum atq; capitulum: eis reditus, census, decimas, cætera bona, ademit: illiq; loco suo excessere. Sed postea, intercessione soceri Vlrici Schelcklingensis, & Friderici Nippenburgensis (genant Letani) facta: omnia eis cum libertate restituit: iureiurando q; se eis ea tuiturum, promisit: auctiurum, non minuturum. Etiam ad sarciendum damna, census & bona quædam ipsis dedit. Literis 1291. confirmauit. De hoc collegio, sup. part. 2. lib. 8. cap. 6.*

De eodem negotio, sic in libro Sindelf. Post Iacobi (inquit) Rud. comes, Aduocatus noster, in Sindelphingen, omnia bona & reditus villæ Sindelphingen, præpositi & capituli, totaliter accepit.

acceptit. Et Canonici fugerunt propter minas comitis, ſtultitiam, & paupertatem, &c. Hæc erat gratitudo ipſorum in poſteros fundatoris ſui.

Eberhardus, de VVirtemberg comes, vendidit vinearum quinq; iugera: in monte iuxta Schorndorff dicto Grauenberg ſita: de quibus tertia pars fructus dari conſueuerat Hainrico, filio dicti Iunge de Schorndorff, & eius hæredibus. Vendidit autem 33. libris denar. Hallen. monetæ, huic ipſi Hainrico: qui ex pecunia dotali vxoris ſuæ Agnetis ſatisfecit. Ita collocatus fuit in plena poſſeſſione: eiq; de euictione cautum pro conſuetudine regionis, appenſo comitis ſigillo. Schorndorff.

Teſtes.

Reinhardus de Heſingen, Dapifer comitis, VVolf de lapide, milites. Cunradus Nont, dictus Iunge de Schorndorf. Engelinus Scultetus. Conradus, antiquus Scultetus. (Exſcultetus.) Rufo de Gehartſtetin, al. dictus VVingarter. Gernotus, frater ſupradicti Hainrici. Et alij.

Inueni alicubi, Albertum IV. Teccenſem Ducem (Berchtoldi Argentinenſ. Epiſcopi fratrem) mediatorem fuiſſe circa hunc annum, inter comites, Eberhardum VVirtemberg. & Rudolphum Habſpurg. bello inter ſe contendentes. Erat ille Teccenſis, ex Habſpurg. familia Alberti III. filius, vt puto.

Eodem anno 1290. 4. id. Octob. Gebzo & conuentus Lorchenſis: debitorum laqueis tam apud Iudæos, quàm apud Chriſtianos, multipliciter irretiti: vſumfructum omnium ſuarum apud Tunzenhofen vinearum & torcularium, vendiderunt CC. libris Hallen. monetæ, per ſpatium 5. menſium, Hainrico hoſpiti ſuo de EZZelingen, Mechtildi vxori eius, & hæredibus propinquioribus. Sigillatores, ipſi, & Capitaneus, Scultetus, alijque Iurati, oppidi EZZelingen. Lorchenſes, Iudæis obſtricti.

Eidem cœnobio qui ad neceſsitates, manus porrigerent adiutrices: aut in extremis laborantes, legarent quicquam ſuarum facultatum: aut certis diebus feſtis deuote accederent: Rogerius S. Seuerinæ Archiepiſcopus, & ſocij, ſingulis ſingulas dierum Quadragenas, de iniunctis ſibi pœnitentijs, literis Romæ 5. Kal. April. 1290. datis, relaxauerant.

Bebenhuſanis contulêre propter Deum Henricus Menteler, & Mathildis vxor eius, curiam in Cuſterdingen, dictam Schærinshoff, 28. iugerum. Burcardus de Berſtingen, vendidit ijſdem decimas ſuas in Magſtat, 38. libris. Bebenhuſani, ſemper creſcentes. Berſtingen. Magſtat.

VValther de Huſen viuebat, quod eſt prope Göppingam. Collegium Backnangenſe, à Marchione Rudolpho reſtitutum. M. Ser. Huſen.

Auguſtam olim Epiſcopo ſuo obnoxiam fuiſſe: ex ſubiectis literis, anno 1537. contra Auguſtanos ab Epiſcopo Chriſtophoro editis, videtur. Wir die Rhatgeben der Statt Augſpurg/ thun kund allen den: Die dieſen Brieff leſen/ hören/ oder ſehen: Das vnſer Erbar Herr Biſchoff Wolffhard von Augſpurg/ durch vnſer bitt/ vnd zu veſtunge ſeiner ſtatt hie zu Augſpurg/ mit ſeines Capittels gunſt vñ raht/ vns die gnade gethan hat: Das wir ein Vngelt nemen ſollen/ zu allen Thoren an der ſtatt/ von hinan vñ S. Georien tag der nun ſchierest kümpt: Vnd darnach vber vier jar/ in der gewonhait/ als es bey ſeinen vorfahren genommen iſt. Vnd ſollen von im/ noch ſeinem Capittel/ noch von allem jhrem Geſinde/ kein Vngelt nemen. Das/ das ſteht bleiben/ vnd vnzerbrochen/ vnd ſein nicht vergeſſen werde: Haben wir dieſen Brieff verſigelt mit der Statt inſigel zu Augſpurg/ daran hangend. Dieſer Brieff ward geben zu Augſpurg/ da von Chriſtus geburt/ waren Tauſent jar/ zweyhundert jar/ in dem neunzigſten jare: An dem Sontag nach S. Tiburtin tag/ der vor S. Georien iſt. Auguſtam olim Epiſcopo ſuo obnoxiam fuiſſe. Auguſta C. olim ſub Epiſcopo ſuo.

Eiusdem anni die 16. April. Senatus Auguſtanus de nouo cum Epiſcopo ſuo VVolfhardo à Rot, de omnibus & ſingulis, quas cum ipſo habebat, controuerſijs, tranſegit: ingentiq; pecuniæ ſumma ei data, ciuitatem in libertatem aſſeruit. Gaſſar.

Eodem anno, Auguſtæ exuſta eſt funditus curia, vel Senatoria domus: non modico ciuitatis damno: ſed tumultuario tamen operere ſtituta breui: ac demum 1449. elegantioribus muris, teſtudinibus fornicatis, ac triclinijs ampliſſimis, abſoluta: octennioq; poſt, exornata pulchrius picturis. Munſt. ex Gaſſaro. Viuebat hoc tempore Henricus II. Burgoniæ Marchio: qui ex comite quadam Margareta genuit Henricum III. Agnetem, & Berchtam. Agnes Graiſpachio comiti nupſit, & poſt eum Baroni Neiffenſi. Berchta Hiltebrandum Mareſcalcum Biberbacenſem habuit. Laz. Apud quem plura. Auguſta incendium. Burgonia.

Heinricus, eques ab Hochſteten: item Vdalricus, comes de Aichaim, circa idem tempus florebant.

Aichaim. rebant. Habitabant Aichaimenſes inter Vlmam, & cœnobium Ochſenhuſam: quorum conditoria, in cœnobio Gutenthal, ab ipſis fundato. Idem.

Ante Aſcenſionem Domini, in ciuitate Brage Boëmiæ, obijt Dux Sueuiæ, filius Rud. Regis de Habisburch. Sindelf. libro.

Monpelgard. Collegium. Decanus & Capitulum Montisbeligardi, die proxima Veneris poſt Feſtum omnium Sanctorum (ſed & aliquot annis poſt) ſtatuta quædam de præbendis, & alijs temporalibus rebus, fecit: quæ Hugo poſtea, Biſuntinus Epiſcopus (vt non propriæ vtilitati illorum, ſed communi, inſeruientia) auctoritate & ſigillo ſuo approbauit. Quale, hoc eſt. Statuimus, vt fructus præbendarum Canonicorum noſtrorum, decedentium ſiue reſignantium: anno, quo deceſſerint, vel reſignauerint: à die obitus vel reſignationis, computando: ad remedium animarum ipſorum Canonicorum, decedentium vel reſignantium: in communes, & magis neceſſarios vſus, conuertantur: nec poſſint vendi ſuccedenti: ſed à nobis ſine diminutione recipiantur. Item hoc: ſtatuimus, vt, quicunque de cætero in Eccleſiam noſtram recipietur in Canonicum de primis fructibus præbendæ ſuæ, teneatur emere vnam cappam de ſerico, vſque ad valorem X. librarum Stephanienſium. Aliter periurium is incurret. Et hoc, anno 1300. factum: ſtatuimus, quòd regimen Scholarum noſtrarum Montisbeligardi, alicui non committatur, niſi per vnum annum ſolum. Item, quòd ille Magiſter continuè in Montebeligardo reſideat: & Eccleſiæ noſtræ, pro vt moris eſt, deſeruiat. Item, quòd de denarijs, qui Scholaribus ſuis in Eccleſia pro obſequijs mortuorum conferuntur, nihil recipiat: vel ab ipſis apertè aliquid, aut occultè, extorqueat. M. Scr.

Iudæorum cladeſ. Iudæi, Nordlingæ, & in Franconia, occiſi. Optima enim loca Iudæi, qui Nordlingæ peculiarem locum clauſumq; habitabant, tenebant: & inde adhuc Iudaica platea (qualis etiam, hic Tybingæ) nominatur. Auxerant res ſuas vſuris, ciuibus ad egeſtatem redactis. His ergo eos occiderunt, mulieres iuxtà, ac viros: & bona eorum diripuerunt, maleſuadà fame incitati. Nobilium ſic etiam pignoribus direptis, quæ Iudæis dederant: grauiſſimæ contra Nordlingenſes querelæ, ab his, & alijs Iudæis, apud Cæſarem Rudolphum exortæ ſunt: mulcta ciuium ſecuta grauiſſima: infeſtationes à nobilibus factæ per 59. annos moleſtiſſimæ: adeo, vt relinquere ſua commercia cogerentur: & rurſus ad extremam redigerentur inopiam. Chron. Nordling. & Munſt.

Euerſio Tripoleos, Berryti, Sidonis, &c. In Syria, Alphir Saracenus capit & euertit hoc 1290. anno, proximoq; antecedente & ſequente annis, Tripolin, Berytum, Sidonem, Tyrum, Ptolemaidem. Ita tandem, reliquia quoque Chriſtianorum, in terra S. ſunt amiſſa. Qui effugere potuerunt, in Cyprum tranſtecerunt. Ita poſt victoriam Gottefridi Btlionei, annis 192. plurimæ æruminæ extiterunt (quoties modò centies mille Baptizatorum interierunt?) donec tandem Regnum hoc amiſſum, & extirpati inde Chriſtiani ſunt. Armenia tantùm minor, vel Cilicia, & Cyprus, religionem Chriſtianam retinuerunt. Iudicium hodiernorum hominum de his rebus. Ecce vtilitates Papicarum cruciatarum. Concionando purè Chriſti Euangelio, non gladio cogendæ gentes erant: nec animarum ſalus, in poſſidendis Hieroſolymis, ponenda. Nullo enim id fundamento, nec veteris, nec noui Teſtamenti, demonſtrari poteſt. Mus man eben Hieruſalem haben? Pontifices hortabantur ad talem expeditionem: aut vt Cæſarem, ſi cuius potentiam metuerent, à ſe in Paleſtinam (nach dem Genßhörnlin) auerterent: & ipſi interea regiones ad ſe raperent: aut vt argento Sueuiam & Germaniam emungerent. Atque, vt hæc aſſequerentur, τοῖς δυςκίνοις τῶν χρισωνύμων ψυχαῖς ἐναπεκύβευον: ſanguine Chriſtianorum, tanquam teſſeris, ludebant: modò vt ipſi Regna Mundi ad ſe attraherent. At, etiamſi bono propoſito in Syriam nos hortati eſſent: tamen opera noſtra, & figmenta cordis noſtri, non iuſtificant: ſed ſola iuſtificat Dei gratia, per fidem apprehenſa, & nobis arctiſſimè applicata. Cætera noſtra omnia, quoad iuſtitiam coram Deo adipiſcendam, σκύβαλά ſunt: quæ in Dictionario Ex QVO, Squibula appellantur. Confidamus ſolo Chriſto: & fidem operibus, quæ Deus præcepit, teſtemur, nec tamen ijs confidamus.

Hieroſolymitanarum expeditionum, ſiue Cruciatarum, exitus tragicus.

Scybala.

RVDOL-

RVDOLPHI, HVMANISSIMI IMPERATORIS, OBITVS. GOTTfridus Bœblinger, Palatinus Tubingensis. Eberhardus VVirtemberg. comes, Lorchensis cœnobij Aduocatus. Bebenhusensium incrementa. Eberhardus & Conradus Landouienses. Hainricus, Marchio Burgouiensis. Vlricus, comes de Berge. Cuno de Beringen. Hiltebrandus Bappenhaimius. Bellum inter VVirtemberg. Vlricum, & Hohenberg. Albertum, comites. VVernherus, nobilis de Ehingen.

CAPVT X.

ANno 1291. aut non longè antè, Rudolphi R. vxorem Burgundicam, cùm Spiram veniret illius iussu, Episcopus eius loci Fridericus, Bolandensis Baro (al. Leiningen) è curru exiens, formâ illius oblectatus (Bruschi. & Pantal. referentibus) osculatus est. Hoc ipsa indignissimè tulit: sicut olim de quadam nobili Argentinæ Sanctimoniali, quæ in S. Claræ Parthenone vixerit, dici audiebam: eam, cùm a Sacerdote quodam iuniore tentaretur, respondisse: abśit, vt mihi persuadeas. Si velim inhonestè agere: non peccauero potius tecum, qui longam vestem gestas, quam potius cum aliquo, cuius crura Sol interluceat. Et hæc Augusta, Episcopi basium indignata maximè: ad Imperatorem, querelam huius iniuriæ detulit. Tum hic Episcopo nuntiari iussit: se hoc pacificale sibi soli osculandum comparasse. Si ipse quoque delectaretur osculis: proprium sibi pacificale quæreret: alieno verò abstineret. Hoc nuntio Episcopus ita territus fuit, vt solum verteret: nec ante Cæsaris mortem (quæ non ita multo tempore post secuta est) domum reuerteretur. At ipse tamen Augustus, a tali remedio non abstinebat. Hectica enim cùm febri (vt a Cuspin. scribitur) corriperetur: sæpe Principum & nobilium virorum vxores, filias, puellulas, vocabat: ac præsentibus viris, basia illis affigebat. Causam facti rogatus: comiter (vt erat facetus) dicebat: se non præsentius inuenire, ad corporis sui confirmationem, remedium: quam si hauriret dulces virginum animas, & suaueolentes puellarum spiritus. Ridere illustres viri, qui ipsum sincerè diligebant: ac sæpius suas ad honestissimum senem feminas adducebant. *Osculum, Imperatrici ab Episcopo datum.* *Senis Imp. Rudolphi oscula innoxia.*

Libenter ipse vidisset, filium suum Albertum, Regem Rom. in comitijs Francofurtensibus creari: sed non potuit à Principibus obtinere: etsi posterius, Regnum Albertus consecutus est. Trit.

Obijt autem Rex Rudolphus Germersheimi, in die diuisionis Apostolorum, vel pridie Calend. Octob. cùm non multò antè dixisset, se properare Spiram, ad Reges sepultos. Ibi in Ecclesiæ Cathedralis choro (vbi monumenta Regum) ad sepulcrum Regis Philippi, splendidè est humatus. In libro verò Sindelfing. dicitur, eum in vigilia Rensindis venisse Spiram, cum Regina, & filij vxore, sorore Regis Boëmiæ, ac Duce Bauariæ Ludouico, alijsq; proceribus: ac die Rensindis obijsse. Postridie sepultum esse in Monasterio S. Mariæ, apud sepulcra Regum aliorum. Post mortem eius, Episcopum Spirensem H. redijsse ab exilio Franciæ annorum 5. ac statim castra, per Regem ablata, vi recuperauisse. *Obitus eius.*

Mortuus est anno milleno, C. triplicato,
Sex minus atq; tribus, Iulij Rex mense Rudolphus.

Argentinenses ei honoris causâ statuam equestrem lapideam, supra postremum introitum summi templi posuêre, cum inscriptione: RVDOLPHVS, comes de Habspurg, Rex Romanorum. Cuspinianus ait, eum 5. Cal. Maij. 1218. natum fuisse. Ita fuit 73. annorum. Dictum eius fuit: prudentiâ gubernantur regiones: quarum limites tyrannide non vnquam extenduntur. Ex ipso processit nobilissima & Imperatoria domus Austriaca: penes quam adhuc sceptrum Romanum felicitèr est. Ἀγχίνοια, Sagacitas, insignis prudentia, huius Imp. Ex Argent. Alberto. *Et eulogium.*

Depositum quoddam Mercatoris, negabat caupo quidam. De quo cùm conqueretur esset Mercator. Imperator accersit ciues Noribergenses, & inter eos cauponem, dicēs: habes in capite egregiam mitram: adimo tibi eam, quia mihi placet. Gaudebat caupo, se tam gratiosum esse apud Cæsarem. Misit Cæsar clàm mitram ad vxorem Cauponis, nomine Cauponis: Mitte mihi, vxor, sacculum 200. Marcarum argenti. Misit: Mercator dedit Cæsari. Cæsar exposuit querelam Mercatoris, Cauponi. Quo negante præcisè, Mercatore verò asseuerante: Cæsar producto sacculo, cauponem conuicit: quem, hominem diuitem, probè mulctauit: Mercatori autem depositum reddidit. Iustitiane magis mirer, mentisne profundæ? Contrà, nobiles olim, nescio qui, dicti sunt, suspendisse furem quidem: non tamen restituisse furtum iusto domino, sed sibi retinuisse. *Depositi alienati recuperatio.*

Mendico datum responsum.

Idem mendico cuidam petenti, vt secum patrimonium diuideret: tanquam cum fratre ex Adamo, obolum in saccum iniecit: & conquerenti dixit: pete à singulis fratribus tantundem. Tunc plus me habebis.

Tubing. Palat. Gottfridus Bæblinger.

Viuebat eodem tempore Gottfridus Bæblinger, comes Palat. Tuvvingensis: cui vxor erat Domina Elisabeta, comitissa de Fyrstenberg: quæ adhuc 1319. vixisse dicitur.

Item Rudolphus, comes Tuvvingensis: vxorem habens Dominam Mechtildem.

VVirtemb. genses.

Obijt sine liberis Eberhardus II. comes VVirtemberg. Eberhardi F. Ludouici N. Et aliter sic: obijt Eberhardus, Eberhardi I. filius: frater Heinrici, Episcopi Aichstetensis. Hæc, in M. Scr. Quibus non vsq; quaq; consonant: quæ alibi in Genealogijs harum duarum familiarum vidi. Attamen, quod de ortu Eberhardi dicitur: consonat cum altera sententia huius stirpis: quæ suprà part. 2. lib. 12. cap. 9. posita est.

Quod ad comites attinet Tubingenses: suprà part. 2. lib. 10. cap. 10. ponebantur coniuges, Rudolphus II. & Hedouvigis Dillingensis, 1268. Ex his natos ponit tabula Genealogica sequentes, fratres & sorores.

Tubing. comitũ stirps.

1. *Gottfridum, Palatinum Tubing. Dominum Beblingæ Herrnbergæq;, 1291. cuius vxor fuerit Luitgardis, comitissa Schelcklingensis.*
2. *VVilpurgin, nuptam Hermanno D. Teccensi, 1273.*
3. *Henricum, palat. Tubing. Dominum Beblingæ: qui obierit 1281. relicto filio Eberhardo, marito Vaihingensis comitis Adelhaidæ, 1298.*
4. *Sophiam, vxorem Zollerensis comitis Friderici, 1290.*

Deinde, Gotifrido & Luitgarde prædictis ait natum esse Gottfridum & VVilhelmum: qui vendiderint VVirtembergensi comiti Vlrico 1342. oppidum Tubingam. Prioris vxorem, fuisse Claram Fyrstembergiam & Friburgiam: alterius, Hailgam Eberstainiam. Vbi non fit mentio supradictorum coniugum, Gotifridi & Elisabetæ, Rudolphi & Mechtildæ. Indigent hæc omnia diligenti inuestigatione. Vide sequentia, infrà lib. 7. cap. 12. Interim auxilio sumatur hoc, quod posterius nactus sum, pulchrum: & antehac dicta Sindelfingensia. Rudolphus, comes Palat. de Tuvvingen, Rudolphi F. dictus Scharer, præposito & capitulo Sindelfing. literas dedit: quibus eis satisfaceret, pro rebus ereptis peruersâ suorum consiliariorum suasione. Nunc autem, inquit, ex diuinæ pietatis gratia, & S. Spiritus illustratione, & consilio nostrorum consiliariorum seu consulum: nobis rectè, honestè, & sanè suadentium, illustrati, summè pœnitentiâ ducimur, &c. coram illustri comite, domino & socero nostro, Vlrico de Scalkelingen: & Friderico, milite de Stuppenburch, dicto Letani, &c. Datum & actum Herrenberch, anno Domini 1291. Indict. 4. proxima secunda post Kiliani: præsentibus, domino Vlrico, com. de Scalkelingen, socero: H. de Haluingen, Bernh. de Heuuingen, Dietero Sacerdote de Herrenberch, Cunr. de VVurmelingen, Marquardo de Kannestat, Canonicis: Crafone, Rectore & Vicario in Cuppingen: Friderico milite, dicto Letani, de Stuppenburch, &c. M. Scr.

Rud. Tybing. Palat. pœnitentia.

VENDITIO QVÆDAM.

Eberhardus (Illustris) de VVirtemberg comes, quandam suam apud Schorndorff curiam, seu bona, vendidit 12. ll. denar. Hal. monetæ, Conrado quondam Sculteto ibi: Rufoni de Gertenstetin, dicto VVingarter: Hainrico, filio dicti Iunge: Cunrado, dicto Blanckeli: Cunrado, dicto Bernhart: Gernoto, Fratri Engelini: Henrico sutori, & Sifrido Cerdoni: ciuibus suis de Schorndorff. 6. Idus Ianu. 1291.

VVirtemberg. Eberhardus, Lorchens. Aduocatus.

Idem Eberhardus, Lorchensium patronus. Vniuersis præsentium inspectoribus, tam præsentibus, quàm futuris. Nos Eberhardus, Dei gratia comes de VVirtemberch, constare volumus, & profitemur: quòd, cum dilecti in Christo Abbas & conuentus in Lorch, ordinis sancti Benedicti, nos vnanimiter & concorditer elegerint pro adiutore, seu tutore bonorum ipsorum: personas & res, seu bona ipsius Monasterij, in nostram recipimus defensionem, sub tali conditione: quòd de bonis prædictis non recipiemus, nisi tantummodo ius aduocatitium (aduocaticum) quod vulgariter dicitur Vogtrecht *ab antiquo institutum. De bonis verò ipsorum, de quibus ab antiquo non dabatur ius aduocatitium, etiam non nihil recipiemus per aliquas exactiones: sed libera permanebunt. Et tamen pro totis viribus, & posse nostro, eadem tenemur defensare. Insuper, si per aliquem nostrum Officialem, contra formam præscriptam grauati fuerint: eundem deponemus: & ad beneplacitum eorum, alium*

alium substituemus: de damnis illatis per eundem illicitè, satisfacientes. Vniuersa perscripta, fide data vice Sacramenti, promisimus inuiolabiliter obseruare. Si verò (quod absit) in omnibus articulis prænotatis, seu in aliquo eorum, negligentes fuerimus & remissi: prædicti Dominus Abbas & conuentus eligendi alium tutorem liberam habebunt potestatem. Testes omnium præmissorum sunt: Suiggerus de Gundelsingen. Berchtoldus, frater suus. VVolframus de Bernhusen senior. VVolframus, filius suus. VVolff, dictus de Stain. Reinhardus de Hohenberch. Vlricus, dictus Spete. Hainricus, dictus Rische, milites. (Ritter.) Benedictus de Stain. Et Rudigerus de VValthusen. Gundelsingen. Bernhusen. Stain.

Qui etiam omnes nobiscum, & pro nobis, præmissa promiserunt obseruare. Vt autem vniuersa & singula, rata permaneant: & à nobis inuiolabiliter obseruentur: præsentes ipsis contulimus nostri sigilli munimine communitas. Datum & actum anno Domini M. CC. nonagesimo primo, Mariæ Magdalenæ.

Loca, ex quibus ius aduocatitium recepturus, comes Eberh.

Mynster. Schmithen. Grunbach. VViler. Scornbach. Eschelbrun. Rottersperg. Necklinsperg. Oppolsbaum. Breitznacker. Stainach. Buch. Brunies vviler. Kyrneck. Loca aduocatiæ Lorchensis. Schornbach.

Ex quibus non recepturus.

Villa Lorch. Bruck. Pfalbrunn. Braitensyrst. Renharts. Enderbach. Klotzhain. VVigmar. Rot. Dunbuch. Lengnang. Votstetten. Frickenhofen. Mittelbrunn. Geggingen. Vggingen. Zimmern. Hussenhofen. Lindach. Vostenriet. Mutlangen. Bussingen. Geggingen.

Eodem 1291. anno, Eberhardus & Conradus fratres, comites de Landovv, omne ius dominij, quod eis competijt in decimis, in superiori & inferiori Durnkain, & in Vlbach (quas quondam possederunt VVolframus de Beutelspach, Renhardus de Æchterdingen, Renhardus & Ioannes fratres de Hohenberg) Bebenhusijs donarunt, ob salutem animarum suarum, & Parentum. Landouij comites.

Ius Patronatus in Plieningen.

Gottfridus, Dei gratia, comes Palatinus de Tuvvingen, dictus de Bæbelingen: omnes suas possessiones, sitas apud Blieningen, & in Bircka, cum omnibus earundem possessionum curijs, Mansibus, fundis, areis, domibus, horreis, hortis, pratis, pascuis, siluis, aquis, aquarum vsibus, decimis, vijs & inuijs: & cum omnibus hominibus, tunc infra Parochiam in Blieningen, & apud Etzelingen, constitutis: & generaliter cum omni iure, dominio, omnibusq; turibus ac varijs dictionibus: de consensu charissimæ suæ contectalis, vendidit absolute religioso nostro Monasterio Bebenhusen, pro sexcentis libris denariorum Hallen. monete. Porrò ius patronatus Ecclesie Blieningen, predictis possessionibus annexum, nec vendidit, nec sibi retinuit, nec suis hæredibus & successoribus: sed absolutè cum vniuersitate voluit transire in ius & dominium Monasterij nostri. Acta anno virginei partus millesimo, ducentesimo, nonagesimo primo, 7. Idus Aprilis, Indict. 4. Tubing. Palat. Gottfridus. Blieningen. Bircken.

Proinde 3. nonas Maij, Rudolfo Constantiensi Episcopo literis Duregi confirmante: transierunt ad Bebenhusanos, illustris Palat. Gottfridi, consensu & instinctu nobilis fœminæ Elisabetæ, comitis Henrici quondam de Fyrstenberg filiæ legitimæ, consortis eius (cogente quadam necessitate, vt in rebus humanis sit) bona illa, quæ habuit in Blieningen & Bircken. Cum quibus etiam patronatum Ecclesiæ Blieningensis voluit, ratione non venditionis, sed donationis, ad illos transire. Quæ possessiones cùm fuissent Dominæ Elisabetæ, ratione dotis assignatæ: ipse generosus maritus ei compensauit illas, alijs per villam Mæringen in Fildern bonis vberius. Pro illis persolutæ sunt 7. Idus April. DC. libræ, vt prædictum est. Tunc omni iure in emptores translato: etiam periculum euictionis, & veræ vvarandiæ præstandæ, ab inuisissimis venditoribus promissum fuit. Dieser Zehende mag ietzund zu gemeinen jaren / dem Closter ob M.DC. Schessel früchten ertragen / on die Höfe. Mæringen.

Liberatio Marchionis Burgouii citra Alpes.

Eodem anno, 4. Idus April. Heinricus Marchio de Burgovv, & Henricus nepos eius ex filio, concesserunt Bebenhusanis: vt, quicquid donationis, legationis, vel emptionis titulo: a suis, vel à sibi infeudatis, de bonis vel possessionibus, mobilibus vel immobilibus, seu feudis suo dominio pertinentibus, citra Alpes illis obueniret: id suæ donatione libertatis, possiderent pleno iure. Burgouius Marchio Henricus.

Eiusdem anni X. Kal. Mart. similem libertationem fecerunt infra terminos Blieningen & Æchterdingen super Fildern, Bebenhusanis, VLRICVS comes de BERGE, dictus de Schelek- Bergensis C. Vlricus.

Schelcklingen: Vlricus & Hainricus, filij eius: præsente fratre Vlrici senioris Egenone, canonico Ecclesiæ Augustensis: & Gottfrido, Palat. comite de Tubingen, alijsq; fide dignis, in Schelcklingen.

Ovvensis Volckardus. Alttorff villa.

Eodem 1291. anno, Kal. Febru. Volckardus miles de OVVE: consentiente Constantiensi Episcopo Rudolpho: & Alberto comite de Hohenberg, Iudice prouinciali: & vxore, omnibusq; heredibus eius vtriusque sexus: curiam suam, in villa ALTTORFF in sylua Schainbuch sitam, iuxta Ecclesiam ipsius villæ, dictam Fronhoff, cum omnibus eius bonis & iure, Bebenhusijs vendidit CC. libris denar. Hall. monetæ: donato etiam, non vendito, liberè iure patronatus.

Iisdem Petrus de Birningen vendidit apud Æntringam 30. iugera agri, terna vinearum & prati iugera, & 5. areas.

Hagenbuch.

Fridericus quoq;, dictus Stöffler de Æchterdingen, vendidit eis, 60. libris Hallens. Denariorum, curiam dictam Hagenbuch: sitam inter stadia villarum Æchterdingen & Möringen: atque molendinum, situm ad ripam riui dicti Kersee, cum ipsius molendini iuribus & pertinentijs.

Beringensis Cuno.

Cuno dictus de Beringen, filius quondam Friderici militis, de consensu Domini sui Eberhardi, comitis de Spitzenberg, contulit Adelbergensibus bona quædam in Beringen, sito in Alpibus. Sigillatores, strenui viri: Ludouicus de Stauffeneck, miles. Bernhardus, dictus de Vilseck.

Testes.

Marquardus de Beringen, miles. Sifridus, dictus de Siessen. Eberhardus, dictus de Ombden. Duringus & Lupoldus, fratres. M. Scr.

Ex Diplomate Pappenhaimico.

Pappenhaimius Hiltebrandus.

Ego Hiltebrandus de Pappenhaim, Imperialis aulæ Marescalcus, notum fieri cupio præsentium inspectoribus vniuersis: quòd cum in bonis Curiæ fratrum de Cæsarea Cisterciensis ordinis, dictæ vulgo in Rekhartsried, quatuor metretæ auenæ, iure Aduocatiæ mihi competerent, meisq; progenitoribus ab antiquo: sano ductus consilio, in animæ meæ remedium, tenore præsentium renuntio, &c. Datum 1291. Laz.

Mense Maio & Aprili huius 1291. A. exustæ sunt ciuitates, Vahingen & Gruningen: inquit Sindelf. liber, aliud nihil addens. Postea historias ad eundem annum refert has. Mense Maio (inquit) comes Gottfridus de Bobelingen, annonam totam (circiter 200. maltra) in Darmshane, & in VVile, Glemisgo vve, eripuit Præposito & capitulo Sindelphingensi.

Eodem anno post Assumpt. comes Vlricus de VVirtinberg, cum multis comitibus, & magno exercitu, ascendit Rotinburch versus, & Hagirloe: ciuitates, villas, vineas, igne vastauit. Et castrum dictum ODINBVRC, prope Tuvvingam, readificauit comes Gothefridus de Tuvvingen, & comes Eberhardus. Hæc facta sunt vsque ad Bartholomæi. Reuersus verò comes & sui, aduersus VVirtinberch: castra, in VVabelingen, in Berge, in Andresbach, destruxerunt. Facta sunt hæc à Festo Assumpt. vsque ad Egidij confessoris.

Eodem anno, post Nicolai, comes Albertus, & comes Vlricus de VVirtinberch, liberos suos copulauerunt. Nuptiæ celebratæ sunt 15. Kalend. Ianuar. in ciuitate prope Tuvvingen Rotinburch solenniter, multis præsentibus. Hactenus, ex illo libro. Intelligo hinc, bellum tunc fuisse inter comites, Vlricum VVirtemberg. & Albertum Hohenbergensem. Vlricum adhæsisse Godefridum Tuvvingensem: qui & ipse, & Eberhardus frater) arcem Odenburgensem instaurauerint. Cuius arcis hodie nullus lapis amplius extat: sed promontorium, in quo stetit, rotundum (inter Tybingam, & vicum Hirschouium) vocatur Odenburg, in Neccarum dispiciens. Vastauit autem VVirtembergicus Hohenbergensia loca (fortè quod Vahingæ & Gruningæ exustio superior, ab Hohenbergensi facta fuerit, Postea Hohenbergensis vicem reposuit, vicissim in VVirtembergiam irruens. Tandem bellum matrimonio finitum video (vt non rarò fit. Rusticis euastatis, inter Dominos) & Irmengardem cogito, Alberti Hohenbergici filiam. Vide in sequenti libro annum Domini 1340.

Bellum inter VVirtemb. & Hohenberg. comites.

Ehingeni nobiles.

Viuebat eodem hoc anno nobilis vir, **Werner von Ehingen/ Vogt zu Stouffen.** Huius & antecessorum sedes erat Aigelsheã. Ipse in quibusdam literis renuntiauit bonis (**verzeicht sich seiner gütter**) quæ habuit Plieningæ, Gottfridum versus, Palatinum Tubingensem.

Stouffen.

Progenies huius Stouffensis Præfecti.

1. VVernherus ipse.

2. VVern-

2. VVernherus & Conradus, equites. Vendiderunt arcem Aigelſcham, cum pago VVeſterhaimo, Helffenſtainio comiti Vlrico. VVernerus obijt 1350. ſepultus in veteri oppido Ehinga. Conradus citatur 1320. teſtis, à cognatis ſuis, Burcardo & Reinhardo fratribus. Sed 1352. pridie S. Thomæ, controuerſiæ Iudex fuit, quæ ſequitur. Nobili viduæ Luitgardi, Berchtoldi de Sunchingen quondam vxori, bona quædam contra fratrem eius Fridericum VVallenum adiudicarunt, vt arbitri (als Scheidsleut) Conradus von Ehingen Ritter (Obman in der ſach) comes, Hugo de Hohenberg, Burcardus de Hohenfels, & Reinhardus de Rucke eques. Literæ Rotemburgi datæ. Ex altera parte ſequeſtres adfuerunt, Herter von Tußlingen / Friderich Kleib / Cuntz Schenck von Stauffenberg. Obijt Conradus anno 1357.

3. Conradi filius, Petrus. Teſtificans in literis cuiusdam venditionis, anno 1347.

Eodem 1291. anno, Kraffto de Dachenhuſen florebat.

Halæ Sueuicæ pendebat olim tabula rotunda: in qua ſcutum erat Sulmaiſterorum: habens mediam ſui obliquam partem, inter duas cæruleas partes, flauam: & ſcuto impoſitam flauam galeam: ac ſuper ſcuto, quaſi bicornem ex pennis pileum: ijſdem diſtinctum coloribus, quibus ſcutum. Quæ inſignia, in tabulæ planitie rubra erant. Tum in extrema alba circumferentia, hac verba. Anno Domini M. CCC. XI. ſtarb Occo Sulmeiſter. D. G. G. Anno Domini M. CCXCI. OBIIT OCKO MILES SVLISMAGIST. Sulmaiſteri.

Deinde, altera ſimilis tabula, habens hæc verba.

Obijt eiusdem 1291. anni Calendis Nouemb. Domina Adelhaidis de Eberſtain, com. Othonis filia vxor Domini Conradi de Lichtenberg.

ADOLPHVS NASSOVIVS, II. REX ROMANORVM. COMITES illuſtres Tybingenſes, Eberhardus, Gottfridus, alijque. Op. Haſelach apud Herrenbergam. Bebenhuſium emptionibus creſcit. VVerdenbergenſis comes Burgelinus. Introductio albi panis in Herrenalbenſe Monaſterium. Offenſio inter Albertum Auſtrium, & Regem Adolphum. Colmaria, ab Adolpho capta. Lorchenſium Aduocatus, Eberh. VVirtemberg. comes. Landaui proceres. Hugo de Halfingen. Ammerana vallis ad Tybingam. Abbas Hirſaug. Gottfridus.

CAPVT XI.

ANno 1292. Octauo idus Ianuar. ſecundus creatus eſt Francofordiæ, CAESAR ADOLFVS REX ROMANORVM: qui regnauit A. 7. circiter. Fuit comes Anaxonianus, vel Naſſouius: vir inſignis, ſed pecunia & milite parum ſuffultus: ſtatura mediocri, agilis, amabilis: ſciens Germanicam linguam, latinam, & Gallicam. Coronatus eſt cum vxore Imagina Lympurgenſi, Aquis, à Colonienſi Seufrido. Infeſtus ei fuit Albertus, Dux Auſtriæ: exiſtimans, ad ſe pertinere Imperium iure paterno. Adolphus, Rex II. in Occidente.

Eberhardus, Palat. comes Tubingenſis, dictus Scharer, Bebenhuſanis vendidit (conſentientibus vxore Adelhaide, & fratre Rudolpho comite) 17. Cal. April. Manſum nominatum Forſthube (ſitum inter Tubingam & VVidnouu) cum omnibus pertinentijs & iuribus. Item, piſcariam in fluuio Neccaro iuxta vicum Luſthnouium: quæ incipit lineâ directa à cliuo Katzenſtig: & extenditur vſque ad montem Girshalden: finiturq; lineâ planè protenſa à fonte appellato, Deß Einſidels Brunnen: vſq; ad locum dictum, Kalchgrube: prope aream quandam vocatam Knappen: cum omnibus eò pertinentibus, omniq; iure. Item 18. Calend. Septemb. (aſſentiente Gottfrido patruele ſuo, & Rudolpho fratre ſuo) poſſeſſiones ſuas in Obernkilch / Ruſten / & Obrndorff: libera donatione addens ius patronatus Obernkilchenſe. Omnibus etiam incolis Obernkilchæ & Ruſtenæ, ius foreſtarium contulit in ſylua ſua Stainbuch, ius ſcilicet ligna ſecandi. Tubing. comites. Lustnou. Obernkilch.

Gottefridus, Palat. comes de Tubingen, abſolutè & liberè contulit ijſdem, calend. April. proprietatem omnium poſſeſſionum in Magſtatſitarum: quas Burcardus de Berſtingen ab eo, nomine feodi, vel alio quocunq; titulo, poſſederat. Tubing. Gottefridus.

Eodem 1292. anno, 10. Calend. Iun. Hainricus Lupe, ciuis quondam Hærrenbergæ, eidem Monaſterio vendidit decimam: quam habebat in oppido HASELACH, apud Herrenbergam ſito: ex qua annuatim percipiebat quaterna maltra tritici & ſiliginis Herrenbergenſia, ab illis: qui ipſam decimam nomine feodi ab ipſo poſſidebant: non obſtante, ſi quando minus percipierent. Vendidit autem XX. libris, & V. ſolidis, denar. Hallen: accedente conſenſu Epiſcopi Conſtantienſis, ac Domini ipſius Rudolphi, Palat. Comitis Tubingenſis, dicti Scharer: nec non filij Lupius Henricus, Haslach.

sui (Lupij) Hainrici, Rectoris Ecclesiæ Herrenbergensis, & omnium hæredum. Erat autem iste Lupe, Ministerialis Palat. Rudolphi. Testes venditionis erant, Machtolfus &c. dictus de Nippenburg, miles: Cunradus Scultetus, Dietericus senior scultetus de Herrenberg: ac Dietericus, Fridericus, & Iohannes, filij, &c. VVolframus, dictus Siler, & alij fide digni.

Stöffelij.

Cuno, Conradus, & Albertus, de Stöffeln, eidem Bebenhusano Monasterio vendiderunt 56. libris Hallen. monetæ, omnes suas apud Heselach possessiones, nec non homines virilis sexus.

Bebenhusana Curia, Tybingæ.

Hoc tempore Bebenhusani iam habebant Curiam Monasterij in oppido Tubingen: quò frumenta ipsis inuehebantur à Rusticis. Deß Abtshoff/oder Bebenheuserhoff: *cui curiæ, equile domus meæ contiguum est:*

Helffenstainius Vlricus.

Vlricus, comes de Helffenstain, quædam Adelbergensibus contulit. Testes. Rudolfus, miles de Hunderfingen. Gebhardus miles, Aduocatus in Gerhusen. Marquardus, miles de Beringen. Conradus, Aduocatus de Berg. Vlricus, miles de Vlrichkingen. Sigfridus, dictus Schöner. Bertholdus de Nellingen. De quo Helffenstainio, aliter sic: Graue Vlrich von Helffenstain verzeihet sich aller gerechtigkeit am Hoff zu Michelberg bey Spitzenberg/ *anno 1292.*

Viuebat tunc etiam Fridericus, Comes de Fyrstemberg. M. Ser.

VVinterthyr obsidetur à Tigurinis.

*Eodem anno, Thuricenses (*Zürcher*) obsidebant oppidum VVinterhyr: in quo erat Dux militum, comes de VVerdenberg Burgelinus. Hic sciens, Episcopum Constantiensem cum multis armatis auxilio venturum Thuricensibus: clàm oppido egressus, Insignia Constantiensis Episcopi (Rudolphi Habspurgen.) in suis vexillis picta gestauit: & ad Thuricenses specie amici accessit. Qui gratulantes sibi de eius aduentu, quem sibi auxilio venire putabant: dimissis armis, panem & vinum illi obtulerunt. Ipse deceptos aggressus, ad mille viros prostrauit, & reliquos fugauit. Malleolus. De* VVERDENBERgensibus comitibus videatur Lazius lib. migrat. gent. *8. vbi de Sueuis.*

Burgelini fraus.

VVerdenberg. comites.

Comites à VVerdenberg, inquit, eiusdem pariter, vt Brigantini, originis sunt, cum Montfortijs & Tubingensibus. Vnde & ipsi vexillum, album tamen, in rubro clypeo gerunt. Habent in Rhætia alta, Engadinos versus, ditionem aliquam, Montafun & Gerolzthal. *Reliqua Austriacis vendidère,* Bludenz & Pretigow. *Qui ad fontes Danubij præterea possident Iungnavv, Melchingen, Trochtelfingen. Reliqua in Heluetijs, à confœderatis adempta sunt. Ex his, Albertus floruit circiter annum Domini 920. qui ex Portugalliæ Regis filia progenuit Ioannem. Hugo, comes VVerdenbergius, 1130. Hartmannus, circa 1220. Filius eius Hugo, circa 1276. Cuius filius Huglinus, vixit 1290. diminutiuè pro Hugone sic nominatus: quem Malleolus Burgelinum vocat.*

Buchorna.

Buchorna, Acronij lacus oppidum, ab Episcopo Constantiensi, & Sangallensi Abbate, 1292. captum est: sed non diu retentum. Bruschius tamen 1291. captum ait. Fuit Abbas iste homo turbulentus. Guilielmus comes de Monteforti.

Frater Matthæus, Abbas Herrenalbensis conuentus, presentium auditoribus aut inspectoribus, salutem in Domino, cum notitia subscriptorum.

Albæ Dominorum priuilegium de albo pane.

Nos de omni assensu pariter & consensu capitis & membrorum, magnificè recognoscentes & profitentes beneficia viri honorabilis & discreti, GEORGII Clerici de Bruhscella: qui nostre compassus inedie, panem nostrum cotidianum, siligineum, grossum, & inflatuum, in frumentine materiei similam commutauit: annuentes votis, & consentientes desiderijs, quibus
» *pie mouetur: ne hoc nostris posteris quibuscunque crudelitatis rumoribus, aut pietatis fucis forte*
» *tasse coloribus, amputetur: notum esse cupimus vniuersis, huius contractus seriem audituris:*
» *quòd nos ducentas libras Hallensium, quas nos ab ipso recepisse profitemur: pro supradicto beneficio, ad sua desideria conuertimus in bona: quæ ab honorabili viro Henrico militari de Hoyingen in Merkelingen comparauimus: de bonis eisdem promittentes nos de cetero dare con-*
» *uentui album panem. Porrò cùm ad præsens eadem bona minus reputemus sufficere pro vniuersali edulio albi panis: decimam addimus predicte ville, scil. Merkelingen: ne quid imperfecte*
» *promittere videamur. Hoc sanè adiecto, quòd bona viri discreti Matholfi, & Elle vxoris*
» *eiusdem, ciuium Spirensium: & anniuersaria tam statuta, quàm statuenda, defectum suppleant ante dictum. Caterùm ne quicquam possit ordinationis presentium, aut sequentium, immutari: de consensu venerabilis Domini Rudolphi, Abbatis de Nouocastro, nostri visitatoris: in*
» *presentia reuerendi Domini Nicolai Abbatis de Lutzelach, sui Visitatoris: hanc pœnam duximus predictarum conditionum transgressoribus iniungendam: videlicet vt, quandocunque*

panis

panis albus conuentui ministratus non fuerit, quocunq; intercidente articulo: eodem anno nos Abbas & conuentus de Alba, viginti libras Hallen. aut centum maltra spelte, dare tenebimur conuentui Nouicastri. Que debita si infra octo dies soluta non fuerint: Priorem, Suppriorem, & Cellarium, vi presentium obligamus: ne ad gradum altaris ascendant, donec omnia sint soluta. In huius rei testimonium, predictorum trium Abbatum sigilla, per ordinem sunt appensa. Datum in Alba, anno Domini M. C C. nonagesimo secundo, in crastino Pentecostes.

S. Abbatis De Lutzelach. S. Abbatis Nouicastri. S. Abbatis de Alba.

Omnia, ex flaua cera.

Eodem anno fusa sunt campanæ Monasterij Cæsariensis: maior, 23. centenariorum: minor verò, 8. M. Scr.

Addam ex Sindelfing. libro huic anno hæc.

Electus est Adolfus, comes de Nasso, in Regem Rom. Comes de Spicinberg occisus fuit. Ciues 10. Kal. Ianu. in VVile ciuitate, vulnerati, occisi, capti fuerunt, ad mandatum Regis.

In Quadragesima, castrum Cersi destruxerunt ciues de EZZelingen, & Vlricus de VVirtinberch comes, suffodiendo decem diebus.

In vigilia Annunt. Albertus, iuuenis Comes de Hohinberch, & Bernardus comes, Tuvvingen ante ciuitatem, domus & horrea, & Lustenovve villam, incendijs & rapinis offenderunt, cum multis armatis.

Kalendis April. prædones de Ondingen septem suspensi sunt, & duo truncati pedibus. Annona erat hoc 1292. anno satis chara. Eodem anno (vt ex alijs M. Scr. reperi) Neustadium & Rennseck VVirtembergiæ, deuastata sunt.

Anno 1293. cùm Albertus, Dux Austriæ, feudum rerum suarum accepisset ab Adolpho, Rege Romano: & Adolphus filiam Alberti petijsset filio suo vxorem, sed frustrà: eò quòd ab ipso Albertus antea in suffragijs Regis eligendi, fuisset impeditus: ideo eum Adolphus odio persequi cœpit. Adolpho autem nobilitas Sueuica se Esslingæ iureiurando fidelitatis obligauit: præter comitem VVirtembergicum Eberhardum: qui cum Alberto Austrio sensit, & egit, contra Adolfum. Ideo VVaiblingam hic, & Beutelspachum, vastauit. Obsedit Columbariam quoq; quòd eacontra fidem datam, ab ipso recesserat. Id oppidum Albertus Rœsselmannus, ibi Scultetus seu Prætor, militibus Anshelmi Rappolstainij, 4. idus Septemb. aperuerat. Oppidanis autem deuictis, Cæsar ambos cepit. Vix à decollatione Anshelmi, temperatum: qui Achalmam in custodiam est missus: & fratri eius Henrico, castra & munitiones ipsius tradita. Albertus, longum tempus ante Cæsarem, quocunq; hic proficisceretur, curru est circumuectus: ligatus super rotam erecta manu, in perfidiæ signum. Albert. Argent. & Cuspin. alijq.

Offensio inter Albertum Austrium, & Cæsarem Adolphum.

Colmariam Adolphus capit.

Achalma.

Perfidiæ pœna.

Confirmauit hoc anno R. Adolphus EZZelingæ, 2. Kal. Mart. Indict. 6. Regni sui anno 1. Lorchensium priuilegia.

Esselinga.

Idem 5. nonas Mart. ibidem ratum habuit contractum: quo honesta matrona Adelhaidis, militis Thuseri & Hohenselsiæ filia, quadam bona Bebenhusano cœnobio vendiderat: testantibus, Alberto & Burcardo, comitibus de Hohenberg. Henrico de Isenburc. Friderico, comite de Zolre, & alijs. M. Scr.

Addeclarationem & augmentum præcedentium, ex Sindelfing. libro hæc addam.

A. 1293. post Agnetis (inquit) Regina venit Achalmam: Rex autem, EZZelingam, post Matthiæ Apostoli. Ibi omnes Barones terræ, pacem iurarunt, præter comitem de VVirtinberch. Inde Halle iuit, & Rotinburch (Tuberi) deinde Spiram, ante Gertrudis virginis. Postea reuersus est Achalmam, in cœna Domini. Deinde Herbipolim. Idem Rex & Regina fuerunt in nuptijs, in VVinsperch, 2. Nonas Iulij.

VVeinsberg.

Addam inde & hoc, posterius secutum.

Tempestas 5. Kal. Aug. maxima fuit in diuersis locis, cum vento & grandine, circa Neccarum, Rhenum, & Danubium: nocens arboribus pomariorum, & syluarum, annonæ & domibus. Rex Adolfus bellauit. Hæc, ex illo libro.

Albertus principatum Turingiæ vendidit Regi Adolpho: inuitis filijs suis, Friderico & Tydemanno, Friderici II. ex filia nepotibus. Ideo Adolphus Turingiam & Misniam euastauit. Vnde pulsus quidem, vix euasit: sed rursus postea vastauit.

Turingia venditio.

Eberhardus illustris, comes VVirtemberg.

Lorchensium patronus, VVirtemb. C. Eberhardus.

In nomine Domini Amen. Nos Eberhardus, comes de VVirtemberg, constare volumus, & profitemur, per nos, & hæredes nostros: quòd cùm dilecti in Christo Abbas & conuentus in Lorch, ordinis S. Benedicti, nos vnanimiter & concorditer elegerint pro defensore & tutore bonorum ipsorum: personas & res, seu bona ipsius Monasterij, in nostram recipimus defensionem, &c. Quæ vt inuiolabiliter obseruetur: præsentes ipsis & posteris eorum contulimus: nostri sigilli, nec non VVolfhardi dicti de Stain militis, & ciuitatis Hailbrungen, munimine communitas. Datum & actum anno Domini M. CC. nonagesimo tertio, Mariæ Magdalenæ.

Comes Vlricus de VVirtinberch, ante Galli, magnum Festum habuit in ciuitate VVablingen. Idem ante S. Martini, cum multis armatis, totam terram comitis EF. de Colere deuastauit. Lib. Sindelfing. Lego, Eitelfrid. aut Friderici, de Zolre. Liber enim, in multis ἀμυδρὸς καὶ δυσανάγνωστος.

Landauus C. Ludouicus, Venetias. Alij Landaui.

Ludouicus, comes Græning. & Landauen, Hartmanni F. vendidis omnibus bonis, contraxit pecuniam: quam Venetias asportauit: quia Cæsar erat familiæ eius iniquus. Ibi patriciam duxit. Durauit familia eius vsq; ad Petrum Landum, Venetorum 1539. Ducem.

Vixerunt anno 1295. & 1300. Eberhardus & Ludouicus, fratres, comites de Landavv. Et 1331. Eberhardus, comes de Landavv: Vlrici comitis VVirtembergici Iudex prouincialis. M. Scr.

Cellanus Burchardus.

Falckenstain.

Eodem 1293. anno, idib. Iulij, Burchardus de Cella, literis datis in VVidechenstain, Vendidit bona sua, apud villam Hunvvileram sita, valentia annuatim 8. ß. monetæ Tubing. consensu Domini de Valckenstain (ad quem ea bona iure proprietatis pertinebant) intuitu diuinæ retributionis, cœnobitis Alperspachensibus, 5. libris monetæ Tubingensis: renuntians omnibus exceptionibus, actionibus, statutis, consuetudinibus: omniq; auxilio iuris, canonici & ciuilis, &c.

Tybing. moneta.

Monetæ hic Tybingensis mentio est. Et hodie platea Tybingæ, vbi Vniuersitatis & nobilium domus sunt, Monetaria platea dicitur: quia ibi moneta olim fuit cusa. Die Münzgaß vulgò Meins:

Halsingenses.

Hugo de Halsingen, Marquardus & Henricus, filij fratrum Hugonis, vendiderunt Bebenhusanis pratum 8. iugerum, illis indiuise pertinentium: situm apud Tubingen prope riuum Ammera riuus. *dictum AMMER, inter Schvvartzloch & Hindibach, dictum Haluingerbriel: XXX. libru denar. monetæ Hallen: de consensu plenario Gotfridi, Palat. comitis de Tubingen, cuius Ministeriales erant. Actum 1293. idibus April. Indict. 6.*

Tybing. Gotfridus.

In sigillo Gotfridi huius. Ipse bellico equo cataphractus insidet: cum clypeo ad sinistrum latus, & vexillo in dextra.

Idem Gotfridus emit à comite Eberhardo de Tuvvingen, VVile, Altorffe, & alia. Lib. Sindelf.

Reustlen vicus.

Eberhardus Palat. Tubing. dictus Scharer, cœnobio Bebenhusano vendidit pagum Reustlen. 4. idus Octobris.

Herrenberg.

Dietricus & frater, Dietrici Scultetii in Herrenberg filij, vendiderunt iisdem, 40. maltra siliginis in Altingen, & 9. in Nebringen. Item, redditus 50. maltrorum speltæ, 25. pullorum, 10. aucarum (anserum) & 1000. ouorum, in villa Altingen, & 15. iugera agrorum. Item, redditus 20. maltrorum siliginis in Altingen. Hæc omnia, 271. libris Denariorum Hallens. & 5. ß. M. Scr. comparentur cum hoc precio, hodierna preciarerum.

Hirsaug. Abbas. Mynchingen.

Obijt hoc anno Hirsaugien. Abbas Crafto: in cuius locum lectus est venerabilis senex Gottfridus, natione Sueuus, XXIX. Abbas. Erat hic egregijs Parentibus natus: magnæ & elegantis staturæ, ex militari stirpe nobilium de Mynchingen: ingeniosus, prudens, disertus. Libenter etiã emendasset collapsam Monasterij disciplinam: sed licentiæ assueti iam Monachi (tanquam indomiti caballi) bono eius conatui resistebant. Ipse tamen bona cœnobij, quæ distracta aut oppignerata fuerant, diligentissimè reparauit. Præfuit. A. 7. M. 1. D. 24. Ex Trit. & aliunde.

Rüsseck.

Circa hunc 1293. annum, Vlricus Baro de Russeck, Imperij Præfectus erat Tiguri: & Elisabeta Spiegelbergia, Tiguri Abbatissa.

CÆSARIS

CÆSARIS ADOLFI RES GESTÆ: INTER QVAS, TVRINGICA expeditio. Constantienses Episcopi, Fridericus & Henricus. Nobiles aliquot Sueuiæ. Ibi multa de nobilibus, qui ab Ehingen nomen habent. Pont. Bonifacius IIX. Operatio sacra Bebenhusanorum, iannis clausis. Loca quædam apud Tubingam. Eberstainensis comes Henricus. Crafto Kirchaimius, & Conradus Stralenburgius, milites. Gyglingensis Ecclesia. Lorchensis Abbas Gebzo. Kæmptensis Baro Gerungus. Oppidum & arx Groeninga. Præfecti Sueuiæ & Alsatiæ.

CAPVT XII.

ANno 1294. bello magno inter Reges, Franciæ Philippum, & Angliæ Eduardum, exorto: Anglus Regi Rom. Adolpho C. millia Marcarum argenti misit: quæ ab eo inter Principes Imperij diuiderentur, vt sibi contra Francum auxilio essent. Sed Adolphus, retentâ sibi ea pecunia: ac Turingiam eâdem de Landgrauio Alberto emendâ (qua in re ei filij Alberti resistebant) Principes neglexit. Vnde in magnam offensionem incurrit. Trit. *Angliæ R. Eduardus, ab Adolfo Cæs. pecunia fraudatus.*

Idem manu valida ingressus est Turingiam (auctore Siffrido) mala multa ibi exercens: fluprans virgines, Ecclesias vastans, innocentes spolians & occidens. (At milites hæc fecerunt, non ipse Cæsar. Quis petulantiam militum coercere posset?) Cùm duæ vetulæ, cum rebus suis, ad fanum S. Gangolfi, quæ iuxta villam Sumeringam situm, confugerent: comprahensæ sunt à quibusdam exercitis peditibus: quos fuisse Suevos, ad marginem huius historiæ notatum erat. Hi rebus & vestibus spoliatas, nudas perunxerunt pice, sauo admixto: & in plumis volutatas, discurrere permiserunt. Quas intuitus comes Dietricus de Hohenstein, lacrymans ad Regem dixit: Domine, videte & miseremini. Cui Rex, Ecquis modò, inquit, poterit inuenire reos? Ita mulieres illæ ad sua reuersæ sunt, nullam consecutæ gratiam. (At quid Rex fecisset? Auctores improbitatis ignorabantur. Causa mulierum erat ἀσέβεια.) *Turingiam Adolfus vastat.* *Militaris petulantia.*

Æstatis hoc anno siccitas tanta erat: vt flumina & fontes exarescerent. Frumentum & vinum, optima nata sunt. *Aestas sicca.*

Fridericus, comes à Zollern, Præpositus maioris Ecclesiæ Augustanæ, electus est à maiore parte Collegij Constantiensis, Constantiæ Episcopus. Contra quem à paucis quibusdam est electus Henricus, nobilis à Klingenberg, legum Doctor, antea Rudolphi R. Cancellarius, vir prudentissimus, necromantiæ deditissimus. Huic post quatuor ab electione annos, Fridericus pacis causa cessit, annua pensione sibi seruata: obijit, 1304. Henricus verò, 1306. Brusch. *Constantiæ Episcopus, Frid. Zollerensis.*

Henricus, dictus de Dyrnen, vendidit Adelbergensibus bona quædam in Sparwisen (hodie, villa iuxta Göppingam) testantibus: Othone de Dyrnen, patruo: Hartinedo & Conrado, cognominæ Zelleris, auunculis eius. M. Ser. *Dyrnen, Adelberg.*

Nobiles equites vivebant de Berge, Berchtoldus & Conradus. Et ingenui de Heginbach, Conradus atq; Henricus. Item ingenuus ab Vilingen Conradus. Laz. *Bergenses nobiles.*

Eodem 1294. anno, dominus Marquardus de Ehingen, & filius eius Reinhardus, Anniuersarium Rotenburgi instituerunt. *Ehingeni nobiles.*

Progenies huius,

Marquardus 1294.
- Reinhardus, obijt 1319.
  - Burcardus, obijt 1361.
    - Burcardus, 1400.
    - Hugo, obijt 1417.
  - Reinhardus ---- Hedvvigis vel Haila, 1418.
- VVernherus,
  - Reinhardus, 1344.
  - Burcardus longus, 1386.
    - RöschHans, 1392.
    - Burcardus Zoppfius, 1376.
- Ioannes de Ehingen. Interfuit hastiludio Rauespurgi. 1311.

Horum quædam descriptio.

Reinhardus, VVernheri filius, vendidit bona, quæ habuit Ergazingæ, Ioanni de Neuneck, 1344.

Burcardus Longus, cum Lupoldo Austriæ Duce (vt à quo feuda habebat: cùm post mortem Sigismundi, vltimi comitis de Hohenberg, ea regio cessisset Austriacis) in pugna ad Sempachum Helueticæ, anno 1386. occisus est. Sed filium suum Burcardum, prius miserat in Aulam Ducis Austriæ Alberti: cuius frater ille Lupoldus fuit. *Hohenberg. comes vltimus.*

RöschHansius interfuit 1392. Ludis Circensibus Schaffhusæ (vt & Conradus ab Ehingen) quæ tunc adhuc ad Sueuiam pertinebat. Marquardi F. Reinhardus, 1319. mortuus, Rotenburgi ad Carmelitas in tenebricoso sacello humatus est.

Filij

Halsingenses duæ fœminæ.

Filijs eius, Burcardo & Reinhardo, nuptæ erant duæ Halsingenses sorores: illi Adelhaidis, huic Sophia: filiæ Hugonis ab Halsinga, & Annæ Schenckinæ Andechsiæ, VValtheri equitis filiæ. Hæ duæ sorores, mortuis suis Parentibus, omnia sua bona transtulerunt 1328. legando, ad maritos suos (permissu comitis Rudolphi Tybingensis: & propinquorum suorum, Anshelmi atque Hugonis. Die ehrwurtigen jhren Wirten.) quæ bona hæreditariè eis obuenerant, auff der Burg zu Aentringen/vnd in dem Schonbuch. Actum est negotium coram comite modò dicto Rudolpho Schærerio, in consessu Iudicum: cùm ambæ sorores Conradum de Ehingen, Aduocatum sibi (zu einem Vogt) sumpsissent: præsentibus & assentientibus proximis ipsarum hæredibus, Anshelmo & Hugone Halsingeris. Quæ literis testatus est Germanicus ille comes. Hi duo Ehingeni fratres, & eorum vxores, Rotenburgi ad Carmelitas peculiarem sibi sepulturam & altare fundauerunt: testante id scriptura in fornice suprà. Iidem Bebenhusano Cœnobio, 1327. vendiderunt 35. libris curiam (den Fronhoff) Ætringensem, cum omnibus pertinentijs.

Haila, S. Hailvviga.

Nata fuit Reinhardo ex vxore Sophia, vnica filia, nomine Haila vel Hailvviga: fortasse de nomine S. virginis Hailvvigæ quæ ex patre, Neuneccia erat: ex matre, Ehingena. Habitabat ipsa Davvingæ: ac bis oratum quotidie Gæslingam (non longè à Rotvvila) ibat: cui venienti ianua, quando clausa erat, vltrò se aperiebat, ὡς λόγος. Cùm autem die pluuio sudem alienam arripuisset, se sustentandi causâ: non aperiebatur, priusquam sudem reddidisset. Canonizata fuit post mortem: eiusq; sepulcrum adhuc Geßingæ reperitur. Miraculis claruit, & ad eam peregrinatio fuit. Altera autem hæc Haila, liberis carens, omnia sua bona suis cognatis reliquit, VVolfio & Russo Ehingenis, 1418. Indict. 11. Ianuar. 24.

Hugo, Burcardi filius, & Burcardi frater, vxorem habuit Agnetem de Gyltlingen. Cùm autem liberis careret: bona sua Ætringensia partim vendidit: partim legauit cognatis suis, VVolfio & Russo Ehingenis, atque Hailæ.

Idem anno 1404. & frater eius, fundarunt Anniuersarium in Parochia Eschelbrunnensi. Item 1414. altare in Ætringensi. Attetiam 1417. ipse & vxor perennem Missam Rotenburgi ad Carmelitas: vbi & sepulti sunt. Habitabant in castello Ætringa.

Burcardus mit dem Zoppff/ Ehingenus.

Burcardus mit dem Zoppff (ὁ πλεγματίας) natus fuit circ. 1348. Christi. cognomine hoc appellatus: quia minister fuit 1376. anno, Austriaci Ducis Alberti, fratris Lupoldi. Ibi formosa quædam fœmina, sibi plegma (ein Zoppff) absciderat, Ducíq; dederat. Ad honorem igitur huius fœminæ, Dux sodalitatem instituit plegmaticam (die Zoppffgesellschafft) in quam Burcardus quoq; receptus fuit: qui eam sodalitatem 1377. ex Austria secum in Sueuiam adduxit. Cognouerat enim, magno flagrare Sueuiam bello, procerum & ciuitatum. Se ergo ad comitem VVirtembergicum contulit Eberhardum, cognomento Grinerum. Cui cùm diu inseruijsset: multum ei comes debuit: cuius solutio, in tempus dilata fuit.

Fundatio Sacramentalis, supradicti Marquardi Ehingeni.

» In nomine Domini Amen. Quoniam ea, quæ geruntur in tempore: sub temporis curricu-
» lo è memoria hominum dilabuntur: opus est, vt literarum testimonio fulciantur. Vniuersis
» igitur, præsentem chartulam inspecturis, clarius innotescat: quòd ego MARQVARD miles,
» dictus de Ehingen: & Susanna mea collateralis, nec non Reinhardus filius meus, cum cæteris
» meis hæredibus: coram viris prouidis & honestis, pro testibus infrà scriptis: dilectis fratribus,
» viris religiosis ordinis beatæ Mariæ de monte Carmeli, in noua ciuitate dicta Rotenburg com-
» morantibus: pro remedio animarum nostrarum, progenitorumq; nostrorum: vnanimi vo-

8. Sacramenti altaris administrationi necessaria, instituta.

luntate legauimus, donauimus, sanis mentibus & sensibus, liberè statuendo: vt ad Sacramenti Dominici mysterium, in eorundem fratrum Ecclesia quotidie peragendum: vna Ama vini, de bonis nostris, Bertoldo, qui VVirt de Ehingen vulgariter appellabatur, & hæredibus suis, per nos pro annuo censu concessis: supradictis fratribus, nomine testamenti & eleemosynæ annis
» singulis tribuatur. Ista autem prædicta donatio, ne per quemcunque fratrum prædicto-
» rum, seu hæredum nostrorum: in posterum vendi, vel obligari, siue minui valeat, aut in-
» fringi: præsentem schedulam conscribi fecimus: & sigillo nostro, ac sigillo vniuersorum ciuium
» ciuitatis supradictæ, fideliter communiri.

Testes

Testes verò huius rei sunt:

Conradus, dictus Lamp, miles. Heinricus minister, & Henricus filius, eiusdem. Volckerus, dictus Stahler. Engelhardus, dictus Herter. Landolfus, dictus Lange. Engelfridus, ciuis ibidem. Et complures alij fide digni. Herter.

Datum & actum in noua ciuitate memorata, in domo fratrum supradictorum, anno Domini 1294. Indict. 6.

Vxores illis temporibus, aliàs Collaterales (vt in præcedente fundatione) aliàs contectales, aliàs Collectaneæ, dicebantur.

Insigna priscorum Ehingenorum.

Ein schwartzer Schilt: Darinn zwen gelber Dachsparren/ gleichsam eins Winckelmaß. Auff dem Helm/ ein Königlich Brustbild/ mit einer Kronen. *Fortè, quia præfecti fuerint fabrorum tignariorum, sub veteribus Cæsaribus Romanis.* Ehingenorum Insignia.

De hac familia, in præsenti satis. Plura quærantur infrà lib. 6. cap. 8.

Eodem 1294. anno, VVolffhardus de Rhot, Episcopus Augustanus, Monasterium S. Margaretæ fœmineum erexit Augustæ. Quod anno 1538. in curiam hospitalem (in ein Spitthalhoff) conuersum est. M. Scr.

Obijt 1294. die S. Iacobi, Dietricus de Herrenberg, Sacerdos: cui successit Ber. Capellanus de VValtenbuch. Libro Sindelfing.

Eodem anno, per Festa Nat. Domini, Regina (Adolfi R. Imagina) fuit Achalmæ, veniendo de Alsatia, & de Ortinberch, in Vigilia Domini. Postea in Circumcis. Domini, fuit ipsa ad baptisationem filiæ comitis Vlrici, Stutgardiæ. Ibidem. Imagina Cæsarissa.

Ab hoc circiter tempore, auspicatus est suam Turcicam & Græcam historiam, Laonicus Chalcocondyles: atq; usq; ad annum 1462. Domini perduxit, satis benè scribens Græcè. Chalcocondyles.

Anno 1295. mediocris staturæ homo Regnum Teutoniæ circumibat: Imperatorem Fridericum se suis fidelibus referens. Hic cùm Esslingam venisset: à ciuibus captus, hæreticus esse probatur, & crematur. Chron. Colmar. Miror, si hic sit alius: quàm ille, de quo sub Cæsare Rudolpho dictum est, Tile Kolupio. Pseudo-Fridericus.

Persequebatur Adolphum R. hostiliter Albertus Austriacus, omni conatu. Quem cùm ille Ducatu priuare conaretur: à Principibus destitutus, propositum omisit. Trit.

Constantiæ crebri terræmotus erant: & quidem 19. concussiones, in die Sabbati ante S. Mariæ natalem. Postea 25. homines naufragio in lacu perierunt, vno Iudæo saluo. Terræmotus.

Papa erat Bonifacius IIX. Hic in sacris cineritijs Prochetum Sacerdotem contumelioseq; tractauit, dicens: Gibelinus es, & cum Gibelinis morieris. Ac simul cineres sacros, in frontem & oculos eius proiecit. 7. Petrus crinit. 13. de honesta disciplina. Gibelinus es.

Bonifacius idem, anno sui Pontificatus 1. confirmauit Bebenhusanis sua priuilegia, libertates, exemptiones secularium exactionum. Interdixit, ne quisquam res ipsorum occupare, vastare, seu quomodolibet detinere, præsumat. Perrexit, vt generali facto terræ interdicto, liceat ipsis, ianuis clausis, quibuslibet alijs (præsertim interdictis & excommunicatis) exclusis, submissa voce officia diuina celebrare: modo ipsi non dederint causam interdicto, nec ipsis specialiter interdicatur. Indulsit etiam, vt priuilegijs, quibus hactenus propter simplicitatem, & iuris ignorantiam, vsi non sint, de catero vti possint: dummodo eis non sit per præscriptionem, vel aliàs legitimè, derogatum. Bebenhus. Priuilegiorum confirmatio.

Eodem anno, 1 dibus Maij, Indict. 8. Gottfridus, Palat. comes Tubing. (patruelis Eberhardi Schærerij) Bebenhusijs vendidit curias suas apud Tubingam, dictas Fronhoue: quibus annexum erat ius patronatus Ecclesiæ Tubingensis: & curiam dictam, deß von Rugge gut: cum omnibus suis pertinentijs, exceptis tantùm vineis. Item vineas deß Pfaltzgrauenbergs/ cum suo torculari, sitas apud castrum Tubingen, & VVitzemannesberg. Omnes etiam vineas apud Tubingam: quas à patruele suo Eberhardo Schærerio emerat: exceptâ tantùm vinea trium iugerum, dicta Freuelnvvingart. Item omnes fundos, cultos & incultos, ipsi & patrueli prouentum Lantgarham ferentes. Montem quoque Hohenberg, cum attinentys suis, vsque ad riuum Adebach (al. Arlebach) & à riuo vsque ad castrum Antringen, extensis. Item curiam in Iesingen, cum sylua Buchhalda, cum suis pertinentys. Præterea, montem dictum Crutzberg, cum attinentys suis. Bona denique apud VVil, Alttorff, & Nuvviler: cum omnibus dictarum curiarum bonis. Pro his, pecuniam accepit: sed ius patronatus Tubing. Palat. Gottfridus. Pfaltzgrauenberg, hodie Pfaltzhalde. Freuelnvvingart. Creutzberg.

Ecclesiæ

Ecclesiæ Tubing. illis liberè dedit. Talia libenter pono, propter vetera nomina locorum, hodie adhuc vsurpata.

Priuilegium comitis Eberstainij.

Eberstainius C. Heinricus Bebenhusanus.

Nos Heinricus, comes de Eberstain, tenore presentium constare volumus vniuersis: quòd nos purè propter Deum, ad honorem & laudem glorioſe virginis Marie, & omnium Sanctorum, in remedium anime nostre, & progenitorum nostrorum, permittimus potestatem religiosis viris, Abbati & conuentui Cœnobij de Bebenhusen, Cistert. ordinis, Constantien. dioceſis, bona & predia, in villa Rusten (Reusten) sita, & in banno ibidem, que à nobis in feodo habebantur, à festo beati Galli, termino eisdem indicto, inantea, emendi, comparandi, à quibuscunque: vel quicunque de bonis predictus, propter Deum aliquid contulerit cenobio predicto, sibi vsurpandi plenam & liberam habeant facultatem. Quam donationem ipsis per nos factam, presentibus profitemur. Super quibus nostro sigillo presens litera est munita. Actum & datum apud Eberstain, anno Domini M. CC. XCV. in die S. Galli.

Kirchaim. Teccenſ. D. Hermannus. Hædelfingen.

Eodem anno, idib. Decemb. Craffto, miles de Kirchaim, dictus de Tachenhusen, cinis Ezelingæ, vendidit Bebenhusijs per manum Domini sui, Hermanni Ducis de Teck: nec non & de consensu Sophiæ, vxoris suæ legitimæ: 280. libris denar. Hallen. monetæ, omnes possessiones suas in territorio Vildern: & omnes poſseſs. apud Blieningen, atq; Hædelfingen: exceptâ tantummodò vinea: & hominibus, ad eum iure seruitutis pertinentibus.

VVesthaim.

Dietricus de Kirchaim, miles, ius patronatus Ecclesiæ in VVesthaim, cum fundis, quibus annexum, eidem cœnobio purè donauit.

Renuntiatio ſuperiure patronatus Ecclesiæ Gyglingenſis, ac decimis. &c.

Stralenbergenſ. Conradus. Gyglingen.

Ego Conradus de Stralenberg, miles, tenore præsentium constare cupio vniuersis: quòd in iure patronatus Ecclesiæ in Gyglingen, & suis attinentijs, VVormacienſis dioceſis, nihil iuris habeo, nomine meo: nec ratione sororis meæ (Elisabetæ) vxoris nobilis viri Rudolfi de NIFFEN (al. Nuphenne) nec aliàs quoquo modo. Et, si quid iuris haberem, vel habeo quocunq; modo: huic renuntio per præsentes: & donationi, & dicto iuri patronatus, & suis attinentijs, religioſis viris & honeſtis, Priori (Iohanni) & conuentui Dominici sepulcri extra muros Spiræ, per dictum nobilem virum Rudolfum de Niffen sororium meum factæ, consentio libenter, & de plano: promittens bona fide, quòd dictos viros religioſos non impediam in dicto iure patronatus, & suis attinentijs: per me, vel per alios: directè, vel indirectè: publicè, vel occultè: vel aliàs quoquo modo. In cuius rei teſtimonium & euidentiam, præsentes literas Priori & conuentui prædictis tradidi, mei sigilli munimine roboratas. Datum & actum anno Domini M. CC. XCV. Feriâ tertia poſt Dominicam Reminiſcere.

Præcesserant autem literæ: quibus nobilis vir Rudolphus de Niffen: & venerabilis matrona Elisabet de Stralenberg, coniux eius: apud Iudices VVormacienſes illi viri renuntiarant: nec ipsa vnquam repetitura erat bona illa, ratione dotis, vel donationis propter nuptias sibi factæ. Rudolphi huius mater, fuit nobilis matrona Michtildis: nupta quondam nobili Gotfrido de Niphen. Soror eiusdem Rudolphi, Maria, Mechtildæ filia, vxor nobilis viri Vlrici de Magenhaim. Hiſsimiliter omnes illis rebus renuntiauerant, in strata publica Gigelingæ, anno 1295. Feria 6. ante Dominicam, qua cantatur, Oculi mei.

Niphen.

Teſtes erant: Magiſter Ludmannus Notarius, præbendarius maioris Ecclesiæ VVormacienſis. Nobilis vir, VValther de VVisenbach. Nobilis vir, Eberhardus dictus Boſſe. Henricus dictus Roſſehuben de Binigkeim. Et alij plures.

Subſignarant etiam prædicti, Rudolphus de Niphen, & Vlricus de Magenhaim: pro ſe, & honeſtis nobilibus q; matronis, Elisabeta atq; Maria, coniugibus suis.

Bietikaim.

Eodem anno, transactio quædam facta est de quibusdam bonis in Buticken, & Haſlach, ac monte Brachberg: inter Abbatem Lorch. Gebzonem, & Heinricũ de Butikein. Arbitri erant. Ex parte Abbatis: D. Milo, Abbas Murrhartenſis. D. Bertoldus de Schechingen, miles.

Schechingen.

Ex parte Henrici: D. Albertus Brennmul, D. Dietricus de Helffenberch, milites.

Teſtes:

D. Conradus de Kemnaten, } Sacerdotes conuentus
D. Dietricus de Gliche. } in Murrhart.
D. Ludvvicus, } perpetui Vicarij in Stainikirchen,
D. Dietricus, } & in Sultzbach.

D. Bertol-

D. Bertoldus & Albertus, fratres dicti Scheublini:
Burkardus de Oppenvviler, dictus sturmfæder: } *milites.*
Diemarus de Vggingen:
Hartmannus dictus Letschier de Ingerhaim. Diether dictus Susler, Diemo de Glatbach. Milo de VViler. Sifridus de VVesten.

Scheublin.

Sigillatores.

Marchio de Paden, dictus Hesse. Abbas Lorchensis, & conuentus. D. Milo, Abbas Murrhatensis.

Cunradus, Marscalcus in Besenkeim:
VValther de Vrbach: } *milites.*
Albertus dictus Brennmul:
Datum in Sultzbach 1295. tertia Feria post Dominicã, Quasimodogeniti infantes M. Scr.

Besikaim.

Eodem anno, viuebat Baro Gerungus de Kempten. Erat hoc, sedes quondam Baronum Kamptensium, in Tigurino pago, id est, in Zurichgoia. Hodie est pagus & arx, ad Blareros pertinens. Situm est cum alijs, in dominio Gruningensi: quod Gruningen ibi est oppidum & arx. 6. stumpf. 2. De quibus vide plura suprà part. 2. lib. 4. cap. 9. & 10.

Kemptenius, Baro Gerungus. Gruningen.

Diuersum est Gruningen, vel Græninga, VVirtembergicum hodie oppidum: de quo in M. Scr. hac inueniebam.

Alterum Gruningen.

Anno 1295. Rex Adolfus, Comitibus Conrado & Eberhardo de Landavv oppidum Gruningam, & pagum Kirnbachum, 3030. Marcis argenti oppignerauit. Vndenam Landavv, ad illum? Erat ne tunc Imperij?

Landaui Comites.

Anno 1301. Rex Albertus, Comiti VVirtembergico Eberhardo, oppidum & arcem Gruningam, pro 12. millibus librarum obol. pignori dedit: idq; sarciendi sumptus causâ: quem Eberhardus, studio ipsius, aduersus Adolphum fecerat.

Gruningæ fortuna.

Anno 1316. Rex Fridericus op. Gruningam de Comite Eberhardo redemit: & in tutelam Imperij recepit.

Anno 1322. Rex Ludouicus, D. Conrado de Schlysselberg, quòd is benè se gessisset in pugnando, in Italia & Germania, in feudum concessit, vt Signifero, op. & arcem Gruningensem.

Schlysselberg.

Anno 1336. idem Cæsar, Comiti Vlrico VVirtembergensi (eo tempore prouinciali Præfecto Sueuiæ, Landuogt) concessit: vt Gruningam de prædicto Schlysselbergio emeret: eumq; contractum confirmauit: & Comiti Vlrico vexillum militare sacri Imperij Romani, op. Gruningæ & arcis, dedit. Insignia. Nigra aquila vniceps, in flauo campo: quem suprà tamen transit viridis lumbus, ein grüner strich.

VVirtemberg. C. Vlricus, Sueuiæ Præfectus.

Circa hoc tempus, à R. Adolpho præterea facta.

König Adolph von Nassaw/ satzt von deß Reichs wegen zween Landtuögt/ vber die Stätt vñ Landt Schwaben/ vñ Elsaß. Den Graffen von Ferrær: aber jenhalb Rheins/ Herrn Herman von Geroltzeck. Wieder diese conspirierten Bischoff vnnd Statt Straßburg/ die Herren von Liechtenberg/ von Ochsenstein/ Landtgraffen zu Elsaß/ Graffen von Frieburg/ vnd Zweybrück/ von Haigerloch/ vnd etlich andere Landtsherren vnd Fürsten: Kriegten wider König Adolphen/ vnnd seine Herren Landtuögt. Also ward ans Reich erwelt Hertzog Albrecht von Osterreich. *Nobilis vir Gottfrid. à Rammingen ad me, his diebus, ex veteribus M. Scr.*

Sueuiæ Præfecti duo.

REGIS ADOLPHI RES IN MISNIA GESTÆ. EI, ALBERTVS AVstriacus oppositus. Albertus, Haigerlohensis Comes, cæsus. Oppidum Hageloch. Mercklinga fluuij VVyrmi. Schvvinfurti Hastiludium XVI. Augustanorum cum Rudolpho Bauauaro bellum. VVildenrhodiæ & Rorbecciæ familiarium inimicitiæ capitales. Indulgentiæ Schorndorffam à Papa missæ.

CAPVT XIII.

ANNO 1296. Principes, alieni ab Adolpho R. erant. Ipse verò Fribergam, & Misnæ castrum ac ciuitatem, deditione cepit. Tunc Misnenses Marchiones, Fridericus & Dicemanus, nepotes Imp. Friderici Sueui, inde expulsi sunt. Quædam tamen postea in Turingia & Misnia, terraq; Orientali, recuperarunt. Siffrid. Militarunt autem Adolpho tunc, inter alios etiam Sueui. Ait Funccius, hoc anno Albertum Austrium, esse Rom. Regum electum.

Cæs. Adolphus, in Misnia.

Albertus Austrius, contra eum.

Fridericus, Comes Zollerensis, senior: curiã dictam Fronhof, in Æntringen iuxta cœmeterium: nec non omnes suas apud Braitenholtz possessiones, cùm omnibus fundis, domibus, siluis, aquis, &c. 450. ll. denar. Hal. Bebenhusanis vendidit. Ius patronatus in Æntringen, gratis obtulit, ad honorem Dei, & Mariæ virginis. Actum 1296. 10. Kal. Decemb. Indict. 9. Esslingæ.

Braitenholtz.

Eiusdem anni 5. Kal. Septemb. Gottfridus, Palat. Comes Tubing. oppidum HAGINloch, cum omnibus pertinentijs & dominio, montem Hohenberg, Stainberg, Nubam, die Burckis negeren/ijsdem absolutè vendidit 140 ll. Hal. nihil sibi suisue reseruans, inter riuum Ammer & inter riuum Aribach (al. Arlebach) exceptis 8. plaustris palorum: ad vineas suas Hasenbijhelicas pertinentibus: ad præscriptum seruorum Monasterij, secandorum. M. Scr. Jst jetzt Hageloch ein Weiler.

Hageloch, hodie vicus.

Hasenbuhel.

Eodem anno, mense Decemb. Henricus & Otho fratres, Comites in Zvvaibruck, Monachis Herrnalbensibus Mercklingam ad amnem VVyrmum, cum omnibus viribus (mit aller Herrligkeit/sampt der Dube vnd Alpse) vendidêre 450. ll. H. De quo loco hæc quoq; reperi.

Mercklingen.

Erckinger olim de Mercklingen, der groß Tyrann (hoc enim titulo vsus est) tenuit Liebecellam (oppidum & arcem) iuxta thermas ad Nagoltum Cellenses. Huic bellum inferre volens Marchio Badensis, infirmior erat. Ideo auxilium Palatini Ruperti imploranit. Ceperunt coniunctis viribus Liebecellam: Tyrannumq; de turri arcis celsissima (quæ turris adhuc extat) præcipitarunt. Arcis hodie supersunt rudera, supra oppidum sitæ.

Erckinger Tyrannus.

Cella op. vel Liebecella.

Mercklinga, præfectura nunc est (ein Amptsfleck) habens sub se 4. vicos: Hausam, Simotshaimum, Hingstettam, & Gœchingam. Præfectum (Amptmann) ibi agit (anno quidem 1589.) Leonhardus Brautschvvertus (Viti, Backnangensis Præfecti, frater) qui tractat Regalia. Et sedet Scultetus est Georgius Seublinus: qui tantùm curat Mercklingam. Maior hic vicus est, quàm Brackenhaimum; maiore etiam hominum copia præditus. Præfectus habitat in curia (im Fronhoff) vbi sunt duæ domus, vno cinctæ muro. Magna loci amœnitas præsertim aquarum irrogatione. Non longè ab oppido Imperiali VVila distat, Tiessenbrunnã & Vfortzheimũ versus.

Mercklingæ status hodiernus.

Simotshaimum.

Anno Domini 1296. Non. Mart. obijt Domina Agnes de Teche: vxor Conradi, mater Henrici: qui fuit filius Domini Conradi de Lichtenberg: & 1216. obijt 9. Cal. Nouemb. Sed prior Dominus Conradus, 1294. obijt 4. Cal. Martij.

Tecc. Agnes.

Hoc etiam 1296. anno, Schvvinfordiæ in Francia orientali celebrati sunt equestres ludi XVI. ea hebdomade, quæ proximam Dominicam post Laurentij secuta est.

Hastiludium 16. Schweinfurti.

Rectores eorum, equites hi 4. erant.

Buaricus, Dietricus de Kammer. Rhenanus, VVolfgangus Kemmerer VVormacienses. Francicus, Otho Schenckius de Geiern. Sueuicus, Conradus de Hyrnhaim.

Sueui interfuêre.

Comites, Fridericus Holffenstainius. Eberhardus VVirtembergensis. Albicus Sulzensis. Baro Fridericus Schænckius de Lympurg. Equites. Vitus Rechbergensis. Iacobus & Henricus Bodmanij. Henricus Marescalcus Bappenhaimius. Leopoldus Freudenbergius. Nobiles. Sigismundus, Marescalcus Bap. Blicardus de Gemmingen. Alexius VVildensteinius. Henricus Truchsæsius de Ovve. VVernherus de Lindavv. Et alij.

Halæ viuebat VValther Sulmaister, & filia eius Elisabeta: quæ recepta est in cœnobium Gnadenthalense. In Sindelfing. M. Scr. libro scribitur: A. 1296. 6. Nonas Mart. obijsse Magistrum Rudolphum in Constant. cui Marquardus, Sacerdos de VValttorff. successerit.

Sulmaister.

Anno 1297. Albertus Dux Austriæ (vocatus à Principibus, qui à R. Adolpho defecerant, quasi iam Rex) partes Sueuiæ & Rheni cum milite est ingressus: malens alibi, quàm in sua ditione, bellare. Adolphus autem Episcopum Argentinensem Conradum, Duci fauentem, Rubiaci diu potenter obsedit. Erant tunc quatuor duces Bauariæ cognati: Rudolphus & Ludouicus, superioris: Stephanus & Otho, inferioris. Venienti autem Othoni in auxilium Adolphi Regis: Albertus, strenuissimus Comes de Hohenberg in Sueuia, occurrens, & impediens, ab Othone in conflictu confossus est: Occisis cum eo 340. viris. Inter spolia, multi funes & nouaculæ, reperta. Hohenbergius enim, tanquã certus victoriæ, Bauaros colligatos & tonsos mittere ad Austriũ cogitauerat. Sed incidit in foueam, quam alijs foderat. Otho Rubiacum lætus venit: quem Cæsar maximo gaudio excepit. Albert. Argent. Auent. & alij. Vide sup. cap. 6.

Hohenberg. C. Albertus, occisus.

Eodem tempore viuebant: Comes Henricus de Veringen, & VVolfhardus eius filius. Item, VVernherus de Zimbern von Freyenzimbern.

Vering. Comes H.

Anno

Anno M. CC. XCVII. Indict. X. Epacta XVIII. postridie S. Hilariæ & sociarum.

Episcopus Augustanus VVolfhardus, Gebsoni & conuentui Lorchensi, ad diuini cultus ampliationem, præbendam quandam præbuit. Testes. D. Fridericus de Zolr, præpositus. D. Rudiger de Hyrnhaim, Decanus. M. Eberhardus, custos. M. Crafftio, Scholasticus. M. VVolframus, Cellerarius. D. Hainricus de Beringen, Canonicus Ecclesiæ Augustensis. Lorch. abbas Gebso.

Quoniam hoc loco mentio facta est Augustani Episcopi VVolfhardi: huc congeram ex Auent. quæ ipsi & Augustanis negotia fuêre cum Bauaris, his temporib.

Antequam Regnum Rom. accepisset Adolphus: Interrex erat Ludouicus Palatinus Rheni: sicut in Germania moris est: quandiu ea capite est orbata: Præfectum prætorio Rheni, Ducemq; Boiorum, Interregem esse, atq; Imperij munia obire. Is ergo tunc apud Rhenum Ludouicus erat: cuius filius Rudolphus tunc in Bauaria degebat. Hic, vti Augustani, vicini sui (ciues, Sacerdotes, Episcopus) se, atq; Parentem suum, tanquam Interreges reciperent, atq; imperata obedienter facerent, postulabat. Id Augustani detrectantes, Hainrico Burgouiensi Marchioni, vetero Boiorum inimico, vrbem suam aduersus Rudolphum commendabant. Rudolphus hac contumelia lacessitus: proxime fauces, & propter amnem Lycum, in Alpibus arcem contra Augustanos extruebat. Hi verò, eruptione facta, eam diruerunt fugato Bauari præsidio. Cum is ideo Augustam inuadere niteretur: patrueles eius, Otho, Stephanus, & Ludouicus, bellum ei indixêre, nisi contentius Palatini Rheni cognomine, titulo Botariæ posthac abstineret. Ille ergo coactus, inducias cum Episcopo Augustano & ciuibus fecit: quas pater, reuersus, confirmauit: captiuis vtrinque dimissis: & cauto, ne noua arx iuxta fauces reficeretur. Interrex Germaniæ, Palatinus Rheni. Burgouiensis Marchio Henricus. Augustanorum & Rudolfi Bauari bellum.

Anno deinde 1296. inducijs hu finem sortitis: exinde hæc facta sunt. VVolfhardus, Episcopus Augustanus, castellum in monte Kaltenberg à Rudolpho, quatuor annis ante extructum, diruit, & complanat: inducias à Rudolpho petere dedignatus. Conradus ab Haldenberg, iussu Rudolphi, Mergethamum noctu clanculum occupat. Quod vbi Augustæ postridie innotuit: ciues, castellum recuperaturi prouolant: sed fortiter à Boijs, qui in præsidio erant, repulsi, domum reuertuntur. Rudolpho copias in eos vndique contrahente: Cæsaris iussu induciæ factæ sunt: partesque, ad ipsum in ius ire iussæ. Interim contra inducias, à Rudolpho arx Mergethamia diruta est, propter mala sibi suasque inde illata: Augustanis, dum inducia exirent, quiescentibus. Post quas, Hainricus Burgouiensis, Comitesque Zornij, ab Episcopo & ciuibus in commilitium accîti: arcem Oberthalam, quam Rudolphus nuper emerat, castellano eius Chimergero ex insidijs capto, à præsidiarijs capite destitutis traditam, occupant, soloque aquant. Tum Rudolphus exercitum conscribere: auxilia à patruelibus Stephano & Othone corrogare. Augustani Zornijque, propinquum Augustanæ vrbi oppidum Fridebergam obsedêre. Sed cùm expugnare non possent: omnibus iuxtà incendio compleis, ingenti pecorum abacto numero, Augustam reuersi sunt. Bauari vicissim, quicquid poterant, in Sueuia Lycique ora, vrebant, diripiebant, populabantur. Cæsar, his cognitis, legatos cum mandatis misit: inducias ad Calendas Ianuar. edixit: se auxilio fore Augustanis, nisi Boij ab armis discederent, comminatus est. Metu ergo Adolphi, Bauari Principes quiescebant. Zornij, Zellerenses.

Calendis Ianuar. & fine induciarum, appetentibus: Augustani manum faciunt: ac postea 16 Calen. Febr. anno millesimo, ducentesimo nonagesimo septimo, Pyel, oppidum Conradi à Vildenrhod, de improuiso adorti, diripiunt, & exurunt. VVildenrhodia gens, ad dolo Rorbeckiorum factum rata, eos vlciscî, vt veteres inimicos, omnibus modis conabatur. Itaque Conradus ab Haldenberg, VVildenrhodorum patruelis, communicato consilio cum Engelscalco à VVildenrhod: VVeinhardum Rorbeckium, Landsbergæ, vbi consiliarij frequentes de bello Augustano inter dicendo erant, repentè inuasum confodit, ac profugit. Fratres occisi, Hermannus & Engelscalcus, iustitiam Rudolphi Ducis contra percussorem implorant. Datur eis iudicium Monachij: ad quod Rorbeckij omnes cum necessarijs suis adsunt: cruentam occisi vestem exhibent. Iudicium officium inuocant: vt in commune consulant: nec tantum scelus impunè abire sinant. Nemo aderat VVildenrhodorum: nemo patronum se illis exhibebat. Sententiâ itaq; Principum proscripti sunt: & bona eorum publicata. Plura, apud Auent. VVildenrhodij & Rorbachij, inter se inimicissimi.

Eodem 1297. anno, die S. Agnetis, Renberus de Ruti, miles, bona quædam Betzvilerica & Vogelsbergica, tradidit Alperspachensi cœnobio, libris 33. monetæ Tubingensis vendens. Rutensis Reinerus. Alperspach.

Nos Fridericus, miles de Gingen, nec non Lucgardis mater nostra, & Eberhardus frater noster, &c. Coram Friderico de Deckingen, & Comite Vlrico de Helffenstain, quædam 1297. egerunt. M. Ser.

Anno 3. Pontificatus Domini Bonifacij 8.

Sehorndorffensi Ecclesiæ indulgentia data.

Quindecim Archiepiscopis & Episcopis subsignantibus, indulgentiæ datæ sunt de iniunctis pœnitentijs (accedente modò consensu Diocesani) X L. mortalium, & annus venialium peccatorum, omnibus: qui summis anni Festis, aliisq; in Sehorndorffensem Ecclesiam (fundatam in honorem Sanctorum, Basilidis, Cyrini, Naboris, Nazarij, atq; Celsi, Constantiensis dioceseis) verè pœnitentes & confessi accederent: ibi diuinum officium vel sermonem audirent: seu Presbyteros reuerendum corpus nostri Saluatoris ad infirmos portanti, in eundo vel redeundo, benignam exhiberent comitatiuam: aut ad fabricã luminaria, vestimenta, ornamenta, seu ad aliqua alia necessaria Ecclesiæ. manus porrigerent adiutrices: vel in vltimis voluntatibus quicquam facultatum suarum legarent sustentationi Ecclesiæ huius: nec non, quicunq; ad reuerentiam & honorem beatæ Mariæ, in pulsatione campanæ post completorium, salutationem Angelicam ter dicerent mente pia. Hæc verba, in eo Diplomate.

Pro vase vacuo dabatur vas vini plenum, in Alsatia. Tam vber erat huius 1297. anni vindemia. Clerici cuiusdam crepundia, propter iuuenculam Basileæ excisa, ibi in propatulo ciuitatis suspensa hoc anno sunt. 12. Stumpf. 27.

ADOLPHI CÆS. IN PRÆLIO CVM ALBERTO AVSTRIACO, Interitus. Albertus Austr. 3. Rex Rom. Tigurini ab eo infestati. Comites aliquot Sueuici: VVirtemberg. Tybing. & Helffenstainius. Op. Geisselinga. Fridericus Herter Tusselingensis. Fratres duo Schenckij. Nicolaus Biberacensis. Innocentius P. Alberto Regi contrarius. Pfirtensis Comes Theobaldus. Bebenhusensium progressus. Alperspachiana Mendicorum quotannis recreatio. Turingiæ status. Hierosolymorum per Tartaros occupatio.

CAPVT XIIII.

Alberti electio contra Adolphum.

ANNO 1298. *Adolphus, cùm Albertus Austriacus cum exercitu adesset, soluit obsidionem Rubiaci, Spiramq; descendit. Fuit Albertus, reiecto Adolpho, electus Rom. Rex pridie natiuitatis Ioan. Baptistæ Moguntiæ: vbi Archiepiscopi erant, Moguntinus Gerhardus, Colonienses electus VVichboldus, & aliquot alij Principes. Iuuabant Albertum Austrij, Bohemi, Alsatæ, Argentinenses, Comites Friburgenses, Zyveibruccenses, VVirtembergensis Eberhardus, aliiq; multi. At etiam Rex Adolphus magnum exercitum habebat: in quo, Spirenses, VVormacienses, Oppenhaimenses, Bauariq; Rudolphus (gener ipsius) & Otho: nec non Comites, Isenburgius, Spanhaimius, Hirsutus, & alij multi. Ascendit Albertus VVormaciam versus, ad montem Dornberg quem Adolphus, non expectato peditatu suo, equitibus insecutus est: metuens, ne ille euaderet. Erant autem pauciores equites, quàm par esset: & præcipitatio consilij pernitiosa. Consistente porrò Alberto cum copijs suis: agnouit errorem suum Adolphus. Accessit & hoc incommodi: quòd Albertus in eam partem declinauerat: vnde Rex haberet solem sibi aduersum. Is tamen animosè in Austrios incurrit. Commissum est acerrimè prælium: in quo vexilliser Alberti, Otho de Ochsenstain: Dominus de Eisenburg, Capitaneus Regis, & alij, caloribus sunt extincti. Rex Albertum aggrediens, Non euadetis, inquit, sed hic Imperium dimittetis. Albertus contrà, Hoc verò, inquit, in potestate Dei est: simulq; Regem gladio iuxta oculum vulnerauit. Cadens autem hic in terram, à quibusdam Syluestribus & alijs Comitibus, modico vulnere in collo occisus est. Quo viso: Dux Albertus, satis est, exclamat: neminem amplius occidite. Sepultus est Adolphus in Monasterio Frawenfeld, Alberto præsente. Ante verò, Adolpho post prælium vestibus ad nuditatem exuto: Moguntinus, qui eius aduersarius fuerat, videns ita miserè iacentem, fleuit: corq; validissimum periisse, dixit. Hæc ferè, apud Albert. Argent.*

Prælium eius cum Adolpho.

Occiditur Adolphus.

Auentinus inter alia, illam pugnam sic describit.

Fusior illius prælij descriptio.

Albertus, inquit, copias in tria agmina diuidit: Adolphus equites, quos paucos habebat, bipertitur. In prima turma erant ambo Boiariæ Rectores, Rudolphus & Otho cum popularibus: secundam, Belgarum atq; Rhenanorum, Cæsar ducebat. Erant in ambabus Adolphi turmis, quingenti

quingenti haud amplius equites: Albertus mille & quingentos habebat. Nihilominus Boij pugnam cient: intrepidè, vbi Austriaci, atque Hainricus Tyrollius & Charinus, consistebant, inuadunt: hisque fortiter resistentibus: Adolphus Boijs celerrimè succurrens, calcaribus equum vrgens, impetu vasto fertur: equo decidit: mox à Comitibus sublatus, reiecta galea, adoperto capite, solus concitatius, quàm par erat, in turmam Alberti inuehitur. Hostes, ordinibus laxatis, impetui cedunt. Hic verò Adolphus circumuentus, sufossoque equo, occiditur. Tum Cæsariani fugerunt: Albertus ciuibus parci iussit: capi, aut effugere sinit, imperauit, Inter captos fuit Adolphi filius Rupertus: qui Moguntino consanguineo traditus: aliquot castellis ab eo dimissus est. Pugnatum fuit sexto nonas Iulij, anno 1298. Noluit Victor pati, vt Adolphus Spiræ inter Reges sepeliretur, abdicatum causans. Hæc ferè, apud Auent.

Alibi hæc etiam inuenio. Interficitur Adolphus Festo Sanctorum Processi & Martiniani, inter Spiram & VVormaciam Fast. Colmar.

In campo factum sub monte, qui dicitur Turnsberg, 2. milliarib. à VVormacia. Her. Ædit. *Locus prælij.*

In agro Spirensi, dicto Hasenbyhel, pugnatum est. Otho Bauarus, tribus vulneribus acceptis, vix euasit. Adolphi filius, cum LX. Comitibus & Baronibus captus. Rex honorificè in conobio, cui nomen Rosarum vallis sepultus. Sed post concordiam Principum exhumatus, Spiram est delatus. *Sepultura Adolfi.* Vbi hodie amborum mortuorum corpora, Adolphi & Alberti, qui maximè in vita inter se dissidebant, vix palmo iam inter se discubant. Cuspin. Pugnatum autem sex horas fuit. Occubuit in eodem prælio Vlricus 2. Dominus à Klingenberg: qui ex nobili ab Altenhofen fœmina genuit filios: Cunradum à Klingenberg: Albertum de Hohenklingenberg: & Henricum, Frisingensem 1320. præsulem. Laz. *Klingenberg.*

Exitus coniuratorum in R. Adolphum, vt scribitur.

Comes Albertus Hohenbergensis, ab Othone Bauaro antea occisus. *Malus exitus hostium Cæs. Adolfi.*

Otho de Ochsenstain, æstu suffocatus. Episcopus Moguntinus Gerhardus, vel Gebhardus, subita apoplexi in sella extinctus.

Conradus Episcopus Argentinensis (sub quo illa miranda summi Templi turris inchoata fuit) anno 1209. cùm suum cognatum Ægonem, Comitem Friburgensem, Friburgum grauiter obsidentem, iuuaret: ad oppugnandumq; ciuitatem milites exhortaretur; à lanio quodam Friburgensi, homine iuuene, lancea traiectus, perijt. Brusch.

Comes Lyningensis frenetide correptus.

Rex Albertus posterius à Duce Ioanne, ense confossus. De Adolpho, hæc hactenus.

Nunc igitur est tertius CÆSAR ALBERTVS Austriacus, regnans A. 9. aut plusculum. Fuit vnioculus. *Albertus, Occid. Imp. 3.*

Denuò electus fuerat Francofurti: quòd prior electio, absentibus Palatino & Treuerico Præsulib', non satis legitima videretur. Coronatus deinde Aquisgrani à VVickuoldo Colonien si: & in solio Caroli M. locatus. Ibi tanta hominum multitudo erat: vt Saxoniæ Dux opprimeretur, relinquens sororem Alberti viduam. Paulò post, mense Nouembri, cùm esset conuentus Principum & Episcoporum Noribergæ: à Colonien si coronam accepit vxor eius Elisabeta: à Salisburgensi Episcopo, aliisque Primatibus, ex Austria per Sueuiam eò deducta. Quæ mirum in modum laborauit: vt Bauariæ Ducem Othonem, qui Comitem de Haigerloch, auunculum Alberti Ducis Austriæ, occiderat, reconciliaret suo marito Alberto Regi. Fuit ea Conradini vltimi soror ex matre. Cuspin. *Alberti, & vxoris Elisabetæ, coronatio.*

Tigurinos deinde, quia cum Cæsare Adolpho (sicut & alij Heluetij) fecerant, Albertus Rex obsedit. Ipsi, cum pauciores numero essent, mulieres & virgines armauerunt: atque ordine structo, se se ostentauerunt. Rex de monte Tigurino conspicatus: metu tactus, obsidionem soluit: pacem cum vrbe firmauit: priuilegijs etiam libertatem eorum auxit. 6. Stumpf. 17. *Tigurum frustrà ab illo obsessum.*

Erat VVirtemberg. Eberhardus in magna gratia apud R. Albertum, vt cui contra Adolphum adfuerat. Facilè itaq; Rex ferebat eius cum ciuitatibus concertationes: quarum se ille Aduocatum esse volebat, sicut tempore Interregni fuerat. *Eberhard. VVirtemb. C. Aduocatus ciuitatum.*

Reperi in Schedis M. Ser. circa hæc tempora vixisse Vlricum: Eberhardi Greineri, & fratris Vlrici, VVirtembergensium Comitum tutorem: primò Rectorem Ecclesiæ Hefingensis: deinde Canonicum, ac tandem Præpositum S. Guidonis Spirensis. Instaurasse arcem Stutgardianam: vinique cellam de nouo condidisse, atq; eborum Templi. *Vlricus, VVirtemberg. Comitum tutor.*

Nos Eberhardus, Comes de Tuvvingen: & Adelhaidis, vxor eius, Comitissa de Vaihingen, &c. *Tubing. C. Eberhardus.*

Vaihingen. gen, &c. Actum & datum in Vaihingen, anno M.CC.IIC.4. Kal. Maij. Vendiderunt Aduocationem & res in oppido Tetenhusa Bebenhusanus, sito in nemore Schainbuchio.

Herter Friderico. Eodem anno Elisabeta Friderici Herteri militis de Tusselingen vidua, ijsdem vendidit possessiones: quas habuit in Pflumdorff (Pfrondorff) prope Lustnouv, ex donatione propter nuptias: consentiente Palat. Comite de Tubingen Gottfrido.

Pfrondorff.

Donatio Vlrici, Comitis Helffenstainij.

Helffenstain. C. Vlricus, Bebenhusanis. Geislingen. Nos Vlricus, Dei gratiâ Comes de Helffenstain, tenore præsentium publicè profitemur: quòd nos Monasterio ac fratribus in Bebenhusen Cistert. ordinis, Constant. diœcesis, donauimus, & donando perpetuò remisimus, causâ diuinæ retributionis nec non ob ipsorum fratrum amicitiam, seu gratiam specialem, telonium: quod in strata nostra Giselingen de transuectura vini ipsorum, nobis ex antiquo iure seu debito, solui vel dari deberetur. Et vt hæc donatio seu donationis gratia, robur & firmitatem obtineat: præsentem chartam memoratis fratribus dedimus, sigilli nostri munimine roboratam. Data Geislingen, anno Dom. M.CC.XCVIII. in die beati Michaelis Archangeli.

Schenckij, Pincerna. Eodem 1298. anno, die Ascensionis, Conradus & Burcardus Schenckij fratres, Eberhardo nati: Hugoni de Thalheim, Præfecto Sultzensi, vendiderunt sua in pago Rotenbergium, res & homines: qui pagus est situs vber der Steg zu Renhartshouen.

Testes:

D. Gelfrat/Kirchher: zu Sultz. D. Burcardus Saltzuass. Johan von Ruti. Heinrich der Maier von Wasserecke. Conrad von Altorff. D. Herman/der Lutpriester von Sultz/genannt Luder. D. Herman/Lutpriester von Empfingen/& alij.

Biberacensis Nicolaus. Circa hæc tempora, Nicolaus de Biberach viuebat, omni genere literarum eruditus, & magnus Theologus. Hic Erdfordiæ docuit fideliter iuuentutem: &, cùm aliquando Romæ fuisset, plurimum eius loci impietatem detestatus est: dicens, ROMÆ fidem pietatemq; esse arôma, id est, rem valde preciosam Papam, & eius satelliles opes ouium rapere: & nemini quicquam dare. Heinr. Pantal. ex Trit. Eccles. Scr. & M. Illyr. Catal. test. verit.

Mulierum reiectio à Monachis. Stephano secundæ Bauariæ Rectore, cum vxore & Gynæceo, apud Allerspach fanũ intrante, vt rei diuinæ interesset: mox Monachi cuncti, extinctis cereis, inde diffugerunt. Putant enim sancti Hypocritæ Cistertientes, religionem pollui, si fœminæ intrent. Vide Auent. lib. 7.

Nubium diruptio. In vigilia S. Margaretæ, 1298 in Sulgenthal, fragore nubium homines CCC. perierunt. Herm. Ædit.

Anno 1299. cùm Ioannes Episcopus Tullensis, Conradus Oetingensis Tetrarchus (inquit Auent.) Romam missi essent: qui Pontifici Bonifacio 8. Sacerdotibus, ciuibus, Albertum nuntiarent rebus impositum: Octauus iste acta comitiorum rescidit: Albertum parricidij condemnauit. Etiam ense accinctus (inquit Cuspin.) & coronatus, in publicum prodijt dicens: EGO SVM CÆSAR & Pontifex. Papæ. Vides, ô Petre (Krantz. 8. Sax. 36.) successorem tuum: & tu saluti ter Christe, tuum cerne Vicarium. Vide quò ascendit superbia serui seruorum tuorum.

Bonifacius P. cõtra Cæs. Albertum. Ego sum Cæsar.

Phyretarum, seu Pfirtensium, Comes Theobaldus. Filiarum collocatio, vtilis. R. Albertus, cum Conrado Argentinensium Episcopo, Theobaldum Phyretarum Comitem aggressus, castra munitiones q; ipsius diripuit & vastauit. Cui cùm Theobaldus resistere non posset: ingeniosè, cùm duas haberet filias: Sophiam Comiti de VVirtemberg Vdalrico, alteram Baroni de Ochsenstain Othoni, in matrimonium addixit. Ita per hos, nullo labore fauorem Regis consecutus est. Cuspin.

Priuilegium, Bebenhusanis à Cæsare datum.

Bebenhusanorũ Priuileg. à R. Alberto. Albertus Rom. Rex, idibus Ianuar. 1299. Indict. 12. Regni sui anno 1. mandauit prudentibus viris, Sculteto, consulibus, & vniuersis ciuibus, in Ezlingen, Rutlingen, & in Vlma: ne contra vetera iura libertatis & priuilegia, Bebenhusanum Abbatem & conuentum, in flyra, precaria, teloneo, seu quocunque exactionis genere, nouis statutis grauarent: sed liberè eos frumenta, vina, & alia sinerent importare, ibi deponere: vendere, emere. Datum in Nurenberg.

Tubing. Palat. Rudolphus Scharer. Altingen. Schelcklingen. Rudolphus Palatinus Comes de Tubingen, dictus Scharer, vendidit Bebenhusanis curias duas in villa Altingen, dictas Ober vnd Nider Fronhof: quibus ius patronatus eiusdem villæ annexum. Item, curiam Rudegersgut dictam: & bona dicta Amerfelderhof: atque agros dictos Vfracker: cætera denique bona illius villæ. Ius verò patronatus non vendidit: sed id in possessionem cœnobij transire voluit. Consenserunt, vxor eius, nobilis Domina Comitissa de Schelcklingen, Lutgardis: eiusq; fratres, Vlricus & Henricus. Horum bonorum ipsa, dotis titulo

titulo ad se pertinentium, recompensam accepit, bona alia in Sindelfingen. Henricus confirmauit, Episcopus Constantiæ. Actum Herrenbergæ 1299. nonis Iulij.

Henricus Ramstainius, Abbas erat S. Galli: Præpositus anteà portæ Sangallensis. Liberalis, sed temerarius & tyrannus. At in senectute pacificus, & paterfamilias diligens. Obijt 1318. anno ætatis XC. cum 19. annos præfuisset. Brusch. S. Galli Abbas, H. Ramstain.

MENDICORVM anniuersaria pastio.

Nos Albertus, miseratione diuina Abbas, & conuentus in Alpersbach, scire volumus omnes, tam posteros, quàm præsentes has literas intuentes: quòd nos vnanimi consensu, & solempni caritate prehabito: predium nostrum, seu nostri Monasterij, situm apud Richenbach, cum omnibus suis appendicijs, seu iuribus, ad Infirmariam nostri Monasterij contulimus & assignauimus: donasse & deputasse, presentibus profitemur, tali conditione apposita: quòd procurator dicte Infirmarie, singulis annis in die seu commemoratione omnium animarum, peracta prioris Misse solempnitate: centum Mendicos ad nostrum refectorium introducere debet: & ipsis ibi dem refectionem deinde ministrare: videlicet vnum ferculum de carnibus, & alterum de sorbicco: & ibi binis cũ binis vnus vicarius (ein Becher) vino repletus, ad potum ministretur: & hijs premissis, panis triticeus apponatur, &c. Et fieri decernimus in salutem nostram, & omnium benefactorum nostrorum: ac ob remedium omnium fidelium animarum. Et vt hec rata & inconcussa perpetuò permaneant: presentes literas desuper confici fecimus, sigillorum nostrorum robore communitas. Datum apud Alperspach, anno Domini M. CC. nonagesimo nono, idibus Septemb. Indict. XII. Alperspach. Abbas Albertus. Mendicorum anniuersaria ibi refectio.

Conflagrarunt hoc anno, Constantiæ, XCVI. domus, cum precioso Ecclesiæ campanili, Septemb. 15.

In Turingia, mortua est pellex Cunne (Kynigundis) de Isenberg, filiusque eius Apitius. Ipsam tamen antè, Landgrauius Albertus legitimè sibi copularat. Post mortem verò eius, Adelhaidam duxit, viduam Comitis de Arnshauge: cuius filiam pulcherrimam, & benè moratam, nec non locupletem, duxit Marchio Fridericus. Chronic. Turing. Cunne pellicis mors.

In Oriente, Cassanus Tartarus, Saracenis victis, obtinuit Hierosolyma: quæ Armenijs, Georgianis, Cypriis, habitanda dedit. Factus enim fuerat Christianus: ductâ formosissima Regis Armenij filia. Hierosolyma, Tartarorum facta.

PROVINCIALIVM PRÆFECTORVM CONSTITVTIO, PER ALbertum R. Institutio anni Iubilæi. Variæ Indulgentiæ. Comites, Veringensis, Tybingensis, & Achalmensis. Nobiles aliquot à Freiberg. Hohenbergicus Comes Albertus. Otho Sulmaister. Augustana Rhelingorum familia. Vlmæ munitio. Arx Rechberga. Hirsaugiensis Abbas Henricus II. Ottomannus, Turcici in Oriente Regni conditor.

CAPVT XV.

ANNO 1300. aut circiter, ab Alberto Rege tres erant prouinciales Præfecti (Landvögt) constituti: in Sueuia, Comes VVirtembergicus: in Brisgoia filius Domini Ochsensteinensis: & trans Rhenanum in Alsatia, D. Henricus de Liechtenberg. Rammingerus ex veteribus M. Scr. Præfecti Prouinciales.

Circa idem tempus, aut non multò pòst, Comes VVirtembergensis Vlricus, bellum gessit cum Comitibus Zollerensibus Causam ignoramus. Idem.

Pont. Bonifacius 8. IVBILÆVM plenariæ remissionis & indulgentiæ omnium peccatorum, à pœna & culpa, primus Romæ instituit: eumq; ad centesimum annum pòst denuò celebrari, mandauit. Res prius inaudita, & noua. Itaque his indulgentijs, priore anno per orbem terrarum denuntiatis: hoc anno innumera multitudo hominum, ex omni Germania & aliunde, Romam profecta est: non modò vulgi, sed Principum etiam & nobilium, Episcoporum & Abbatum: inter quos & Hirsaugiensis Abbas Gottfridus, cum certis fratribus, sub spe mercedis æternæ. Tritenh. teste. Iubilei anni institutio.

In Iubilæo conceditur plenaria indulgentia peccatorum, toto illo anno, ad vrbem accedentibus peregrinando, & visitantibus quasdam Ecclesias, pœnitentibus & confessis. Quæ indulgentia vulgò dicitur CVLPÆ & POENÆ. Sed culpam solus Deus remittit, secundum id Esaiæ: Ego solus deleo iniquitates tuas propter memetipsum, ait Dom. Antonin. Tit. 20. ca. 8. § 2. Eius fructus & vtilitas.

Vtilitas Iubilæi. Communiter dictum est: quòd sine Romanis, solùm ex peregrinis, ducenta hominum millia essent per totum illum annum in vrbe: sine his, qui erant in via. Et satis copiosè prouisum est de victualibus, pro hominibus & iumentis. Vnde magnus thesaurus obuenit Ecclesiæ, ex oblationibus, & alijs modis. Et Romani ipsi locupletati sunt nimis, ex fructibus suis venditis. Ibidem §. 11. Es war *D. Innocentio* dieser fundt (αὐτὴ ἡ ἐπίνοια) nützer: dann wann einer/der seine Wahr nit vertreiben kan/einen Hafen auffthut: darinn Häuser/ Aecker/ viel Kleinoter/stecken.

Indulgentiarum species, à Fratre Felice Fabri (quem Felix Hemmerlinus, vel Malleolus, Tigurinus, ex Baptismate leuauit) decem, in libello quodam Germanico M. Scr. recensentur.

Indulgentiæ decem.

1. *Perfecta sine fine. Dante Christo vel Deo, à pœna vel culpa, omni in loco, in æternum: dante per Baptisma, & in Martyrijs, & professione alicuius ordinis Monastici, & in magna pœnitentia, & perfecta virtute, patientiaq; ærumnarum.*

2. *Perfecta cum tempore. Dante solo Papa (qui & sequentes Indulgentias dat) vt, Tot aut Tot annos: absq; concessu vllius hominis. Nam ipse est* κλειδοῦχος, *clauibus Regni cælestis præditus.*

3. *Magna. In vrbe Roma: sed quæ inde foràs etiam emanat. Data Franciscanis quoque, ad 7. altaria. Quotidie tales indulgentiæ haberi possunt.*

4. *Ampla: quia latè patet per 2. ordines præcipuos, Francisci & Dominici. Ora pro me, S. Francisce, pater beatissime: vt participentur mihi tui ordinis Indulgentiæ.*

5. *Communis. Vt, Qui confert aliquid ad sustentationem huius Ecclesiæ: habet 142. annos, & 300. dies, & 16. Carenas, vel quadragenas.*

6. *Peculiaris. Vt, quas Indulgentias aliqua cœnobia pro se coniunctè impetrant: sicut hæc sex fœminea cœnobia: Gnadencella, Kircha, VVeilera, Sirmenouia, Cella iuxta Gamundiam, & Cella Stainhamij.*

7. *Propria. Vt, quas vnum cœnobium habet.*

8. *Ignorata. Indulgentiæ datæ sine literis: aut, quarum literæ interierunt casu aliquo.*

9. *Personalis. Vt, duriter viuendo, ieiunando, humi cubando.*

10. *Iubilæi anni,* deß gnadenreichen Jahrs. *Ibi plenaria omnium peccatorum, ac debitarum eis pœnarum, remissio: atque in Baptismi innocentiam restitutio. Vnde magno effertur homo iubilo, vel lætitia. De quo anno: aliàs plura. Nunc satis est, nos scire: ex Verbo Dei, quotidie singulis resipiscentibus atque credentibus, dari plenariam peccatorum remissionem, quouis in loco, à pijs concionatoribus. Ipse enim Dominus nobis attulit prædicatione sua, & iussione prædicationis, Iubileum annum, Esa. 61. Luc. 4.*

Verus Iubilæus, veræ indulgentiæ.

Euntes in Mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit: saluus erit, &c. Marc. vlt.

Et ad omnes discipulos dicit, non ad Petrum tantùm: Accipite Spiritum S. Quorum peccata remiseritis, remissa sunt eis: quorum retinueritis, retenta sunt. Ioan. 20. Omnibus & singulis datur plena potestas remittendi & retinendi. Non definitur vnus aliquis ad eam rem locus, nec vnum aliquod tempus, nec ad certos tantùm annos. Non datur hîc potestas ordinibus Monasticis: nec genera Indulgentiarum statuuntur: nec bonis operibus, aut quæ homo sibi ipse excogitat, sed credentibus, Indulgentiæ conceduntur. Quotidie etiam, imò singulis horis, oramus patrem nostrum cælestem: Remitte nobis debita nostra. Et quæ S. literæ Veteris ac Noui testamenti, vnum solum faciunt Vicarium Christi euidenter? Quæ infinitam etiam ei potestatem largiuntur? Ipse Dominus caput est: & omnes, qui à pijs Magistratibus, & senioribus populi, vocati, verbum Domini sincerè docent, eius Vicarij sunt.

Vicariatus Christi.

Vering. Comes.

Eodem 1300. anno Comes Veringensis, Henricus proprietatem vinearum, quas Ætringæ in loco Hertrichsberg habebat, Bebenhusanis donauit, non. Decemb. Indict. 3. Abbas tunc erat Lupoldus de Ezlingen.

Tubingæ oppigneratio.

Comes Tubingensis Gottfridus, oppidum & arcem, cum omnibus pertinentijs, certâ pecuniæ summa eidem Monasterio dedit: sed ante exitum anni, eâdem summa rursus ab eis redemit, excepta collatione Ecclesiæ. M. Scr.

Achalmensis Comitatus finis.

Albert. Comes Achalmensis & Pfullingensis postremus, circa hoc tempus bello à VVirtemberg. Eberhardo petitus & victus, stemma suum nobile terminauit: agris iam à VVirtemberg. stirpe occupatis. Laz.

Viuebat

Viuebat tunc D. Henricus à Freiberg, eques: qui vxorem habebat quandam Schonburgi- *Freiberg. nobiles.*
am. Ante eum fuit D. Henricus à Freiberg, eques 1260.

Ex Henrico & Schonburgia natus est D. Fridericus, eques: qui 2. duxit vxores: vnam, Turvvangiam: alteram, Pappenhaimiam.

Henricus ille, cùm expulsus esset quodam tempore cum suo Domino: dixit ad eum: Domine, qui nunc aduersantur nobis: si nos in regionem restituent: tuque eos ad mensam tuam collocabis. Domino hoc nunquam fore arbitrante: permitte, inquit, Domine: vt, vbi id factum fuerit, fornacem prosternam. Annuit Dominus: ac non multo post restitutus aduersarios illos ad mensam suam adhibuit. Fornacem igitur Henricus impulsu confregit: ex eoque postea cognomen tulit, Stubenrauch (Stubenvvuchs vvinners.) *Stubenrauchius Henricus.*

Fridericò natus est Henricus 2. à Freiberg, eques: qui stirpem hanc (Angelbergensium) multis gradibus ad nostra vsque tempora propagauit. Sed cum nulli anni, nulla historiæ, adiuncta sint: à recensendo abstineo.

Viuebat Albertus, Comes de Hohenberg: cuius permissu Ruso & Hainricus fratres de Ergazingen, Priorissa & conuentus cœnobij Kirchbergensis fundum quendam, Dutzingæ situm sub Laitgarde, & Alberto viro eius, 12. ll. Hallens. & 5 ß. vendiderunt. *Hohenberg. C. Albertus.*

Testes:

Fuegæ Zingen Tochterman: Bierchtolt der Schmidt. Der alt der Ebinger. Burcart der Suter. Walter der Koch von Ebingen. Haintze Mul / vnd andere ehrbar Leute.

Dieser Kauff geschahe in der Statt zu Schönberg in der zeit / da man dreyzehenhundert Jahr zahlt / von vnsers Herren Gottes Geburt / an dem andern Tage nach S. Nicolaus Tage.

Sigillum Alberti Com. de Hohenberg, incitantis equum bellicum: cum gladio in dextra, & scuto ad sinistram. M. Scr.

Halæ Sueuorum vixit, & hoc anno obijt, Otho Sulmaister: benè meritus de ordine S. Ioannis: sepultus in S. Ioannis sano: teste ibi pendente tabula. *Sulmaister.*

Eodem anno, Greinboldus à Rhelinga, vir nobilis, sub Duumuiris (qui tum Consules dicebantur) patricijs, Rogerio Langenmantello, & Conrado Eulenthalero, fœdus ad biennium cum Respub. Augustana fecit, in Festo D. Vlrici, hoc pacto: vt arx sua Schernecka (in Bauaria) ad quamuis necessitatem ciuibus liberè pateret (als ein frey offen Hauß) ac vicissim sibi cuncta huius ciuitatis iura, concessa forent. Idem breui pòst filio suo Hansoni patriciâ Augustensi desponsata: Rhelingerorum primus in ea vrbe propagator extitit. Henning. ex Gassaro. *Rhelingeri Augustani.*

Eodem tempore, & sequenti soli patricij vel optimates, duodecim viruli Aristocratia (tot virij constabat minor Senatus) Rempub. Augustanam benè administrabant. Indidem.

Vsque ad annum 1300. (vt Sebastianus Francus habet) Vlma caruit mœnibus. Ideo pagus est dicta. Nam tantùm fossa fuit circum eam, & sepes. Quibusdam visum est, eam esse dictam ab Hulmigeris (qui sint Bructeri, Preussen) huc olim profectis, eius conditoribus: præsertim cùm in vetustis literis scriptum sit Hulma, non Vlma. Æneas Syluius Vlmigeros, Plinius 4. lib. 17. Vlmanetes, vocat. Insignia Vlmensium, albus & niger color: datus eis à Carolo M. qui eos Monachis commendarat, quorum hi colores sunt. *Vlma murus & nomen.*

Circa id tempus, arx Rechberga venit ad Rechbergios: Biberbach, ad Bappenhaimios. Postea ambæ ad Bappenh. Fridericum, & filium eius Henricum. Matth. Bappenh. *Rechberg. Biberbach.*

Obijt hoc 1300. anno (al. 1299.) Gottfridus, Hirsaug. Abbas, anno ætatis suæ 48. prudens & bonus, & satis vtilis. Electus est à fratribus Monasterij XXX. Abbas HENRICVS II. qui præfuit 17. Ætate natione Sueuus, honestis parentibus ortus. Parum vtilis: idemq; tandem iussu Cæsaris Ludouici Bauari depositus. Trit. *Hirsaug. Abbates.*

Epitaphium Abbatis Gottfridi, in lapide contra suggestum, Chorum versus.

Gottfridus Abbas iacet hic: qui fraude carens vas
Mansit, dum vixit: Christus sibi propitius sit.

HENRICI successoris eulogium, apud Tritenh.

Moribus dissolutus, & totus secularis: qui dies noctesque, conuiuia & voluptates in delicijs habens. Regularis disciplinæ obseruantiam, nec ipse in se habuit, nec reformare in subditis studuit. *Abbas malus.*

Bona

Bona Monasterij impignerauit, multa vendidit, occultè alienauit: preciũ, partim suis cognatis, & personis inutilibus, donauit: partim inutiliter consumpsit. Denique suspicione grauioris criminis non caruit: quia CATENA VITIORVM, catenam vitiorum trahere consueuit.

Helensteinius Baro postremus.

Episcopatum Augustanum assecutus est, vltimus Baro Helenstainius & Haidenhaimius, Degenhardus: Hartmanni Episcopi, Dillingensis Comitis, à sorore nepos, Præpositus S. Mauricij, obijt post 7. A. anno Christi 1307. Nouemb. 25.

Hic 1300. annus, Maximiliano Rom. Regi, Rudolphi Roman. R. filio, finem vitæ attulit: qui Spiræ iuxta patrem sepultus est: vt ex subiecta tabella Epitaphiorum patet: quæ mihi Kal. Iun. 95. ex anteriori choro τετραπύργου Templi Spiræ, M. Dauid VVelcius, Senatoriæ ibi Scholæ Moderator, misit.

Turcici Regni principium.

Turcici Regni initium, ad hunc M. CCC. annum ponitur: Ottomanno vel Othmanbego id in Bithyniæ, in ponti Euxini, locis exorso: & Græco Imperio paulatim decrescente.

DE GROENING. ET LANDAVIENSIBVS COMITIBVS. GOTTFRIdus Niffensis. Crato Klingenfelsius. Albi & Nigri in Italia. Bellum R. Alberti cum Archimystis. Pont. Innocentij 8. potestas. Andreas, Episcopus VVirceburgens. Kyningsbrunnense Monasterium, & Abbates eius. Henricus, nobilis de Remchingen. Mulier, in virum mutata. Prædicatorum monachorum officium, conuertere Saracenos & Turcas ad Christianismum.

CAPVT XVI.

Cometes.

ANno 1301. Stella crinita visa est: quæ ante natiuitatem Domini, post occasum Solis apparuit: & ante mediam noctem occidit: comam fudit ad Orientem: & conspecta est per dies XV. Siffrid. Secuta sunt mala multa, in diuersis regionibus. Trit.

Landaui & Græningi Comites. Gruningen, ad VVirtembergenses.

Hoc tempore, rursus de Gryningensibus & Landauiensibus Comitibus inueniebam. Eberhardum, Comitis Gryning. Hartmanni filium, & fratrem Conradi ac Ludouici (sup. 1. cap.) dedisse 1301. oppidum Græningam, & titulum huius Comitatus, per Cas. Albertum, VVirtembergico Eberhardo Illustri: &, abdicato eo titulo, se posthac Landauiensem scripsisse: quod etiam aliquantò antè fecerint alij generis eius, Comitum Landauiensium titulo vtentes. Genuisse fertur Comites, Conradum & Eberhardum de Landavv. A quibus nobiles, qui de Landavv vocantur, orti existimantur. Obijt ipse 1321. Maij 29. Ludouicus frater eius, Comitatu Gryningensi alienato, Venetias se contulit. Ex cuius progenie, Petrus Landus 1539. Ducem Venetijs egit. Infrà lib. 4. c. 5.

Landauorum & VVirtemberg. cognatio.

Landauos autem proceres (hodiernos etiam Barones) VVirtembergensibus Comitibus & Ducibus cognatione iunctos esse, quisnam dubitet? patet suprà Dodec. 2. lib. 9. cap. 5. Patet etiam ex Insignibus: de quibus in M. Scr. hæc verba leguntur. Es behalten die von Landaw nicht allein denselbigen Schilt: nemblich drey schwartze Hirschgehörn / in einem gelben Feldt / sondern auch das alt vnd erst Helm Kleinot Wirtemberg: das ist der quartierte Becher / oder Beutelstandt / der Pfawenboschen darinnen. *Postea VVirtembergenses sumpserunt duas galeas: quarum in altera, cornu venatorium Vracensium Comitum,* welche deß H. Römischen Reichs Jägermeister waren / ꝛc.

Animæ cura.

Niffens. Gotfrid.

In Dei nomine. Amen. Quia pium est, & Deo præ alijs humanis actibus acceptum, cultum diuinum diuinitus augmentare: idcirco ego Gotfridus de Niffen, Canonicus maioris Ecclesiæ Augustensis, & Rector Ecclesiæ in VVeissenhorn: volens prospicere saluti proprie, & saluti animarum progenitorum meorum: de consensu & auctoritate venerabilis patris VVolfhardi Episcopi Augustensis, & capituli eiusdem, & Alberti Comitis de Marstetten, dicti de Niffen, mei fratris, patroni Ecclesie parochialis predicte: construxi duo altaria in Ecclesia mea iam dicta, & eadem dotaui quinq; curijs, &c. Sunt hæ. 1. in VVeissenhorn Ecclesiæ curia dotalis. 2. & 3. in Bubenhusen, dictæ Bonstetten, & de Obenhusen. 4. in Attenhofen, dicta Helmshofen. 5. in Celle, dicta vnbescheiden Gut / ꝛc. Et vult, vt prædictus frater suus, & eius successores, habeant ius presentandi ad illam prebendam personam idoneam quæ sit actu Sacerdos: & resideat ibidem, ac celebret, siue dicat Missam, cottidie summo manè in illis altaribus. Sed Feria 3. & 5. supersedere poterit: nisi funus, aut Festum, Missam requirat, &c. Datum M. CCC. primo in conuersione S. Pauli.

Clingenfelsius Crato.

Craffto de Clingenueltze, in remedium animæ suæ, Lorchensibus donauit ripam prope castrum suum VValdovve, dictam VVerespach, non procul à VVallintzin. Actum 6. Kalend. Febr.

Febr. 1301. Indict. 14. Testibus: Hainrico, Cellenario in Lorch: & Vlrico de VVissenstein fratribus Lorchæ.

Cunrado, dicto Mininster.

B. dicto VVexhain sculteto in Lorch: & filio eius Cunrado, dicto Rosselbach.

Ich Elisabeth von Tibingen/die man auch von Eberstein nennet/ꝛc. 1301.

Circa hæc tempora, Comes Furstenbergenses adhuc possidebant Brisgoiam. Vide Munst. lib. 3. cap. 267. Brisgeia.

Augustanæ vrbis murus & fossa, à rubea vel Hospitalaria porta, vsq; ad VVertaburggeram portam ducebatur: item fossa ad S. Georgij: anno 1301. & post. Augustæ C. amplificatio.

Florentiæ erat factio Guelphorum & Gibelinorum. Sed inter Guelphos extitit noua dissensio: quæ inde latius in Italiam serpsit. Ea erat Alborum & Nigrorum. Prioris generis caput, erat familia Circulorum: alterius verò, Donatorum. Inde conflictus, & multa mala: interponente se quoq; Pont. Bonifacio. & dante Aligero Poeta: qui natus est 1265. Florentiæ: & obijt anno ætatis 56. Vide Catoninum parte histor. 3. Tit. 20. §. 14. Albi & Nigri, Guelforum factio.

Anno 1302. cùm Gerhardus Moguntinus, Henricus Colonienſis, Dietherus Treuerensis, Archiepisc. & Pal. Comes Rheni Rudolphus, nonnullíq; alij Principes: in Cæsarem Albertum conspirassent: accusantes perfidiæ, quòd Gerhardo pecuniam promissam nondum soluisset: & parricidij, quod optimum Principem Adolphum interfecisset (quasi ipsi fuissent culpæ expertes) bellum inde magnum natum est. Dixerat Moguntinus cornu venatorium collo dependens ostentando: in hoc complures gesto Cæsares: tanquam suâ potentia, & vi ingenij, posset & promouere & deijcere Cæsares. Rudolphus verò, copijs Austriacis & Sueuicis, singulos ad pacem petendam adegit. A Moguntino quidem Bingium extorsit, & Leostainum: itemq; castella Clop, Ernfels, Scharpfenstein, & alia. Per Augustanos verò, & alias Imperij ciuitates (quibus negotium nepotis sui Rudolphi inuadendi dederat) capit Newenmarckt / Narisicorum oppidum: & Sueuica oppida, Boiorum Colonias, Laugingam & VVerdeam: coactâ etiam VVerdeana arce deditionem facere: cosacto sequenti anno itidem Schvvabeckio oppido, ab Augustanis obsesso. Rudolphus igitur Dux, his malis defatigatus, non amplius bellat: sed veniam supplicibus precibus impetrat: pecuniamq; aunculo dans, capta recipit. Trit. & Auent. Bellũ inter Cæs. Albertum & Archiepiscopos. Bingen. Leostein. Newenmarckt. Laugingen. VVerd. Schvvabeck.

Papa tam æquior Regi Alberto factus, eum in Regno confirmauit: eidemq; Franciæ Regnum, R. Philippo Pulchro excommunicato, concessit. Id si successisset: rursus, longo interuallo, coniunctio γαλλατιας, id est Galliæ & Germaniæ facta fuisset. Sed bellum, quod Albertus R. infinctu Papæ suscepit aduersus R. Philippum (cùm se ex decreto Papali, scribere iuberetur Regem & Romanorum & Francorum) desijt in nuptias. Bella belli catastrophe. Namque Reges, Pontifice sapienter misso facto (bellorum face) affinitatem inter se, altero post Iubilæum anno, inierunt: cùm Philippus Alberto filiam suam daret coniugem: nuptiæq; in vrbe Parisiorum splendidissimè celebrarentur: vt 8. Sax. 37. à Crantzio scribitur. At Carinthiæ Ducissam Elisabetam habebat vxorem. Iudicium de supradicto Papæ facto. Mira hominis impudentia (inquit Chronici de Regibus Francorum Scriptor, Franciæ P. Æmylij historiæ adiecti) fuit: qui Regnum Galliæ, Pontificiæ maiestatis beneficium asserere ausus est. Verùm multò stolidiores esse puto: qui disceptant, an tantum luceat Pontifici. Hæc, ille. Papa Cæs. Albertum instigat in Philippum, Franciæ R. Sed affinitatem potius Reges inter se iungunt.

Annotatio D. Gabelcoueri.

Dedit Philippus Galliæ Rex, inquit, filiam suam vxorem, non Alberto: sed filio Alberti natu maximo Rudolpho, Bohemorum Regi.

Andreas, Baro de Gundelfingen, sit Episcopus 45. Herbipolensis. Præfuit A. 13. cum summa laude. Vixit temporibus Cæsarum 4. Adolphi, Alberti, Henrici sequentis, & Ludouici: eis omnibus eximiè charus. Herbipolin, iterum seditiosam, sicut diu antè contra Hermannum Lodenburgium, compressit: tribubus & sodalitatibus, plebis incitamentis, abrogatis. Brusch.

Nobiles, Kirchaimo Teccij in literis.

Conrad Münch/Ritter: Heinrich Küffer. Friderich Schwechler. Eberhart/Grave zu Nellenburg/Pfleger allda zu Teck.

DE REGII FONTIS MONASTERIO.

Fundatum est (vt à Bruschio scribitur) hoc amœnissimum, Benedictinum vel Cistertiense, Constantiensi diœceseos sub visitatione Salamitana, Monasterium à Cæs. Alberto Austrio, & Conthorali eius D. Elisabeta Carinthia, hoc 1302. anno: testante Epigrammate ibi inscripto, prope summam aram. fundatum. Kynigsbrunnense cœnobium.

Anno

Anno milleno, trecenteno, adde ſecundum:
Inclytus Albertus, Romanæ gloria gentis,
Rex: Duxq; auſtrali de ſanguine natus:
Eliſabeth coniunxq;, Ducum Charinthia proles:
Addunt ecce manus fortes, vt Regia Regis
Fundamenta locent fontis, quo cætera manant.
Promeritis tantis ſit parta quies vt eorum
Spiritui ante Deum: lector, precibus rogitato.

Situm eſt in Brentiana valle prope amnis Brentij Pfefferijq; pulcherrimos fontes. Diſtat milliarib. ab oppido Gienga 2. ab Ola 1. à Norlinga 3. totidemq; à Sueuica Gamundia: vbi medio itinere eſt oppidulum Heupachum: de quo iocus eſt, Sculteti um ibi in medio foro à lupo deuoratum eſſe. Ad honorem autem B. Mariæ virginis, & S. Bernhardi Abbatis fundatum eſt. Iacet è regione eius, trans fluuiolum Brentium, ſaxum quoddam excelſum, vndiq; arboribus cinctum: in quo antiquitus fuiſſe dicitur caſtrum Heervvartſtein. Quod à Comitibus Helffenſtainenſibus emerat Rex Albertus, ob inædificandam Dei domum. Sunt circa hoc cœnobium quatuor inſignes & ampliſſimi fontes, lacuum inſtar.

Heupach. op.

Heervvartſtein.

Brentius amnis. Pfefferius.

Primus & præcipuus, Brentij amnis, à Monaſterio CC. paſſibus. Secundus, Pfefferij, C. paſſibus. In quem peregrinus coniectus piſcis, ſtatim excæcatur.

Tertius, Cochius: ex quo fluuiolus naſcitur cochius: à quo vallis Cocherthala nomen habet.

Quartus ſine nomine: quo fluente, difficultas annonæ fore creditur. Laris tamen (inquit Gabelc.) is dicitur vulgò.

ABBATVM Kunigsbrunnenſium catalogus.

Abbates Kynigsbrunnenſes.

1. *Henricus: de Salem, vel ex Salomonis villa, aſſumptus.*
2. *Marquardus.* 3. *Berchtoldus.*
4. *Henricus Hubmannus.* 5. *Fridericus.*
6. *Ioannes.* 7. *Alvvigus, 4. tantum hebdomadas.*
8. *Nicolaus Vngarus, patriâ Rauenſpurgenſis.*
9. *Ioan. de Rinderbach, vir nobilis. Interfuit Concilio Conſtant. Inde reuerſus, reſignauit.*
10. *Hiltebrandus, ex villa Salomonis 1426. vocatus. Præfuit 36. annos. Fuit infulatus Abbas: quod Romæ proſe tantùm obtinuit. Reſignauit 1462.*
11. *Petrus Stock, ex cœnobio Salemitano accitus: poſt finitum ciuile inter Principes & ciuitates Imperij bellum; in quo miſerè diſpoliatum fuit, & vaſtatum, Monaſterium. Cùm autem præfuiſſet tantùm 6. hebdomadas: reſignauit propter maximam huius loci paupertatem: ſed eò, vnde aduenerat, recepit, anno 1462.*
12. *Petrus Sueſapfel Nordlingenſis. Præſedit non inutiliter A. 7. obijt 1469.*
13. *Ioannes Offelinus VVembdingenſis. A. 6. obijt 1475.*
14. *Ioannes Sporer Nordlingenſis, A. 6. Deceßit 1491. Hic diligenti cœnobij adminiſtratione, equorumq; educatione, egregiè reſtituit rem.*
15. *Helias Sengi, A. 16. nõ malè. Reſignauit 1507. obijt 1516. Sepultus in media Laicorũ Eccleſia.*
16. *Emeranus Thiemus VVembdingenſis. Præfuit laudabiliter A. 6. Reſignauit & obijt 1513. 10. Kal. Febr. Cubat in dextra Templi abſide, prope D. Beatricem, comitiſſam Schlyſſelbergenſem, 1355. mortuam.*
17. *Melchior Rufus Hæchſtadienſis. Optimè præfuit 27. A. primus huius cœnobij Abbas, beneficio Leonis X. infulatus: etiam pro ſucceſſoribus pontificalia inferens ornamenta. Vendidit decimas & domum in Imperiali oppido Reutlinga 8. millibus florenorum: retentâ tamen quadam vini decima. Conſtruxit autem parte huius pecuniæ, vicinas cœnobio ad Brentianum fontem vſtrinas: in quibus miro artificio ferreæ parantur fornaces: quod ferrum prope oppidum Olam effoditur. Obijt ſub finem 1539. anni. Tum Monaſterium à VVirtembergenſi Duce Vlrico, religione reformata, occupatum eſt.*

Vſtrinæ.

Reformatio huius Monaſterij.

18. *Ambroſius Boxler Giengenſis, ſecundus Abbas infulatus: recepto per Imp. Carolum V. & fratrem eius R. Ferdinandum, cœnobio. Præſidebat adhuc 1550. anno.*

Supplementum Catalogi huius, miſſum mihi à M. Valentino Clæſſio Archæologo, Murrharti concionatore.

19. *Ioannes Epplinus VVaiblingenſis, Boxleni ſucceſſor. Non autẽ hic Boxler ſatis benè Abbatia*

batiæ Regiofontanæ præfuit. Nam in Marchionis Alberti bello cùm exiguâ pecuniæ summa, cœnobium ab incendio seruare potuisset: nimia tenacitate id neglexit. Itaq; vastatio misera loci facta est 1552. April. 19. Meritò igitur Boxlero deiecto: digniori viro cura Abbatiæ mandata fuit, ipsi scil. Epplino: qui tunc etiam Maulbrunnensi Abbatiæ præsidebat. Coadiutorem autem vtriusque Abbatiæ habuit reuerendum virum Iacobum Schroppium: & vterq; modò huic cœnobio, modò alteri, diuisis operis, ac vicissim, magna cum laude fuit.

20. Iacobus Schroppius: primus reformatæ religionis apud Regiofontanos Abbas: Theologus & Historicus hac ætate clarissimus. Qui cùm cõplures annos Abbatiam cõsulendo & agendo feliciter rexisset: reuocatus est 1577. ad priorē Maulbrunnens. Monasterij gubernationē mense Octob. Iacobus Schroppius.

21. M. Martinus Claßius Gœppingensis (M. Valentini, qui hæc mihi significauit, pater) secundus emendatæ in hoc loco religionis Præsul Electus est 19. Octob. 1577.

Præsidet omnino non infeliciter illic
Sanctus hic. Vt præsit, fac Deus (oro) diu.

Scribens is 1588. ad me perhumaniter. Nihil, inquit, antiquitatis vllibi hîc amplius est: omnia sunt diruta, & igne à Marchione Alberto consumpta: ita, vt ne lapis quidem super lapidem integer permanserit. Etiam Templum, quod magnificum fuisse audio, quasi funditus perditum est. Itaq; illustrissimus piæ memoriæ Princeps Christophorus, maximis sumptibus quasi de nouo Monasterium hoc iterum extruxit: nec hodie adhuc ædificationis est finis.

22. Claßio Anhusam in locum M. Andreæ Eibij translato: successit M. Ioannes Andreæ, D. Iacobi F. Præpositi & Cancell. Tybing. Parochus tunc Herenbergensis, & vicinarum Ecclesiarum inspector.

Beneficia Cæsarum erga Regiofontanum cœnobium.

Albertus Austrius 1302. id fundauit & dotauit. Carolus 4. Priuilegijs ornauit 1361. Sigismundus data priuilegia 1413. confirmauit. Fridericus 3. idem fecit 1444.

LAPIS COMITISSAE Helffenstainiæ, cuius suprà in XVI. Abbate Emerano mentio facta est: post Marchioniam cœnobij vastationem, inter rudera nuper repertus.

ANNO DOMINI M. CCC. LV. ✠. BEATRIX. COMITISSA. D. HELFFENSTAIN. DOMINICA. D. SLYSSELBERG. PROXIM. SABBATO. ANTE. CONVERSIONIS. SANCTI. PAVLI.

Ad dextram lapidis incisus est elephas. *Ad sinistram. duæ claues decussatæ.*

Vici & Villæ, nostro seculo ad Kynigsbrunnens. Monast. pertinentes.

Sunthaim. Zang. Springen. Itzelberg. Oehsenberg. Küpfendorff. Gnannenweiler. Neisselhalden. Stürtzelhof.

Decimæ ex his locis.

Hetzelsrang. Bibersal. Neiendorff. Geierehofen vnnd Francken Reutin. Buoch. Wegenhofen. Zanberg. Stegartenhof. Baumgarten.

Eodem 1302. anno, Hainricus de Remchingen, Edelknecht: omnia bona quæ habuit in villa Reussen, Monasterio Bebenhusano amore Dei liberè donauit. Sic & Ludegardis, nobilis viri Vlrici, Comitis de Schelcklingen, filia: illustris Rudolphi Comitis Palat. de Tubingen, vxor: contulit eidem cœnobio, omnia sua iura: quæ in vtroq; pago, Reussen & Oberkirchen, habuit. M. Scr. Obijt 19. Kal. Febr. (die Felicis Presbyteri) 1302. Adelhaidis, filia Comitis Rudolfi, Scheer dicti: quæ in Bebenhusen dormit. Libro Syndelfing. Remching. Henricus. Tubing. Rudolphi vxor, Ludgardis.

Clari ciues erant Augustæ, auratæ militiæ equites: Henricus à Pfetten, Ioannes Langenmantel, Henricus Snelmannus. Langenmantel ille, & Georgius Luitfrid, anno 1304. Præfecti vrbis fuêre, Stattpfläger. Henning. ex Gassaro. Augustani equites aurati.

Mulier quædam, decem annis τῷ ἀνδρὶ συνοικήσασα ἀπὸ ἀγνοίας ἀδίκως, in villa prope Bernam: ab eo separata est Ecclesiastico iudicio. Quæ cùm Romam petitura esset: Bononiam vênit. Ibi τὴν γυναῖκα ἀπέλιπε καὶ βέβηκε, ἑξῆλθε δὲ καὶ αὐτὴ κατὰ τὰ αὐτὰ ἐκείνου: sicut Iphidi puellæ apud Ouid. Ipsa sic in virum mutata, domum rediit. vxorem duxit, opera rustica obiit: ἐκεῖνος μὲν ἄρα ἐγήματο γυναῖκα, ἡ δὲ γυνὴ ἀνὴρ ἐγένετο. Fast. Colm. Mulier, in virum.

Conuentus Prædicatorum fuit Basileæ, in natiuitate S. Mariæ, numero D. LXX. Ibi fuerunt lectæ literæ Magistri ordinis ipsorum: suppliciter eos in Græciam, ad Barbaros, prædicandi causâ proficisci hortantis. Sed qui hoc periculi subire vellet: ne vnus quidem ex tanto numero inuentus est. Atqui ad id principaliter erat ordo ipsorum institutus. Indidem. Prædicatores, curæ instituti.

DISSIDIVM IN BAVARIA INTER MECHTILDEM, ET FILIVM eius Rudol. Bonifacij P. exitus. Duces aliquot Teccenses. Comites aliquot illustres Suevici, & nobiles. Zuifaltensium Aduocati, vel patroni. Henricus II. Episcopus Constantiensis. Sedes Papalis, Avinionem translata. Campanæ Spirensis casus. Templum Dominicanorum, Vlmæ. Ioannes Dierpheimius, Episcopus. Augustanis, Clerici sui damnosi.

CAPVT XVII.

Mechtildæ Bauaræ titulus.

ANNO 1303 viuebat Machtilda Bauara: quæ sic de se scribebat: Machtilda, Dei gratiâ Comitissa Palatina Rheni, Ducissa Boiariæ: Rudolphi, quondam Regis Rom. potentissimi Cæsaris, filia: & soror Alberti, Regis Romanorum. Hæc filio Rudolpho nimis potens videbatur: atque etiam ob nimiam cum Conrado Oettlingero, Mylhusij (non procul Auenspergo) Dynasta, præside suo familiaritatem suspecta. *Oettlingonum. Pheringa.* Oettlingonum autem, à quo cognomen his equitibus, castellum est próxime Pheringam (infra Ingolstadium) vicum Danubianum: vbi Epona quondam, Colonia Romanorum insignis fuit: cuius vestigia adhuc visuntur. Cæterùm Rudolphus nonis Calend. Iul. hostili animo *Schiltbergium.* Schiltbergium, superioris Vindelitiæ arcem, inuadit. Ibi captos, Conradum, matrem, & fratrem Ludouicum, Monachium abducit: castella matri eripit: eamque ad certas conditiones adigit. *Mechtilda, à filio Rudolfo capta.* Quibus cum ea, locum tutum nacta, monstraret: Conradum ipse tanquam seductorem matris parum honestum, 4. idus Iul. anno 1303. Monachij gladio percutit. *Nordlinga.* Machtilda, tantâ contumelia à filio affecta, fratris (Alberti Cæsaris) fidem implorat. Qui Nordlingam petens (vrbem Sueuiæ in Germania magna liberam) Rudolphum nepotem ad se arcessit. Venit hic cum Ludouico: factum suum purgat: Conradum, qui inter se & matrem discordiæ semina seuerit, iure cæsum ait. Volente Imperatore, omnia hactenus facta aboleri oblitione: & sorori suæ ablata omnia reddi: Ludouicus id facere paratus erat, sed Rudolphus grauabatur. Mechtilda Augustam migrat. Iussi sunt ciues atque Prætores, huic fautores & adiutores contra filium adesse. Cæsar sororem, Rudolphum & Ludouicum, ad se Vlmam enocat: quos in Aula secum aliquot annos manere, non in Bauariam redire, iubet: quòd grandiores alieno onerati essent, & omnia oppignerassent. *Mechtildæ mors.* Machtilda verò 10. Calend. Ianuar. sequentis 1304. anni, ægritudine animi decessit: & apud Fyrstenfeldium, in mausoleo viri condita est. Auentinus.

Bonifacij P. interitus. Eodem 1303. anno, Pontif. Bonifacius captus est Anagniæ, in domo paterna, à Sciarra Columnensi (Gibellinis adiuuantibus, qui à Bonifacio diu multumque vexati fuerant) & Romam perductus: vbi XXXV. die pòst, dolore animi confectus, 5. idus Octobr. perijt. Hoc malum ei Francorum Rex Philippus comparauerat, superbiam eius iniquo ferens animo. Plat. Hic ad Pontificatum hac techna ascenderat: quòd decessori suo, per longam cannam dixerat: Cœlestine cede, Cœlestine cede. *Cannæ vox: Cœlestine cede.* Cessit curruca simplex, Cœlestinus, tanquam voci cœlesti, è nido suo: ibique cuculo locum dedit. De eo dictum defuncto est: Intrauit, vt vulpes: vixit, vt leo: mortuus est, vt canis. Alb. Argent. & alij. Animam eius (inquit Hermannus Ædit.) Dæmones rapuerunt: quos nautæ iuxta Ætnam Siciliæ clamantes audiuêre: Aperite, aperite. Bonifacium Papam ad æterna supplicia recipite.

Teccenses aliquot Duces. Heiningen. Simon, Conradus, & Ludouicus, quondam Conradi Ducis de Teck filij: bona quædam in Heiningen, Adelbergensibus vendiderunt. Datum Esslingæ 4. idus Februar. Indict. 1. Fidetussores, strenui viri: Albertus de Turnau: Conradus, dictus Reisch, milites. Fridericus, dictus de Abelfingen.

Testes:

Eberhardus de Schanbach, miles. Albertus & Rentzo fratres de Boll, (iuxta Heiningam, in præfectura Gœppingensi.) Henricus dictus Kitzin.

Eberhardus, Comes VVirtembergens. clemente vtens Cæsare, ciuitates Sueuiæ volebat suo patrocinio subesse: sicut tempore Interregni fuerant. Vrsit hos vsq; ad Imperium Henrici Lytzelburgensis.

Viuebat hoc tempore Tuvving. Comes H.

Aichelberg. Comes Diepold. Diepoldus, Comes de Aichelberg, omnes possessiones suas, & iùs: quæ habebat in villis Cella & Altpach: Adelbergensib. 45. libris Hallensis monetæ vendidit: excepto iure in homines.

Testes:

Grafneck. Ludouicus de Grafneck. Vlricus de Rechberg, & Ioannes filius eius, &c.

Dis

Die sabbati in hebdomade Pentecostes 1303. *literæ sunt datæ, quæ incipiunt.* Wir Graue Burckhart von Hohenberg/verjehen offentlich an diesem gegenwertigen Brieffe: Daß wir vmb die mißhellung/die wir hetten gegen den Herren von Allenheiligen/den Probst/ vnd den Conuent/vmb das Dorff zu Fünffbrunnen/vñ die Recht/die darzu hören/ verricht seyn/ꝛc. Gezeugen/der Dechant von Owingen/Pfarrher: Burckart von Ruthi/der Kilchherr vō Ahenstaig/Herr Mennlachs von Thettelingen/Meister Conrad der Artzt/ Heinrich von Lindenfelß/ꝛc. *A concionatore Neopyrgi M. Sebast. Lanio.* *Allenhailigen.* *Funffbrunnen.*

VVernherus de Zimmeren, vendidit 1303. *die Martis post VValdpurgis Curiam quandam, Hohenmeßingæ sitā (sibi excipiens ius collaturæ, & aream: den Kirchensatz vnd Hofstat) Conrado Rigero de Oberndorff: & Veronicæ Iuntæ, Alberti Rigeri fratris eius viduæ: ac Burcardo filio eius, 35. Marcis argenti ponderatis, & 10. solidis monetæ Tubingens. testibus, Ioanne de Geroltzeck: Burcardo Saltzuas, equite: Petro Saltzuas: Petro de Tettingen: Conrado de Gislingen: Hermanno Marquardo, Conrado, Grungo, Hagijs: Conrado villico, VVasseneccio, & alijs.* *Saltzuas.*

Eodem anno VValtherus, Alperspachensis Abbas literas confecit de hoc contractu. Elisabeta, VVernheri Lubeleri Oberndorffensis filia, emerat in prato quodam 2. solidos monetæ Tuving. de Irmengarde Hemmerlina Braitenwiesensi, precio 1. libræ Tuving. quos 2. solidos Irmengardis quotannis ad Martini, ex eo prato Monasterio Alperspach. gratis propter Deum (leuterlich durch Gott) penderet, Elisabeta sic volente. Quos 2. ß. Alperspachenses rursus huic Elisabetæ mutuò dederunt, in vitalitiū quotannis pro gallinaceo pullo (zu eim Leibgeding/järlich vmb ein Hun) per vitam eius. Feriâ 6. post Pelagij. M. Scr. *Alperspach. Abbas VValther.*

Zuifaltensis Monasterij cæperunt Aduocati ac tutores esse, 1303. *certis conditionib. Austriæ Duces, ad annos deinceps penè 250. Quorum primus fuit Fridericus, Ludouici Imp. competitor. Interdum tamen VVirtenbergensibus, per aliquot annos curam & tutelam hanc committebant, vt propinquis suis. Brusch.* *Zuifaltensium patroni, Austrij.*

Eodem anno, die S. Mauricij Augustæ cœptum est ædificari sanum & sacellum S. Leonhardi: nec non via Geckingera.

Τοῦτό τις ἀσιβεστάτη, φονίη τε καὶ ἰδίη ἐγένετο ὕβις, ἀνὴρ γὰρ ἀδελφεὸν ἑωυτοῦ ἀπολόμενος. *Factum prope Turegum. Chron. Colmar.*

Feruebat inusitatis caloribus æstas huius anni. Tali autem anni tempore, Hesiodo *Aestas feruida.*
Ἀστὴρ Σείριος, καὶ γυιοβόρος.

Anno 1304. *Ludouicus de Stouffeneck miles: agros suos, syluas, prata, omnia sua bona, apud Cellam (pagum supra Eßlingam) sita, cum iure patronatus, vendidit Adelbergensi cœnobio DC. libris denariorum bonorum Hallens. monetæ. Testes strenui viri: Conradus de Blochingen: VVernherus Aduocatus, dictus de Stouffen, milites. Heinricus, dictus Reisch. Rentzo de Bolle. Erhardus, dictus VVincke.* *Stauffeneccius Ludouicus. Cella pagus. Blochingen.*

Rudolphus, Comes de Tuvvingen, vendidit Bebenhusanis Hildritshusam. M. Scr. *Hildritshausen.*

Constantiæ Episcopus erat Henr. 2. nobilis Iurisc. à Clingenberg: consecratus à Moguntino Archiepiscopo Gerhardo Eppensteinio, Dominica Lætare 1304. *Qui vtilissimè præfuit 11. A. multa Episcopatus bona oppignerata redimens, plura de nouo emens. Historiæ lectionis perquam studiosus: qui etiam libellum de Comitibus Habspurgensibus scripsit, Rudolpho Regi gratificans. Et etiam Necromantiæ πίρα τῶ δεδῶτος deditus.* *Klingenbergens. Henricus Episc.*

Construxit intra Constantiæ oppidum, Templum D. Laurentij. Obijt 1306. *Sepultus in summo Templo. Brusch.*

Halæ degebat frater Burckardus Sulmaister Iohannita, cum fratre Alberto de Katzenstain, & fratre Rudigero de Scheffawe Vicario. Rhodum missus.

Capiebantur Augustæ omnes Iudæi: à quibus XXII. millia florenorum exacta sunt.

Franciscus Petrarcha, in Italia natus, Poeta clarus.

Anno 1305. *cùm in hebdomade passionis Christi, Cometa (prænuntius pestilentiæ per totum terrarum orbem) apparuisset: factus est nonis Iun. Pont. max. Clemens V. Burdegalensis Vasco. Hic sedem Romanam transtulit Auinionem (in Galliam) vbi ipse & successores eius mansêre ad 70. annos. Factum non sine maximo Italiæ incommodo, præsertim vrbis Romæ. Trit. & alij. Erat Italia factionibus & tumultibus plena.* *Cometa.* *Auinionem sedes Papæ translata.*

Eodem anno, in commemoratione S. Pauli Apostoli, R. Alberto, cum multis Principibus & Episcopis Abbatibusq; (inter quos & Hirsaugiensis Henricus) exequias nuper defuncti Bohe-

Campana Spiræ decidit.

miæ R. VVenceslai, in maiori Ecclesia Spirensi, celebrante cum magna pompa: inter pulsandum maxima campana fractis duabus testudinibus, in lithostrotum terribiliter decidit: in duas ℔ partes scissa est. Trit.

Bebenhusæ, protector, R. Albertus.

Idem Rex Albertus, anni 1305. 8. Idus Iul. Indict. 3. Regni sui anno 7. Monasterium Bebenhusanum in suam protectionem recepit: vt essent & in rebus, & in personis suis, tuti ab omnium incursu & molestia. Proinde mandauit Ezlingensibus, Rutlingensib. & VVilensibus: vt in omni necessitate, ab illis requisiti, eis assisterent. Alioqui pro sua negligentia, condignam Regiæ castigationis ferulam non euasuros. Datum Spiræ.

Riedlingenses.

Ciues Riedlingenses cœnobium Zuifaltense oppugnarunt: presbyteros grauiter vulnerarunt: domum infra murum incenderunt: multa mala verbis & factis fecerunt. M. Scr.

Vlmæ Dominicanorum Templum. Vngelteri.

Dominicanorum Templum Vlmæ, iuxta Nosodocheum consecratum est. In Dominicano Templo (inquit Laurentius Gualtherus Kuechelius, Med. D. Vlmæ, 17. Iun. 1589. ad me) nuper parieti, iuxta sacellum VNGELterorum (iam olim magni nominis apud nos patriciorum) inscripta reperi hæc. Anno M. CCC. V. Ist diese Kirch geweihet / in der Ehr Gottes / vnd der allerheiligsten Jungfrauwen Maria: auch der Heiligen / Johannis deß Täuffers / vnnd Johannis deß Euangelisten. Da man zahlt M. CCCC. VI. ist diese Capell durch den ehrsamen vnd weisen Wilhelm Vngelter / Bürger allhie zu Vlm: zu seiner / vnnd seiner Nachkommen / Christlicher begrädt erbauwen: vnd ewig Meß darinn gestifft. Nachfolgends im Jahr M. CCCC. VIII. ist dieselbige durch den ehrwirdigen in Gott Vatter vnd Herren / Herman Bischoff zu Castorn / vnnd Weihbischoff zu Costnitz / zu der Ehr vnsers Herren Jesu Christi / vnd der gebenedeyten Mutter Maria: auch der außerwöhlten Heiligen / Matthæi / Georgij / Alexij / vnd Anthonij / vnd der eilff tausent Jungfrauwen / geweihet: vnd der Jahrtag dieser Weihung / auff das Fest deß heiligen Anthonij gelegt worden. Nachgehends im Jahr 1530. ist solche Capell durch den ehrsamen vnd weisen Christoff Vngelter / in Tünchen / Weissen / vnd Gemäld / erneuwert worden.

Bebenhusanus Abbas Fridericus, nonis Innuar. 1305. obijt.

Spurius, ad magnos honores.

Moltzhaim. op.

Ioannes à Dierpheim, illegitimè natus, ex pago Tigurini agri Esslingen: cùm vir magnæ doctrinæ & sapientiæ esset: Alberti q. Cæsaris Cancellarius, & intimus Consiliarius: ab eo Basilicæ Tigurinæ Præpositus est designatus: deinde hoc 1305 anno, Aichstadianus Episcopus factus: ad Episcopatum deniq. Argentoratensem, biennio post promotus. Cui 22. A. vtilissimè præfuit: Molshaimensi quoque oppido ampliato: arce, & Xenodochio inædificato: in cuius etiam Templo, sicut voluit, humatus est. Brusch.

Augustanæ vrbis clerici.

Stoltzhirsch.

Eodem anno 1305. Duumuiri seu consules erant Augustæ Conradus Bitschlinus, & Conradus Minnerus. Tunc propter intolerabilem Cleri libertatem vel ingluuien, quotidie multa decedebant ærario. Ergo consensu Cæsaris Alberti, medio mense Iulio decretum est factum: vt nullus ciuis, nullus inquilinus, vlla bona immobilia, Spiritualibus illis amplius venderet, testaretur, legaret: neque ad census in dies vitæ mutuò daret, aut oppigneraret: ne pro redimendis quidem animarum iustis, aut vllis pijs causis, vt vocant. Sibotho etiam Stoltzhirschius, pater & filius cognomines, & patris vxor Richenza, Henricusq. Zwainkircher / 5. Septemb. (die S. Magni) huius anni, vrbe in perpetuum eiecti sunt, propter conspirationem: quasenior Sybotho Democratiam monarchicam, non sine concitatione plebis, meditatus fuerat. Henning. ex Gassaro.

REGNI BOHEMIÆ TRANSLATIO AD GERMANOS. HERMANnus, Dux Teccensis. Ioan. Dapifer VValdpurgensis. VVurzach, oppidum Algoiæ. Insula Rhodus, Christianorum militum facta. Sueuorum clades in bello Turingico. Comites Aspergensis & Hohenbergensis. Rutenses quidam, & Alperspachense cœnobium. Fridericus Spætus, Episcopus Augustanus. Cæsaris Alberti cædes, & sepultura. Exitus percussorum eius. Vxor Alberti Elisabeta.

CAPVT XVIII.

Bohemiæ Regnũ, ad Germanos translatum.

ANNO 1306. improbè occiso (à milite, nescio quo) Rege Bohemiæ, VVenceslao 3. adolescente vix 16. annorum: Barones Regni eligebant sibi Regem, Ducem Carinthiæ (Henricum) sororium occisi Regis: inconsulto Cæsare, cuius erat, conferre id Regnum. Rex igitur Albertus, magna

magna manu Bohemiam ingressus: Regem ibi constituit filium suum Rudolphum, Ducem Austriæ: dans ei vxorem, Reginam Bohemiæ, videl. Regis VVenceslai 2. viduam. Sic ergo Regnum Bohemiæ, ad Teutonicos translatum est. Siffr. Postea tamen Carinthius ille Rudolphum expulit.

Eiusdem anni Feriâ 6. post Ascensionem Christi, Dux Teccensis Hermannus, fundum quendam Kaltebrunnensem dedit Alperspachensibus cœnobitis: ab eis accipiens fundum quendam Schiltachensem. M. Scr. Teccens. D. Hermannus.

Comitis Berchtoldi Graispachensis vxor, erat 1306. Agnes, Margrauij Burgouiensis filiæ: ex qua nata est Adelhaidis, vxor Comitis Vlrici de Helffenstain: cuius pater, etiam vocabatur Vlritus, 1277. VVigul. Hund. part. 1. Burgouiensis Agnes.

Eodem 1306. anno, Ioannes Truchseß VValdpurgensis emit à Comitib. Henrico de Veringen, & Eberhardo de Nellenburg, consanguineis suis proprietatem arcis Truchpurg: quam antea per modum feudi ab eis habuerat: vnà cum Aduocatia, & præfectura in oppido Isna iurisdictione, Marcis 90. argenti. Clara verò, Comitissa à Neiffen, vxor eius, attulit ei dominium VVOLFECK & oppidum VVRTZACH. 3. Munst. 284. VValdpurg. Dapifer Ioannes. Truchpurg. VVolfeck. VVurtzach.

Halæ viuebant Sulmaisteri, VValther, Burcardus, & Nicolaus.

Episcopatu Constantiensi fungi cœpit Eberhardus 3. (al. Gerhardus) Auinione Galliæ natus: vir in sacris & prophanis literis eximiè doctꝰ: intrusus à Pont. Clemente 5. Obijt 1318. Brusch.

Nonis Septembr. 1306. obijt Berchtoldus Cuspis. Sindelf. libro.

His temporibus Hospitalarij S. Ioannis Hierosolymitani, aliorum Christianorum copijs adiuti, insulâ Rhodum, cũ alijs aliquot insulis, expugnarunt, Turcis expulsis: ac multos per annos tenuerunt. Trit. Func. ad 1307. annum ponit. Papa illam insulam Ioannitas militib. cõmendauit. Rhodus inſ. ad Ioannitas peruenit.

Anno 1307. Sueui forti manu (inquit Siffridus) Vngariam, & alias prouincias circumacentes, ingressi sunt: multaq; castra & munitiones hostiliter deuastarunt. Tandem in terras Turingiæ & Misniæ profecti, magna clade interfecti sunt, cæteriq; in fugam versi, circa Numbergensis diœcesis oppidum Luccam. Hoc modo breuiter, ille. Alibi inuenio, cùm superiori tempore Regi Adolpho Landgrauius Albertus Turingiam vendidisset: ideoq; filij eius, vt patrui in ipsos insidiarentur, Fridericus & Dietzmannus, cum Rege bellarent: id bellum morte huius finitum non fuisse: sed vsq; ad præsentem annum durauisse: fratribus illis suam regionem recipere, Alberto verò Cæsarem eam ad se trahere satagentibus. In hoc bello Sueui, qui vtriq; Cæsari militabant, aliquoties grauem plagam accepere: præsertim hoc anno, quo Dietzmannum miles quidam ex insidijs Lipsiæ in S. Thomæ Templo interfecerat, Fridericus (ille γνάθοπυστος, cum admorsa gena) Sueuos & Rhenanos insigni clade apud Luccam affecit: interfecto etiam Comite Philippo Nassauio, R. Adolphi cognato: qui nomine Cæsaris Alberti bellum gerebat. Tum multa passim oppida Fridericus recepit. Illis autem alteris, res ita aduersæ inde acciderunt: quòd impiè in Templa, libidinosè in matronas & virgines fecerant. Sueui, in Vngaria. In Turingia cæsi. Dietzmannus. Frid. cum admorsa gena.

Eodem anno, Vlricus Comes Aspergensis scribebat Comiti VVirtembergico Eberhardo: Dem Achtbaren vnserm Ohem. Sic scil. inter propinquos moris erat. Aspergensis Comes.

Renuntiauit post Barnabæ Burcardus, Comes Hohenbergensis, iunior, erga Bebenhusenses, omni iuri: quod in iurisdictione Reustæ Oberkirchæq; habuerat. Hohenberg. Comes.

Die S. Martini, eodem anno, literas dederunt confirmarunt q; Neckerburgi, Herr Peter vnd Albrecht (nepos ex fratre Petri) Herr Reinhart vnd Johannes (fratres, prædicti Petri filij) omnes de Ruti: se bona quædam cum hominibus tradituros Alperspachensibus, intra certum & debitum tempus. Quod nisi fieret: licere ei collegio monere, tanquam sponsores ab ipsis datos, sequentes Dominos: Ducem Fridericum de Tecke. Comitem Albertum Sultzensem. Dominum Conradum de VVerstein. D. Albertum de Owe. D. Hugonem & Burckardum de Kurneck. D. Burckardum Saltzuas. Hugonem de VVehingen. Burchardum de Kurneck, D. Brunonis filium. Denig. Bentzen den Maier. M. Scr. Rutenses nobiles. VVerstein. Kurneck. VVehingen.

Augustæ Episcopatum adeptus est Fridericus Spæt, nobilis à Faimingen Sueuus: qui præfuit summa cum laude & vtilitate, A. 22. Ampliorem fecit vrbem maximè: fundauit cœnobium Dillingense minoris congregationis Sanctimonialium: excogitauit denique quatuor Prouisores summæ Basilicæ Augustanæ. Sic otio Canonicorum consultum fuit. Obijt 1330. Sepultus in Basilica cathedrali. Brusch. Spatus Frider. Episc. Augustan.

Viuebat Halæ Burcardus Sulmaister, Ioannita.

Anno 1308. Ioannes, nepos Alberti R. ex fratre eius Rudolpho, hunc ipsum Cæsarem Albertum,

tum, Cal. Maij. (die SS. Philippi & Iacobi, siue VValpurgis) meridie, in Alemannica Heluetia prope oppidum Bruccam, cùm transisset flumen Rusæ vel Vrsæ, interfecit. Causa facti, & reliqua cum facto coniuncta consecutaq; hæc fuêre, Cuspiniano aliisq; testibus. Ioannes ille, Dux Austriæ, iuuenis prodigus erat. Ideo Rex Albertus (vir ad rem attentus, suas suorumq; res agendis studiosus: vt & antea pater R. Rudolphus) bona illius commisit curatoribus: ipsum iuuenem apud se honestè habuit. Hic verò prauorum consilio seductus (qualis tu Dux es? Dux sine terra.) Crebrò patrimonium suum repetebat maternum: morganaticum scil. ius (vt Albertus Argent. vocat. Morgengab.) matri suæ per Rudolphum R. in Kyburg olim donatum. Rex verò sertum ei magis, vt teneros alicatoris, quàm regiones, conuenire ratus, petitioni annuere differebat. Coniurantibus igitur in eum, quatuor his custodibus corporis eius: ipso Ioanne, Rudolpho de VVart, VValthero de Eschenbach, & Vlrico de Palma: Albertus, cùm equum conscendisset, ab eis vita priuatus est: Ioanne primo collum eius pugione feriente: Vlrico caput dissecante: cæteris ense Regem transfodientibus. Locus cædis & sepulturæ, campus Regius dicitur, Kynigsfalden. Iussu deinde successoris in Imperio (teste Brusch.) Henrici VII. allata Spiram sunt, cum Adolphi R. ossibus, Episcopo Spiræ Sibothone, ossa etiam R. Alberti, è Kynigsfældo Ergouiæ parthenone: & in Regum choro honorificè, coram omnibus Imperij proceribus (quia tunc comitia Spiræ erant) humata: idq; in tumulo, in quo repertum est corpus, rubro serico inuolutum, cum cuprea deaurata corona, & cum inscriptione in plumbo hac:

Albertus Cæsar, interfectus.

Ab Ioanne, nepote eius ex fratre.

Sepultura R. Alberti.

Kynigsfaldum.

Sepulcri apertio.

Anno Iesu 1190. decimaseptima septembrium, obijt Beatrix Imperatrix. Hæc Friderici Barbarossæ coniux fuit. Ibi positus est Albertus cum hac Epigraphe.

Beatrix Barbarossa.

Anno Domini 1308. Calendis Maij, Albertus Romanorum Rex, quondam Rodolphi Romanorum, Regis filius, occisus: anno sequente, quarto Calendarum Septembris, hic est sepultus.

In sepulcro, vbi Adolphus humatus, inuenta fuit capsula plumbea: in qua, corpusculum serico palliolo indutum, in cineres redactum, ossibus & crinibus adhuc integris: cum inscriptione in plumbea tabula:

Octauo idus Octobris, Agnes filia Friderici Imperatoris obijt.

Profugerunt autem Alberti percussores, per vitam reliquam infelices. Palmanus, miles fortis, diu Basileæ in domo conuersarum latuit: item, in castro suo Alburnensi: ac tandem obijt. VValtherus, in terra Comitis VVirtembergensis, pastor pecorum factus, annos 35. latuit: ac moriens cùm se patefecisset: à VVirtembergico Comite honestè sepultus est. VVartus, cùm aliquandiu in castro suo Falckenstein latuisset: iturus ad sedem Apostolicam, vênit Vlam op. Theobaldi Comitis Biamundensis. Vbi cùm patefactus esse per histrionem Comiti, & vxori eius, quæ fuit de Veringen: hæc cum lachrymis ait: Absit, vt euadat, qui Dominum & consanguineum meum interfecit. Tunc captus à Comite fuit cum famulo suo Russe, lingo: secutumq; est rota supplicium iuxta Ensisheim. Ioannes autem, post multas occultationes, tandem specie Beghardi Pisas venit: ab Henricoq; Imp. captus est: ac pluribus annis post eius mortem ibi retentus, tandem inibi honorificè est sepultus. Vxorem habuit R. Albertus Elisabetam: filiam Meinhardi Comitis Tyrolis & Goritiæ ac Ducis Carinthiæ, Conradini ex matre sororem, fœminam prudentissimam: quæ Salis fodinam, & vsum faciendi, Hallis prope Gmyndam in superiori Austria inuenit. Peperit 21. liberos (ex quibus, Fridericus, cognomento Pulcher: postea, Cæsar Romanorum) & in sua fundatione Kynigsfæld. sepulta est. Fuit etiam Otho, cognomento Iucundus, Alberti Regis filius: in cuius aula fuêre gratiosi, Neithardus Fuchs, & Parochus de Kalenberg: quorum facetiæ & scurrilitas, more antiquissimarum cantionum Teutonicarum, adhuc extant. Tribuitur Alberto Dictum: Eligenda est optimæ vitæ ratio. Hanc consuetudo suauissimam reddet. Sic autem Albertus anno 1308. Domini, per insidias interemptus est: sicut 1208. ante ipsum, Rex Romanus Philippus Sueuus: fato vterq; commiserando.

Exitium parricidarum Alberti.

Elisabeta, Alberti coniux.

Neithardus Fuchs.

Kalenberg.

Pfaffus.

Dictum Alberti.

Finis tertij libri, in tertia parte Annalium Sueuicorum.

MARTI-

MARTINI CRVSII, GRÆCÆ ET LATINAE LINGVAE IN ACADEMIA TYBINGENSI PROFESSORIS, ANNALIVM SVEVICORVM, in tertia parte, Liber Quartus.

TEMPORA Imperatorum duorum, hoc libro continentur: Henrici 7. Lytzelburgensis, & Ludouici Bauari. Multa de Comitibus illustribus Sueuiæ: Tubingensibus, VVirtembergensibus, Hohenbergensibus, Eberstainensibus, & alijs. Præterea, de ducibus Teccensibus: atque de multis variorum generum nobilibus viris. De ciuitatibus denique, ac Monasterijs pluribus.

CÆSAR GERMAN. 4. HENRICVS 7. LYTZELBVRGENSIS. CIVES oppidi Sultzæ. Bellum Henrici Cæs. cum VVirtemberg. Comite Eberhardo illustri. Eiusdem res in Italia gestæ. Oberndorffa & Alpersbachum. Comites Levvensteinij, Kirchensesque.

CAPVT I.

ANNO 1308. factus est quartus rei Romanæ Rector, IMP. CÆS. HENRICVS VII. P. F Aug. creatus 8. Kal. Decemb. Francofordiæ: & altero anno, in Festo Epiphaniæ, Aquisgrani coronatus à Colonien. Archiepiscopo Henrico. Imperauit A. 4. M. 9. Filius fuit Henrici, Comitis de Lytzelburg: & Beatricis, Comitissæ Hannoniæ: armis strenuus, religione præcipuus. Vitam eius descripsit Conradus Vecerius: mentionem faciens Melusinæ: octauo quoque die in anguem pubetenus mutari solitæ: quæ inter Maiores Henrici numeretur. *Henricus 7. Cæsar occid. 4.*

Eodem anno, Feria 5. post Pelagij, ciues Sultzenses, VVernherus Fullhaber, Henricus Sauager, Berchtoldus Vngericht, & filij eius: renunciarunt iuri cuidam Hopfouuensi: dantes hoc nomine literas Alperspachensi Abbati VValthero: Sigillo Sultzensium, Sculteti & iudicum, ac ciuitatis munitas: testibus, Bernhardo de Ramstein, equite: Her: Friderich Lutpriester zu Dorn heim: Berchtoldo & Henrico Liechtenfelsijs, fratribus, & alijs. *Sultzenses ciues.*

Tunc Ludouicus etiam de Stouffeneck viuebat.

Comiti VVirtembergico Eberhardo Illustri, tres fratres de Berg & Schelcklingen (Vlricus, Henricus, & Conradus) dimidium arcis & oppidi Caluæ, quatuor millib. fl. vendidisse perhibetur. *Caluæ op. & arx.*

Ioannes Scotus, Doctor ille subtilis, ordinis Minorum, obijt Coloniæ. 6. Idus Nouemb. Huc improbat Paulus Langius (Citezensis Monachus, qui 1518. Chronicon scripsit) quod Aristotelicâ & Physica doctrina contrarius fuerit S. Apostolo Paulo. *Scotus Ioannes D.*

Obijt hoc anno Vrsula, Comitissa Oetingensis, Comitis Alberti Hohenbergensis vxor.

Conradus de Clingenberg, Canonicorum Præpositus Constantiæ, Tigurì captus est: sed, retransacta, dimissus. *Klingenberg.*

Anno Domini M. CCC. 8. Kal. Maij, Maximilianus Rom. Rex, quondam Rudolphi Rom. Regis filius, occisus, anno sequenti 1111. Kal. Sept. hic est sepultus. Nempe Spiræ, inter Regum sepulcra.

Anno 1309 cùm delatum esset Eberhardi, VVirtembergici Comitis, illius Illustris, nomen ad nouũ Cæsarem: tanquam afflgeret ciuitates Imperiales (tam inde à morte Conradi, & tempore interregni: vt eius subessent patrocinio) cædibus, incendijs, pecorum abactu, populationibus: Rex Henricus eum Spiram vocauit. Eò venit quidem ille, sed formidando omnibus comitatu. Equitibus enim 13. CC. instructus, vt Albertus Argent: ait: sed alij CC. ponunt. Quem cùm Cæsar illis de rebus clementer alloqueretur, ad pacem cum ciuitatibus adhortans: nihil eorum Eberhardus, quæ obijciebantur, negabat: sed se rectè fecisse defendebat: nec posse non ius suum tueri. Maluisset Cæsar eum esse pacatũ: suoq; tempore secum in sacrã contra Turcos aut Saracenos expeditionem, quã animo agitabat, cum robore fortissimorum VVirtembergicorũ militum exire. Sed rei exitus is fuit: vt Comes, etsi pacem maluisset, tamen à bello nihil sibi timeret: quanquam à Legatis ciuitatum grauiter accusatus. Itaq; post abitũ eius, à Cæsare & Principibus bellum in eum est decretũ: idq; bellum, cùm Cæsar Italicã profectionẽ pararet, Conrado de VVinsperg siue VVeinsperg alijsq; Eberhardo non æquis, interim gerendum commissum est. Naucler. & Mutius, atq; alij. *Bellum Cæs. Henrici cum Eberh. Illustri VVirtembergensi. Per Conradum de VVeinsperg.*

Henrici R. in Italiam profectio, & ibi coronatio.

In Italiam cum valido exercitu Rex Henricus profectus est: eò quòd res Italicæ, iam inde à morte Friderici 2. valde turbatæ essent. Cùm enim Reges præcedentes, Rudolphus, Adolphus, & Albertus, ab Italia abstinuissent: omnes ferè eius vrbes, imperio excusso, Tyrannis potius (inquit Cuspin.) subesse cœperunt. Sic Verona Scaligeris, Mantua Passerinis, Patauium Carrarien sibus. Veniens autem in Italiam Henricus (inquit Tritenhem.) primò Mediolani ferreâ, deinde Romæ die Pentecostes 1311. in Lateranensi fano aureâ, corona ornatus est: missis è Gallia tribus ob eam rem à Pontifice Cardinalibus. Ipse Rudolphum Palatinum Rheni, & alios multos, in eodem Templo milites creauit. Multa apud Italos bella fortissimè gessit: sibi obedire cogens Longobardos, Papienses, Taurinenses, Estenses, Veronenses, Placentinos, Florentinos,

Hohenberg. C. VValtherus.

Senenses, Pisanos, Ianuenses, & Romanos. VValtherus etiam Comes Hohenbergensis, relictus in Lombardia à Rege, multas insignes obtinuit victorias (vt scribit Albertus Argent.) & alibi Hugo de Buchegge Comes.

In quibusdam M. Scr. lego: VVernherum fuisse Comitem Hohenbergensem: qui cum Cæs. Henrico in Italiam ad coronationem profectus fuerit: & quasdam contra ipsum excitatas seditiones compescuerit.

Hæck.

In Sueuia, die lunæ ante S. Vlrici, Vlricus Hæck Oberndorffensis, bona sua Rætenbergica, Hoenvvilerica, & Petricellensia (quorum proprietas erat Conradi de Falckenstein, equitis: & fratris eius Engelvvarti) dantia quotannis 18 ß. Tubingens. vendidit XI. ll. Tubingens. cœnobio Alperspachensi, consentientibus proprietarijs prædictis: adeoq; proprietatem illorum bonorum, huic cœnobio tradentibus. M. Scr.

Alperspachum.

Halensis Salina.

Salina Halæ Sueuicæ (die Sul/oder Saltzbrunn) amplo & profundo labro (Kasten) querno, comprehensa est: cum paruo receptaculo (Stüblein) ex quo venæ quatuor Salinæ fluerent G. Videman.

Honoldi Augustæ.

Ioannes Honoldus erat Kaufbaimæ vel Cesareæ, Abbas, magno familiæ suæ commodo. Ea familia nostro tempore patricia Augustæ est: in eam dignitatem 1538. cum alijs exaltata. Gassar.

VVirtembergiæ vastatio.

Anno 1310. Cæsare Henrico in Italia versante: bellum VVirtembergicum gestum est à VVinsbergensi Barone Conrado, Imperatoris vicario, & ab Esslingensibus, alijsq; proceribus ac ciuitatibus. Hi inuadentes ditionem Comitis Eberhardi, depopulati sunt omni modo: ac LXXII. oppida & castra ei eripuerunt: remanentibus tantùm Auraco, Seeburgo (al. Neoburgo) Nissa, & VVittelinga. Vastatæ tunc, VVaiblinga & Schorndorffa: Rotberga à ciuitatibus deiecta. Sic

VVirtembergæ arx.

Beutelspachum.

Turris Clodouei.

& VVirtembergæ Castellum, ruinæ datum est, ac Beutelspachum afflictum: nec non turris Clodouei, apud Bainstainum sita (de quâ dudum diximus) destructa. Pugnauit quidem Eberhardus alicubi fortiter, & iam vicerat: sed milite spolijs intento, victus est. Receperat se in loca munitiora: sed tandem ex arce Asperga fugere coactus, ad sororium suum Rudolphum (al. Hessonem) Marchionem Badensem, concessit: à quo benignè tectus in oppido Besicken est. Inuento, bellum duraße plures annos: & Eberhardum post obitum Imperatoris, amissa recuperasse omnia, multoq; cepisse plura. Successu etiam temporis obsedisse castrum Marchionum Richenbergam. Sed frustrà: ideoq; 1325. anno obijsse Stutgardiæ. Id tamen castrum, postea dotis nomine ad VVirtembergensem Comitem peruenisse. Erat Eberhardo vxor Adelhaidis, filia Baronis de Signovv. & Irmegardis, Badenæ Marchionissa, Hermanni filia.

Eberhardi C. fuga.

Emersio è calamitate.

Richenberga.

Vxores Eberhardi.

Oeting. C. Conradus.

Inuenio etiam, Comitem de Oetingen, Conradum dictum Schrimphum, Comiti Eberhardo studentem, à Cæsare Henrico fuisse proscriptum. Inde, eò inopiæ redactum: vt in Monasterium Cæsariense venerit: pane ibi doloris per reliquos vitæ suæ dies vescens. Addit his Hermannus Aedit. Huius Henrici auunculum fuisse VVirtembergensem Eberhardum.

Leosteinij Comites.

Comites Leuuensteinij, hoc tempore belligerantes cum Marchione Badensi, eum ceperunt: quia potentes erant: atq; etiam sub Othone 3. Imperatore viguerant. Quorum genere extincto: Comitatus hic Palatinus venit.

Kirchbergenses Comites.

Vlricus tunc vixit, Comes Helffenstainius: & VVilhelmus 2. de Kirchberg, Comitis VVilhelmi filius: qui procreauit ex Teccia Ducissa Agnete Conradum 1. & Eberhardum, anno 1406. Episcopum Augustanum.

Ex Conrado natus est Conradus 2. & Eberhardus 2. Ex Conrado 2. VVilhelmus 3. Ex Eberhardo 2. Ioannes & Philippus. Fuit hic Philippus, familiæ suæ postremus: cui postea Imp. Carolus V. & Ferdinandus 1. surrogârunt Augustanorum Fuggerorum prosapiam. Laz.

Teccensis Adelhaidis.

Wir Frau Adelheit/ ein Ehliche Wirtin Hertzog Conrads zu Teck/ &c. *Instituit Anniuersarium,*

Anniuersarium ad remedium animæ suæ, & patris sui Henrici, Marchionis Burgouiensis, ac Matris Agnetis, anno 1310.

Halæ viuebat Otho Sulmaister: de ordine Ioannitarum benè merens, Missæ diurnæ institutor. In fano S. Ioannis honestè sepultus. Sulmaister.

HENRICI CÆS. CORONATIO ROMÆ. EXTIRPATIO TEMPLAriorum. Beatricis Imperatricis obitus. Hastiludium XVII. Rauespurgi. Comites Vaihingenses, & oppidum Vaihinga. Bebenhusæ consecrationes Altarium.

CAPVT II.

ANNO 1311. Romæ coronatus scribitur (vt antea dictum) Cæsar Henricus: id quod ipse literis significauit Abbati VValdsassensi Ioanni Elebogeno, inter alia his verbis: Per duos Cardinales, die festo beatorũ Petri & Pauli Apostolorũ (quem ad hoc, vt poteramus virtute commissionis per D. Clementem summũ Pontificem, elegimus) in Ecclesia S. Ioannis Lateranensis: præsente Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, & aliorum Prælatorum, ac Ecclesiasticorum ordinum vrbis, Ducumque, Comitum, Baronum, Nobilium, ac Romani populi innumerosa caterua: oleo sacro vncti fuimus: nec non Imperiali diademate coronati: ac alijs debitis ac consuetis solemnijs insigniti. Hæc autem deuotioni tuæ voluimus intimare: vt de nostris felicibus successibus valeas exultare. Datum Romæ 4. Kal. Iul. Regni nostri anno 4. Imperij verò anno 1. Brusch. Henrici R. coronatio Romæ.

Clemens P. concilium, duos annos durans, Viennæ Galliæ celebrauit: in quo & Clementinæ constitutiones, promulgatæ sunt: & Catalogo Sanctorum adscriptus, Ludouicus: filius secundi Caroli Regis Apuliæ: fraterque Regis Roberti: & ordo Templariorum damnatus. Hi quondam peregrinos, ad sepulchrum Domini profectos, tueri soliti erant: magnisq; opibus acquisitis, Syria expulsi, in Græcia Thessalonicam & Athenas ceperant: Principe harum Roberto Brenna occiso. Tandem hoc anno condemnati sunt: nec longè post, occidione sublati: tanquam Hæretici & scelerati. Sed putabantur eis hæc crimina, à R. Franciæ Philippo afficta esse, vt posset eorum facultatibus potiri. Aemyl. lib. 8 & Trit. alijq. Clementinæ constitutiones. Templariorum ordo, damnatus.

Augusta Beatrix, Henrici Imperatoris vxor laudatissima, obijt Genuæ: vbi sepulta est ad Minores. Eò enim profectus Imperator fuerat, & honorificè exceptus. Iui la serenissima Imperatrice, al suo creatore vendendo l' anima, con grande honore fu sepulta nel Chiostro de frati Minori: & molto fu lagrimata da' poueri mendichi: i quali molte volte, humanissima mente da quella erano cibati della sua mensa. La piangeua amora ogni altro: i quali, mediante le sue preghiere, presso del Rè Trouauano libentissimo perdono. B. Corius. Beatricis, Imperatricis, vxoris Henrici, mors.

Eodem anno celebrati sunt Rauespurgi XVII. ludi solennes equestres, à nobilitate Suenica, die Dominica & Hebdomate post. S. Bartholomæi. Hastiludium. 17. Rauespurgi.

Reges, equites aurati.

Bauaricus, VVolffgangus Frauuenbergius. Sueuicus, Iacobus Bodmanius. Rhenanus, Gotschalcus Nesselrodius. Franconicus, Apelles Seinsheimius.

Aderant Sueui, hi & alij.

Vlricus, Dux Teccensis. Comites. VVolffgangus Montefortius. Fridericus Zollerensis. Sigismundus Tubingensis. Eberhardus VVirtembergensis. VVilhelmus Kirchbergensis. Albertus VVerdenbergensis. Georgius Heiligenbergensis. Diepoldus Fyrstenbergensis. Albertus Sultzensis. Fridericus Oetingensis. VVolffgangus Kyburgensis. Philippus Hohenbergensis. Barones. Henricus Cimbrensis. Fridericus Stoeffelius. Albertus Brandisius. Fridericus Gundelfingensis. Conradus Hohenuuensis. Equites. VVilhelmus Rechbergius. Albertus Dapifer VValdseensis. Albertus Hyrnhaimius. Caspar Bodmanius. VVildhanso Riethaimius. Magnus de Freiberg. Nobiles. Ioan. Vlricus de Rechberg. VVolffgangus de Schellenberg. Frishanso de Hohenfreiberg. Bernhardus Schilling. Ioannes de Thalhaim. Ioannes Truchsessius de Ringengen. VVolffgangus Truchsæssius de Hoesingen. VVilhelmus Adelman. Schimphius de Gyltlingen. Mauricius de Blieningen. Fridericus de Fenningen. Ioan. Schenck de VVinterstetten. Ioan. de VVinida. Georgius Nothafftus de Rems. Ioannes de Ehingen. Conradus de Offterdingen. Tubing. Sigismundus. Riethaim. Schilling. Blieningen. Ehingen. Offterdingen.

Reinhardus

VVelvvart. Herter. Reinhardus de Neuhusen. Ioan. de Gameringen. Fridericus de VVelvvart. Georg. Herter in Herteneck. Ioan. de Liebenstain.

Vaihing. Comes vltimus. In oppidi VVirtembergici Vaihingæ Templo, in introitu à dextra forum versus, saxum erectum cernitur: in quo incisum cum insignibus est Epitaphium vltimi Vaihingensis Comitis, his verbis.

A. D. M. CCC. XI. KAL. OCTOB. OBIIT HEINRICVS COMES IN VAIHINGEN, RECTOR HVIVS ECCLESIÆ. Insignia leonem habent: in cuius capite, corona simplex, ein einfache Kron. Hic autem Leo, inuersus est: porrigens quodammodo pedes cœlum versus: cruce in ventre eius posita: quâ, cum hoc Comite totam stirpem interijsse, innuitur.

Annotatio D. Gabelc.

Vixisse hic ait ex hoc Comitum genere adhuc anno 1356. Henricum, alterum Conradi F. superstite etiam patre.

Vaihinga op. Adijciam quoq; plura: quæ ex auditore nostro, M. Sebastiano Seuero Vaihingensi, cognoui. Situm est oppidum Vaihinga ad amnem Entium: quod olim à potentibus Comitibus habitatum, & probabiliter etiam conditum, fuit. Limpida & optima ibi aqua: fructus omnis generis, vineæ, agri, prata: omnia perbenè culta, & amœna. Distat vno milliari nec paruo, à Monasterio Maulbrunna: neque longè à Palatinatu Rheni abest. Generosorum Comitum longa ibi successio fuit: sed literis, vt aliarum plurium deductio familiarum, non mandata. Extincto autem genere illorum procerum: oppidum & pagi eius, fructusq; omnis, ad VVirtembergenses Dominos peruenit. Itaque in insignibus oppidi, & Leo est: vt quod ad Comites illos quondam pertinuerit: & supra leonem, cornu cerunum: vt VVirtembergensibus, post eos possidentibus. Saxum illud quod antea posuimus, diutius homines latuit, sedilibus ei obstructis. Iussa verò nobilis viri Bernhardi de Liebenstein, qui munere præfecti maioris ibi fungebatur, remota sunt anno 1584. illa sedilia: ita, vt iam hoc, & alia monumenta eius loci, conspicua sint. Habuerunt ijdem Comites prope oppidum, arcem in monte alto ac syluoso, appellatam Burg (Gabelc. Eselsberg) non longo interuallo distantem à vico Insingen. De qua arce nihil restat, præter Rudera & fossam.

Vaihinga mons & arx. Intra oppidum Vaihingam, mons magnus & præaltus est, arcem habens pulebram: sedem vetustiorum extinctorum Comitum: sed à VVirtembergensi Duce renouatam, & egregiè ædificatam. Qua parte se ab oppido auertit, petræ magnæ crassæq; insistit: qua verò ciuitatem respicit, spacioſum habet vestibulum: in quo, instar quoddam est aggeris: vbi maiora tormenta, si quid hostile appareat, statui possunt. In medio arcis, turris valdè alta, longè supereminens arcem. Ex eius turris cubiculo, cum 1584. anno infans speculatoris, seu Tubicinis, in tectum arcis decidisset: & ex eo tecto, in tectum inferius: ex quo denique, in solum subiectum: custodientibus S. Angelis, non aliquam infans maiorem sensit læsionem: sed adhuc in vita manet. In cuius admirandæ, diuinitus profectæ conseruationis memoriam perpetuam: nobilis eques, qui ordines militiæ duxit, adhuc maiorem Præfectum Vaihingæ agens, Christophorus de Wolfframsthal: lateres aliquot in cauſto solidatos (vergläste Ziegel) in tectis illis ponendos in gyrum, atque intra gyrum albam crucem statuendam, curauit.

Entius fl. Oppidum amœno & piscoso amne Entio alluitur: qui propè oppidum diuiditur: & vtring; circa hortos amplo cursu præterfluit. Ortus eius, fortè itinere duarum horarum à cœnobio Herrenalba abest: & Beßigkaimi influit in Nicrum. Ad portam qua Maulbrunnam itur, cuiusdam est domus vel cellæ penuariæ œconomia: diues admodum perceptione frumenti, vini, & aliarum rerum, ad Monasterium Herrenalbense pertinentium.

Cella, kalt loch. Nuncupatur ea cella antiquitus, das kalt Loch (frigidum foramen) propter perquam frigidam huius loci cauernam: quæ extendi dicitur ex cella quadam vinaria Dispensatoris, vsque ad Nosodocheum: longè ab oppido, ad quadrantem horæ. Nec potuit adhuc deprehendi verè longitudo eius cauernæ: eò quòd nullum accensum lumen, diutius ibi ardere potest.

Arces prædonũ. Fuêre quondam non procul ab oppido quædam prædatoriæ arces, ad ripam Entij: vt earum incolæ, naues secundo amne decurrentes, & cernere & spoliare possent. Præcipuè quædam ipsa-rum, iuxta pagum Entio vicinum Mylhusam stetit: & quædam nomine Bißingen, non longè à Bietigkaim. Eæ verò iamdudum euersæ sunt: solis muris adhuc extantibus. Oppido autem Bietigkaimo, dicitur nomen olim fuisse hüte dich (caue tibi) propter frequentia loci latrocinia.

Bietigkaim op.

Reperiuntur

Reperiuntur etiam Rudera veterù sacelli, zu dem grünen Baum nominati: quò frequens peregrinatio quondam fuisse fertur. Grün Baum.

Per oppidum tendit communis omnium via Regia (die allgemeine Käyserliche Landstraß) quæ tempore anniuersariorum mercatuum, accuratè custodiri solet.

Habent etiam Teutonici ordinis Magistri Mergetenses, suos ibi reditus annuos non contemnendos: & horum receptaculum domum magnam, torcularq; contiguum, iuxta templum. Debiti, hactenus.

Eodē 1311. anno, 6. Idus Maij, ab Ioāne Episcopo Ecclesiæ S. Mariæ Decapoleos, gerēte vices Gerardi Constantiensis Episcopi: ad honorem S. Michaelis Archangeli, & B. Abbatis Bernhardi consecratum est Bebenhusæ altare huius ipsius S. Michaelis. Reseruabantur in eo altari hæ reliquiæ, cum corpore Dominico. De S. cruce. S. Petri & Pauli Apostolorum. S. Mauricij, Dionysij, Innocentium. Georgij, Martyrum. Nicolai, Malachiæ, Vdalrici, Episcoporum Benedicti, Bernhardi, Galli, Columbani, Abbatum. Mariæ Magdalenæ, Cæciliæ, Agathæ, Luciæ, Hagnetis, Iustinæ, Virginum. In anniuersario dedicationis die, dabantur Indulgentiæ; XL. dies criminalium, & annus venialium. Per octauam & in festis sanctorum, in quorum honore erat consecratum, tantundem indulgentiarum. Constructum fuit hoc altare à veneranda Domina Irmengarda Nicyvin de Grieningen: quæ & omnem apparatum, ad hoc altare contulit: nempe calicem, librum, vestes, sacerdotales, cæteraq; necessaria. Bebenhusæ Altaria, consecrata. S. Michaelis.

Eodem 6. Idus Maij altare S. Bartholomei (à Conrado Maiero, quodam ciue oppidi VVila, postea conuerso Bebenhusanæ domus constructum, & rebus necessarijs instructum) consecratum est ab eodem illo Ioanne Episcopo, in honore S. Bartholomei Apostoli & sancti Dionisij Episcopi. Ibi, reliquiæ permultorum sanctorum vtriusque sexus, cum supradictis indulgentijs. Lampadem ad hanc aram fundauit VVoertvvinus, quidam Bæblingensis ciuis, in honorem S. Dionysij, perpetuò dies noctesque arsuram: in remedium animæ suæ, & vxoris, Progenitorumq; suorum. S. Bartholomei.

VVALTHER, COMES HOHENBERGENSIS, LONGOBARDIÆ CAPITANEUS. Vlricus, Schelcklingensis Bergensisq; Comes. Obitus Imp. Henrici. VVirtembergensis Comitis Eberhardi illustris, & Vlrici, incrementa. Conradus VVALCHVS, & filij eius. Ludouici Bauari victoria. Fames & pestis per Germaniam. Conradini Sueui apud Italos vltio. Imp. I. LVDOVICVS BAVARVS: & Aduersarius Rex Rom. Fridericus Austrius. Heluetiæ libertatis initia. Mors Pont. Clementis V. Incendium Constantiæ.

CAPVT III.

ANNO 1312. Epistola à VValthero, Comite de Hohenberg (cuius suprà cap. 1. mentio facta est: eum à Cæsare Henrico, Capitaneum in Lombardia relictum esse) scripta hæc est: quam B. Corius lib. 2. histor. Mediol. ponit, vocans eum Guarnerium. G. Vertiertū, Comes Hohenberg, sacri Imperij fidelissimus, per Lombardiam auctoritate Regia capitaneus generalis: nobilibus viris, Vicario & communi de Mediolano, salutem & omne bonum. Cùm inter aliquas ciuitates & terras Lombardiæ sit ad honorem Regalis culminis confœderatio, societas & Liga, contracta: quæ etiam per Dominum Henricum Rom. Regem, firmata est: cuius Ligæ, ac fidelium omnium Imperij, nos fecerit capitaneum generalem: intendens ipse Dominus, quod omnes Imperij fideles, debeant dictam ligam intrare: dans nobis potestatem & bailiam præcipiendi omnibus imperij fidelibus, in Lombardia constitutis: & eos compellendi, vt intrent, secundum quod patet per Regias literas, &c. Quare intendentes ad executionem nobis iniunctorum: vobis Vicario & communi, mandamus pœna & banno, nostro arbitrio inferendo, octauo die intrante mens. Martij, in ciuitate Brixiæ ad nostram præsentiam personaliter accedere. Hohenberg. Comitis Gualtheri epistola.

Eodem anno (vt à Bruschio scribitur) dono dedit Comes à Schelcklingen Vdalricus, cum suorum filiorum, Comitum Henrici & Chunradi, vnanimi consensu, Parthenonis Vrspringensis conuentui, liberè, & absque omni exceptione, possidendam illam insignem aquarum scaturiginem, cui adiacet Monasterium, cum plenaria piscandi potestate, vsque ad fontis, dicti, Ad salices molendini, vulgò Mulisælber. Dedit item montis adiacentis, Lutzelberg dicti, haud mediocrem partem, & molendinum Schelcklingense. Schelckling. C. Vlricus. Vrspring. Gymnæcium.

Ortâ

Ortâ deinde longo tempore pòſt contentione, inter Magiſtram cœnobij, & præfectũ Schelcklingenſem. Ludouicum à Freiberg, de iure piſcandi: ſententiam Cæſar Maximilianus 1508. tulit vt vtrique à piſcando abſtinerent, dum lis per certos arbitros decideretur: neutri parti interim iure ſuo imminuto.

Obijt die S. Gertrudis, Mechtildis Phlugerina (inquit Sindelfing. liber) atq; Canonicis præſentibus dantur 6. Sol. & Vicario. Additur vnus ſolidus, panis pauperibus dandi causâ.

Obitus Imp. Henrici, veneno Euchariſtiæ immiſto, per Monachum.

Anno 1313. obijt Imp. Henricus 9. Cal. Septemb. poſt cuius mortem Interregnum ponitur 1. A. 1. M. 24. D. De qua morte Pandulphus, In mortem incidit Henricus, inquit, Bonconuenti, in Senenſi agro: ibique venenum cum pane Euchariſtico, à Monacho quodam VVelpho ex S. Dominici familia ſumens, corporis vinculis exolutus eſt. Teſtantur autem plerique Scriptores: venenum id Apoſtolici Legati inſtinctu fuiſſe procuratum. Fu coronato in Roma Imperadore (inquit Guazzus) & hauendo Meſſo l'aſſedio à Fiorenza: fu da vn Monaco de prædicatore velenato con l'eucariſtia: hauendo regnato anni quarto, e meſi noue. Scribit Corius, eum magno honore fuiſſe Piſis humatum: ſed cor eius, in ſepulcro vxorio Genuæ: oſſa ſequenti tempore, per Comitem Caſtellanum in Germaniam relata.

Eulogium Monachorum apud Ioan. Campanum, lib. 4. Epiſt. 12.

Monachorum commendatio.

Quiſquis Monachus, idem & Diabolus eſt. Omnia tentat, vbique pungit, vbique inſidiatur: denique meiere vbi nequit, ibi cacat. Et, cùm malus eſſe deſinit, fit peßimus. Monacho contaminatius nihil eſt. Pro veſte picem induit non cucullum. Illeuit ſeſe, implicat, conglutinat, inſectatur: nec vnquam abit, niſi cum litura. Præterea, hoc Tetraſtichon.

Hoc ſolùm Monachus nimirum à Dæmone diſtat:
Quòd, quicquid vafer hic ſuggerit, ille facit.
At ſi iuncta dolis anus adiuuet, & colat aſtu:
Audebunt Erebi depopulare domum.

Eberhardi VVirtemberg. opum amplificatio. Beutelſpach. Collegium, Stutgardiam translatum. Homines.

Henrico ſic in Italia mortuo: reuixit Eberhardus VVirtembergicus ſuumq; dominium, & quæ ciuitates ei ereptæ tenuerant, recuperauit, damnaq; accepta ſarſit. Romam deinde profectus: ab Ioanne 22. Papa (qui 1317. & inde ſedit) poteſtatem Collegij Beutelſpachenſis (vbi Maiorum eius Monumenta à ciuitatibus confracta fuerant) Stutgardiam transferendi impetrauit. Deditum enim id obſedentibus tum fuerat: ſubterraneis tubis aquæ influentis, per proditionem paſtoris pecorum, auerſis. M. Script.

Serui (Homines vocabantur) Dominorum de Schelcklingen, dati Monaſterio Lorch: reliquiæ ſcil. ſeruitutis, olim 500. Chriſti, à Franco R. Clodoueo Sueuis impoſitæ.

Bergenſis Schelcklingenſis Comitis Vlrici datio in Cœnob. Lorchenſe.

Wir Graffe Vlrich von Berge / genannt von Schälckelingen / vnd wir Graffe Heinrich ſein Sohn / verjehen an dieſem Brieff: vnd thun kundt allen den / die jhn anſehen / oder hören leſen: daß wir Gutun Baldesholtzes ſeligen Tochter / Eberharts Sohnen Wirtine / vnnd jhr Kindt / vnnd Nachkommen / erblichen haben ingegeben vffen vnſere Frawen Alter zu Lorch zum Kloſter / Ledeckliche vnnd frilich: vnnd haben vns verzichen / vnnd verzeihen vns an dieſem Brieffe / aller anſprache / beyden Geiſtlicher vnnd Weltlicher / für vns / vnnd für vnſere Nachkommen: die wir ſolten / oder möchten haben / vmb die vorgenannte Gutun / vnnd vmb jhre Nachkommen. Vnnd daß diß war ſey / vnnd offenbar: ſo henecken wir vnſer Jnſigel an dieſen Brieff zu einem offenen vnd waren Vrkundt. Dieſer Brieff ward gegeben zu Ehingen: da man zalte von Gottes Geburt Dreyzehen hundert Jar / in dem Dreyzehenden: an dem nechſten Jinſtage nach ingehenden Meyen.

Conradus VValchus.

Allen den / die dieſen Brieff ſehen / ꝛc. Thun wir kundt / Albrecht der Walch / vnd Her: C. der Kirchherre von Zelle: Friderich / Albrecht / Johanns / vnd Bentze / Gebrüder / Herr C. ſeligen Söhne / deß alten Walches: daß wir dem Cloſter Zeſſen (zu Stetten) haben gegeben / ꝛc. Zu einem Seelgerete: alſo daß der Conuent / Vron (Frawen) Lugarte / vnſerer Mutter / Jargezeit begehen ſollen / ꝛc. *Actum die Lunæ ante S. Benedicti, anno 1313.*

Vindelicia prima.

Ludouicus Bauarus, primæ Vindeliciæ (ſuperioris Bauariæ) Regulus, Monachij copias cogit: habens viros bellicæ diſciplinæ peritiſſimos: Berchtoldum de Neiffen, Berchtoldum de Grau-

de Graisbach, VVeichnandum de Trausnitz, Hainricum & VVilhelmum Marescalcos à Biberbach. Otho enim Boius, Vngariæ Rex, priore anno mortuus, ipsum nuncupauerat tutorem filij sui 13. annorum, Henrici ducis de Natrenberg. Quod non ferentes, inferioris Bauariæ proceres, exercitum contrà comparārunt. Sed, Ludouico eis occurrente: quinque millibus passuum à Moisburgio, in confinio vtriusque Vindeliciæ, apud Gamelsdorffam, cæsi ac fugati sunt. Cùm autem, vbi Ambro Isaræ miscetur, transire conarentur: pons multitudinem subeuntium non ferens, corruit. Ita multos mortales, Ambronis fluenta hauserunt. Cæteri proceres, per nota latibula syluarum, quæ ibi crebræ, elapsi sunt. Austriaci, quibus ignota erat terra, 440. capti. Effodiebantur adhuc Auentini memoriâ, hæc scribentis, arma ibidem, enses, calcaria, ab agricolis. Parentum etiam tempore, inquit, Cataphractus ferrea omnino specie, in patula fago (auff eis ner grossen Buchen. Auent. in Germanica Bauaria) cætera præter ossa, solutus, repertus est. Post hæc victor Ludouicus, infertorem Boiariam, nemine prohibente, in fidem titulo tutoris accepit. Postea, Cæsar Rom. factus.

Biberbach.

Ludouici Bauari victoria de inferioribus Bauaris.

Miles mortuus, in arbore repertus.

Graff Berchtoldt von Graißbach/vnnd Graff Berchtoldt von Neiffen/schwuren auff Hertzog Ludwigs von Bayern (der zeit noch nit Römischen Königs) seiten/ein Friedts vertrag/gegen Pfaltzgraff Rudolphen seinem Bruder: neben andern mehr Landleuten/1313. VVigul. Hund Gen. Bauar. part. 1.

Neiffen.

Fames hoc anno, & sequenti, pestilentiaque dira, vbique erat. Sustulit Coloniæ XXX. hominum millia, Treuiris XII. Moguntiæ XVI. VVormaciæ VI. Spiræ IX. Argentorati XIII. Basileæ XIIII. Herbipoli. IIII. totos denique pagos, tota oppida, incolis vacua fecit. Vnde, cùm inopia alimoniæ esset maxima: frumentum è Sicilia (tempore Ciceronis Verr. 4. & longè antè, cellâ penaria Reipub. & nutrice plebis Romanæ) in mediam Germaniam alla tum est. Brusch. ex Haugoberto, S. Ferrucij apud Bleidenstadium Monacho.

Pestilentia magna, cum fama.

Sicilia dat Germanis frumentum, tempore famis.

In Italia, cùm post obitum Cæsaris Henrici, Magnates Alemanniæ domum essent reuersi: retenti sunt à Pisanis, ipsi, & multi Germani. Bello autem sequenti tempore inter Pisanos, & Guelforum Capitaneum Regem Apuliæ Rupertum (al. Robertum) exorto: prælio ante montem Catinum 31. Aug. commisso: Pisani & Alemanni, victores extiterunt: occisis plurimis millibus (Albertus Argent. centum millia ait) Guelforum. Cecidit ibidem Ioannes Princeps, frater Ruperti Regis. Super quem sedens Comes Niger Pisanus, miles auratus factus est super eo. Quo honore nullus ex progenie horum Comitum ornari voluit: nisi in bello, vbi fieret vindicta in stirpem, quæ CONRADINVM occiderat. Funcius ad annum 1319. retulit. Regnabat illa tempestate, in Sicilia Fridericus: Neapoli verò, Robertus. Ille cum Cæsare Henrico fœdus contra hunc habuerat.

Guelphorum ingens clades à Pisanis & Alemannis.

Conradini vltio.

Anno 1314. cum Cæsarea comitia mense Octobri Francofordiæ haberentur: quintus creatus est CÆSAR, LVDOVICVS Bauarus, P. F. Aug. in schismate contra FRIDERICVM III. Austriacum, Regem Rom. 15. Kal. Nouemb. quorum hic regnauit 13. A. & 3. ferè M. ille verò A. 32. Mens. ferè 11. Aquis autē Granen. in solio Caroli M. collocatus Ludouicus, Cæsarque declaratus, cum vxore Beatrice Polona: Coloniam Agrippinam petiit: ibique cultu Cæsareo clientibus Romani imperij, beneficia, vt moris, collocauit. Flagrauerat horribilis cometa hoc anno tres Menses: præsignificans ciuile bellum, quod hi duo Reges, de imperio 8. annos inter se gesturi erant. Ludouicum Sueui, excepta Vlma (vt & Argentinæ) receperunt. Sic & Vrij, Suitij, Vnterwaldij. Metuebant enim sibi à domo Austriaca, & huius nobilibus. Ideo hi valdè Alemannis his, vel Heluetijs, infesti erant, & cum R. Friderico fœdus contra hunc habuerat.

Imp. 5. in Occid. Ludouicus Bauarus.

Æmulus eius, Rex Fridericus Austrius.

Cometa.

Anno 1314. cum Cæsarea comitia mense Octobri Francofordiæ haberentur: quintus creatus est CÆSAR, LVDOVICVS Bauarus, P. F. Aug. in schismate contra FRIDERICVM III. Austriacum, Regem Rom. 15. Kal. Nouemb. quorum hic regnauit 13. A. & 3. ferè M. ille verò A. 32. Mens. ferè 11. Aquis autē Granen. in solio Caroli M. collocatus Ludouicus, Cæsarque declaratus, cum vxore Beatrice Polona: Coloniam Agrippinam petiit: ibique cultu Cæsareo clientibus Romani imperij, beneficia, vt moris, collocauit. Flagrauerat horribilis cometa hoc anno tres Menses: præsignificans ciuile bellum, quod hi duo Reges, de imperio 8. annos inter se gesturi erant. Ludouicum Sueui, excepta Vlma (vt & Argentinæ) receperunt. Sic & Vrij, Suitij, Vnterwaldij. Metuebant enim sibi à domo Austriaca, & huius nobilibus. Ideo hi valdè Alemannis his, vel Heluetijs, infesti erant, & cum R. Friderico fœdus contra hunc habuerat. Illo namque tempore, Gæslerus quidam, præfectus Vriorum & Suitensium fuerat: qui pileo in pertica erecta posito, iusserat huic reuerentiam à Rusticis exhiberi. Recusauit quidam, nomine VVilhelmus Tellius: & ideo coactus est à sæuo præfecto, pomum capiti filij sui, ætate pueri, impositum, ipse, eminus stans, sagitta dejicere. Fecit, inuitus quidem, sed tamen feliciter. Interrogatus autem à Tyranno: quid sibi vellet sagitta altera: quam ad tergum sub cingulo fixam haberet? respondit, se eam, si puero aliquid siniſtri accidisset, in præfectum ipsum coniecturum fuisse. Ideo ab eo captus, nauigio auectus est. Sed orta tempestate maxima in lacu: omnibus vectoribus ad salutem elaborantibus: ipse quoque, vt nauem remigio cum cæteris ad ripam adigeret, vinculis solutus fuit. Tum inter Vraniam, & vicum Brunam, in terram exiliens: se in via, qua transiturus præfectus erat, abdidit: eumque per insidias

Gæsleri pileus, adorandus apud Vrios.

VVilh. Tellius.

Semen Helueticæ libertatis.

sagittâ confecit. Exinde, coniuratio in nobilitatem præfectosque Heluetica, nata est: libertasque à paruis initijs profecta (primò tribus tantùm viris coniurantibus) paulatim ad claram gentis gloriam, in maius excreuit: atque iam diu XIII. pagi fœderatorum vigent. Eos etiam tunc literis Cæsar Ludouicus confirmauit, vt cum imperio manerent. Vide 3. Munst. 63. & deinceps: nec non 4. Stumpf. 53.

Dicta Frid. & Ludouici.

Friderico tribuitur sententia: Quod pudeat palàm, clàm ne facito. Ludouico verò: Huiusmodi comparandæ sunt opes, quæ simul cum naufrago enatent.

Clementis P. laudes.

Obijt Clemens 5. P. 12. Kal. Maij, 1314. cui Epitaphium hoc fecit Hermannus Ædit. Iste (inquit) fuit publicus fornicator: & transtulit sedem in Auinionem, sicut est vsque nunc. At illo tempore omnis disciplina & religio extincta est in curia: & potenter sine palliatione pullulat superbia, auaritia, & luxuria. Hic celebrauit Concilium generale in Vienna: & edidit ibi

Decretalium liber septimus.

septimum Decretalium librum vtique venenosum, & laqueis plenum: Quem pœnitens, in vltimo vitæ suæ totaliter cassauit & comburi mandauit. Sed Ioannes Papa, successor suus, ipsum denuò confirmauit. Hæc, ad verbum Ædituus. Antoninus autem scribit: cùm ei mortuus fuisset charus quidam nepos: eum ex mago quodam inquisiuisse: qui nam status esset nepotis in altero seculo? Conspectum esse palatium, & lectum ignitum, in quo nepos iaceret. Et alterum palatium, igne plenum, ipsi Clementi præparatum: part. 3. Tit. 21. cap. 7.

VVittemberg. C. Vlricus.

Irmegardis Hohenbergica C. VVildperga. Nagoltum. Hatterbachum.

Viuebat hoc tempore Vlricus, Comes VVirtembergensis. Vxorem autem Vlrico fuisse alicubi inueni Sophiam Pfirtensem: alibi verò, Irmegardem, Comitis Hohenbergensis Alberti filiam (sunt ne duo Vlrici?) Ebingæ Neccaricæ in templo sepultam: & ab hac muliere, bonam partem Hercyniæ sylvæ accessisse VVirtembergicis Dominis: vt, VVildpergam, Nagoltum, Hatterbachum, & alia.

Constantiæ συμφορά.

Magnum extitit Constantiæ incendium: in domo cuiusdam Iudæi, die S. Crucis exortum. Qui, quòd dies Sabbati esset, noluit restinguere. Ita maior vrbis pars, absumpta flammis fuit.

Et apud S. Gallum.

Conflagrauit quoque oppidum & Monasterium S. Galli, relictis tantùm sex domibus: omnibus etiam sanis, & plus 30. Campanis, perditis. Restituit Monasterium Abbas Henricus Ramstainius: ædile, Henrico Comite Lupfensi, Monasterij Præposito: nec non oppidum, ædile Conrado Kucchemaistero. Stumpf. lib. 5.

Nauarræ R. Lud.

Eodem 1314. anno, Ludouicus Vtinus erat Franciæ & Nauarræ Rex, ad annos ferè duos.

BELLVM INTER DVOS CÆSARES, LVDOVICVM ET FRIDERICVM. VRBIS ESSELINGAE OBSIDIO. FOEDERIS HELVETICI PRINCIPIUM. Rudolphi Hohenbergici Comitis literæ. Alij Comites & Nobiles Sueui. Sagæ cuiusdam in Regem Galliarum insidiæ. Abbas Hirsaug. Sigismundus. Schenckij de Stauffenberg. Ioannis Moseri Iurisc. Epistola. Collegij Canonicorum Stutgardiæ initium. Constantiensis Episcopus Rudolphus. Indulgentiales literæ, viro Luschnauiensi datæ.

CAPVT IIII.

Insidiæ Friderici contra Ludouicum.

ANNO 1315. quia Fridericus R. militem quèndam subornarat: qui parua balista, quam sub chlamyde haberet, Ludouicum R. conficeret: miles autem ab hoc, ex vrbe Haidelberga præmonito, comprehensus erat: & inuidiæ Friderico faciendæ causâ, curriculo circumuehebatur: res inter riuales ad bellum erupit. Videns enim Fridericus aduersarium suum potentiorem: hominesque se eò, vbi tutiores fore se credebant, applicare: suorum se virtute solatus est: qui erant ab Argentina (vt libro 24. Mutij legitur) vsque ad Solodurum: & à Lucerna, Constantiam vsque: à Constantiaque vsque ad Vlmam: quorum militum etiamnum summa fortitudo est. Ex his igitur, exercitum suum fecit auctiorem: atque hoc 1315. anno Esslingam obsedit, Ludouico fauentem. Verùm non satis ad oppugnandas vrbes instructus: post vnum Mensem obsidionem soluit: & ea, quæ necessaria erant, comparauit. Idem interea Esslingenses quoque faciebant.

Esselingam Fridericus obsidet.

Eo tem-

Eo tempore Leopoldus, Friderici frater, bello Heluetios petebat. Cùm a. deliberarent Duces, qua parte in eam regionem (ἐφοδίων καὶ τροχιῶν) inuadendum esset: dicebat Leopoldi famulus, Cunevel Ienni de Stochen: Vos quidem consultatis de ingressu: sed nemo de regressu. Deprimus fuit. Ingressi temerè fauces, profecti sunt ex oppido Tugio (Zug) & conflixerunt cum Heluetijs, die S. Othmari, nempe 16. Nouemb: apud Morgartum: vbi victi sunt, amissis plus M. D C. equitibus (inter quos, quatuor Tockenburgij) multisque peditibus. Dux aegre per calles syluestres, beneficio hominis locorum gnari, euasit. Factum inter montem Morgartum, & lacum Egriscam: & haec fuit prima pugna.

In Heluetios, Lupoldus. Fatui praedictio. Heluetica ad Morgartum de Lupoldo Austrio victoria.

Tunc fœdus trium Helueticarum ciuitatum (de quibus suprà) ictum est: atque id Caesar Ludouicus confirmauit. Vide 3. Munst. 64. & Auent. lib. 7.

Heluetiorum fœdus.

De hoc Leopoldo legebam quoque: eum hoc anno ludos equestres Badenæ Heluetiorum celebrasse. Ibi sororem Dominorum Austriorum, Ludouico seniori de Oetingen esse copulatam: qui antea ex sorore Comitis VVirtembergici, filium & filiam habuerit. Albert. Argent.

Illustris Princeps & Dominus, Dominus Vlricus, Comes VVirtemberga, obijt Kal. Nouemb. anno Christi M. CCC. XV. Stutgardiæ in Ecclesia parochiali.

VVirtemberg. Vlrici mors.

Godefridus, Comes Hohenlohensis, Vdalrici ex Comitissa VVirtembergensi filius Episcopus factus est Herbipolensis, ac Dux Francorum: post antecessorem suum Andream, Gundelfingensem Baronem. Brusch. & Laz.

VValterus Senfft, & Conradus de Bachenstein ac quidam Lechar, instituerunt sacellum & Missam in Schonthalerina Curia Halæ. Hoc aliter ad 1365. annum refertur.

Senfft.

Pluuiæ per totam æstatem cadebant: quæ causam fami dederunt, & pestilentiæ maximæ, vbique.

Pluuius annus.

Numerus annorum hoc versiculo continetur.

Vt lateat nullum tempus famis: ecce CVCVLLVM. Georg. Fabric. Annal. urbis Misnæ. lib. 2.

Hæresin quandam Tritenheimius ponit impiam, & miram, in Chron: Hirsaug: quæ in Austria & Bohemia fuerit. Inter eos puella quædam speciosa, Gisla nomine, tam cremanda (hilarè autem cremabantur) interrogata à iudice, num adhuc esset virgo: respondit (sic aliunde intelligo) se in Germania superiore sui corporis, adhuc virginem esse (ὅτι ἀπροσήμαντον, aut ἀπαθῆ καὶ ἀκήρατον) sed in Germania inferiore, minimè. Attamen se virginem esse. Cui dixisset Praxilla Sicyonia

Gisla haeretica.

ὡς λιπὼν θυρίδων πλάτας ἐμβλήσεται
παρθένε τὸν ἱερὸν ἀλλ', τὰδ' ἐστὶ νόμφα.

Anno 1316. R. Fridericus denuò Esslingam obsidet, magnùsque opibus oppugnat. Oppidani bene se præmunierant: sed tamen hoste oppugnationem dies noctesque vrgente: nuntio clàm missu, Ludouico Cæsari significarunt: se, nisi citò is opitularetur, obsidionem diutius ferre non posse. Nec de sola Esslinga agi: sed & alias ciuitates, si nihil opis appareret ab ipso, sponte sua transituras ad Fridericum. Diem Cæsari præstituunt: ad quem, si non veniret ipse, quamquam alias occupatissimus: auxiliaque à Bohemiæ Rege accipit: suppetiasque Esslingensibus proficiscitur. Quo cognito: Fridericus ei obuiam cum copijs it. Initur prælium iuxta Neccarum in loco æquo: acerrimè dimicatur in ipsam vsque noctem: qua ita discessum est, vt neuter sibi victoriam arrogare posset. Plures tamen ex parte Ludouici occubuêre. Rediit ad obsidionem Esslingæ Fridericus: sed, Ludouico in eius ditionem inuadente, illam relinquere coactus est, ob suadefendenda. In hanc sententiam Mutius. Auentini narratio, alicubi plusculum habet. Fridericus, inquit, in Sueuiam arma transfert: cum Kirchbergensi Regulo Esslingam obsidet: suburbanas ædes occupat, ibi castra locat: Nicrum derivare ab alueo suo connititur. Verum sagittis, iaculis, tormentis, à ciuibus submouetur. Castra igitur ad aquilonis oram, in montem transfert: vrbem inde oppugnare non desinit. Ludouicus obsessis auxilio venit: in ripa aduersa octo dies considet: quotidie tumultuaria leuiaque prælia eduntur. Stephanus à Gumpenperg (Bohemus, postea Bauaricus nobilis: à quo familia Gumpenbergiorum) pernici equo prætergressus suos, Hainricum de Schwveinckenris (Friderici bellatorem) à quo prior vulneratus erat, equo occiso, capit: eundemque, ne ab amicis occideretur, equo suo imponit: abireque fide redeundi accepta, permittit. Quietiam, vbi conualuit cum equo, arcu & sagittis, de more tunc equestri,

Esslingensibus obsidio grauis erat. Pugna Anticensis ad Nicrum. Esslingensium defensio. Gumpenbergius Stephanus.

vadimonium sistit: Hat sich redlich gestellet. *At copiæ Ducum tandem vesperi (præcipuè qui aquatum vtrinque ierant) in vado quodam fortè amnis conueniunt. Primò leuiter, vti fit, velitantur. Mox vtroque exercitu suis opem ferente, pugna gliscit. Cæsis M. atque D. CC. equis: paucis verò pugnatorum (in quibus, ex partibus Friderici, Kirchbergensis regulus) interemptis, nonnullis captis: nocte prælium diremptum fuit. Victoria neutri cessit. Vtrinque postea sine Marte, cunctis bella ciuilia detestantibus, discessum est: manus cognato sanguine polluere refugiebant.*

Hohenberg. VVernherus. Herried.op.

VVernherus, Comes de Hohenberg, in prædicta pugna est captus: Neccarusque, sanguineus videbatur, propter occisionem equorum. Albert. Argent.

Eodem 1316. anno, Herriedense oppidum, à Rege Ludouico expugnatum & deuastatum fuit, feriâ sexta ante Dominicam Palmarum: eò quòd Friderico adhæsisset Constantius. Brusch.

Literæ Comitis Rudolphi de Hohenberg.

Hohenberg. C. Rudolphus.

Wir Graff Rudolph von Hohenberg / verjehen vnd thun kundt allen den / die dieſen Brieff geſehen / oder gehören leſen: daß der Erbar Prieſter Her: Wolffran / der Kirchherre zu Sanct Peters Zelle: vñ Fraw Hedwig / Arnolds deß Marſchalcken von Hohenberg ſelige Ehelichen Wirtin: vnd Adelheit / vnnd Anne / jhre Kindt: mit vnſere Hand / Willen vnd gunſte / verkaufft hand ein Wideme / vnnd ein Hube: ligt zu Sanct Peters Zelle / demſelben Dorffe / die Waltkron da bawet: vnd ein Wideme / vnd ein Hube: ligt zu Rumlensdorffe: vnd mit Namen den Kilchenſatz zu Sanct Peters Zelle: den

Alpersbach.

Erbaren Geiſtlichen Herren / vnnd dem Gotteshauſe zu Alperſpach / in dem Schwartz Walde / Sanct Benedicten Ordens: vmb CXXVI. ß. guter H. vnnd verjehen auch / daß die vorgenannten / Her: Woffran / Fraw Hedwig / vnd jhre Kindt: die vorgeſchriebnen Huben / vnd Wideme / vnnd den Kirchenſatz zu Sanct Peters Zelle / mit vnſerer Hand demſelben Gotteshauſe zu Alperſpach / Ledecklich vnd lere / vnd eigentlich / auffgegeben haben: vnd lauterlich / vnd einfältiglich / vnd ohn alle geferde. Vnd darumb daß diß war ſey / ſo haben wir vnſer Inſigel an dieſen Brieff gehencket / zu einem Vrkunde der Warheit. Der war gegeben zu Rotweil / an dem nechſten Freytag vor Sanct Benedicten Tage: da man zalt von Gottes Geburt dreyzehen hundert / vnnd in dem ſechzehenden Jahre. Bürgen von der Frawen gegeben.

Her: Burckart
Her: Conradt } von Thierberg.
H. Renhart von Rutin.
H. Voltz /
H. Friederich / } das Lamp von Wittingen.

VVittingen.

H. Hans von Schilteckle / Ritter. Johannes von Schilteck. Berchtold von Liechtenfelß. Johann Kirchher: von Stetten. Voltz von Neueneck. Voltz von Glatt / ſein Vetter. Werner Füller. Heinrich Hanowe. Heinrich Waltmann von Meſſingen. *Vno mortuo: alius ſubſtituendus erat. Hi, ſi quid ſecus fieret, erant ſollicitandi.* (In die leiſtung zu mahnen) *ſed venditores promiſerunt ſe eos indemnes ſacturos.*

Sulmaiſteri.

Sulmaiſteri vixêre 1316. Halæ Sueuorum: Herr Burckart / Schultheiß (Prætor) zu Hall: & Heinricus VValtherus, teſtantibus, quæ penes Halenſem ſenatum literis.

Obijt 1316. 3. Kal. Febru. Gotze, Comes de Tuvvingen In libro Sindelfingenſi.

Goſſenbrot.

Albertus Goſſenbrotus ſepultus eſt 1316. Auguſtæ in ambitu Eccleſiæ cathedralis: vulgò, auff der finſtern Gret. In huius familiæ inſignibus, truncus corporis humani ſuperior erat, rubro colore, pileo acuminato tectus. Laz.

Cereum ſimulacrum tabeſcum.

Franciæ & Nauarræ Rex, erat Philippus Longus, A. 5. regnâs, Regis Vtini frater. Huic Vtino, vxor Longeuillæ Comitis Engerrani Marinij Normanni, Patuioto Mago præceptore, ſimulacrum cereum finxerat: vt, eo ad leuem ignem paulatim liqueſcente: perinde lenta tabe Rex ſenſim deperiret. Mago, gula fracta: Engerranus, furca ſuſpenſus. Æmil. lib. 8. Claudiam magam, quæ illud ſimulacrum fecerat, combuſtam lego alibi.

Hirſaug. Abbates. Henricus ſecors.

Anno 1317. Henricus, Hirſaugienſis Abbas, dignitate hac exutus eſt: propter ignauiam ſuam, & vitam conuiuijs voluptatibusque deditam, bonorumque cœnobij diſſipationem. Non enim monitionibus ſalutaribus parebat. Itaque re ad Epiſcopum Spirenſem, & ab hoc ad Regem Ludouicum, relatâ: iuſſu huius ad priuatam conuerſationem redactus eſt.

Solicitè

Solicitè dehinc conuentus de idoneo successore dispexit. Maior & sanioris consilij pars, Sigismundum, Priorem antea huius claustri legit: altera verò pars, Gerhardum, custodem & Monachum, præficere studebat. Verùm re ad Episcopum & Regem reiecta: Sigismundus sententiâ doctorum, in Abbatia confirmatus est: qui 24. A. eam satis benè gessit. Erat natione Sueuus, nobili prosapia Munchingiorum natus: statura mediocri & decente, moribus humanus, ingenio subtilis, consilio promptus, eloquio disertus, auctoritate reuerendus. Multa, quæ decessor alienauerat, ad Monasterij possessionem reuocauit. Abbas igitur iam XXXI. huius loci erat hic Sigismundus: qui & Simundus, atque Simon. Ex Tritenh. & aliunde. Sigismundus Munchingius.

Tres fratres Schenckij de Stouffenberg viuebant: Burckardus eques auratus, VVernherus, & Berchtoldus. Hi vendiderunt quædam bona, Engschlatæ sita, nobili viro VValthero de Schalcksburg. Testes: Comes Zollerensis Albertus iunior. Her: Albrecht der Walch / ein Ritter. Albrecht senior VValchus. Albrecht iunior VValchus. Et alij honesti viri. Datum die S.S. Pauli & Ioannis, anno 1317. Stauffenbergensis Scenckij. VValchus Albertus.

Viuebant, Johann vom Stein / Vogt zu Teck: Heinrich von Sperberseck / Ritter: Heinrich von Neidlingen: Vlrich von Neidlingen: Vlrich Krafft.

Hoc 1317. anno Halæ Sueuorum erat Consul (Stettmeister) D. VValtherus Sulmaister, eques auratus: & senator, Henricus Sulmaister (qui etiam 1331. vixit) atque Henricus Vnmus, Prætor. Sulmaister.

In omnium Sanctorum Monasterij Friburgensis (in Brisgoia) choro.

Anno 1317. 10. Cal. Iun. obijt Iuo dictus Amman, de VValdkirch, miles: huius Collegij fundator, & conuersus. Situm est hoc cœnobium in suburbio Friburgensi, ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini. Insitum fuit aliquando, & florebat, apud cellam B. Virginis in Hercynia sylua. Sed propter Abbatum trucidationem quorundam, Friburgum est translatum. Fundatores primi fuêre Comites de Hohenack. Brusch. M. Ser. VValdkirch.

Constantinopoli, iunior Andronius Palæologus, vxorem duxit IRENAM Alemannam, siue ex Galatia occidentali ortam. ἄγεται τῷ ἐγγόνῳ ὁ βασιλεὺς (Andronicus Maior) ἀνδρονίκῳ τῷ βασιλεῖ (ex Michaële nepoti) γυναῖκα Εἰρήνην, τὴν ἐξ Ἀλαμανῶν: οὖς, γαλάτας ἑσπερίους οἰδὲν ἡ πάλαι καλεῖν συνήθεια. Niceph. Gregor. lib. 7. cap. 19. Hohenack. Andronicus Iunior Palæologus. Galatæ occidui.

Anno 1318. vixit Diepoldus, Comes ab Aichelberg: qui tunc arcem VILSECK prope Goeppingam, vendidit. Vixit & Albertus, Aichelbergensis Comes, hoc tempore, & 1332. anno. Quæ, & alia plura, breuiter annotata, mihiq; ante biennium, & sex menses, à Clarissimo viro, vtriusque iuris Doctore, & prudente illustrissimi Principis ac Domini nostri, Domini Ludouici, consiliario, missa accepi. Cuius viri, nunc cum Deo, & sanctis animis, meliorem vitam agentis, ad me literas (non propter me potius commendandum: quàm ob gratam meam, erga defunctum etiam, memoriam) huc apponam. Aichelberg. Comes. Vilseck arx. Ioan. Moserus Iurisc.

M. MARTINO CRVSIO, VTRIVSQVE LINGVAE, ET Rhetoricæ, in Academia Tubingensi Professori, Præceptori & amico suo.

Cum hisce diebus (quibus, ab intricatis negotijs forensibus, nonnihil respirare mihi licuit) ex varijs literis, emptionum, venditionum, permutationum, transactionum, hypothecationum, attestationum, & rerum iudicatarum, de illustribus & nobilibus familijs (quæ antiquis temporibus, humanam memoriam longè excedentibus, in Sueuia nostra floruerunt) pauca quædam annotauerim: memor humanissimarum literarum tuarum (quas sæpe cum voluptate lego) non possum, nec debeo, intermittere: quin ea, qualiacunque sint, ad excell. tuam breuiter perscribam: vt inde cognoscas, animum tuæ petitioni gratificandi mihi non defuisse. Omnipotentem autem ex animo precor: vt te nobis, & Reipub. literariæ, diutissimè saluum incolumemq; esse velit. Stutgardiâ 13. Febru. anno 1589.

E. T.

deditissimus,

Iohannes Moserus D.

Stutgardianum ex Beutelspacho collegium.

Eodem 1318. *anno* (*aut aliquantò pòst*) *Eberhardus illustris, impetratâ Romæ à Pont. Ioanne* 22. *potestate: Collegium Beutelspachense* (*vbi* 1310. *circiter, monumenta ipsius Maiorum destructa ab hostibus fuerant*) *Stutgardiam transtulit: adiectioneque sex Canonicorum auxit. Venerunt Stutgardiam* (*teste Orichalcina tabella cum aureis literis*) *anno* 1321. *Canonici de Beutelspach,* 8. *Kal. Iul. id est, die S. Ioan. Baptistæ. Ecclesia autem Cathedralis, quæ tunc lignea erat: postea* 1460. *lapide condi cœpta est: nec non* 1490. *turris huius Ecclesiæ, quadris extrui lapidibus. M. Script.*

Alibi in hanc sententiam inueniebam. Stifft Beutelspach / gehn Stutgart verrückt 1321. vnd gemehrt mit Capitel vnnd Præbenden: Zu Berg / Wangen / zu Altenburg bey Lanstatt: auff ein Probst / zwölff Chorherrn / zwölff Vicarien / drey Helffern / darnach zwentzig Caplan.

Reuta παρθενών.

Reuta, virginale cœnobium iuxta VVildpergam, conditum est circa 1318. *à Comite Burchardo de* Hohenberg: *& vxore Rudgarde Palatinissa. M. Scr.*

Montefortius Rudolphus, Episcopus Constantiæ.

Eodem 1318. *anno, Rudolphus, tertius huius nominis, Comes à monte forti, lectus est Constantiensis Episcopus: cui sedi* 14. *A. prudenter & laudabiliter præfuit, augens & illustrans eam egregiè. Condidit de nouo insigne castrum Arbonense, ad lacum Acronium. Quia verò Cæsari Ludouico constanter adhærebat, à Papa excommunicatus est. Vocatus etiam fuit* 1323. *ad curiensis Episcopatus administrationem: in qua item, perquam prudenter se gessit. Mortuus autem in pontificio anathemate: in loco non sacro, sed prophano, humatus est: donec assiduis familiæ suæ precibus, post XX. annos rursum effossus, sacratæ terræ honorificè est mandatus. Brusch.*

In Papæ anathemate mortuus.

Ita odium papæ alicuius, potest hominem orco demittere: beneuolentia alius papæ, potest eundem cœlo locare: sicut Ceroplastes, ex eâdem cera alias Episcopum, alias balneatorem, facere. Maximam in talibus vim Regina pecunia habet. Sed Domini est terra, & quicquid in ea est. Omnis terra (*quoniam omne quoque creatum,* 1. *Tim.* 4) *bona est, nec abijcienda: modò cum vera in Christum fide, & gratiarum actione, accipiatur. Omnia, pura puris. Purificatio autem cordium, fide fit. Tit.* 1. *& Act.* 15.

VVerdenstein.

Hilteboldus, nobilis à VVerdenstain, vir quietus & pacificus, in egenosque beneficus, erat Abbas Sangallensis. cùm autem ferè 12. *A. præfuisset: obijt* 1329. *apoplexi tactus. Brusch.*

Beilstein.

Eodem CIↃ. *CCC. XVIII. anno, pridie ascensionis Christi, Domina Agatha* (Gute) *vidua de Beilstein* (*à Domino Rudigero de VVolthusen relicta*) *Ioannes & Rudiger, filij eius, omnesque liberi: tres libras Hallens. quotannis dandas, literis testantur, ex bonis quibusdam in*

Præche.

PRÆCHE sitis: honestis fœminis, sorori Adelhaidæ, sorori Elisabethæ, sorori Agnetæ, de

Kirch. παρθενών.

VVolthusen: viuentibus in Parthenone Kirchæ, prædicatorij ordinis. Quibus mortuis: illam pecuniam deuoluendam esse ad Agathæ filiam, aut affinis Conradi de VVolthusen: si qua in eodem

Tachenhausen.

Parthenone sit, &c. Testes. Abbas Lorchensis Fridericus. D. Albertus de Tachenhusen. D. Al-

VValthausen.

bertus, Aluuer de Tumnovve eques. Conradus de VVolthusen. Pfaff Henrich / vnd Pfaff Johannes Capellan zu Kirchen.

Ad Chombergensem Ecclesiam pertinere Aduocatiam in Gebsattel.

Gebsattel.

VIDIMVS extat Ludouici Regis IIII. de alio Vidimus HENRICI Septimi, de donatione HENRICI VI. Regis Rom. Super tertia parte Aduocatiæ Gebsattelensis, Chombergensi Monasterio donata, 1318. *cuius Aduocatiæ protectionem mandauit postea* 1347. *Rotenburgensibus Carolus IIII. Idemque* 1358. *vetuit Landgrauio de Leuchtenberg,* Amptmann zu Rotenburg: *ne vel per se, vel per alios, turbaret Chombergenses ob illam Aduocatiam: quippe pleno iure ad eos pertinere.*

INDVLGENTIAE PAGO LVSCHTNAVIENSI datæ: inter quem pagum, & oppidum Tubingam, mons Anatolicus est, amœnus & fructuosus, der Osterberg: quem facile vna hora circumire possumus.

» *Frater B. Dei gratiâ Symbonẽsis Ecclesiæ Episcopus: Vicarius dioceſis Constãtiensis in Spiri-*
» *tualibus constitutus: vniuersis Christi fidelibus salutẽ in Domino sempiternã. Cùm fidelis populus per nos*

per nos omnibus in locis, meritò, verbo & opere ad deuotionem debeat excitari: hinc est quòd nos »
ad petitionem dilecti in Christo Cunradi Rectoris ecclesie in Luschnowe, duobus altaribus in eâ- »
dem ecclesia constitutis: & in honore beate & gloriose virginis Marie, & beati Martini Confes- »
soris, consecratis, subscriptam gratiam impertimur: videlicet, quòd quicunque fideles, & quotiescunque, duo prædicta altaria, deuotione congrua, cum prolatione orationis Dominicæ, & salutationis Angelice, visitauerint, & genuflexione: aut qui prædictis altaribus, per suas eleemosinas, manum porrexerint adiutricem: Indulgentiam quadraginta dierum, criminalium, & centum venialium, in Domino misericorditer consequentur. Eandem quoque Indulgentiam omnibus Christi fidelibus, dicta altaria deuotè visitantibus, de vtraque altari, in Festis etiam subscriptis: videlicet Natiuitatis Christi. Resurrectionis. ascensionis. Pentecostes. in quatuor Festis beate virginis. omnium Sanctorum in die dedicationis, nec non patronorum altarium dictorum. Ioannis Baptist. Ioannis Euangelist. Petri & Pauli Apostolorum. Laurentij, Vincentij, Stephani, Martyrum. Nicolai, Cunradi, Vdalrici, Confessorum. Katharine, Margarete, Agnetis, virginum & Sanctorum, quorum reliquie ibidem continentur. ac omnibus testamentum ad eandem Ecclesiam facientibus, impertimur. In quorum euidentiam, nostrum sigillum presentibus duximus apponendum. Datum & actum apud Tuvvingen, anno Domini M. CCC. XVIII. VII. idus Iulij, Indictione prima. » Lustnouiensibus Indulgentia data.

Nota, quòd in Ecclesia Lustenowe continentur hec reliquie. Videlicet de sepulchro beate virginis. Ioannis Baptiste. Pauli Apostoli. Iacobi Apostoli. Stephani Prothomartiris. Georgij. Vincentij. Sanctorum Martirum. Nicolay, Agnetis virginis. Katharine virginis, Margaretis. Vndecim millium virginum. de velo Ottilie virginis. Reliquiæ ibi.

Has indulgentias (vt & alteras quasdam, Auinione sextum annum pontificante Ioanne XXII. anno 1322. Maij 13. Luschnouuienſibus datas: & à Constantiensi Episcopo Rudolpho 1325. 4. nonas Ianuar. Indictione 8. confirmatas) VVernherus de Gomeringen, Bebenhusensis Abbas, vidit, perlegit, sigillo suo roborauit, millesimo trecentesimo sexagesimo octauo, 17. Kalend. August. præsentibus conuentualibus suis: Eberhardo Vngeltero, & F. Friderico de Lustenouue.

Hæc sic descripsi ex membrana antiqua: mihi humaniter à Pastore Euangelico Luschnauiensis ecclesiæ viro docto & venerabili, M. Georgio Fleckio, 1589. cum alijs pluribus exhibitâ. Nos autem non ad putentes lacunas imus: sed ad fontes Israëlis viuos: cùm saluator nos ad se, non ad ostiola & panniculos Sanctorum, ire iubeat. Hierem. 2. Psal. 67. & Matth. 11. Quomodo enim homines, saluati sunt, antequam hi Martyres essent? Protoplasti certè, omni spe in solo mulieris venturo semine collocatâ. Fontes Israëlis.

Piligrinus, Vicarius perpetuus Ecclesiæ Parochialis B. Mariæ in oppido Landsperg, ab Abbate & Conuentu Monasterij VVessensbrunnensis, Augustanæ diœces. accusatus: per sententiam Episcopi Augustani, & adhibitorum arbitrorum, compulsus est: quottannis postbac illi cænobio decimas minores, aut 3. libras Denariorum Augustensium, persoluere: quod is antea noluerat. Landsperg.

ARGENTORATENSIVM STATVS. AVGIÆ DIVITIS ABBAS

Diethelmus. Magenheimij nobiles. Rogerius Lescher, eques. VVolgenant de Osuil. Mechtildis VVachendorffensis, & VVALCHI. Reginaldus, Comes Mompelgardensis. Gibelinorum proceres in Italia. Stutgardiensis Collegij Præpositura. Aliquot Duces, Comites, & nobiles, Sueuiæ. Bellum & prælium inter Fridericum & Ludouicum, ob imperium, Rottuuilensis ciuitas. Hæresis Fratricellana.

CAPVT V.

ANNO 1319. in exilio erat Rudolphus Dux Bauariæ, Comes Palatinus: à fratre suo Cæsare Ludouico (cum vxore sua Metza, Cæsaris Adolphi filia) proscriptus: eò, quòd cum Anti Cæsare Friderico sentiebat. Apud Argentinenses, familiæ nobiles erant Zornij & Mylbemij: quorum illi Friderico, hi Ludouico, studebant. Dominabantur antiquitus nobiles Argentinensibus: idque magna cum petulantia: cùm opificibus pro opera nihil soluerent, nisi maledicta & verbera. Sed discordia inter Zornios & Mylbemios incidente: potestas illis ademta est, & ad populum tralata. Ipsi Argentinenses, qui antea Fridericum Rudolfi Bauari exilium. Zornij & Mylhemij, Argentorati.

iuuerant, nunc Ludouicum receperunt: qui eorum priuilegia confirmauit, 1320. ex Naucler. & M. Scr.

Hevven. Baroni Hevvensi Rudolfo discordia erat cum Tigurinis, propter captiuos quosdam. Sed res ita transacta est: vt per quinq; annos semper ad 14. dies, eis auxilio suis expensis Rudolfus 14. equites Cataphractos mitteret.

Augia diues. Anno 1520. captus est Diethelmus, Abbas Augiæ diuitis: Nam cùm refectorium & Dormitorium condidisset: Monachosque suos (quos Benedictinam vestem proiectam, resumere iusserat) vellet exemplo priscæ disciplinæ, vnà omnes habitare: ipsi, de Reformatoris seueritate conquesti sunt apud cognatos suos, verum nequicquam. Attamen non desierunt extra mundum isti, priusquam effecerunt: vt Fyrstenbergensis Comes Henricus Abbatem caperet, ac diutius teneret. Dimissus verò tandem, non amplius in Augia ita frequens erat: sed plerumque Steckbornæ habitabat, in ædibus firma turre munitis, à se constructis. Steckborna autem, Constantiensis Episcopi oppidum ad inferiorem lacum Acconianum est. Brusch. Qui addit: sub hoc Abbate, anno 1327. incorporatam esse Augiæ, Ecclesiam Vlmensem & Steckbornensem. Fuisse item in eâdem diuitis Augiæ Insula ad lacum arcem quandam Schopulam dictam, & Regale Palatium: quod à Diethelmo instauratum, Noua domus nominatum sit.

Steckborna.

Schopula.

Kilchberg. Gymnæceum. Obijt Vlricus Bebenhusanus Abbas, patriâ Eßlingensis, 8. Idus Februar. 1320. cuius successor Conradus, & conuentus, vendiderunt Priorissæ & conuentui Kilchbergensis Parthenonis, prædicatorij ordinis, in Ergezingen, cũ curia (Hoff) reditum annuum, 6. Malter Rockens/4. Malter Korns (Herrenberger Maß) 20. viertel Habers/10. viertel Erbsen/1. Gans. 2. Herbsthüner/50. Eyer: precio LIIII. cum dimidio librarum, guter Pfenning Haller Müntz. Actum 1320. anno, an Sanct Johannes Tag deß Täuffers. Hæc erat tunc dialectus Sueuica. Ex membranula Sebast. Lucij Rotenburgonicrani.

Magenhaimij. Viuebat hoc tempore Dominus Zaisolphus de Magenhaim. Cuius vel filij, vel ex fratre nepotes fuerunt: Herr Wilhelm von Magenhaim/Probst zu Suberhouen: Herr Vlrich/ Conuentbruder zu Sels: Herr Friderich/ ein Teutscher Herr: vnd Herr Heinrich/ Commenthur zu Erningen. Quorum frater fuit Erckinger, qui anno 1365. obijt. Nam anno 1367. meminerunt Erckingeri, fratris sui præmortui. Anno verò 1324. Burckardus, Comes de Hohenberg, aui sui materni, Domini Vlrici de Magenhaim, dudum defuncti, in literis mentionem facit. Porrò familia hæc, nomen à Magenheim habet: arce non procul à Brackenheimio dissita. Vocabantur autem non Comites, quod sciam: sed liberi seu nobiles, Herren/ vt tùm morùs erat. Hæc & alia, à Med. & Bibliothecario illust. Ducis nostri, Osualdo Gabelcouero, mihi indicata sunt.

Lescher Rogerius. Viuebat hoc 1320. anno, etiam Herr Rieger Lescher/ eques auratus, testante hoc veteris Sueuicæ phraseos Scripto. Kundt vnnd wissen sey allen den diesen Brieff sehen/ oder hören lesen: Daß ich Herr Rieger Lescher/ Ritter/ hab geben meinen Schwestern Elisabeten vnnd Adelhait/ dreissig Malter Korn Geltes Derdinger Korn/ ohn allen Schaden/ auff meines Vatters Hoff. Vnnd wenn es jhnen nicht wirdt: so sollen sie sein warten alle Jahr/ biß es jhn wirdt erfüllet: Vnnd achtzehen Schilling Geltes jährlich auff der Rotin Hoffreiten: vnnd ein Morgen Weingarten/ der da ligt gegen der Owe: vnd einen Morgen Ackers/ der da ligt inn der Steigen: vnnd zehen Hüner auff der Rotin Gut. Vnnd sol man vns behausen vnnd beholtzen/ ausser dem vorgenannten Hoff. Vnnd sol man vns auch säen ein viertel Leinsat. Dessen seindt Gezeugen/ Herr Berchtold von Schobeg. Herr Heinrich Sturnfeder. Friderich von Sachsenhein. Vnnd Heinrich der Golndener. Vnd Vlrich Zehrweck.

Daß diß wahr bleibe: deß hange ich Herr Rügger mein Insiegel an diesen Brieff/ vnnd Herr Heinrich Sturnfeder das sein. Der Brieff wardt gegeben/ da man zahlt von Gottes Geburt an/ dreyzehen hundert Jahr/ darnach in dem zwentzigsten Jahr/ an Sanct Johannes Tag.

Inter varias literas: quas mihi nobilitatis & virtutis antiquæ vir, Theodoricus Nappenburgius, vigesimo septimo Augusti præsentis 1591. anni humaniter commodauit: nobilis viri, Friderici Herteri de Hertneck piæ memoriæ, superioribus annis maioris apud nos præfecti, gener.

Volgt.

Volgenantus de Osail, & vxor eius Mechtilda de Gruningen molendinum Hohenbrunense contulerunt Lorchensibus pro damnis illatis. Sigillauit ipse, & frater eius dominus VVolff de Osail eques: & soror tus eius Albertus de Frovvenberg: & Scultetus Albertus de Gruningen, vxoris illius cognatus. Seiner Wirtinen. M. Scr. — *Osail VVolgenant.*

Mechtildis, Alberti vidua de VVACHENDORFF, de quodam debito se literis obligauit quatuor nobilibus viris, cognomento VVALCHIS (quorum Maiores ex Italia quondam, sub imperio Henricorum, cum Zollerensi Comite Friderico venerant) Friderico, Alberto, Ioanni, & Berchtoldo, Conradi filijs. Actum proximo die Lunæ pòst S. Thomæ, 1320. — *VVachendorffia Mechtildis. VValchis.*

Rudolphus Schæneck de Stouffenberg, literas confirmauit Oebingæ. — *Oebinga.*

Idibus Mart. 1320. obijt VVolpotus de VVurmelingen, Sindelfing. Ecclesiæ Canonicus, matre Adelhaide natus.

Agnes, Reginaldi Montisbelgardi Comitis maior natu filia (minor, Iohanna fuit: Badensis Marchionis Rudolphi postea vxor) Henrico Montisfalconis domino, hoc anno nupsit. Qua ratione Henricus hic comitatum Montisbelgardensem, post soceri sui obitum (haud multo post secutum) assecutus est: cùm ille vnicum filium infantulum, nomine Othelinum paucis annis sibi superstitem, reliquisset. Vignier. ex veter. commentarijs. — *Mompelgardensis Agnes.*

Circa hunc millesimum trecentesimum vigesimũ annum. Anonymus quispiam Dux de Vrsslingen (al. Vrslingen) & Schiltach, reliquit cœlestinam filiam: Rudolpho huius nominis tertio, Marescalco à Pappenhaim nuptam. Lazius libro octauo Migrat. Gent. qui postea subijcit Reinhardum, Ducem Vrsslingensem & Schiltachensem: qui Concilio Constantiensi (millesimo quadragentesimo decimo quinto acto) interfuerit. Ait idem, Duces de Vrsslingen, & Marchiones à Schiltach, à Spoletinis Marchionibus exulibus descendere: quemad. Barones de Rapoltenstain & Barones de VVinsperg. Habuisse in Insignibus albis, tres rubeos minores clypeor: quæ & VVinspergenses, & Rapoltenstainenses, gerant: sed inuersis coloribus. Qualia videamus pictores Insignia artis vsurpare: ab insignibus illis pictoribus artificio transmissa: quos ante patrum memoriam vocarint. Die Junckherrn von Prag: *qui extremam manum turri Argentoratensi indiderint. Quibus ob nominis am quandam, à Dominis Rapoltenstainensibus irrogatam gentilitia familiæ Rapoltenstainensium illa ipsa Insignia, Sigismundus Imp. confirmauerit.* — *Vrslingenses Duces.*

In Italia, his temporibus crebra bella erant, inter Gibelinos & Guelphos. Gibelinarum partium erat Canis Scaliger Veronensis, Fridericus Comes Montisfeltri, Castrucius Lucæ dominus, Maphæus filijq; eius, Vicecomites Mediolanenses, &c Lege Antoninum Part. 3. Tit. 21. Nec Alemanni à Gibelinis aberant. — *Scaliger Canis Gibelinus.*

Anno 1321. Fridericus R. & frater Lupoldus, Bauariam decem hebdom miserè deuastabant: Cæsare Ludouico, absentibus copijs eius, in munitionibus interea se continente. Habebat Lupoldus secum è Sueuia D. CCC galeatos. Trit. & Alber. Argent. — *Bauariæ vastatio.*

Cùm proximo biennio post Imperatoris Henrici mortem, Comes VVirtemberg. Eberhardus amissa recuperasset omnia (adiectâ accessione etiam non contemnenda) cumque Romam profectus, impetrasset à Pontifice potestatem: transtulit Collegium Beutelspachense (ne amplius [illegible] sepulcra, violarentur: sicut antea in bello à ciuitatibus, ad ignominiam eius, monumenta destructa, lapides confracti, ossa dispersa, fuerant) transtulit, inquam, illud sacerdotium, in Stutgardiense munitius oppidum: cumque Beutelspachi fuissent 1. Præpositus, 6. Canonici (Chorherren) & 6. Vicarij: addidit ipse alteros 6. Chori Dominos, & 6. Vicarios: atque Præposito adiunxit 2. Diaconos, qui Sacramentis curarent populum: ita, vt perpetuò essent XXVII. personæ in Collegio: præter alios Diaconos, vel Capellanos, matutinosque Missificos, qui & ipsi præbendas vel salaria in Collegio habebant. Hoc fuit Stutgardianæ Præposituræ cum Collegio principium: confirmatioque eius, hoc 1321. anno, die Ioannis Baptistæ facta. Mutauit verò Dux VVirtembergensis Vlricus, post sui in ducatum ab exilio restitutionem, Religione emendata, 1535. anno. — *Collegij & Præpositura Stutgardianæ erectio.*

Ludouicus, Dux Teccensis, Conradi filius, viuebat. Fuit hic, Rector Ecclesiæ (Kirchherr) Kirchaimi sub Teck. — *Teccensis Ludouicus.*

Defunctus est Eberhardus, filius Hartmanni frater Conradi: ille qui post captum patrem, non curauerat amplius titulũ Comitis Græningensis: quod etiã Cæs. Albert. ipsi iniquior, ademptum sum Comitatum vendiderat Eberhardo VVirtemb. illustri, hereditarie ab Imperio. Vnde si nominari — *Landauus Comes Eberhardus.*

minari voluit Comitem de Landovv. titulo antehac etiam suis vsurpato. Sup. lib. 3. cap. 16. Vxorem habuit Irmegardeam, Comitem Pfirtensem.

Stauffeneck. Florebat D. Eberhardus de Stouffeneck, eques. Item Ruggerus de Hausen, Edelknecht: qui aliquid vendidit Adelbergensibus 1321. Videtur autem esse Rechberghausen: quam hodie quoq; vulgò vocant Hausen/M. Scr.

Halæ Sueuorum, Senfftius, ad S. Ioannis.

Sulmaister. Anno Domini M. CCC. XXI. Hat Walther Sulmaister/genannt der Senfft/ gesessen an der Brücken zu Hall/gestifftet diß ewig Meß/auff Sanct Catharina Altar. Gott sey jhme gnedig/Amen.

Eodem anno, vetus chor^m Templi S. Mariæ apud Augustanos, ædificatus & fornicatus est.

Franciæ & Nauarræ Rex, erat Carolus Pulcher, Philippi Longi frater, Ann. 7. Scelerum vindex acer, iustitiæ cultor egregius.

Friderici Anticæsarii copiæ. Anno 1322. Fridericus atq; Luitpoldus, ferro tandem decernere, finem bello facere, constituunt, apparatus, quam possunt maximos faciunt. Exercitus eorum. FRIDERICI, viginti sex millia, à Carolo Rege Vngarorum.

Erant Vngari, Schytæ, Daci, Getæ, Bulgari, Seruij, Ræzij, Turcæ Comani. Hastatorum duo & viginti millia. Sagittariorum millia quatuor. De Regno ipsorum, equites mille & quingenti. Peditum viginti quatuor millia.

Copiæ Ludouici R.

Et Cæs. Ludouici. Duodeuiginti millia peditum, equites mille quingenti: adducti ab Ioanne, Rege Bohemiæ: huius genero Hainrico secundæ Bauariæ Rectore: Balduino, Treuerorum Archimysta: Friderico, vrbis Noribergæ Præfecto: & Hennenbergensi, antiquæ Franciæ Regulo. Aderant & aliæ copiæ, præsertim ex Ludouici Regno collectæ: aderant generosi Comites, VVilhelmus de monte forti, & duo Oetingenses, alijq;. Testamentum ipse, tanquam moriturus, condidit.

Vaticinia de Friderico, quæ ipse contemnit. Engelbertus, Agmundi Styriæ Monasterij Abbas, & Bartholomæus quidam, cæli siderumque peritissimi, malum & diras Friderico canunt. Ipse huiuscemodi vatum superstitionem contemnit: pugnæ auidus, & ne vnum quidem diem expectare volens, dum frater Lupoldus absit, sed frustrà, Theodorico Pylichendorffensi Hipparcho: & Vlrico Henricoq;, fratribus de VValdsehe. Fridericus, Archiepiscopus Salisburgensis, ab eius partibus stans, XCIII. equites auratos, ad futuri prælij virtutem declarandam, vesperi ante sequentis diei pugnam creat: quorum nomina apud Cuentinum legere potes, qui vult: quos à Germanis Ritteros (pro Trutteris, à numero Comitum & equorum, quasi tertianis) appellatos vult.

Nimis præliandi cupidus. VValdsehe. Ritter.

Postridie, rei diuinæ opera manè data: deinde, acies structæ.

Acies Friderici.

Friderici acies.
1. In fronte frater eius Hainricus, cum Styrijs & Iuuauensibus. Austriæ vexillum Pylichendorffio ferente, Magistro equitum.
2. Hainricus & Vlricus VValdsehenses, cum Vngaris cæterisq; Barbaris.
3. Ipse, cum Austriacis atque Noricis propter aquilam.

Acies Ludouici: ab Ioanne Schvveppermanno, sene rei militaris callentissimo, Ludouici legato, structa.

Acies Ludouici.
1. In principijs, Ioannes R. Bohemiæ, cum genero Henrico, popularibusque: ob honorem D. VVenceslai, Bohemiæ Reguli: cui is dies (4. Kal. Octob.) festus erat.
2. Propter aquilam, Ludouicus, commutata veste, in confertissimo Boiorum cuneo.
3. In læua, Albertus Rindmaul, Neostadij Præses (5. lapidibus ab Abusina. Auentini patria) qui tamen etiam dextrorsum respiceret: in vnum tela conijcere audacem Fridericum iussus.

Noribergæ Burggrauius Fridericus, cùm CCCC. equitibus, veluti Triarijs, in insidijs latebat: donec, signo sibi dato, in terga hostium erumperet.

Prælium & victoria.

Prælium. Concursum deinde est prælio atrocissimo: quod diu anceps, à Solis ortu ad occasum fermè horas decem continenter duravit: iuxta vicum Ampfingam, fluuiumque Isænisicum: vbi mons Dornberg,

Dornberg, & campus Vechuuisen. Fridericus, boni Imperatoris, & strenui militis, munere fungens, Bohemos pepulit: Rex, equo suo interfecto, alij equo impositus: quingenti iam se hostibus dediderant. Schvveppermanno verò succurrente: aciemque ita dirigente, vt pulvis & splendor armorum lumina hostium perstringeret: Burggrauiumque Noribergensem, è latebris euocante: quingentis denique illis dedititijs, in Austriacos arma resumentibus: superata est pars aduersaria: Vngaris & Barbaris, primis terga dantibus. Cæsa esse quatuor millia feruntur. Capti sunt, Henricus frater Friderici, Signiferque Theodoricus: captus denique à Rindmaulio, ipse Fridericus: nec non M. C. LX. optimates, viui in potestatem victoris peruenêre: sed Episcopi maturè è Muldorffio, vbi erant, fuga sibi consuluerunt. Corpora deinde militibus curare iussit: nihil, præter oua, aderat. Præcepit Cæsar, cuiq; vnum ouum dari: Schvveppermanno verò, cuius virtute vicerat, duo. Vnde prouerbium. *Ludouici victoria, & Friderici captiuitas.* *Schvveppermannus.*

Jederman ein Ey
Dem frommen Schweppermann zwey.

Proceres captiui, Burggrauio dati sunt: à quo vitâ donati ac dimissi, sese in clientelam perpetuò Noribergensi præsidi dicauêre. Lupoldus, qui serius veniebat: audita fratris clade, etsi exercitum habebat, & in eo Heluetios Sueuosque fortes, dolenter recessit. Ciuitates Alsatiæ, Colmbaria, Schlettstattum, Ensisheim, Rotheim, Hagenovve, quæ Friderico adhæserant, territæ: Henbelonegum de Liechtenberg, Sueuum: Aduocatum à R. Ludouico sibi impositum recepe. runt. Fridericum autem captiuum (agente fratre eius Lupoldo cum experto Mago) voluit Diabolus è custodia liberare, & ad Lupoldum portare: iubens eum suprasse sedere: nec scisciari, quis esset. Sed Friderico cohorrescente, seque cruce signante, Dæmon euanuit. Ipse verò triennium, & menses sex, in arce Nariscorum Traunsnicia seruatus, tandem certis conditionibus dimissus est. *Lupoldi cessio.* *Fridericus, diu captiuus, tandem dimissus.*

In Sueuia, Feriâ 6 post VValpurg. 1322 pagum Hopfovvam (mit Leut/ vnd mit Gut: bey Wasen/ vnd bey Zwing/ vel Zwi: mit Kirchensatze/ &c. contulit Rotvvilensis Magister (Doctor) Medicinæ (Meister Eberhart der Artzt/) coram Rotvvilensibus Sculteto, consule, & iudicibus, Alperspachensi Monasterio: quæ donatio (welche Gifft) omnino firmissima debebat esse: appendentibus sigilla sua, ipso Medico: & Ducibus Teccensibus, Lytzmanno & Friderico: *Rotvvil. Medicus.* *Alperspach.*

Magistratu deniq; (suprà enumerato) Rotvvilensi.

Viuebant his temporibus, hi Teccenses Duces (ex literis mihi à D. Mosero significati) duorum hunc administrantes: *Teccenses Duces.*

Ludouicus,	anno	1321.
Conradus,		1336.
Fridericus,		1352.

Viuebat eodem 1322. anno, nobilis Ioannes de Vrbach. *Vrbach.*

Marquardus, nobilis ab Hageln, Sueuus, Episcopus Aistettensis: qui etsi duos tantùm annos, tamen vtilissimè præfuit. Sepultus in nouo, quod ipse fundauerat Canonicorum Collegio. Brusch. *Hageln.*

Fridericus, Augustensis Episcopus, cœnobium fratrum. Sanctæ Mariæ virginis, ad D. Annam ædificauit.

Eodem anno pridie S. Matthiæ, S. Georgij in Nigra Sylua Abbas Vlricus, ac conuentus, superius Molendinum, & fundum quendam, in Bætzinsvviler sita, Alperspachensibus vendiderunt 26. libris probatorum obolorum. M. Scr. *S. Georg. cœnobium.* *Alperspach.*

Erant quidam Monastici homines, Fratricelli dicti, & pauperes de Lugduno (in ea namque ciuitate orti) qui docebant, Christum & Apostolos adeò fuisse pauperes, vt nihil habuerint priu. Item, Imperatorem Romanum, Pontifici Romano nequaquam esse subiectum, nisi tantùm in spiritualibus, &c. Horum dogmate confirmatus Imperator Ludouicus, tanto fortius Pontifici Ioanni restitit: in eumque, vt ingratum in Imperatores, vnde omnem splendorem accepisset, scripsit. Ideo secta illa, vt contumeliosa in Vicarium Christi, à Domino Ioanne damnata & proscripta fuit. Func. in Chronol. & comment. nec non Æmil. lib. 8. *Fratricelli.* *Pauperes de Lugduno.*

IMPE-

IMPERATRICIS OBITVS. TECCENSES DVCES, LYTZELMANnus & Fridericus. Alij nobiles Sueui, & Comites. Cæsar Ludouicus, excommunicatus. Horburgensis Comitatus, venditus. Prætor & Scultetus, ac suburbia, vrbis Halæ Sueuicæ. Incendia Augustanæ vrbis. Constantia ciuitas, in periculo. Comitatus Pfirtensis alienatio. Portnerus Augustanus, πανσῦργος. Obitus VVirtembergici Comitis Eberhardi illustris. Luggardis VValchina, Priorissa Horbæ. Kauffbeurense Monasterium S. Claræ.

CAPVT VI.

Beatricis Augustæ mors.

ANNO 1323. vxor Cæsaris Ludouici Beatrix Polona, circa diem Sancti Bartholomæi decessit: quæ Monachij in Templo D. virginis cubat, iuxta marmoreum mariti mauseolum. Auentinus.

Teccens. Duces. Alperspach.

Eodem anno, feriâ 6. post Matthiæ, Duces Teccenses Lutzman & Fridericus, fratres: literis suo sigillo firmatis fatebantur: se debere cœnobitis Alperspachensibus, 126. ll. nummorum, probatorum obolorum: pro Huba & dotali in Rumlisdorff: & pro collatura Ecclesiæ Petricellensis, ad eas Hubas & dotalia pertinente. Quam pecuniam se tribus annis (initio post annum facto) trifariam diuisam persoluturos. Dati sunt sponsores, ciues Oberndorffenses, hi: Steiner Saltzuaß. Hainrich Waltman. Volmar vnd Burckart Häcken. *Ducibus persolutionem negligentibus: hi sponsores vrgendi erant (*solten leisten zu Oberndorff/*obstagio premendi) de more. Eorum aliquo moriente: nouus sponsor substituendus erat. Sed bona fide promissum à Ducibus fuit: quod vellent eos præstare solutos & liberos.*

Laistung. Obstagium.

Teccensis Agnes.

Agnes/Hertzog Simons seligen Wirtine/von Teck/fatebatur: sie vnnd die jhrigen wolten forthin kein Dienst vnd Steuwr mehr fordern/*de bonis in Heiningen, ad Adelbergenses pertinentibus.*

Siessen.

Comites Ioannes & Vlricus de Helffenstain, verzeihen sich deß Kirchensatz zu Siessen/ *anno 1323.*

Testes:

Rechberg. Nellingen.

D. Albertus de Hohenrechberg. D. Ioannes de Rechberg. D. VVilhelmus, Marescalcus de Biberbach: Conradus de Nellingen, olim in Ibach. VValtherus de Schainstetten. Vlricus & Rudiger, fratres de Husen, milites. Sifridus de Blinthain, Aduocatus in Giengen. VVolfhardus de Nendingen, armiger.

Brandeck.

Eodem anno, Feria 5. ante Gregorij, Ioannes de Brandeck, eques, vendidit bona quædam (bey Wasen/vnd bey Zwy: erforscht/vnd vnerforscht: mit aller zugehörde/vnd mit allem recht/) *sita in Braitenvvise, cœnobio Alperspachensi,* 14. ll. Haller/guter Pfenning.

Alperspach.

Die S. Gregorij, VValtherus ab Alperspach, ac conuentus, confirmant literis redditus quosdam Stephani præbendarij sui, ad S. crucis altare: vt singulis hebdomadibus vna Missa in eo altari fieret. M. Scr.

Nobiles in literis Kirchaimi.

Bernhart vnd Volmar von Mansperg/Rittere. Vlrich Schön/genannt Rüsse. Conrad Rüsse/Ritter. Heintz von Jrnberg/*dictus* Rüsse.

Reichenberg arx.

Eberhardus de VVirtemberg, castrum Reichenberg Marchionum Badensium obsedit: quibus Moguntinus Archiepiscopus Matthias à Bucheck, Burgundio, magnâ manu opem tulit. Alb. Argent.

Oeffinga. Smalstein.

Fridericus & Albertus fratres, Domini Oeffingæ, viuebant.

Herrenalbæ. A. Domini 1323. in die beati Augustani, obijt Iohannes miles de Smalstein.

Comes VVirtemberg. Vlricus, op. VVinedam & arcem, de Comite VVinsperg. VVolfgango emit CCCCXX. fl. viliore scilic. precio, vt ab affine: qui alioquin ei donaturus fuisset: nisi metuisset, ne se mortuo, propinqui sui illa Comiti Vlrico ereptum irent. Ad eundem 1323. annum obitus VVirtemberg. Com. Vlrici ponitur nescio cuius. Aliter sic inueni: postremò ad Barones duos, Neiffensem & VVeinspergensem, illam ditionem venisse. Cùm autem inter se dissiderent: alterum suam partem VVirtembergensi Comiti, alterum suam Teutonico ordini (sicut adhuc possident) vendidisse.

S. Thomas Aquinas. Secunda Cæs. Ludouici vxor.

Thomas Aquinas, ordinis fratrum Prædicatorum, Theologus acutissimus, 1323. à Pontif. Ioanne 22. in numerum Sanctorum relatus est, anno post transitum suum 48. Tritenh.

Anno 1324. cùm Cæsar Ludouicus duxisset secundam vxorem, Margaritam Batauam, sororem

rorem Reginæ Anglorum: nuptijsq; regio apparatu Agrippinæ celebratis, auctus esset opibus amplissimis: quòd mulier hæc, Seelandiæ, Frisiæ, Hannoniæ, Holandiæ, hæres erat: visus est pontifici Ioanni. Campaniæ Regi Ruperto, Carolo pulchro Regi Franciæ, potentior, quam ipsis vtile foret. Et Austrius verò Lupoldus semper eius aduersarius manebat. Papa proinde Ludouicum, excommunione sanctorum remouit. Cur? Quòd nimiùm is crescebat: quòd ob coronam suscipiendam, Auinionem non veniebat, (metuens inimicorum suorum insidias) quòd Mediolanensem Vicecomitem Galeatium, hæreticum scilicet fouebat. Ideo voluisset Papa, Imperij nomen ex Italia esse excisum. Tractabatur de Franco Rege, ad Imperium euehendo, sed frustrà. Lupodus, aliquoties scribens ad Papam, aut Francum, hoc titulo vtebatur: LVPOLDVS, Dei gratiâ, Austriæ, Stiriæ, Sueuiæ, Carinthiæ, & Morauiæ, Dux, Dominus Carniolæ, & portus Naoni: Comes in Habspurg, & in Kyburg: ac Landgrauius superioris Elsatiæ. VVilhelmum etiam Ockamum Anglum, Papæ arrogantiam imperandi oppugnantem, Ioannes Papa ex Ecclesiæ cœtu exterminauit. Hic verò ad Ludouicum fugiens, Imperator, inquit, tu me gladio à Papæ iniurijs defende: & ego te verbis & scriptis, indissolubili ratione defendam. Defenderunt Cæsarem etiam, Marsilius Patauinus: Andreas Laudensis, Mysta Fruxinensis, Augustæ Magister Epistolarum: Vlricus Hangenor Augustanus, sacro Cæsaris scrinio Præfectus. Dantes Aligerius Florentinus, & alij, omnes. Papam Imperatori subijciunt. Qui seruus seruorum sit, nemini dominari debere: nec fratres in fratres armare. Pontifice res Imperij in Italia ad se rapiente: Cæsar eò misit, Berchtoldum de Neiffen, Fridericum de Truhedingen, & alios sed sine effectu. Papa furebat: Cæsar prolixo Scripto, eius impietatem detexit. Vide Auent. & Albert. Argent. atq; Trit.

Ipse excommunicatur.

Lupoldi titulus.

Occamus, excommunicatus.

Lud. Cæsaris propugnatores aduersus Papam.

Hangenor.

Dantes.

Neiffen.

Obsidebat eo tempore Ludouicus oppidum Burgouvam, Ducis Austriæ: quod tuebatur Burccardus de Ellerbach (al. Herlbach) minister Lupoldi: cumque subsidio veniret dux, Cæsar recessit Lauingam. Venerant quidem ei die S. Margaretæ, Augustani cum exercitu auxilio. Verùm metuebatur Lupoldus, tunc potentiore manu præditus. Omnia tunc, quæ circa Augustam, deuastata sunt. Vlmæ postea transactum est: Austriacusq; Fridericus imperio se abdicauit. In Alb. Argent. & alibi.

Burgau op.

Scriptum quoddam Rudolphi de Hohenberg, &c. 1324. sigillum. Er sitzt auff einem reisigen Pferdt: hat den Schilt an der Seiten hangen/ mit dem Hohenbergischen Wapen. Führt ein bloß Schwerdt mit auffgeworffenem Arm/ in der rechten Handt.

Hohenberg. C. Rudolfus.

VValtherus & Burckardus, fratres, Domini Harburgenses (al. Horburg) vendiderunt Comiti Vlrico VVirtembergensi, jhrem Oheim/ & posteris eius: jhr Herrschafft von Harburg/ die Graffschafft von Wickelsowe/ vnnd das Landtgericht in dem Leimenthal/ an dem blauwen Bilstein jhrer Burg Reichenweiler: Die Statt Cellenbach/ Burg vnd Statt: & omnia, quæ ad prædicta pertinent homines, bona, iurisdictionem: in oppidis, cœnobijs, & pagis: plurimis Marcis puri argenti, ponderationis Colmariensis.

Horburg. Comitatus VVirtembergensi Vlrico venditur.

Testes & signatores.

Herr Hans von Rappoltzstein. Herr Herman von Renelingen. Herr Niebling von Ehenhaim.

Herr Johann } von Geroltzeck/
Herr Walther } Herr zu Lohr.
Herr Alban Hofwart. Herr Conrad der Rise/ Ritter.

Geroltzeck. Lohr.

Alij deniq; honesti viri, quot satis. Actum Reichenvveileræ, postridie S. Nicolai, anno Christi M. CCC. XXIIII.

Eodem anno, dissensione inter Halenses & Abbatem Chombergensem exorta, ad manus & vim est ventum. Vulneratus & captus fuit Abbas Conradus, ex Munccia familia ortus liberatus tamen, satisfactione pro damno dato, per Moguntinum Præsulem Matthiam: sub cuius patrocinio abbatia erat. Post hunc motum, duo Halæ suburbia, trans Cocham & Gelbingicam plateam sita, fossâ circumdata sunt: & successu temporis muris cincta. Hinc à tribus iam his oppidis, Consul Halensis, non amplius ciuium Magister sed ciuitatum Magister (Stettmeister) appellari cœptus perhibetur. Sunt nominatim, hæ ciuitates. 1. antiqua Hala, initium & nomen e salsis lacunis nacta, vt iamdudum est dictum. 2. suburbium trans Cocham. Antequam muro cingerentur: Hatte Hoheloe das gefraisch drüber: vindicationem sanguinis effusi, vel cædium. 3. suburbium Gelbingicum. In quo priusquam muro circundatum esset, Lympurgenses iurisdictio-

Halensium & Chomberg. Abbatis dissidium.

Stettmaister zu Hall.

Halæ Suevicæ tres partes.

nem sanguinis habebant. A Cæsarea autem maiestate, ius hæc suburbia muniendi, aliaque iura, Halenses accepêre. G. VVideman. qui addit, Sculteti Cæsarei munus ibi summum esse: qui habeat multos seruos (viel leibeygener Leut) eo tamen priuilegio præditos: vt in omnibus ciuitatibus recipiantur in album ciuium quod alijs seruis non concedatur. Huic Sculteto, omnes stipendiarios (Besolte) quando vocentur, teneri accurrere: cum eo viuere, ac mori, præ ciuium Magistra potestatem habere, cum in maleficio deprehendat hominem, in carcerem conijciendi, nemine consulto. Id verò Magistro, præsentibus Quinque viris, demum licere. Non tamen inscio senatu, Sculteto captiuum emittere fas esse. Iudicium eum denunciare facinoroso: & adesse negotio, donec in supplicio afficiatur.

Sculteti (prætor) Cæsarei.

Augustanæ vrbis incendia.

Die Dominico ante ascensionem Domini, eodem 1324. anno (al. 1328. Augustæ Monasterium S. Vlrici, magna ex parte conflagrauit. Ideo etiamnum eunt circa Monasterium hoc, antequam rei diuinæ initium fiat, in memoriam illius damni. Eodem anno, magnum etiam ad S. Margaretam in ea vrbe incendium erat.

Mindelhaim.

Destructa quoq; hoc tempore fuit arx Mindelbergensis (vt & oppidum Mindelhaim) igne & prædatione. 3. Munster. 288. Credo, quando inter se Ludouicus R. & Austrius Lupoldus, bellum gesserunt.

Constantiæ oppidi periculum ab Austriacis.

Austriaci aliquot irrepserant in ciuitatem Constantiam, occupandi causâ. Sed à fabro ferrario patefacti, cæsi sunt ferè centum, cæteriq; repulsi. Idcirco sequenti anno fœdus iniit Constantiacum Tiguro, Lindouia, Yberlinga: quod alijs annis renouatum est.

Gienger Iacobus Vlmæ.

Viuebat circa idem tempus Iacobus Gienger, Vlmensis ciuitatis Prætor: qui ex duabus vxoribus, Petronella & VVurckerina, numerosam diffudit progeniem: quam lib. 6. Gallo migrat. gent. Lazius explicat: quem singulis suos addidisse annos vellem.

Pfirt, ad Austrios.

Mortuus hoc anno dicitur vltimus Comes Pfirtensis, seu Pfirretanus, Vlricus. Tunc comitatus transijt ad generum eius, Albertum Ducem Austriæ.

Portneri fraus in Iudæos.

Eodem anno viuebat ditissimus Augustæ ciuis, Portnerus, ante portam Sanctæ Virginis. Hic non minus, quam aliquis illustris Comes, splendorem consectabatur, apud Regem Ludouicum gratiosus. Cùm autem occultus quidem rumor esset, Iudæos à Cæsare expulsum iri: Portnerus magnam vim pecuniæ ab Iudæis sumpsit: sperans, si expellerentur, reddendam non esse. (Notate hunc filium seculi.) At scribente Augustano Rege: coactus est omnia eis brenti dissoluere. Ita ad egestatem adactus, & captans captus, Aduocatoriam facere coactus est: id est, patrocinia rusticorum suscipere in iudicijs, vt famem tolerare posset. Ex Germanicis M. Script. M. Danielis Hauffij, amici.

Cella Mariæ supra VVerdam.

Monaster. Cella Mariæ supra VVerdã, Episc. Ratisbonensis, aliter Schoppfloch, fundatum est anno millesimo trecentesimo vigesimo quarto, à Reimaro de Prennberg. Distat castro à Prennberg dimidio milliari. Brusch. M. Scr.

Hailsbrunnæ. Anno 1324. obijt Dominus Conradus Comes de Oeting, cuius anima requiescat in pace, Amen.

Herrenalbæ. Anno Domini 1324. 10. April. obijt Bertholdus miles de Strubenhart. In veteri membraneo fragmento, ante annos plures inueni: exiuisse à Græco Imp. Andronico Palæologo χρυσόβυλλον λόγον, ἐφ' ᾧ βιβλιδίῳ ἐγράφησαν τὰ ἐξαπίσχιλιοστὰ ἐπτακοσιοστὰ τέσσαρα ἔτη: hoc est, millesimo trecentesimo vigesimo quarto anno Christi.

Eberhardi illustris mors.

Anno 1325. obijt Eberhardus Comes VVirtemberg. illustris, filius Vlrici posthumus, & Agnetis Polonæ: Boleslai filiæ, Ducis Lignicensis: quem Caluum quidam, alij Sæuum, cognominarunt. Qui Eberhardus tempore Interregni, Sueuiæ Ducibus extinctis, opibus & potentia creuerat (vt & alij) atque sub Imperatoribus 5. viuens (Rudolpho, Adolpho, Alberto, Henrico, Ludouico) φιλοπόλεμος καὶ ἀρειμάνιος, bellicosum & industrium (sicut à matre eius moriente prædictum fuerat) sese præstiterat. Dicitur, cùm pariendus esset, in aluo matris fleuisse. Sed hoc magis nepoti eius Eberhardo Greinero, nato ex Vlrico filio, conuenerit. Vitam illius Michael Augustus Marbachensis ex VVirtembergia, in Epithalamio Illustrissimi Ducis Christophori VVirtemberg. 1544.

His versibus complexus est.

Eulogium Eberhardi.

Vixit in Heroum per lustra labore bis octo,
Militiæ natus. Quem fortè puerpera mater
Edere non potuit: sed ferro, venter apertus.

Illa

Illa iubet moriens exponere, quod peperisset:
Prædicens, puerum fore totum, Martis alumnum.
Hic, ait, in Martis deducet prælia Sueuos:
Hosq; molestabit populos, vicinaq; Regna.
Sicut in Herculeis signum serpentibus hæsit
Principis egregij: sic præscia mater, in aluo
Indicium fœtus per signa notata ferebat.
Hic etiam ratio genetricem nulla fefellit.
Nam fuit assiduus comes irrequitus in armis:
Emeritam donec concluſit morte senectam.

Doluit se obsidionem Richenbergæ nequicquam instituisse: quòd inter alios, etiam Hassiæ Landgrauij ope, Rudolphus Badensis subleuatus fuisset. Vixit ad 80. annos, gratiâ R. Ludouici vtent. Sepultus est Stutgardiæ in collegiata à se fundata Ecclesia: vbi hoc Epitaphium legitur. Sepultura eius.

ILLVSTRIS PRINCEPS ET DOMINVS, Dominus Eberhardus, Comes VVirtembergæ, obijt 7. Maij, anno Christi 1325.

Herrenalbæ. A. Dom. 1325. idib. Februar. obijt Ioannes Hermannus beatæ memoriæ, ciuis Spirensis.

IN MONAST. KVNIGSBRVNN.

Seifridus nominatus Schæne, huic Monasterio tradidit Hervvarshainum, & eò pertinentia: accipiens 4. medimnos frumenti, & 4. medimnos auenæ. Die S. Luciæ. 1325.

EX OP. HORBA.

Ich Schweſter Luggart die Welchin/ Priorin in der Samenunge zu Horwe/ bey deß heiligen Creutzes Kirchen/ vnnd wir die Schweſtern alle gemeinglich derſelben Samenunge/ verjehen vnd kunden allen/ ꝛc. Daß wir ein Malter Rocken Geltes hetten järlich von Albrecht Wolpott ſeligen/ in deß Ernis Gut zu Ergazzingen/ ꝛc. Daſſelbige Malter Geltes haben wir recht vnnd redlich/ Bruder Wernher dem Eni / vnnd ſeiner Tochter zu Kilberg/ zu kauffen geben/ ꝛc. Actum proximâ Feria 4. vor Sanct Johannes Tag zu Sunegihten: Da man zahlt von Gottes Geburt M. CCC. XXV. Jahr. Ex membranula. *VValchina Luitgardis.*

Erat Kauffbeuræ (Imperiali hodie oppido Algoiæ) cœnobium virginum, S. Claræ dicatum: quod anno hoc 1325. die S. Margaretæ deflagrauit: incendio in domo cuiusdam pistoris, cui nomen Hartnagel, exorto. Conflagrauit simul etiam totum oppidum, præter tantùm septem domos. De cuius cœnobij ortu, & de ciuitate Kauffbeura, hæc reperi in M. Script. quæ breuiter exponam. Venerant olim cum Franciæ Rege, Cæsare Romano, Lothario, è Gallijs multi illustres viri in Germaniam. Inter quos, quidam nomine Guido vom Hof / Baro. Hic op Kauffbeuram, & totam circumiacentem regionem, emit: & primus oppido huic murum circumdedit: ac viuendi leges præscripsit. Condidit etiam, vbi nunc S. Blasij Templum est, arcem: quæ fuit deinde posterorum eius domicilium. Condidit & alia, vbi nunc patibulum est. Habebant ij Barones ea Insignia, quæ hodie ipsum oppidum. Tempore postea Cæs. Ludouici Bauari, tres illius familiæ fratres erant: & vna eorum soror, virgo honestissima, Anna. Eorum vnus, in seruitijs Cæsaris obijt: alter, fuit Canonicus apud Augustanos: tertius, nomine Otho, ex arce sua noctu ad ciuis cuiusdam vxorem irrepens, à marito cum ipsa accisus est. Ea propter Domina Anna, & frater Canonicus, Monasteriolum S. Claræ construxerunt: quod, den Maierhof / nuncuparunt. Ibi ipsa prima Magistra facta est. Vendiderunt autem sua, quæ in oppidum habebant, iura, S. P. Q. Kauffbeurensi, L. millibus Aureorum. Ciuitariam sui iuris facta, voluntariè se in clientelam Romani Imperij contulit. Cùm autem cœnobium ita deflagrasset, vt dictum est: sorores, ad paupertatem redactæ, tamen liberalitate piorum id 1471. instaurarunt, ex lapide, vnà cum S. Francisci sacello. Posuit primum lapidem, in vigilia S. Benedicti, vir nobilis, Vlricus Schvveickardus senior: qui iam 32. A. fuerat cœnobioli præfectus. Iterum saxum, sacelli scil. postridie posuit clarus vir, Andreas Ronerus, Theol. D. & Ecclesiæ Kauffbeurens. parochus: præsente etiam oppidi Consule Cõrado Hegkel. Magistra erat Anna Schevvichina. Oppidum, etiam instauratum. Reformatum verò cœnobium est 1487 secundum tertiam Regulam Sancti Francisci. Magistra ibi erat 1542. & 1550. Regina Kirmaitrina Landsbergensis. Kauffbeurense Monast. S. Claræ.

LVDOVICI CÆS. PROFECTIO ITALICA. QVIBVS DE CAVSIS disciplina Monastica corruerit. Synodus Constantiens. Episc. disciplinæ reformandæ gratiâ. Oppidi Nordlingensis amplificatio. Ciuitatis Spirensis periculum. Vlricus, VVirtembergensis Comes. Comites Eberstainens. & alij Comites. Teccensis Dux Ludouicus. Alij nobiles Sueuiæ. Augustani patricij: Ioan. Langenmantel, Vlricus Hagenor, Conradus Gollenhofer. Sangallense fœdus cum Alemannicis & Helueticis ciuitatibus. Vlricus, Episcopus Augustanus. Vtilitates Monasteriorum. Kilbergense Gynæceum. Oppidi Trochtelfingæ mentio.

CAPVT VII.

Lud. Cæsar in Italiam vocatur.

ANNO 1326. *Romani per literas & nuntios orarunt R. Ludouicum (propter factiones Italiæ) vt ad se veniret, Frustrà enim petierant à Papa: vt hic è Gallia Romam remigraret. Ludouicus ergo Spiræ cum Principibus, de hac profectione consultans, tempus eius suscipiendæ constituit. Naucler.*

Ludouicus (Fridericus) Rom. Rex, literis Germanicis, quas Cuspinianus in Austria ponit, testatur: se cognato suo Regi Friderico (Ludouico) velle cedere de Regno. Wir geloben diß zu thun bey guten treuwen/ohn alles gefehrde. Vnnd deß zu einem offenen vrkunde hencken wir vnser Königlich Insiegel an diesen Brieff. Der wardt geben zu Vlm: da man zahlt von Gottes Geburt/dreyzehen hundert Jahr/vnd in dem 26. Jahr: an dem Erichs tag/nach dem zwölfften Tag/ in dem zwölfften Jahr vnsers Reichs. *Vnde probatur à Cuspiniano: errare eos, qui putent: solum Ludouicum imperasse, & Fridericum Austriacum omni caruisse Regali dignitate.*

Pfaff.

In Sueuia, Hans von Vrbach Ritter/ vnd Catharina von Rechberg *vxor vendiderunt quædam Adelbergensibus. Testis est in literis, D. Marquardus de Beringen,* Ritter: Pfaff Vlrich/ Dechant zu Lorch. M. Cunrad von Gemunde/ Chorher: zu Lorche. Pfaff/ *olim honestum verbum, Papa.*

Fridericus obijt, Landgrauius Turingiæ, Marchio Misniæ, nepos Friderici II. Imperat. ex filia.

Lyranus Doctor.

Nicolaus de Lyra, Anglus, Monachus Franciscanus clarebat: cuius commentarij in omnes veteris & noui testamenti libros extant.

Italica Ludouici profectio.

Anno 1327. Rex Ludouicus, exercitu ex populis Germaniæ instructus, in Italiam profectus est: Tridentum venit, Veronam, Brixiam, Mediolanum: vbi cum vxore Margarita coronam ferream, in templo S. Ambrosij accepit: atque deinde Romæ, die Pentecostes, 6. Kalend. Iun.

Coronatur Romæ.

in Basilica Vaticana, à Nicolao 5. (quem ipse contra Ioannem 22. creauerat) coronatus est. Coniux postea ei peperit Ludouicum Romanum: sic nominatum, quòd Romæ natus esset. Commissum fuit Mediolanum VVilhelmo de Monteforti (al. Hugoni) ab Imperatore. Naucl. & Alij. Argent atq; alij.

A VVilhelmo verò illo, Montefortio Comiti, domino Brigantij, Tetnangæ, Rotenfelsij, Longæ Argæ, VVasserburgi, &c. hoc tempore fertur condita insignis arx in lacu podamico, prope pagum Longam Argam.

Disciplina Monastica, collapsa: & eius rei causæ.

Monasticæ disciplinæ collapsio. Causa 1.

Principiò, & longiore quoq; progressu temporis, Canones vel regulæ in cœnobijs diligenter obseruabantur. Postea verò paulatim (vt in rebus humanis fit) calore illo extincto, bonæ leges consuetudinesq; Zelus ille prior, refrigescebant. Id & in Parthenone Gnadencellensi (de quo suprà lib. 2. cap. 8.) & in alijs etiam fœmininis Monasterijs, vsu venit (vt scribit frater Felix Fabri) propter Ludouici Cæsaris, cum Papali sede dissensionem, diutius durantem. Pontif. Ioannes, contra quem Cæsar Antipapam fecerat, tum hunc, tum ei deditos, ex Ecclesiæ consortio eiecit: mandauitq; vt omnia templa Imperij clauderentur: vt nec Missæ ibi celebrarentur, nec quid legeretur, nec cantaretur, neque campanæ pulsarentur. Cæsar contrà coegit Sacerdotes, Monachos & Monachas, hæc omnia facere: recusantes, in exilium pellebat. Nostrum prædicatorium Vlmæ Monasterium (inquit Felix) annos 18. vacuum erat: nullo audito nec cantu, nec lectione, nec campana: fratribus hinc inde dispersis. Quo tempore expulsus quoque fuit Vlmâ & Constantia quidam sanctus pater, nomine Amandus Sießius. Magna vbique discordia: alijs, ex interdicto Papæ silentibus: alijs, ex edicto Imperatoris sacra exercentibus: quo in numero & Gratiacellenses erant. Cæsare Ludouico defuncto (anno postea 1347.) Sanctimoniales Episco-

Contraria inter se, Papæ & Cæsaris mandata. Ecclesiarum miseria.

Episcopus Albanensis Gantzelinus absoluit: rursus legere & cantare iussit. Ita misera pertur-
batio Cœnobiorum erat, & contraria inuicem studia: Durauit malum ab anno 1315. in longum tem-
pus. Accessit ad hanc αξιοθρηνητον τριπλοκατασταν ἀφορητον λοιμογαρ ἀφορητος λοιμογραφιας calamitatem, fames grauissima Causa II.
plurium annorum: qua coacti sunt Abbates & Priores dimittere Monachos: vt eorum quisq; sibi
ipse consuleret. Idem & Gynaceu accidit: coactis fœminis ad suos cognatos confugere: aut miseris III.
modis pabulum sibi acquirere. Tertia corruptio disciplinæ primæ, sæuissima fuit pestilentia: quæ
per omnem terrarum orbem plus tertiam partem hominum sustulit: multaq; Monasteria, oppida,
pagos euacuauit. Sublatis ab eæsonibus patribus & matribus: relicta fuit proterua & male frugi IIII.
iuuentus. Multæ quoq; familiæ, nobiles & ignobiles extinctæ. Quarta causa, ex priore exorta,
discordia & contentiones de hæreditatibus erant: cùm multa loca essent vacua: & bella gererentur inter potentiores. Alieni quidam inuadentes, emebant centum aureis, quod erat mille aureo-
rum, & ad se trahebant quæuis bona: Monasteriorum etiam, & Ecclesiarum. Qua in re multum
detrimenti illatum est cellæ gratiæ: bonis fundatorum ablatis: virginibus ad egestatem redactis.
Quinta causa est & omnium maxima: quòd fundatores, aut Domini, aut serui eorum, cœ- V.
nobia frequenter intrant: aut, si excludantur, perrumpunt, vel transcendunt. Tunc conuiuia, com-
potationes, choreæ, iuuenculas perdunt: vt dulcedine voluptatum gustata, nolint amplius obedire VI.
præfectis suis. Sexta causa, contemptio Ecclesiasticæ censuræ, vel excommunicationis, est: quam
Pontifices imposuere maximam illis fœminis: quæ mares in sua contubernia admittunt: & illis VII.
maribus, qui intra loca sacra audent. Septima, quòd non tanti æstimatur, quanti debebat, digni-
tas sponsarum Christi, semel huic nuptarum. Octaua, mala exempla illorum qui præsunt: dum VIII.
ipsimet Regulam suam non obseruant, sicuti Prædicatores prius, quàm moniales. Quid caduca &
mortalia facerent: suis obseruatoribus dissolutè, nec rectè, viuentibus? Nona, & postrema cau- IX.
sa in hac enumeratione, impunitas transgredientium septa est: atque de magnis peccatis pœniten-
tia, vel nulla, vel exigua. Amores ita fœminarum venas penetrarunt: vt nonnulli pudeat, si à ne-
mine amentur. Si qua aureo impluuio grauidata, cœnobio egressa, partu soluta fuisset, modicâ pe-
nitentia Vicario missa, absoluebatur: & in Monasterium restituebatur, absq; pœna: modò ne amplius
peccaret, si sola esset. Sanè Gnadencellenses ita se gesserunt: vt passim propter flagitia male audi-
rent. Also daß die Gnadencell (inquit frater Felix) ward wider Offenhusen/ vnnd Affen- Gnadencella.
hotten: nomine scilicet patentis domus digna, sicuti olim vico eius loci nomen Offenhusa fuerat. Offenhusa.
Deus, nunc satis.

Hoc 1327. anno, Constantiensis Episcopus Rudolphus Montefortius, synodum agens Con- Synodus Con-
stantiæ, singulos sub religione iurisiurandi Sacerdotes monuit: vt peccata alius aliorum sibi inuicem stantiæ, ob dissi-
carent. Quod cùm libenter fecissent, spe emendationis, proteruaq; castigationis: exitus Clemens est pliuam refor-
secutus: vt ille à singulis pecuniariam mulctam (denarum, vicenarum, tricenarum, librarum num- mandam.
orum: pro diuersitate peccatorum) ab eis exigeret: & sic grandem pecuniam redigeret. Sed homi-
nes non laudabant.

Cum literæ excommunicati Imperatoris, in toto Imperio affigerentur: Comes VVirtember- VVirtemberg.
gensis Vlricus, Eberhardi filius, Ludouico fauens, illas in sua ditione auellebat: & vnicuiq; qui Vlricus.
papicis istis dirisq; obtemperaret, exilium comminatus est. Idem hoc & Reutlingensibus, nomine
Cæsaris edixit.

De alio Vlrico VVirtembergensi Comite, in quibusdam schedis lego: qui fuerit circa hæc Alter Vlricus.
tempora. 1. Rector Ecclesiæ Hesingensis. 2. Canonicus. 3. Præpositus Spiræ ad S. Guidonem. Bo-
num fuisse Oeconomum: instaurasse suo sumptu arcem VVirtembergam, superiore bello confra-
ctam: ædificasse arcem Stutgardiæ: fecisse chorum cathedralis ibidem Ecclesiæ à fundamentis. No-
tatus. Ego hunc (addit Gabelc. extra matrimonium esse natum, nihil dubito. Fuit tamen in ipso e-
gregia indoles, & iudicij dexteritas singularis.

Nordlingæ, crescente ciuium & incolarum multitudine: quatuor suburbia sunt facta. Cæsa Nordlingæ
autem Ludouico ciuitati fauente, priuilegijs augente, vinarium vectigal (das Vmbgelt) exi- plificatio.
gi permittente (sicuti Noribergæ & Tubero Rotemburgi erat) omnia suburbia, cum ipso oppido,
in vnam rotunditatem muro nouo & ampliore comprehensa sunt. In cuius muri ædificatione à
Noruegica porta, ad Baldingeram, Læpsingeram, Deiningeram, & Reimlingeram portas, processum
est. Ita mœnia, cum suis portis, & cum fossa laterum lapideorum, egregiè absoluta. Licet etiam
Ludouici Cæs. concessa, pomœria ciuitati vlterius proferre. Munst. & Chron. M. Ser.

Teccenſis Agnes. Adhuc viuebat 1327. Domina Agnes, Ducis Simonis de Teck vidua. Sed & infrà 1334. anno.

Tuntzenhoſen. Conradus Stæckelin, ciuis Eßlingenſis, vineam Lorchenſibus ſe redditurum promiſit, ſitam Tuntzenhoſæ am Münchberg: vt ipſius quintam partem redimere poſſent de Eberhardo ſeniore Blieningero Eſſelingæ, aut hæredibus eius. Signatores: Præpoſitus Madelbergenſis Marquardus, Præpoſitus Stutgardiæ, & Henricus Decanus Eſſelingenſis. D. S. Viti.

Lehenbrieff.

Eberſtein. Comites. Haluingenſes. Boltringen. Comites Eberſteinenſes Otho & Hainricus fratres bona quædam, de quibus controuerſia fuerat inter duos Haluingenſes cognatos, Anshelmum & VVolfium, commodarunt ipſius Anſhelmi filio Conrado Haluingenſi: Den Fronhoff zu Boltringen: vñ das ſechſt theil der Vogtey zu Boltringen/ vnd zu Oberndorff/ ꝛc. Datum zu Tübingen/ proximo die Martis poſt S. Andreæ: da man zahlt von Gottes Geburt M.CCC.XXVII. à D. Nippenburgio.

Spirenſium periculum. Spira, cum Magiſtratus & nobilitas, tributis nimiùm premere exiſtimaretur ſubditos: æqualem hi adiunxerunt ſe illis ſenatorum numerum. Senatus ergo, vt plebem opprimeret, clàm ſibi principum virorum opem forte conciliauit. Itaq; 1330. anno (nempe triennio poſt 1327. annum) die Lunæ poſt Feſtum S. Lucæ, de opprimenda ciuitate conuenerat: collectis eius diei nocte apud quercetum M. D. armatis. Sed & trans Rhenum multitudo, prædæ inhians erat ἕτοιμος, ſpe excitata. Ea verò veſpera, ante occaſum Solis, nuntius Argẽtorato aduolans, ciues de periculo præmonuit. Qui ſolliciti, re tamen bene diſſimulata, noctem illam excubabant, vrbe clauſa. Inſidiatores noctu appropinquabant, ad ſuburbiũ, vber Haſenpfuel/ gegen der Lawerporten/ oder Salzpforten. Verùm audito vigilum & ciuium clamore, cornuumq; cantu: perterriti receſſerũt: combuſtis tamen domibus aliquot, & ſtruibus lignorum. Poſtridie, reorum alij profugerunt, alij ad tempus eretti ſunt. Dies inde hic, quotannis in ſumma Baſilica ſolemni gratiarum actione celebratus. M. Ser.

Ludouici Imp. Scriptum in P. Ioannem. Anno 1328 Imperator manebat in Italia, negotia habens in ea ordinanda. Tunc ſcriptum edidit contra Ioannem Pontif. quod ponitur totum ab Auentin. lib. 7. Ibi inter alia, hæc ſententia eſt: Sacroſanctum Romanum imperium, cui Chriſtus & Comites eius obtemperarunt, & vectigales fuerunt ſacrificuli faſtuoſi beneficium eſſe pernegamus. Tunc Conradus, Dux Teccenſis erat, eum coniuge ſua Agnete, Trubadingenſi comitiſſa.

Teccenſ. Conradus. VVirtemberg. Vlricus. Bertholdus Bucheccius. Signovv. Carthuſa extra Argentinam. Wir Graff Vlrich von Wirtemberg/ thun kundt vnd verjehen offentlich in diesem Brieff/ für vns/ vnd all vnſer Erben: allen den/ die jhn anſehen/ ꝛc. Permittitur Lorchenſi Abbati & conuentui, ius vel vſus torcularis in Grunbach. Datum Iacobi 1328.

Idem Comes Vlricus, & aliquot Barones, munitiones Eccleſiæ Spirenſis occupauerant: inter Bertholdus, Comes Bucheccius Burgundio, poſſet eum Epiſcopatum capere. Sed eum tamen, VVirtembergenſi 1300. Martij datis, obtinuit. Nec multò poſt, hoc 1328. ad Argentinenſem Epiſcopatum vocatus eſt: quem 25. A laudabiliter geſſit. Facta ſub eo. Quia ſeuerius tractarat quoſdam canonicos propter concubinas: & Vlricum Baronem à Signovv, ſuum è ſorore nepotem, Præpoſitum eſſe ſummi templi, contra Ioannem Baronem Liechtenbergium voluerat: abillis canonicis captus, & 4 M. denarijs, poſtea conditionibus dimiſſus eſt. Sub eo cœpit conſtrui à quibuſdam Argentinenſibus ciuibus Carthuſa. Vaſtauit Stauffenburgum & Hohenſteinum caſtra, propter rebelles quoſdam centauros. Succeſſit ei 1353. ille Liechtenbergius Ioann. Bruſch. Carthuſam Argentoratenſes (Gallijs bello Pontificiorum contra Regem Nauarræum, cui Germani Electores politici auxilia miſerunt, ardentibus) æſtate huius 1591. anni, quo tutiores ab inſidijs ſint, deſtituxerunt.

Beringen. Rudiger de Beringen, eleemoſynam quandam 1328. Lorchenſibus aßignauit perpetuam.

Stauffenſe Collegium. Collegium Canonicorum in Stouffen, Algouiæ pago Comitatus Monteſortenſis, fundatum eſt hoc 1328. anno, die Sanctorum X. millium Martyrum, ab Hugone, Bregantiæ Comite. Diſtat 1. milliari à ceruorum vallis cœnobiolo Monialium. Præpoſitus ipſius erat anno 1550. Vir doctus, parochus ac Decanus Miſſenſis, Conradus Laubeck Immenſtadianus, prope Rotenfelſum natus. Hic in pago Miſſenſi, 1544. ſucceſſoribus ſuis condidit egregiam domum. Bruſch. in M. Scriptis.

Galliæ Rex factus eſt Philippus VALESIVS, regnauitque Annos viginti duos. Caroli Valeſij F.

Turciæ dominatum accepit Orthanes, Ottomanni F. Rex Turcarum 2.

Anno 1329. hæc contigerunt.

DE

DE TECCENSI DVCE LVDOVICO.

Teccensis Ducis Ludouici commendatio.

Ludouicus, Imperator Dei gratiâ, Romanorum Rex semper Augustus: prudentibus viris, consilio & communi Modœtiæ (di. Monza) suis & Imperij fidelibus dilectis, gratiam suam, & omne bonum. Ex quo nobilis vir, Ludouicus Dux de Teck, familiaris noster dilectus, ad vestri gubernationem & regimen est assumptus: fidelitati vestræ eundem, ex affectu sinceriis commendamus: requirentes vos hactenus & monentes: quatenus ipsum studeatis omnibus benigniter pertractare. Data Lucæ, secundo Aprilis, Regni nostri quinto decimo, Imperij secundo. Coppius part. 3.

Augustan. Episcopus Fridericus.

Augustæ Vindelic. Episcopus Augustanus Fridericus, confirmauit literis & sigillo, 14. Maij 1329. sacellum: quod Ioannes Langemantel (einer vom Spatren) eques & prætor (Statvpfleger) sibi & successoribus suis, in sepulturam, proprio cum Sacerdote, in sacra curia (auff dem Fronhoff) iuxta D. virginis Mariæ, in loco tenebricosa Margareta dicto (die finster Gret) fundauerat. Henning. ex Gassaro. Greten autem dicuntur in Suevia domus: in quibus merces alitunde adnectæ deponuntur.

Gret.

Augustanipatricij.

Ludouico Cæsari gratissimi fuerunt è patricijs Augustanis Vlricus Hangenor, eius Cancellarius: & Conradus Gollenhofer, Imperialis Aulicus. Ab Hangenore commoda patriæ Augustæ, omni studio apud Imperatorem fuere promota. Eum Episcopus August. Henricus magnifice in cathedrali Ecclesia sua 1346 sepeliendum curauit: quantumuis Hangenor Cæsari fidelissimè inseruisset: ideoq; pontificiam tyrannidem & exhumationem veritus, testamento cauisset: ne in humo consecrata sepeliretur. Conrado autem Gollenhofero sollicitante: Ludouicus Imp. 24. Octob. 1329. Cremonæ, sub aurea bulla, donauit vniuersitatem ciuium Augustanorum: ob fidei integritatem deuotam constantiam & propter grauia damna, quæ pro defensione honoris supradicti Cæsaris antea subierat: præter antiquorum iurium libertatem, consuetudinumque laudabilium confirmationem, etiam hoc splendidissimo priuilegio: vt scilicet pro debito Imperatori cùm censarium tributo: non amplius, vt hactenus vsus poposcerat. 10. sed tantùm CCCC. nummi libræ quotannis fisco dependerent. Item, vt nullo vnquam tempore posthac (cum vna de honorabilibus & præcipuis Germanici Regni Colonia sit) ab imperio auelleretur, abalienaretur, oppignoraretur: multò minus venderetur. Præterea, vt ingenui discretioresque ipsius ciues, haud secus, quàm alij fideles Imperij, ac Ministeriales, in quibuslibet ciuilibus consistorijs iudicijsque Assessores esse, ac sententias dicere æque atque alij nobiles & vasalli, citra recusationem impedimentumque possint. Ad hæc, vt res ipsorum, naufragio, incendijs, ruinâ, ereptas, nemo cuiusuis status aut conditionis inuadere, rapere, aut qualicunque modo vsurpare (consuetudine, quæ (Grundrecht dicitur, vel quacunque alia, non obstante) sub pœna proscriptionis non præsumat. Denique, vt ad nullum exterum forum, vel iudicium, citari trahive: sed coram prouinciæ ciuitatisque præfecto, in sua vrbe conuenire, ciues debeant. Quæ omnia sunt postea 1355. 6. Decemb. Norbergæ à Cæsare Carolo 4. confirmata, & adaucta. Idem ex eodem Gassaro.

Cæsaris erga Augustanos benevolentia.

Hangenoris sepultura.

Hangenoris à Tritenhemio eulogium.

Hangenorem, de quo dictum, Tritenhemius his verbis ornat. Habebat Ludouicus Cancellarium quendam, Vdalricum nomine: de Augusta Rhet. oriundum: hominem temerarium & superbum: Cleri & religionis æmulum: Ecclesiasticæque dignitatis & libertatis maximum Osorem. Qui in literis ad Papam nomine Imperatoris, eo inscio, quædam indigna posuit: ipsumque Papam, inter alia, bestiam de mari ascendentem appellauit: multaque in eum opprobria scripsit: quibus non immeritò Pontifex ad indignationem prouocatus, Ludouicum R. excommunicauit, &c.

Tubing. Palat. Rudolphus.

Factum quiddam est mit bewilligung deß Edlen Graffen von Tuwingen / den man nennet / Scherer / &c. Datum 1329. Sigillum eius. Er sitzt auff einem springenden Pferdt / mit einer Decken: Hat den Schildt mit dem Fahnen darinnen / an der seiten hangen. Auff seinem Haupt / ein spitzigen Hut / mit zweyen Knöpffen: vnd in der rechten Handt / ein Fahnen. Circumscriptio sigilli. S. COMITIS RVDOLPHI DE TVVINGEN, PALATINI.

CVRA ANIMARVM.

VValdeccenſis, aliiq; nobiles.

A.1329. in octaua Paſcæ, Cunradus dictus Waldtuogt/ *miles de VValdecke, in Eccleſia Paroebiali Calwe, ad altare S. Crucis, præbendam inſtituit Sacerdotalem: vt Miſſa fieret ſibi, & vxori Adelhaidi de Hovvenſtein, olim Collaterali ſue legitime: Cunrado de VValdecke Dapifero, patri ſuo: & domine Irmengardi de VVeſingen, matri ſuæ: Cunrado dicto Stadelherre militi, Reinhardo de Nouo caſtro, Cunrado Rectori Eccleſiæ in Gechingen, fratribus ſuis: Vlrico de VVeſingen, Diemoni de Nouo caſtro, Mechtildi de Owa, Irmegardi de Berge: & omnibus parentibus benefactoribusq; in Cemitereo ibidem requieſcentibus. Contulit ipſe ad illam rem bona ex Gechingen, & Nufringen, & molendino Meſen (ſito in fl. Tainach) & ex Muncklingen: & de domo in Calwe iuxta domum Burcardi, dicti Tecdechinge (in qua tamen manſionem haberet Mechtildis de Rendingen, per vitam ſuam) & horreum in vico Haitergaſſe: & hortum iuxta pratum Prugel: & ex villa Hingſletten: offerens ea Deo omnipotenti, B. Virgini, S. Cruci, & omnibus Sanctis. Nos Scultetus, iurati, & vniuerſitas tota Burgenſium in Calwe: Procurator, ſeu Sindicus,* Walther an der gaſſen: *volumus, ordinamus, ſtatuimus: vt bona predicta, in poſſeſſione ipſius prebende, ſeu* Altars/ *in perpetuũ eius Sacerdoti remaneant illibata, &c. Nos etiã Conradus Heinricus Schwiegerus, & Cunradus Dapifer, fratres, filij C. dicti Stadelherre predicti, fundationem huius prebende ratam habemus. Signarunt, Comes VVirtemberg. Vlricus, Comes Eberſtainius Otto, & Abbas Monaſterij in Alba. Item C. H. Schwiegerus, & C. Dapifer, fratres. Approbauit Spireum Epiſcopus VVubramus 1330. Feriâ 2. poſt Dominicam Lætare.*

Malſa Conradus, Lorchenſibus.

Conradus Malſa Huſanus, Lorchenſibus Hubam quandam in Klein Läienbuch *vendidit. Sigillis confirmarunt, ipſe, & D. Ioannes de Rechberghuſen, & D. Sifridus de Huſen, Cunradi propinquus. M. Scr.*

Montefort. Rudolphus.

Rudolphus 2. Comes à Monteforti, Antiſtes Conſtantienſis, Præpoſitus eſt Abbatia S. Galli, vir induſtrius & modeſtus: qui ſe tantùm vocabat Præfectum. Abdicauit munus 1333. Bruſch.

Sangall. fœdus cum Conſtant. Epiſcopo.

Fœdus Sangallenſium initum eſt ad aliquot annos, cum Epiſcopo Conſtantienſi Rudolpho, & Comite Montefortenſi Vlrico, Kyburgioq; Comite Eberhardo: nec non cum ciuitatibus Tiguro, Conſtantia, Lindouia, Yberlinga, Rauenſpurgo, Vro, Suitio, Vnderwaldo, Berna.

Bebenhuſa.

Anno 1330. Ludouicus Imp. die S. Ioannis ante portam Latinam. Regni ſui anno 16. Imperij verò 3. confirmauit Bebenhuſano Monaſterio omnia ſua Priuilegia & libertates. Datum in Aichach.

Pont. Nicolaus 5. quem Cæſar Ludouicus contra Ioannem creauerat, captus eſt, & ipſi Ioanni traditus. Qui coactus abdicauit Quinione 8. Kal. Sept. & ibidem obijt.

Sueuiæ præſides.

*Vlricus, Comes VVirtembergicus, præſes (*Landtuogt*) Alſatiæ & Sueuiæ, Haganoæ iurauit die S. Laurent. 1330. Item Fridericus, Dux Teccenſis, ſuppræfectus regionis (*Vnterlandtvogt*) nomine Ducis Rudolphi, Dominicâ poſt Aſſumpt. Mariæ 1359. ad tuendam ciuitatem.*

Circa hoc 1330. anni tempus, Rotwilenſes bellum geſſerunt cum quodam Clingenbergenſi equite, habitante in caſtro Duellio. qui ab illis occiſus eſt.

Nobiles, in literis Kirchaimenſibus.

Hans von Zillhart. Marquart von Randeck. Ruger von Elchingen. Johann der Schwing. Lutfrid von Heiningen. Hans von Boll/ Ritter. Haintz von Boll. *Berchtoldi, pater & filius.* Schwechleri/ von Owen. Contz der Zeller. Haintz Sürg. Eberhart/ Grafe von Gaueneck. Rudolph der Küffer/ Edelknecht.

Auguſt. Epiſcopus Vlricus.

Epiſcopatum Auguſtanum aſſequitur Vlricus, nobilis Heros à Schæneck: qui, cùm Imp. Ludouicum coleret: confirmationem ſui à Pont. Ioanne impetrare non potuit: ſed poſtea à Benedicto X. dicto XII. facilè obtinuit. Vendidit quadam caſtra & pagos Imperatori huic: quæ tamen is viciſſim donauit Benedictino cœnobio Ebehal, recens à ſe condito, ad honorem B. virginis Mariæ: in quo 12. Comites vel Barones pauperes, cum vxoribus ſub Abbate viuerent, Deo ſeruirent, honeſtè tractarentur. Situm eſt in Friſingenſi Epiſcopatu. Obijt Vlricus 1336. Bruſch.

VSVS MONASTERIORVM.

Monaſteriorum vſus.

Deo ſeruire.

Pro animis mortuorum Miſſas celebrare, & orare.

Peccata

Peccata delere satisfactione bonorum operum.
Artes & linguas docere.
Nobiles virgines bene educare, postea nupturas.
Effugere bella & turbas Mundi.
Famelicæ plebeculæ & mendicis subuenire.
In ea relegare illos, qui metuebantur.
Trudere in illa, Iouis vel Ecclesiæ filios. Sic & deformes claudas ve personas.
Pauperes Principes & nobiles ibidem alere.

Kilberg. Monacha.

Mentionem reperi 1330. anno, Sanctimonialium de Kilberg: ad quas annuatim X. solidi Tubingenses veniebant ex bonis quibusdam: quæ erant Ruti in possessione trium fratrum Halcyorum: Ioannis, Conradi, & Hermanni: quæ bona hi fratri suo VValthero, Monacho Alperspachensi, concesserunt. Hic autem, propter suam & suorum animæ salutem tradidit Abbati VValthero & conuentui, post obitum suum fruenda. Quæ bona, missus ab eo Abbate, accepit Monachus Ioannes de Sperbersecke. Confirmatum literis, Oberndorffæ, proximo post Bonifacij Sabbato.

Alperspach.

Schenck VVilh. Stauffenbergius.

VVilhelmus Schenck de Stouffenberg prope Hechingam, vendidit Comiti Eitel Friderico Hohenzollerensi, suam tertiam partem pagi Stettæ sub Hælstain apud Trochtelfingam, & alia, die S. Catharinæ.

Trochtelfinga. Liechtenberg.

Sigismundus à Lichtenberg, Conradi F. duxit Adelhaitam, Comitissam Helffenstainiam, 1330. anno. Ex quibus natus est Sigismundus 1368. ad Pentecosten. Anno 1377. Catharina Lichtenbergia, Egoni Comiti Fyrstembergio nupsit. Vnde natus est Conradus: qui ex Ducissa Lotharingiæ genuit Fridericum, Comitem Fyrstemberg. Deinde, ex Signouiensi generauit Comitem Egen de Fyrstemberg. Chron. Hertzog.

Fyrstemberg.

Hoc circa 1330. annum tempore, ponit Lazius Geneal. Austr. lib. 2. equitem Francum, Othonem Fuchsium dictum Neithardum propter suum perpetuum in Rusticos odium. Ponit & Sacrificum VVigandum à Teben, Pfaffum Kalembergæ, pagi ad Danubium ferè siti. Horum facetijs mirè delectatum fuisse Principem Othonem. De quibus suprà quoque mentio facta est.

Neithardus Fuchsius. Kalenberg. Pfaffius.

LVDOVICVS IMP. IN ALEMANNIAM REVERSVS. COMITES SVEVIAE ILLVSTRES, ET VIRI NOBILES, PLVRES. IVDAEORVM EXUSTIO apud Yberlingenses. Ducatus Carinthiæ, & Comitatus Tyrolensis, ad Austrios. Episcopus Constantiensis Nicolaus. Arx Hohenæntringa, & pagi vicini. Lucernates Heluetij. Genus Reipub. Argentorati, mutatum. Tertius Orient. Imp. ANDRONICVS IVNIOR.

CAPVT VIII.

Lud. Cesar, in Germaniam reuersus.

ANNO 1331. Rex Bohemiæ Ioannes (voluntate Cæsaris Ludouici, hoc anno in Germaniam reuersi) vrbes aliquot Italiæ in potestatem redegit.

Lorchensium patronus, VVirtemb. Vlricus.

Patronus Cœnobij Lorchensis erat Vlricus, Comes VVirtembergicus: eo modo, quo 1291. Comes Eberhardus. Datum Schorndorffæ 1331. die Mariæ Magdalenæ.

Benfeld.

Colmariam obsidebat Dux Austriæ, & Episcopi Basilienses atque Argentoratenses. Oppido subueniebat Cæsar Ludouicus, & Rex Bohemiæ, Comesque VVirtembergensis. Qui Comes Benfeldum, Episcopi Argentinenses oppidum, cum porta non essent custoditæ, sed Senatores in curia, subito aduentu cepit: depradatus est: sed post aliquot hebdomadas Episcopo Bertholdo reddidit.

COMITES ALIQVOT HELFFENSTAINII. D. IOAN. MOSER.

Helffenst. Comites.

Ioannes, 1331.
Vlricus, 1369. & 1372.
Ioannes. 1411. & 1448.
Vlrici Iunioris Comitis Helffenstainij coniux, fuit Comitissa de Oetingen, Anna, Ludouici F. soror Ludouici & Friderici, Oetingensium Comitum: qui superstites adhuc fuerunt 1411. Mortuo autem 1375. marito Vlrico: Anna vidua, cum Ioanne filio diu rebus præfuit. Gabelc.

Fridericus,

Fridericus,
Ludouicus, } *ab Helffenſtain,*
Ludouicus iunior, } 1482.
Friderici F.

Tubing. C. VValther. *VValther de Tubingen, Dominus in Gerolzeck, Schvvanouam & Schuttern habuit, læſit Argentinenſes: qui Schvvanouam & alia deſtruxerunt. Chron. Argent. Vbi videtur VValtherus illa loca oppignerasſe alicui, aut pignori accepiſſe: & inde læſionem ortam eſſe.*

Eberh. Land. Comes. *Viuebat tunc Eberhardus, Comes Landanus (Eberhardi filium intelligo) qui nomine cognati ſui (vt ex Oſualdo Gabele. didici) Iudicem prouincialem egit: & hoc 1331. anno iudicium exercuit Reutlingæ. Videntur eius, & Conradi ſenioris, plures fuiſſe filij: qui magna ex parte ductis vxoribus, opes familiæ diſtraxerint. Id hinc conijcitur: quòd ægrè ferens hanc attenuationem iſte Eberhardus, de ea conqueſtus eſt circa hunc annum. Idem in M. Script. Genealogia, anno 1368. obijſſe ſcribitur, relicto filio Conrado.*

Truchſeſſ. Burgovv. *Gotfridus Truchſæß, nomine Regel, obijt die S. Gregorij. Item Adelhaita, Comitiſſa de Burgovv die Priminij.*

Thierberg. *Arnoldus de Thierberg, vendidit Alperſpach. cœnobitis, Henricum de Roſenfeld* von Giſelingen/ſeinen eigen Mann: vnd Adelheit/ſeine Eheliche Wirtin: vnnd drey Kindt/ Knaben vnd Töchtern/ ꝛc.

Falckenſtain. Alperſpach. *Eiuſdem anni Sabbato poſt Beatæ Mariæ* in den Oegſten/ *Hugo Capellenſis, permiſſu clementis Domini ſui, Domini Erckingeri Eigelvvartzij de Valckenſtain, vendidit Alperſpachenſibus, in primis conuentuali ibi cuidam de Sperberſeck, fundum quendam Braitenovve (dantem quotannis 4. ß. 1. ll. H. 200. oua, & 4. in autumno gallinas) precio 18. librarum* Pfenning guter Heller/ *ita, vt Sperberſeckius vteretur, frueretur: ſed, eo mortuo, ad cœnobiũ perueniret.*

Rhot Vlmenſis. *Otho Rhot, ciuis Vlmenſis, & vxor eius Catharina, Lorchenſi Monaſterio agrum in Hangendtainbuch, 1331. vendiderunt. M. Scr.*

VValchus Albertus. Stetenſ. Prioriſſa. *Albertus VValchus iunior, anniuerſarium inſtituit vxori ſuæ defunctæ (* ſeiner Ehelichen Wirtin/ Frawen Anna/ Hugen ſeligen Spæten Tochter) *apud Prioriſſam Stetenſem perpetuò celebrandum, ad remedium animæ illius. Addidit & Ioannes VValchus 5. ß. in eum vſum quotannis. Actum proximâ Feria 5. poſt S. Mariæ,* ſo man die Kertzen weyhet/ *1331. anno.*

Yberlingæ, Iudæi combuſti. *Eodem anno, Iudæorum circiter CCC. cuiusuis ætatis, vni domui incluſi, combuſti ſunt Yberlingæ: & qui ignem euaſerant, occiſi fuerunt à populo: quòd excruciaſſent filiolum cuiuſdam ciuis, nomine Frei.*

Carinthiæ Ducatus. *Ducatus Carinthiæ ceſſit Auſtrijs: teſte Mut. lib. 24. Factum conſenſu Imperatoris. Repugnante autem Rege Bohemiæ Ioanne: qui eam regionem libenter traduxiſſet ad filium ſuum Ioannem: quòd huic nupta eſſet filia Ducis Carinthiæ, & Comitis Tyrorenſis, Domina Margareta: hic conceſſione Tyrorenſis comitatus pacatus eſt, Auſtrijs Carinthiam retinentibus.*

Margret Maultaſch. Tyrolis. *Margareta autem (θρέμμα λαῶν λάγυρον) diuortio ſe poſtea ab Ioanne ſeparans, Marchioni Brandenburgenſi Ludouico nupſit. Deinde, hoc mortuo, Duci Auſtriæ Rudolpho, Alberti 2. filio. Sic etiam Tyrolis, Auſtriorum facta eſt. Ipſe eam pro dignitate tractauit: quæ cognominabatur (vt Terentiana illa ſparſo ore puella) Multæſch, vel Maultæſch. Vide Auent. lib. 7. & infrà 1334. anno.*

Conſtant. Epiſcopus Nicolaus. Hohenberg. C. Albertus. *Anno 1332. Epiſcopus Conſtantiæ erat Nicolaus, nobilis à Kentzingen & Fravvenfeldo. Contra quem electus erat à quibuſdam Canonicis Comes Albertus de Hohenberg: patre Rudolpho, furioſo homine, natus: ſed præualuit bello contra eum Nicolaus: idq; auxilio Friderici Auſtrij, contra Ludouicum Bauarum electi. Cuius Friderici Locumtenens, ſeu Legatus, deſignatus eſt hic Epiſcopus Nicolaus, per vniuerſam ſuperiorem Sueuiam, Ergouiam, Turigouiam, & Alſatiam. Militauit etiam in caſtris Friderici 270. equitibus. Qui cătaturus ſuam primam Miſſam: omnium Monaſteriorum Monachis vtriuſq; ſexus, & alijs, præcepit: vt ſibi ad eam munera mitterent: quæ dantibus honeſta, accipienti grata, futura eſſent. Itaq; ad eum venerunt boues, oues, argentum, aurum, & alia: certantibus inter ſe liberalitate hominibus. Quidam tamen Magiſtratus ſuis vetuerunt, ne quid mitterent. At 1343. & ſequenti anno, maximâ vbiq; fame orta: auaritiam innatam, ea liberalitate commutauit: vt per id biennium, ſingulis hebdomadibus ad minimum ter paſceret pane, & pulte, circiter 300. aut 400. aut 500. homines: ac multos à morte ſeruaret.*

fernaret. Mortuus autem 1344. anno, à pauperibus & mendicis portatus fuit ex arce Castel in oppidum Constantiam: ac sepultus est in Cathedrali Ecclesia, eodem cum Henrico Klingenbergensi tumulo. Ex Brusch. & aliunde.

Plures non procul Tybingâ vici, nobiles plures. Theod. Nipp.

Ich Wolff von Ebersperg / Fraw Elisabeth von Vrbach mein Schwiger / vnd Fraw Elisabeth jhr Tochter mein Ehliche Wirtinn / verjehen vnd thun kundt allen den Leuten / die diesen Brieff sehen / oder hören lesen: daß wir mit gutem Rath / vnnd mit bedachtem Mute vnser gemeiner Freünde haben gegeben zu kauffen / rechtes vñ redeliches kauffes / den Ersamen Leuten Diemen vnd Friederichen seinem Bruder / genannt den Hertern von Tusselingen / vnd jhren Erben / den theil zu Aentringen an der Burck: den Anshelm selig von Haluingen / deß vorgenannten Wolffes Schweher / vnd Marquart sein Sohn / hetten vnd brauchtẽ biß an jhrn todt / vñ was zu der Burck hört: es sey ausserhalb oder inhalb gelegen: an Holtze / an Weingarten / an Wiesen: oder an Baumgarten / mit aller zugehörde / vnnd darnach / alles das wir haben gehabt / oder haben solten / Leute oder gut: es sey gelegen zu Aentringen / zu Boltringen / zu Oberndorff / zu Eschelbrunne / zu Rusten / zu Gehai / da zu der Medelun / oder anders wo / wo es gelegen sey: es sey eigen / oder Lehen / mit aller zugehörde: mit allen rechten: es sey kundt oder vnkundt / besucht oder vnbesucht: es sey Vogtey / Gericht / Täuern / Zwing oder Ban / Vischentze der Ammer / vnd am Necker. Diese vorgenannte Leute / Gut / vnd recht / haben wir gegeben vmb fünff hundert pfunde guter vnnd genehmer Häller / der wir von jhn gewertig seyn / gar vnd gäntzlich. Es ist auch also geredt / wo ob der Leute oder gut / eines oder mehr / oder die Burck / als sie vorgeschrieben steht / ansprechig were / oder würde / von jemand / das sollen wir jhn versprechen / vnnd verthedigen / an allen steten nach dem rechten. Wir die vorgenannten zwo Frawen verjehen / daß wir vns verzeihen sollen / vnd auffgeben alles / das vorgeschrieben stehet / nach dem rechten als recht ist. Vnd darümb / vnd vmb alles / das vorgeschrieben stehet: so haben wir jhn zu Bürgen gesetzet / deß Edelen Herren Graffen Vlriches Bruder von Wirtemberg / den Kirchherren Korherren zu Spire. Herr Bernolt von Vrbach / den von Luitenbach. Walthern von Ebersperg. Wolffen von Züllenhart. Johansen Kenlin / Kiuerlin / Albrechten von Bunnenkam. Schweneger von Liechtenstain. Vnd den Moiren von Nippenburg. Also mit solchem gedinge / wo nit beschehe / vnnd auffgerichtet würde alles das / das vorgeschrieben stehet: so haben sie / oder jhr Erben / gewalt die Bürgen zu mahnen / zu Hause / oder zu Hofe / oder an der Oegen: mit jhn selber / oder mit jren Bottẽ. Vnd nach der meinunge / so sollen sich die Bürgen / in den nechsten acht tagen antworten / gen Esselingen / oder gen Stutgarten / in eine rechte gesellschafft / in offenen Wirtshäuser / vnd da leisten auff den Eyde / ohne alle geferde: biß auffgerichtet wird alles / das vorgeschrieben steht. Were auch / daß der Bürgen einer oder mehr / nit leisten möchte / oder wolte: der sol einen Knecht / mit einem Pferde / an seine stat legen: vnd sol der leisten vngefehrlich in dem rechte / als er. Were auch / daß der Bürgen einer oder mehr abgienge / das Gott wende: so sollen wir einen also erbeten an deßselben statsetzen in einem Monat / so er von vns gefordert wird: Wo das nicht beschehe: so haben sie gewalt die vorgenannten Bürgen zu mahnen / vnd sollen die leisten / als vorgeschrieben steht. Vnd daß jhn / vnd jhren Erben / diß alles war vnd stete bleibe: darumb so geb ich der vorgenannte Wolff von Ebersberg / diesen Brieff besigelt mit meinem eigenen Insigel: vnd durch bitte willẽ / mein vnd Fraw Elisabethen von Vrbach meiner Schwiger / vnd Fraw Elisabethen meiner Ehelichen Wirtinn jhr Tochter: So hencken die vorgenannten Bürgen jhre eigene Insigel an diesen gegenwertigen Brieff / stete zuhalten / alles das hie vorgeschrieben steht / ohne alle geferde. Derselbe Brieff ward gegeben an dem nechsten Montage nach Sanct Georgen Tag / da man zalt von Christi Geburt Dreyzehenhundert Jar / in dem zwey vnd dreysigsten Jar.

Eberspach. Vrbach.

Eschelbrunn.

Nippenburg.

Sigilla XI. flauæ ceræ. In quorum primo, apri caput cum collo & pectore, eminentibus in dorso setis, dextrorsum respiciens. In ambitu sigilli verba: S. VVOFRAMMI. DE EBERSBERCH.

In tertio sigillo, ἀμυδρῶς, scutum à summo deorsum bipertitum. Verba circum. S. BERVVOLDI MILI. DE VRBACH.

A. 1332. *postridie Lucæ Euangelistæ: Scultetus, Iurati, totaq́ vniuersitas ciuitatis in Kalwe, significarunt literis: Trutwinum de Hingsteten, & coniugem eius Melchtildem, coram ipsis comparentes, altare B. Georij, in Ecclesia Parochiali B. Petri in Kalwe, pro salute animarum suarum & progenitorum, ad Missam dotauisse certis bonis.*

Æntringa arx. *Cauernâ quadam subterranea, olim ex arce alta Æntringa exitus erat. Nunc obstructus est: nec ardent lucernæ, quibus aliquis ad extremum eius gradi conatur, sed in progressu extinguuntur: imò & formidabilis sonitus, si longius intres, auditur. Non longè à pago Æntringa, illa arx abest: pagus iste, semimilliario à Tybinga.*

Lucernates. *Eodem 1332. anno, die Sabbati ante Martini, Lucernates Alemanni fœdus fecêre perpetuum cum Vrijs, Suitijs, & Vnderwaldijs. Hic iam est quartus pagus Helueticus, das vierdt Ort/ il quarto cantone.*

Rußeck. *Cæperunt eodem anno Tigurini Vlricum Russeccium Baronem: sed transactione quadam dimiserunt. Arx huius familiæ, ad Rusam flumen sub Lucerna supra pagum Merischwanda erat.*

Choreæ Argentorati cruentæ. *Eiusdem anni hebdomadibus 4. post Pascha, post cœnam, Argentoratiin platea incendiaria (in der Brandtgassen) in horto quodam, vbi Choreæ nobilium virorum fœminarumq́ ducebantur, rixa & pugna (ein geschell) inter nobiles orta est. Ibi interfecti sunt duo Mylaheimij, vnd ein Welsche: ac septem Zornij, Her: Hetzelinary/ einer von Hundsfeld/ einer von Epfich/ ein Huffel/ ein Fusse/ einer von Hohenloch/ vnd deß Schulthaisen Knecht/ einer hieß Frawenlob. Tum vtraque familia auxilijs se muniebat externis. Metuentes igitur ciues, ne peregrini in vrbem introducerentur: à Magistratu sibi claues & sigillum dari petiêre: dum inter se ambæ familiæ nobiles reconciliarentur: quorum petitio etiam locum habuit.*

Zornij.

Argentinensis politiæ mutatio. *Tunc nouum senatum creauerunt: in quem honestorum generum ciues, & singulos ex singulis opificijs viros, legerunt. Cætera quoque Reipub. munera, & quæ publicæ paci vtilitatiq́ profutura essent, prudenter constituerunt. Partibus mandatum, ne vllos inter se congressus facerent. Custodiæ, ad portas & aquas positæ: ne vlla in vrbem arma clàm inferentur. Excubabant in singulis turribus bini viri. Factæ, catarractæ portarum (die Schoßgatter) destructa domus, quæ portis contiguæ erant. Singulis noctibus celeres equites, vrbis plateas & vicos pererepitabant. Campana instituta, ad cuius pulsum portæ manè aperirentur, nocte clauderentur. Portæ quædam, ex maioribus minores factæ: als/ S. Andres thörnlin/ S. Steffan/ Vtengaß. Singulis diebus, bis Senatus habebatur, armatis palatium siue curiam custodientibus. Cognitio deinde facta est causæ nobilium (qui alioqui opificibus iam diu, nihil pro laboribus persoluendo, molesti fuerant) ijque omnes excesserunt vrbe, die S. Claræ. Destructa sunt prytanea, vel Symposiorum conuenticula (die Trinckstuben) zum Hohensteg/ vnnd Mylstein: die Stub zum Witterer/ die Stub zum Brieff. Ita potestas ac regimen, nobilibus Argentorati ademptum, & ad populum translatum est. Chron. Argent. M. Ser.*

Andronicus Iunior, Imp. Orient. 3. *Constantinopoli erat III. IMP. CÆS. ANDRONICVS IVNIOR PALÆOLOGVS, P.F. Aug. in annos 8.*

DVÆ APPARITIONES S. APOSTOLI PETRI, IN SVEuico oppido Ovva sub arce Teck.

CAPVT IX.

Si placet, aliquam huius temporis quoque Legendam, vt vocant, cognoscere: recitetur sanè quam ex veteri quodam Missali, Monasterij in oppido Teccensi Ovva, M. Leuio Schentzio procurante, nactus: breuius sic, sed bona fide, contraxi.

Apparitio senis peregrini, mulieri. *Anno Domini M.CCC.XXXII. Feriâ 2. post Pentecosten (inquit Henricus quondam Decanus in Ovven) inter publicam Missam, post pulsum Canonicum, apparuit quidam senex peregrinus. Adelhaidi, defuncti postea Clyssenij vxori, domi, cùm ipsa esset sola. Hic sedens ad cunas filioli eius: panniculum, quo facies huius tectus erat, remouit, atque: Salue, charissime puer. (Quo nad Hair) statim sanatus est. cùm antea hernioßus fuisset. Iußit mulierem dicere Decano: iuberet subditos suos pœnitentiam agere. Dominum enim nunc ostensurum vberiores fructus, quàm antea XX. annis: de quibus nemo, qui non pœnitentiam ageret, gustaturus esset. Non volebat vesci cibo, quem libenter mulier daturæ erat: sed exibat per posticum domus, per quod ingressus erat, ex horto adiuncto. Dixit, vestigia baculi sui, Decano fore satis signo euidenti, se ad-*

se adfuisse. Tunc euanuit. Mulieri autem tristitia & horror obortus est: ratæ, Dæmonem aliquem fuisse. Itaque domo excurrit: cui obuiàm veniebant homines ex Missa iam peracta. Reperta sunt 13. vestigia: duo, in domo iuxta focum: & vndecim extra domum, in solo propter æstatem torridam duro. Profunditas eorum erat, quanta est latitudo digiti indicis, vngui finito proxima: circulique eorum erant integri, sine vlla ruptura. Hæc omnia (inquit Decanus) erant mihi (mir obgenannten Pfaff Hainrichen) omnino ignota: donec post prandium honestus vir, Geroldus Lamershaim, & alij, mihi indicarunt. Quos ego duriter increpui, cur tam citò talia crederent. Dann ich achtet/ es were büberey. Rogatu tamen eorum, veni in rem præsentem. Nec sine causa. Iudicaui ex vestigiorum impressione & figura: fieri non potuisse, vt homo simplex ea fecisset baculo in tam dura terra. Veritus sum contradicere, metu Dei: metuebam etiam Diabolicfraudem.

Vesperi adhortatus sum populum ad pœnitentiam (siue res mulieris vera esset, siue minus) exemplo Niniuitarum: & quòd Ioannes dicit, mentiri eum, qui se neget sine peccato esse. Ideo confitemini peccata vestra, mi populi. Singulis pro satisfactione impono: vt centies oret, Pater noster: centies, Aue Maria: & vt ieiunet Feriam quartam, sextam, & diem Sabbati ex præcepto Ecclesiæ: & vt detis communem eleemosynam. Ita absolui eos, benedicens ipsis: nec quicquam amplius secuturum cognoui.

Erant vana eodem die iudicia hominum: alijs nuntium Dei dicentibus: alijs, S. Nicolaum: alijs, mulierem esse à Satana deceptam.

Feriâ mox tertia, ego Hainricus Kircham ob negotia iui: ibique mansi à manè ad pulsum vesperarum. Inde redeunti mihi, obuiam facti sunt circiter XX. homines vtriusque sexus. Altera apparitio.
vsque vesperarum apparuisse mulieri, de qua dixi, S. Petrum, & quidem specie Sacerdotis. Sedebat ea cum alijs mulieribus ante domum: surgensque, mihi obuiam ibat. Gratulabatur sibi, me redire: nec aliud quicquam effari poterat: quàm nomen virginis Mariæ, & salutationem Angelicam. Quoties aliud dicere vellet, in corde suo maximos cruciatus sentiebat. Ita coactus sum etiam ego cum ea flere.

Postea mater ipsius mihi dixit: eam omnia, quæ sibi accidissent narrauisse D. Conrado Pfaffo. Tunc ego ad parochialem Ecclesiam iens, ex eo de re quæsiui. Respondit is, completa publica Missa, cùm ipse adhuc flaret ante aram D. virginis, venisse parentes mulieris: dicentes, eam, cùm mane surgeret, mutam factam esse. Iui ergo (inquit Conradus) cum eis ad mulierem: quæ nihil loqui poterat, antequam ex hypocausto eius exirent homines. Tum demum, matre ipsius & Conradino (vsque ad mediam noctem, sed postea arctè. Excitata autem eiulatu pueruli mei, recepi eum ad me. Vidi ibi senem sacerdotali habitu fulgentissimum. Hic in proximo scamno assidens, reprehendit me: quòd heri negotium alijs hominibus citius aperuissem quàm Decano. Veniam tamen simplicitati meæ, deprecantis, dedit: addiditque, rectè feciisse Decanum: qui illam adhortationem habuerit ad populum. Nam Deus (inquit) pœnitentiam populi admittit: eique benignè vult facere. Hanc gratiam à filio impetrauit Domina nostra: facta pace inter ipsum & vos. Dices Decano, vt alios etiam ad pœnitentiam adhortetur. Negauit mulier, se quicquam dicturam: quia plurimum doloris acceperit. Ergo muta eris (inquit) donec dixero. Ego sum S. Petrus, à virgine ad vos missus: non Iacobus, aut Nicolaus sicuti vulgus putat. Si Decanus & Sacerdotes nolent loqui: erunt & ipsi muti. Decano itaque Conradus narret: & ipse alijs prædicet. His dictis, euanuit. Dixit hæc mihi (inquit Decanus) D. Conradus. Vt pœnitentia agereturErat S. Petrus.

Tunc ego, pulsatâ adhuc vesperi campana, pro concione hæc multitudini dixi. Mulieri facultatem loquendi redijt: eaque dixit: Verè omnia, quæ dixistis, ita sunt. Tunc alij Deum laudare: alij perterreri, atque plorare. Miracula secuta.

Miracula, inde secuta. Octo circiter pueris (vt parentes eorum asserebant) mortuis, vita restituta fuit. Sanati sunt epileptici, hernioſi, & alijs morbis laborantes. Oblationes multæ fiebant: quas ego fideliter collegi: nec quid inde mihi reseruaui. Nec Dominus Ludouicus, Dux de Teck, Tecc. Dux Ludonicus.
bonæ memoriæ, vlla in re me impediuit: sed honorem S. Petri pro viribus promouit. De oblatis domum adificaui ego sacellum in loco vbi S. Petrus incesserat, vestigia baculo suo faciens. Testati sunt hæc ciues Oldenses, Viſchlinus & Kletterus. Tres item mulieres, ex proximo vico Tettin-
gen. Hæc hactenus.

Pulchra sunt ea: quæ me apparitionum Numinum, quæ in Homero meo sunt, admonent. Apparitiones Deorum Homericorum.
Vt cum Iliad. x. Minerua soli Achilli apparet, nec ab alijs cernitur: quæ eum à rixando cum Aga-

memnone dehortatur. Et 4. Iliad. Laodoci specie, Pandaro: incitans eum ad percutiendum sagitta Menelaum. Item cùm Iliad. 20. Apollo Lycaoni simulatus, Æneam depugnare cum Achille exhortatur. Venit mihi quoq; in mentem illorum Prædicatoriorum Monachorum: qui anno Domini 1509. magna miracula, apparente D. Maria sartori, per hunc ipsum Sartorem apud Bernates effecerunt. Sed hæc missa facio. Illa quæ in S. literis sunt, magis me mouent. Deuter. 13. Si surrexerit in medio tui Propheta: aut, qui se vidisse somnium dicat, &c. Galat. 1. Si Angelus de cælo diuersum Euangelium à nostro, vobis annuntiauerit, &c. Et 2. Cor. 11. Ipse etiam Satanas transformatur in Angelum lucis. Heb. 1. inuenîmus, S. Angelos mitti ad inseruiendum saluti piorum: non autẽ, Petrum aut Paulũ aliumúe sanctorum hominũ. Semper ad fontes Israelis eundem.

COMITIA SPIRÆ. MANCIPIA, AB VRACHIO NOBILI VENDITA.

Conradus, Augustani Vlrichi Abbas. Agnes, Teccensis Ducissa, quendam contractum approbat. Plures hinc inde Sueuicæ nobilitatis viri & fœminæ. Bellum inter Regem Bohemiæ, & Imp. Ludouicum. Perduellis quidam Rotvvilensium. Tigurinæ vi bis ἀριστοκρατία, in δημοκρατίαν mutata. Kilbergensi Gynæceo quiddam venditum. Oppidum VVirtembergense Bietighaimum. Manfredina Italiæ familia.

CAPVT X.

Comitia Spiræ. Pacis Imperij causâ.

ANNO 1333. magna erant Comitia Principum Spiræ: vbi per Imp. Ludouicum diligenter est actum de pace stabili per Imperium facienda (quia regiones pleræq;, diuturno bello perditæ erant) & de latrocinijs (cùm viæ tempore belli, infestæ proficiscentibus factæ essent) expurgandis. Conquestus etiam de iniurijs & violentia Papali: multos Ecclesiasticos & Politicos Principes sibi conciliauit.

Fulgura.

Continua 7. Cal. Iul. fulgura terruêre mortalium animos (teste Auent.) multosq; extinxêre. Sacris atq; victimis, vici vrbesq; lustratæ. Quidam equo vehens: reclinato in collum equi, capite, fulmen euitauit. Eluuies quoq; solito maior, agros inundauit.

Tubing. C. VValther. Geroltseck.

Comes VValtherus de Tubingen, Dominus in Geroltzeck, pignori sibi data habebat oppida Alsatiæ Erstein & Schutternum, & Castellum Schvvanau. Erat & Schænauum. Ex quo Castello cùm prædationes fierent in illis locis (quia VValtherus erat hostis ciuitatum) Argentinenses magno die Iouis exierunt contra Ersteinum: quod postridie vi ceperunt, præsidioq; munierunt: donec etiam Schutternum captum est. Postea destruxerunt, tum Ersteinum, tum Schvvanauum, tum Schutternum. Chron. Hertzog.

Constantiæ ad lacum Acronium (Lycosth. teste) propter læsos & malè tractatos Christianos, Iudæi nouem interfecti sunt, sex aquis submersi, duodecimq; combusti.

Syndelfing. collegium.

Vlricus, Comes VVirtembergensis, patronus fiebat Collegij Synadelphingensis.

Aichelberg.

Albertus, Comes Aichelbergensis, Adelborgensibus bona quædam vendidit.

Schænck. VVinid. Errun.

Conradus Schænckius VVinidensis, 1333. pridie assumpt. Mariæ (quæ vulgò dicebatur, der Errun.) tria iugera vineæ in Staigersberge sitæ, Lorchensibus, XXXIIII. cum dimidio libris guter Häller vendidit.

Ἀνδραπόδων πρᾶσις εὐτελής.

Vrach Truchseß. Mancipiorum venditio.

Ich Conradt der Truchseß von Vrach/ Ritter/ thun kundt vnd verjehe offentlichen an diesem Brieff allen den/ die diesen Brieff lesen/ sehen/ oder hören lesen: daß ich den Ersamen Geistlichen Herren/ dem Apt vnnd dem Conuent deß Closters zu Lorch/ hab geben die zwo Frawen/ Agnes/ vnnd jhr Schwester Mahilt/ Degan Reinbolts seligen Töchter/ vnd jhre Kindt/ die da von kommen mögen/ vmb drey pfundt häller: der ich gewerth von jhn bin. Vnd deß geb ich jn diesen Brieff besigelt mit meinem Insigel/ das daran hanget. Dieser Brieff ward geben/ da man zalt von Christus Geburt dreyzehen hundert Jar/ vnnd darnach in dem drey vnd dreysigsten Jar: an dem Sontag zu Mittfasten: Das war je wolfeil. Aber dazumal richtet man mit 3. ll. mehr auß/ deñ heutigs tags mit 30. ll. oder mehr. *Omnia, vili precio erant. Parum tunc pecuniæ, sed multa frugalitas. Hodie, multum pecuniæ, sed magna prodigalitas. Væ tibi auare & superbe Munde.*

Vilitas rerum, olim.

Vrbach. VValther.

VValther de Vrbach, vendidit Lorchensibus duo prata in vico Bliderhusen, beyde 4. Mansmat (4. iugera magna) 46. libris guter häller. Sponsores, Dominus Bernoldus de Vrbach, sein Vetter: VValther de Ebersperg. Frider. Mœr de Nippenburg. Anshelm de Vrbach, frater ipsius. Die sollens versprechen: oder nach ermanung/ vber acht tag selbs leisten zu Gemünd/ oder zu Schorndorff. Oder soll jeder einen Erbarn Knecht mit eim Pferd legen in rechte gesellschafft. *Die lunæ ante Michaelis, M.CCC.XXXIII.*

Iterum

Iterum contractus quidam, VValthero de Vrbach aliquid Lorcham vendente, confirmatus testibus: Bernoldo de Vrbach, & Frid. Mær de Nippenburg, eodem anno.

Hiltprandus, natus Herterij de Hertenegge militis, Canonicus secularis Ecclesiæ in Lorch, ob salutem animæ suæ, purè & simpliciter propter Deum, Canonicatum & præbendam suam resignauit Lorchensibus, 18. Kal. Maij, 1333. M. Scr. Herter.

Conflagratio ponitur ad hunc aut sequentem annum, cœnobij & fani S. Margaretæ apud Augustanos, ac Schvvibogenæ portæ, cum CC. VI. aut pluribus domibus. Item, fusio campanæ gustæ. Incendium Aug.

S. Mauricij, nominatæ Regina, die Palmarum.

Inscriptio Campanæ Ratisbonensis.

Mille trecentis triginta tribusque sub annis,
Tempore sub malo condita solo fui.* Campana Ratisbonensis.
En tuba sum Regum, populum voco, concito clerum.
Sanctos collaudo, tonitru fugo, funera plango.

Conradus VVinckler, ciuis Augustanus, 32. Abbas ad D. Vlricum factus est. Cæsari hic Ludouico percharus, ei à confessionibus erat: & pro omnibus ipsius liberis fideiussit in Baptismo. Habitus est pro secundo conditore Vlriciani cœnobij: quòd optimè de eo meritus esset: murisq; & arcubus à ciuitatis solo separasset. Idem postea Caroli Cæsari fuit acceptissimus: cui Carolus argenteam inauratam thecam, siue Monstrantiam, dono dedit; cui ille caluariam S. Dionysij Episcopi includeret. M. Scr. & Brusch. VVinckler Abbas. Monstrantia.

Anno 1334. Pont. Ioannes 22. nonagenarius, moriens reliquit in thesauro Ecclesiæ CCL. Turmas Ducatorum. Ei Benedictus 12. successit: qui pleraq; acta Ioannis recidit: & initiò non alieno animo ab Imperatore erat: sed metu Regum, Philippi Galliæ, & Ruperti Apuliæ, eum ab excommunicatione absoluere non est ausus. Pontifices Rom.

Contractus quidam. A D. Gottfrido de Rammingen.

Ich Wernt/ Hainrichen deß Becken Sohn von Vgingen/ thun kundt allen/ &c. daß ich hab zu kauffen geben/ Varnhaintzen einem Bürger von Göppingen/ vnd seinen Erben/ ein Pfundt järliches Gelts/ guter vnd genehmer Haller/ vmb zehen pfundt Haller: vnd bin der von jhm gewehret/ &c. vnnd soll jhm das vorgenannte Pfundt Gelts richten vnd geben/ oder seinen Erben/ ob er nit mehr were/ auß acht Vicharte Ackers/ der liegen fünffe zu Gamoltzhusen/ die heissen der Brügesacker/ vnd zween zu Heuningen/ bey dem weissen stege/ vnd einer an dem Lewe/ &c. alle Jar zu vnser Frawen tag der ehren. Bey diese Kauffe sind gewesen diese Gezeuge: Memhart der Bircker/ der alte. Ertzbach Leuderli von Geppingen. Otto Ertzbach/ der Rote. Suter/ der Scherer. Hofelich/ der Suter zugenannt. Vnd das diß alles/ war vnd stet bleibe: so hat vnser Gnädige Fraw/ die Hertzogin von Heuningen/ durch vnser bitt willē/ jhr Insigel gelegt an diesen Brieff. Diß geschach an Sanct Afren Tag/ in dem Jar/ da man zalt von Gottes Geburt/ Dreyzehenhundert Jar/ vnd vier vnd dreysig Jar. Göppingen.

S. AGNETIS, DVCISSE DE TECC.

In Sigillo, elephas.

Agnes hæc, suprà quoque anno 1327. est. Teccens. Agnes.

Eodem hoc 1334. A die S. Barthol. Fridericus Mullerus de Mandelberg, vendidit pagum Fünffbrunnen/ wolfeil Dorff. Fünffbrunnen/ *Comiti Burckarian seniori, & omnibus eius hæredibus,* vmb zwey vnd viertzig Pfund/ guter vnd geber Häller/ *cum omni pagi iure,* besucht vnd vnbesucht/ im Holtz/ vnd Feld. *Anno postea 1362.* an S. Sebasten abendt/ *Comes Hobenberg,* hat sich verziehen aller ansprach an das Dorff zu Fünffbrunnen/ außgenommen/ was arme Leut/ die damals da waren/ oder kommen würden/ die seiner von dem lieb waren.

Comites de VVirtemberg & Oetingen, Rineccam oppidum Episcopi Argentinensis occupant. Alb. Argent. Rineck.

Vlricus de Rammungen, eques, & frater eius VVernherus, quiddā vendiderunt Lorchenses. 1334. die S. Gregorij. Iisdem & Cunradus de Scharenstetten, eiusdem anni die S. Georgij quiddam vendidit. Rammingen.

Henricus Hæsler, ciuis Stutgard. vineam vendidit Hermanno, Parocho Mynsteræ: testibus, Alberto Nyttel, & Hugone Kleck, Iudicibus Stutgardianis, & alijs, signante D. Vlrico Nyttel Alberti, VVirtembergensi, Præposito Spiræ zu S. Widen: & M. Marquardo, Præposito Stutgardiano 1334. die S. Catharinæ. Stutgardia.

Merlburg. *Eodem anno Mersburgum, quòd Constantienſis Epiſcopus contra Imp. Ludouicum fauebat Papæ, obſeſſum fuit auxilio Cæſaris à Comite Hohenbergenſi, ſed fruſtrà: quia Conſtantienſes obſeſſis opitulabantur commeatu, rebuſq; alijs. 5. Stumpf. 9.*

Bellum Bohemi R. cum Imp. Ludouico. *Circa hæc tempora, Ioannes Bohemiæ R. bellum habebat contra Imp. Ludouicum: quòd hic Ducatum Cariuthiæ & Carniolæ, &c. (Duce harum regionum Henrico, ſine maſcula prole extincto) Auſtriacis Ducibus, Othoni & Alberto, conceſſiſſet: quem Ducatum Bohemus, ad ſuum filium Ioannem, qui illius mortui Henrici filiam (Maultaſcham, de qua dictum antea 1331. anno) habebat, pertinere arbitrabatur. Bohemo itaque Auſtriam depopulante: Imperator collectis copijs, accito VLRICO VVIRTEMBERGENSI, VVilhelmo Iuliacenſi, ſororio ſuo, Viennã nauigijs deuehitur. Ibi Iuliacenſem, Ducem creat: caſtra iuxta hoſtẽ locat. Sed interuentu bonorũ Principum, res conſtatione nouorũ coniugiorum tranſacta eſt. Lege Auent. lib. 7.*

Iuliacenſis Ducatus.

VVirtemb. Vlricus. *Anno 1335. obijt Vlricus iunior, Comes de VVirtemberg: vt ait Bruſch. qui eum inter benefactores Vlmenſis cœnobij S. Michaelis VVengenſis numerat.*

Tubing. Eccleſiæ Rector. *Eiuſdem anni idibus Mart. obijt D. Ludouicus, Rector Eccleſiæ in op. Tybinga: ſepultus iuxta ſacellum S. Benedicti. Ibi etiam humatus eſt eiuſdem Eccleſiæ Rector D. Bertholdus.*

Refectorium Bebenhuſenſis Monaſterij, ædificando abſolutum.

VVellſtain. *VValther Hagk de VVellſtain, & vxor eius Catharina de Kazzenſtain, vendunt Adnotatiam in Mulaſingen Lorchenſibus. Sponſores & ſigillatores: Albertus Hagk frater eius, Ioannes de Rechberg ſororius. Conradus* im Steinhauß/ *Gamund. ciuis. M. Scr.*

Hagkij. *Fuit autem prænobilis illa Hagkiorum familia (teſte Gabelc.) cui VVellſtain arx ad Kocherum, Luterburgum item, olim paruerunt. Ad Nicrum autem, Hohenzeck oppidum & arx: nec procul inde, arx Schaubeccia: quæ hodie nobilium eſt à Plieningen.*

Schaubeck.

Klingenberg. *Quidam Klingenbergius de Duellio, quendam Bodmenſem nobilem infeſtum habuit: cuius vicos combuſſit Bodmam vſque.*

Rotvvilenſium hoſtis callidus. *Infeſtabat Rotvvilenſes, σύνεσιν πρὸς αὐτοὺς ἔχων, cuiuſdam Baronis ab Hevven miniſter, multifariàm. In quem illi promiſerunt magnam pecuniam: ſi quis aut viuum, aut mortuum, ipſis traderet. Nomen ei erat Sedulus. Credo, virum nimis fuiſſe nobilem, πολυθαύμαστος. Hic quodam tempore habitu Abbatis, Rotvvilam cum fideli ſibi nobili ingreſſus, magno in honore à ciuibus habitus fuit, non agnoſcentibus. A quibus cum honoratus vino fuiſſet: ante portam ſe manifeſtauit, gratias agens: ſed perniciter auolauit. Quodam deinde tempore, abacto pecore, ciuibus ipſum perſequentibus: ipſe ſtrigoſo equuleo vectus, ſacco farinæ inſidens, veſte ruſtica, ſalutãs hoſtes ſuos, incognitus tranſijt, tanquam è molendino reuertens. Alio tempore aduerſarijs pagum in quo eum eſſe ſciebant, circumdantibus: ille, ἐν ἀφύκτῳ ἐχόμενος, ſumptâ veſte ruſtica lacera, faſce fœni capite occultato: tanquam equis aratoribus pabulum allaturus, impunè per illos euaſit. Tandem Rotvvilenſes, ne aſtutiâ eius grauius læderentur, controuerſiam cum eo tranſegerunt. Stumpf. lib. 5. cap. 39. ex Ioan. Virodurano Monacho. Erat ille talis, qualis Apelles Gailingenſis cantatur fuiſſe, eques expeditiſſimus: auiarium pecunioſum, & pendentes ad portã Noribergenſis vrbis oriens, agilitate mira auferens: ſed tandem à miniſtris illius lauditiſſimæ Reipub. captus: καὶ ξίφει ἐγγὺς ἐπὶ τοῦ τῶν παρόντων λιθοβολούμενος.* Es thuts ein weil/ aber zu letzt/ gemeiniglich ein böß end.

Tiguri. *Tiguri facta 1335. ſeditione 7. Iunij: Senatus loco ſuo motus eſt, & alius in locum eius ſubſtitutus. Potentiores enim & nobiles viri, mutua affinitate inter ſe iuncti, res arbitratu ſuo geſſerant. Nouo ergo Senatu inſtituto: factus eſt conſul Rudolphus Brunius: inſtitutæ ſunt quoque Tribus de nouo, quæ antea non fuerant. Extorres verò illi priores ſenatores, Rappers vvilam ad Ioannem de Habſpurg pleriq; ſe receperunt. Inde, poſtea multa mala. Munſt. lib. 3. cap. 68. Vide infrà 1350 annum Chriſti.*

Tiguri. Reipub. mutatio.

Ventus. Græninga. *Eodem 1335. anno, die Sim. & Iudæ, maximus & violentiſſimus ventus, in partibus Rheni Sueuiæq; ſæuijt: qui ædificia proſtrauit, arbores radicitus euulſit. Trit.* *Anno 1336. oppidum Græninga ad Comitem VVirtemberg. Vlricum peruenit, vt antehac dictum: nempe lib. 3. cap. 12.*

Tubing Palat. Rudolphus. Wir Graff Rudolph/ Pfaltzgraff von Tübingen/ genannt der Scherer/ ꝛc. *Inſtigillo, equus bello inſtructus: cui ipſe, cataphractus inſidet. Scutum ad eius ſiniſtram: in quo, vexillum. In dextra, haſta cum vexillo. Circumſcriptio. S. Comitis Rudolphi de Tuvvingen, Palatini. Literarum Datum, M. CCC. XXXVI. Inter alia ſigilla, etiam hoc appenſum eſt: S. Henrici, Comitis de Tuvvingen. Nec additum eſt, Palatini. In ſcuto, vexillum: in galea, duo cornua, inter ſe aſpicientia conuexitate ſua. Nec tamen in literis mentio ſit huius Henrici, nec quòd obſignauerit.*

Obijt

Obijt Hainricus, Comes Palat. de Tuvvingen, die natiuitatis Domini. Bæblingæ sepultus. Et Henricus.
Inueniuntur Conradus & Ioannes de Rechberg: ille, 1336. hic, 1338. Rechberg.
Hiltebrandus de Manthal. Aduocatiam Cuneueldicam prope Essingam, 1336. vendidit 18. Essinga.
ll. guter pfenning Haller/ *Abbati Ludouico & conuentui Lorchensi. Testes, Albertus & Vlricus de Snaitberch.*

Albertus VVirt Ergazingensis, & filius eius Albert. vendiderunt Kilbergensi Priorissæ Kilberg. Prioriss.
& conuentui curiam quandam, cultam quotannis à Roggenvvibelio, cum omnibus pertinentijs: sa.
der järlichen gülten 14. Malter Rocken (Horber mäß) 3. Malter Habern/ vnnd 1. Scheffel Erwisen/ *CVIII. libris,* guter vnd genehmer Haller. *Testes:* Joannes Böcklin/ Vogt zu Horb. Bernhardus Stacheler. Matthæus der Richter. Marquardus Böcklin/ *ciues Horbens.*

Actum (datis sponsoribus, & potestate in obstagium citandi, Horbam in cauponam) anno 1336. *die Simonis & Iudæ.*

Adelhaida & Sophia sorores, Hugonis Hailfingensis *filiæ, Burckardi & Reinhardi fra-* Hailfingen.
trum de Ebingen vxores: consensu maritorum suorum, homines & bona, quæ habebant Reustæ, cum omni iure, Bebenhusanis pridie S. Ambrosij 1336. donarunt.

Bietighaimum hi temporibus adhuc pagus erat: sub VVirtembergicis, & Venningijs, ac Bietighaim.
Schvvabeckijs: ac modò circa 1386. *factum est oppidum: totumq; ad VVirtembergiam venit.*

In medio eius, cum adhuc pagus esset, castellum stetit. Prope oppidum, ruinæ arcis appa- VVeilera castel-
rent, VVeilera dictæ: quod nomen postea loco remansit. Sic appellatur etiam locus: vbi, si Bietig- lum.
haimo descendas, villa Hegnach olim fuit. Steterunt aliæ quoq; arces apud Bietighaimum: nempe trans Entium, Hofen: & Aspergum versus, Brachen. M. Scr.

Obijt 1336. Rudolphus Senior, Comes Hohenbergensis, *Ianu. 16. Habuit vxorem Irmelgar-* Hohenberg. Rud.
dam VVirtembergensem. Fundatio S. Mauricij Ebingæ Rotemburgicæ, ei tribuitur. Fuerat senior.
Comitis Alberti filius. M. Scr.

Hoc tempore in Italia Richardus Manfredus florebat: ex clarissima Manfredi (Sueuici Manfredus
generis) Siciliæ Regis familia ortus. Hic dominabatur in Flaminia, ciuitatibus Fauentiæ & Richard.
Imola, cum fratre Ioanne. Sed sub Valentino Borgia hæc familia perijt, Pontificante Alexandro VI. Qui Borgia Guidonem quoque Veltrensem, Vrbini dominum, 1482. oppressit. Iac. Phil. Berg.

METEORA QVÆDAM. HASTILVDIVM GENERALE XVIII. GERmanorum. Sueui multi nobiles, in literis contractuum. Emphyteuticus contractus. Hericus, Episcopus Augustanus. Pontificibus Rom. lucrosa, Alemannorum stultitia, & inter se discordiæ. VVirtemberg. Comes Vlricus, in Vrbe Metis. Comites illustres, Hugo Hohenbergens. & Conradus Tubingens. Incendium Rotvvilę. Campidonensis Abbas, Conradus.

CAPVT XI.

ANNO 1337. *diruus Cometa per æstatem apparuit: cum quo & alter Cometa, aliquot menses* Cometæ.
fulsit. Etiam aliàs sanguine pluisse traditur. Præterea, locustarum ingens vis ab oriente Locustæ.
erupit: senas alas, dentes gemmarum instar nitentes, habentium. Tanquam nubes, Solis conspectum auferebant: longitudine 35. millia passuum, latitudine 10. occupabant. Auent. ex Lycosth.

TORNEAMENTVM.

Ludi circenses vel equestres decimioctaui, Ingelhaimi oppido Imperiali, hebdomade diem Hastiludium. 18.
Dominicum post *Omnium Sanctorum secuta, acti sunt.* Ingelhaimi.

Reges eorum, equites quatuor.

Ioannes Truchsæssius de *VValdpurg. Fridericus de Preissing. Erasmus de Liechtenstein. Adamus de Kœnigs Eck.*

Interfuêre Sueui, aut Sueuis affines.

Eberhardus Greiner, *Comes VVirtembergens. Rudolphus dictus Magnus, Marchio Badensis. Ioannes Comes Hohenzollerensis. Sigismundus, Comes Fyrstenbergensis. Christoph. Dominus VVeinspergensis. Fridericus, Dominus Iustingensis. VVilhelmus, D. Hohenrolzeckensis. Theodoric. D. Stauffensis.*

Nobiles.

Gyltling. Cronenberg. Langenovv.

Eraſmus Rechbergius. Paulus Gyltlingius. Ioan. Weiß Feurbachius. Ioan. Cronenbergius. Ioan. Gemmingius. Chriſtoph. Lindouius. Frideric. de Stain. VVernher de Langenovv. Georg. Adelman de Adelmansfælden. Frideric. Fæslerus. Et alij.

Contractus quidam.

Herteri duo.

Tuſſelingenſes nobiles viri, Dominus Fridericus & Diemo Herteri, fratres, emerunt 1337. anno, próximâ poſt S. Martini Feria 6. trecentis viginti libris bonorum obolorum, ab Hainrico de Nugeneck, & vxore eius Sophia, bona ipſorum: quæ habebant in Schainbuch, &

Braitenholtz.

Braitenholtz, & Entringen: cum hominibus, agros, vineas, &c. Promiſſis omnibus, quæ ad firmum contractum requiruntur. Commemorantur ibi nobiles alij: Albertus, Hainrici affinis,

VVerſtain. VVittingen. Salbadingen.

Kilchher: zu Herbertingen / vnd Giltelingen. Herr Conradt von Werſtain / Ritter. Herr Hans von Wittingen / Ritter. Herr Wernher von Salbadingen / Ritter. Rudolph von Ramſperg. *Hi citandi erant, ſi opus foret, Tubingam, aut Rotenburgum, aut Herrenbergam, vt ſponſores. Erat Albertus ille, frater Sophiæ. Literæ ab eis obſignatæ, Entringæ Dict. Nipp. Nugeneck, Newveneck, Neuneck.*

Rutenſes.

Eodem anno 1337. anno (ſed ante præcedentem contractum, nempe die Mercurij ante VValpurgis) apud Rotvvilenſes literæ venditionis cuiuſdam factæ ſunt, hæc ſumma. Dominus Petrus de Rutt ſenior, eques Albertus, nepos Petri ex fratre, eques: & quinque filij D. Petri. Dominus Reinhardus, eques: Petrus / Kirchher: zu Rotwile. Joannes / Kirchher: zu Bir-

Alperſpach.

tingen: Berchtoldus & Rentzmannus. Hi vendiderunt Alperſpachenſi cœnobio (conſentiente D. Hugone de Kurneck, equite, Rentzmanni curatore) plurima bona (cenſus pecuniarios,

Venditio.

decimas frugum, gallinarum, caſeorum: areas, prata, curias, iudicia, collaturas, molendina, res & homines, &c.) mille & ſeptuaginta duabus libris, atque ſedecim ſolidis. Ea autem bona erant in vicis: Rœtenberg Honvviler, Petricella, Rumlindorffo, Betzifvvilera, Glatthain, Vogelbergo, Gaiſvvanga, Elnboga, &c.

Hæc omnia, tot ac tanta bona, cum omni iure, Monaſterio prorſus tradidêre propria, citra vllam vnquam cuiuſquam repugnantiam: Weder mit Geiſtlichen / noch Weltlichen Gericht: keinen weg / ſuß noch ſo.

Teſtes contractus huius obſeruandi, à venditoribus dati:

Kurneck. Saltzuat.

Dux Teccenſis Fridericus. Comes Berchtoldus de Sultz. D. Conradus de VVerſtain. D. Hugo de Kurneck. D. Burc. de Kurneck. D. Alvvertus de Orve. D. Burcardus Saltzuat. Hugo de VVehingen. Burc. de Kurneck, D. Brunonis F. Bentz (Berchtoldus) der Maier. Si quis contra hunc contractum ageret: horum erat, propugnare: aut per iuramentum erant Rotvvilam citandi, Oberndorffum ve: donec Alperſpachenſibus ſua poſſeſſio, certa redderetur.

Obſtagium.

Si quis ipſe horum ſponſorum nollet comparere: is obligatus erat, ſeruum cum equo in publicam cauponam horum oppidorum mittere: ibique obſtagium obire (alida teiſten) quandiu cæteri omnes.

Aliquo horum ſponſorum mortuo: alius ſubſtituendus erat & 14. diebus ſiſtendus, ſi vocaretur. Quod duobus ex ſponſoribus placeret, ac cœnobitis, de die aliquo conuocationis: hoc cæteris quoque probandum erat. Venditores etiam iurarunt, proſe & ſuis hæredibus: ſe operam daturos, vt ſponſores liberarentur hoc onere ſponſionis, ſine ſuo detrimento. Sigilla, & à venditoribus appenſa, & à ſponſoribus, & à curatore Hugone.

Eodem die Erckingel Eigelvvart à Valchenſtain, liber Iudex Aulicus Rotvvilæ nomine Cæſaris Ludouici literis confirmauit præcedentem contractum.

Oberndorff.

Eiuſdem 1337. anni octauo die ante S. Vrbani, approbarunt Scultetus & Iudices Oberndorffenſes contractum quendam: factum inter Conradum Schafhobr, & Conradum Maierum Ellenbogenſem, 64. ll. probæ monetæ: qui Schafhabr bona quædam in Furnſal venum dederat alteri, mutwilliglich vnd vnbezwungen: *id eſt, ſponte ſua, nec coactè.*

LOCATIO EMPHYTEVTICA.

Emphyteuticus contractus. Lorcha.

Eberhardus Treglin, curiam ſeu villam Tammæ conduxit in ſe & ſuos hæredes, zu einem rechten ſteten Erblehen: *vt daret Abbati & conuentui Lorchenſi, annuatim XVI. Malter* lauters Rockens Grüninger Mezze: *idque repræſentaret Gryningam, aut Mynſteram, ſine ipſorum impenſa & detrimento, ad diem S. Galli. Niſi id fieret, vel ab ipſo, vel ab hæredibus: curia reditura erat ad Monaſterium. Nec vlla calamitas eximebat ipſas à Canone dicto præſtando.*

Eberhardo

Eberhardo mortuo: hæredum erat accedere Abbatem: datisque 5 solidis, curiam ab eo accipere. Signauit D. Fridericus de Nippenburg, eques: & D. Bernoldus de Sachsenhaim, eques. Emphyteosis (ἐμφύτευσις) melioratio est (sic loquebantur) quia initiò sterilia tantùm, per hunc contractum concedebantur: vt, qui acciperet, rem in meliorem statũ adduceret. Emphyteota (ἐμφυτευτής) qui talia conducit. Locatio emphyteotica (μίσθωσις ἐμφυτευτική) hinleihung der Güter vmb besserung willen M. Scr. Nippenburg. Emphyteusis.

Differentia ἐμφυτεύσεως, καὶ μισθώσεως, καὶ ἐκποιήσεως: Emphyteuseos, & locationis, & Alienationis Locatio, vel conductio, semel facta, vbi negotium peractum fuerit, cessat. Locatio & conductio.

Alienatio, venditio in pertuum est: nec, qui emit, quotannis aliquid numerare vel soluere cogitur. Alienatio.

Emphyteusis, potest perpetuò manere: & sic à conductione differt. Quotannis etiam aliquid numerat: & sic ab alienatione differt. Itaq; ipsa medium quiddam, inter Alienationem & Locationem est. Harmenopul. lib. 3. Tit. 4. Emphyteusis ab vtraq; differt.

Eodem 1337. anno erat Abbas Murrharti Henricus: & Parochus ibi, Pfaff Albrecht.

Heinricus à Schæneck, Vlrici Augustani Episcopi decessoris frater germanus, in locum eius substitutus à Canonicorum senatu est: intercedentibus Imper. Ludouici precibus. Cui quia deditus erat: exauctoritus est 1349. anno à Papa: eiq; successor datus, Marquardus Randeccius: cui cessit Henricus, cùm 12. A. præfuisset, reseruatâ sibi annua pensione. Absoluit reliquum vitæ tursum in oppido Sueuicæ Gamundiæ, charus omnibus. Obijt 1368. sepultus ibi in parochia D. Virginis. Brusch. Schœneccius Henric. August. Episcopus.

Copiosus hoc 1337. anno erat prouentus frugum, vini, leguminum, fructuum. G. Fabric. Misn. 2. Cõtrà, Tritenh. ait: magnam fuisse (in Sueuia) hominum & pecorum pestem, caritatemq; frumenti: ac multos pauperes fame perijsse. Frugum prouentus.

Anno 1337. Imper. Ludouicus Regi Anglo Eduardo, Regnum Gallicum sibi quodam iure vendicanti, atq; auxilia contra Philip. Galliæ R. petenti, promisit: sed Principibus obtemperare nolentibus, præstare non potuit. Itaq; pecuniam Anglus frustrà exposuerat. Trit. Anglus Eduardus.

Antea verò miserat Imperator legatos ad Papam, pacis conciliandæ gratiâ: sed ij redierant re infecta: quòd Pontifex à Rege Franciæ deprauatus esset. His suspectam esse dixerunt Germanorum concordiam. Prouerbio dici à Romanensibus: sibi quàm maximè vtile esse, GERMANOS ESSE QVAM STOLIDISSIMOS. Ideo 4. idus Iul. 1338. Proceres, & Ecclesiastici & Politici in agro Moguntino congressi: hostem Reip. atq; religionis Christianæ proditorem, iudicarunt: quicunq; acta Vicesimisecundi tutaretur. Ex solo electionis beneficio omnem potestatem imperiumque proficisci: nec vllo pacto Pontificis Romani, in hac re sanctimonia & consensu opus esse. Francofordiæ deinde Scripto, 6. August. eiusdem anni, Ludouicus denuò Papæ arrogantiam confixit. Inter alia, pessimi Pharisæi, inquit, perditissimi Antichristi, Comitis Cæsareis, suffragijs Principum, rebus impositum, aiunt, non esse Imperatorem: nisi primarius Sacerdos, qui Dominus rerum, & vtriusque potestatis manceps sit, author fiat, &c. Vide Auentin lib. 7. & Naucler. Generat. 45. Magna turbatio inde per Germaniam, præsertim Sueuiam, secuta est. Monachi namque qui Pontifici adhærebant, Francofordiâ & Reutlinga, & aliunde, expulsi fuerunt. Hedio Paralip. Germanorum stultitia & discordia, Pontifici Rom. vtilis. In Papam pro Cæsare.

Mandauit eodem anno Cæs. Ludouicus omnibus Clericis & religiosis: vt sacra quæ Papa interdixerat, iterum exerceret. Paruerunt alij, alij non. Eiecti sunt ab Vlmensibus fratres Prædicatores qui contra Papam esse nollent. Sic à Constantiensibus quoq; & Thuricensibus factum. Altero autem anno, oppidum Rotvvila combustum fuit vsq; ad sex domos. Credebant superstitiosi factum esse propter despectum Papæ. Fuit etiam magna seditio Constantiæ, ciuibus Magistratus creantibus. Felix Fabri. Vlma.

Circa hæc tempora, in ciuitate Metensi solennis conuentus nobilium habebatur: Ludiq; hastici celebrabantur. Ibi VVirtenbergensis Comes Vlricus (Heros bello & pace præstantissimus) honorificè habitus, cùm in reditu domum versus esset: iuxta oppidum Benfeldum (Benfeldum Alsatiæ) à milite quodam de Vinstingen, nihil tale de eo meritus, nec prouocatus, captus est: cæterisq; dimissis solus in custodiam aduersarij abductus: nec prius inde dimissus quàm centies mille marcas argenti (λύτρον) dependisset. Naucler. Alicubi inueni, hunc Vlricum fuisse Vlrici F. & Eberhardi Illustris N. Vinstingensis miles Vlricum VVirt. capit.

Sacelli ædificatio, concessa.

Hohenberg. C. Hugo.

Wir Graff Hug von Hohenberg/verjehen offentlich mit diesem Brieff/ꝛc. Daß wir mit gunst vñ mit willen vnsers lieben Pfaffen/Meister Bilgrins/Probst deß Stiffts zu Ehingen bey dem Necker/ vnnd den Korherren gemeinglich desselbigen Stiffts/ günnet haben vñ günnen/mit vrkund diß gegenwertigen Brieffs: leuterlich durch Gott/ vnnd durch vnserer/vnd vnserer Vorfahren/Seelen heils willen: dem bescheiden Mann Walther Wigelin/von dem Wiler vnder Rotenburg: durch seine ernstliche vnd Göttliche begirde: eine Capelle auff vnserm eigen/ zu stifften vnnd zu machen: vnder vnser Burgk zu Rotenburg bey der Landtstrasse/ in Sanct Jos ehre: Also daß die vorgesetzte Korherren/dieselbe Capell besingen/vnd Messe da sprechen sollen/ ob sie wöllen. Vnnd welcher vnder jhn Messe da singet/ oder spricht: der sol den halben theil nemen deß Opffers: das zu der Messe auff den Altar geopffert wirdt: vnnd das ander halbe theil gehöret an den Bauw derselben Capellen. Were aber/daß die vorgesetzte Korherren/die Capell selber nicht besingen/ noch mit Gottesdienst außrichten wolten: Da hat der vorgesetzte Wigeli vollen gewalt/die Capelle zubesorgen vnd zubesetzen mit einem ehrbarn Priester/ ohn alle jrrung/auffs beste er mag/ꝛc. Das ist vnser wille/ vnd zugethaner stäter sicherheit/der vorgesetzten dinge/ so geben wir diesen Brieff versiegelt mit vnserm eigenen Insiegel. Wir Maister Bilgrin/Probst deß vorgenannten Stiffts/vnd die Korherren gemeiniglich desselbigen Stiffts: verjehen auch mit diesem Brieff: daß die vorgesetzte ding/ mit vnserm gunst vnd willen beschehen seyn/vnnd geben darumb zu einer ewigen gezeugnuß vnsern Insiegel auch an diesen Brieff. Der zu Rotenburg geben ist an dem nechsten Sambstag nach Sanct Martins Tag /in dem Jahr da man zahlt von Gottes Geburt dreyzehen hundert Jahr/darnach in dem acht vnd dreissigsten Jahre.

Approbatio emptionis, Herteris Tusselingensibus factæ.

Tubing. Comes Conradus. Herrenberg. Neuneck.

Wir Graff Cunrad von Tübingen / genannt der Schärer/ verjehen vnnd thun kundt allen den/die disen Brieff sehen/oder hören lesen: daß wir zu Gericht sassen zu Herrenberg/in vnserer Grafschafft/an deß Reichs Landtstraß/da sieben Richter waren. Da kam für vns Hainrich von Nünecke/vnd Sophia sein eheliche Wirtin: vñ baten vns/daß wir jn einen Fürsprechen geben. Das geschahe/ꝛc. *Summa. Vendebant Hainricus & vxor (vt Aduocatus proferebat) suam partem: quam in Nunekke, & in bonis atq; hominibus, ad eam in Schainbuch atq; Braitenholtz pertinentibus, habebant: D. Friderico Hertero de Tusselingen, ac Diemoni fratri eius. Sed quia ipsius Sophiæ dos, in ijs bonis collocata erat: ideo de sententia Iudicum, mulieri datus est patronus vel Curator* (zu eim Vogt) *D. BVRKARDVS de Ehingen: de cuius voluntate (vt & mariti) ipsa renuntiaret illis bonis.* Da hat die Vro (Frauw) geschworen zu den Heiligen/einen gelehrten (fürgelesenen) Eydt / mit auffgebottenen Fingern/dieselben Güter nimmer anzusprechen/ꝛc. Dieser ding zu vrkundt der warheit/ haben wir der vorgenannt Graff Cunrad/ vnser Insigel geben an diesen Brieff. Ich die vorgenannt Sophia / verjehe offentlich aller der vorgeschriebenen dinge / vnder meines vorgenannten Vogts Insiegel: die sie durch meiner bitte willen / an diesen Brieff gehenget haben/ꝛc. *Datum* zu Tübingen/*pridie S. Laurentij*: in dem Jar/da man zahlt von Gottes Geburt dreyzehen hundert / acht vnd dreissig Jahr.

Herteri duo.

Ehingenus Burc.

S. CVNR. CO. TVVVINGENS. PAL.

Dux Teccensis Ludouicus, literis confirmat venditas à se decimas in Baltmarsvveiler, cuidam ciui Eßlingensi.

Rechberghusen. Husen.

Dominus Ioannes de Rechberghusen, Ritter / *Adelbergensibus bona quædam vendidit* 1338. *Filium habuit itidem Ioannem. Tunc etiam viuebant* Johann vnd Diether von Husen/ Edelknecht. *Item, Rieger Plieninger: nec non Dominus Fridericus de VVesterstetten, eques,* zu Drachstain.

Halæ viuebat Heinricus Sulmaister, Consul.

Rotvvilæ sulmen.

Rotvvila de cœlo tacta est in æstate. Vnde multa ædificia, & homines circiter LX. conflagrarunt. Pœnitentiam tunc populus egit: multæq; etiam aliæ ciuitates disciplinam correxerunt.

Campidonensis Monast. discordia.

Campidoni Abbas erat Conradus 3. Qui cum propter implacabiles Monachorum dissordias, ex cœnobio aufugisset (vt à Bruschio ex M. Scr. libro, quem habuimus, scribitur) datus est eis à Papa Episcopus Constantiensis, Commissarius. Qui cœnobio Rectorem præfecit, dum placarentur fratres,

fratrem, aliquandiu in arce Hillemontana habitantem, Sacerdotem ac præpositum Conradum Klangenbergerum. Huic concubina, nomine Rosina Latnerina (si tibi sit pellex, non est tibi tua suppellex: inquit Palingenius) arcam literis diplomatibusq; plenam subripuit: ac quibusuis emptoribus vendidit. His literis suffulti, & animis aucti, Campidonenses (cùm Præpositus ille esset ignauus: populoq; ad omnia cõniueret: nec amplius Priuilegia curaret in ciuitate pagiq; recitanda) strenuè incubuerunt ad loci sui mœnia turresq; absoluendas. Quibus perfectis: tum demum Campidonum accepit nomen oppidi: quoniam antehac, alicubi tantùm habebat muros: multisq; locis peruium erat, præsertim Abbati & Monachis. Tunc multis immunitatibus libertatibusq; sese ciuitas auxit. Denique sub isto Præposito, Monasterij claues ad portas ciuitatis, amissæ sunt: ciuesq; ἀλλοῖοι ἀλλοσε πονοῦντες, egregiè suis rebus consuluerunt.

Rosina pellex.

Campidonum; factum oppidum.

Ad confluentes Rheni & Mosæ, puella IX. annorum, ex seruo conceptum puerum peperit. Func.

Puella πρωτότοκος.

In veteri membrana dissecta, scriptum. Λόγος χρυσόβυλλος (exijt) ἐκδοθὲν. ἐβλήθη τὸ ἐξαπτικὸν χιλιοστὸν ἑπτακοσιοστὸν τεσσαρακοστὸν ἔτος ἀπὸ Ἀδὰμ ἔτος: id est, anno Christi 1338. & versus 6. Indict. Additum erat: Κυβερνῶντος, οὐ χριστοῦ τοῦ θεοῦ πατρὸς βασιλεύς, καὶ κύριος ἀνὼρ ῥωμαίων. In lib. Iosuæ, Iudicum, &c. Augustanæ Bibliothecæ Græcæ. Hoc 1591. Christi, à Græcis numeratur annus Mundi 7100.

IMP. LVDOVICI RES IN BAVARIA GESTÆ. VICTORIA BERnatium ante op. Loupum. VVirtemberg. Comitis Vlrici proles. Seditio. Halensium Sueuorum, primariæque ibi familiæ. Barones Blochingenses. Nobiles plures Sueuiæ, & alia. Thomas Palæologus, Græcus hodiernus.

CAPVT XII.

ANNO 1339. Imp. Ludouicus æstatem & hyemem Francofordiæ exegit. Duci Bauariæ, Papam colenti, bellum indixerat, Henrico: & ideo Landshutani Dominicastri, Templum suum clauserant: remque diuinam facere cessarant, in contumeliam Cæsaris. Quo Henrico defuncto, nihilominus in pertinacia perstiterant. Cùm autem Imperator Landshutam veniret: nec eos quisquam curaret: tædebat ipsos suæ solitudinis: atque amicitiam Cæsaris sibi optassent: sed leuitatis crimine notari timebant. Ergo Ducem de Teck clàm sibi conciliant: quid ab eo fieri velint, edocent. Hic igitur ex composito, postridie luce prima, cum facibus ardentibus ad contubernium istius mendicantis religionis currit: pulsat vehementer: ædem sacram actutum aperiri, rem diuinam more pristino celebrari, imperat. Aliter se fanum cum Monachis concrematurum, magna vociferatione & comminatione simulat. Statim οἱ ἀκροώμενοι τὰς, fallaciæ huius fabri cupidè obtemperant: Templum reserant: sacra rursum palàm (bono hoc colore reconciliationis quæsito) faciunt. Auentin.

Landshutenses Prædicatores, contra Cæsarem.

Strategema ipsorum.

VValcherus de Geroltzecke, dominus Sulitzæ, prædium quoddam apud Dornhaimum, quod ciui Rotwilensi Hermanno Guto concesserat, recepit abeo: & propter eius fidelia seruitia, ipsius tandem, Alpersbachensi Monasterio propter Deum liberè tradidit. Quod prædium colebant quotannis VValcherus Schuler, & VVernherus Longus: pendens annuatim 6. malira tritici, & 1. anserem. Altum nach Gottes Geburt M. CCC. XXXIX. anno, Feriâ tertia post D. virginia in æstate, in oppido Sulitza.

Geroltzeccenses VValther.

Viuebant per hoc tempus nobiles hi duo: Wolff von Bry/ & Luithardus de Houen. Nobilitas Vchelandiæ, libertati fœderatarum ciuitatum Syluanarum infestæ: auxilio Nuuenburgensium, Fyrstenbergensis, Friburgensis, Sabaudiensis, aliorumq; comitum, bellum mouerunt. Ibi 21. Iun. 1339. Bernates, ciuitati suæ Loupo obsessæ succurrentes, prælio victi sunt: occisis quatuor fortè millibus de exercitu procerum, & Cæsaris Ludouici: inter quos, 14. erant Comites, & circiter 80. coronatæ galeæ. Tum nobilis quidam Blumbergius ex Sueuia, Nolo verò, inquit, ego superstes esse tantæ nobilitati occisæ. Quo dicto: continuò hastâ intenta incurrit ἀπὸ ῥοῦπος (laxis habenis) in hostes: confossusque, occubuit. Stumpf. libro octauo, capite duodecimo, & Munsterus libro tertio, capit. septuagesimo secundo. Adepti sunt Bernenses hanc totam victoriam, Duce belli Rudolpho ab Erlach, equite, ciue suo. Qui à Comite suo de Nidouu contra Bernates incitatus, obedire hac in parte recusauit. Ideo Comes, ἐπώμοσεν (in malam crucem) inquit. Vnus vir, nullus vir. Ibi Rudolphus, Videbis, ait, quid vnus vir possit. octauo Stumpf, decimo nono. Interijt in prælio hic Nidouius (Rudolphum

Bry. Houen.

Berna, nobilium apud op. Loupum victrix.

Blumberg.

Erlachenses Rudolphus.

Nidau.

dolphum & ipsum nominatum puto) & Ioann. Comes de Sabaudia, Comes Eberhardus Valendisius, cum permultis alijs Proceribus. Signa adepti, Bernates, 25. Erlach, oppidum est: Nidovv, oppidum & arx, in Auenticensi Heluetiæ pago.

Erlach.

Petrarcha.

Franciscus Petrarcha florebat Romæ, poëta laureatus.

Anno 1340. Papa, Imperium vacare dicitans (Cæsare scil. excommunicato) omne ius illius ad se recidisse aiens: Tyrannos Italiæ, pro legitimis Principibus confirmauit. Func. & Blondus.

Vlricus, & alij VVirtemberg. Comites.

Vlrico, Comiti VVirtembergico, illustris Eberhardi (de quo sup. part. 2. lib. 12. cap. 9.) filio, qui his temporibus viuebat, aliàs Sophiam Pfirtensem, aliàs Alberti iunioris Hohenberg. Comitis filiam Irmengardam, vxorem fuisse inuenio. Hæc varietas inde est (teste Gabelc.) quòd Illustris ille, duos Vlricos filios habuit: quorum seniori Irmengardis, iuniori verò Sophia, nuptæ fuerunt. Irmegardis quædam, in cathedrali Ehingæ Neccaricæ Ecclesia sepulta iacet. Vide libr. 12. infrà, anno 1590.

Vlrici iuniorís liberi.

- Eberhardus, dictus Greiner, vel Rauscher, vel Rauschenbart. Præses Sueuiæ 1360. obijt 1393. Maij 15. Vxor eius, Elisabet. Comitissa Heunenbergensis. Hinc Vlricus F.
- Vlricus. Vxor Catharina Helffenstainia, vidua, 1360.

Hoc tempore inuenitur etiam Catharina, Comitissa VVirtemberg. nupta Helffenstainio Vlrico iuniori.

Ponuntur huc etiam hi. 1. Vlricus, Comes VVirtemb. cui nupta, Agnes Helffenstainia. 2. Margareta, Comit. VVirtemb. nupta Adolpho Rauenstainio Comiti. 3. Henricus, Comes VVirtemb. Cui nupta, Sophia Hohenbergen.

Holnstain.

Stabat hoc tempore iuxta Horbam, domus quædam lapidea non magni facienda, vocata Holnstain. Inde tamen diu vexabant nobiles quidam Dominos VVirtembergicos. Qui obsidere illam volentes, non audebant id facere: quòd à Comitibus Hohenbergensibus non sinerentur. Ex Gotefrido de Rammingen.

Halæ Sueuicæ, noua dissensio. VVirtemb. Comes Vlricus.

Eodem 1340. anno rursum magna extitit discordia, inter Senatum populumque Halensem Sueuiæ: propter Reipub. administrationem, ne soli nobiles vel patricij regnarent. Ob quam sedandam, Imp. Ludouicus Legatos eò misit, die Dominico ante S. Matthæi diem: quorum princeps fuit Vlricus, Comes VVirtembergensis. Facta est concordia postridie Matthæi: & specificè declaratum: vt senatus viri essent XXVI. nempe 12. patricij, 6. mediæ conditionis ciues (Mittelburger) & 8. ex opificibus. Accesserunt aliæ quoq; conditiones æquæ. G. VVideman. Ioannes verò Heroldus dicit: 7. Patricij. 7. Medij. 12. Infimi. Vide infrà lib. 10. annum 1512.

Halenses nobiles.

Erant eo tempore, Halæ, hi nobiles & præcipuæ familiæ. G. VVid.

Gleicher. Müncken. Schulthaiß. Schneewasser. Heinberg. Eurhauser. Morstain. Elwanger. Sulmaister. Sunthaimer. Sullawer/Berler dicti. Weissen. Braunen. Triller. Lottinger. Gabelstatt. Alten. Aspach. Osawein. Schmaltreuw. Honhart. Wintersteinmetz. Stoltzen. Bedler. Schonberg. Petershaim. Kurtzen. Hesner von Sunthaim. Berler. Sider. Teurer. Pfeilen. Lacher. Eberhart. Klaincontzen. Gebsidel. Marpach. Müntzmaister. Feldner/Geier dicti. Leckinger. Gest. Stickel. De Thann. Struller. Cuntzenlawer. Hennenberger. Egen. Bittinger. Eßwein. Gailenkirchen. Philipsen. Eltershofer. Kolman. Hagendorn. Gnannen. Lawren. Eberwein. Lecher. Klingenfels. Nager. Vnmussen. Prediger. Herbotten. Engelershausen. Ernsten. Streckfuß.

Inter Sulmaisteros erat Conradus Philippus, Nicolai F.

Sequentes, Halæ habitantes, inde excelsêre. mutatione Reip. improbata.

Emigrantes ex C. Hala.

Velberg. Crailshaim. Rhot. Enslingen. Newenstain. Newenfels. Stetten. Bachenstain. Schawenberg. Eisenhut. Hagenbuch. Nordlingen. Scheffaw. Gottspühel. Thalhaim. *Infesti postea patriæ, præsertim in bello ciuitatum.*

Saxenhaim. Hermannus. Hacke Iacobus.

Vixit per hoc tempus Bietighaimi, Hermannus de Saxenhaim, eques auratus. Iacobus Hagge, ciuis Marpachensis Sueuus, & Guta Vxor eius, semiiugerum contulerunt Monasterio Lorchæ: testibus, Alberto Chenlino nobili, & Sculteto ibi Ludouico: sigillo Marbachensium Iudicum appenso.

Fridberg.

Eodem 1340. Die Fastenmeß/von Fridberg gen Franckfurt gelegt worden.

Henri-

Henricus de Honberg, Parochiæ Pfullendorffensi quosdam census attribuit, proximâ Dominicâ post purific. Mariæ, anno millesimo trecentesimo quadragesimo. Erat Pfullendorffium, curationis Kynigbrunnensis.

Bildenreutum, Montalium cœnobium in nemore Noribergensi, consentiente Imp. Ludouico, inceptum. De quo apud Bruschium. Bildenreut

Per totam Alemanniam, maxima sæuijt pestilentia: quam & magna fames secuta est. Trittenhem. Pestilentia.

Vaticinabantur quidam inter Franciscanos Enthusiastæ de extremo die auctore Ioanne quodam de rupescissa. Qui in carcere detentus vsq; ad diem, quem præstituerat sensit, à Dæmone se delusum esse: & asseclæ eius ad mentem redierunt. Terror is etiam Imp. Ludouici aulam inuaserat. G. Fabric. Annal Misnens. Extremus dies.

Carthusia extra Argentinam condita 1340 est ab Ioanne de Meichsen, Gerhardo de Sachsen, Vernhero de Hessen. Destructa 1591. Hertzog. Chron. De illa, antehac etiam.

Anno 1341 frigus hyemis tantum fuit: vt militantibus Cruciferis in Liuonia nares, digiti, ἀδικαπρώτερα, inde perierint. Constantiæ ad lacum Acronium, grauis & pernicioſa fuit ciuium aduersus Magistratum seditio. Noribergæ diro incendio 400 domus consumptæ. Lycosth. Hyems frigidissima.

Viuebant per hæc tempora Barones quidam, de Blochinga dicti, non ita procul ab vrbe Eßlinga, Eberspachum versus. Marquardus, cognomento Neidlingus, Baro Blochingensis fuit, fratres habens: quorum vnus erat in Monasterio Murrhartensi Monachus. Sed & cæteri fratres, se vitæ Monasticæ addixerunt. Sic ipsorum genus, coniugio prolifico abstinentium, extinctum fuit. Putantur orti fuisse ab Eberspachensibus Baronibus. Fuit initio Marquardus, de quo dictum, Præpositus Bambergæ, & custos Augustæ, qui fauore Pontif. Clementis 6. Henrico Schæneccio adhuc viuente (sub Cæs. Ludouico 1341.) Episcopus Augustanus est factus. Ita Dauidis quidem Vollaberi chartæ, quas mihi dederat. Sed Bruschius Marquardum hunc, nobilem à Randeck facit. Blochingensi autem Marquardo mortuo (inquiunt eædem chartæ) hæc ditio ad Virtembergenses peruenit: Præfecturaque Stutgardianæ inserta est. Fuerat autem hic Marquardus, tandem Patriarcha Aquileiæ factus. Vnde, si Rhythmi olim in tabula Senaculi Blochingensi: Bloching. Barones.

Ein Patriarch zu Aglai wolbekannt:
Der hat hie bey gesundem Leben/
Dem Flecken durch lauter Gotts willen geben/
Alle Welt/all Maid/von Waid/trieb vnd thrat (ius pecorum agendorum, eam terram calcantium) daß man jm ewig zu dancken hat:
Solls auch nicht vergessen Jung/noch Alt.
Dessen Seel auch vnser Gott erhalt.

Bruschij autem sententiam, Marquardum prædictum Randeccijs nobilibus attribuentis, Gabelcouerus approbat. Fuit enim ille (inquit) ex familia Randeccia: quæ supra Kirchemium, non procul à Neidlinga habitauit. Nam tres familiæ huius nominis fuêre. Hegoij, qui caput leonis pro Insigni habent. Rhætij, qui tria lilia. Et Subteccenses, quorum se arma sic habent. Vide infrà An. 1363. Randeck.

Cunradus & Ioannes de Valthusen fratres, & D. Conradus Adelmannus eques, ipsorum propinquus (Oheim / θειμος) & curator: bona quædam obligarunt literis cœnobio Lorchensi. Testes: frater Sifridus, Prior. Frater Sifridus de Bebingen, Conuentualis. Cunradus Adelmannus, curator prædictorum duorum fratrum, eques. Vlricus de Schechingen. Rudgerus de Valthusen, ipsorum cognatus. Valther Holzvvart, Officialis & curator prædictorum Dominorum Valthausen. Lorchensium. Signarunt Conradus Valthusanus & Adelmannus, atq; Rudgerus. Actum Dominicâ ante Nicolai, 1341. Adelmannus. Schechingen.

Obijt 1341. Domina Irmelgardis, Comitis Rudolfi de Hohenberg vxor, nata ex Comitibus Virtembergensibus.

Literas Græcas die 13. Septemb. 1591. quo hæc scribebam, Argentorato accepi: scriptas amanter à illustri viro, D. Thoma Palæologo ad me: quibus aliorum erga se humanitatem, aliorum arrogantiam commemorabo: corpore minus benè valens. In sigillo, clypeus cum bicipite aquila: & 2. Leonibus, clypei latera tenentibus. De quo, infrà lib. 12. cap. 38. Thomas Palæologus.

PAPA

PAPA CLEMENS VI. TVBINGENSIS OPPIDI VENDITIO. NOBILES & Abbates aliquot Sueuiæ: vt, VVIGHARDVS Hirſaugienſis. Orientis Impp. quarti, duo Ioannes: genuinus, CALOIOANNES Palæol. & inuaſor, CANTACVZENVS. Legati ab Imp. Ludouico, Auinionem ad ſuperbum Papam miſſi. Sumptuariæ leges aduerſus profuſiones nobilium. Bellum in Sueuia. VVirtembergenſes, Bebenhuſenſium tutores. Clementia, vidua Bellenſtainenſis. Haidelbergicum vas vinarium.

CAPVT XIII.

ANNO 1342. Ianuar. 23. prima noctis horâ, tonitrua, fulgura, grando, imber extitit magnus. Tritenh.

Clemens 6. Papa.

Clemens 6. Lamouicenſis Gallus, creatur Pont. Auinione in Monaſt. Prædicatorum, à 21. Cardinalib. nonis Maij. Coronatus ibidem 14. Cal. Iun. die Pentecoſtes. Onuph.

Imperator, in Eccleſiæ ditione plures Vicarios confirmauit. Papa verò Luchinum, & Ioannem fratrem eius ſolos Inſubriæ præfecit. Func. ex Blondo & Platina.

Tubing. Palat. Godefridus & VVilhelmus.

Hoc 1342. anno, illuſtres viri, Gœtzoue, Godefridus, & VVilhelmus, fratres, Comites Palantini de Tuvvingen, vendidère ciuitatem Tubingenſem cum caſtro, & omnibus ſuis annexis, generoſo VVirtembergenſi Comiti Vlrico. Itaq; altero mox anno, Bebenhuſanum Monaſterium (quod à Rudolpho Palant. de Tuvvingen, circiter 1189. conditum, & inſtructum probè fuerat) cum omnibus bonis, quæ in oppido Tybinga & circum habebat, vênit in patrocinium Comitum VVirtembergicorum. Tunc autem Tybingam, paruum oppidum fuiſſe intelligo ex doctis ſenibus: ita, vt inferior tantùm pars eius (quam ferè vinitores hodie, & opifices ſolùm, incolunt) vſque ad hodiernum forum pertigerit. A foro autem, vſq; ad ſtuuium Nicrum (in qua parte ſuperiore, honoratiores ferè hodie domus ſunt, & illuſtris Academiæ ædificia atq; auditoria, deſcendendo ad Neccaricum murum vſque) vepres ac ſentes creuiſſe, propè abſq; domibus, animaduerto. Habuit Comes Gotfridus vxorem, nomine Claram, Comitiſſam Friburgenſem Briſgoiæ: quæ ei caſtrum Liechteneccum attulit: quod hodie ab hac perantiqua illuſtriq; ſtirpe adhuc laudabiliter poſſidetur.

Tybinga, ad VVirtembergēſ.

Liechteneck.

Maurſtetten. Neiffen.

Viuebant eodem tempore Bertholdus & Henricus fratres: appellati, Herren zu Maurſtetten vnd Neiffen.

Beringen.

Conrad der Rüß/Ritter/tradidit 1342. quædam Adelbergenſibus, in Erlewang.

Rugger de Beringen, eques: ſuo filio Henrico de Beringen, Canonico Auguſtano, tradidit omnia ſua bona: potius, quàm filiæ ſuæ filijs, Friderico & Heinrico de Lainberg: die lunæ ante Georgij, 1342. Teſtes: Abbas Lud. Lorchenſis. Albertus de Hohenrechberch, eques. Frideric. de Teggingen, gener Ruggeri huius. Conradus im Steinhauß. Sifridus Turn, dictus der Schöne/Gamund, ciuis.

Ex literis Kirchaimicis. Conrad vnnd Hans Zimmerlin von Dettingen/fratres. Bentz Schwicklin von Dettingen. Vlrich vnd Wernher die Küffer.

Stainenberg. Feudum.

Eodē anno, Egge molitor von vorder Stainberg: & Cunrad der Strubel/atq; Eggelin, filij eius: quandam vendiderunt curiam villám ve 16. libris Hallenſ. (agros, prata, hortos, paſcua, ligna, aquam) Lorchenſibus: quam ab eis rurſus in beneficij loco acceperunt: vt quotannis inde illis darent 30. ß. Hallenſ. & medimnum (maltrum) auenæ, Gamundianæ menſuræ, ac 4. pullos gallinaceos. Teſtes: Abbates, Lud. Lorchenſ. & Henricus Murrhartenſ. aliíq;.

Giglinga.

Vlricus, Comes VVirtembergenſ. renuntiauit 1342. iuri collaturæ in oppido Giglinga: quòd id nobilis Dominus de Niſſen Rudolphus, à Præpoſito & conuentu Monaſterij S. Crucis extra mœnia Spiræ, obtinuiſſet. Datum Kaltenthalæ, die S. Iacobi. M. Scr.

Hohenberg. C. Albertus.

Circa hoc tempus, teſtimonium perhibitum eſt de literis fundati & inſtructi Monaſterij Bebenhuſani: Incipit: Albertus, Dei gratiâ Comes de Hohenberg, Imperialis Aulæ Cancellarius, " vniuerſis præſentes literas inſpecturis ſalutem in Domino, cum notitia ſubſcriptorum. Nouerint " omnes, nos literas Rodolphi, quondam Palatini Comitis de Tuvvingen, ſanas & integras: non " cancellatas non abolitas, nec in aliqua ſui parte vitiatas, omni ſuſpicione carentes, vidiſſe & legiſ- " ſe: formā, quæ ſequitur, continentes. Ego Rodolphus, Dei gratiâ Palatinus Comes de Tuvvingen, " venerabili Abbati Diepoldo, &c. Acta ſunt hæc anno Dom. M. C. XCI. ab Incarnatione Domini; " imperante Heinrico Rom. Imp. Datum in Aſperg, &c. Et nos præfatus Comes Albertus quod vi- " dimus, teſtamur: & in teſtimonium noſtræ viſionis, ſigillum noſtrum præſenti inſtrumento duximus

mus appendendum. Datum per Copiam, anno Domini M. CCC. XLII. Cal. Mart. Indict. 10. Al. 1340 secundo Cal. Martij. M. Scr.

Augia diues Abbatem accepit Eberhardum, Baronem de Brandis: animo non corpore, magnum. Eius frustrà se opposuit Diethelmus de Krenckingen. Praefuit 37. A. admodum infeliciter. Brusch.

Hirsaugiæ Abbas obijt Sigismundus, 8. Kal. Iul. 1342. vir optimus & benemeritus. In cuius locum suffectus est 32. Abbas, VVighardus, natione Suevus, cœtus huius Monachus. Prudens fuit, laboriosus, iura cœnobij alienata reuocans: sed disciplina illa superior, quæ olim viguerat languebat. Peculium Monachis indulsit sicut antecessores. Confirmatus est à Spirensis Ecclesiæ Antistite Gerhardo: & priuilegiorum confirmationem ab Imp. Ludouico impetrauit. Praefuit A. 12. M.8. D.3. Tritenh.

Hirsang. Abbas VVighardus.

Circa hoc tempus, IIII. Constantinopoli erant IMPP. CÆS. IOHANNES, ANDRONICI F. Palæologus: & IOANNES CANTACVZENVS, PII FEL. Augg. imperantes vnà circiter 16. A. Inter se bello contendentes, primi Turcas sibi vtrinq; auxilio in Europam accersiuerunt (vbi Orientali Imperio) donec Cantacuzenus Imperio se abdicans, Monachum induit: atq; contra Alcoranum, pro religione Christiana, orationes 8. scripsit: quæ Basileæ 1543. ab Ioanne Oporino (quem honoris causâ nomino: virum optimè de re literaria, & meis Grammaticis vtriusq; linguæ, Græcæ & Latinæ, libellis, meritum) cum Gualtheri Tigurini latina conuersione, typis expressæ sunt. Quas ego à Calendis Iulij, vsq; ad nonum eiusdem mensis diem, anno 1566. cum voluptate perlegi: interim in Academia etiam docens. Priori Imperatori, Calo Ioanni nomen fuit: Cantacuzeno verò, monasticè armato, Ioasapho.

Impp. in Oriente 4. Ioan. Palæologus, & Ioan. Cantacuzenus. Turcis ianua patefacta.

Tunc subscriptiones hæ factæ sunt, tractatus cuiusdam.

Ἰωάννης ὁ Χριστῷ τῷ θεῷ πιστὸς βασιλεὺς, καὶ αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων, ὁ Παλαιολόγος, ἐλέῳ θεοῦ καὶ χρυσοβούλλοις λόγοις πεπολιτευμένος, τάδε φάσκει, καὶ ὁμολογεῖ πρὸς ἑαυτόν τε καὶ τοὺς αὐτοῦ παῖδας. Ὅσα μὲν οὖν μητρὸς ἀβουλίᾳ τὴν βασιλείαν, πρὸς ἐξουσίαν πάσης ἀφεῖναι καὶ μοναδικὴν,

Subscriptiones Graecorum.

Et alij subscripserant.

ANno 1343. ab Imperatore legati missi erant Auinionem, ad Pont. Clementem: Humbertus Viennæ, Allobrogũ, & Ludouicus inferior in Otingen Sueuiæ Regulus (tutor Ludouicius) atq; Vlricus Hangenobr, Magister Epistolarum siue Cancellarius Augusti. Amore enim Reipub. tram ponebat Cæsar: in se præter æquum & bonum commissa condonabat: pacem expectebat: omnia patienda statuebat: quoad spes aliqua concordiæ stabiliundæ relinqueretur. Flamines verò (quos Auentinus, hæc scribẽs, genus hominum pernicatissimum affirmat) rati: ad quos Legati mitterentur, ijs auctoritatem attribui: timorem eorum, qui mitterentur, significari: orationum atq; consultationum ambagibus tempus extrahebant: nullum finem, nec modum, neq; cupiditati, neq; iræ, nisi vincerent, votiq; compotes fierent, ponebant. nec ponere norant. Aliquo manifesto piaculo impietatem in Pontifices maximos, TERRARVM DEOS, temerè perpetratam, luendam esse causabantur. Conabatur verò Franciæ Rex Philippus, vt Augustum ab Anglo abstraheret, sibiq; conciliaret, Papam & Cæsarem inter se reconciliare. Sed totum triennium his consultationibus extractum est. Interim in Germania, Imperator pacem inter ciues & equites stabilem procurabat: Proceres, AD PARSIMONIAM frugalitatemq; hortabatur: leges vestiarias & sumptuarias, quibus luxuriæ efferuescentis æstus refrigeraretur, ferendas & seruandas persuasit. Quippe NOBILIVM PLERIQVE, patrimonia amplissima consumpserant: pecuniam, supellectilem, familiam, prædia agros, arces, oppida, luxuriando & pompam ostentando proluerant: Auentino teste: venditionibus prædiorum & hominum in Monasteria, testibus. Itaq; calamitas nobilium & illustrium familiarum seges vberrima erat Monachorum. Fundati, fundatores suos deuorabant. Die Mutter ward von jhren Töchtern außgefressen. Pontifices, pro lubrio habebant Augustos: quibus persuasum erat, religionem quidem, rectam esse, tanquam diuinam & noui testamenti, ceu gladio vibranti penetrantissimo, tenebras dispulit, & cornicum oculos confixit.

Imp. Ludouici legatio de pace, Auinionem, ad P. Clementem.

Cardinalium ingenium.

Irritus pacis conatus.

Sumptuariæ leges.

Prodigalitas nobilium.

Inde crescebant Monachi.

Eodem 1343. anno, ortæ sunt lites inter domum Austriæ, & Comitem Eberhardum de Wirtemberg Greinerum, comitemq; Schelcklingẽsem, propter Danubij oppidum Ebingam: quod Dux Austriæ à Schelcklingensi, certis conditionibus comparauerat: Eberhardus autem se in eo aliquid iuris habere existimabat. Itaque exercitu collecto, illorum amborum copias profligauit. Tunc

VVirtemb. C. Eberhardus Greinerus.

Mengen. Mengen oppidum, per VVirtembergenses Comites in deditionem acceptum, deuastatumq; fuit. Gestum est non sine sanguine. & damno partis vtriusque, bellum hoc Sueuicum: nec parum adiuuare Pontificias partes videbatur. Interposuit quidem se Imperator: sed cauit hoc facere coactus est: ne vel VVirtembergicos, vel Austrios, à se alienaret: Pontifice hanc discordiam pro viribus alente: multumq; Angliæ Regem vt Cæsar Ludouicus exterminaretur, sollicitante. Naucler. & Mutius, aliiq;. Sed transactio postea secuta est.

VVirtemberga arx. Eodem anno, proximâ Feria 6. post S. Gregorij Papæ, literæ Germanicæ in castello VVirtemberga (zu Wirtemberg auff der Burck) datæ sunt: Comitem Vlricum, & filios eius Eberhardum Vlricumq; recipere Abbatem & conuentum Bebenhusanum, eorumq; Ecclesiastas, Sacerdotes, & bona, Tybingæ circaq; Tybingam, in suam tutelam ac defensionem: ita duntaxat, vt ne contra Imp. Roman. Item, vt duas liberas curias (zwen freye Höfe) in oppido Tybingæ perpetuò haberent, cum pertinentibus eò rebus omnibus.

Bebenhusa, in tutela VVirtembergens. Comitum.

Tybingæ 2. Höf. Den einen/ an dem Osterberg / welcher begreifft zwey Häuser: Meister Heinrichs Kern/ vnd Conrads deß Höuen. Den andern/ in der Müntze (in monetario vico: vbi scil. moneta cudebatur) der Gokken (al Golcken) seligen Baß. Ibi licere ipsorum esse duos hospites (zween Wirte) qui eis domibus præessent: tdq; liberè, absq; vllius tributi pensione, aut in emendo vendendóve exactione nummorum. Quibus Ecclesiasticis curatoribus etiam licebat, suum quoddam habere molendinum ad riuum Ammeram. Quisquis in ipsorum sylua cæderet ligna: ab eo multam 5. solidorum Tybingensium soluendam esse. Qui illorum frumentum demeteret: aut sementim & gramen desecaret: luere binos solidos, quotiescunq; hoc auderet, debere. In primis verò, pro damno dato satisfaciendum esse. Præterea, de manifestis eorum debitis, censibus, decimis, Sculteto & apparitores (Schultheissen vnd Büttel) debere absq; Iudicum sententia requisita, pignora, citra moram illi constituere. Quod ni fieret: eis fas esse, appellare quosuis suos debitores, adducere in iudicium Ecclesiasticum, accusare: ac tantisper reos peragere, dum ad suum peruenirent, &c.

Hohenberg. C. Ludouicus. Ludouicus de Hohenhart, & vxor Margareta (Frawe Marg. sein eheliche Wirtin) Lorchensibus curiam in Salhab vendiderunt. Signauit etiam Abbas Kaumbergensis Conradus.

Bellenstain. Tha.ham. Clementia, Hugonis defuncti filia, à Bellenstain: & Hugo de Thalhain, Clementiæ huius filius: permissu Theodorici de Stainbulwen, & D. Theodorici Custodis (deß Custors) de Reichenbach suorum curatorum: vendiderunt Feriâ 4. ante S. Valentini, 1343. Alperspachensibus cœnobitis, Aduocatiam (Vogtey) & bona sua, omni cũiure, in pago Rœtenberg sita (welches Dorff ligt ob der Steig zu Renhartshoue) & vnâ syluam Huttenbachiam, ligna & solam. &c. 24. libris obolorum probæ monetæ. Testati sunt prædicti curatores: nullam cõtrouersiam de hoc contractu emptoribus motum iri: sed ratum retentum iri. Testatisunt & Volcius Krauthaar Nennecius: Diemo & Steimarus fratres, Sculteti Dornstettenses, aliiq;. Sigillo muniuit Theodor. Stainbulbius (quòd venditores isti, & curator custos, propria sigilla non haberent) Dornstettæ.

Rotenberg.

Stainbulben. Halæ viuebant Emericus & Iohannes, Henrici Sulmaisteri filij.

Inundatio. Fuit hoc anno tanta inundatio Constantiæ: vt iuxta portam piscariam circa Prædicatores, aqua murum ciuitatis conscenderent: Rhenus etiam omnes pontes auferret. Secuta est magna fames. F. Fabri.

Vinum vetustum. Haidelbergæ, in Cella vinaria Electorũ, vas inscriptum erat, nostro tempore: Hierinn verfaster Wein/ in anno 1343. gewachsen: vnd bißhero zum besten vnd fleissigsten verwahret worden. Vas vinarium quoddam, ibi: continens 56 plaustra vini Haidelbergica: quorum quodq; continet 4½ mensuras. Longum 21. pedes: fundum verò, intus 12. pedes altum.

EXPEDITIONIS SYRIACÆ PRÆDICATIO. COMITIS VVIRTEMberg. Vlrici mors. Tybingenses Comites, Gottefridus, VVilhelmus, & alij. Oppidum Beblingæ. Comes Ostertagus Zollerensis. VValther Geroltzeccius. Conradus VVartembergius. Nobiles complures Sueuiæ. Sacellum Halæ Feldnerinum. Vlricus, Constantiæ Episcopus. Ioanna, Neapolitanâ βασιλίδος Regina. Ecclesiæ duæ, Alperspachensi cœnobio incorporatæ. Op. Calua cum arce, ad VVirtembergenses vênit. Berckilense prædium. Holandia, ad Bauaros.

CAPVT XIIII.

Cruciatæ in Turcas prædicatio. ANno 1344. Clemens P. cruciatam seu passagiũ in Turcas, per Germaniam prædicari iussit, vltra cõsuetas Indulgẽtias, etiã esum ouorũ ac lacticiniorũ, sextis Feriis cõcedens, extra Quadrage-

dragesimam. Moguntinus verò Henr. Imp. Ludouico deditus, nec contribuere quid voluit nec Indulgentias istas curauit. Gens igitur Christiana in Asiam vecta, Smyrnam (quæ olim Homerum sibi vendicauit) cepit: ac sæpe deinde, magna vtrinq; clade cum Turcis pugnauit. Idem Pont. Clementi, denuò Imp. Ludouicum è cœtu Ecclesiæ expunxit. Trit. & Palmer.

Illustris princeps & Dominus, Vlricus Comes VVirtembergensis, obijt XI. Iulij, anno M. CCC. XLIIII. Stutgardiæ scriptum in Ecclesia Parochiali. VVirtemb. C. Vlrici mors.

De eodem Heroë, alibi in hanc sententiam inuenio. Obijt 1344. Vlricus, Eberhardi Illustr. filius, nonagenarius: qui contemptis bullis Pontificijs, aduersus Imp. Ludouicum editis, defendit hunc. Coniugem habuit Sophiam, Diepoldi Comitis Phirretarum filiam. Reliquit filios (Triten. teste) Vdalricum & Eberhardum. Quorum prior, post Ann. 26. absque prole mortuus est: alter verò longo viuens tempore, multa bella cum ciuitatibus imperij & nobilibus gessit, per annos, ferè 46. Filij eius.

Comes Godefridus, Comitis VVilhelmi de Tubingen F. renunciat iuri: quod is habere sibi visus erat, passionis & stabulationis canum (der Hundt legin) in cœnobio Bebenhusano: à quo ideo accepit CCL. libras probæ monetæ. Signarunt literas ipse Godefridus Comes, & frater eius Henricus, dictus VVilhelmus. Item Schærerij Comites Rudolphus & Conradus, cognati ipsorum, Tubingenses. Denig; propinquus eorum, Comes Henricus Eberstainius. Datum 1344. proximâ Feria 6. ante diem Ioan. Baptistæ. Tubing. C. Godefridus.

EBERHARDVS ET VLRICVS, Comites VVirtembergenses, fratres, filij Comit. Vlrici.

Diese haben den Edlen / jhren lieben Oheimen / Graffen Götzen von Tübingen: vnd jrer lieben Mumen / Fraw Claren / Gräfin von Freiburg / seiner eheliehen Wirtin / Böblingen Statt vnd Burck / mit dem Kirchsatz vnd Wildbann / darzu gehörig: vnnd 2. Dörffer / Tagershaim vnd Darmshaim: mit Leut vnd Gütern eingeben: zu pflegen vnd den Nutzen darauß zu haben / per vitam: absq; alienatione bonorum. Filiæ, quam habeant, ipsos prosecturos. Sin alias ex se filias acquirant: eis à VVirtembergicis comitibus prouisum iri, vel matrimonio, vel monasterio. Sin filios: eis vsum & administrationem, nec non ipsorum posteris, mansuram perpetuò. Sin absque mascula prole demoriantur: reditura hæc bona ad VVirtembergenses. Quibus & Tybingenses auxilio fore, equitatu & peditatu, &c. Signarunt literas cum VVirtembergicis, auch jhre liebe Oheime / Graff Burckart der alt / Graff Hugo / vnnd Graff Otto von Hohenberg: Graff Rudolff / vnd Graff Conrad / die Schärer genannt / von Herrenberg / jhre liebe Vettern. Item / Vlrich von Wirtemberg / Probst zu Sanct Weiden zu Speir. Item / jhre liebe Diener. Albrecht von Rechberg. Burckart Sturmfeder. Albrecht Hofwart. Friderich von Nippenburg. Herr Conrad Reiß. Egenolff von Freiberg. Actum Schorndorffij, quartâ Feria post Sancti Martini proxima, anno M. CCC. XLIIII. Böblinga. Tagershaim. Darmshaim. Hohenberg. Cómites. Reiß.

Eodem anno nobilis Comes de VVirtemberg, villam Marchthal (vt Bruschius scribit) & omnes Monasterij Chortes. sub Abbate 24. Conrado Gagiro (al. Geiero) incendio vastauit pridie S. Catharinæ. Abbas igitur mœrens, & egestate pressus, profugit, nec amplius apparuit. Inuenio alicubi, ab Eberhardo factum esse: cùm à bello domum rediret: quod cum Austrio & Schelcklingensi Dominis ei fuisse, præced. anno dictum est. Altingensis præbenda (die Pfrünt zu Altingen) instituta est ab Abbate & conuentu Bebenhusensi 1344. Marchthal. Altingen.

Literæ patrimonij diuisi.

Wir Graff Ostertag von Zoller / Chorher: zu Straßburg / vnd zu Augspurg / versehen offentlich mit diesem Brieff / ꝛc. Daß vns zu rechtem theil worden sind (in diuisione cum fratribus nostris) Netten bey Haigerloch vnnd Ewingen / Grosselfingen vnnd Wellhain / Hausen vnd Willhain vnnd Haigenbach: mit allen rechten vnd gerechtigkeiten / die zu denselben Dörffern gehören: vnd die losunge zu Hohenstain / mit allen rechten / ꝛc. Vnd die hie nachgeschriebene Kirchensatz: Kirchensatz vnnd Burck zu Messingen / Schlatt den Kirchensatz: Obernstetten / Walstetten / vnd Willhain / den Kirchensatz / mit allen jhren rechten / ꝛc. Vnd verzeihen vns fürbaß aller Recht / die wir von Vatter oder Mutter zu eröen hetten / an die Herrschafft zu Zollere / Leut vnd Gut / ꝛc. Wir haben auch geschworen einen Eydt zu den Heiligen / mit gelehrten worten / vnnd mit auffgebottenen Fingern / alle diese vorgeschriebene ding wahr vnnd stät zu halten / ohn alle gefehrde / ꝛc. Zollerensis C. Ostertag. Ewingen. Grosselfingen. Messingen.

Testes:

VValchi. Vnser lieber Vetter von Zolre/ der alt: Deß Haimburg ist Egenolff von Gomeringen. Fritz vnd Albrecht die Walche/ Gebrüder. Walther der Walch. Diem von Gomeringen. Albrecht Fülli. Fritz Hürning/ vnd anderer ehrbarer Leute viel/ ꝛc.

Vechingen. Vnd zu mehrer sicherheit/ so hat vnser jeglicher besonder sein eigen Insiegel/ zu einem offenen Gezeugnuß/ zu deß vorgenannten vnsers Herren Insiegel gehencket an diesen Brieff: Der geben ist zu Hechingen/ an dem nechsten Sambstag vor Sanct Johannes Tag zu Sunnwenden: in dem Jahr/ da man zahlt von Gottes Geburt dreyzehen hundert Jahr/ vnd darnach in dem vier vnd viertzigsten Jahr.

Geroltzeck. Tabingen. Alperspach. VVitchen. *Eodem anno, die S. Michaelis, literæ hæ confectæ sunt Schenckencellæ. VValther de Geroltzeck, Dominus in Geroltzeck, nominatus de Tuvvingen & Georgius Henricus q. filij eius: ab Abbate Brunone Alperspachensi, & conuentu, centum ll probæ monetæ mutuas sumpserunt: pro quibus interim hypothecam posuerunt aquam piscatoriam* (Wasser vnd Fischentz) *nomine Renhartsvvve: ab ortu eius riui, vsq; ad ponticulum iuxta destructã arcẽ* (Bürgstall) *VVitchensem: sed ea conditione, vt possent biennio à proximè venturo die VValpurgis, redimere, C. libris Monasterio reddendis. Si non eo spacio redimerent: possent à Monasterialibus moneri: zu Hauß/ zu Hoff/ oder vnder Degen: vt redimerent 2. proximis mensibus. Sponsores in eam rem:* Neuneck. *Dominus Bruno de Brandeck, eques. Volcius de Nunecke, dictus Spiser. Alter indidem Volcius, cognominatus* Kreußhaar. *Iohan. de Tettingen, præfectus ipsorum Geroltzeckiorum. Henricus Hulvver. Albertus de Grunethal.*

VVolfach. *Si pecunia 2. mensibus non redderetur: sponsores moneri poterant: & post 8. dies obstagium imponebatur eis Oberndorffij, vel Sultzæ, per iuramentum, in caupona: vnde, nisi satisfactum esset, non recederent. Qui ipse nollet eò venire: seruum cum equo mittere tenebatur. Sponsori fortè mortuo, alius erat 8. diebus substituendus. Tueri Abbas riuum poterat contra alios: & debitorum erat, eum adiuuare. Piscari tamen licebat debitoribus in eodem amne: vel cum Abbate, vel sine Abbate. Vicißim autem Abbati, venari in eorum nemoribus cis VVolfachum oppidum,* (in jhren Wildpannen vnd Wälden) *per suam vitam. Firmata sunt hæc sigillis tum debitorum, tum sponsorum: nisi quòd Abbas, ipse sigillum non habens, se sub sigillo Dominorum suorum Geroltzeckiorum contineri voluit.*

Nobiles in literis Kirchaimensibus.

Hainß von Hochschlitz. Conrad von Hohenstain/ genannt von Dettingen. Johan von Hohenstain/ *frater eius.*

VVartembergius Conradus. *Die S. Thomæ, eiusdem 1344. anni, Conradus de VVartemberg, Aulicus Cæs. Ludouici Iudex Rotvvilæ, confirmauit donationem Burckardi Hutteneccij: qua hic propter Deum, ob salutem suam, & antecessorum suorum, Monasterio Alperspachensi curiam quandam* (Fronhoff) *Hohen Meßingæ sitam, omnibus cum commodis & iure tradidit.*

Ehingentus Reinhardus. Sulmaisteri. Senfftij. *Florebant hoc tempore nobiles: Reinhardus de Ehingen, VVernheri F. & Ioannes de Neuneck, atque Halæ Sueuicæ, Henricus Sulmaister, qui Ioannitas ibi, prædio quodam Santzenbachensi donauit, 1344. Quo anno etiam Emerichus Sulmaister viuebat: & VValtherus Senfftius, testis in literis, apud Ioannitarum Halæ Collegium asseruatis. Obijt VValtherus 1346. anno, eques, nec non Senator Halensis. Hic nomen Sulmaisterorum mutauit: ac Senfftij nomen sibi posterisque adsciuit. Pro ala quoque glauca, monocerotem absque pedibus glaucum, Senfftius assumpsit super galeam Insignium. Et sicut scuti glauci media pars transuersa, est flaua: sic etiam Monocerotis media colli ac faciei, & ipsius cornu, pars, adhuc flaua conspicitur. Vixit sequenti 1347. anno, alius quidam VValther Senfftius, literis testantibus. De quo 1352. plura M. Script.*

Feldnerinum Halæ sacellum. *In eadem Halæ ciuitate, anno 1344. nobiles viri, Feldneri & Geieri (al. Stettenij) ac quædam eorum vidua, ex Velbergensibus nata sacellum (in quo, eorum sepulcra) cum quatuor præbendis & altari in cœmeterio S. Michaelis ad sinistrum latus, in angulo antrorsum, forum versus, ædificarunt. Quod sacellum anno 1509. rursus sublatum est, permissu Pont. Iulij 2. cùm chorus Ecclesiæ Sammichaëlicæ amplificaretur: cœmeteriumq;, iam angustius esset. Ipsæ præbendæ, in chorum hunc, cum monumentis Epitaphijsq; translatæ. G. VVideman.*

Schletz. *Obijt Halæ Sueuicæ anno Domini 1344. Bertholdus de Schletz, 3. Kal. Martij.*

Indulgentiæ, venales. *Primæ Indulgentiarum bullæ, 1344. Augustæ venales prostiterunt, teste Achille Gassare.*

Vdal-

Vdalricus tertius, Pfefferhart dictus, ex vetere & honestissima Constantiensi stirpe natus, cathedralis Ecclesiæ Decanus, Episcopatui huic præfectus est: cui 7. A. vtilissimè præfuit. Vir simplex & mitis, circumspectus œconomus, pecuniæ formica. Interrogatus, cur tanto studio nummos colligeret (χρυσοφιλοτιμότερος, καὶ τὰ χρήματα ἀκαιρότερον ἀγαπῶν τοῦ δέοντος) respondit: vt, ingruente belli tempestate, vel armis suos defendere, vel pacem saltem suis emere, posset. Sub eo, Iudæi combusti passim: quòd vene no corrupsisse fontes Germaniæ dicerentur. Sub eodem, anno 1349. ordo flagelliferorum (φλαγελλιφόρων) per vrbes miris cum clamoribus, circumire cœpit. Sed breui à Clemente 6. P damnatus est. Obijt Episcopus Vlricus 1351. Nouemb. 6. Sepultus in summo Constant. Templo. Bruschius.

Pfefferhartius. Vlricus, Constant. Episcopus. Pecuniarum vsus. Flagelliferorum principium.

In oppido Veldkircho, distante non procul ab Acronio lacu, ignis de cœlo in oppidi plateas decidit, cum magno ciuium stupore: sed iterum in cœlum absq; detrimento sublatus est. Fame hoc anno, in Suenia & Heluetia maximè laboratum. Lycosth. ex Stumpfio.

Veldkirch. Ignis de cœlo. Fames.

Nemesis, vel vltio diuina, in Caroli Andegauensis, qui Sueuum Conradinum occiderat, posteritate.

In Italia, Roberti Neapolitani Regis, ex Carolo Senzaterreo filio neptis Ioanna, hoc Regnum testamento sibi legatum accepit. Ea multis ordine maritis nupsit. Primò Andreasso vel Andreæ, patris cognato, ex Vngaria venienti: quem post triennium strangulari subitò, & de fenestra præcipitari, iussit: quòd non sufficeret ludo, quem quæreret ipsa, vt ferebatur. Alij, quod sororem illi vxoris Margaritam vitiasset: quæ postea filium Carolum, apud Vngarorum R. Ludouicum, Andreæ fratrem, pepererit. Antea autem, cum videret, ab illa chordam aureis filis benè crassam texi: quæ fuerat ei ad eam familiariter, in quem vsum texeret. Respondit ipsa blando risu: Vt te suspendam. Neglexit responsum homo simplex: sed vim eius expertus est exitio suo. Nupsit ipsa deinde breui formosissimo iuueni Ludouico Tarentino, ex eadem generis propinquitate. Id valde displicuit omnibus: Itaq; Italorum hortatu venit Vngariæ R. Ludouicus, valentissimo cum exercitu, anno 1348. fratris vleiscendi causâ: Regnumq;, Sulmonis vrbis expugnatione, totum obtinuit: Ioannâ cũ viro suo, in prouinciam Narbonensem profugiente. Pestilentiæ autem sæuissimæ vi, in Vngariam se recipere coactus est. Intercessione tamen Clementis P. Ioanna cum suo Ludouico Neapolin redijt: inter quem & Vngarum pax facta est. Ludouico autem marito, post annos non multos nimio complexu lasciuissimæ Reginæ ad mortem exhausto: ipsa tertias nuptias cum Iacobo Tarraconensi celebrauit, viro pulcherrimo, ex Insula Matorica oriundo. Qui non Rex Apuliæ nuncupatus est: sed tantummodò Calabriæ Princeps. Paucis verò post annis idem hic moritur: amputato sibi à Regina capite (vt dicebatur) quòd alienæ mulieri familiarior fuisset. Tum quarto sese mulier ἀνδροκτόνος marito subiecit, Othoni, Brunsuicensi & Grubenhagio nobilissimo Duci: qui eodem tempore stipendijs Ecclesiæ conductus, Ferrariæ erat, 1376. post multas actiones, hunc Neapolis Regem Carolus Dyrrhachinus, qui à Rege Vngariæ Ludouico venerat, pugna separatum ad Neapolim cepit: sed incolumem è Regno dimisit. Dediderat se eidem Carolo Regina Ioanna: arctâ obsidione pressa, in arce noua Neapoleos. Quam et si matris loco is se habiturum promiserat: tamen postea Vngari R. Ludouici iussu, eam in illo ipso loco, vbi Andreassus ab ipsa suspensus fuerat, suffocandi fecit. Factum anno fortasse 1382. Nata fuit ex Ioanna Othoni Brunsuicensi filia, nomine Helena: quæ suo tempore Cyprio Regi nupsit. Carolus postea in Vngaria interfectus est. Ex Panhalso, & aliunde.

Vir IIII. Vir III. Brunsuicensis Otho, vir IIII. Ioanna, suspensa. Helena, Cypri Regina.

Carolus, Cunradini Sueui interfector. Carolus, Salerni Princeps:

- *Ludouicus, Dyrrachij Princeps — Carol. Dyrrh. Princeps.*
  Alibi Ludouico datur pater Ioannes, Caroli F.
- *Philippus, Tarenti Princeps — Ludouicus Tarentinus.*
- *Carolus Martellus, Rex Vngariæ:*
  - *Andreas, vel Andreassus.* — *Alibi inter eos & Carolum Martell. Carolus Robertus ponitur.*
  - *Ludouicus, Vngariæ Rex.*
- *Robertus, Apuliæ Rex — Carolus — Ioanna, Andreasso nupta, quem strangulauit. Vide plura infrà lib. 6. cap. 13.*

Anno 1345. ad supplicationem Conradi seniores, Comitis de Friburgo: item Conradi, Friderici, & Ioannis, fratrum, Comitum de Fyrstenberg, de Haslach: nec non Domini Heinrici de Rappoltstain: & D. VValtheri, D. Georgij, & D. Hainrici, de Geroltzecke: Alperspachi pridie assumpt. B. virginis factam: Clemens Papa Auinione Kal. Sept. Pontificatus sui anno 5. Ecclesiat

Friburg. Comes. Conrad. senior.

Tecc. Comites. Gæßlingensem & Petricellensem, Monasterio Alperspachensi incorporauit, annexuit, vniuit: Abbate tunc ibi Brunone. Namcùm hoc Monasterium in ditione esset duorum nobilium de Tekke Ducum situm, & ambæ Ecclesiæ ijs patronis vterentur (qui Duces erant tempore huius incorporationis iam mortui fratres duo: Ludouicus vel Lucemannus, & Fridericus) ipsiq; propter bella, commemorantorum locorum subditos, exactionibus & contributionibus grauauissent: ita, vt Monasterio magna inopia accideret: tunc ob compensanda illata damna, & ob remedium animarum suarum & familiæ suæ, ius patronatus Ecclesiarum Gæßlingensis & Petricellens. iamdudum Alperspachensi cœnobio donauerant. Vicarijs tamen prædictarum Ecclesiarum, canonicè instituendis: & ad Basilienſem Episcopum (qui tunc erat Ioannes) spectantibus, suos prouentus ex ijs reseruari Papa voluit: & Episcopus hic, litteris datis in Telsperg, 1347. 2. Kal. Octob approbauit.

Calua, opp. & arx, ad VVirtembergenses venit. Eodem 1345. anno, Comes Tubingens. VVilhelmus, duobus VVirtembergensibus Comitibus fratribus, Caluæ oppidum & arcem vendidit. Caluæ igitur domini fuerunt. 1. Caluenses Comites. 2. Tubingenses. 3. VVirtembergenses.

Venditio prædij.

VVirtemb. Vlricus. Berkte. Wir Graff Vlrich von Wirtenberg/verjehen an diesem Brieff: daß wir Hainrichen von Ergatzingen/das Gut zu Berckuelt/das er kaufft hat vmb Burckart von Bondorff vmb hundert vnnd siebentzig Pfundt Haller/ fertigen sollen: wo es jhm ansprechig würde: biß auff die zeit/daß jrem Bondorffs Mutter dasselbe Gut auffgibt/ vnnd sich deß verzeihet/als recht ist. Vnd deß zu vrkundt ist vnser Jnsiegel gehencket an diesen Brieff/ der geben ist/ da man zahlt von Gottes Geburt dreyzehen hundert Jar/ vnd in dem fünff vnd viertzigsten Jahr/ an dem nechsten Dinstag nach S. Martins Tage.

Dornstett. Marquardus Dunglinger, ciuis Dornstettensis, & Gertrudis vxor eius (sein eheliche Wirtin) Alperspachensi cœnobio vendiderunt 1345. Dominicâ post S. Ambrosij fundũ quendam Gundelshusæ, nomine Hubam, vmb 30 pfundt Pfenning Haller münz/30. ß. weniger. M. Scr.

Hohenberg. C. Albertus, Iuris Doctor. Eo tempore, Albertus Comes de Hohenberg Sueuus, Decretorum Doctor, Canonicus Constantiensis Ecclesiæ, missus est à Clemente 6. P. ad gubernandum Episcopatum Herbipolensem: licet à collegio Canonicorum electus iam esset Comes Albertus Altiflammius. Sed cessit ei 1349. æquo animo Albertus: ac sequenti anno Frisingensem Episcopatum cepit: cui A. 9. cum laude præfuit: vitaq; huic anno 1359. valedixit. Brusch.

Holandia, ad Bauaros. Sublato hoc 1345. anno à Frisonibus VVilhelmo: Hannoniæ, Holandiæ, Selandiæq; Comite, ac Frisiæ Domino: omnes ipsius regiones peruenerunt ad Margaretam sororem eius Ludouici Imp. vxorem: quas filio suo VVilhelmo dedit gubernandas. Titulo igitur hoc is vsus est in Epistolis: VVilhelmus, Dei gratiâ Comes Palat. Rheni, Dux Bauariæ: Hannonia, Holandiæ, Selandiæq; Comes, ac Phrisiæ Dominus. Erat homo elati spiritus, & bellicosus. Hi comitatus postea circ. 1423. Domini, ad Burgundiæ Duces venerunt. Tritenh.

IMP. VI. OCCID. CAROLVS QVARTVS. PRIVILEGIO LVDOVICI Imp. donatum Herrenalbense Monasterium. Eiusdem Ludouici obitus. Vlmensium quædam res gestæ. Schorndorffensis Scultetus. Eberhardus & Vlricus, Comites VVirtembergenses. Vlricus Hangenor Augustanus. Anglica de Gallis victoria.

CAPVT XV.

Papa sibi ius electionis Cæsaris arrogat. ANNO 1346. Clemens P. mandat Principibus (ex doctrina scilicet S. Petri) vt intra terminum præfixum, in locum Ludouici excommunicati nisi velint ius electionis amittere, alium eligant Imperatorem: qui mandatis Ecclesiæ, vt filium decet, pareat. Alioquin se necessario curam, VT SVPREMVM CAPVT (secundum illud: Vos autem non sic) de Imperio habituruni. Itaq; in Reims infra Bopardiam iuxta Rhenum, XI. die mensis Iulij, à Colonienſi & Moguntino Archiepiscopis, Ioanne Rege Bohemiæ, & Duce Saxoniæ, aliisq;, Rex Rom. electus est Carolus, Ioannis illius Bohemiæ Regis F. Henrici Imp. 7. N. Moraviæ Marchio: eumq; Colonienſis magnâ pompa Bonnæ inunxit. Aquigranenses enim non admittebant eum: quia Ludouici partes studiosè tuebantur. Sic & Palat. Rheni Adolphus, Henricus Archiepisc. Mogunt. Marchio Brandenburgensis: ciuitates denig; Rhenanæ, Sueuicæ, & Helueticæ. Trit. & alij.

Carolus quartus, contra Lud. Cæsar 6. electus. Italæi Romanæ impositus est sextus Gubernator, Imp. Cæs. Carolus IIII. P. F. Aug. Creatus in dissidio Papæ & Lud. Imperatoris, 5. idus Iulij: qui 32. & plus 7. M. imperauit. Eam rem Imp.

Imp. Ludouicus grauiter tulit se viuo, Anticæsarem esse creatum. Carolo huic tribuitur (posterius ab eo dictum) POSSEM quidem ego copias contra Turcas educere: verùm quàm non citra Christiani sanguinis effusionem satis ex auorum historijs intelligo. Rectius, quàm Pontifices: qui toties cruciatas curabant prædicandas

Reducti fuêre Constantiam, Prædicatores fratres per Episcopum: cùm annos 6. exulassent Dissenhouæ. Minores vbique prophanabant cultum: præterquam Schafhusæ & Brisaci. Seruabat in eodem sæpe cœnobio Interdictum pars fratrum, pars prophanabat: sed locis erant disclusi. Cuischismati mors postea Ludouici, finem attulit. F.F.F. Constant. Prædicatores.

Ich Heinrich der Stadelherre/ genannt von Waldecke/ ein Edelknecht/ ꝛc. *Vendidit Abbati Hirsouiensi VVigharto, bona, quæ habebat* in dem Dorff Stainhen: an der Burck/ an dem Dorff/ an Leuten/ an Gütern/ an Felde/ an Zweigen/ an Wassern/ an Wiesen/ ꝛc. Besucht/ vnd vnbesucht/ vergessens/ verschwiegens/ ꝛc. *Memorantur ibidem.* Die Edeln Herren/ Graffe Gözz/ vnd Graffe Wilhelm/ von Tuwingen/ Gebrüder. *Item sponsores* Herr Hans Prixe Ritter/ Heinrich von Esteten/ Conrad Truchseß/ vnd Ott Honöwe/ Schultheiß zu Calwe/ Edelknecht/ ꝛc. *Datum extrà, 1346. anno. Sed rectius intus in literis, 1342.* Der Kauffschilling/ zehen pfund/ vnnd vierdthalbhundert pfunde. Leistung (*obstagium*) im Wirtshauß der Statt Calwe. *In insignibus*, zween geschrenckte Rechen. VValdeck.

Priuilegium, Herrenalbensi Monasterio datum ab Imp. Ludouico.

Wir Ludwig/ von Gottes gnaden Römischer Käyser/ zu allen zeiten Mehrer deß Reichs/ bekennen öffentlich mit diesem Brieff: daß wir angesehen haben den grossen vnd verderblichen schaden/ den die Geistliche Leute/ der Abt vnd der Conuent zu Alben/ vnser liebe demütigen/ etliche Jar erlitten vnd gehabt haben. Vnd zu ergetzung desselben schadens/ haben wir sie von besondern gnaden vnd gunst gefreyet/ vnd freyen sie auch mit diesem Brieff/ vor aller Gastung vñ Nachtseld/ von hin an biß auff Sanct Georgen Tag/ der schierst kömpt: vnd darnach vber ein gantz Jar: also daß wir wöllen/ daß in derselben frist/ niemand dahin Gastung bey jhn such/ hab/ oder nem. Dauon wöllen vnnd gebieten wir allen vnsern/ vnd deß Reichs/ Getrewen: Graffen/ Freyherren/ Rittern/ Knechten/ vnd allermenniglich/ Söhne die genannt sein/ vestiglich vnd ernstlich: daß sie das vorgenannt Gottshauß zu Alben/ in der frist mit keinerley Gastung noch Nachtseld/ mit jhn selbst/ noch mit jhren Dienern/ nicht beschweren/ bey vnseren vñ deß Reichs hulden. Geben zu Franckfurt am Freytag vor dem Weissen Sontag: nach Christus Geburt dreyzehen hundert Jar/ darnach in dem sechs vnd viertzigsten Jar. In dem zwey vnnd dreyßigsten Jar vnsers Reichs/ vnd in dem neunzehenden Jar deß Käyserthumbs. *Herrenalbensibus priuilegium ab Imp. Ludouico datum.*

Diem suum hic laudatissimus Augustus obijt sequenti anno 5. idus Octob. cuius obitum Interregnum est secutum A. 1. M. 3. D. 20. (teste Onuphrio) eò quòd Caroli 4. electio, à Ludouici fautoribus non erat rata. Causa autem obitus eius ab Auent. sic describitur. Imp. Ludouicus, quod senectus ipsa vulgò morbus dicitur. suasu Medicorum, venatibus indulgendo consulit. Itaque inter Monachium, & Augustam Rhætiæ, proximè Fyrstenfeldium & vicum Puech (vbi D. Edigna, quam accolæ furcis præficiunt, humata colitur, & ouilia sunt in prato) venationi operam dat: &, quòd Augusta puerum enixa foret, lætatur. Ibi 5. idus Octob. circiter meridiem de equo lapsus, inopinatò apoplexiæ fine, naturæ concedit. Vixit A. 63. Locus, vbi mortuus est, Cæsaris pratum vocatur. Corpus, à Monachis Fyrstenfeldium translatum: vt cùm Parentibus conderetur. Tertio deinde die, Monachium à ciuibus deportatum, splendidissimè in D. virginis Mariæ fano est conditum. Statura eminenti fuit, & eximiâ corporis forma. Legatur prolixum ipsius eulogium apud Auentinum. Volunt quidam, ei venenum, cùm à casu illo venatorio Medici eum curarent, datum esse: alij à Maultæscha alij aliunde. Mors illius. S. Edigna. Cæsaris pratum.

Herrenalbæ. A. Domini 1346. in die B. Cæciliæ virginis, obijt Demudis de Flehingen, ciuis Spirensis. Flehingen.

VLMENSIA QVAEDAM: SVB IMP. LVDOVICO, & post eum, facta.

Ab ipso impetrauerũt Vlmenses: vt soluerentur iugo Diuitaugiensis Monasterij. Itaq; deinde ipsi sibi Senatũ, cõsules, & Tribunos, plebis, potestate à Cæsare accepta, fecerũt, anno circiter 1346. Vlmensium liberatio à Monachis Augiæ D.

Breui pòſt, literas iuriſiurandi, à ciuibus præſtandi, compoſuerunt: quas ipſorum poſteri, ad meliorem formam traduxerunt. Ita ſe tunc ferè omnino in libertatem, à Richenoënſi Abbate vindicarunt. Adhuc tamen Monachis eos infeſtantibus: Carolus 4. poſtea eis priuilegia Ludouici confirmauit. Nondum vexare deſinentibus clauſtralibus, in Concilio Conſtantienſi & Baſilienſi: tandem Fridericus III. Vlmam omnino liberauit: cùm ea Monachis dedit grandem pecuniam. Ita ferè D C. annos cum inquieta hac gente conflictati ſunt. Sebaſt. Franc. ex opere Felicis Monachi.

Inde quoque excerpſit has eiuſdem vrbis obſidiones.

Vlmæ obſidiones. *Ludouicum Bauarum, à Pontifice excuriatum è ſocietate Chriſtianorum, voluiſſe ad Vlmenſes confugere. Sed cùm non reciperetur ab ipſis: obſediſſe vrbem eorum. Tum principibus perſuadentibus, intromiſſum eſſe.*

Non longè pòſt, Bauarum Henricum, conceſſo ſibi à Papa Imperio: excluſum ab Vlmenſibus, obſidionem eis intuliſſe. ſed fruſtrà: & aliquantò pòſt obiiſſe leprâ.

Carolum 4. electum à Papa contra Ludouicum, obſediſſe Vlmam: ſed ab Ehingero Habſaſt, & alijs, perſuaſum, inde receſſiſſe. Item, ab hac vrbe profligatum eſſe. Bauaros, Auſtrios, Teccenſes & VVirtembergenſes Dominos Vlmam vexauiſſe: & vno die bis eam cepiſſe, ac bis eiectos eſſe.

Schorndorffæ Scultetus. *Oppidum VVirtembergiæ Schorndorffa (ſicut & aliæ Sueuiæ ciuitates) initiò, quando ciuitatis iuribus donatum fuit: non habuit Præfectos (Vogt) ſicut hodie: ſed Scultetum, teſtantibus hiſce literis.*

VVirtemb. Comites. Wir Eberhart vnd Vlrich/ Graffen von Wirtemberg/ verjehen/ ꝛc. daß wir durch fleiſſige Bitt der Hochgebornen/ vnſerer genedigen Frawen/ Frauwen Johannen: Hertzogin zu Oeſterreich/ die Gnade gethan haben Volin dem Snitzer jhrem Kämmerer/ Burchenſen/ Rufen deß Schultheiſſen von Schorndorff ſeligē Tochter/ ſeiner ehlichen Wirtinn/ vnnd allen jhren Erben: daß wir in zween Morgen Weingarten/ liegend in dem Pfaffenbrunne/ in Winterbacher ſtiore (ſteure) frey gelaſſen vnnd geſagt haben/ aller ſteure/ vnnd aller Dienſte: alſo/ daß wir/ noch vnſere Erben geſtatten ſollen: daß die Richter vnnd Gebürgſchafft von Winterbach/ noch niemands anders/ auff dieſelbigen Weingarten/ nimmer nicht kein Steure/ noch keinen Dienſt/ ſetzen/ in keinen weg/ ꝛc. Zu vrkundt ſindt vnſere Jnſigel gehencket an dieſen Brieff: Der geben iſt zu Wien/ am Montag vor Sant Lucien Tag: da man zahlt von Chriſti geburt/ Dreyzehenhundert Jahr/ vnnd in dem ſechs vnd viertzigſten Jahr.

VVinterbach. *Ambo hæc iugera, hodieque à cenſu immunia ſunt: dimidium eorum tenente (cum his membraneis literis) Ioanne Vlrico Rößlin/ natu maximo Conſularium Schorndorffæ: & dimidium Piſtore Georgio Rennero, & vnum iugerum Margaretâ, Marci Scheberlini vidua, Xenodochij alumna. Chriſtoph. Rid.*

Nobiles in literis Kirchaim. Seufrid von Wittlingen. Vtz Schwechler von Dachenhauſen.

Mynſter op. *Albertus, Dux Auſtriæ, emit 1346. in Briſgoia, de Ioanne à Stouffen, oppidum Mynſter, & Caſtrum Scharpffenſtain. Albert. Argent.*

Hala Sueuicæ incendium. *Eodem 1346. anno, magno deformata fuit incendio Hala Sueuica: quo procul dubio multæ antiquitates interierunt. Tunc ibi viuebat Emerichus Sulmaiſter: qui Iohannitarũ collegium quibusdam bonis Santzenbachenſibus donauit. Remp. rexit VValtherus Sulmaiſter, Senfftius appellatus, vnus ex Conſilio: à quo Inſignia Senfftiorum, aucta ſunt: & nomen Sulmaiſter orum immutatum eſt.*

Senfftij.

Hangenor Vlricus. *Auguſtæ Rhetiæ ſepultus eſt bonorificè Vlricus (de quo, antehac) Hangenor, circa hoc tempus: qui aduerſarios vocabat, Auinionenſes Antichriſtos. Auent.*

Antichriſti.

Prælium inter Francum & Auguſtum RR. Klingenberg. *In Francia occidentali, prælio inter ſe apud Creſiacum decernentibus, Rege Eduardo Anglo, & Rege Philippo Valeſio: Gallorum cæſa ſunt 26. Aug. XX. millia: Eduardo ſibi Regnum Galliæ, quadam hæreditaria ſucceſſione, deberi contendente. Occubuit Bohemiæ Rex Ioannes, iam cæcus, ex parte Anglorum. Occubuit Hainricus de Klingenberg, ex altera parte: & Comes de Mompelgart, ac multa nobilitas Franciæ. Albert. Argent. Mut. & Stumpf. Dixit tunc Rex Anglus:* O jhr Teutſchen/ was habt jhr euch geziehen: daß jr mit dem König auß Franckreich ſeyt in Todt gangen: der euch nie getrew/ noch hold war? *Chronic. Argent. M. Scr. & Alb. Argent.*

Gallorũ Regum animus.

Finis libri Quarti, in tertia parte Annalium.

MARTINI

MARTINI CRVSII, GRÆCÆ ET LATINAE LINGVAE IN ACADEMIA TYBINGENSI PROFESSORIS, ANNALIVM SVEVICORVM, in tertia parte, Liber Quintus.

HISTORIA hîc est XLI. annorum, sub imperio Caroli 4. & VVenceslai ex parte. VVirtenbergia ac Suevia, excellentem Comitem habet, Eberhardum Bellicosum dictum Grinerum: & nobiles alios multos. Obsidetur Tigurum. Sueviam civile bellum exercet, inter nobiles ac civitates natum. Cladium, ad Reutlingam & Sempachum factarum, enarratio fit. Multæ denique Ecclesiasticæ civilesque res commemorantur.

VVIRTEMBERG. COMITES, CAROLO REGI ADDICTI. COMES VVirtemb. Eberhardus Greiner. Conradi nobiles, Rechbergens. & Ehingenus. Comites Hohenlohenses. Terræmotus, & pestilentia horribilis, vbique terrarum. Monasticæ disciplinæ collapsio. Fundatio Eremitici in Rhorhalda Monasterij. Conradi, Ducis Teccensis, cædes. Persecutio pontificia per Sueviam. Delphinus Franciæ.

CAPVT I.

ANNO 1347. & post, facta. *Egressus Carolus Rom. Rex de Bohemia cum magno equitatu, vt Bauariam Ludouici principis occuparet: cognita morte eius, Ratisbonam peruexit: vbi illico pro Rege est receptus. Sic & Noribergæ: grauibus ibi Burggrauio, quem euadere non poterat, promissionibus factis.*

Miserunt tunc Comites VVirtembergenses, Eberhardus & Vlricus, fratres, secretarios suos singulos, ad Carolum, & ad Brandenburgensem Marchionem Ludouicum: quærentes, vtri ipsorum seruitio se obligarent. Ac reuertentibus prius illis, qui ad R. Carolum missi fuerant: ipsi Comites, cautione recepta de LXX. millibus florenorum (sic Albertus Argent. scribit) eius se seruitio astrinxerunt. De quo alteri, à Marchione venientes, & pactum de C. millibus florenorum asserentes, plurimùm sunt commoti. Duo quoque Hohenlohenses fratres: vnus Bambergensis, alter Herbipolensis, Episcopi: se Regis seruitio addixerunt. Receptus etiam ab Argentinensibus est, & Alsatis cæteris. Inseruit huic Cæsari fideliter EBERHARDVS GREINER, VVirtenbergensis Comes, sequentibus temporibus. Ideo patronus ab eo fa. Ellus est XXIIII. ciuitatum imperialium in Sueuia: inter quas non postrema erat Esslinga.

VVirtemb. Comites, Eberh. & Vlricus, Carolo R. addicti.

Eberh. Greiner, postea 24. ciuitatum patronus.

Viuebat Comes Tubingensis Conradus, cognomento Schærer: qui 1347. cum Bebenhusanis lites habebat, propter bona quædam in vico Kai. Viuebat & Fridericus, Tubingens. Comes. M. Script.

Tubing. Comites.

Mense Septembri eiusdem anni, Stephanus Ludouici Imp. F. & Sueuiæ ciuitates cum eo: iuxta Zolram Caroli fautoribus, XVIII. Baronibus, in Oberndorff ducis de Teck coniuratis, infesti sunt: Hechingæ, oppido Comitis Zolrensis, excidio non sunt: sed volentes obsidere Sultzam VValtheri de Gerolzecke, qui consanguineus erat Comitum de VVirtenberg, ab his inde repulsi sunt. Albert. Argent.

Oberndorff. Geroltzeck.

Conradus de Rechberg, dictus de Ramsperg, eques: pro sua, & omnium antecessorum anima, æternam Præmissariam (ein ewige Frümeß) fundauit in sacello Burone: ad præbendam Laichensis cœnobij pertinentem.

Rechberg. Conradus.

Conradus

Ehingus Conradus.

Conradus de Ehingen, eques, & filius eius Petrus (infrà lib. 6. cap. 6.) florebant: illoq; permittente, hoc testante: vendidit Conradus, Arnoldi de Thierberg, ex sorore Conradi Ehingensis filius, XXX. librũ sua mancipia (seine eigne Leut/ Conz Bengen/ sein Weib/ sein Kindt/ von Engschlatt) lychnorum præfectis (den Liecht pflegern) in ædibus sacris (den Gotshäusern) oppidi Balingæ, Bernhardo de Zitterhusen, & Bentzoni (Berchtoldo) Bætzento. Obsignauit Conradus de Ebingen, & Conradus de Thierberg. die Martis post ineuntem. 1347. annum: testibus, Petro prædicto, & Bentzio Iæcklino, ciuibus Rotenburgensibus: Pfaffone Conrado Soeldelino Æntringæ: ac Zæsslero de Engschlatto. M. Scr.

Balinga.

Lindoiæ incendium.

Eodem anno, vento magno & incendio in oppido Lindouiensi coortis: multæ domus & homines conflagrauêre paucis horis.

Zuifalt.

Vites cùm vbique Zuifalhensibus vberes fructus ostenderent: & iam vindemia læta instaret: sexto idus Septemb. gelu corruptæ perierunt. M. Scr.

EPITAPHIA QVAEDAM OERINGAE, IN ECCLESIA collegiata, in chori muro.

Hohenlohenses Comites mortui.

Herr Krafft von Hohenloe/ der älter/ 1347. Herr Krafft der jünger/ 1379. Herr Gottfridt. Herr Friederich. Herr Vlrich/ 1407. Herr Hans/ 1412. Herr Jörg/ Bischoff zu Passaw/ 1423. Herr Albrecht/ 1429. Herr Jörg. Herr Krafft von Hohenloe/ Zigenhaime/ vnd Nittaw: qui obijt prid. Kal. April. 1472. Herr Friderich von Hohenlohe/ vnnd Zigenheim/ 1473. Herr Albrecht/ Anno 1490.

Recentiora eiusdem loci Epitaphia, ad annum 1503. reseruabimus.

Anglus R. excommunicatus.

A Pont. Clemente 6. in fauorem Regis Galliarum excommunicatus Rex Angliæ, non curabat: sed ad suorum Ecclesiæ caput futurum appellabat. Herm. Ædit.

Terræmotus.

Anno 1348. in Festo conuersionis S. Pauli, sole adhuc clarè lucente, circa pulsum vesperarum: die statim inuoluto, & nubilo facto, tantus terræmotus est factus, quantus à passione Domini, nec visus, nec auditus.

Vidimus enim (sic scribit is, qui ea tempestate in VVeichenstephanensi cœnobio vixit, & annotauit,) domos altas & muratas, pariter & Ecclesias, fortissimè se mouentes.

Audiuimus item fenestralia propter motum tam violentum sonum edere maximum. Vidimus arbores syluestres maximas, in terra stantes, se commouendo inuicem pulsare: fluxus rectos aquarum errantes, & extra ripas suas, propter tantum tremorem terræ euagantes. Aquat verò limpidissimas etiam, vidimus hoc terræmotus tempore turbidas. Hac hora fuerunt homines quasi amentes, & circa capita dolentes. Euntes, in via errabant: stantes, stare non poterant. Audiuimus denique campanas in templis pendentes, sese ob talem motum inuicem pulsantes. Brusch. in Benedictini prope Frisingã cœnobij montani VVeihenstephani descriptione. Alibi sic reperio: In Suauia fuit magnus terræmotus: quo multæ arces conciderunt: Falckenstain, Leoperg, Strabried, Cranberg, Holenberg, VVildenstein, Rechbergstain, Rabenstain, Leonstain, Gutenberg. Auentinus quoq; miros huius motus effectus ponit, ex Conrado de Meidenburg: illum XL. dies duraſſe, in Morauia & Bauaria: XXVI. vrbes & castella prostrata esse: mœnia, Templa, ædes, concidisse: duobus montibus concurrentibus, vrbes deuoratas esse: homines cum pecoribus interijsse: corpora à spiritu terreno in salarias statuas diriguisse. Hæc, illi,

Admonitio ad vigilantiam.

νηπιε δ᾽ ουνοε: recordor ego vxoris Loti. Genes. 19. Vigilate & orate, homines: quia nescitis, qua hora Dominus veniat. Nemo dicat, quod malus ille seruus: χρονιζει μου ὁ κυριος ελθειν: τυψω τους συνδουλους: ἀρξωμαι πινειν μετα τῶν μεθυοντων: cunctatur Dominus meus venire: verberabo conseruos meos (concitabo Germanos & Gallos inter se) bellabor cum ebrijs, Matth. 24. Addam & hæc, quæ in quibusdam M. Scr. reperi. Die quodã iuxta Friburgũ Nigræ syluæ (zu Kuppfenthal/ vbi Metalli fodinæ) dies

Chorea infelix.

serenissimo, choreas ducebant quidam petulanter, cum facibus & candelis. Prætereunte tum Sacerdote cum Sacramento: præsultor dixit, Desistamus saltare. Fœmina, cum qua saltabat, respondit: Nequaquam. Pater enim meus habet multas tales campanulas, vel nolas, in collis pecorum suorum. Sic perrectum in saltando ab omnibus est, contempto Sacramento. Ibi

Pestilentia, terræmotum secuta, eaq; dira.

ruptura, cœlo sereno facta est: eaq; tanta, vt perdiderit homines, domos, & bona quæq; illius vallis. Nec amplius visum est, nisi mortui aliquot infantes in cunis, quæ arboribus inhæserant. Sæuissima mox in vniuersum orbem terrarum (inquit Auentinus) grassatur pestilentia: qua plerique mortalium extincti sunt: quarta vix pars hominum superstes fuit. Subitò lue rapitali, subitò

subitò dicto citius interibant: pueri, puellæ, læti, mira referentes animam efflabant. Cæleste auxilium, frustrà quæsitum. A Pontifice Max. sacrificium peculiare, aduersus hanc pestem institutum. Pagi, vici, ad solitudinem redacti. Apud Funccium, & alibi, hæc legimus: pestilentiam per totum orbem sæuissse: quæ Florentiæ LX. Lubeci XC. millia, Auinione (vbi Papa residebat) innumerabilem multitudinem hominum, assumpserit. Homines nobiles & ignobiles, ad statuas sanctorum cucurrisse (atqui ad Deum debuissent. Venite ad me omnes. Inuoca me in die tribulationis) ante eas se abiecisse: consolationem nullam reperisse. Marsiliæ Episcopus (inquit Albertus Argent.) cum toto capitulo, & quasi omnes Prædicatores ac Minores, cum dupla parte inhabitantium perierunt. Non erat inter parentes & liberos respectus: nulla inter Dominos & famulos, nec socios, cura. Papa inclusus cameræ, habenti cõtinuè magnos ignes, nemini dabat accessum. Eiusdem calamitatis per Sueuiam quoque non mediocris sæuitia fuit.

Tempore huius pestis (teste in M. Str. Felice Fabri) homines cateruatim incedebant, nobiles & ignobiles: qui sese vsque ad sanguinis effusionem flagellabant. Pueri multi, in agone mortis ridebant, iubilabant, dulciter canebant. Puella pulchra 12. annorum, cum ad extrema appropinquaret, pulchrior fiebat: & iubilans iugiter, cœlum suspiciebat. Causam à patre interrogata: non videtis, inquit cœlum apertum: & innumera lumina, à terra illò ascendere? De quibus luminibus rogata, quid essent: dixit, esse animas electorum. Illis, qui astabant, tacentibus: vt me verum diuisse videatis, inquit: ego hac nocte moriar: & tu, mater mea, tertio die pòst morieris. Digito deinde extenso, monstrauit septem homines, quando morituri essent. Eandem sortem de quibusdam absentibus dixit. Et sic factum est. *Morientium tunc gestus.*

Ioan. Boccae in Præfat. Decameronis, de hac peste.

Nasceuano vel comminciamento d'essa, à maschi, & à le femine parimente, ò nella anguinaia, ò sotto le ditella, certe enfiature, &c. Et da questo appresso s' incomminciò la qualità della predetta infermità, à permutare in macchie nere, & liuide: le quali nelle braccia, & per le coscie, & in ciascuna altra parte del corpo, oppariuano, &c. A cura delle quali infermità, ne consiglio de medico, ne virtù di medicina alcuna, partua, che valesse, ò facesse profitto, &c. Gittati vella via publica li stracci d'vn pouero huomo, di cotale infermità morto: due porci, secondo il loe costume, col grifo & co denti presili, & scossilisi alle guancie: in picco la hora appresso doppò alcuno auolgimento, ammendunt sopra li mal tirati stracci, morti caddero in terra, &c.

Erant de pestilentia, tanquam veneno excitata, Iudæi Augustæ suspecti. Ideo die Cæciliæ ibi omnes combusti sunt. *Iudæi, de peste illa suspecti.*

Peste autem hac sæuissima sæuiente: & Monachis senioribus extinctis, prauisque iuuenibus succedentibus: disciplina monastica vtriusque sexus corruit. Nam Monachi in ciuitates confugiebant: & moribus secularium corrumpebantur. Tunc Diuitaugienses bona sua Vlmæ dilapidabant: tunc in maximam paupertatem Burronium (Blaubyrense) Monasterium incidit: tunc Hæstimonialium ibi cœtus, ad nihilum redactus est. Redierunt sequenti tempore Monachi, opibus diuitis Blaubyrensis vidua subleuati: non tamen Regularem obseruantiam tenebant: sed tandem sub Abbate Henrico Fabri, reformatio secuta est. Fridericus etiam III. Blaubyrensibus Insignia 1488. petentibus, Rustici glauci imaginem dedit. At Byren, in voce Blaubyren, non Rusticus est: sed Brunn, id est, fons. F.F.F. *Blaubyra.*

Fusa est hoc 1348. (al. 1349.) anno, ingens Augustæ campana (Sturmglocken) à fabro Hugone.

Reuerso propter pestilentiam ex Italia in Vngariam Rege Ludouico (de quo, præcedenti libro) Ioanna, relicta vidua fratris eius Andreæ vel Andreassi, auxilio Papæ subiugatur (vt Albertus Argent. ait) VVernhero de Vrselingen Sueuo, qui primò Vngaro adhæsit: sed propter suspicionem quandam, sibi falsò impactam, ab ipso recesserat. Vendidit autem Ioanna, quantum in ipsa erat, ciuitatem Auinionensem grandi pecunia. *Vrslingen.*

Carolus Rom. R. millesimo trecentesimo quadragesimo octauo, Indict. 1. 6. Kalend. Febru. confirmauit Bebenhusanis omnia iura ipsorum: quæ habebant Eßlingæ, Rutlingæ, Tubingæ, & extrà: transgressoribus sub pœna L. Marcarum auri: cuius dimidium Regio Fisco, & alterum dimidium cœnobio, inferretur. Datum Vlmæ. *Bebenhusa.*

Eodem

Bambergæ cœnob. virginum.

Eodem anno fundatum est Bambergæ cœnobium Monialium ad S. Claram, ab honestissima puella Catharina de Zollern: eius gentis, quæ à titione nomẽ vulgo habet. Fuit illa prima eius loci Abbatissa. Brusch. in Episcopo Bamb. Leopoldo Eglofsteinio.

Rhorhaldæ cœnobium.

Mulier quædam, Iuzze nominata, aream & iugerum syluæ donauit: vt ædificaretur Monasterium S. Pauli primi Eremitæ, in loco tunc Beirhalden dicto: qui supra vicum Bibelam semimilliario ferè à Tybinga situm, est. Ædificatum illud ibi est anno 1349. aut altero post. Factum est hoc permissione Comitissæ Nassouiensis D. Margaretæ, Hohenbergensi Comiti generoso nuptæ: quæ mater fuit Rudolphi Comitis. Ipsa fundauit hoc cœnobium, quod Rhorhaldinum vocatur. Iuzze autẽ aream & syluã, pridie S. Iacobi dederat, anno hoc 1348. fuerat vxor Cunrads der Brüdern Knecht/Rotemburgici ciuis. Primus autẽ illius loci Eremita fuit frater Wernherus Vlmensis, Presbyter huius ordinis. Anno deinde 1358. die Sabbati ante Natalitia Domini, confirmauit (assentientibus etiam Rotemburgi ciuibus) istam Iuzzes donationem, & solitarij domicilij institutionem, Hohenbergensis Comes Rudolphus: ita, vt ipse eius esset patronus. Deinde 1364. anno, Episcopus Constantiensis Hainricus confirmauit priuilegia, à Comite Rudolpho facta. Item, vt posset ibi fanum ædificari: cuius ædificationem Rector quoque Sylchensis Ecclesiæ, Conradus dictus Stabler, cõcessit. Hæc ex membranis Iacobi Buchmaieri Stainenbachensis (præfecturæ Tetnangensis sub Comitibus Montefortensibus) qui Rhorhaldæ prædicti Prior erat & Prouincialis prouinciæ Rheni, 25. Maij 1595. quo die apud nobilem etiam virum, pium & humanissimum Leopoldum Carolum à Stain in Bibel & Bechenhaim, in arce ipsius Bibelensi eramus.

Teccensis Conradi cædes, in C. Monacensi.

Eodem quoque 1348. anno (vt Tritenh. in Hirs. Monast. scribit) Conradus de Deck, per quendam militẽ Sunkerum de Gundelsingen, insidiosè occisus est in sua domo: quam habuit in ciuitate Bauariæ Monacensi, odio quodam inueterato. At apud Hundium ad 1384. refertur, non ad 1348. annum. Numerorum ergo 4. & 8. transpositio, alterutrum decepit: aut à Typographo corruptus Hundij numerus est. Auentinus, inter Iubilæum anni 1350. & inter annum 1355. ponit. Interfectus autem est 8. idus Aprilis eius anni: quo Rex Carolus Aquis coronam accepit, mirum 1354. Eum facit Auentinus vltimum ducem Teccensem. Hundius sic scribit: Conradus Dux Teccensis, Marchionis Brandenburgensis Ludouici intimus consiliarius, in sua domo (ex

Erenberga castrum.

1349. à Marchione illo donata) confossus est, à Schweickardo, Gundelfingensi Domino: forte, quia castrum Erenbergam, quod Gundelfingensium fuerat, Conradus ad se anno millesimotrecentesimo, quinquagesimo secundo, redemerat. Domum illam Auentinus locat Monachij: turri Putrichiorum, & vico Seutlingiaco, coniunctam. Ita de his dissentitur. Magna etiam sæpe in Genealogijs & affinitatibus est incertitudo. Dirigat, qui poterit. Nõ possum ego nancisci documenta, quæ vellem. Industria mihi non defuisset. Inuenio verò in schedis, vltimum Teccensem Ducem, non Conradum hunc: sed vlteriorem etiam, Ducem Vlricum, anno circ. 1430. & patriarcham Aquileiæ Lud. 1440. Addam ex Alberto Argent. Hæc quoque, ad verbum. Engelmarus miles inquit, qui comitatum Tyrolis, cum vxore tradidit Marchioni Brandenburgensi, ex quadam suffitione per Marchionem capitur: & ante castrum suum forte, quod tenuit frater eius, decollatur: & successiue omnia sua (eius) per Marchionem mediante Duce Conrado de Teck, sibi fidissimo, occupantur. De Conrado Gundelsingensi (inquit ad hæc Gabelc.) qui apud Monacum occisus est, non est dubium: quin frater fuerit Friderici: qui Mundelhaimam adeptus, postremorum Ducum pater fuit: Friderici, Georgij Theologi, Conradi, Vlrici (qui obijt 1432.) & Ludouici Aquileiensis Patriarchæ: qui anno 1439. Aug. 19. Basileæ obijt.

Teccens. vltimus Dux.

Bappenhaimius Rudolphus.

Rudolphus Marescalcus Bappenh. vxorem habuit Sophiam de Hohenrechberg: ex qua genuit Ioannem & Henricum. Henricus fundauit monast. Bappenhaimense, 1348.

Burcardus plegmatias.

Natus est 1348. Burcardus de Ehingen, dictus mit dem Zöpff/de quo aliàs dictum.

Ecclesiæ miseria, furente P.

Per hæc tempora (inquit Nauclerus) maxima fuit tribulatio in Suenia, & circumiacentibus prouincijs, propter censuras Ecclesiasticas in adhærentes Ludouico Imperatori. Ego vero & vidi literas: per quas absoluti fuerunt à censuris, præpositus, capitulum, & Canonici, in Stutgelsingen/ab Episcopo Vlrico Constantiensi, ex commissione. Et iterum quòd plures tunc ex adhærentibus, sepulti fuerunt in campis (id est, ἀκαθάρτοις χώροις) & extra cœmeteria: & plures interdicti (excommunicati) fuerunt sepulti in Ecclesijs (bonus Hangenor: de quo, in præcedẽt. lib.) & cœmeterijs: qui postea fuerunt reconciliati: habito testimonio, quòd in extremis signa pœnitentiæ ostenderunt. Similes literas habemus adhuc in nostris scrinijs. Hæc, ille. Hoc erat numerum conscientias excarnificare, commentis humanis, Matth. 15. Quasi nõ omnis terra sit Domini Dei, & ab eo benedicta credentibus. Vnum hoc Ioan. 3 dictum:

SIC DEVS DILEXIT MVNDVM: vt filium suum vnigenitum donauerit: vt, quicunque in eum credit, non pereat: sed habeat vitam æternam: hoc, inquam, Dictum, discutit omnes tenebras. Donauerit) Donum est vita æterna: non ex promeritis hominum: nec ex monasteriorum obseruationibus: nec ex ad Iacobum Compostellanum peregrinationibus. Credit) non autem dubitat. Credere & Dubitare, inter se pugnant frontibus aduersis. Non pereat) Nec in purgatorium detrudatur. Sed habeat vitam æternam) τὸ πιστεύειν, ἢ πεποιθέναι, fiducia niti in filio: omnem curam suam in ipsum conijcere: hoc affert vitam æternam. Hoc est Christum videre, sicut senex Symeon Luc. 2. vidit: ac læto animo in morte dicere: Nunc dimittis, Domine, seruum tuum in pace: non autem, cum dubitatione: cum metu purgatorij, quod nullum est: nisi solus ille 1. Ioan. 1. purgans ab omni peccato sanguis Iesu Christi. Ecce, quanta lux veritatis? Quanta onustarum relaxatio conscientiarum? Gemma nobilior toto Mundo, nobis in hora mortis est Dictum hoc: Ioan. 3. Dictum.

SIC DEVS DILEXIT MVNDVM: perimit enim merita humanarum virtutum: perimit dubitationem de salute: perimit purgatorium ignem: donat statim gratis per fidem vitam æternam. Hæc est mea hæresis: in hac mori cupio. Contrà istæ ignorantiæ, innocentes cæmeterijs excludentes, nocentes cæmeterijs inferentes, ex neglectu verbi Dei (quod solum est lucerna pedibus nostris, errare à veritate non sinens) ortum habent: faciuntq́, vt cæcus cæcum ducat, in foueamq́ ambo cadant. Christus solus est lux mundi, Ioan. 8.

Eodem 1348. anno, destructum fuit castrum Frundsberg ab Argentinensibus, & cæteris fœderatis ciuitatibus. Chron. Argent. Frundsberg.

In Gallia, Vmbertus, Dominicariam disciplinam amplectens, Delphinatum Regi Franciæ vili precio vendidit: sed ea lege, vt primogenitus Regis filius, ipsius gerens nomen, eum obtineat. Chron. Franciæ. Delphinus ergo vocatur, qui ad successionem Regni (post patris mortem) expectatur. Delphinatus Franciæ.

IVDÆORVM SVPPLICIA PROPTER VENEFICIA: IVDÆI, VLmæ. Guntherus Schvvartzenburgius, Carolo Cæsari nequicquam obductus. VVirtembergensis Eberhardus Greinerus, Sueuiæ Prætor. August. Episcopus Marquardus. Nobilis familia Berlerorum, Halæ Sueuicæ. Secundus Iubilæus annus, sed quinquagenarius. Causæ institutionis anni Iubilæi. Insidiæ, Tigurinorum vrbi structæ: Zürcker Mordtnacht. De ciuitate Ola, vel Aala. Nobiles aliquot Sueui: inter quos, Fribergij. Venditio remediorum animarum Monastica, & eorum compensatio.

CAPVT II.

ANNO 1349. (sed & præcedente) pestilentiæ illius sæuissimæ, quæ proximo anno exorta fuerat, culpa, Iudæis passim est impacta. Vnde & hoc, & circum hunc, anno, dira in eos persecutio grassata est: suffocatione, submersione, præcipitatione, obtruncatione, concrematione, confossione, per tormenta excarnificatione, Ferebantur operâ ipsorum in puteos coniecti esse venenati sacculi. Itaque putei passim obturati fuêre. Vtebantur homines aqua profluentium amnium, aut pluuiali. Cremati sunt Iudæi Augustæ, Vlmæ, Constantiæ, Esslingæ, Halæ Sueuorum, & alijs multis in locis: eorumque habitacula, sepulcreta, destructa. At sæpe tamen eis iniuriam factam esse, postea compertũ est. Recitabo ex Sebast. Franco de Vlmensiũ Iudæis breuiter quædam. Iudæi, propter veneficia excruciati.

Anno (inquit ille) 1348. cùm, Iudæis omnibus Vlmæ combustis, bona eorum annotarentur: repertæ sunt inter ea literæ quædam: tempore Christi ex vrbe Hierosolyma Vlmam missæ (habitantibus videl. ibi tunc etiam Iudæis) in hanc sententiam. Fratribus in regionibus transmarinis, Iudæis Vlmæ in Sueuia (quasi iam ibi Sueui habitarent: cùm Romani, verisimilius) salutẽ optant fratres: qui sunt Hierosolymæ, & in Iudæa, siue terrâ Chanaan. Magna tribulatione liberati, meritò DEO gratias agimus magnopere. Significamus vobis, impium seductorem Iesum Nazarenum, Iosephi F. sublatum è viuis esse. Cum enim non amplius blasphemias eius ferre possemus: eum apud Prætorem Romanum accusauimus. Qui nostra accusatione audita, misericordiâ nostri affectus, benè flagellatum, crucifigendum curauit pro meritis eius: discipulis eiusdem eiectis, & dispersis. Valete. Iudæorum epistola Vlmam, de passione Christi.

Etiam alijs in locis capti Iudæi, confessi sunt: literas de his rebus Hierosolymâ scriptas tempore Christi fuisse.

Lapis quoq; in cœmeterio Franciscanorum altè defossus, repertus fuit cum Hebraica inscriptione. De quo dixerunt Iudæi, fuisse eum cuiusdam Iudæi: & ex numero eius conflare: eum ante Christi natiuitatem sepulchro Iudaï fuisse impositum. Nam Iudæos vbiq; gentium dispersos fuisse. (rum liberi.

Nærlingæ etiam à populo sæuitum in Iudæos est: occisis circiter CC. virũ, fœminis, & eo-

Iudæi, qui Eßlingæ erant: persecutione ipsorum finita: ipsi Synagogam suam, & sese, combusserunt. Sic & constantiæ quidam, hoc 1349. anno, suam cum suis domum succendit: clamans se in Iudaica religione mori. Quo incendio, simul aliæ XL. domus conflagrarunt.

Ex lapidibus autem, quos è domibus & cœmeterijs Iudæorum destructis, ciuitates imperiales sustulerant, turres & muros construxerunt. Quales lapides olim Argentorati, alicubi in mœnibus vidimus, Hebraicis literis inscriptos.

Beniamin Tudelensis.

Quàm autem Iudæi olim in Germania nidificauerint: patet ex hoc loco itinerarij Beniamini Tudelensis: sicut benedictus Aria ex Hebraico cõuertit. Hæ sunt (inquit) apud Germaniam (quondam Aschenaz dictam) regiones: in quibus Israelitarum collegia sunt: qui omnes, magnifici habentur: iuxta fluuium Mosellam, & Konphilinas, & Odrancah, & Kuna, & Cotania, & Binga, & Garmezza, & Mastheran. Itaq; Israelitæ omnes per cunctas regiones dispersi commorantur. Quicunq; verò impedierit quò minus Israel congregetur: non videbit signum bonum: neq; cum Israele viuet. Quo tempore autem Deus visitabit captiuitatem nostram: & exaltabit cornu Christi sui: tunc dicet vnusquisq; Ego deducam Iudæos: eosdemq; ipse congregabo, &c. Scribere autem inuicem solent Epistolas: quibus sese mutuò in Mosis doctrina confirmant, &c. Sunt & aliæ metropoles Germaniæ collegijs Israelitarum instructæ: Astranburck, & Dauirasburck, & Mandatrach, & Pessinghes, & Bamburck, & Sar, & Rasenburck: quæ regni etiam finis est: sicut Colonia, initium. Vlterius Bohem regio est, quæ nunc Praga dicitur: Selaboniæ terræ initium: cuius incolæ à Iudæis ibidem agentibus, Cananæi vocantur. Hi filios & filias suas cunctis alijs nationibus vendunt: idemq; Russi faciunt, &c. Vixit Beniaminus circa annum Domini 1173. stultâ cum sua gente fiducia nixus.

Iudæorum collegia, in quibusnam ciuitatibus Germaniæ.

De Rege Rom. Carolo inuenio: quòd hoc anno fuerit Rotenburgi, oppido Comitum de Hohenberg: ibiq; in Gastico certamine, sub armis Alberti Schilleri (strabi, cæteræ qui magni nominis viri) de Rechberg, cum quodã nobili milite de STAIN concurrerit: sed ab eo fuerit bumi prostratus. Qui miles, cùm intelligeret, esse Regẽ, equum eius ad se traxerit: quem Carolus R. IX. Marcis argenti redemerit. Antea autem electus fuerat ab aduersarijs cõtra eum, (ÆS. GVNTHERVS, Comes de Schwartzenburg ex Turingia, Rex Romanorũ, 4. non. Febru. Matth. Vill. Anes. Et cum Cæs. Carolo aduersati sunt Comites VVirtẽbergenses, Eberhardus & Vlricus: Comes item Helffenstainius, multiq; alij Sueui. Attamen cùm sex hebdomadas (vt moris est si quis assequi imperiũ) castra ante Francofordiã habuisset: nec armis inde depulsus fuisset: à Frãcofordianis in vrbẽ intromissus fuit. Non multo autẽ tempore pòst, cùm ei corpus curanti venenũ datum esset, ægrotauit. Attamen rei militari, regni retinendi causâ, nõ valedixit. Transeuntẽ autem Carolũ fluenta Rheni, ducenti equites Guntheriani inuadentes, terruêre. Sed accelerantes equites Eberhardi VVirtẽbergensis, & quidã alij: eos in fugam dederunt: eamq; ob virtutẽ multi equestri dignitate sunt decorati. Transactũ postea cum Gunthero est: datus ei 22. millibus Marcarum, duobusq; in Turingia oppidis, per vitæ ipsius tẽpus, vt imperio renunciaret: cui rei difficulter assensus est. Sed non multò pòst Francofordiæ defunctus est: & in Ecclesia Parochiali ibi, præsente Rege, cũ lamentatione sepultus. Ibi Rex ciuitati huic omnia priuilegia confirmauit: nundinasq;, quæ cessarant, restituit: datis sibi (teste Alb. Argent.) viginti millibus Marcarum: quæ receptæ sunt ab Iudæis ibidem. Spiræ deinde de pace generali circa Rhenum tractans, cùm non perfeciſſet: in Bohemiam redijt. Vlmæ autem receptus à XXIIII. Sueuicis ciuitatibus fuit, iuramẽtis præstitis. Reliquit earum præsidem, Eberhardum Comitem VVirtembergicum.

Stain, nobilis.

Guntherus Schwartzenburgensis, Antiæsar.

Francofordia.

Eberhardus VVirtemb. Præses 24. ciuitatũ.

Eodem 1349. anno, Marquardus, Augustanus Episcopus, nobilis Randeccius (al. Bavo de Blochingen) cõfirmatus est. Qui Maij 5. cum Augustanus fœdus iniit. Die 6. ante diem S. Vrbani, Mundelbergũ cæperũt, ac destruxerũt. Ipse verò fuit Augustæ: sed ferè semper in Aula Caroli R. cuius etiam quodam tempore Vicarius fuit in Italia. Vbi à Mediolanensibus captus: mox tamen beneficio Cæsaris liberatus est. Impetrauit ab eodem Carolo potestatem cudendæ monetæ.

August. Episcopus Marquardus.

Epitaphia nobilis familiæ Berlerorum, in templo S. Mich. Halæ Sueuorum. Eorum scutum erat album, cum diuersi coloris limbis.

Halæ Sueuerum.

Berleri.

Obierunt: 1349. Der Erbar Her: Ludouicus Berler/Ritter. 1357. Otho Berler/Rit-

ler/Ritter. 1366. Henricus Berler/Ritter. 1383. die S. Elisabetæ, Eck Berler. 1407. die S. Margaretæ, Beringer Berler. 1439. die Martis ante S. Viti, Henricus Berler, senior. 1476. die Simonis & Judæ, Henricus Berler. 1521. Dominicâ post Georgij, nobilis & fortis Georgius Berler, senior.

SYNADELFINGAE.

A. 1349. *Obijt Machtoltus de Feurbach.*

Erant magnæ ærumnæ mortalium circa hunc 1349. *annum.*

Pestis regnauit: plebis quoque millia strauit.
Insolitus populus flagellat se seminudus.
Contemnit tellus, populosque crematur Hebræus.

Flagelligeri.

Plagipatidæ circumibant, facie ferè tota velata: scapulis & tergo, ad plagas flagellis accipiendas, nudati. Flagella erant ferro acuminata, aut catbenis rigentia. Ad terram prostrati, canebant linguâ vernacula, aliosque alliciebant: specie pœnitentiæ & sanctitatis. Multis locis admissi non sunt: & Pont. Clemens eos damnauit.

Mechelburg. Ducatus.

Ex comitatu Mechelburgensi factus est ducatus, per Cæsarem Carolum 4.

Iubilæus annus 2.

Anno 1350. *Clemens P. Annum Iubilæum, ab Innocentio* 8. *institutum, de centenario numero ad quinquagenarium traduxit: quod rarissimè contingat homini, C. annos viuere. Tunc ex concursu exterorum maximæ opes Pontifici accesserunt: qui idem Festum in Germania etiam celebrari permisit. Eodem anno Episcopus Numburgensis, diem suum natalem celebrans: in media ebrea, cum inter duas saltaret mulieres, mortuus concidit. Fabric. Annal. Misnens.*

Cur fuit institutus Iubilæus?

Institutus quare, talis annus.

Felix Fabri in Germanico libello M. Scr. Gnadencellensi, quatuor recitat causas.

1. *Propter magnam hominum oscitantiam: securè peccantium: nec de pœnis cogitantium, satisfactionesque negligentium.*

2. *Vt Romana Ecclesiæ sedes & auctoritas honoretur, atque exaltetur. Nam Papa, Vicarius Christi est, ac primus omnium. Cæteræ quatuor sedes (Constantinopolitana, Alexandrina, Antiochena, & Hierosolymitana) in hæreses lapsæ sunt: sed Romana se nunquam errasse ait.*

3. *Vt fides Christiana exardescat, & confirmetur, propter Sanctos Romæ passos martyres. Dicitur, quòd sanguis eorum, si non esset absorptus à terra, superaturus esset muros vrbis. Ideo, Romam veniendum Christianis: vt in sanctissimam, & Christiano sanguine optimam factam, vrbem.*

4. *Quia pretiosissimus thesaurus Romæ est: scilicet meritum inæstimabile Christi, sufficiens pro innumerorum hominum peccatis: tanquam ἀχανὲς πέλαγος, immensum pelagus. Item, meritum laudatissimæ virginis Mariæ: quæ nunquam nec mortale, nec quotidianum peccatum fecit: sed magnos dolores patienter tulit: quibus potuisset prosuis peccatis satisfacere. Cum autem non peccarit: nobis eius merita, Romæ sunt asseruata. Item, præstantissima promerita S. Martyrum, confessorum, virginum: quibus cùm ipsi non omnibus indigeant: cætera nobis Romæ reposita sunt: cùm nos paruulis virtutibus nostris, non queamus remissionem peccatorum obtinere. Denique, in eo thesauro sunt bona opera viuorum, mortuorum, futurorum piorum (vt, Monasticorum sanctorum, & innocentium virgunculorum) quæ ipsis post satisfactionem restant, & nobis transferuntur. Ergo sie spinnen vns zu gut (inquit Felix) damit wir vns bedecken. Hi pretiosi thesauri aperiuntur in Iubilæo.*

His subiungit hæc:

Institutus est secularis annus 1300. *à Bonifacio* 8. *Non potuit antea homo quisquam dare veniam peccatis: quàm Petro claues Christus daret: qui Petrus, primus Papa Romæ fuit. Non erat ante Bonifacium Iubilæus talis: sed cruce Christi ab Helena, matre Constantini M. reperta (an.* 329. *Christi) ipse quoque baptizatus, impetrauit à Pont. Syluestro: vt is omnia peccata remitteret, omnesque pœnas, omnibus illis: qui, mari traiecto, peregrinarentur in terram sanctam ad sepulchrum Domini. Ad præcipuorum loca sanctorum peregrinantibus, veniam septem annorum dedit, & septem carenas. Ab eo tempore Pontifices cœperunt indulgentias dare, euntibus ad templa, & loca sancta. Imperium postea consecutus Carolus M. veniam etiam inuisentibus S. Iacobum Compostellanum, & alia sancta loca, impetrauit.*

Peregrinationum origo.

Nondum tamen erat Iubilæus annus, vsque ad Bonifacium 8. Qui centum annis definiit hunc annum: in quo cuncta peccata remitterentur omnibus: atque vt, qui è longinquis locis venirent, manerent Romæ XV. dies: ac quotidie septem præcipuas ibi Ecclesias devotis cum precibus visitarent.

Ecclesiæ 7 visitandæ in vrbe Roma.

Harum prima, est Ioannis Baptistæ, & Ioan. Euangelistæ, ad Lateranum: omnium Ecclesiarum Mundi κεφαλὴ, Summa: cui, cætera subiectæ omnes.

Altera Ecclesia, est S. Petri, in monte Vaticano: auff dem gülden Berg.

Tertia, S. Pauli.

Quarta ad S. Mariam Maiorem.

Quinta, ad S. Laurentij, ante vrbem Romam.

Sexta, S. Fabiani & Sebastiani.

Septima, ad S. Crucem in Hierusalē. In his omnibus mare reliquiarū & indulgentiarū est.

Cùm autem perrarò quis ad centesimum annum viuendo perueniat: à Clemente VI. & post eum Gregorio, secularis annus ad L. annos redactus est. Hæc, bonus D. Felix. Cum quibus conferri possunt hæ sententiæ diuinorum oraculorum.

Impietas.

Genes. 6. cuncta cogitatio cordis humani, ad malum intenta est omni tempore.

Psal. 13. & Rom. 3. Nō est, qui faciat bonum, ne vnus quidem? Quid igitur promeremur?

Psal. 143. Ne intres cum seruo tuo in iudicium: quia non iustificabitur in conspectu tuo

Rom. 11. Conclusit Deus omnia in incredulitatem, vt omnium misereatur. (omnes vinent.

Esa. 64. Vniuersa iustitia nostra, est quasi pannus menstruatæ mulieris.

Esa. 61. Vnxit Dominus me (Christum) ad prædicandum captiuis indulgentiam, annum (scilicet Iubilæum.

Esa. 63. Torcular ego calcaui solus. (merito.

Esa. 55. Omnes sitientes venite ad vitæ aquas. Emite absque argento.

Rom. 3. & 4. Iustitia Dei ex fide in Iesum Christum est, vt ex gratia fit. Non scil. ex nostro

Matth. 15. Omnis radix, quam non plantauit pater cœlestis, eradicabitur. Loquitur de traditionibus humanis, quæ frustraneæ sint.

Ioan. 4. Omni in loco valet inuocatio Dei. Deus non tantùm quædam peccata, nec vno tantùm loco & tempore: sed omnia peccata, quandocunque & vbicunque peccator resipiscit, ipsum veniam orat, remittit, & peccatorem in gratiam recipit. Alioquin frustrà quotidie, & quouis in loco, oraremus: Remitte nobis debita nostra. Debita, simpliciter: non autem partem debitorum.

Micheæ 7. Quis Deus similis tui? Qui aufers iniquitatem. Proijciet in profundum maris

1. Tim. 2. Volo viros orare in omni loco. Ergo, nō Romæ tantùm. (omnia peccata nostra.

Psal. 95. Hodie si audieritis vocem eius: nolite indurare corda vestra. Hodie, id est, quotidie. Tò Hodie, singulis diebus recurrit. Ergo, omni tempore.

Matth. 18. Amen dico vobis: quæcunq; ligaueritis in terra: erunt ligata in cœlis. Quæcunq; solueritis in terra: erunt soluta in cœlis. Hoc omnibus Apostolis dicitur: non autem soli Petro. Denique, si Papa eandem cum Christo & Petro doctrinam per omnia docet: esto Vicarius Christi: glorietur de S. Petro.

Exules Tigurini.

Dictum est superiore libro de exulibus Tigurinis: qui ad Comitem Ioannem Habspurgensem 1335. confugerint. Occiderant enim Tigurini vnum de Comitibus Habspurgensibus: quem filius suus Ioannes hic de ipsis vindicare statuit. Ideo exules ad eum se contulerant: vt communibus consilijs & opibus vrbem Tigurum opprimerent. Res tamen vsque ad hunc 1350. annum dilata fuit. Tum præmißus in vrbem plurimus, in habitu peregrinantium & Monachorum: qui sese apud suæ factionis ciues abdebant: illi, qui extra erant, pridie S. Matthiæ noctu vrbi appropinquarunt.

Tigurinæ vrbi, insidiæ structæ, nocturno tempore.

Consultantibus autem in domo quadam anteſignanis coniuratorum: seruulus quidam, qui ex lassitudine diurna ibi in scamno iacebat: somno simulato, conatum illorum cognouit: & quamprimum se potuit subducere. Consuli Brunio indicauit: quibus rebus periculosis, omni cura & studio prouidit. Ventum est ad manus & pugnam: hostium ceciderunt XV. captisunt plus XXXVII. & inter eos, ipse Habspurgius Comes. Mazingius Baro, & Peregrinus Lādenbergius, praliantes occubuêre. Toggius Comes, in flumine submersus periit. Postridie conspirationis Principes, numero XVII. rotis contusi, ijsq; impositi, sunt: Habspurgius verò Comes, & Bonstettius Baro Vltro eus, cum nonnullis alijs, in custodia publica asseruati. Exercitus Comitis, & terrestris & paluſtris audito in vrbe tumultu, nullâ porta reseruata vsa: trepidè aufugit, vestibus & armis abiectis.

Rappersvvila.

Tigurini mox, Duce Consule Brunio, Rappersuilam, & oppidū & arcem, in potestatem redigunt.

Paſch

Patris erant cupidi: sed eâ ipsis negata, Alberti Austrij metu ipsis obiecto, oppidum Repperswilam delent. 3. Munst. 68. & 6. Stumpff. 18. ac 19. & Simler. 1. de Repub. Heluet. Instauratum postea oppidum, & Austriorum factum, etc: exinde verò fœderatorum Heluetiorum, veterum Alemannorum.

Hoc tempore pertinebat tractus oppidi Aalæ, vel Olæ, ad coronam Bohemiæ: gubernatus cum Comite Oetingensi. Sed 1356. ad Imperium Rom. peruênit, permutatione quadam. Oppidum autem hoc, ab anguilla nomen habet, Germanicè Aal dicta: quod ex fluuio eius loci multæ capiantur anguillæ. Vel ab Aula, quam ibi Imp. Barbarossa habuerit: vbi nunc metalli fodinæ, & fossa arcis, apparent. Ad illam pertinuit tota Albuchensis regio. In area op. Aalæ, stagnum olim fuit fuit, vsque ad Aalsingen, vel VVasseraalsingen. Ita per crates (Hurden) inuicem ad se hominum commeabant. Itaque adhuc locus inferioris oppidi vocatur, zun Hurden. M. Scr. Ola. oppidum.

Eodem 1350. anno, die Martini, Hermannus de Brandeck, Oberendorffiæ quendam contractum confirmat: quo Contzius Mæger emerat Firnsalæ prædiolum, quod erat Hermanno obligatum, à Bernhardo quodam Oberndorffio. Brandeccius Hermannus.

Vendiderunt Lorchensibus bona quædam Stutgardiæ, & Mynsteræ ad Nicrum, Suigger eques, Berchtoldus & Degenhartus fratres de Gundelfingen. Sponsores: D. Ioannes Nothaffe eques. VVolfius de Bry. senior. Henricus, Ecclesiæ Rector de Liechtenstain, Edelknecht. In obligatum erant ciendi Stutgardiam, si opus esset, ad euincendum illa bona contra oppugnantes. Testes: frater Sifridus de Bebingen senior, conuentualis Lorchæ. Gundelfingen.

Sacerdos Hermannus Mynsteræ. Ioannes Vndermhelm dictus, Stutgardiæ Schulthais. Hugo Cleck, ciuis & Iudex ibidem. Obsignarunt 3. prædicti fratres. Pfaff Liuppen, præpositus Stutgardiæ sigillo munuit literas Adelhaitæ iunioris VVegzerinæ, Stutgardianæ: & filiorum eius, Ioannis Henriciique, atque priuigni Henrici: de censu Lorchensibus quotannis, ex bonis quibusdam Duntzenbouæ dando: ac post mortem eorum, Abbati & conuentui relinquendis. Testes Hugo Klegge, & Morhardus senis Ammani F. Iudices Stutgardiæ. Die S. Laurentij.

Rud de Husen, Rieger eius frater, D. Conradus de Rechberghusen eques, & Ioan. de Zillhart, hoc tempore florebant. Husen. Rechberghusen.

Eodem anno viuebat Burcardus à Freiberg (numeratus inter Eisenbergenses, & Steisslingenses) cum 9. vitellis in Insignibus. Cuius vxor erat Baronissa Cordula Schanckia de VVinterstetten: nata ex Comitissa Kirchbergensi. Freibergenses.

Ex his prosapia descendit.

1. Henricus, Henrici F. eques, Angelbergæ. Vxor eius, Regina de Altenlandenberg, vel Hohenlandenn: nata ex Anna Schellenbergia. Fuit ipse, præfectus Landspergæ: benè meritus de superioris Bauariæ Dominis: comparans eis viam salariam, die Saltz strass.

2. Henrico nati. Fridericus, vxorem habens Sidoniam de Hobeneck, natam ex Praxede Randeccia. Egenolfus, pater Egenolfi equitis: qui peculiare stemma propagauit.

3. Friderici & Sidoniæ liberi. Petrus de Friberg in Isenberg. Vxor, Sibylla de Klingenstain: cuius mater, ex Knoeringensibus orta.

Henricus, eques Isenbergæ. Vxores, VValpurgis de Serbersdorff, vel Seiuelsdorff: & Barbara de Nussdorff.

Fridericus. Vxor, Anna de Freuntsperg.

Vrsula, vir eius, Ioannes à Bentzenavv.

4. Friderici & Annæ liberi, Fridericus, Georgius, Anna, Sabina.

5. Ex Georgio, & Adelhaide Zillhartide aliquot filiæ.

De his, satis: cùm tempora non habeam addita: nisi quòd à D. Friderico ædificata sit arx Hohenfreibergum anno 1458. quem, Annæ maritum intelligo.

Nobiles, in Kirchaim. literis.

Hans von Boll/Ritter. Wilhelm vnd Bentz Münch/zu Oettingen. Conrad von Hohesteim/dictus Irtender. Gerolt der Thurn. Hans Küffer. Heinrich vō Sperberseck.

Augustani, bello petentes oppidum Schongouium, Fridbergense oppidum incenderunt. Fridberg.

Circa eundem 1350. annum, multa bona, quæ à fidelibus Monasterio Bebenhusano ob remedium animarum suarum data fuerant, vendita sunt: ac pro ecclesijs incorporandis expensa. Tunc Abbas, pro remedijs illis contulit Altingensem Ecclesiam conuentui, in perpetuum, ad mensam: vt remedia vendita refunderentur: sicut ab antiquo consuetum fuerat. Bebenhusa.

Schan. Parochia Schan, à Comite Henrico VVerdenbergensi & Sargans, Domino in Vadutz (valle dulci) capitulo Curiensi tradita est. M. Scr.

Ysuensis Abbas Henricus. Henricum Abbatem Ysuensem, cum toto Monachorum cœtu, venenatum extinxit animalculum, in ollam cibi coquendi illapsum. Bufo putatur. Tunc Dapifer Otho Parochum oppidi, monastico habitu induens, Abbatem substituit. 3. Munst. 284.

Barnabas, Mediolani. Barnabas ludos equestres primus Mediolanum introduxit, nuptias quasdam ornans. Bernabò giostrò: essendo il primo, che mainella città di Mitano ordinasse le giostre, consselle alte, & torniamenti, secondo l'vsuza di Francia, & de Alemagna: dou' era stato alle confine. Corius.

Amurates, Turc. Rex. Amurates factus est tertius Turcarum Rex.

TIGVRINÆ VRBIS OBSIDIO. FOEDERIS HELVETICI INCREmentum. Dux Austriæ, Albertus 2. Sueuis amicus. Nobiles aliquot, & honorati viri, Sueuiæ: vt Burcardus Bubenhouius, Vlricus Rechbergius, Fritzherter Tusselingensis, Fritz vvalchus. Oppidum Balinga, & Oebingen. Gynæceum Stettense. Ioan. VVindlockus, Episcopus Constantiensis. Imperatrix Margareta à filio prælio superata.

CAPVT III.

Vectigalia nouæ. ANNO 1351. Cæsar Carolus, vt gratificaretur quibusdam Principibus (quorum scilicet fauore ad imperium ascenderat) multa vectigalia, vel telonea, circa Rhenum de nouo instituit. Sed ea Principes illi omittere coacti sunt: Mercatoribus aliò declinantibus: & Argentinensibus Rheni vsum catenis & lignis intercipientibus obstruentibusque. Trit. in Hirsaug.

Fœdus contra Tigurinos. In Alemannica Heluetia Tigurini, post superiores res gestas, multos hostes habebant: VValdneros Sulzij habitantes, & his studentes Basilienses Argentinenses que: qui Austrio quoque Duci se fœderè iunxêre. Fecerunt idem, Friburgum Brisgoiæ, Selestadium, mons Brisiacus, Argentuaria, hodie Colmaria. A quibus obsidionem metuentes Tigurini: cùm frustrà opem Cæsaris Caroli, Albertiq; Austrij, imploràssent: seq; cognitioni iuris obtulissent: statuerunt cum Heluetico pago fœdus inire, communis libertatis tuendæ causâ. Factum itaq; est id fœdus 1351. mense Aprili. Hæc copiosius apud Simlerum. Ita iam erant 5. fœderatæ ciuitates, conquerentes de iniurijs Austriacorum præfectorum: quatuor scil. Syluestres (Waldstetten) Lucerna, Vrium, Suitium, & Vnderwalda: quibus se quinto loco adiunxerat Tigurum: cui tamen primus locus inter omnes fœderatas ciuitates, propter dignitatem suam tributus est. Hæc autem nouo fœdere (potius, quam Rapperswilæ excisione) accensi magis animi aduersariorum fuêre.

Fœdus Tigurinorum cum Heluetijs.

Tiguri obsidio. Mense igitur Septembri præsentis anni (vt à Simlero scribitur) Albertus Austrius (ingenio contractus, & sapiens) Tigurum obsedit. Erant cum eo in castris, hi proceres: Ludouicus, Comes Brandenburgicus. Fridericus, Dux Teccensis. Dux Vrslingensis. Burggrauius Noribergensis.

Comites 26.

Eberhardus VVitembergicus, belli huius Imperator. Ludouicus Oetingensis. Fridericus Ortenbergensis. Schmaleneccij duo. Tetnangij duo. Fyrstenbergij duo. Thierstainij tres. Habspurgius. Kyburgius. Rudolphus & Hermannus VVerdenbergij. Albertus & Henricus Nellenburgij. VVilhelmus Kirchbergius. Immer Strasbergius. Neocomensis. Nidouius. Petrus Arbergius. Hermannus Friburgius. Zollerensis. Metburgensis.

Auxilia miserunt Episcopi:

VVirceburgensis. Bambergensis. Basiliensis. Curiensis. Frisingensis.

Item Vrbes:

Argentina. Basilea. Friburgum Brisgoiæ. Solodum. Aliæ etiam.

Numerus copiarum ferebatur, XX. millia peditum, & duo millia equitum.

Vicissim à quatuor pagis, auxilia Tigurinis submissa: omnia, quæ ad obsidionem & oppugnationem tolerandam facerent, diligentissimè præparata.

Pax, facta. Certatum aliquoties vtrinq; leuibus velitationculis: sed non multis diebus post pax est facta: interuentu & opera Friderici, Toggij Comitis: & Heertægij Rechbergeri, equitum Rhodiorum Magistri Vadisuillæ: nec non Basiliensium & Bernatum: ea conditione, vt sisterent se Tigurini iudicio Agnetis, Reginæ Vngariæ, Alberti sororis, sanctitatis nomine claræ mulieris.

Acceperunt

Acceperunt illi conditionem (quamuis contradicentibus quater pagicis, sed tamen persuasis) exacta fœderis sui abrogatione. Pronunciatum verò est secundum Austriam, approbante Rotula per iudices huius: quibus vtrinque bini assessores adhibiti fuerant. Erat inter alia. Rapperswila in integrum restituenda, oppidum & arx: Lucerna Austriorum Imperio subijciebatur. Erant sanè hæc ab Heluetijs futura. Sed cùm etiam captiuum Ioannem Habspurgium dimittere à Duce iuberentur: Tigurini verò, quòd nihil ab Iudicibus de illo statutum fuisset, recusarent: & obsides, quos ob pacificationem instituendam dederant, in carcerem conijcerentur: res denuò ad bellum spectare cæpit. Itaque mense Nouembri eiusdem anni, Tigurini, adiunctis socijs, Glaronam cum tota ibi regione (quæ, vallis est, longa 3. milliaria Germanica: cincta 3. locis, altissimis Alpibus: ab ortu & meridie Rhætos, ab occasu Vrios & Suitios, attingens) Glaronam, inquam, vitra in integrum restituendo, oppidum & arx: Lucerna Austriorum Imperio subijciebatur. Erant sanè hæc ab Heluetijs futura. Sed cùm etiam captiuum Ioannem Habspurgium dimittere à Duce iuberentur: Tigurini verò, quòd nihil ab Iudicibus de illo statutum fuisset, recusarent: & obsides, quos ob pacificationem instituendam dederant, in carcerem conijcerentur: res denuò ad bellum spectare cæpit. Itaque mense Nouembri eiusdem anni, Tigurini, adiunctis socijs, Glaronam cum tota ibi regione (quæ, vallis est, longa 3. milliaria Germanica: cincta 3. locis, altissimis Alpibus: ab ortu & meridie Rhætos, ab occasu Vrios & Suitios, attingens) Glaronam, inquam, vitra inuitam occupant: sextumque ex ea pagum faciunt. Præfecto VValthero Stadiano expulso: qui sequenti 1352. anno Glaronenses inuadens, 2. Februar. ab incolis vicibus, cum multa nobilitate occubuit. Circa ferias post pentecostes, Lucernates arcem Habspurgum, ad Lucernatem lacum sitam, præsidio cæso, funditus euerterunt. Die verò Mercurij post Ioann. Baptistæ, Tugium (cui à Tigurinis & socijs obsesso nullum auxilio ab Austrio veniebat) deditione facta, in idem fœdus receptum est. & 7. Helueticorum pagus factus.

Bellum recrudescit. *Glarona, Tigurinis adiuncta.* *Habspurgum arx euertitur.* *Tugium, fœderi adiunctum.*

Caterum Albertus, Dux Austriæ (de quo antea dictum) huius nominis in hac stirpe secundus fuit: ideoq; dictus, contractus: quòd venenum aliquando acceptum, Medici à corde eius procul in neruos repulissent. vt Lazius in sua Vienna scribit.

Albertus Austr. contractus.

De eodem Cuspinianus in sua Austria scribens, Albertus 2. inquit, cognomento sapiens, Alberti I. Rom. Regis filius, Comes Habspurgius, Dux Austriæ, magnarum virtutum Princeps: multos Sueuiæ nobiles in Austriam secum duxit: præsertim VValdseenses, Dirnstainios, Domnos Missauios, & Marescalcos Reichenoios Calatinæ stirpis. Quod cum ægre ferrent Austriaci: Dux indignatus, ego verò, inquit, vestri causa ne canem quidem Sueuicum post me relinquerem. Vxorem habuit Ioannam, Comitis Vlrici Phyrretarum vltimi filiam: & sic ad Austrios hic comitatus vênit.

Sueuorum amator. *Pfirteusis vltimus.*

Eodem millesimo trecentesimo quinquagesimo primo anno, an Sanct Johanns Abendt zu Sungithen/Balingæ datum. In his literis sunt fratres 4. Theodoricus, VValther, Iacobus, & Hugo: Iacobelli (Jäcklins) Hannemanni filij, von Thieringen. Hi acceptis aliquot libris probatæ monetæ ab Alperspachensibus cœnobijs: pacificati sunt de controuersia & contentione propter quandam curiam (apud OVVINGAM) Kalthofers Hof dictam: vnd seindt liebtlich/mündtlich/vnd gütlich (sic in literis) geschieden. Sigilla sua Theod. & VValther appenderunt, pro Iacobo etiam & Hugone. Dann sie hatten kein eigen Insieget: dieweil sie noch nicht zu jhren Tagen kommen waren. Subsignarunt quoq; illorum rogatu: Herr Dieterich/Kirchherr von Owingen. Item, Burcardus, Marquardus, & Conradus, von Bubenhofen/jhre Freunds.

Balinga. *Thiering.* *Ebingen.*

Vlricus de Rechberg, genannt von Syndelfingen/eques: vendidit ea, quæ habuit Syndelphingæ, Eberhardo & Vlrico, Comitibus VVirtembergicis: ipse, & vxor eius Agnes, comitissa Tubingensis: fratri verò Ioanni Rechbergio, den Fronhof cum attinentijs. Sic, in Schedis M. Ser. Comes Eberhardus de VVerdenberg, duo prædia tradidit cœnobio Kynigsbrunnensi. Ei. dem Comites Helffenstainij, Vlricus senior & iunior quædam contulerunt (in quibus, ius patronatus in Sblat) propter Deum, & suam suorumq; salutem. Datum 1351. an Sanct Johanns tag zu Sunwenden.

Syndelphingen. *VVirtembergicos.* *Kynigsbrunn.*

Conradus, præpositus cœnobij Marthalensis, & conuentus eius, haben verlichen dem frommen vnd vesten Ritter/Herrn Friderichen dem Herter von Tusslingen/vnd seinen Erben/jhren Hoff zu Ammern bey Tübingen gelegen/mit allen rechten/vnnd mit allem zugehörde/per annos 8. certis conditionibus: item pecunia quadam, Reutlingam in ipsorum domum repræsentanda. Datum pridie S. Iacobi, 1351.

Marthal.

Dio S. Lucij, eiusdem anni, transactio facta est quorundam bonorum inter Albertum de Kiteller & Adelhaidam sororem eius in Partheonem Stetten: item inter Adelhaidam, Hermanni des Hellengrafen viduam, liberosq; eius. Cui transactioni interfuere, Comes Zollerensis Friderici senior, ipsorum Dominus: & Fridericus VValchus, atq; Albertus Fulle: qui & subsignarunt. Ex Autograph. Stetta, nobilium fœminarum cœnobium, propè op. Zollerensium Comitum Hechingam est. Sed eius antehac quoq; mentio facta est.

Stetten Gynæceum. *VValch.* *Fulle.*

Constantiæ Episcopus.

Constantiæ Episcopatu ornatus est Ioan. VVindlock Schafhusanus: doctissimus vir, Duci Austriæ Alberti (contracti, vel claudi) Cancellarius: cuius Alberti precibus, ab Innocentio VI. P. confirmatus est, circ. 1353. Domini. Huic Episcopo Conradus ab Honburg, eques auratus, infensissimus fuit propter oppidum Marttorffum, generosissimo vino celebre. Arbitrabatur enim, meliore id titulo sibi deberi, quam Episcopo: cùm tamen hic optimo iure possideret, confirmatione etiam Caroli quarti. Honburgius igitur, adiunctis sibi aliquot centauris, in vrbem irruens: Episcopum cum paucis aliquot Sacerdotibus, in palatio Constantiensi ad cœnandum sedentem, nihilq; mali metuentem, armata manu aggressus est, crudeliter trucidauit, & aufugit. Episcopus primò, in loco profano, prope sacellum D. Margaretæ humatus est (interdictum enim erat sacris Constantiensi clero & ciuilibus) verùm altero anno, honorificè in cathedralem translatus est Ecclesiam. Brusch.

Marttorff.

Margareta Imperatrix, à filio victa.

Margareta Augusta, Imp. Ludouici Bauari vidua: bellum filio suo VVilhelmo, Hollandiæ Comiti intulit: ab incolis contra tyrannidem eius implorata. Commisso verò 4. die Iul. nauali prælio super Mosa: à filio victa est: & cum paucis in Angliam aufugit. Tritenh.

TIGVRVM, SECVNDO OBSESSVM: SED RES, TRANSACTA. VRBS Berna, octauus Heluetiorum fœderatorum pagus. Eberhardus VVirtembergensis, ciuitatum imperialium præses. Comites aliquot Hohenbergenses. Venditiones & traditiones bonorum aliquot Monasterijs. Liechtenbergius Baro, Ioan. Hanman. Tertia Tiguri obsidio, irrita. Hirsaug. Abbas, VVighardus II. R. Caroli coronatio Romæ Imperatoria. Barones Schlysselbergenses. Inuentio bombardarum.

CAPVT IIII.

Tiguri, secunda obsidio, sed soluta.

ANNO 1352. Innocentius VI. Lemouicensis Gallus, pontificalem sedem ascendit: creatus 13. Cal. Ianuarij.

Medio mense Iulio, Tigurum iterum ab Alberto Austrio obsessum est, Imperatore VVirtembergensi Eberhardo. Interuentu autem Brandeburgici Marchionis, cùm vix mensem obsidio durasset, pax est facta. Ex cuius conditionibus, Ioan. Habspurgius, absq; precio dimissus est. Detentus fuerat ij duos annos, & sex menses, in turri VVellenberg: in qua fecerat cantionē: Ich weiß ein blauwes Blümelein.

Vicissim Albertus 16. obsides Tigurinos, è captiuitate dimisit: sed id eis 1600. Aureis constitit. Tuginos & Glaronenses, licet fœdere Heluetico non exclusos: tamen Austrijs rursus parere oportuit: Habspurgius autem, vt ægrè Tigurini faceret: statim cum vicinis loco Austrio Rapperswilæ communitio.

perswilam dedit, qui mox eam communiuit. Indè præsidiarijs Tigurinos lædentibus, rursum causa bullo data est: & Tugium denuò occupatum, Heluetijsq; obstrictum.

Berna, ad Heluetios.

Eodem quoq; anno, potentissima vrs Berna 6. die Martij, se ad Helueticum fœdus contulit. Alibi hoc ad 1353. annum refertur. Hic iam octauus Heluetici fœderis pagus est. Hi vocantur, veteres octo pagi, die acht alten Ort.

Heluetici fœderis causa.

Quod fœdus non dicitur factum contra Imperium Rom. sed contra spoliatores libertatis nobiles: & sic responsum esse Cæsari Carolo 4. ab Heluetijs, anno 1353.

Ciuitates, Eberhardo VVirtem. subditæ.

Erat hac tempestate gratiosus apud Cæsarem Carolum VVirtembergicus Greinerus, propter multa ei præstita officia. Vnde à Cæsare clientelæ eius subiectæ erant 24. hæ Sueuicæ vrbes imperiales (fœdere Sueuico, de voluntate Cæsaris facto: & huic, Comite Eberhardo præposito) Vlma, Eßlinga, Reutlinga, Gmynda, VVeila, Hala, Haillbrunna, Biberacum, Memminga, Kaufbeura, Campidonum, VVanga, Leutkircha, Rauenspurgum, Lindoia, Buchorna, Constantia, Vberlinga, Pfullendorffa, Rotvvila, Dinckelspiela, Nœrdlinga, Bopfinga, Donavverda.

Additur alicubi etiam Augusta.

VVeidestetta clades illorum.

Quibus ciuitatibus non optimè conueniebat cum illustri Comite. Hic verò, & Dux Tecensis, illas cum Vlmensibus, apud vicum VVideslettam, duobus ab vrbe Vlma milliaribus, victas, clade non mediocri affecit. M. Ser.

Elisabeta Brandenburgensis.

Eodem 1352. anno (inquit Nauclerus) Ludouicus Marchio Brandenburgensis, Bauari Ludouici filius, sororem suam Elisabetam speciosissimam virginem, desponsauit filio Mastini Canis Scaligeri Veronensi.

Ea decennio post, Vdalrico VVirtembergico Comiti nupsit: eique Eberhardum peperit.

Octo

Otho & Burcardus, Comites Hohenbergenses, fratres, Domini oppidi Nagolti: & Comes Rudolphus iunior, Rudolphi de Hohenberg filius, Dominus oppidi Rotenburgi: vendiderunt den Widdumhoff zu Bondorff/ darinn der Kirchensatz/ anno 1352. Rebenhusensibus. M. Scr. Hohenberg. Comites. Nagoltum op.

Henricus, Alberti, Comitis de Hohenberg fratris illustrissimæ D. Annæ, Rudolpho Cæsari olim nuptæ, nepos, occisus est in Episcopatu Curiensi per Bellemontios: & in claustro Salmansvviler sepultus: vt dudum antehac est scriptum, lib. 3. cap 6. Hohenberg. Henrici cædes.

Nobili viduæ Leutgardi, Bertholdi Sunthingensis viduæ, bona quædam contra fratrem eius Fridericum VVallen adiudicata sunt ab arbitris: equite Conrado de Ehingen, Comite Hugone Hohenbergico, & alijs. Hohenberg. Hugo.

Neissæ sepultus est nobilis vir, Heinricus Schilling: cuius hoc ibi Epitaphium in lapide extat. Anno Domini M. CCC. LII. obijt Dominus Heinricus dictus Schilling: miles mirificus, & fundator altarium sub Cancello constructorum & consecratorum in honorem S. Ioan Baptistæ, Katharinæ & Margarethæ virginum. Schilling Henricus, Neissæ oppido sepultus.

Anno Domini M.CCC.L. obijt Domina Agnes, vxor sua.

Nobiles, ex literis Kirchaim.

Albertus, dictus Heller. Nicol. Zeller. Rudolfus Kusser. Conradus, Reinhardus & Seitzinus fratres de Hæsingen. Luß der Rüsse/ Ritter. Raffian Holtzwart. Albrecht Hofwart/ Ritter. Eberhart von Randeck. Hans Truchsäß von Mangoltzhaim/ Ritter.

Ioannes, von Gotts verhengnuß Probst / & conuentus Madelbergensis, vendiderunt quiddam Lorchensibus permissu Hainrici, deß Kirchherren von Liechtenstain: qui nomine comitum VVirtembergensium Eberhardi & Vlrici, procurator erat Madelbergensis cœnobij. Adelbergenses.

Seelgeräht / animæ ratio habita.

Hainricus Trutvvin ciuis Gruningensis, & vxor eius Irmengardis, ex prato quodam quotannis 4. anseres daturi erant: post mortem suam hoc idem cœnobio Lorchensi relicturi, ob earum animarum suarum ibi habendam. Signatores, Albertus Scultetus, & iudices Gruningenses. Lorchensis.

Die Martij post Margaretæ, eiusdem 1352. anni, Ioannes & Burkardus à Thierberg, Conradi defuncti filij, Alperspachensi cœnobio curiam quandam tradiderunt, loco eleemosynæ, in vico Pfaffinga sitam, Hældlinshof dictam (colentibus eam Alberto & Benzone Hældlinis, fratribus) sciente & consentiente generoso (Edel vnnd gnädig) Domino suo, Comite Friderico de Zolre seniore, in Schalcksburg: constitutis in eunctionem sponsoribus (zu tröstẽ vnd wehren) apud hoc generoso comite: & Henrico de Thierberg, dicto de Hailerbach: ac Conrado Schenck de Stofenberg: zu tröstẽ vnd zu fertigen alle Sach/ den vorgeschribenen Hof / mit allen seinen zugehörden. Literæ sunt Balingæ Datæ. M. Scr. Thierberg. Alperspach. Pfaffingen. Schalcksburg.

Halæ viuebat Burcardus Sulmaister, & Conradus Senffe.

Ioannes Hanman, Liechtenbergius Baro (vt in M. Scr. Chron. Argent. aliquando legebam) vxorem suam honestam quæ erat ex Liningensi familia, aspernatus, quandam pellicem vsurpauit, nomine Elisam: & ex ea multos libros sustulit. Ex quibus filiam collocauit filio Gozzonis Grostatmij, equitis Argentinæ. Displicuit res valde Henrico, Hanmanis filio, & Comiti Liningensi Emichoni fratri legitimæ vxoris. Liechtenberg. Baro, & pellex eius.

Ceperunt ergo Elisam: sed intercessione dimiserunt: iureiurando, nunquam ad Hanmanem redeundi, astrictam. Ipsa verò statim peiura facta, ad eum reuertit: & vt is veram vxorem libenter expelleret, effecit: retentâse sunâ liberis. Ideo Comes Emicho & Henricus, Liechtenbergam occuparunt: & Hanmane capto, Elisam præcipitatione per fenestram necauerunt. Coactus est demũ Hanman cautionem dare se non adempturum hereditatem filio, à quo captus fuerat. Ita dimissus fuit.

Anno 1353. cœlestis flamma (inquit Palmer.) post solis occasum inter Zephyrum & Austrum latissimè excrescens, terribileque ostentans incendium: tandem murmure magno per cœlum ruit. Flamma cœli.

Fœdus Heluetiorum corroborabatur maximè Bernatium accessu. Sic, quæ olim pars Alemanniæ, vel Ducatus Sueuiæ, erat. Turgouia & Zurichgouia, cum Ergouia & Auenticensi pago, in nomen Schvveitzerorum & antiquorum Heluetiorum, transijt. Heluetiæ Alemannicæ, in Schvveitzerorũ nomen abitus.

Anno millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto, fœderi Beruensium comes fuit, tertia Tigurinæ vrbis obsidio: propterea quòd ab Alberto Austrio criminatio cõtra fœderatos ad Carolũ Cæsarẽ facta fuerat. Venit Cæsar (postquã Imp. negotia, quib⁹ auocatus fuerat, cõfecisset) ad vrbem Tigurum, tertiũ obsessum.

Tygua-

Tyguarum: nec potuit obtinere, vt à fœdere illi discederent: quòd à se non contra Imperium, sed suis priuilegijs consonum factum dicebant. Itaque ipse, & Dux Albertus, & ciuitates Imperiales, Episcopusq; Constantiensis, vrbem obsedêre. Tigurinis autem ad pugnandum egressis: primas hic præsul sibi partes præliandi popposcit, pro antiquo priuilegio Sueuorum. Se enim, & suos milites, esse Sueuos. Intererat etiam Dux Teccensis Fridericus, & Comites VVirtembergenses. Cùm verò Austrius niteretur primus in pugnando esse: sed Sueuus nollet suum & Sueuorum imminuere ius: hic discessit è campo. Discessit & Cæsar, atq; alij proceres. Austrius denique ipse: sed relictis passim per oppida sua præsidijs: quibus Tigurum vexandum mandauerat. Tandem tamen bellum est Ratisbonæ compositum 1355. anno, per ipsum Carolum Imperatorem.

Sueuorum primæ partes pugnandi.

Obsidionis solutio.

Belli Heluetici finis.

Carolo ferream Coronam Mediolani impositam esse hoc 1354. anno, Funccius notat.

Montefortij Comites.

Obijt suum diem hoc tempore Guilielmus, Comes Montefortius, relictis filijs, maiore natu Guilielmo, & minore Henrico. Huic minori, Tetnangia & Langenangia ditiones cessêre 1354. cuius posteritas virilis, anno 1574. in Comite Vlrico defecit: sed filia eius Barbara, generoso Baroni Antonio Fuggero 1591. Augustæ nupsit. Guilielmus verò frater Henrici, ex patria hæreditate obtinuit arcem ditionemq; Montfortiam, & Brigantinam: cuius hodie superstites posteri, tum hîc, tum etiam Tetnangensi & Argensi ditionibus potiuntur. Marc. Henning. anno 1591.

Hirsaugiæ Abbas VVighardus obijt pridie S. Gregorij M. Papæ.

Hirsaug. & aliorum Monachorum ruditas & negligentia.

De quo se nihil ferè scribere posse, Tritenhemius conqueritur: eò, quòd hoc tempus fuerit ignorantiæ tenebris plenum: quando penè in totius Germaniæ benedictini ordinis Monasterijs perierit obseruantia regularu: & Monachi, carnis voluptatibus dediti, studia literarum abiecerint. nihilq; minus, quam gesta suorum prolatorum conscribere, cogitauerint.

Postridie autem S. Gregorij, feria sexta, die Mart. 13. electus est XXXIII. Abbas huius Monasterij, VVIGHARDVS 2. prioris ex sorore nepos: qui confirmatus est, & ordinatus, ab Episcopo Spirensi Gerhardo de Erenberg. Præfuit A. 5. M. 2. (al. 8.) D. 21. Vir bonus & prudens. Eodem quoque anno, supplicante VVighardo, pontifex confirmauit omnia huius cœnobij priuilegia.

Cantacuzeni expulsio. Lesbus insula.

Calo Ioannes Imp. Constantinopolitanus, pulso Imperij riuale Cantacuzeno Ioanne, operâ Francisci Catelusij Genuensis, restitutus est: ideoq; ei Lesbon Insulam dono dedit. Func. Sed Onuphrius ad 1357. reponit.

Carolus, Romæ Imp. coronatus.

Anno 1355. coronatus est Romæ nonis April. die paschatis, Rex Carolus cum vxore, in Basilica Vaticana: à Petro Episcopo Cardinale Ostiensi, & Ægidio Presbytero H. S. Clementis, legatis Innocentiæ Papæ: eo tamen pacto, vt ab Italia Romaq;, ne ibi habitaret, neu morum ibi teneret, excluſus esset: Blondo teste. Das heisset/ Imperatorem à D. Petro in ordinem cogi. Hîc igitur

erat annus { Regni eius 10. / Imperij 1.

Pisæ Imperatrix, rapta.

Ipse cùm venisset Pisas: ortus est tumultus: sed virtute Germanorum defensus fuit.

Imperatrix cum virginibus rapta, ad ignominiam Augusti εἰς ὀνειδισμὸν τοῦ Καίσαρος: sed euaserunt ex vrbe omnes. Hedio, paralipom. scriptor.

Helffenstainia Beatrix. Schlysselberg.

Obijt generosa Domina Beatrix, Comes Helffenstainia, dicta de Seblysselberg: & in Regiofontano cœnobio, 1302. fundato, humata est. Fuerunt olim Barones, de Schlysselberg dicti: habitantes supra Culenbachum in arce Blassenburg, hodiè Marchionum Brandenburgicorum. Insigne ipsorum, erat rubra clauis in alba planitie. Condiderunt Schlysselouium, nobilium fœminarum cœnobium, 2. milliaribus à Bamberga. Brusch.

Eberhardus de Schlysselberg:
- Godefridus.
- Gisela, prima Schlysseloui Abbatissa 1360.
- Conrad, Cui natæ sunt ex Leucardo Zollerensi,
  - Reiza, Vir, Comes Schwartzenburgius.
  - Anna, Abbatissa 2. huius loci.
  - Elisabeta, nupta Montefortio.
  - Sophia, Vir, Zollerensis Comes.
  - Beatrix, Helffenstainio nupta.
  - Claranna, Comiti Biehlingensi copulata.

Gamundia. Lovana.

Joannes Klebzagel/ Brentzen Klebzagels Sohn. Gamundianus: vendidit 50. libris guter Haller/ Lorchensi Abbati Ludouico & conuentui, bona sua zum Renhartz. Dieses Gut gültete Järlich dritthalb Malter Habern/ 3. ß. Haller/ 100. Eyer/ 4. Hüner. Hett Holtz/ Aecker/

Aecker/ Wiesen/ Wasser/ Waid/ 2. Häuser/ ein Hoffreiten. *Actum* 1355. *Feriâ* 4. *ante palmarum.*

Ecce, quot bonorum quantulum precium, ante 236. *ab hinc annos, quàm preciosa contrà* (*integrissima*) *hodie sunt omnia.*

Obijt 6. *idus Decemb.* 1355. *venerabilis Abbas Bebenhusanus, Conradus de Luschnovv: qui in sacello ad cœmeterium à se constructo humatus est. Cùm præfuisset* 33. *A. cui successit VVernherus Gomeringensis* 18. *Abbas, & obijt* 1393. *Bebenhusa.*

Circa hæc tempora, Berchtoldus Niger, Teuto genere (Henrico Pantal. teste) Monachus religione Franciscanus, professione philosophus, excogitauit atq; introduxit bellicum instrumentum bombardas. Quas existimo hoc nomen sortitas à bombo & ardeo, satis apto vocabulo. Ex physica enim is doctrina didicerat: duo corpora in eodem loco esse non posse: sed alterum ab altero expelli: nec vacuum, in rerum natura admitti. Item, quòd ignis leuius Elementum, maius sibi spacium, quam terra, vendicet: ac quòd omnia ex elementis mixta corpora, in ignem redigantur. Ipse igitur Æneæ ollæ, vndique circumseptæ & obstructæ, sulphur & nitri puluerem indidit, ignemq; addidit. Ibi cùm materia ignem concepisset: olla fracta est: ignis & fumus ingenti sonitu, instar tonitrui, in aërem sparsa sunt, tanquam in locum apertum & patentem. *Bombardarum inuentio, per Monachum.*

Delectatus est vir bonus suo callido inuento: ac puluerem bombardicum simili ratione confecit, quippe sciens, contraria contrarijs expelli: & extremè frigida calidaq;, summè esse contraria. Itaq; ex nitro vel salpetra, & ex sulfure, benè contritis, eum puluerem confecit: carbonesq; nigredinis causâ, Niger Berchtoldus, Nigri dæmonis famulus, adiecit. Quo puluere truncos arborum disrupit: lapides & globos magnos, ex concauis obstructisq; machinis effulminauit. Hæc, Bombardarum inuentio est:

Quarum tu laudes, quæso, Arioste, cane. *Cant.* 10. *Ariostus, de bombarda.*

O maledetto, o abominoso ordigno:
Che fabricato nel tartareo fondo
Fosti, per mandi Belzebu maligno:
Che ruinar per te disegnò il mondo.
Et 11. Come trouasti, ô scelerata & bruta
Inuention, mai loco inhuman core?
Per te la militar gloria è distructa:
Per te il mestier de l'arme è senza honore:
Per te è il valore, e la virtu ridutta,
Che spesso par del buono il vio migliore.
Non piu la gagliardia, non piu l'ardire,
Per te può in campo al paragon venire.

Postea 1517. Seindt die künstlichen Fewerschloß erfunden worden: *vel Noribergæ, vel Augustæ. G. VVideman.*

HAIDENHAIMVM, OPPIDVM FACTVM. AVREA BVLLA CAROli 4. Quædam, Lorchensibus & Madelbergensibus tradita. Henricus 3. Episcopus Constantiensis. Campidonensis Abbas Henricus: criminor te, criminor à te. Basiliensis terræmotus. Eberhardus VVirtembergensis, contra Comites Hohenbergenses. Aliquot Rechbergenses nobiles. Confirmatio Diplomatis, Monasterio VVengensi apud Vlmenses, olim dati. Abbas Hirsaug. VVignandus. Bellum inter Imperatorem Carolum, & Comitem VVirtemberg. Eberhardum, eiusq; belli transactio.

CAPVT V.

ANNO 1356. *rursus erat Imp. Carolus in Germania: vbi dedit hoc priuilegium, oppido hodie VVirtembergensi. Haidenhaimo: missum mihi à nobili viro, præfecto ibi minore. Georgio* REGELIO, 9. *April.* 1590. *Carolus Imp. in Germaniam reuersus.*

Wir Carl von Gottes Gnaden/ Römischer Keyser/ zu allen zeiten mehrer deß Reichs/ vnd König zu Böheim: bekennen vnd thun kundt offentlich mit disem Brieff/ allen den/ die jn sehen/ oder hören lesen: daß wir angesehen haben den stäten getrewen Dienst: den der Edel Vlrich der jünger/ Graffe von Helffenstain/ vnser vnd deß Reichs lieber getrewer:

vns/

vns/vnd demselben heiligen Reich/offt vnverdrossenlich gethan hat/ vnd noch täglichen thut/vnd so viel mehr thun mag vnd soll: vnd wir jn gnädiglich bedencken/ vnnd gönnen/ vnd erlauben jm: daß er auß seinem Dorff zu Haidenhaim/ einen Marckt/ machen vnnd auffrichten möge. Vnd wöllen von vnser Keyserlichen Macht: daß derselbe Marckt alle Freyheiten/ Gnade/ Recht vnd Gewonheit haben/ vnd derselben nieſſen vnd gebrauchen solle: die andere Märckte/ die darumb gelegen sind/ haben/ vnnd in allweg gebrauchen: also/ daß man alle Wochen einen gemeinen Marcktag/ auff den Sonnabendt haben vnnd begehen solle/ als gewöhnlich ist: also doch/ daß derselbe Marcktag/ an dem Sonnabent andern Märckten vnd Stätten/ an jren Märckttägen/ Rechten vnd Freyheiten/ keinen schaden bringe. Mit vrkundt dieses Briefs/ versiegelt mit vnserm Keyserlichen Jnsigel: der geben ist zu Prag/ nach Christus Geburt/ dreyzehen hundert Jahr/ vnd in dem sechs vnnd fünfftzigsten: an dem nechsten Dinstag nach vnser Frauwen Tag/ als zu der schickung: vnserer Reich/ deß Römischen im eilfften/ deß Böheimischen im zehenden/ vnd deß Keyserthumbs in dem andern Jahre. Per Dominum Augustensem Episcopum, &c.

Haidenhaim (quod Helffenstain'oriũ erat) oppidum factũ.

Aurea bulla Caroli 4.

Aurea bulla, Noribergæ ab Imper. Carolo 4. constituta est & ordinata. Func. ex Chron. Norib. Sub eo Abbates opulentiores, titulo principum ornati sunt: & vocati, Principes Imperij. Statutum ab eodem, ne quis imperio Romano præponeretur: nisi sciret plures linguas: ne cogeretur ab interprete pendere. Sciebat ipse Bohemicè, Germanicè, Latinè, Italicè, & Gallicè.

Gamundia.

Ioannes Vetzer, & Henricus Hugo, Gamundiæ ciues, censum quendam ex villa sua Vallerwyler, perpetuum se daturos Lorchensibus obligant. Testes: frater Sifridus Husanus, Prior. Frater Volkartus de Schechingen, Cellarius Lorchæ. Cuntzo in Steinhusa. Eberhardus Vaner, Iudex Gamundiæ. Qui posteriores duo etiam signarunt, 1356. die S. Viti.

Kynigsbrunn.

Monasterio Kynigsbrunnensi quadam largitus est bona Vlricus Velizer, eques auratus: ad honorem Dei: ad remedium animæ suæ, & omnium, qui ei profuissent. Datum proximo sabbato ante diem S. Vrbani.

Binnicken.

Albertus de Bunniken eques sibi anniuersarium diem Adelbergæ emerat, nono die post trium Regum celebrandum: fatentibus hoc Ioanne Huntfuß Priore, & Eberhardo Vangero Suppriore, Adelbergensibus. Si vno anno negligeretur: eius anni pecunia Lorchensibus cedebat. M. Script.

Constantienses Episcopi.

In Constantiensi Episcopatu, Vdalrico 4. nobili de Fridingen qui legitimè electus erat, eliso: Henricus 3. huius nominis, cum per Cardinales muneribus corruptos, à Pont. Innocentio Episcopatum hunc impetrasset, 15. Maij 1356. (Baro à Brandis, & Abbas Einsidelensis) præfuit debinc 26. A. ingratus & oppido, & canonicis: damnosus tum huic Episcopatui, tum Einsidelensi Abbatiæ. Obijt 1383. Klingenouij, die S. Ceciliæ. Vnde Constantiam vectus honorificum in cathedrali Ecclesia sepulchrum inuênit. Matrem habuerat comitissam Nellenburgensem sororem autem Agnetem, Abbatissam Seckingensem. Brusch.

Campidonum.

Erat hoc tempore Campidonensis Abbas, Henricus Mittelbergius (part. X. lib. 12. ca. 3.) habitans plerumq; in Castello Hillemontano, hodie Burghalda dicto: Er hat das Gradual/ auff dem Schloß lassen schreiben. Ibat plerumq; albam indutus tunicam, cum pilosa ad latus ornamena: & equo quotidie ex arce in Monasterium descendebat: in temploque Sanctorum sacrum audiebat.

Accidit autem quodam tempore (anno ferè 1378.) vt, cùm ipse pro more sic descendisset: custodes q; arcis, vtpote nihil insidiosi metuentes, remissius in suo officio agerent: ciues vesperti tanquam ob Martinalia celebranda, pridie S. Martini ascendentes, pulsarent. Sic intromissi castellum occuparunt. Dicuntur inter eos fuisse Senatores: & ad lætitiam S. Martini inuitati.

Hillemontani castelli euersio.

Verùm pro lauto conuiuio, direptio arcis, & euersio secuta est. Abbatem ipsum duo ciues de gradibus scalarum deiecerunt: Buskarus, & senior Ottocarus opificio lanij: qui postea & ipsi, & familia ipsorum, interijsse feruntur. Elapsus tamen Abbas equo rustico, comitatus q; aliquot Ministris: eadem nocte adhuc Isnam peruênit. Fuerat in arce, arca literis & Diplomatibus plena: quam ciues incendio deleuerunt. Postero die, quo S. Martini memoria celebratur, legerunt sibi consulem primum Campidonenses, Henricum Scultetum: cùm non diu antè, muro oppidum esset cinctum: non permittente eis 12. annis antè Abbate, cùm vellent.

Consul 1. Campidonensis.

Hunc autem diem, postea diu Magistratibus creandis dicatum & solennem retinuerunt, vsque ad tempora scil. Ioannis Abbatis de Rielhaim.

Tunc

Tunc diem mutarunt, ob memoriam obliterandam. Causam huius facti ciues in ore habent: quòd ab Abbatis seruis ac Ministerialibus (Knecht vnd Herren) filiæ suæ, noctu ad vinum emendum emissæ, in castellum pertractæ fuissent, cantharis vini eis ereptis: nec tales fuissent rursus emissæ, quales ingressæ essent: nescientibus interim parentibus, quò suæ filiæ venissent. Effecit post hæc Abbas Henricus apud Imp. vt S. P. Q. Campidonensi, multis pecuniæ libris mulctato, arx restituta sit. Eã tamen postea ipse, inscio conuentu, ciuitati vendidit. Ære namq; alieno pressus, multa bona oppignerauerat. Putabantur antea Campidonenses, infelices esse: vt prouerbio diceretur, Hab dir der Kempter vnglück: sed Hillemontium indepti, posthac successu rerum creuerunt, Coron. Campid & Brusch. Causa huius iræ Campidonensium.

S. Iacobi Ecclesia, & Xenodochium suburbij, Augustæ fundata. Nouus etiam chorus, in Basilica D. virginis fieri cœptus.

Tybingæ, in fano Augustiniani Monasterij, quod nunc Stipendium illustre est, in lapide parieti inserto.

Anno Domini M. CCC. LVI. obijt nobilis Domina Agnes de Stadion, &c.

Herrenbergæ, in choro templi.

Anno Dom. 1356. 6. Idus .... bris, obijt Comes Rudolphus de Tuvvingen, dictus Schærer.

Zu Ruti im Kloster bey Wildberg. Reutense cœnob.

Anno Domini 1356. obijt Conradus Comes de Hohenberg, miles, 8. idus Septemb.

Quæ duo Epitaphia, mihi hoc 30. Septembr. 1591. misit clarissimus vir, D. Osualdus Gabelkouerus, Stutgardiæ apud illustrissimum Principem ac Dominum nostrum Medicus, illustrisq; in Tubingensi arce Bibliothecæ curator.

Eodem 1356. anno, diem suum obijt Bartholus legum interpres, anno ætatis suæ 56. Palmer. Bartholus iurisc.

Basileam ○ CCCL IIIIII maximus terræmotus, & ignis de monte S. Albani erumpens per ciuitatem discurrens, per S. Ioannis portam erumpens, afflixit: de quo Rhytmos ferè hos Vrstisius ponit: Basileæ terræmotus.

Ein Ring gesetzt mit seinem Dorn:
Drey Hufeisen auch außerkorn:
Ein Beihel/ der sechs Krügen zahl:
Da versiel Basel vberall.

Hydrias Canæ Galilaicæ intellige.

Nobilibus hominibus (teste F. F. F.) hanc Basilienſium calamitatem Alberto, Austriæ Ducis, nunciantibus: eumq; hac occasione quasi diuinitus data, contra illos, cum quibus controuersam de Municipalibus vtriusque ciuitatis habebat, incitantibus: ipse generoso animo respondit: Absit à nobis tanta crudelitas: vt vulneratos & perterritos occidamus. Instaurent vrbem, & sese recolligant. Si æquales nobis fuerint: tum, si videbitur, cum eis pugnabimus. Tum misit de nigra silua CCCC. robustos rusticos: vt expurgarent suo nomine vicum ferri (die Eisingaß) à ponte Rheni, vsque ad forum frumentarium. Quod & fecerunt, multis diebus, expensis Ducis. O præclarum Principem in simili casu imitandum. Clementia Alberti Austrij.

Anno 1357. dissensio quædam erat inter Albertum Austriacum, & VVirtembergensem Eberhardum. Afflictabat Eberhardus Comites Hohenbergenses & Haigerlochenses. Idem occupauerat Rotenburgum, Horbam, & Buchangum, cum Busso monte: sed reddidit. Idem quædam in Hegouia corripuerat: altum Tvvilum vel Duellum, Stain oppidum cum arce, & Schafousiam. Rei tandem transactæ fuerunt. Vide Lazium Geneal. Austr. lib. 2. Hohenbergiam. Eberhardus vexat.

Eodem anno (al. 1356.) Duumuiris sine Coss. Conrado Contzelmanno, & Conrado Munnersine Vettero: Eberhardo Comiti VVirtembergico, Senatus Augustanus, cùm is Comes arcem Eberstain euerteret, auxilio misit impensis ciuitatis. L. equites: ducibus Heertego à Katzenstain, equite aurato: & Paulo Pfettnero, patricio Augustano. Henning. ex Gassaro. Eberstain arx.

Eodem 1357. anno, Vlricus de Rechberg & filij eius Ioannes ac VVilhelmus, vendiderunt die Martis ante palmarum, Lorchensibus ius collaturæ (Kirchensatz) in Rhot, & in Donolzbrunn, cum attinentijs. Sponsores & subscriptores: Dom. Cunradus de Achelfingen vom Horn, D. Hainricus de Rechberg dictus de Huchlingen, D. Ioannes de Hohenrechberg. Ritter. VVilhelmus de Hohenrechberg. Eberhardus Væner. Rechbergij.

Ioannes { senior / iunior } de Rinderbach.

Ioan. Taler, dictus Bürger. *Ioan. Taler, dictus* Batz. *Hainricus Iunior* Hugo, Bürger zů Gmynde. *M. Scr.*

Elurn. *Die ascensionis Christi, eiusdem anni, Vlricus & Eberhardus fratres, Domini de Flurn filij: bona quædam vendiderunt, sita in pago Furnsal, Ioanni Maiero Elenbogensi. Ex Alperspach. literis.*

VVengensis Diplomatis confirmatio. *Eiusdem anni 4. Kal. Octobr. Indict. 10. à Constantiensi Episcopo Henrico affirmatum est Diploma: quod de S. Michaelis VVengensi apud Vlmenses monasterio, suprà part. 2. lib. 11. ca. 13. posuimus. Confirmatum autem his verbis est, apud Bruschium.*

" *In Christi nomine, Amen. Nos Henricus, Dei & Apostolicæ sedis gratiâ Episcopus Constantiensis. Notum facimus tam præsentibus, quam futuris: ad quos præsentes literæ peruenerint: quòd sub anno Domini 1357. Feria tertia ante festum S. Michaelis proxima: pro parte Religiosorum in Christo, Præpositi & Capituli Canonicorum Regularium Monasterij ac præpositura in Insulis propè Vlmam, nostræ Constantiensis Dioceseos: cum reuerentia, qua decuit, literæ infrà scriptæ, nobis præsentatæ fuerunt: & petitum, vt visis & perlectis eisdem literis, cum sigillis earum authenticis: literas easdem, cum sigillorum descriptionibus, exemplari & describi mandaremus: ipsarumq; totum tenorem, cum ipsarum sigillis, eisdem literis impendentibus, auctoritate ordinaria approbando, & authenticando (vt pro nunc, & etiam in posterum, sicut & ipsa originalia, in Iudicijs & extrà, fidem facere possent) confirmare dignaremur. Nos verò attendentes, quòd summa ratio est, quæ pro religione sacra facit: & quia dicta instrumenta, integra & illæsa inuenimus: circo ea exemplari, & ipsorum totum tenorem, cum sigillis eorum authenticis, describi mandauimus, approbauimus, & confirmauimus: ac etiam præsentibus confirmamus & approbamus: decernentes, vt dicta exemplaeandem fidem, quam & ipsa originalia, in Iudicijs & extrà, perpetuò sortiantur, &c.*

VVilarensis cellula. *In VVilarensi Recluforio, 1357. virgo Blabyrensis Adelhaita, solitaria habitabat: quam frequentes accedebant sanctitatis causâ nobiles fœminæ: & ad eam se contulit Gertrudis quoque Schwalherina: clauigera Comitis Helffenstainij, Gerhusam arcem incolentis, ancilla. Adelhaide mortuæ. Gertrudis pro tugurio domum satis capacem ædificauit: & 12. virgines ad se recepit. Progressu temporis, domus est amplificata: & anno 1477. maius ædificium extructum auxilio Blabyrensis Abbatis, & Vlmensium suas ibi filias locantium. Earum Magistra 1488. erat Osualdina Adelhaita Blabyrensis, cum laude.*

Pestis. *Anno 1358. magna erat ab initio Augusti mensis, vsque ad natalem Domini pestilentia per totam ferè Alemanniam: multa hominum millia breui perimens. Tritenh.*

Constantiæ ad lacum Acronium, dira per integrum ferè annum pestis. Lycosth.

Tubing. C. Conradus. *Viuebat tunc,* der Ehrwürdig vnd Edel / Graff Conrad der Schärer von Herrenberg. *Item, Rudolphus de Plieningen: sigillo confirmant quasdam literas.*

Herrenalbæ. Anno D. 1358. 4. Nonas Mart. obijt D. Henricus Perfeteouensis Episcopus, Monachus in Alba. Ibidem: Hic iacent sepultæ V. sorores de Remchingen.

In fano oppidi Vlmensium Leippheim, lapis est cum hac epigraphe.

Gussen. *Anno Domini M. CCC. LVIII.* starben die Ritter vnnd Herrn / H. Gerwig / vnnd H. Diepolt / die Güssen / von Güssenberg.

Misit ad me M. Samuel Didymus, Diaconus in eo oppido, 1591. per VVilhelmum Honoldum, hîc Tubingæ studiosum: cuius pater M. Conradus Honoldus parochum agit in vico Vlmensi Riethaim. Multi iam sunt patres, olim nostri auditores: qui nunc etiam filios suos ad nos mittunt.

Rudolphus Austrius. *Obijt Albertus quoq; Austrius (ille erga Basilienses clemens) relicto inter alios liberos Rudolfo: cui dedit Aduocatiam Alsatiæ, elegantissimo 18. annorum adolescenti: speciosissimam Imperatoris filiam 15. annor. habenti. Qui ascendit cũ vxore & aula in superiorem Sueuiam: & in oppido suo Rheni Dissenhofen habitauit: quod nomen à patrono suo Dionysio habere, à F. F. F. dicitur.*

Senfftij. *Halæ Sueuorum, viuebant cũ honore Senfftij nobiles. Ex quibus VValtherus. De quo hæc inuenio. Ann. 1352.* Walther Senfft / *Senatorij ordinis. A. 1361.* Walther Senfft / Sculteto *Halæ. Anno 1363.* Herr W. Senfft / Ritter. *Sed & 1371. atq; 1381.* Walther Senfft *viuebat.*

Kynigsbrunn. *Kynigsbrunæ.* Ich Otho von Kaltenburg / Ritter: vñ ich Adelhait sein eheliche Wirtin / tũ *Omnia sua, bona, quæ Oberkochæ habebant, Monasterio vendiderunt 1400. libris. Datum Giengæ, pridie S. Georgij, 1358. Quo die & Anno, etiam Comes Helffenstainensis Vlricus, eidem cœnobio bona quædam, in eodem loco sita, vendidit.*

Anno

Anno milleſimo trecenteſimo quinquageſimo nono, Moguntiæ comitia erant: Legato Pontif. Innocentij petente ſubſidium, Romanæ Cameræ. ibi Imper. Domine legate, inquit: Papa iniſſit vos in Germaniam, magnæ pecuniæ exigendæ causâ: ſed nihil in clero reformatis. Deinde Cunonem de Falckenſtain, Canonico Moguntino, capitium auro & ſerico conſertum ademit: ac ſuo capiti impoſuit, illi tradito ſuo viliori precij pileo, & addidit: An non ego in capitio Cunonis, ſimilior ſum militi, quam clerico? Naucler. *Comitia Moguntiæ.* *Canonicus ſuperbus.*

Mortuo Hirſaugienſi Abbate VVighardo 2. factus eſt Abbas XXXIIII. VVignandus, natione Sueuus, militari genere ortus, moribus ſatis commodis. Qui cum propter iniquitatem temporis, & hominum malitiam, diſciplinam monaſticam reſtituere non poſſet: coactus eſt tandem relinquere. Præfuit A. 20. M. 10. D. 20. Monaſterium ære alieno admodum grauatum relinquens. Conqueritur hic iterum Tritenhemius de ignauia, & hiſtoriarum contemptione Monachorum. Quid nobis ſcire conducit, inquiunt, fundationis Monaſteriorum noſtrorum antiquitatem? Quid Abbatum ſucceſſiones, aut res geſtas, ſcire? Dormiunt hi in puluere mortui, nec vllis laudibus demulcentur. O iam ſepulti (reſpondet Tritenhemius) ignaui homines vi qui bonum contemnitis hiſtoriarum, quod aſſequi non poteſtis. Hiſtoria viuis, tam præſentibus, quàm futuris conſcribitur: non, mortuis. *Hirſaug Abbas VVignandus.* *Hiſtoriæ neglectores, Monachi.*

Conradus de Scharnſteten, cœnobio Kynigsbrunnenſi bona quædam 1359. vendidit. Sic Fridericus Scharenſtetenſis, eidem quædam, 1363. Sic 1436. Vlricus de Scharnſteten, duo mancipia 6. medimnis farris, eidem addixit. Viuebat eodem milleſimo trecenteſimo quinquageſimo nono anno, Rudolphus de Ramſperg, Domini Rudolphi piæ mem. F. agens cum eodem Monaſterio de prædio Adelharts vveilerano. *Scharnſteten.*

Frauw Gerhildis/ Volmars ſeligen von Brandecke eheliche Wirtinn/ hat willigklich/ einfaltiglich/ vnnd leuterlich durch Gott/ vnd durch jhres Wirts Volmars ſeligen Seele Heil willen: zu einem rechten Seelgeräht: *Alperſpachenſi Abbati & conuentui, eorumq; ſucceſſoribus, in perpetuum* 12. ß. Haller jährlichs Gelts/ gegeben: von zweyen Lehen zu Dottenwiler/ gebauwet von Berchtold Schafflützel/ vnd ſeinen Brüdern: järlich auff Sanct Martins/ vnd S. Waldtpurgs Tag zu nemen. Sol gemelcter Volmars Jarzeit/ auff den Tag/ da er geſtorben/ begangen werden/ mit Vigilien vnd Meſſen. *Actum* 1359. *anno pridie exalt. crucis. M. Scr.* *Brandeccia Gerhildis.*

Conquerebantur hoc tempore ciuitates Sueuicæ, quibus Præfectus fuerat Comes VVirtembergenſis Eberhardus, apud Imperatorem: ſe ab eo exactionibus grauari, Comes ab Imperatore monitus, ius ſuum tuendum ſibi ratus eſt: fœduſq; cum Auſtriæ Ducibus iniit, ſine exceptione Imperatoris. Secuta igitur hæc vſque in milleſimum trecenteſimum ſexageſimum annum ſunt. Illatum bellum eſt Comiti: dante petentibus ciuitatibus Cæſare Ducem patronúmve Rupertum Bauarum: cùm fruſtrà partium compoſitionem multi principes quæſiuiſſent. Iuuit Eberhardum Fridericus quoque Teccenſis. Imperator, ante feſtum aſſumpt. B. virginis, Noribergam venit, cum copijs: Vngarorum & Germanorum: in quibus, amplius tria millia galeatorum erant. Obſidit oppidum Olam: olim pro XX. millibus Florenorum, Comiti Eberhardo ab Oetingenſibus comitibus oppigneratum. Quo in poteſtatem redacto: Schorndorffam, & inde Eſslingam, profecius eſt. *Ciuitatum querela de VVirteb. C. Eberhardo Greinero. Hinc, bellum in eum.* *Ola. op. à Cæſare captum.*

Interea Rupertus, per vallem Comitis Zabergavv dictam, cum ciuitatibus Rheni aſcendit: quædam caſtra deſtruxit: XXX. vicos diſpoliatos incendit. Idem Palatinus Græningam obſedit: Auguſtani verò, Conſtantienſes & aliæ ciuitates, Gœppingam. Marchio Badenſis, à Cæſare vocatus reſpondit ſe cum Auguſtenſi, Spirenſi, & Argentoratenſi, Epiſcopis: arbitrum in cauſa componenda fore, non hoſtem affini ſuo. Tum hi adiunctis ſibi idoneis hominibus, concordiam inter partes fecerunt, certis conditionibus: vt ſcil. fœderi Auſtriaco renunciaretur: Aduocatia ciuitatũ, Imperatori reſtitueretur: in iudicio Imperij ſi quis accuſaret, reſponderetur: ſocij belli, Teccenſis & Lympurgius, abſoluti eſſent, præter Auſtriacos: damna vtrinq; data ferrentur: capta reſtituerentur, ſed Ola Imperio cederet: omnes captiui dimitterentur: & nihil poſthac contra Cæſarem & Imperium fieret. Ita reconciliatus eſt Cæſari Comes Eberhardus: ſicut & poſtea, proceres Auſtriæ. Eo tempore, Aduocatia quoq; Maulbrunnenſis cœnobij, à VVirtembergenſibus ad Patrũ Latinum tranſijt: quod longo tempore poſt, anno videl. 1504. Dux VVirtembergicus Vlricus bello recuperauit. *Græninga.* *Pax facta.* *Ola, ad Imperiũ.* *Maulbrunn. Aduocatia.*

Naucler. & alij. Inuenio alicubi, in hoc Imper. Caroli cum Comite Eberhardo bello, Bebenhusanis combustas esse villas in vicis VVesthain, Zuffenhusen, Blieningen, & Æchterdingen. Torcularia item Zuffenhusæ & VVangæ.

Viuebat Halæ Conradus Peterer, ordinis Senatorij, 1359. ex genere Sulmaisterico.

Hervvart, Augustæ.

Augustæ viuebant patricij, Ioannes Heervvartus, & Conradus Mynnerus: Coss. Hansone Rudolpho, & Iacobo Contzelmanno. Illi Cal. Maij, curatores dati hospitali sancti Spiritus Augustæ: optimè de eo meriti sunt: vt iure posecundus fundatoribus haberentur: eius administratione, præclara ad posteros transmissa. Achilles Gassar. qui etiam Cæsari, contra VVirtenbergensem bellanti (vt antea dictum est) Eßlingenses ac Reutlingenses infestantem, 2. millia peditum, & 60. equites, auxilio ab Augustanis missa scribit: Ducibus Bertholdo Bacho, & Ioanne Vægelio, vrbis curatoribus. Ideo Cæsarem eis ob compensandas expensas, 29. Iun. 1360 indulsisse: vt decem proximis annis tributum de vino cereuisiá & mulso, exigerent. Das war das erst Vngelt also. *Bellum verò transactum tunc erat.*

Vngelt.

Albertus, Comes Hohenbergensis, Iurium Doctor, Canonicus Constantiensis, Episcopus Frisingensis fato 1359. functus est.

EBERHARDVS COMES VVIRTEMB. ADVERSVS ESLINGENSES. Fridericus, Dux Teccensis, & progenies eius. Dux Oberndorffensis Hermannus. Ehingeri, patricij Vlmenses. Festum lanceæ Christi. Priuilegiorum Alperspachens. confirmatio. Nuptiæ VVirtembergenses Stutgardiæ. Incendium Adelbergense. Hastiludium Germanicum XIX. Ecclesia Bondorffensis. Fœdus Sangallensium cum Sueuicis ciuitatibus. Primus transitus Turcarum in Europam violentus.

CAPVT VI.

Eßlingæ, Comitia & tumultus.

ANNO 1360. (al. 1361.) *Carolo Imp. & Principibus, Eßlingæ comitia celebrantibus: & in Refectorio cœnobij Franciscanorum, vel Minorum (τῶν γυμνοποδῶν) consilia tractantibus: ciuium seditio & tumultus contra ipsos sit. Cæsar inde se proripuit: Comitiq; VVirtembergico Eberhardo, vindictam commisit. Quo Duce, & imperialibus ciuitatibus, Eßlingam obsidentibus, vimá, inferentibus: ciues, vt pacem redimerent, Imperatori LX. (al. LXX.) Eberhardo verò XXX. millia aureorum, dependerunt. Ita centum millibus Aureorum Eßlingenses periculum à se dimouerunt, dulcemá, pacem recuperarunt. Tritenhem. & alij.* Ist kein Gelt zu viel/ damit man Frieden kaufft. *Conquerenti post hæc Eberhardo de damno suarum arcium & rerum, Cæsarem inuenio concessisse exactionem magnæ pecuniæ à ciuitatibus. Quam cùm recusarent hæ: Comitem eis bellum intulisse: ac quosdam coegisse dare pecuniam. Quæ contentio duraverit vsque ad annum 1371. quo bellum ciuitates resumpserint: & altero anno ad Althaimum (quò Augustanorum auxilia, exundante Danubio, venire non potuerint) victæ sunt: captusque illarum Dux, Comes Vlricus Helffenstainius: qui Neipergæ in custodia mortuus sit. Post quam cladem, non parùm pecuniam soluisse ciuitates.*

Eberhardus, ciuitatibus molestus, inde bellum.

Teccens. Fridericus, Gundelfingensis.

Hoc millesimo trecentesimo sexagesimo anno, Dux Teccensis Fridericus, se Gundelfingensem scribebat: fortasse propter Conradum Ducem, cui hoc danubianum oppidum fuerit traditum: quem Schweickerus Gundelfingensis interfecit, vt suprà dictum est. Dicitur, Gundelfingam cum Teck, post hanc familiam ad Comites VVirtembergenses venisse: postea verò 1449. Gundelfingam Bauarorum ducum factam esse. Quibus de rebus sic D. Gabelcouerus annotauit. Duplex est Gundelfinga. Vna, Baronum sedes, fortè plus vno milliario infra Offenhusam sita: olim arx, sed nunc in ruderibus iacens. Altera, oppidum in ripa Danubij, Bauariæ Ducum: quod à Friderico possessum inde constat, quòd Missam ibi erexit. Gundelfinga autem tum ad VVirtembergenses delata est: cùm Ludouici 4. Imp. filia Elisabeta, Vlrico, Eberhardi Gryneri filio, collocaretur. Tunc pro parte dotis oppignerata est, cum pacto reluitionis. Reluitio, repigneratio est.

Mindelhaim, & arx eius.

Mater illius Friderici, fuit comitissa Hohenbergia Agnes. Habuit ipse ditionem Mindelhaimensem, Hohenschlitzijs ereptam: arcemque ibi in monte S. Georgij ædificauit: Kauffbeurum obsedit: & anno 1389. obijt.

Liberi

Friderici Tecc. progenies.

1. *Conradus.* Gab zum Kloster zu Mindelhaim/ die Kirch vnd Pfarr zu Westernach/ vnd den Zehenden zu Mindelhaim/ 1378. *vxor eius, Bertha (al. Hetvvigis) Marchionissa Ferrariensis. Liberi eorum, citò mortui. Landgrauius Alsatiæ fuit: & March. Electoris Brandenburg. Ludouici intimus Consiliarius. Confessus Monachi in Bauaria, à Barono Gundelfing. Suiggero, sub specie salutationis, 1384. April. 6.*

filij,

2. *Fridericus. Mundelhaimensem ditionem cum fratre Vlrico XX. Anorexit. Præfectus Alsatiæ erat, & Cæs. Sigismundi Capitaneus in Italia. Vxorem habuit, vltimam Ducissam Vrslingensem. Inde nata est filia vnica, quam Comes VVirtemb. Eberhardus habuit Mitis: & illo mortuo, dominium Nigræ syluæ, cum veteri castello, nactus est, ab Imperioq; obtinuit. Itaq; 1495. Eberhardus Barbatus, Dux prius creatus VVormaciæ ab Imp. Maximiliano, in feudum tum VVirtenbergiam, tum Tecciam, accepit. Mindelhaimum verò, & Algoicam ditionem, Comites ceperunt VVerthaimenses, & Domini de Rechberg: orti ex sorore patris Friderici. Obijt autem Fridericus, hic Eberhardi Mitis socer, Christi 1413.* Teck, ad VVirtembergiam venit.

Liberi eius ex Anna Helffenstainia:

3. *Georgius. Factus primò Theologiæ vel Canonum Doctor: postea, Ecclesiasticus (Geistlich) & prouincialis ordinis Augustiniani. 1383.*

4. *Ludouicus, patriarcha Aquileiæ, & vltimus Teccensis Dux. Mortuo fratre Vlrico: ipse, & filij sororum, VVerthaimij & Rechbergenses, Mundelhaimum tenuerunt: Interfuit concilio Basilien si. Obijt 1439. Vide infrà 1389.*

5. *Vlricus. Fundauit Ecclesiam parochialem Mundelhaimi 1409. Obijt 1432. Fuerunt & duo Simones, fratres: sed in pueritia mortui.*

filiæ,

1. *Beatrix, Haideccio Friderico nupta—— Ioannes.*
2. *Agnes, vxor Comitis Henrici VVerdenbergij. Obijt 1386.*
3. *Margareta, vxor Comitis Friderici Ortenburgij. Sine liberis. 1381.*
4. *Gutta, oder Geut: vxor Com. Ioannis VVertheimensis, 1406. quæ peperit Com. Ioannem, & Michaelem.*
5. *Irmegarda, vxor Viti Rechbergensis. 1403. Inde natus, Beer de Rechberg: eques auratus ad sepulcrum Domini factus. Item, Albertus eques: & Barbara, Kirchaimiq; monacha Anna.*
6. *Elisabetha, ἀγαμος obijt. Hæc ferè, apud VVigul. Hundium. Reliqua, alibi.*

Vlrici Tecc. vxores.

Vlrico (vt aliunde quoq; aliquid addam) vxores fuêre: 1. Anna, Casimiri Regis Poloniæ F. 2. Marchionissa Badensis Vrsula.

Addam & hæc: etsi D. Gabel ouero non omnia viderentur vera: nempe de Beatrice, & sororibus eius: etiam de illa, quæ Eberhardum VVirtembergensem habuerit. Inuestigetur ergo de eis diligentius.

Beatrix, mortuo Haideccio Friderico, Rechbergio nupsit: ex quo peperit Irmelam & Georgium.

Agneti tribuuntur tres mariti, & longiora vitæ tempora.

1. *Henricus, Com. VVerdenbergius, 1393. anno.*
2. *VVilhelmus, Com. Kirchbergensis, 1413.*
3. *Eberhardus, Dapifer VValdburgensis, 1430.*

Additur adhuc vna filia N. 1380. quæ virum habuerit Eberhardum, Comitem VVirtembergensem, 1404.

Alibi reperio ex Friderico, & Anna Helffenstainide, natos, 1. Vlricum. 2. Conradum: & ex hoc Conrado, Ferrariensiq; vel Estensi Hedvvige, cæteros vtriusq; sexus, suprà commemoratos, liberos.

De Teccensi stirpe leguntur multa lib. 1. Lazij cõment. Austriacæ Geneal. si cui libeat inspicere.

Ovva. *Habuerunt in op. Ovva, alij Tecxenſes Duces ſuam ſepulturam & domum monetariã. Reperta ſunt ibi 1379. monumentis apertis, magna oſſa Ducum 4. Habitarunt etiam Ovvæ multi nobiles: quorum Inſignia, adhuc in Templo Parochiali, præſertim Schvvechlerorum & Spaterum. Cancellariam Duces habuerunt in vico Heiningen, prope Gœppingam. Item Gutenberga, quæ olim oppidum fuit, in præfectura Kirchaimenſi. Deſolata hodie iacet arx Teck, olim magnifica, in monte pulchro. Intus eſt ampla & caridis area.*

DVCI HERMANNO Oberndorffenſ.

Oberndorff. Dux Hermannus. Wir Karl von Gottes Gnaden Römiſcher Keyſer/zu allen zeiten Mehrer deß Reichs/ vnd König zu Böheim/ entbieten dem Edlen Hertzog Herman zu Oberndorff/ vnſerm lieben getrewen/ vnſer Gnad vnd alles gut. Lieber getrewer/ vns iſt zu wiſſen gethan: daß du dich deß Kloſters zu Alperſpach Vogtey anzeheſt/ ꝛc. Aber wir gebieten dir ernſtlich/ bey vnſern Hulden: daß du der obgenannt Vogtey dich gäntzlich verzeiheſt/ ꝛc. Geben zu Nürnberg an S. Georgen Tag: vnſerer Reiche in dem fünffzehenden Jahr: vnnd deß Keyſerthumbs/ in dem ſiebenden. *P. D. Cancellarius Petrus Iavvr.*

VVerdenberg. *Albertus viuebat 1360. Comes VVerdenbergenſis: expugnator Caſtri Ramſvvagi in valle Druſiana, quod Montefortiorum erat. Laz.*

Familia nobilis Ehingerina, Vlmæ. Sup. patt. 2. anno 1204.

N. Ehinger. *VValther 1. Iudex. obijt 1360. Sepultus in cœmeterio, antequam Capella eſſet condita. —— Petrus 1. obijt 1416.*

Ioan de Mailand, Conſul. Fundator Capellæ S. Georgij, ad latus Eccleſiæ. obijt 1368.

Vxor, Agnes Rhætina. obijt 1383. Hinc natus, — *Ioannes Habſaſt. Vide infra 1381.* — *Hartmann. 1. Vide 1428. Vide quoque infrà 1378. tanquam caudicem alterum.*

Immenhuſen. *Apud Geſnerum in Biblioth. ponitur hoc tempore Ioannes quidam de Immenhuſen: qui in libros ſententiarum ſcripſerit elegantes ſermones. Neſcio, an ſit vicus Immenhuſen, 1. milliario à Tubinga ſitus.*

In Templi Nagoltenſis ingreſſu, verba hæc lapideæ columnæ inciſa ſunt.

Nagolt op. *Anno M. CCC. LX. nonas Auguſti, incepta eſt Capella beate Marie virginis, in oppido Nagolt.*

Eodem anno, Monaſterium Kynigsbrunnenſe, ius ciuitatis Pfullendorffenſis conſecutum eſt. Wir der Amptmann vnd Rath gemeinlich der Statt Pfullendorff/ ꝛc. *Datum proximo die Martis ante Purific. Mariæ, anno 1360.*

Pragenſ. Academia. *His temporib. (Funccio 1361.) vniuerſitas Pragenſis, à Carolo Imp. fundata fertur. Poſtea etiam impetraſſe eum à Papa, vt inſtitueretur feſtum lanceæ, clauorum, & coronæ Chriſti: Feriâ 6. poſt octauas paſchatis celebrandum quotannis vbiq; magnis indulgentijs & gratijs. Tritenh.*

Lanceæ Chriſti Feſtum. *Anno 1361. Indict. 14. 6. Nonas Maij, Carolus IIII. Imp. confirmauit Alperſpachenſi monaſterio (Regnorum ſuorum anno 15. Imperij verò 7.) priuilegium, ipſis olim ab Henrico IIII. Rom. Imp. datum: recipiens eos etiam in protectionem ſuam, & ſacri Imperij.*

Alperſpach. Teſtes huius rei:

Venerabilis Arneſtus, Pragenſ. Archiepiſcopus. Ioan. Aulæ Imperialis Cancellarius, Lathoniuſienſis.

Ioan. Olmucenſis, Ioann. Argentinenſis, Theodoricus Mindenſis, Albertus Suerinenſis, Paulus Friſingenſis, & Henricus Lubecenſis, Epiſcopi.

Illuſtres, Rupertus ſenior, Comes Palat. Rhen: ſacri Imp. Archidapifer, & Bauariæ Dux. Rudolphus, Dux Saxoniæ. S. Imperij Archimarſcallus.

Ridacarius. Dux Brunſuicenſis.

Nec non ſpectabilis Eberhardus de VVirtemberg, Vlricus de Helffenſtain, ac Ludouicus de Otingen, Comites. Et alij multi Imperij Principes. Per Dom. Cancell. Nicol. de Chrems.

Eberhardi Com. VVirtemb. filia, Ducis Lotharingi ſponſa. *Illuſtris Comes VVirtemb. Eberhardus, Stutgardiæ celebrauit magnificas nuptias filiæ ſuæ Sophiæ: quam Duci Lotharingiæ Ioanni dederat. Ibi ergo acti ſunt ludi equeſtres: & fons artificioſus, vino vbertim fluxit. Imperator eôdem inuitatus, quod tanta multitudo hominum eò veniret, non vênit.*

Inter-

Interfuit Albertus, Dux Austriæ, & alij Principes: multique Comites, ac Barones: nec non Gynæceum ornatissimum. Ex eo coniugio natus est Carolus, Lotharingiæ Dux. Ipsa Domina, Stutgardiæ sepulta est. Naucler. & alij.

Dissensio quædam erat inter fratres VVirtembergicos, Eberhardum & Vlricum: quæ tamen facile per Imp. Carolum est transacta: vt Comitatus VVirtembergensis maneret deinceps perpetuò indiuisus. Diuisioni eius renunciauit Comes Eberhardus, prole, & filio suo Vlrico. Qui sine hærede ex se, diem suum obijssent: totus Comitatus fuisset ad fratrem Huldrichum, & eius hæredes, transiturus. Summa inter ipsos beneuolentia, confirmata. & de rebus per vitam vtrique bene administrandis promissio facta. Erant Comiti Eberhardo munitiones hæ: Vrach, oppidum & arx. Nissen, similiter oppidum & arx. Aichelberg Castellum. Stutgardia, Vaihinga, Tubinga, Schorndorffa. Comiti Vdalrico erant, Castellum VVirtemberg, & op. Marpachum. VVirtembergici comitatu ἀδιαιρετεία. VVirtembergia oppida. Aichelberg.

Actum Noribergæ 1361. die S. Barbaræ, nempe proximo die Veneris post S. Andreæ.

Putat F. F. F. VVirtembergicam hanc familiam, ex Italia, & nobilibus Romanis, à Carolo Magno fuisse in Alemanniam ductam, ipsos & alios: & hinc inde dispersos (post liberationem Papæ Leonis de manibus Romanorum) nesedi Apostolicæ amplius molesti essent. Ego autem, ex Francia occidentali potius, à Clodoueo Magno huc missos, vt Præfectos, arbitror. VVirtemberg. Comitum origo.

Viuebant hoc tempore Maggij de Sunchingen fratres, Conradus, Albertus, & Aberlinus: welcher Ohem war Friz Waich / Edelknecht. Agebatur inter eos de prædio quodam in Niderbechingen. Literæ, datæ in Nollvveila. Maggy.

In Monasterio Madelbergensi, cùm puer quidam noctu lucernam non extinxisset, ac dormiret, incendium exitit: quo ipse cum maiore parte cœnobij, ac multis literis redituum, conflagrauit. Collegij quoque sacratarum fœminarum adiuncti, pars tunc lacerata fuit. Adelberga incendium.

Non multò tamen post, omnia sunt instaurata.

Eodem 1361. anno, qui pastoris munere in Ecclesia Sueuiæ Vrbachensi fungebatur, vocabatur Pfaff Sifrid.

Eiusdem 1361. anni Feriâ 4. post Dominicam Lætare Hierusalem, è Spira scriptum est ad Plebanos in Kalvve, in Hingstetten, & in Aliburg, &c. Singulos Parochianos vestros ab excommunicatione absoluimus.

Taulerus Monachus obijt 16. Kal. Iun. vt legitur in lapide, qui Argentorati iacet in Collegio Academiæ ante lectorium publicum. Tauleri obitus.

Obijt hoc anno Comes Heinricus de Hohenberg, Rudolfi F.

Anno 1362. decimnoni circenses ludi Germanicarum nationum acti sunt Bambergæ: hebdomade proximæ post trium Regum Dominicæ. Hastiludium 19. Bamberga.

Reges Ludorum, equites:

Georgius Hirshornius. Henricus Notthafftius. Ludouicus Helmstattius. Georgius Vollus Rineccius.

Interfuêre Sueui.

Comites. Ludouicus Helffenstainensis. Ludouicus Oetingensis. VVilhelmus Zollerensis. Albertus Hohenlohensis.

Barones. Fridericus Schenckius de Lympurg. Ioannes de VVeimsberg. Albertus Gimbrensis. Ioannes Stauffensis. Stauffen.

Equites. Ioannes de Freiberg. Philippus de Rechberg. Philippus de Riethaim. Lud. Trachsæssius de Avv.

Nobiles. Dietzius de Stain. Ioan. de Stain. VVolffius de Lustnovv. Ioan. de Thalhaim. Georg. Zolner de Halvveil. Georg. de Gameringen. Ioannes Adelman de Adelmansfelden. Fridericus de Felberg. Fridericus de VVembding. Eberlinus de Bopfingen. Et alij. Stain. Adelman.

Eodem anno Elisabeta Brandeburgica, quæ decennio antè nupserat Mastini canis Scaligeri filio, nupsit iam Vldarico Comiti VVirtembergensi, Eberhardi filio: ac nuptiæ celebratæ sunt Stutgardiæ magnificè. Vnde natus est Eberhardus pius, vel Mitis: Elisabetæ Brandeburg. & Vlrici VVirt. nuptiæ.

Ipse Vldaricus anno 1388. apud op. VVilam occubuit, vt dicetur. Illa verò posterius defuncta, Stutgardiæ in Ecclesia collegiata S. Crucis, máximo cum honore sepulta est: in quam & beneficium contulerat.

Huiusmodi affinitatibus clarus Comes Eberhardus, post superioris temporis damna, suis rebus benè consuluit. E Naucl. & aliunde. Videatur infrà lib. 6. cap. 2.

Degenfeld. *Viuebat hoc tempore Rudiger de Degenfeld,* ein Edelknecht: *& vxor eius,* Jutz von Nellingen/auff der Alb. *Item, Vlricus de Degenfeld, nobilis minister.*

Præterea (in Kirchaim literis.) Berchtold de Randeck, Ritter. Hainrich Funck von Wielenstain. Eberhardt Funck von Schloßberg. *Ioan. & VVilh. fratres, de VVunnenstain.* Ruger von Oswil/ Ritter/ *Ioannis F.* Marquart von Neuffen. Bentz von Kirchaim. Friderich von Westerstetten zum Trachenstain. Hans Mager/Edelknecht.

Bebenhusa. Bondorff. *Henricus Constantiensis Episcopus, incorporauit cœnobio Bebenhusano 2. Kal. Nouemb. 1362. Indict. 15. anno 10. Innocentij 6. parochialem Ecclesiam in Bondorff (propter damna monasterio illata à Cæs. Carolo, in VVirtembergico bello supra dicto) ad commodiorẽ sustentationem religiosorum, amplius 100. ibi viuentium: alieno ære grauatorum propter milites, exactiones, & nobiles alios que eò ventitantes: prouentibus propter has causas valde imminutis. Ratum habuit Pont. Vrbanus 5. Auinioni, 16. Kal. Ianu. Pontificatus sui anno.*

Eodem anno fusa est magna campana Augustæ Mauricianæ.

Sangallensium fœdus cum Sueuicis ciuitatibus. *Constantiæ pridie S. Matthiæ, fœdus initum est à Sangallensibus, cum ciuitatibus: Constantia, Lindoia, Tiguro, Yberlinga, Rauespurgo, VVanga, Buchorna, ad plures annos, Imp. Carolo consentiente: nempe vsque ad biennium à morte ipsius. Stumpff. lib. 6. cap. 19.*

S. Brigitta. *Viuebat tunc S. Brigitta, Regina quondam Sueciæ. Ea postea profecta est Auinionem ad Papam Vrbanum: ob confirmationem impetrandam Regulæ suæ, quam fecerat. Trit.*

Æstas feruida. *Æstas huius anni supra modum æstuosa fuit, pabula torrens: quam excepit nimis frigida & diuturna hyems.*

Pecora igitur inedia moriebantur, aut mactabantur: aut vetere stramine, tectis detracto, pascebantur.

Turcarum prima radicatio in Europa. *Amurates Turc. Rex, duabus Genuensium nauibus (Interiana & Squarciafica dictis) LX. millia Turcarum traijcit Hellespontum: datis pro naulo totidem Aureis.*

Mox expugnat Calliupolin: postea Philipopolin; Adrianopolin, & alia. Hos, primum malorum initium in Europa.

CYPRI REX, IN ALEMANNIA. OP. VVALTENBVCHVM. MARquardus, Blochingæ Baro. Ioan. Schadlandus, VVormatiæ Episcopus. Vrslingenses Duces. Sulzensis Comes Rudolphus. Halfingenses, & VValchi, alijque Sueui nobiles. Vlricus Ilsungus, August. Patricius. Augustanorum subsidia contra Armoriacos. Mindelheimum, in quorum ditione. Rinderbachij Gamundiani.

CAPVT VII.

Cracouiæ, Caroli Imp. nuptiæ. ANNO 1363. *Carolus Imperator Cracouiæ perquam splendidè nuptias celebrauit, cum Elisabetha, Ducis Stolpensis (al. Stetinensis) Boguslai filia: quæ, neptis erat Casimiri magni, Poloniæ Regis. Intererant nuptijs, etiam Vngariæ, Daniæ, ac Cypri, Reges. Cromerus Rex Polon. lib. 12. & Guagninus. Profectus est Cyprius Rex (nomine Petrus) Argentinam (vmb die* Singrechten) *vbi honorificè à magnatis, à sacerdotibus & ciuibus exceptus fuit: ac donatus tribus plaustris vini: vno veteris, altero noui, tertio rubri. Præterea piscibus, ac centum modijs* (Viertel) *auenæ. Spectaculis deniq; nobilium fœminarum, & hasticorum ludorum in foro equario, honoratus est. Inde discessit 3. die per Rhenum deuectus. Fuerat quoq; Basileæ, Iun. 25. præsens consecrationi templi, quod post terræmotum fuerat refectum.*

Cypri Rex, Argentinæ.

Sollicitabat ipse transmarinam expeditionem per Germaniam. Apud Stumpff. lib. 12. cap. 28. & alios.

Zauelstain oppidum. *Eodem anno, Feriâ 3. post Dominicam Reminiscere, in membranula fit mentio villæ Dainach, ac Zauelstaini; & Cunradi Libymondi Sacerdotis, plebani apud S. Candidum: hodie Kaustnõ longè ab op. Calua. Zauelstain hodie habet arcem vetustissimi aspectus, & XXII. tantùm domos, ac Templum.*

VValtenbuch op. *Oppidulum VValtenbuch, quod pertinebat ad Vrslingenses Duces, Rheintzoldum, & Conradum eius filium, emerunt VVirtemberg. Comites Eberhardus & Vlricus fratres, hoc 1363. anno. Nomen ei est à sylueſtribus fagis, vel sylua, in qua situm est, in loco pratensi: medio itinere trium milliarium à Tubinga Stutgardiam: plures habens cauponas, vt aurigæ & adolescentes studios*

studiosi ibi diuertantur. Incolæ victum sibi comparant ex agris, pecore & lignis, quæ Stutgardiam deuehunt. Vagantur circum ea loca apri & cerui gregatim. Florebat Marquardus, dictus Neidlingus, hoc tempore, Baro Blochingensis: ipse & fratres, ex cognatione Eberspachensium Baronum. Factus Aquileiæ patriarcha 1378. obijt, vel 1381. Sic genere eius extincto: possessiones ipsius, VVirtembergensium factæ sunt. Vide sup. A. 1349. & 1341. Vbi dictum est, illum ex Randeccio genere natum fuisse, iuxta Neidlingam tunc habitante. Neidling. Blochingen.

Buchornum conflagrauit, & vnà priuilegia eius cuncta.

Eiusdem 1363. anni die 5. Maij, Indict. 1. Auinione Bonifacius P. indulgentias dedit, deuotè visitantibus capellam B. virg. Mariæ, & S. Pelagij, in Muren Constantiensis diocesis. Quarum Transumptum, seu Vidimus, descripsit 1443. synodo Basil. durante, Albertus Bluminger, publicus Notarius, Indict. 6. Maij 17. in villa Sindelfingen, in Stuba Iohannis Renner, Canonici ibidem, de Nurtingen, &c. Muren.

Augustæ, cœptæ sunt Tribus opificum: sed tempore sequenti rursus abrogatæ.

Ioannes Schadland adeptus est VVormaciensem Episcopatum, Theod. Doctor. Fuerat inquisitor hæreticæ prauitatis. Administrauit aliquandiu Ecclesias Episcopales: Hildesheimensem in Saxonia, Augustensem in Vindelicia, Culmensem in Borussia, & Constantiensem in Sueuia. Trit. Sed cum Augustæ (quem Episcopatum 1368. acceperat) inter Senatum, clerum, ac populum, grauissimus esset tumultus: non diu ibi mansit: sed ablatis secum multis Ecclesiæ ornamentis, VVormatiam concessit: vbi etiam contra eum tumultuatum est: & ipse (tumultu à Palatino Ruperto sedato) Episcopatui Augustano 1372. valedixit, VVormatiensi cõtentus. Brusch. VVormac. Episcopus, Ioan. Schadland.

Obijt 1363. Kal. Iun. D. Conradus de Estetten, Episcopus Spirensis: Bebenhusæ humatus ante altare S. Martini. Bruschius eum non habet. Bebenhusa.

Bruckenhaimi in templo diui Ioan. extra oppidum, in choro, Epitaphium.

Anno Domini 1363. in crastino S. Dionysij, obijt Egeno de Magenhaim, Rector in BR. Magenhaim das Wapen / gantz darunter. Tübingen / vel aliquid tale, cum vexillo. Magenhaim.

Anno 1364. &c. Dux Teccensis Fridericus, Halensem Sueuiæ S. P. Q. apochis datis, de quibusdam ad Imperium contributionibus, mandato Cæsaris Caroli, liberum testatus est. Teccens. Fridericus.

Florebant tunc Duces Vrslingenses hi: Reinoldus Eques, & Conradus filius eius. Vrslingenses Duces.

Ich Hertzog Conrad von Vrselingen / versehe vnnd thun kundt öffentlich mit vrkundt diß Brieffs: allen den / die jhn ansehen / lesen / oder hören lesen. Sieder sich die Ehrwürdigen Geistlichen Herren / der Abt vnd der Conuent gemeinglich deß Gottshauses vnd Closter zu Alpersbach: als freuntlich / als gütlich vnd als gnädiglich / mit witzigem rauth (Rath) jhrs vnd jhres Closters freunden: vnnd der / die darzu nutz vnnd gut sind / vnnd waren / han beducht (bedacht) daß sie gemeinlich mich darzu erkoren vnnd erwehlt haben: vnnd mir geliehen haben mein lebtag / ob es nicht verliere / jhr Vogtey / vnd mich zum Kastvogt genommen haben / deß vorgeschrieben jhrs Closters / jhr Leute / vnnd jhrs Guts: wann sie deß auch Macht / recht / vnd gewalt haben zu thun: vnd haben das gethan nit von rechts wegen / von gewonheit / noch von Erbschafft: sondern von freundlichen trewen / die sie zu mir haben: vnnd dieweil sie das gethan haben: darumb so hab ich / der vorgenannter Hertzog Conrad von Vrselingen / mutwillentlich (αὐτοπροαιρέτως) gern / vñ vnbezwenglich / in dem vorgeschrieben Münster zu Alperspach / vor dem Fron Altar / auff vnsers HErrn Fronleichnamen geschworen einen Eydt zu den Heiligen / mit auffgehabner Hand / vnd gelehrten Worten: daß ich / vnnd allermenniglich von meinet wegen: jhnen / jhrem Closter zu Alperspach / jren Leuten / vnd jren Gütern gemeiniglich / stethalt / hab / vnd auch lausse (lasse) ohn aller schlacht geferde / jhre Priuilegia, jhre Handfestina / vnd all jhr Brieffen / die sie haben von Bäpsten / oder von Bischoffen / von Käysern / vnnd von Königen / sie sind Lateinisch / oder Teutsch / ꝛc. Vnnd besonderlich die Brieff stet zuhalten / die jhnen mein gnädiger Herr der Römische Käyser Carl geben vnd versigelt hat / ꝛc. Vnd auch sonderlich die Lateinischen stet zu halten / die sie haben von Hertzog Ludwigen von Tecke / guter vnd seliger gedechtnusse von der Statt wegen zu Dornhain / ꝛc. Vnnd darumb zu offnem vrkund / so habe ich meinen Insigel offentlich gehenckt an diesen Brieff. Vnnd ich Reinold / der Hertzog von Vrselingen / Ritter / Alpersbach. Conradi Vrsling. D. iuramentum.

Ritter/ verjehe: daß Hertzog Conradt/ mein lieber Sohne die Vogtey zu Alperspach eingenommen vnd empfangen hat/ mit meinem Rath/ Gunste/ vnd Willen/ ꝛc. Vnd wir der Schultheiß/ der Bürgermeister/ vñ der Rath gemeiniglich zu Rotwil/ verjehen: Wann alle vorgeschrieben Sach/ vor vns geöffnet sind: so haben wir durch bitt willen Hertzog Conradts von Vrselingen/ vnd auch der Herren gemeiniglich von Alperspach/ wann sie zu beyden seiten vnser Bürger sind: vnserer Statt Insigel zu einer gezeugnusse/ auch öffentlich geheneckt an diesen Brieff: der zu Rotwil geben ist an S. Ambrosius Tag/ nach Christi Geburt dreyzehenhundert Jar: darnach in dem vier vnd sechtzigsten Jahre.

Hæc erat dialectus illorũ temporũ. Viuebat tunc matrona nobilis, D. Agnes de Gerolzecke. Vidimus datum quarundam literarum.

Sultzensis Comes Rudolphus.

Ich Graff Rudolph von Sultz/ Hoffrichter von meines gnädigen Herren deß Römischen Käysers Carlen gewalt/ an seiner Statt/ auff seinem Hoff zu Rotwil/ thun kunt mit diesem Brieff/ ꝛc. daß ich zu Gerichte saß auff dem Hoff zu Rotwil/ an der offnen freyen Königs strassen/ auff diesen tag/ als dieser Brieff geben ist/ ꝛc. *Datum est anno 1364. die Iouis post Valentini, ab eo, Abbati & conuentui Alperspachensi, petentibus, VIDImus siue Apographum literarum: quas Teccen. Dux Ludouicus Alperspachensibus, anno 1251. dederat, de voluntate Volmari de Brandeck equitis. Cui rei affuerunt hi: Abbas Berchtoldus Alperspachensis, cum conuentu. Egenolphus, nobilis de VVartemberg. Conradus & Vlricus* Hæningeri, *&c.*

Earum literarum, Germanicè versarum, principium erat:

Teccens. D. Ludouicus.

Wir Ludwig/ von Gottes gnaden Hertzog von Tecke/ allen gegenwertigen vnd künfftigen Leuten/ zu den dieser gegenwertig Brieff kömpt/ wündschen Heil in dem/ der vns gewaschen hat in seinem Blut/ ꝛc. *Vide suprà lib. 2. cap. 9. de Volmaro Brandeccio: vbi res tota est:*

Dornhan.

Dornhaimum, anno 1251. adhuc villa, seu vicus, erat: sed 1364. anno oppidum.

Eberhardo VVirtembergensi, Murrhartense Monasterium patrono vsum est.

Halsing. Henricus.

Eodem 1364. anno, Haintz von Halsingen/ *& filius eius Gerio, vendidêre partem suam pagorum Baitenholtze & Nuvvenecke, Ioanni Hertero, & hæredibus eius. Factum Tubingæ, proximâ, ante S. Thomæ Dominica. Nominantur ibi aliæ quoq; personæ:* Hainzij *soror piæ memoriæ, virgo Iunta: Gerionis vxor,* Frau Anna von Hornstain. *Sponsores.* Haintz vnd Anshelm von Haluingen: Herman von Owe/ von Rosecke: Contz von Halwingen/ Edelknecht. Conradt der alt Rithan: Hainrich Eßlinger/ Richter zu Tübingen. *Priores vocantur,* Edle bürgen: *posteriores,* Vndel bürgen. *Vtriq; signarunt.*

VValchus Volcardus. Ovve.

Die S. VValpurgæ eiusdem anni, Volckardus VValchus, vir nobilis, sororem Lucardam habebat in Parthenone Stetten: cui dedit bona, per vitam eius fruenda: sed postea in anniuersariũ diem, ad salutem animarum totius familiæ conuertenda. Testes: Volckardus de Ovve: Benzo de Ovve, frater eius: VValtherus VValchus, Edelknecht. *Membranæ principium est:* Ich Volckart der Walch/ ein Edelknecht/ verjehe öffentlich mit vrkundt dieses gegenwertigen Brieffes/ vor mich/ vnd mein Erben: vnd thun kundt allen/ ꝛc. daß ich mit wolbedachtem Mut/ mein vnnd meiner guten Freund/ habe gegeben/ meiner Schwester Lugarten/ Closterfrawen zu Stetten/ gelegen vnter hohen Zolr/ diese nachgeschriebene Gelt vnnd Gut/ ꝛc. *Huius stirpis sunt hodie duo fratres, viri honesti, prudentes, & industrij: M. Georgius VValchus, Nicro Rotenburgi scriba prouincialis sub illustrissimo Archiduce Austriaco Ferdinando: & Andreas VValchus, vniuersitatis Tybingensi Notarius. Cuius familiæ etiam antehac meminimus: & forsitan amplius meminerimus.*

VValchi hodierni.

Ilsungus Vlricus.

Viuebat eodem tempore, Augustæ, Vlricus Ilsungus senior, patricius. Hic magno in patriam beneficio, oppigneratum Cathedrali capitulo, præcedente anno, à Magistratu, propter publicas necessitates, horreum solis, & censum vini, de suo redemit, vbique reddidit, ea conditione: vt fructus illius pecuniæ, in eleemosynam conuerteretur quotannis: ad 4. Festa D. Mariæ virginis (plura tunc ignorabantur) in horreo salis distribuendus. Pro quo labore, singulis annis Ædiles distributores acceperunt 2. Marcas. Idem Vlricus antea 1356. anno, insigni contributione præ alijs ciuibus, instaurationem templi S. Iacobi, in suburbio orientali, priore splendidiorem adiuuit: Idem fundandis Missis, æternisque luminibus religiosissimus omnium ciuium vixit. Henningus Achille.

Cuit

Ante Rubeam portam eiusdem vrbis, suburbium cum magna turri Bauariam versus stetit Wagenhalß appellatum. Suburbium item ante Geggingeram portam: atque locus capitalis ante id. Vtrumque est destructum. Hauffius. *Augustana suburbia.* *VVagenhals.*

Cœperunt circa hæc tempora, Academia Germaniæ & Poloniæ, Pontifici Rom. iuramentis astringi. *Scholæ Germaniæ.*

Ludi equestres, Venetijs celebrati, ins. Cretâ in potestatem accepta.

Galliæ Regnum accepit Carolus 5. cognomine sapiens. Regnauit annos 16.

Anno 1365. Carolus Imp. denuò Italiam ingreditur: colloquioque habito cum Pont. Vrbano, Romæ inuento: incolumis in Alemanniam cum nobilibus suis redijt. Tritenh. *Carolus, iterum in Italia.*

Viuebant tunc Hermannus & Conradus Schenckij de Stouffenberg. Item Ioannes de Rechberg, dictus de Rechberghusen, eques: & VVilhelmus de Rechberg. *Stauffenberg.*

Brackenhaimi, in S. Ioannis fano.

Anno Domini 1365. Feriâ quinta proxima post Luciæ, obijt Erginger de Magenhaim, miles.

Eodem anno, curatoribus vel consulibus (Pfleger der Statt/Burgermeister) Augustanæ ciuitatis, Henrico Heervvarto, & Ioanne Dachsio (in quam Imp. Carolus primùm 8. Cal. Iun. venit: magnificè, pulsu omnium campanarum, à clero populoq; exceptus) Augustani suo sumptu miserunt Argentoratensibus, contra Armoriacos (vulgò, Arme Jecken) mense Iulio, centum equites galeatos, loricatosue: quorum quiuis secum ducebat duos equites scutatos: ita, vt essent cuncti, CCC. equites. *Augustanum subsidium contra Armoriacos.*

Quorum Dux erat Conradus à Burgovv: cuius stipendium menstruum erant C. libræ obolares. Signifer verò, Hanso Marscalbus à Boeksperg. *Borgouu.*

Præterea, turmarum Ductores, Ioannes Remus patricius. & Hartmannus à Burgovv.

Vnicuiq; autem galeato equiti, & duobus eius scutatis, singulis mensibus numerabatur 50. librarum obolarium stipendium. Henningus Achilleus.

VValtherus Hochschlitzius de Kircheim apud Halden, factus est 1365. Dominus Mindelhaimi. Postea verò, Episcopus Augustanus. Successit ei in dominio Mindelhaimensi, Fridericus Dux Teccensis: qui vitam reliquit 1389. Videatur Munsterus lib. 3. Cosmograph ca. 288. *Mindelhaim.*

Die Veneris post Martini, anno 1365. Ioannes de Rinderbach, dictus Prunlinus, ciuis Gamundianus: agrum vendidit: quem in Eberhartsvviler habebat, der Geistlichen Frawen Gutun der Gutendinum: quæ erat in cœnobio fœmineo zu Gotteszelle bey Gemünde/ Prediger Ordens: datis ei sponsoribus, VValthero & Ioanne Rinderbachijs Gamundianis, cognatis suis. Anno deinde 1422. fundum modò dictum, permutatione transtulit Priorissa & conuentus Gottecellensis, ad cœnobium Lorchense: alia ab hoc bona in Mutlangen accipiens. *Rinderbachius Ioannes.* *Gottescella.*

Halæ viuebat Burcardus Sulmaister senior, & frater VValtherus: qui, primus cognomen Senffij sibi assumpsit. Antehac etiam huius VValtheri mentio facta est. *Sulmaister.*

VValther Senfft, & Conrad de Bachenstain, fundarunt sacellum & Missam, in curia Schœnthalerina. Hoc aliter suprà, in 1315. anno.

Henrico, Montisbelgardensi Comiti mortuo, Stephanus F. circa hæc tempora successit: qui etiam Henrici, Comitis Orbensis, ex Margareta Cabilonensi pater fuit. Vignier. *Mompelgard. C. Henricus & Stephanus.*

OBITVS COMITIS VVIRTEMBERG. VLRICI. KIRCHBERGENsium Dominorum genealogia. Bellum inter Constantienses, & Diuitaugiensem Abbatem. Bellum inter Friburgenses, & Dominum ipsorum Ægonem. Bellum inter VVirtemberg. & Eberstainenses. Gynæcea sacra Tubingæ. VVehingia familia. Berchtoldus de Ouvve. Pincernæ Stauffenbergenses. Politia ciuitatis Sueuicæ Gamundiæ. VValtherus, Episcopus Augustanus. Mindelhaimi op. obsidio. Popularis status Augustæ vrbis. Rex Cypri Petrinus.

CAPVT VIII.

ANNO millesimo trecentesimo sexagesimo sexto, confœderatio fiebat ciuitatum Imperialium inter se firmissima: quæ initiò etiam potentissimis principibus formitabilis videbatur: sed non fuit diuturna. Trit. *Ciuitatum fœdus inter se.*

In

VVirtemb. C. Vlrici mors. Kirchberg.

In Ecclesia primaria Stutgardiæ, Epitaphium. Illustris Princeps & Dominus, Vlricus Comes VVirtembergensis, obijt 26. die Iulij, anno 1366. Vide infra A. 1370.

VVilhelmus à Kirchberg & Agnes Ducissa Teccensis vxor eius, viuebant. Obijt ille 1366. (benè meritus de Biblingensi cœnobio) hæc verò, 1384. Progenies eorum à Bruschio ponitur hæc.

- *VVilh. & Agnes:*
  - *Conradus, obijt 1417.*
    - *Conradus 2. obijt 1470. qui èx vxore Anna sustulit*
      - *Ioan. Eberhardum. Obijt 1486.*
      - *VVilh. equitem auratum. Obijt 1489.*
      - *Philip. strenuum bellatorem. Erat is tantoro-bore: vt clauum ferreum solo digito posset parieti ligneo infigere. Obijt 1510. Aug. 20. vltimus suæ gentis: ac cum Insignib. Biblingæ humatus.*
    - *Eberh. eques aurat. à Friderico 3. creatus Hierosolymis ad Dominicũ sepulcrũ. Vxor, Chunigund. VVertheimia Comes.*
      - *Philippus.*
      - *Georgius.*
      - *Ludouicus.*
      - *Sigismundus.*
      - *Ioannes.*
      - *Chunigundis.*
      - *VValpurgis.*
      - *Helena.*
      - *Agnes.*
  - *Eberhard. Episcopus August. obijt 1411. sepultus Biblingæ.*
  - *VVilh. obijt 1378. cui ex Anna de Aichaim natus est*

- *Eberhardus, qui obijt 1449.*
  - *Conradus. Occisus circa Rhodam in agro, die Sabbathi ante corporis Christi, 1460.*
  - *Eberhardus, eques aur. obijt 1463.*
  - *Hartmannus. Obijt 1470. Addit Bruschius, nihil aliudis literis inueniri de hisce omnibus: non tam propter negligentiam Monachorum: quàm quod etiam docti prætermittant celebrare nobiles, à quibus despiciantur.*

Venningen.

Sifridus de Venningen, habitans Butickain, ein Edelknecht/ quasdam decimas oppigneraüit (zu Demotzhain/ vnnd zu Nyppere) dem Erbarn Ritter/ Herrn Johansen/ dem Nothafften: appendente sigillum suum etiam honesto equite Ioanne de Sathsenhaim. 1366. Pridie S. Andreæ.

Constantiensium & Diuitaugiensium inter se bellum.

Bellum hoc tempore erat inter Constantienses, & diuitis Augiæ præsulem Manigoldum, Baronem de Brandis, matre nobili de Kaltern Altzesina natum.

Schopula.

Hic enim quinq; piscatoribus (teste Brusch.) illius ciuitatis: qui contemptu ipsius, aussi fuerant in aquis eius piscari: oculos ipsorum, digitis suis extuderat: atq; ita cæcos in vrbem remiserat. Vnde Constantienses irâ concepta, arcem Schopulam, & alia Abbatiæ loca, depredatione & incendio vastauerunt.

Friburgensium & Comitis Egonis bellum.

Friburgum, ciuitatem suam, oneribus nimijs renitentem, Comes Ego per insidias conabatur occupare. Ciues verò, auxilio Brisacensium, Basilienstum, & Nuuenburgensium, se defenderunt: nec multò pòſt arcem Burgstadel (aliter Burchhaldam) vrbi vicinam, destruxerunt. Obsidebant deinde op. Endingam: sed veniente Comite Egone cum valido exercitu: ipsi, omissa obsidione, cum eo die S. Lucæ parum fœliciter conflixêre: aliquot suorum occisis, aliis in Rheno summersis, nonnullis captis. Pax tandem facta est: Friburgenses q; pecunijs se à Domino suo liberantes, Archiducibus Austriæ parêre cœperunt. Hedio Paraleip. & alij.

Andecensis Schenckij vidua Guta.

Ich Gute die Truckſeſſin/ weiland Ruoffen ſeligen deß Schencken von Andeck Eſsliche Wirtin/ ꝛc. daß ich mit willen meiner Söhn/ Rudolphs vnd Conts Schencken von Andeck/ ꝛc. *Datum 1366. ex charta, continente aliquot Nobiles de Stouffenberg, qui Schenckij nominantur.*

Kunigsbrunn.

Carolus R. Rom. Monasterio Kynigsbrunnensi priuilegium dedit, contra Helffenstainensem Comitem Vlricum iuniorem: ne in monte Zanberg, & cæteris locis cœnobij, nec ferri fodinam, nec ferrariam officinam, faciat. Datum Dominicâ proxima post Ascens. 1366.

Anno

Eberſtainiorum cum Eberhardo VVirtemb. inimicitiæ. VVildbad.

Anno 1367. *erat diſcordia inter Comitem VVirtemberg. Eberhardum, & Comites de Eberſtain. Cumque VVirtembergenſis, quodam die in Thermis ſylueſtribus eſſet: Eberſtanius Comes occultè cum exercitu vênit: ſperauitque, ſe aduerſarij compotem inibi fore. Is verò à Ruſtico noctu per ſyluas in loca tuta eductus, periculum euaſit. Populationes poſtea & rapinæ, inuicem ſecutæ. Faciebant multi Nobiles cum Eberſtainio: Eſslingenſes verò, cum VVirtembergenſi. Tritenh. qui ad hunc annum ponit: Funccius verò, ad* 1467. *non rectè. Alibi legitur, Comitem VVirtemberg. inſidijs ab hoſte appetitum, à quodam homine per ardua tergo elatum eſſe.*

Therma ferinæ.

Ideo ad memoriam rei, nummũ Argenteum cudiſſe: in cuius vno latere crux eſſet: in altero verò, manus. Puto, me talem nummum, ante plurimos annos vidiſſe. Poſtea locus Thermarum circundatus muro eſt. Nomen huic bello erat, der Schlegel Krieg.

Viuebant tunc viri nobiles, Henricus de Lainberg. Schweucker de Gundelſingen, Berchtoldus & Ioannes de Sachſenhaim, Ioan. Nothaffft, Burckardus de Manſperg, Ioan. de Oſwvil, Ioan. de Liechtenſtain Ritter/ Anshelmus de Halſingen, Bercht. Kaib de Hohenſtain, Ruof de Gomeringen, Ioan. & Diether Herteri, Albertus de Tachſenhuſen, Albertus Spæt, Henr. Spæt Frickenhuſenſis, Henricus Zuttelman.

Ilſungi.

Auguſtæ quidam vrbis curator, Conradus Vetter/ *fundauit fanum trium ſanctorum Regum: vbi modò ſepultura Ilſungorum eſt: quod ferè totum anno* 1576. *renouatum eſt.*

Eberhardus VVirt. nondum obijt.

Anno 1368. *Eberhardum de VVirtemberg obijſſe, Tritenheimius ait: relictis filijs duobus, Vlrico & Eberhardo: qui & ipſi poſtea multa prælia commiſerint. Ego verò nullum ſcio Eberhardum VVirtembergicum, qui hoc anno obierit.*

Eberhardus enim Greinerus, modò 1392. *anno obijt: filius eius Vlricus,* 1388. *propter VVilam interijt.*

Wir Graff Eberhard von Wirtemberg verjehen/ daß wir/ vnnd vnſere Erben/ ſchüldig ſeyen/ vnnd geben ſollen/ vnſerm lieben Oheimen/ Graff Otten von Hohenberg/ ꝛc. an dem Kauff Nagolt vnd Haiterbach/ zwey tauſent Gülden von Golt/ ꝛc. *Item* 13. C. pfund Häller/ daß er vns Haigerloch von denen von Tettingen gelöſt hat/ ꝛc. Darumb geben wir jhm eyn/ Haigerloch die Burgk/ vnd Haigerloch die nieder Statt: mit Nutzung der Dörffer vnd Wiler/ Truhelfingen/ Stainhofen/ Owingen/ Rangendingen/ Hebendorff/ Hochſpach/ vnd Immenow/ mit Kirchenſatz/ ꝛc. biß wirs Gelt erlegen/ ꝛc. zu Rotenburg/ oder Rutlingen/ oder Herrenberg. Bürgen: Graff Friderich von Hohenzollern/ der alt: Graff Conrad/ der Scherer/ ꝛc. *Datum Stutgarten* 1368. *die Martis ante Georgij.*

Nagolt op. Haigerloch.

Obijt Landauus Comes Eberhardus, Eberhardi F. pridie D. D. Petri & Pauli. Vxorem habuit quandam Comitem Pfullingenſem: cuius Inſigne, ruber cancer in albo campo.

Landau.

In oppido Tubinga, vſq; ad tempora emendatæ religionis, erant duo παρθενῶνες, *collegia ſacrarum fœminarum, Blabeurenſe, & Nonnarum domus,* daß Nonnenhauß. *Sunt adhuc ea ædificia, ſed in alios vſus conuerſa. Huc itaq; pertinet, quod ſequitur. Rudigerus Leſcher, die S. Vrbani* 1368. *filiæ ſuæ virgini Gutæ, viuenti in conuentu Tubingenſi, vnam libram obolariam quotannis ad S. Michaëlis, ex prato Leonino* (auß der Löwenwieſen) *pagi Kilbergæ, pendendam conſtituit: quæ poſt mortem filiæ, poſtea ſemper perſolueretur Magiſtræ, & ſacerdotibus fœminis eius. Subſignarunt cum illo in alba cera frater eius Contzius, & filius eius Rudigerus, ac gener Vlricus Mater de VVaſſenneck. In Rudigerico ſcuto, ſemiluna ſupina, aut ſemicirculus, Angeneri ſcuto, tanquam ſex grana: quorum vnum, in medio circumpoſitorum.*

Tybingæ cœnobia fœminea. Leſcher.

Alperſpach. VVehingg.

Bruno Abbas Alperſpachenſis, anno 1368. *Feriâ* 3. *ante crucis, vendidit* 30. *libris conuentuali ſuo, Domino Vlrico VVehingio, cenſus quoſdam in Sulzbacho & Fridoltzberga. VVehingij autem pro pietate ſua cenſus illos* (40. *ſolidos*) *tradiderunt infirmario* (dem Siechhauß) *tantamen, vt Præfectus huius valetudinarij, quotannis diuideret* 2. *ll. H. vt conuentus proximâ* 6. *feria poſt aſſumptionem beatæ Mariæ, anniuerſarium honeſtæ Matronæ Mechtildi de VVezingen celebraret, vigilijs & Miſſis, in ſacello S. virginis: tranſeundo bis ſepulchro eius de more: & proximo Sabbato ante Puriſi. Mariæ, anniuerſarium Stainmarij* Saltzfaß/ *eodem modo, &c.*

Albuch.

Rockenburgenſis Præpoſitus Henricus *cœnobio Kynigsbrunnenſi vendidit quædam in tractu Albuch bona* (vbi nunc ſyluæ tantùm ſunt) *curiam* Hohenberg, *veterem* Hohenbergam, Felgenhofam, Entzenriß, & Berchtenbubel, *librũ* 450. *obolarijs.*

Owensis Berchtoldus.

Ich Bentz (Berchtoldus) von Owe / von Bodelshusen / Volckarts seligen Sohn von Owe: vnnd ich Elisabeth / seine Ehliche Wirtin: versehen beyde offentlich auß gemeinem Munde / ꝛc. *Vendiderant quadam Ioanni de VVerstain, Ioannis F. &c.* auß allem dem Korn Zehenden der Kilchen zu Stain / gelegen zwischen Hechingen vnnd Stouffenberg / ꝛc. *Testes Sponsores & signatores:* Herman von Owe / von Roseck. Marquart von Owe / Her: Marquarts seligen Sohne. Conrad Staheler / der jung / zu Rotenburg. Walther der Waly / gesessen zu Hechingē. Hans Schenck von Stouffenberg.

Aliarum literarum initium:

Stauffenberg.

Ich Conz der Schenck von Stouffenberg: ich Herman der Schenck / vnd ich Hans der Schenck / alle drey gebrüdere. *Datum* 1368.

Schenckij de Stauffenberg. Engschlat. Schalcksburg. VValchus.

Wir die Schencken von Stouffenberg: Burckhart ein Ritter / Werner vnnd Berchtold / alle drey gebrüder / ꝛc. *Vendiderunt hi bona, quæ habebant in* Engschlat / dem Erbarn Edelmann Walther von Schalcksburg / *al.* Schaltsburg. *Interfuerunt, Comes Zollerensis Albertus Iunior, & Albertus VValchus, anno* 1368.

Hæc Stauffenberga (al. Stauffenburgum) non longè ab Hechinga *distat. Diuersa est in Mortenaugia Stauffenberg.*

Gamundiæ Sueuicæ politia.

In ciuitate Sueuica Gamundia, cùm discordiæ inter nobiles & præcipuas familias, ex ambitione natæ fuissent: regimen ab illis ad populum venit: qui sibi magistratus idoneos legit. Itaque anno 1248. *imperante Cæsare Rudolpho, primus ibi consulatum gessit Bernhardus Klebzagelius: postea alij, vsque ad* 1368. *annum: quando deinceps Reipub. hi præfuerunt.*

Consules.

1368. *Consul, Ioannes de Rinderbach. Prætores* (Stättmeister) *Ioannes Rauch, & Petrus Vetzbreius.*

1369 *Consul, Ioan. de Thal,* dictus Bürger. *Prætores, Ioan. Schott (al. Schoch) &* Joan. Schlecht.

1370. *Cos. Ioannes Rinderbachius. Pr. Sifridus Albichus, Ioan. Feirabendus.*

1371. *Cos.* Walther Kurtz. *Pr.* Eberhardus Wanner / Sifridus Mangolt.

1372. *Cos. Ioan de Horckhaim. Pr. Sifridus* Heberlingus, Wolff Sünder.

1373. *Cos. Sifrid.* Heberl. *Pr.* Joan. Bischoff / Joan. Schach.

1374. *Cos. Ioan.* Bürger *de VVolffthal. Pr. VValther de Rinderbach, Schweikardus de Liechtenstain.*

1375. *Cos. Melchior Curtius. Pr. Ioan. Fetzer de Bragenhofen, Ioan. Marbachius.*

1376. *Cos. Ioan. Fetzer Bragenhofius. Pr. Sifridus Heberlingus, Henricus* Bischoff.

1377. *Cos. Sifrid. Heberl. Pr.* Walther Kurtz / Hans Scheffel. *Quo anno pestilentia*

1378 *Cos Ioan de Mecklingen. Pr. Ioan de Horckhaim,* Wolff Sünder. *(grassabatur.*

1379. *Cos. N.* Wanner. *Pr.* Walther im Stainhauß / Ulrich Argner.

1380. *Cos. Ioan. Horckhaimius. Pr.* Joan. Stebenhaber / Joan. Wegscheider.

Augustt. Episcop. Marquardus.

Eodem 1368. *anno, Marquardus Episcopus Augustanus, Patriarchatui Aquileiensi præfectus, Augustani Episcopatus gubernationem senatui Canonicorum, summa cum gratiarum actione restituit. Patriarchatum adhuc* 13. *A. administrauit, obijtq́;* 1381.

Sed Augustam reuersus paucis ante mortem suam annis: controuersias, quæ grauissimæ erant inter Augustanos (Magistratum & Episcopum) & inter Bauaros fœlicissimè transegit.

Successor eius, VValtherus Hohenschlitzius. Mindelhaim.

Successit ei 1368. *VValterus: parentibus Heroë Hohenschlitzio, & illustri domina Randeccia, in Sueuia natus. Fuit antehac Imp. Conradi Vicarius in Italia, cum magna apud omnes laude. Infeliciter verò Episcopum suscepit. Nam cùm maiores eius, nobiles ab Hohenschlitz oppidum & castrum Mindelhaimense, cum adiuncto territorio, emisserint: Duces id Teccenses vi occupatum, aliquandiu tenuerant.*

Hohenschlitzij.

Quod cùm sperarent se Hohenschlitzij, auxilio huius Episcopi, cognati sui, recuperaturos: impulerunt eum importunis precibus, vt arma caperet. Conscripto igitur exercitu: Mindelhaimū obsidione cingit, arietibusq́; verberat. Sed Teccius facilè vim omnem sustinebat: subsidijs fultus Comitum VVerdenbergensis, Veringensis, Zollerani, aliorumq́; plurium. Episcopus, quodam die incautius ambulans in castris ante oppidum, lethali telo Alberti Comitis VVerdenbergensis, ex arce Mindelhaimensi emisso, illico occubuit, die S. Francisci, anno 1369. *Hic obsidionis huius finis fuit. Episcopus mortuus, Augustæ in summæ Basilicæ sacello, D. Agneti sacro, & ab Hohenschlitzijs olim fundato, cum publico luctu humatus est. Brusch.*

Augusta

Augustæ anno 1368. per seditionem, sed incruentam, Aristocratia in Democratiam est mutata: constitutæ Tribus, & Tribuni plebis, mense Nouembri. Quod imperium duranit A. 180. vsq; ad 1548. Christi. In Diplomate autem, quod à patricijs & plebeijs, nomine mutatæ gubernationis, anno 1368. conscriptum fuit, cauebatur: Regimen Tribuum debere durare centum annos, & vnum diem: quo numero, Germani illis temporibus aternitatem designabant. Henningus ex Gassaro. *Augustæ populari status factus.* Hundert Jar/ vnd ein Tag.

His de rebus apud M. Danielem Hauffium, in hunc modum inuenio. Augustæ, inter Magistratum & ciues, politicæ res pacificè sunt hoc 1368. anno constitutæ.

Consules tum, Graufœgelius, & Joannes Weißbrunner. Ædiles, Conradus Ilsingus, auff dem Stain: Ioan. Bach, Portneri gener: Ioannes Burtenbach, Pistor: & VVitzigus pellio. Quæstores, Bartholomæus Riederer/ Vlricus Langenmantel/ VVeißius textor, Fidelerus Portneri gener, Hugo coriarius (Ital. tuoiato, 6. Voralium concursu) & VVitzigus pellio.

In Græcia Petrinus Lusignanus Cypri Rex, conuiuio solenni Venetos & Genuates accepit. Ibi Genuates ei, vt Venetis amiciori, insidiati sunt: sed deprehensi, præcipitatione interempti sunt. Igitur Dominicus, Genuensium Dux: per Petrum fratrem illius, classe missa: Regem, & vxorem eius, Bernabouis filiam, cepit ac Genuam duxit. Regina ibi in custodia Ianum F. peperit. Tandem in Regnum dimissi sunt. Petrus postea interfectus est regnandi causa à Petrino: postquam hic Alexandriam Ægyptij spoliasset, ac deuastasset. Ambo fuerunt Hugonis Lusignani R. filij. Bergomas lib. 14. etsi confusius alicubi. Ita fratrum quoq; gratia, rara est. Vide infrà lib. 6 cap. 14. Fuit Petrinus, Petri filius (inquit Gabelc.) non frater: Petri pater, Hugo, Cypri Rex: sed non ex Lusignana familia, quoad originem paternam: sed Hugonis Lusignani ex Isabella filia, Henrici Brennæ Comitis coniuge, atnepos. *Petrinus, Cypri R.* *Alexandriâ Ægypti.*

OPPIDIS AVCTA VVIRTEMBERGIA. IEIVNIVM S. MARCI Apud Augustanos. Arcis Hohenstauffæ fortuna. Ecclesia vici Lustnouiensis. Bellum ciuile in Bucuia, Bauaria, & Rheno: inter principes viros, & Imperiales ciuitates. Hohenbergensis Comitatus, Austriacæ domui venditus. Nobiles aliquot familiæ Sueuorum. Ducum Burgundiæ genealogia. Plures res Augustanorum. Bombardarum apud eos confectio. Nobiles Argentorati.

CAPVT IX.

ANNO 1369. Ioannes Schadlandus, Episcopus & VVormatiensis & Augustanus: cùm sibi Augustæ parum quietis videret: compilato ibi thesauro, VVormatiam se cõtulit. Brusch. Fertur Gozzo, Tubing. Palatinus, tradidisse Comiti VVirtemberg. Eberhardo, op. Synadelfingam & Zafelstainum, Burgund Statt/ certis conditionibus. Ita successu temporis, Synadelfinga, Beblinga, Herrenberga, Rorauia, cum bonis eò pertinentibus, domui VVirtembergicæ accesserunt. *Sinadelfinga, Zauelstainum, & alia, VVirtembergicu tradita.*

Vanebant tunc nobiles: Sifridus de Lainberg: & Dominus Otho de Kaltenberg, eques.

Anno 1370. impetrarunt Augustani confirmationem sui popularis regiminis, biennio antè instituti, ab Imp. Carolo: legatis ob eam causam ad eũ missis: Vlrico, Comite ab Helffenstain, Præsidio prouinciæ: Paulo Pfettnero, & Sigbardo Schreibero: qui, cùm Tribunus esset Zythopolarum, & sigillo Reipublicæ præpositus: post confectam legationem, propter peculatum pecuniæ mulctatus est: ac paucis ante hoc anno vrbe exactus. *Augustana quædam.*

Confirmationis tamen Diploma, modò 1373. Decemb. 26. Cæsareo sigillo munitum, allatum est. Gassar.

Fulmine tres puellæ, ante Augustam gramen secantes, iuxta lateraria officinam, die S. Marci necatæ sunt. Et in Basilica D. virginis, in eadem vrbe, repentino extinctus est honestus vir, Straussius Maier, inter audiendum Missam. Eodem die, quidam vir in amne Lyco submersus perijt. Ideo ieiunium in S. Marci diem, institutum est. *Ieiunium ibi, ad S. Marci diem.*

Fertur, omnium primum Fuggerorum, Ioannem nomine, è Gegginga pago, semimilliario ab vrbe Augusta, in ea 1370. anno ciuem factum, exercere textoriam artem cœpisse. Ex eo familia hæc illustris & magnifica, ingentium opum domina. *Fuggerorum ortus.*

Ponit Munsterus: hoc anno Vlricum, Vlrici F. VVirtembergensem, diem suum obijsse. Alibi etiam in hanc sententiam legebam. Circa hæc tempora, adhuc viuebat Vlricus, Comes VVirtemberg. Vlrici F. Eberhardi Illustris N. & Eberhardi Greineri frater: cum quo ab *VVirtemb. Vlricus obijt.*

auo Eberhardo, & Vlrico præpoſito Spirenſi, educatus fuit. Erat gratioſus in aula Caroli 4. Cæſarũ: cuius expeditionibus intereſſe ſolitus eſt: præſertim in obſidione Tiguri. Obijt autem Neiſſæ, 1370. poſtridie S. Iacobi: ac ſepultus eſt Stutgardiæ, in cathedrali eccleſia. At ſupra 1366. anno obijſſe, rectius eſt. Emerat Comitatum Tubingenſem, vt dudum eſt dictum.

Catharina Helffenſt. Vxorem habuit Catharinam, Comitem Helffenſtainenſem: quæ hoſpitali Eſslingenſi dedit vicos, Meringa pagus. Mæringam & Faihingam. Eadem inchoauit S. Catharinæ hoſpitale Stutgardiæ: ad quod con- Faihinga pagus. tulit quaſdam vini decumas. Defuncta hæc Domina, VViſenſtaigæ humata eſt. Filiam reliquit vnicam, quam duxit Marchio Badenſis, Rudolphus VVecker: & ex ea quatuor filios genuit. Sepulta Badenæ eſt, in cathedrali Baſilica. Gabelcouerus eam nominat Adelhaidem; ſed non Helffenſtainiam, verùm Pfirtenſem, facit.

Hailſprunnæ. Anno Domini 1370. in die S. Agnetis, virginis & martyris, obijt Magiſter Mengartus: cuius anima requieſcat in pace. Verſus.

S. Maria inuocatio.

Mag. ad Mariam.

Te rogo, virgo pia, nunc me defende Maria.

Maria ad filium.

Hæc quia ſuxiſti, fili: veniam precor iſti.

Filius ad patrem.

Vulnera cerne, pater: fac, quod rogitat mea mater.

Pater ad filium.

Quæque petita dabo: fili, tibi nulla negabo.

Sicut ſcil. Diophantus dicebat, Themiſtoclis filius. Quicquid volo: vult etiam populus Athenienſis. Nam quæ ego volo, mater mea vult. Quæ mater, etiã omnes Athenienſes. Plutarch. παιδ. ἀγωγ. Reperiuntur ijdem verſus in exteriore pariete Parochialis Templi Græningæ.

Hohenſtauffen. *Caſtrum* Hohenſtauffam *Auſtriaca ſtirps tenebat: quæ id nobilibus à Rhiethaim oppignerauit hoc anno: qui octo annis pòſt, VVirtembergenſi Comiti Vlrico, acceptâ pecunia, dederunt. Vlricus hic, eſt Eberhardi pugnacis vel Greineri filius: qui poſtea apud VVilam perijt. Manſit id caſtrum, vſq; ad 1525. annum: quo à Ruſticis ſeditioſis & coniuratis, igne conſumptum eſt: cùm Præfectus eius, vir nobilis, Ioannes Ruſſius à Ruſſenſtain, tueri non potuiſſet.*

Templum pagi Luſtnouienſis, Tubingæ vicini, inſtauratum.

Luſtnouienſe Templum inſtauratum. *Quoniam fanum in vico Luſtnowe, ex vetuſtate temporis, amplius media ſui parte ceciderat: ideo funditus eſt dirutum: inceptumq; eſt hoc tempore reædificari, ſtructurâ ſolempni. Sed proprijs ad eam reparationem non ſufficientibus ſumptibus: Bebenhuſanus Abbas VVernherus de Gomeringen (vt patronus & collator eius Eccleſiæ) literis: à ſe & Camerario ſuo Henrico ſigillatis: eleemoſynam fidelium ad ædificationem petijt: dans omnibus verè confeſſis & contritis, de XIII. Archiepiſcopis & Epiſcopis, à quolibet 40. dies peccatorum criminalium, & annum venialium, aniunctæ pœnitentiæ, relaxationem: emiſſo cum his literis ad colligendum, Hainrico Colero Luſteno VVienſi: nempe anno 1370. poſtridie S. Othmari, Indict. 8. Heinricus deinde Epiſcopus Conſtantienſis, huius Eccleſiæ inſtaurandæ causâ, ſuæ Dioceſis Eccleſiaſticis perſonis, populum de ſuggeſtu hortandum ad collationem (συναγωγὴν) eleemoſynæ, iniunxit literis, 1371. anno, 6. Kal. Octob. Indict. 9. Tubingæ datis: quæ 40 dierum indulgentias, ſingulis conferentibus largiebantur.*

Ne tamen eæ literæ quæſtuariorum manibus deferrentur: tantum vſq; ad proximum diem S. Bartholomæi valere debebant. M. Scr.

Sunthaim. *Libro 8. Migrat. gent. Lazius ponit inter Sueuos, familiam ingenuorum à Sunthaim & Hell Quorum, Sifridus claruerit circa Chriſti, 1270. Conradus & Henricus, 1290. VVilh. & Rudolphus, 1300. Beringer & VVilhelmus, 1350. Conradus, 1386. &c.*

Heluetiorum Pfaffenbrieff. *Fœdus peculiare fecêre 1370. die lunæ poſt Leodegarij, inter ſe hi ſex Alemanniæ Heluticæ pagi: Tigurini, Lucernates, Tugienſes, Vrij, Suitij, & Vnderwaldij: contra iniquas à Sacerdotibus excommunicationes, propter debitas ſcil. pecunias, & res ſeculares. Vocabatur der* Pfaffenbrieff. *Stumpf. lib. 13. cap. 3.*

Eodem

Eodem anno, lebet die Ehrwirdig vnnd Geistlich Fraw Adelheit / Eptissin zu Gnadenthal/geborne Senfftin: *testantibus quibusdam in curia Schœnthalerina Halæ literis.*

Anno 1371. non benè conueniebat inter generosos VVirtembergenses aliosq; Comites, proceres, ac nobiles: & inter ciuitates Imperij Sueuicas: sed extitit inde bellum aliquot annorum: cuius fructus, hi fuerunt. Exurebantur vici vtrinq; gladijs olera desecabantur: arabatur terra, & sinapi seminabantur, vt pluribus annis non posset extirpari. Amputabantur vites, & arbores fructiferæ: aut decorticabantur, ne fructum ferrent. Capræ de Alpibus in vineta Eßlingensium deducebantur, vitium depascendarum causâ. Ciuitates conburebant pagos: homines & pecora abducebant. Toto bello occisorum numerus, circiter M CCCC. hominum fuit: pagorum verò exustorum, circiter M CC. Causa belli ferebatur: quòd ciuitates opibus crescerent: multi contrà ex nobilitate, multa pro pecunijs oppignerauissent: atq; cùm censuum solutionem differrent: obstagij iure à ciuitatibus, alijsq; modis, premerentur. Ideo σεισάχθεια, onerum excußio, quærebatur: ac de iniurijs, quas paterentur, vtrinq; erant querelæ. Hæc, sic generatim de hoc bello. Si quid speciale occurrerit, in rebus non diligenter memoriæ proditis: annotabitur suis locis.

Ciuitatum Imp. & Comitum VVirtemberg. bellum.

Causa huius.

Comes Hohenbergensis Rudolphus iunior, dominum suum Ducibus Austriæ vendidit 1371. cuius facti tres causas ponunt Nauclerus & Munsterus. Primam, quòd carebat filijs: alteram, quòd magnam erat iniuriam ab vxore & filia passus: tertiam, quòd patrui eius, Rudolphus & Henricus (al. Hugo) nulla neceßitate coacti, patrimonium suum alienis, malignitate quadam liuidi, vendiderant.

Hohenberg. Comitatus, Austrijs venditus.

Nomen erat his proceribus ab arce montana, Hohenberga nomine: quæ fortè 1. milliari à Rotuila distat: caputq; fuit olim comitatus Hohenbergici. Eam verò postea sub imperio Cæsaris Sigismundi, iussu huius destruxêre Rotuilenses: sicut & arcem Lupferbergam. Regio, quæ huic adiacet, superior: quæ verò fluuio Nicro, Inferior, ditio appellatur. Inferioris loca sunt: Horba oppidum, à Comite Hohenberg. Rudolpho conditum: Rotenburgum & Ehinga, Nicro interfluente diuisa. Sunt & alia loca huius comitatus: Bintzdorff oppidum, Kirchberg Monialium cœnobium, Schenberg op. sub arce Hohenberga, Fridingen ad Danubium oppidum. Præterea Nagolt & VVildberg, hodie Ducum VVirtembergensium: sicut & Haigerloch, atq; Oberndorff. Iuxta Nagoltum op. est Rytum, gynæceum sacrum: vbi Sigismundus est sepultus, vltimus Hohenbergicus Comes. Ita alia stirps exarescit, alia succrescit.

Hohenberga arx.

Lupferberga.

Oppida Comitatus Hohenberg.

Reut.

Vltimus Hohenberg. Comes.

In suburbio oppidi Engenij, in S. Martini fano, Epitaphium hoc est.

Anno M.CCC.LXX. primo, obijt Petrus de Hevven Baro, in die beati Michaëlis Archangeli. In hac sepultura & Dominorum & Dominarum de Hevven ..... omnium de Hevven. In die Mich. Archangeli Domini.

Hevven.

Comites Veringenses scribebant VVirtembergensibus, tanquam suis ὁμαίμοις, als jhren Ohemen.

Veringenses.

Reutlingæ viuebat nobile genus, Spiegelij nominatum. Horum vnus, Berchtoldus Spiegelius, obijt 1371. die S. Martini: & humatus ibi est in Sacello, quod ipse condiderat.

Spiegelij nobiles.

Viuebant quoq; Burcardus Manspergius, eques: Vlricus Kiener, eques: Henricus Randeccius, eques: Ioannes Neidlingensis, eques: & Albertus Zellerus.

Augustæ, Sebastianus Ilsungus patricius, anno 1371. (alij dicunt, 1471.) instituit: vt perpetuò singulis Sabbati diebus, in fano D. Petri, post vesperas caneretur SALVE Regina, certo solario. Itaq; nomen Ilsungici Salue manet: man nennets noch/deß Ilsungs Salue. Gassar.

Ilsungicum Salue.

Burgundiæ Ducum Prosapia. Naucl. & alij.

Ioan. Valesius, Rex Franciæ —

Philip. Audax, Burgund. Dux 1364.

- *Philip. Comes Niuernensis.*
- *Anton. Dux Brabantiæ.*
- *Ioan. Dux Burgund. à Turcis captus, & dimissus.*
  - *Ducissa Austriæ.*
  - *Ducissa Sabaudiæ.*
  - *Comitissa Holandiæ.*
  - *Philip. Dux Burgundiæ. — Carolus, ab Heluetijs cæsus. — Maria Maximil. Cæs. vxor.*

Burgundiæ Duces.

Vel directè hoc modo:

Ioan. Valesius---Phil. Audax, Dux Burgundiæ---Ioannes--Phil. bonus---Carolus Burgund. Dux--Maria--Philippus--Carolus V. Imp.

De his, ideo nunc: vt, si cuius ex hac illustrissima familia posthac mentio incidat, sciatur, ex quo nido sit.

Terræmotus.

Anno millesimo trecentesimo septuagesimo secundo, Iun. 1. accidit horribilis terræmotus in Alemannia superiore: & 5. Iun. visus est circulus rubeus circa solis orbem: ac iuxtà, duæ cruces eminentes. Eodem anno, per cunctas Sueuiæ ciuitates Imperiales, ignis vorago extitit, aquarum multarum immundatio, cædes, latrocinia, seditiones. Felix Malleol. Respiciunt hæc ad ciuile circa Sueuiam bellum: de quo præcedente anno diximus. De quo & particularia quædã subijciemus.

Bello Sueuico gesta.

Ab Augustanis.

Augustani, proximo die Dominico post Petri & Pauli, septem Polemarchos sibi fecerunt: Conradum Ilsungum (qui hoc anno consulatum gerebat) Bartholomæum Riedererum, Conradum Rechlingerum, Raboldum iuniorem, Hermannum Norlingerum, Ioannem Eringerum, & Vlricum Diethricrum. Cumque Bauarus eis exussisset Achingam: equos & pecora abegisset: ipsi die S. Catharinæ, Schwabeccam ceperunt & combusserunt: vbi 26. viri conflagrarunt, ac quinque captiui Augustam ducti sunt. Deinde die Iouis post S. Nicolai, 1500. virorum exercitu petierunt Schongauiam & Fridbergam πομπικῶς, igneque perdiderunt: vsi Imperatore belli, Teccensi Duce Friderico. Vicissim à Bauaro exusta est Kissinga, Gegginga, Ininga: ac circa diem S. Thomæ, Bebinga, VVeringa, Pfersonum, Bargoma, Stepachum, Kriegsbabera, Oberhausa, Defferdinga, Herlinga, Gablinga, Gershofa. Appropinquarunt etiam vrbi: & sepes ante Geggingeram portam exusserunt: telis de muro in eos irritis cadentibus. Augustæ valebat tunc 1. aimera Alsatici vini, 4. libris: Neccarici verò, 3. ll.

Teccensis Frid. Illorum Polemarchus.

A Comite Eberhardo gesta.

Vlmensium clades ad Althaimum.

Eberhardus VVirtembergensis & socij, pugnâ eôdem anno vicerunt Vlmenses, sociasque ciuitates 8. apud Althaimum: ceperuntque ex ipsis trecentos viros, nobiles & ignobiles, cum Duce ipsorum Comite Vlrico Helffenstainio: cùm quidem Augustani exundatione Danubij prohibiti, eis adesse non potuissent.

Hinc Epitaphium, Vlmæ in Besserorum sacello summi Templi.

Anno 1372. Da ward erschlagen zu Althaim/ an dem Mitwoch nach S. Ambrosij Tag/ der from̃ vnd vest Hainrich Besserer: der zu der zeit gemeiner Statt Hauptmann gewesen ist: dem Gott genedig sey.

Auentini locus de hoc bello.

Sed ante hanc pugnam facta sunt etiam quædam alia post: quæ Auentinus lib. 7. Annal. hoc ferè modo in vnam massam contorquet. Vrbes Cæsareæ (imperiales) Reginoburgum Boiorum, Rhatorum, atque Sueuiæ Augusta, item Rheno conterminæ, iussu Regis VVenceslai fœdus aduersus Boios ineunt (Rhenanum vocant), Ducesque eius societatis à Cæsare declarantur, Vlricus ab Helffenstain Dynasta, & Piligrinus de Puecham, & Archimysta Iuuauensis. Coactisq; copijs, fines Palatini Rhenani ingrediuntur: agros vastant, villas succendunt. Rupertus hostem in Nemetum agro adortus, CC. occidit: CCC. capit: cæteros in fugam vertit, Augustamque Nemetum cedere cogit. Quadraginta grassatores, qui fines ipsius ferro & flamma passim clàm vexauerant, in lateram iam cadentem proijcit. Vos in me, inquit, clanculum noctu igne sæuijstis: ego vos propalam, alto die, comburam. Interim in Vindelitia Rupertus (qui postea rerum potitus est) minimus natu, cum fratribus (Stephano, Friderico, & Ioanne) ac patruelibus, Reginoburgenses infestat: à quibus fugatus est: sed Fridericus postea Piligrinum Archiepiscopum Colonien. capit. Sic & alter fœderatorum Dux, Vlricus Helffenstainius, ab Eberhardo VVirtembergensi captus est. Quem cùm socij, sex millibus aureùm nummùm redimere pararent: in carcere necatur. Ciues Cæsariani necem vlturi, hostili animo VVirtembergensem agrum inuadunt: cuncta cæde & incendijs complent. VVirtembergensis, accitis auxiliaribus copijs à Boijs, ingenti strage ciues afficit, castris exuit, in fugam vertit, &c. Sine dubio pugnã longè post ad Vilæ oppidum factam innuit. In quadam villa propè succubuisse, Nauclerus ciuitates ait. Althaimum intelligit. Sanè in hoc loco Auentinus (vt aliàs quoque solet) multas res, multos annos, quasi in vnum annum confundit. At non horum nihil, pluribus annis post factum est. Optarem, illum temporibus sua diligentius distinxisse.

Helffenstainij Vlrici mors.

Reperio

Reperio quoq; hæc, sed nec ipsa diebus distincta. Augustani tres pagos Henrici de Freiberg & Schœneck combusserunt. Volebat hoc Comes VVirtembergicus vlcisci: tanquam suis Ministris facta. Sed Augustani pecunia rem cum eo transegerunt. Dux Fridericus de Teck (quo ipsi Ductore in bello vtebantur) cum ciuibus aliquot Pragam ad Imp. equitauit (nimirũ remedij malorum inueniendi causâ) sed 1400. Florenis consumptis, nihil effecerunt. Chron. August. & alibi. *Augustanorum gesta.* *Teccensis Fridericus.*

Eodem anno, Cos. Augustæ Conrado Patricio & Hermanno Nærdlingero Mercatore: Senatu assentiente Senatu maiore (tunc ex 216. viris, maximam partem plebeijs, constante) bello contra VVirtemberg. & Botos durante: primo omnium viginti ænea tormenta preciol. maiorum librarum nummi, in Reipub. vsum fundenda curauit. Est hæc prima apud Augustanos mentio Bombardarum. Tunc autem, & aliquot annis postea, non ferreis vtebantur globis sed saxeis. *Bombardarum apud Augustanos mentio prima.*

Eringer Burggrauius propter falsam monetam Augustæ gladio percussus.

Die S. Michaelis, eiusdem 1372. anni, Rudegeri duo, pater & filius, Staiglini, Edelknecht zu Scharnhusen gesessen, vendidêre quendam censum Meglingæ, Ioanni Hertero de Tußlingen, cum edlen Knecht: nempe 30. solidos obolares, singulis annis percipiendos ex duabus villis, Cureis 26. Signatores: Wernher von Nidelingen. Wernher von Rünhusen. Morhart/ Vogt zu Stuggart. Albrecht Schulthaiß zu Grüningen. Ex literis. *Staiglini.*

Ioannes Frech Reutlingensis, Kyngsbrunnensi Monasterio bona, quæ Custerdingæ habebat, vendidit 38. libris.

Viuebat tunc etiam Her: Bruno Güß von Brentz/ Ritter: & Ioannes Guß, frater eius: ad quos tunc Gussenberg, Stronberg, & multa alia pertinebant: Ex præclara & antiquiss. ma hac stirpe ortum ducit vxor viri nobilis, prudentis, & integri, Ioannis Iacobi Guoth à Sulz in Durchhausen: hodie illustrissimi nostri Principis, præsidis Cameræ quæstoris fidelissimi. D. Ioan. Moser, 1589. *Gußius Bruno.*

Eodem anno Schafhusa ciuitas Heluetica diro flagrauit incendio: in quo circiter LXX. homines perierunt: ac vix quarta, aut tertia pars ciuitatis, remansit. Lycosth. & 5. Stumph. 17. *Schafhusa incendium.*

Igne Augusta quoq; Fridberga, Schongauia, afflicta sunt.

Nobilibus qui Argentorati habitabant, interrogatis à Magistratu, qui ciuis esset, qui non: respondêrunt quidam se inhabitasse hactenus vrbem, sicut sui maiores. Quidam, onera ferre nolentes publicæ rei, se negabant ciues: sed tantùm vti cõmodis eius, tanquam ciues. Ideo quisq; iussus est, intra mensem declarare, quid sibi animi esset: aut decem annos vrbe excedere. Recusans Ioannes Erbius, eques notatur, decennium ejicitur. Qui hostem se professus, quicquid damni dare poterat, ciuibus inferebat. Ciuem proinde Argentinensem Eppium Hattestattensem, arcũ Heclisheimi incolam nocte quadam inprouisò capit: custodes ne inde euadat, relinquit: argẽtum omne aufert. Tunc prouinciæ præfectus Murlinus VVallesius, adiumento Selostadiensium & Argentinensium, oppidum & arcem illam capit, cum 56. viris malis. Quorum tres rota contusi sunt: sedecim suspensi: reliqui verò obtruncati: exceptis ad transactionem tribus reseruatis. Qua facta, dimissi sunt, sed multorum sponsionis interuentu. Erbius decem annos vrbe carere iussus, interim interfectus est. Chronic. Argent. *Nobilium examen, argentinense.* *Erbius Ioannes.*

CIVITATES IMPERIALES, PECVNIA MVLCTATÆ. LEIPPHAIMum, Gyssiorum oppidum. Adelhaidis Cameraria, Tybingensis. Adulterij pœna dira, Erfordiæ. Esslingæ hastiludium XX. Burcardus & Conradus de Freiberg: ille Achstettensis, hic Aschauiensis. Rœbstockij & Roßhaimij, Argentinenses. Albertus & Lupoldus, Austriaci Duces. Vastatio Alsatiæ Anglica. Mors Petrarchæ & Boccacij.

CAPVT X.

ANNO 1373. Pontifex Rom. curia ex Gallia Rom. remigrauit. Funccius ad 1376. annum refert. Migrauerat illa Auinionem 1305. *Auenione Pontifex Romam remigrat.*

Eberhardus, Comes VVirtemberg. per legatos (Vlricum Marspergium, & Leonhardum Reissium) poscebat ab Augustanis, nomine Cæsaris: tradi sibi eorum Iudæos, & bona ipsorum. Quod cum recusassent Augustani (adactis iuramento ad manendum Iudæis) actum est postea Kirchhaimi sub Teck, ad diem Martini: venientibus eò Ioanne Gossenbroto, Conrado Ilsungo, & Vlrico Houero. Cumq; postulata fuissent 45. millia: res decisa est 36. millib. florenorum. Iudæi 10. millia dederunt. Aliis etiam ciuitatibus, exactiones impositæ. Quas cum recusarent: bellum recruduit. *Augustanorum cum Eberhardo VVirt. transactio.*

Vlmæ obsidio.

Tunc Imp. Carolus (præsente vxore & filio) atq; Comes Eberhardus, Vlmam die Dominico post S. Michaelis obsederunt septem dies: missoq; interim Eberhardi filio Vlrico, aduersus Reutlingam & Eßlingam: ne possent Vlmensibus opitulari. Qui eis & tunc, & sequenti tempore, molestus fuit. Apud Vlmam autem, interuentu Friderici Bauari factæ sunt induciæ. (Refertur hæc obsidio alicubi, ad aliquem sequentium annorum.) Ad Martini postea, rursus bellatum: & vtrinq; populatio, ferro igniq; facta. M. Scr.

Hoc etiam anno, Helffenstainius Comes Vlricus, superiore anno in Althaimensi pugnâ VVirtembergensi captus, in carcere decollatus est.

De hoc tempore sic Nauclerus scribit. Anno 1373. dictus Comes, nomine Caroli Imp. à ciuitatibus Imperij per Sueuiam, grandem exegit pecuniam. Quam cum recusarent dare: congregato grandi exercitu, ciuitates multis damnis affecit. Tandem concordiam nonnullæ cum Comite facientes, se daturos pecuniam promisêre. Nam Vlmenses dederunt 52. millia florenorum: Esslingenses, 15. millia: Rotvvil. 10. millia: Rutlingen, 15. millia: Lindou, 6. millia: Constantia, 40. millia: impetratis quibusdam priuilegijs. Quidam tamen volunt: Imperatorem omnem eam pecuniam, compensationis causâ damnorum Comitibus illis per misisse: quæ damna superioribus temporibus acceperant: castrorum præsertim, & territorij, vastatione. Alibi etiam additur: Vlmensium Iudæos, coactos esse dare 22. millia florenorum: & VVerdenses, Nœrlingenses, Dinckelspuelenses, Bopfingenses, octo trans Alpes oppida, 55. millia: deniq; Memingenses, 2. millia.

Ciuitates, pecunia multatæ ab Eberhardo C.

Gußius. Leipphaim.

Anno hoc 1373. Geruuicus Guß de Leipphaim, Geruuici F. Comiti Eberhardo VVirtembergensi, vendidit hæc: Sein vierdten theil an der Burck vnnd Statt zu Leipphaim / den Kirchensatz vnd Fronhoff daselbsten. *Altero anno idem Comes Eberhardus, ab Hannemanno Gussen, Gussenbergij filio, rursus quartam partem Burgi & oppidi Leipphaimi emit. Eiusdem anni die Iouis ante Martini. Bruno Gyßius de Leipphaim, eques auratus, & Conradus, Diepoldus, atq; Erhardus fratres eius, Brunonis Gyßij piæ mem. filij, eidem Comiti Eberhardo vendidêre Leipphaimensis Burgi & oppidi dimidium.*

Hoc demum 1373. anno, Augustani, confirmans ipsorum Democratiam, sicut antehac petierant, diploma Caroli Imper. è Pragensi vrbe acceperunt: Ioanne Gossenbroto patricio, & Sebaldo Munchingero, Coss.

Augustanorum clades in Bauaria.

Cum ex vrbe Augusta, CCL. viri in Bauariam tenderent: Comes VValtherus cũ LXXII. hastatis equitibus vênit. Confossi sunt 140. viri, & 50. vulnerati. Armati eodem die CCC. Baidelkirhæ erant: qui tres pagos igni mandarunt.

August. Episcopus Burckardus.

Episcopatus Augustanus, mandatus est Burckardo, nobili Ellerbachio: qui vtilissimè 30. A. præfuit: ac 1404. mortuus, cathedrali Basilicæ Augustæ illatus est. Grauissimæ fuerunt ei contentiones cum S. P. Q. Augustano: quæ post acceptum vtrinq; eladem feliciter anno 1397. compositæ sunt. Brusch.

Lorcha.

Lorchensibus VValther Ebervvein, ciuis Halensis, vendidit bona, quæ habebat in Hofnovve. Testes, ciues Halenses: Henricus Spies, & Conradus de Rinderbach sponsores & signatores. Die Martis ante natiuit. Mariæ.

Anniuersarius dies Henrici Camerarij.

Tubing. Monialis Adelhaita. Camerarij.

Jch Schwester Adelhait / Bürgerin zu Tüwingen / deß Käñerers seligen von Lustnow Schwester / verjehe offentlich / ꝛc. daß ich hab durch meines ehegenannten Bruders / deß Käñerers seligen / Seel: durch meiner vnd vnser vordre Seel Heiles willen / leuterlich durch Gott gegebẽ 10. ß. Haller ewigs Gelts / järlich zu richtẽ auff S. Martins tag / dem Lutpriester zu Lustnow: in dem Bann auff dem Stamler / der dritthalben Mannshoch ist: vnnd gibt vormals darauß achtzehen Schilling Haller Gelts / den Herren von Blawbürnen: vnd stoßt eins theils an der Frauwen Sammung von Tüwingen Wiese: vnd anderhalb an der Immutzinun von Lustnow Wiese / ꝛc. *Subsignarunt die Nichter zu Tüwingen. Datum die Martis ante Ioannis Bapt. zu Sungihten / anno M. CCC. LXXIII.*

Existimo, ex hac Kæmerorum stirpe oriundum esse clarissimum virum, Alexandrum Camerarium, Med. D. & laudabilis Reip. Reutlingensis, hodie physicum fidelem atq; industrium.

Adulteri Kirchbergij supplicium.

Er sordiam vênit quidam Burggrauius, Albertus de Kirchberg, in domum, cui nomen paradiso erat. Ibi vxorem inuolentis ciuis adulterabat. Qui cum seruo interuenienti, Burggrauium confodit: examinemq; ad tribunal Iudicum, vehendum curauit: cui postea caput extra vrbem amputatum fuit. Riuander. Inuênit iste in Paradiso infernum.

Baiazi-

Baiazites, quartus Turcarum Sultanus, vel Rex.
Obijt hoc an. D. Mechtildis, Comitissa Dockenburgensis, Comitis Rudolfi de Hohenb. vxor.
Anno 1374. Papa Gregorius XI. misso legato Columnensi, pecuniam ab Episcopo & clero Augustano exegit. Chron. Aug.
Esslingæ actos scribit Ruxnerus vigesimos ludos equestres Germania, hoc anno: hebdoma de proxima Dominicam post D. Martini secuta. Hastiludium 20. Esslingæ.

Equites hi, erant Reges eorum ludorum.

Ioannes Landschad. Fridericus de Preissing. Georgius Schenckius de Geiern. Philippus de Rhiethaim.

Intererant Sueui, aut his propinqui.

Bernhardus, Marchio Badensis. Frider. Burggrauius Norberg. Comes Zollerensis.
Comites. Vlricus VVirtembergensis. Ludouicus Oetingensis. Eitelfridericus Zollerensis. Rudolfus Sulzensis. Vlricus Helffenstainensis. Vlricus Nissensis. VVilhelmus Kirchbergensis Fridericus Tubingensis. Bernhardus Eberstainensis. Ioann. Hohenbergensis. VVolfius Montefortensis. Henricus Heiligenbergensis. Ioan. VVerdenbergensis. VVolfius de Lupfen. Nissen. Lupfen.
Barones. Albertus Pincerna Lympurgensis. Sigismundus Lympurgensis. Philippus Brandissius. Fridericus VVeinspergensis. VVilhelmus Zimbrensis. Melchior Gundelfingensis. VVolfius Stauffensis. Gangolphus Hohengerolzeccius. VVolfius Hohenbevvensis. Ortholfus à Stroffeln. Lympurg. VVeinsperg. Stouffen. Hevven.
Equites. VVilhelmus Truchsaß in VValdpurg. Albertus de Rechberg. Rassus de Gundelfingen. Diepoldus Spætius. Magnus, Marescalcus Bappenhaimius. Georg de Neidperg. Christoph. de Landavv. Ioan. Georg. de Bodman. VVolfius Schillingus. Rassus de Achelfingen. Landavv. Schilling.
Nobiles serui. Conradus de VVelvvart. Georg. VVesterstettius. Zug von Freiburg. Fridericus de Rhiethaim. Georg. de Rugingen. Eberlinus de VVesterstetten. Fridericus de Kaltenthal. Frider. de Schellenberg. Schimpf de Gyltlingen. Bilgram von Hewdorff. Albertus de VVildenstain. Frider. de Venningen. Rudolfus & Eberhardus de Zulnhart. Ioan. de Turckhaim. VVilhelmus Spæt. VVolfius Truchsaß de Hæfingen. Georg. Marescalcus de Oberndorff. Ioann. de Stauffenberg. Georg. de Lustnovv. VVolfius de Ehingen. VVolfius de Neuhausen. VVolfius de Neuneck. VVolfius de VVeiler. VVolfius de Bliening. Philipp. Steck de VVirtemberg. Lud. de Dachenhausen. Fridericus Gæler de Rauenspurg. Hans Holtzapffel. Reinhardus de Gemmingen. Osvvaldus de Schvvendi, & alij. Gyltlingen. Lustnovv. Blening. Gemmingen.

Chorea.

Tertia, Friderici Burggrauij Noriberg. cum filia Comitis VVirtembergensis Vlrici.
Quarta, Vlrici VVirtemb. cum Comitis Gerlachij de Nassovv vxore.
Quinta, eiusdem Gerlachij cum Com. Vlrici VVirtembergici coniuge.

Eodem 1374. anno, florebant, Burcardus de Freiberg, Achstettensis (inter Vlmam & Biberacum) & vxor eius, Truchsæssia VValdseensis. Quorum liberi erant. 1. Catharina. 2. filia, cui dam Spurio nupta. 3. Eberhardus: ex quo, & Agnete de Hornstein, nati sunt. 1. Ludouicus. 2. Vlricus: qui habuit duas vxores, Hobenecciam & Abelsingiam. 3. Eberhardus, eques, Ebercellæ. Sed & alij liberi: vt Margareta, Monacha Sæssingensis 1486. vt Ioannes, cui filius fuit ex Vrsula de Barr, Baltasar, qui obijt 1508. Ex quo, & Mergela de Freiberg, inter alios liberos fuit Adamus, qui obijt 1542. sepultus Heppachij. Ex quo, & Anna Edelstettensi, Ioannes Georgius, cuius ex Sabina Freibergia nati, Tubingæ studebant, 1588. Adamus Philippus, Ioan. Adamus, & Georg. Adamus. Freibergenses nobiles. Achstet.

Insignia horum Freibergiorum, tale scutum habent: vt eius dimidium superius, sit album: inferius verò, glaucum: & in eo, tres vitelli, tanquam ova: quorum duobus superioribus, infra tertius est subiectus. Fuit autem equestri honore decoratus ille Burcardus, de quo initiò diximus: qui præsenti millesimo trecentesimo septuagesimo quarto anno, à Campidonensi Abbate Haimerdingam, arcem & pagum, libris obolorum 3190. emit. Vnd machet dasselb gleich nach beschehenem Kauff / wider gegen gemeldtem Gottshause / zu Mann vnnd Frauwen Lehen. Filius verò eius Eberhardus vendidit eandem Haimerdingam, Henrico Edelstettero, cùm Kemmingensi, 3000. ll. obolarijs, 1386. anno. Eorum Insignia. Haimerdinga.

Viue.

Freibergenſes alij. Aſchauia.

Viuebat eodem 1374. anno Conradus, Conradi equitis Mietingæ F. de Freiberg (ſic & Georgius) ex eo genere, quod Aſchauiam tenet: qui duxit Viti Mautneri Aſchauiæ vnicam filiam Claram. Sic à Mautneris tranſijt Aſchauia ad Freibergios. Ex quo coniugio nati ſunt, Conradus Georgius Halbritter, & Albartus: quorum primo & tertio, in diuiſione obtigit Manichinga. Georgius curauit Freibergiorum ſepulcretum in Aſchauia ædificandum. Ab his producta eſt hæc linea vlterius. M. Scr.

Rebſtockij & Roſsheimij. Argentinæ.

Eodem 1364. anno die S. Georgij, poſt cœnam rixa accidit Argentinæ, in ſympoſiaco prytaneo (auff der Trinckſtuben) apud S. Thomam, inter duas Argentoratenſes familias, Rebſtockiam & Roßheimiam. Occiſi ſunt ibi tres Roßheimij. Ideo duodecim Rebſtockij pellebantur vrbe. Horum decem Molshaimum ſe contulerunt. Eò poſt tempus profecti Roßheimij, aliquot ibi dies latuerunt. Poſtea in ſympoſio nobiliũ conuiuantium Rebſtockiorũ octo repentino impetu interfecerũt. Nomina interfectorũ: H. Peter Rebſtock / Niclaus Rembold, Hugo frater eius, Hetzel. Nicol. Rembold. Læſel, Burckelmus, Bertſchius. Duo pueri effugerũt. Percuſſores, quia nox erat, trans murum ſe eiecerunt. Factum pridie S. Valentini, 1375. Argentinenſes eis exilium denorum annorum impoſuerunt. Duos eorum adiutores rota contudit Argentinæ. Accuſati quidem capitis fuerunt illi auctores: ſed non iudicati ſunt latrones, cùm ſuos inimicos vlti eſſent. Chron. Argent.

Cædes inter ipſos.

Alberti Contracti tres filij. Lupoldus, regionum auidus.

Viuebat hoc tempore adhuc Auſtriacus Dux Albertus, cognomine contractus: qui ſuperiore tẽpore Tigurũ obſederat. Huius filij erant tres. 1. Rudolphus, hoc nomine in hac familia quartus, cognomento Magnanimus. 2. Albertus III. cum Trica vel plegmate. 3. Lupoldus II. cognomine Decus militum. Qui, mortuo Rudolpho, ſæpius cum fratre Alberto regiones diuiſit, pluriũ auidus. Solâ ergo Auſtria cõtentus Albertus, cæteras prouincias omnes Lupoldo pacis causâ reliquit: Carinthiam, Syriam, Caniolam, comitatum Tyrolis, Marcham Venedorum, Burgouiam, Briſgauiam; cæteras apud Sueuos & Rheni ripã, ditiones. Adiecit ſibi Lupoldus etiam Hohenbergenſem Comitatum, Veldkirchũ, Bludentiam, Sanctum montem. Quorum dominiorum partẽ, hæreditatis ſucceſſione, partẽ à Rudolpho & Alberto, Comitib. VVerdenbergenſib. emerat. Cupidus erat Helueticæ iacturæ reſarciendæ: ideoq; Anglos quoq; contra eam gentem incitaſſe dicitur (quod tamen propter paulò poſt ſequentia credendũ non eſt) ex Gallia eò tranſeuntes. Tandem ad Sempachum corruit (præclarus Princeps) vt ſuo tẽpore dicetur. Legi etiã alicubi, ciuitates circiter 80 ſe ad auctoritatem eius contuliſſe: animo reſiſtendi cuiuis, qui ipſarum literas & priuilegia vellet conuellere.

Anglos excitant in Heluetios, vt dicebatur.

Landau.

Obijt hoc an. Comes Landauenſis Cõradus, Eberhardi iunioris F. die SS. Tiburtij & Valeriani. Vxor ei fuit Emmeleia, Baroniſſa ab End. Sepulti Hailigencreutzthalæ. M. Scr. Huius D. Conradi filiam Gabelcouerus fuiſſe exiſtimat Gutam: quæ 1365. maritum habuerit Comitem de Aichelberg Vlricum. Nã illam ipſam appellare ſe in literis: Ich Gut von Landaw / genannt von Aichelberg. Eiuſdem Gutæ filium fuiſſe arbitratur Conradũ, Aichelbergicum Comitem: qui 1380. D. Luciũ de Landavv nominat, vnſern lieben Ohem: quem rogat, vt ſecũ ſignet. Gutæ quoq; ſororẽ exiſtimat fuiſſe Claram de Landavv: quæ 1364. & 1372. mariũ habuerit D. Oſualdũ de VVartenb.

Anglorum irruptio in Alſatiam.

Ab Heluetijs cæſi.

Anno 1375. Angli (quorũ paulò antè mentio facta eſt) in Alſatia ſæuierunt, rapinis, libidinibus, cædibus. Tranſierunt inde fame coacti, in ditionem ducis Lupoldi: qui cum multis proceribꝰ (inter quos, & VVirtembergicus Comes) Briſaci erat. Conabantur ſanè hi Domini, regionem contra iſtos exteros tueri: ſed cum tanta multitudine ipſorũ, armis congredi non audebant. Ad Bernatibus autem poſtea, alijsq; Heluetijs, multi ex eis diſpalati, cæſi ſunt: reliqui in Galliam abſceſſerunt. Cauſa aduentus eorum fuiſſe ſcribitur: quòd quidam Anglus, Cõtzinus nomine, Ergouiam ſibi vendicare voluerit: vt matri ſuæ, quæ Lupoldi primi Auſtrij filia fuerit, doti datam. Vrſtiſ. Baſil. Chronic.

VValdegg & Landavv.

Eod. 1375. an. die proximo ante S. Andr. zu Meilan. Ich Conr. Waldegg / verjehe / vñ thũ kundt offentlich meñiglichen mit diſem Brieff / ꝛc. Generoſum D. Luciũ de Landau, & omnes eius hæredes, facit hæredes omnium ſuorũ. quæ vſquam (in Germania, & extrà) habeat, bonorum, nullo excepto. Teſtes & ſignatores, honeſti homines: Eeck von Eiſchach / den man nennet den alten: Cuntz von Giengen: vnd Hainrich von Pflimern. Viuebant tunc etiam: Vlricus, & Craffto, & Marquardus ſenior, & VVolfius, de Liechteneck. Vlricus Kuffer, eques. VVerner de Neuhauſen. Henricus Spæt, dictus Funck. Ioan. de Sunthaim. Diepoldus de Neidlingen. VVolfius Hochſchlitz. Craffto de Kirchaim.

Perlacum Auguſtæ.

Auguſtæ Vindel. Merclinus Hangenor, quòd in Quæſtura pecuniam Reip. interuertiſſet, noctu poſt Matthiæ in Perlaco neqꝫ ad hunc punitus ſcribitur. Perlach autem, aut Perle (inquit Achilles Graſſar) iſt der Platz vorm Rahthauß: darauff die Bürgerſchafft von 10. vhr biß 11. Mittags /

tags/vnd von 4 biß 5. Abends/zusammen kompt. *Non existimat ipse nomen ei esse à perditis legionibus: sed ab vrsis, qui ibi antiquitus in fouea sunt asseruati: id quod multi veteres picturæ in curia testentur.*

Halæ Sueuicæ in sacello Sãmichaelici Tẽpli. A.D.1375. obijt Berthold. de Schletz, die parasceues. Schletz.

Eodem anno defuncta est D. Agnes de Nassovv: Comitis Heinrici Hohenbergensis, anno 1361. mortui, coniunx.

In Italia, Franciscus Petrarcha, Orator & Poëta excellens, obijt: & altero anno Ioan. Boccacius, ætatis suæ anno 62. vt à Palmerio notatur. Est ab illo Petrarcha factum eulogium hoc Pontificiæ sedis: quod audio, iam ex opere eius expunctum esse, ne amplius excudatur. Fiamma dal ciel su le tue treccie pioua. Petrarchæ mors. Boccacij item.

Maluagia: che dal fiume, & da ghiande, le per l'altrui impouerir se' ricca, & grande: Poi che di mal oprar tanto ti gioua, &c.

IMPERII IMMINVTIO. OBSIDIO VLMÆ. SVEVICÆ HALÆ INcendium. Pfisteri Augustani. Ehingeri Vlmenses. Feruidus lapis Basileæ. Fœdus ciuitatum Sueuicarum. Clades illustrium virorum ad Reutlingam. Ingentis Templi D. virginis, Dei matris, apud Vlmenses ædificatio. Positio primi lapidis, in magnarum structurarum fundamentis. Schola Reutlingæ & Tubingæ.

CAPVT XI.

ANno 1376. VVenceslaus, Caroli Imperatoris filius, patre omnibus modis procurante, Rex electus est Rom. Qua de re scribens 10. Sax. 3. Krantzius, Euisceratũ sic est imperium, inquit. Rheni vectigalia, quæ Imper. erant pro patrimonio inde diuisa sunt: vt vnus quisq; Electorum non modicum quid acciperet. Deplumata est aquila: vt in reliquum cæteris sit animantib. contemptui. Quid enim potest sine pennis? postea sedecim in Sueuia Vrbes, sine medio recognoscentes Imperiũ, vendidit vicinis Principibus. Aliæ XIIII. cùm intelligerent: conspirarunt inuicem, ne se paterentur venales exponi. Plurimum enim interest: huic, an alij, subsis potestati. Imper. ex eis vnam nisus est expugnare, ad terrorem cæterarum. Cæteræ ad arma concurrentes, obsessis opem tulêre. Quædam etiam Austriæ Principibus se commendauêre: non vt Dominis obtemperaturæ, sed vt protectoribus vicissim gratificaturæ. Saluam enim libertatem suam volebant. VVenceslaus, Rex Rom. electus. Imperij imminutio. Aquila Rom. deplumata.

Hæc, sententia Krantzij: qui sine dubio agnoscebat: aquilam Rom. à Fridericis, Henricis, Conradis, Romanis quondã ab Hohenstauffa Imperatorib. fideliter vestitam plumis fuisse, magnis laboribus & periculis. Quod de vnius Sueuicæ vrbis obsidione ipse meminit: alibi sic reperi. Antea benè à Sueuis plumata.

Cæsar Carolus effecerat, vt VVencesl. F. suus legeretur Rex Rom. cui se addixerat Eßlinga, Nœrlinga, Augusta, aliæ ciuitates. Renuebãt Vlma, Reutlinga Cõstantia, omnino XV. ciuitates: quia metuebant exactiones. Ideo ad Michaelis Cæsar Carolus, Rex VVenceslaus, Imperatrix, & Comes VVirtembergensis, Vlmam septem dies obsederunt, incendijs circùm grassantes. Verùm intercessione Friderici Bauari, & ciuitatum aliquot, induciæ vsq; ad D. Martini pactæ sunt. Qua de re suprà etiam scriptum est. Rursus de obsidione Vlmæ.

Arelatense quoq; Regnum, Delphinatus Imperio ademptum est: quod Carolus suo ex filia nepoti primogenito Regis Franciæ filio, commendauit. Arelatensis Regni, & Delphinatus, ab Imper. detractio. Vbel gehaußt.

Comes VVirtembergensis Eberhardus (vt est in Chron. Noriberg.) bello persequebatur Reutlingenses: quibus opem tulerunt ciuitates Imperij: sicut VVirtembergico, Principes & nobilitas. Reutlingam Eberhardus vexat. Spiegelij.

Reutlingæ ex familia nobili Spiegeliorum (qui sepulti sunt in sacello S. Catharinæ, postea leprosorum, ab ipsis fundato) hi mortui sunt.

Bertholdus Spiegel, 1376. die natiuitatis D. Mariæ, iunior cæteris Bertholdis. Ioan. Spiegel, 1425. die veneris ante S. Georgij, renouator huius sacelli: Bertholdi, qui id ædificauerat, filius. In lapide eleuato. Anna Bertholdi senioris (1371. mortui) vxor, fundatrix sacelli. Mortua pridie D. Thomæ 1384. Agnes Spiegelia Friderici de Gomeringen der wilde/*filij vxor. Pridie S. Gregorij 1371. mortua. Anna Spiegelia iunior,* N. deß Meisters Weib/1421.

Hala Sueuica fere tota flammis concidit. Ita vetera monumẽta literarum perierunt: vt de antiquitate rerum Halensium, minus sciatur. Petentibus autem Lympurgensibus & Hohenlohensibus à Cæsare Carolo 4. sibi concedi combustam aream: Halenses, legatione missa ipsi instaurationem sui oppidi obtinuerunt. Halæ incendium.

Hoc 1376. anno, Burcardus de Ehingen Sueuus nobilis, in Aula Ducis Austriaci Alberti fuerat: cognomine plegmatias, vel cum trica: Burckart mit dem Zopf. *De quo sup. lib. 3. cap. 12.* Ehingenus Burcardus.

Pfiste-

Pfisteri Augustani.

Pfisterorum prima mentio fit anno 1376. Augustæ: quorum merces in Achesinis Alpibus, Vlricus Dillingerus, ciuis patricius, depradatus est, indicio fratrum suorum Caroli & Eberhardi: qui ideo in vincula coniecti, vix ad preces propinquitatis suæ dimissi: ita quidem, vt ciuitatem literis ad annos 20. abiurarent. Gassar. Horum vltimus fuit Christophorus Pfisterus, vir pius & doctus: cuius mentionem in Turogræcia mea feci: Constantinopoli cum D. Stephano Gerlachio, circ. annum 1573. versati.

Vlmæ obijt 1316. die S. Pauli, senior Iohannes Rhot.

Ehingeri Vlmenses. Vide sup. 1360.

Ehingeri, Vlmæ.

Vixit circa hoc tempus VValtherus Ehinger Noribergensis, ad Vlmenses Ehingeros attinens. Sæslingæ humatus. Ex eo nati.

1. *Ioannes Austrius, in platea ferrea, Iudex, obijt 1383. Vxor eius, Lucia Cræfftina, defuncta 1376. Quorum filius, Iodocus senior, obijt 1399. Sept. 3. Austrius.*
2. *VValther. 2. Ehinger. obijt. 1438. Sept. 15. Sepultus in Capella S. Georgij.* { *Iodoc. 2. obijt 1472. Octob. 19. vxores, Vrsula Krainia Monacensis: & Anna Schwinckreischina, mort. 1463. Filij, Sigis. & VVeiprecht. Marquardus, secundus VValtheri F. obijt cælebs, 1450. Aug. 22.*

Vide infrà ad annum Christi 1445. alterum Ioannem Austrium.

Lupoldus Austr. Basileæ.

Dux Austriacus Lupoldus, erat hoc 1376. anno, in minore ciuitate Basilienſi: quæ ei ab Epiſc. Basil. Ioan. de Vienna Gallica, fuerat oppignerata. Ibi Bacchanalia cum magno gaudio nobilitat agebat, ludis equestrib. quæ cũ etiam in maiore vrbe fierent: & quidem ciues læderentur: tumultus aduersus nobilitatem ortus est: in quo tres nobiles, & aliquot serui, confossi sunt. Diffugiebant Dux Lupoldus, & proceres. Displicebat res Magistratui: & vt plebi insanienti satisfieret: capti sunt aliquot Principes & Comites: vt, Marchio Rudolfus de Hochberg, Comes Montefortius Henricus, quidã Com. Zollerensis, Dux Engelhardus VVeinspergens. Quib. breui dimissis: ciues aliquot seditiosi, in foro frumentario decollati sunt. Locus vocatur, der haiß Stein/ feruidus lapis. Vrstis.

Lapis feruidus.

Sueuicum fœdus magnum.

Anno 1377. habebant Sangallenses fœdus plures in annos, cum Sueuiæ ciuitatib. Vlma, Constantia, Rotvvila, VVila, Reutlinga, Yberlinga, Rauespurgo, Memminga, Biberaco, Lindoia, Campiduno. Kauffbeura, Leutkircha, VVanga, Isna, & alijs. Appellabatur fœdus magnum. Quorum conuentus in rebus grauibus, præcipuè Vlmæ agebantur.

Bellum cum ciuitatibus recrudescit.

Hoc anno, bello ciuili integrascente, Hauser de Blabeura, veniens cum centum hastatis, ministeri Comitis Hohenlohensis, pecora Biberacensium abigebat. Oppidani excursione facta, nobiles XX. occiderunt: ac septem captiuos duxerunt in oppidum.

Biberacenses.

Reutlingensem ante vrbẽ, VVirtemberg. & alij nobiles, cæsi.

Clades eodem 1377. anno, Comitis VVirtembergensis & nobiliũ, inter castellum Achalmam, & oppidum Reutlingam, cruenta accidit (vt à Nauclero, & alijs scribitur) quintâ feria (die Iouis) post S. diem Pentecostes, pridie Idus Maij (14. Maij) quæ res sic se habet.

Nocte, quæ eum diem præcedebat, exiuêre ciues Reutlingenses cum socijs, numero 1000. vt prædam facerent, & VVirtembergensi Domino nocerent. Venêre matutino tempore ad op. Vracense, rapuerunt, quæ poterant: in reuertendo per Vracensem vallem, pagũ Tettingam exusserunt, agricolis aliquot cæsis: ante prandium capita pecoris CCC. agebant: ipsisq; alij ex oppida Reutlinga exeuntes aggregabantur. Ibi Vlricus VVirtembergensis, Comitis Eberhardi filius, circum montem de arce Achalma descendit, cum multis fortibus & armatis viris (CC. XXXII. hastatis circiter) Comitibus & Baronibus, equitib. auratis & nobilibus: vt prædam ciuibus eriperet: imò vt, si fors ita ferret, etiam cum eis improuisò in oppidũ inuadens, id occuparet. Descenderunt proceres inter suburbium, & S. Leonhardi sacellum, in pratis & agris, ex equis (vt alicubi inuenitur) ac pedites rem gerebant. Verùm plures, qui in oppido erant, interea ἐν ἀλλοφυλίῳ ἐχοντες, per quandam portam, quæ aliàs clausa tenebatur, celeriter excurrere, suisq; fortiter succurrere. Ibi acerrimâ pugna coorta: nobilitas, inter hostes priores & posteriores intercepta, deuicta est: ac multi Heroës, & præclari viri, ceciderunt.

Eorum nomina: etsi alibi quædam aliter scribuntur. Reutlingæ quoq;, in Curia: vbi, arma ipsorum appicta.

Cæsorum nomina.

Graff Friderich von Zorn (Zollerensis) vnd Saltzburg/ Ritter/ genannt vom Eselsberg. Graff Vlrich der Schärer/ Pfaltzgraff von Tübingen/ Herr zu Herrenberg. *Fuit vltimus eius loci. Erat is (inquit Gabelc.) Rudolphi Palatini Tubingensis filius, Conradi ex fratre nepos: cuius Conradi filius, plures annos post vixit.* Graff Hans von Schwartzenberg. Herr Götz (*Gottfridus*) der Schoderer von Winscheim (*al. VVeissenhaim*) Ritter. *Vexillifer tunc*

fer tunc fuerat. VVilhel. pater eius, aut cognatus. Suiggerus, Baro de Gundelf. Ritter. Reinhardus de Nyperg, miles (Ritter) VVirtemb. Consiliar. Ioan. de Seldeneck, miles. Longus de Erolshain, miles. Berchtoldus de Sachsenhaim, miles: & F. eius Frider. VVendus ex Franconia, miles. VVolfius de Stambain, Magister curiæ apud VVirtembergensem. Duo Burcardi Sturmfæderi. Der ein war Rahtgeber zu Wirtemb. Bentz (Berchtold.) Kaib von Hohenstain. Ioann. de Rudenberg. Ioan. de Lustnovv. Sifrid. vel Seitz. de Vellenberg. al. Velberg. Conrad. de Hæsingen, Lustnovv. Herr Balthasarn Sohn. VValther de Gobenfels. Schvviggerus de Gemmingen der schwartz. Scharbo (al. Scherp.) de Bernhusen, Kirchher: zu Gretzingen. Sifrid. VValer. Henr. VValer. Kirchher: Züttelmann. Cuntz Truchsäß. Herr Hansen Son von Bichishusen. Albrecht von Küller. Hainz von Liechteneck. Eberhart von Stöffel/ Freyher: von Bonlandt. Eberhart von Sternenfels/ Vogt im Zabergow. Hans vö Sperberseck. Andr. de Gislingen. Sperberseck. Vlric. de Liechteneck. Diepold. de Neidlingen. Contzo de Stamhain. Conr. der Kiser. VVolfius Hochschlitz de Pfaffenhofen. Wöflin von Jungingen/ Herr Wolffen Son. Conr. Kyner von Schloßberg. VValch. Spæt de Ehesteten. Hainz der Mager. Münch von Hainstatt. Sifrid von Sachsenhaim. Sifr. de Erdbach, Franco. Herman. de Veitbach, Franco Ioannes de Grunbach, Franco. Conr. (al. Contz Bilgeri.) de Limpach, Franco. VVilhel. Durer de Krailshaim, Franco. Herman. de Bœnstain, Franco. Ioan. Lutzholtz de VVinshaim, Franco. Stainfeld Franco, ein edler Knecht. Andr. Zobel, Fr. Rup. de Gebsidel, Fr. gut edel Knecht. Contzo de Hedekeim, von dem Othenwald. Rasse de Liechtenstain, Herr Hansen Son. Herman von Rietbach. VVolf. de Vrnhofen. Völcklin von Krauthaim/ deß Vitzthumbs schwager von Oschenb. Ioannes Esel de Lor. Al. Henslin von Laer/ auß dem Küntzgerthal. Post nobilitatem, serui. Der Schneider/ Herr Berchtolds Knecht von Sachsenheim. Herman / Herr Götzen Schoderers Knecht. Strauß/ H. Dietrichs Spæten knecht. Walthers knecht von Hohenfels. Dieterich Mangolt/ ein reisiger Knecht. Ein ehrbarer Knecht/ deß Ritters Herr Wende. Herr Hansen Knecht von Vrbach. Drey vnbekandte Knecht. Doch hatten sie Baigewandt an. Zween/ die man auch nit kennen kundt.

Multi equi, thoraces ferrei, hastæ & gladij, ac magna præda, in op. Reutlingam importata.

Veniebant postea (publica fide & pace) Reutlingam, multi officiales & scutigeri (in Germanico erat, viel Schintfessel vñ Schiltknecht) qui suos heros quærebant, nec omnes reperiebant. Hi dicebãt, desiderari octoginta sex proceres, equites & nobiles. Plures tamen, quã suprà scripti, asportati èx ciuitate nõ fuerunt: ijq; abluti, & alba veste induti. Addebant, multos esse vulneratos. Horum aliquot in arcem Achalmam à VVirtembergicis portati fuêre. Non autem volebant sinere Reutlingenses auehi quenquam: nisi quem suus seruus nominasset. Cadauera illorum, reddita.

Ex parte ciuiũ interfecti sunt tredecim: vnus ciuis, Hainz Sperber: & duodecim mercenarij militer: vulnerati autem sex. Fuerant partim armati, partim inermes homines pauperes. Captus fuit tantùm vnus, Sachsenhaimius. Nam quoniam ab altera parte non solebat parci, ne inermibus quidem: ideo nec vrbici tam contineri poterant, vt parcerent. Ideo Reutlingenses se excusatos haberi in literis ad amicas ciuitates rogabant, quòd sæuius tunc actum fuisset. Illustris verò Comes Vlricus VVirtembergensis, vulneratus, equo vix in arcem Achalmam euaserat. Literis victoriam hanc Rotvvilensibus perscripsêre Reutlingenses, proximo die Iouis ante S. Vrbani. Ciuium occisorum numerus. Vlrici, VVirtembergensis Comitis effugium.

Refertur alicubi ad hunc quoq; annum, Kaufbeuræ oppidi Imper. irrita obsidio: facta per Dutem Teccensem Fridericum Episc. Aichstetensem, Bauaros, & Haideccium. Kaufbeura.

Vlmensium templum parochiale omnium sanctorũ, antehac extra vrbem steterat, amplissimũ sed hoc 1377. an. Christi deiectũ est (vt ex Felice Fabri, etiam Brusch, refert in VVeng. cœnobio) & solo cõplanato, in vrbem est translatum. Timuerunt enim Vlmenses: ne festis diebus vniuerso populo in suburbio sacris operante: vrbs perfidia & proditione aliqua interciperetur. Deinde ideo: quòd pauci opulentiorum ciuium exire ad parochialem Ecclesiam, sed plerumq; ad cœnobia, intra vrbem sita, commeare soliti essent: eoq; suam libertatem & eleemosynas conuertere: sepulcra denique sua & posterorum, ibi constituere. Empto igitur iusto spatio, partim à S. Claræ Monialibus (quarum cœnobium ibi stabat, eis olim gratis concessum) & Francisc. Monachis: partim verò à VVirtẽbergensi Comite (qui propter Bebenhusanos Monachos, aliquid tunc Iuris in ciuitate habebat: sed libenter annuebat, admirans magnanimitatem Vlmensium: qui tam stupendum opus, suis viribus perficiendũ suscepissent) atq; illo spatio pulchrè æquato, & repurgato: fundamenta futuri maximi Tẽpli, sirenuè fodi cœpta sunt, 464. in circuitu passuum, profunditate horrenda. In quæ primus lapis, ab vrbis Vlmensium templum ingens extruitur. Lapidis primi positio.

vrbis clero, & S.P.Q. singulari reuerentia, pompa, continentium voce, positus est, die Iunij vltimo, eodem hoc anno. Lapidem forcipe & funibus demissum, stantes in fundamentorum fossis exceperunt LVDOVICVS CRATO, siue Crafto, Consul, & quidam nobiles ciuitatis. Demittebant autem eundem, IOANNES EHINGER cognomento Habsastus, & CONRADVS BESSERER, vrbis Duces: alijq; primarij Senatores & Patricij: cantante Clero, populo orante, varijs Musicorum generibus sonantibus Posito hoc lapide: secuta sunt hæc. Obtulit illico super eum, tanquam in aram centum Rhenenses Aureos Lud. Crato. Cuius exemplum multi alij imitantes, nobiles, & Senatores, & plebeij, singuli sua munera, in auro & Argento, ad eiusdem Basilicæ ædificationẽ liberaliter contulère. Ita permagna vis pecuniæ, ἐν συναφορᾶς τοῦ προφορᾶς collecta est.

Absolutio illius Templi.

Alij seruos & equos suos, ad tam laudabile opus commodabant. Quod exædificatum & absolutum est centum & vndecim annis: nempe 1488. Domini anno: habens altam & crassam turrim. Dedicatum fuit diuæ virgini matri (τῇ παρθενομήτορι) habuitq; LI. altaria. Nullum enim nec longius, nec latius, nec altius, in tota Germania fanum est. Longitudo dumtaxat eius, à Choro vsq; ad extremum, passuum CCCIIII. est. Consumpta in eius constructione sunt (vltra ea, quæ liberali manu ædificata) nouies centena Aureorũ millia. Addam etiam alia quædam, cùm sic huc inciderim.

Ibi, colũnæ incisa. Ad dextram, matrona: ad sinistram, vir imberbis: Templũ summũ manib. sustinentes: & infrà in medio, quidam humeros ei suppositos habens, inflexus. Superius hæc verba.

Anno 1377. an dem Zinstag/ der der letzt tag war deß Monats Junij/ nach der Sonnen auffgang 3. stund/ von heissen deß Rahts wegẽ allhie zu Vlm/ legt Ludwig Krafft/ Kraffts am Kornmarckt seligen Son/ den ersten Fundamentstein/ an dieser Pfarrkirchen.

Templorum, & primi lapidis, antiqua apud Romanos, condendorum & ponendi ratio.

Consuetudo hæc condendi sic Templa, & locandi primi lapidis, antiqua est, à Romanis ad Germanos translata: vt patet in Capitolij (quod anno Dom. 71. conflagrauerat) sub Vespasiano, anno Christi 72. instauratione: Corn. Taciti Annal. lib. 20. 11. Kal. Iul. inquit serena luce, spatium omne, quod Templo dicabatur, euinctum vittis coronisq; Ingressi milites, quibus fausta omnia, felicibus ramis: dein virgines vestales, cũ pueris puellisq; patrimis matrimisq; aquâ riuis, & fontibus amnibusq; hausta, perluêre. Tum Heluidius Priscus prætor, præeunte Plauto Heliatio Pontifice: lustrata boue taurisq; area: & super cespitem redditis extis: Iouem, Iunonem, Mineruam præsidesq; imperij Deos, precatus, vti cœpta prosperarent: sedesq; suas, pietate hominum inchoatas, diuina ope attollerent vittas, quibus ligatus lapis, innexiq; funes erant, cõtigit. Simul cæteri Magistratus, & Sacerdotes, & Senatus, & eques, & magna pars populi, studio lætitiaq; connixi, saxum ingens traxêre: passimq; iniecta fundamentis, argenti auriq; stipes, & metallorum primitiæ, nullis fornacibus victæ: sed vi gignuntur. Prædixêre Haruspices ne temeraretur opus saxo auróue in aliud destinato. Altitudo ædib. adiecta. Id solũ religio annuere: & prioris Templi magnificentiæ defuisse, creditũ: quo tanta vis hominũ retinenda erat. Hæc, illic. Sed longè antè, Hierosolymitanum templum, cum clarissimo cantu ab Iudæis reædificatum est. lib. 1. Esdræ, cap. 3. & lib. 3. cap. 5. ante Christum 535. & citrà.

Monstrantia Vlmensis Templi.

Redeo ad templum Vlmense. In eo ipso, ad Chorum, egregiam Monstrantiam (vt vocant locum, vbi hostia seruabatur) lapideam, idem nobilis Habsastus Ehinger, suis impensis, anno 1531. 3. idus Maij, faciendam curauit.

In eodem Templo sellis eximio artificio factis, ad sinistram insculptum est: GEORGIVS Syrlin 1469. incepit hoc opus. Ad dextram: Georgius Syrlin 1474. compleuit hoc opus. Ad confessionariam sellam: Georgij Syrlin iunioris opus, 1484. completum.

Maximilianus Inclytus Rom. & aliorum regnorum Rex, hoc ingens opus 1492. inuisit. Hic dicitur semipedes tantùm in turri (cum ea nondum coronâ, vel ambitu cincta esset) eius semipedi, pede altero præposito, de tam sublimi turre intrepidè despexisse. Mir nicht. Nollem pretio totius terrarum orbis, tanto me periculo committere.

Organon musicum.

Organum deniq; musicum, anno 1376. vsq; ad 1378. admirandi laboris artificijq;, inædificatum est: quod aiunt habere 1690. fistulas, & 27. Registra. Maxima fistularum, capax est mensurarũ vini 315. Quo numero vini optimi, quod in foro tũc inueniri potuit, opifex illius organi donatus à Magnifico Magistratu est: nec nõ 900. Florenis, vltra laboris artificijq; mercedem debitam.

Addam & hæc ex Felice Fabri, Monacho.

Vlmensium operas.

Scribit is, circa hæc tempora, quinq; grandia opera ab Vlmensib. peracta esse. 1. ciuitatem muro circundatam. 2. fundatum Templum D. virginis. 3. perpessos obsidionem & pugnas. 4. Dominia in gyro (intelligo Comitatus) emisse. 5. ciuitatem à Monachis Augianis redemisse. Muros ædificasse an. 1300. Hostes eis fuisse Duces Bauaros, Duces Austriæ, Duces de Teck, Comites de Wirtemberg.

temberg. Eodem tempore (inquit) emerunt Comitatum Helffenſtainenſem, & eò pertinentia. Illo tempore Comitatum ait ter artibus quibuſdam ab eis ablatum (quãdo multos hoſtes habuerint) & ſemper tamen reſtitutũ vtcunq; quouſq; contractus fuerit per Papam, per Imp. & Electores, confirmatus, & ſigillis munitus. Albertũ Comites de VVerdenberg impigneranunt Iudæis: ſed Vlmenſes de manib. eorum redemerunt, Imp. conceſſu impetrato, &c. Leipheimum quidam putant nõ fuiſſe comitatum: ſed oppidum & arcem de nobilibus à Riethaim, cum alia arce, etiam Riethaim dicta, poſterius empta: & ita ad Vlmenſes peruenisſe. Hæc, hactenus.

Ex charta quadam vetere M. Scr. ſequentia inueni.

Anno 1377. inter Canonicos Rotemburgenſ. ad Neccarum fuit M. Eberhardus Barter, habens tunc 80. ætatis an. Hic fuerat vltra 30. annos Doctor Scolarium in Rutlingen, & in Tubing. le- *Schola Reutlin. & Tybingæ.*
gens ſuis ſcholarib. Grammaticã, Logicam, & Philoſophiã. Item, in oppido Rotemburg erat caſtrũ *Rotemburgum*
Regale, domus vrbanæ, & tanta loci magnitudo: vt Papa & Imp. cum curijs ſuis potuiſſent hono- *Nicri.*
rificè ibi integrũ annum cõmorari: ſuppetentib. cibarijs, potu, & lectiſternijs, pro pecunia ipſorum. Ibidem iam diu fuerat domus fratrum B. Mariæ de monte Carmelo, & 20. fratres eiuſdem ordinis: habentes Priorem, lectorem, & alios officiatos. Item, in S. Mauricij Eccleſia Ehingenſi fuerant ſepulti quondam; reuer. in Chriſto & generoſus D. Albertus Epiſc. Friſingenſis, de Hohenberg Comes: & generoſa ac nobilis Domina, de nobili proſapia domus de VVirtemberg: nec non Comitiſſa de Naſſovv, & Ducisſa de Teck, & Comes de Aichelberg.

Vlmæ 1377. obiit iunior Nicolaus Rhot, Hermanni F.

Noribergæ viuebant tres Ehingeri fratres, ibi ciues: Conradus, Albertus, & Henr. quorum duo rubrâ cera in literis ſignandis vtebantur. Cognati Ehingerorum Vlmenſium.

VRBIVM SVEVICARVM RES BELLO, IN VVIRTEMBERGIA ET extrà, geſtæ. Bombardarum fuſio apud Auguſtanos. Kochengouienſium Comitum finis. Abbas Sangallenſis Cuno. Comitatus Montefortenſis Auſtrijs venditio. Finis Comitũ Hohenbergenſium. Obitus Imp. Caroli 4. & eius funeratio, vel exequiæ. Cæſar Occident. 7. VVENCESLAVS.

CAPVT XII.

ANno 1378. Eberhard. VVirtemberg. Comes, clade quæ ante Reutlingã accepta erat, dolebat. *Eberhardi VVirtemb. dolor de clade accepta.*
Vnde perhibetur, mappam menſe, inter ſe & filium aßidentem interſecuiſſe: quod is tot præſtantes Heroës, ibi reliquiſſet. Et tamen fortißimè pugnauerat. Itaq; Vlricus hic, vt generoſo erat animo, de damno aliquando ſarciendo, aßiduam cogitationem verſabat. Quieſcebat C. Eberhardus aliquandiu: quem nimis ad arma Imp. Carolus incitauerat. Ciuitates contrà, illa victoria animos attollebant. Secutæ ergo ab eis poſtea, in VVirtembergiam excurſiones & vaſtationes: plurium pagorum combuſtiones: Stutgardiæ obſidio, longior quidem ea, ſed abſq; effectu. Pagi in territorio, Fildera dicto, cremati. Inter Sueuicas deniq; & Rhenanas ciuitates ſocietas inita. Quibus de rebus quædam ſpecialiora ſuis locis ponam. *VVirtembergiæ vaſtatio.*

Circa Pentecoſten huius anni, Vlmenſes in hoſtes ſuos egreßi, ceperunt Arneccũ, Brandeburgũ, *Vlmenſium rei geſta.*
Bremebergã: eaq; igni mãdarunt. Reutlingenſes itidẽ & Eßlingenſ. multos vicos depræda ti, incẽderunt. Alia etiã ciuitates, VVirtembergiam incurſarunt. Capta quoq; eſt ab Vlmenſib. Kirchberga, Münſinga, Herrlinga, Bellẽberga ad Ilerũ, & Hochdorffa ſupra Ehingã. Ferro & igne, ijs in locis ſeuitũ. Ab Ehinga, & Magershaimo iuxta Minſingã, & à Rauenſtaino vltra Geislingã, ad 800. capita pecorũ, Vlmã abacta. Sic & fœderati vrbium Stockingenſes, multa abegerũt. Egreſſa item *Stockingenſium.*
Podamici lacus ciuitates cũ 500. lanceis, & Auſtriacus præſes cum 300. lanceis. ſe Eßlingenſib. & *Podamicorum.*
Reutlingenſib. adiungunt: atq; circa Stutgardiã, vaſtitatem vineis inferunt totũ diem: miſſilib. in oppidũ, & vicißim ex oppido, cõiectis. Omnes circa Stutgardiam vici, per 14. dies exuſti. Ioan. Aro- *Bombardarum fuſio Auguſtæ.*
nienſis tria tormenta ænea Auguſtæ fudit, in atrio Vlrichiano: quorum maximum torqueret globum ferreum 127. librarum: alterum, 70. minimum, 50. librarum, ad ſpatium mille paſſuum. Idem artifex, onerandi explodendiq; artem illas bombardas, quodam peculiari ſalario tradidit tribus tantummodo Senatoribus: Ioanni Fendio, Ioanni Ilſungo, & Ioanni Fliusbachio. Tam ſeruabatur tunc res adhuc in ſecreto. Henning. ex Gaſſaro. Oppidum Giengam VVirtembergicus cepit: *Eopfingen.*
ſed agente Imp. Carolo, dimiſit rurſus Imperio. Bopfingenſes vicinam arcem foſſæ oppidi ſui de- *Senthaim.*
cerunt: Stainbergium & ſeruum eius, inibi captos, capitibus plexerunt. Senshaimij abigebant pecus Rotenburgenſium ad Tubarum. Τὰμενοντ' ἀκηρι βοῶν ἠδ' οἰῶν καὶ πώεα μήλων. Iliad. 18. Sed auxilio ab hoc vocati Dinckelſpubelenſes, multorum nobilium cædem faciebant: & pecus Rotenburgũ re- *Dinckelſpubel.*
ducebant. Ita latè ſparſum erat ciuile bellũ. Namq; inter Burggrauiũ etiam Noribergenſ. Frider.

Noriberga. & ciuitatem Norib. bellũ gerebatur: quam & Franconicæ, & Sueuicæ iuuebãt ciuitates. Benzlaus vel Berchtold. Owensis Bentzius.

Owensis de Bodelshusen, atq; Volkardus filius eius, vendidêre cognato suo Vvernero Owẽsi de Roseck: quicquid Iesingæ & Rosseccæ habebant vinearũ hortorũ, pratorũ, syluarũ.

Roseck.

Ehingenus Rudolphus nascitur.

Natus est Ehingero Burcardo plegmatiæ (mit dem Zopf) anno hoc 1378. filius, Rudolfus de Ehingen. De quo in sequentibus.

Kochengoius vlt. Comes.

Eodem anno mortuus est vltimus Kochengoius circa Suenicam Halam Comes, imperante Carolo 4. ditioq; eius, ad Imperium Romanum peruênit.

Alba Dominorum.

Eod. item an. in vigilia Sim. & Iudæ Apost. obijt Henr. de Bervvangen, Albæ Dominorũ. Vbi sepulcrum quoq; est Hermanni & Bernhardi de Remchingen. Item nobilium de Michelbach.

Landavv.

Obijt & C. Landauensis Eberhard. Comitis Conr. F. die Iouis ante Vrbani Vxor eius fuit non Lucia, naturalis filia Vicecomitis Mediol. Barnabæ: vt ex lib. 1. P. Iouij putabat D. Osual. Gabelc. sed affirmatur, Mediol. Elisabetam habuisse: qua 1388. pridie S. Bartholomæi obierit: & cum marito in cæmeterio, quod est in S. Crucis valle, sepulta sit subsaxo, ipsorum & nomina & Insignia habente. Illius enim Luciæ maritum, Conradum Landum fuisse: Elisabetæ verò, Eberhardum.

Augustanorum gesta.

Anno 1379. nondum erat finis ciuilium armorum in Sueuia: sed Augustani ad fœdus ciuitatum, iam magis properabant. Imposita fuerunt in ea vrbe, tributa Sacerdotibus & Monasterijs, de omnibus possessionib. præter domos, in quibus habitabant Sacerdotes. Eadẽ ciuitas, ante natalem Christi egressa: Oberndorffam, & tres pagos, combussit. Vlmenses Helffenstainio cõcremarunt 25. pagos: quod alicubi ad 1381. annum refertur. Halenses destruxêre Rechbergij arces duas syluamq; succidebant. Refertur alicubi ad hunc ann. Teccij Ducis obsidione cinctam fuisse Kauffbeurum, sed nequicquam. Iliad. 9.

Vlmensium. Halensium.

Κρῆτῶρ ἀλφήστης, ἀνὴρ ὅτις ἐπὶ δοῦρε
Ὃς πολίεσσ' ἐφάα καὶ ἐπιπροέηκε σίνεσθαι.

Inducia malefidæ.

Factæ sunt induciæ, per Austrium Ducem Leopoldum, Spiræ: quæ vsq; ad Pascha durarent. Interim Epis. Aug. Burcard. decem pagos Augustanis combussit. Otho de Sunthaim, canonicorum Præpositus, & quidam Schellenbergius, ceperunt Conr. Ilsungũ & alios duos Augustanos. Insecuti verò Vlmenses, eos liberarunt, & duos contrà ceperunt: quos Vlmæ capitali supplicio affecerunt. Ita pax aliquantum cohæsit. M. Scr.

Kynigsbrunn.

Comes Conr. Helffenstainius Kynigsbrunnensibus Monachis Parochiam Iagstlhusensem tradidit cum feudo pridie natiuit. Mariæ.

Sangall. Abbas Cuno.

Apud S. Gallum Abbas factus est Cuno de Stœffeln: insignis staturæ homo, roboris, & ambitionis. Ideo turbas & vastationes ipse quoq; maximas effecit. Victus & captus est ab Abbatis cellensib. contra quos bellum gerebat: sed certis conditionibus rursum dimissus & restitutus est. Brusch.

Montefort. Comitatus, Austrijs venditus.

Rudolphus Montefortensis Comes, Rudolphi F. præpositus fuerat cathedralis Ecclesiæ Curiensis: sed post patrem & fratres mortuos, solus hæres ditionis relictus: præpositurâ se abdicans, comitatus gubernationem susceperat, vxoremq; duxerat. Nullâ autem prole suscepta: vendidit Ducibus Austriæ Lupoldo comitatum 1379. anno, 36. millib. Aureorum Rhenensium: sed ea conditione, vt ipse præfectum ageret Comitatus, quandiu viueret. Munst. lib. 3. cap. 232.

Veneti.

Venetos bello pressit R. Vngariæ Ludou. & Aquileiensis Patriarcha. Non potuit is esse ille Teccẽsis D. qui 1439. obijt (vt putatur) nisi 60. an. patriarchatui præsederit. Iussu huius Ludouici periit posteri? illa Regina Ioanna: de qua præced. lib. c. 14. dictũ est. Pax 1381. inter partes est facta.

Hohenberg. Comes vltimus.

Obijt hoc 1379. anno, Comes Rudolphus de Hohenberg, Comitis Henrici Hohenbergici F. sui generis putatus postremus. Sed dicit D. Gabelcouerus, vltimum huius familiæ Sigismundum, anno 1486. obijsse: ita, vt plus centum annos post Rudolphum ea familia duraverit. Also ist auch diß stattlich Geschlecht/ auß dem Schweißbad dieses Lebens außgangen.

Caroli 4. Imper. obitus.

Hic etiam de obitu inclyti Imp. Caroli 4. est dicendũ. & vbi, ac quomodo sepultus sit. Nam inter alia varia, de quibus multos ignaros, præsertim homines adolescentes, docere cupio: ritus quoq; funerũ, tanti Domini, paucis est commemorandus. Ideſt, Wie jhr Mayestät nach dem Schweißbad getrücknet/ vnd in jr Ruhbettlin gelegt sey worden.

Funus eius magnificum.

Cuspinian igitur sic scribit: Carolus in castro Pragensi valetudine aduersa correptus, obijt anno nostræ salutis 1378. 27. Martij: illicq; in monte diui Vvenceslai, cum Imperatoris exequijs, & lamentatione ingenti sepultus est. Onuphrius verò: Carol. 4. Imp. obijt 6. Kal. Mart. 1379.

Alibi (in M. Scr. quibusdam: vbi & funeratio, quæ sequitur,) an. 1378. prid. S. Andr. obijsse scribitur. Et per 11. dies cantando exequiæ factæ sunt, in omnib. parochijs, & Monasterijs. Die 12. (sabbato ante S. Luciæ) portatus fuit in feretro, longo cubitos 14. lato 3. alto 4. à Baronib. vsq; ad pontem.

Dem-

Deinde à XXX. Senatoribus Magnæ & Nouæ ciuitatis, trant pontem, vsq; ad S. Clem. Deinde, ab alijs XXX. ciuibus, vsq; ad S Clauonicum nonæ ciuitatis Monasterium. Deinde ab alijs, vsq; ad Burggrauij domũ, zu Biserat. Omnes, pulla veste. Sic & CL. portatores vestiti erant cereorũ, de Senatu. Itẽ CCC. cerei, ante funus portati. Itẽ, ex Bohemiæ regione gestatores cereorũ CIↃ CCCC. Prosecuti sunt atrati funus omnes scholastici, Sacerdotes, Monachi, Professores & studiosi Acad. numero 7. mil. Iacebat corpº super feretro, in auratis pãnis & puluinis. Ad caput, tres coronæ eius. Ad dextram, Mediolanensis: ad sinistram verò, corona Rom. Regni. Iuxtà erat pomũ, crux, gladius nudus: sed ad dextrã sceptrũ. Chirotheca albæ, in manib. multis cũ annulis. Auratus indutus caligis. Corona maiest. in capite. Super ipso vmbellam auratam portabant XII. viri. Obuiam vênit Cæsarissa, Regina, Marchionissa, cũ XX pullatis. Fœminæ itẽ ciuitatis, in 36. rhedis atratæ. Præ- Imperatrix. gestatæ sunt Imp. ab armatis equitib. Insignia Imp. Regnorũ, variarumq; ditionũ. Portabat eques auratus galeam & ensem illius, cuspide deorsum versa. Gestabatur & labarum S. Imp. Alba crux, in cãpo rubro: nigra aquila Imp. capite deorsum verso, in equo pullato. Omnes equi, nigri, nigro cõtecti. Omnes proceres, equites, & nobiles, circiter IↃ. numero, atrati. Die S. Luciæ portatus est Cæsar ab æde S. Iac. vbi pernoctarat. Supra ipsum, vmbellæ cum cereis. Flagrabant circiter IↃ. cerei, quisq; semilibræ. Delatus est in ædem D. virginis: vbi iterũ, iusta facta. Feria 5. in curiã (auff dz Hauß) portatus, rursum sacrorum operatione honoratus est. Rex quotidie dabat CIↃ CCCC. cereos, per 14. dies: quorũ quisq; ferè VI. librarũ erat. Quotidie postea super eius sepulcro ardebant IↃ. cerei. Feriâ 4. eleuatus est in summa Basilica (band man jn auff in dẽ öberſten Thum) in tota sua maiestate: sicut antehac portatus fuerat, superstructâ vmbella: cum IↃ. cereis. Decãtauit eum, antequã in tũba poneretur, Archiep. Oblata dono sunt loco sacro, prædicta vexilla, cũ 26. equis: atq; cũ vltimo equo, Cæsaris Clypeus & Galea, coronam auream habens. Omnes reliquiæ Sanctorũ, circa ipsum positæ. Oblationes deinde factæ ab Augusta, à Regina, à Gynæceo, à ciuib. deniq; vtriusq; sexus. Post hæc, in sarcophago elegãti positus est: cum sua corona aurea, pomo, sceptro, ense nudo, in vestitu aurato. Appositũ est & labarũ Imp. militare: ac Clypeus Romanus, habens caput aquilæ deorsum versum, eandem sursum. Erat Imperatrici, accedere ad offerendum munus, in suæ maiestatis ornatu splendidissimo: sed præ luctu non poterat: per Reginam tamen fecit: præsentibus centum circiter generosis & nobilibus virginibus. Ita tandem suo fuit sepulcro, velut cubili, inclusus, XVII. die post suam mortem. Vxores ei fuêre 4. Vxores Caroli 4.

1. Blanca, filia Caroli Valesij soror Philippi Valesij R. Franciæ.
2. Agnes, Rudolphi iunioris Palat. ad Rhenum filia. Ea Romæ cum marito fuit coronata.
3. Anna, Bulconis F. Ducis Suidnicensis. Ex hac, VVenceslaus natus est.
4. Elisabeta, Bugislai Ducis Stetinensium F. Consobrina Ludouici R. Vngariæ, neptis Casimiri R. Poloniæ: nuptijs Cracouiæ celebratis splendidissimis, præsentibus modò dictis Regibus: nec non Rege Daniæ VVoldemaro, & Cypri R. Petro, anno 1363. Natus ex illa, Sigismundus.

Sicut autẽ Imp. Augustus quondam delectabatur vino Rhætico: Tiberius verò, Sisaro (vulgò Gerle/ oder Gerlerwein/ ex Geldria allato) ita Carolus 4. vino Bacharensi: & post eum Maximilianus, Buchbergensi, vt constantissimo, quocunq; vehatur. Bacharense vinum.

SVCCESSIT Carolo filius suus, SEPTIMVS post Hohenstauffenses, CÆSAR VVENCESLAVS, REX Rom. qui imperauit in ann. XXII. cui pater hoc præceptum dederat. Hab die Pfaffheit vnd den Bapſt lieb/ vnd die Teutſchen zu freunde. Scy friedſam. Was du mit güte kanſt vberkom̃en: da erlaß dich Krieges. Natus Norbergæ 1361. Septemb 28. Vide Cuspinianum. Imp. 7. Occid. VVenceslaus.

Κοσμοκράτωρ, Αὐτοκράτωρ καὶ σεβαστὸς ἐκλογῆ θεοῦ βασιλεύς.

CONSPIRATIONES, ET GRASSATIONES HOSTILES, IN SVEVIA, & alibi. Schisma duorum Antipaparũ. Valdunensis Parthenonis origo. Hirsaugiæ Abbas Gottfridus. Sylua Elisabetę Blanckenſtainiæ, vbi Marpachense oppidum. Schletzij, nobile genus Hassiæ Sueuicæ. Rudolphus senior, Montefort. Comes. Iudæorũ πογκρομ. Augustanorum & Hallensium res bello ciuili gestæ. Equestri Strategemate arx Klingenfellium capta. Diminutiuæ speciei nomen, salutare: primitiuæ verò, pernicioſum. Modus capitalis supplicij sumendi. Ioannes Herter Tusselingensis. Magistratus Gamundiani. Commendatio Sacerdotis. Origo Nordlingens. Monast. Carmelitani. Episc. Saltatoris interitus.

CAPVT XIII.

ANno 1380. fœdus Rhenensium & Sueuicarum vrbium ponitur. Alicubi inuenitur antè, aut post factum. Dissuaserant id Argentoratensium prudentes, ex sententia Maiorum suorum: qui dixerant, si cum Sueuis fœdere iungerentur, semper labores habituros. Ideo VVirtembergico- Rhenensium & Sueuicarum vrbium fœdus.

Principumq; contra illas.

rum impulsu, principum quoq; confœderatio facta est. Erant plures Bauari: Rupertus senior, Palat. Rheni. Rupertus iunior Klemm (tenax) Stephanus, Frider. Ioannes, Archiepisc. Mogunt. Episc. VVormacien sis. Babenbergensis, Argentinensis. Marchio Badensis, Burggranius Norib ergensis, & alij. Bombardarum etiam vsus, communior est factus. Inuentorem autem Bertholdum Rex VVenceslaus postea 1388. supplicio affecit.

Bombardæ.

Augustani, contra Bauaros.

Augustanorum fuêre crebri conflictus (ab exaltatione crucis, vsq; ad Martini) cũ Bauaris (quòd cum VVirtembergensibus faciebant) & mutui pecorum abactus. Ipsi enim equitibus 70. in Bauariam iliapsi, rapiebant pecora: sed fugati sunt à Bauaris, propius vrbem. Signo igitur campanis intus dato, ciuium eruperunt 4. millia: & Mylhusam, omnesq; vicos circùm, exusserunt. Contrà, Landesbergenses egressi, Augustanis rapuerunt 100 boues, & 50. sues: sed persequentibus ciuibus dimittere coacti sunt. Talia & hoc anno, & sequenti biennio, multa, vltrò citroq; patrata sunt: circum Haimsletam, Rainum, Biberbachum, & alia loca.

Pestilentia.

Fuit hoc anno magna etiam pestilentia apud Augustanos. Ideo crux & reliquiæ Sanctorum, circum vrbem ferebantur, omni à sacerdotio, & ciuibus cuiusuis ætatis. Homines passim furore concitabantur, ἐκφρονεῖν vero. At etiam per totam Germaniam, pestilitatem grassatam esse inuenio.

Sed redeo ad discordias ciuiles Sueuiæ, de quibus in hanc sententiam G. VVidemannus scribit. Anno 1380. inquit, erant LXXII. ciuitates Imperiales, fœdere inter se coniunctæ. Hæ manum emittebant, quæ prohiberet prædationes in vijs. Quoniam autem tales emissarij, non impetrata potestate à principibus, alios grassatores, qui in eorum regionibus refugium reperiebant, persequebantur eô: indignè ferebatur hoc: & ad populationes, quæ ferro & igne contra ciuitates fiebant, conniuebatur. Itaq; & Halenses, cum cæteris ciuitatibus fœdere iunctæ, quotidie ex castellis suorum vicinorum vexabantur. Ergo ad defensionem sui accincti, aliquot prædatorias arces, vt Bilrietum & alias, euerterunt.

Halensium res gestæ.

Nobilibus etiam hoc vsurpari talibus temporibus (vt alibi reperi) cœpit: quòd adiuncti sibi Rhenanis, sodalitates inter se faciebant: vt, S. Georgij, S. VVilhelmi. Alij, belluæ alicuius: vt leonis, vt pantheræ. Et quisq; Insigne societatis suæ, in veste gerebat, ex argento, aut auro: vt Leonem, aut Pantheram, aut aliud. Episcopus Argentinensis, in societatem leonis venit. Iccirco contra nobilitatem & Episcopatus, Rhenanæ etiam ciuitates fœdus inibant: Argentina, Selestadium, Echanheimum, Hagenoa, VVisburgum, Spira, VVormatia, Moguntia, Francofordia, & aliæ: sicut & Sueuicorum cũ eis ciuitatum erat fœdus. Non tamen manserunt diu illa nobilitatis sodalitates.

Sodalitates nobilium.

Eberhard. Mitis VVirtemb. C.

Eberhardo Miti, VVirtembergensi Comiti, hoc 1380. anno desponsata est Mediolanensis Vicecomes Antoniæ: sponsaliaq; Mediolani celebrata sunt per legatos: Rudolphum Comitem Sultzensem & Burckhardum Ellerbachium, cognomine Longum. M. Scr.

Schisma Papa-rum.

In Italia etiam, Pont. Vrbanus, eius nominis sextus, circa hunc 1380 ann. Nuceriæ obsessus fuit. Sed liberatus est à Sueuo quodam Lothario, & paucis Germanis, Genuamq; ductus. Schisma erat in Ecclesia: quoniã Antipapa Gallicus, Clemens 7. erat: sedens Auinione fere 16. A. Vter eorũ fuit verus Papa? Vtri obediendũ? Manfit hæc quæstio, apud plurimos dubia. Nam etsi necessariũ est, credere vnicum vicariũ Christi, sicut vnicam Eccles.: tamen si contingit plures per Schisma creari Summos Pontif. vno & eôdẽ tempore: non videtur de necessitate salutis, credere istum vel illum: sed alterũ eorum, qui fuerit canonicè assumptus. Vter autem is sit: non tenetur quis scire, sicut nec eius canonicũ: sed in hoc populi possunt sequi maiores suos seu prælatos. Sic Nauel. Act Ioan. 20. Christus omnes suos discipulos facit sibi vicarios: Sicut misit me pater: & ego mitto vos. Et Luc. 10. qui vos audit, me audit. Ita non est vnius tantùm vicarius Christi. Deinde iustus sua fide viuit: non pendet ex opinione erratica aliorum. Habac. 2.

Nobiles hoc tempore. Jac. der Münch. VVilhel. & Ioan. & VVolfius de VVunnenstein.

Valduna Gymnæceum.

Curiensis Epis. erat Ioan. (teste Brusch.) qui antea fuerat Alberti Ducis Austr. Cancell. Sub quo cœpit fieri cœnobium VALLIS DOMINARVM (Valduna) Veldkirchio vicinum: tunc Aureum molendinum appellatũ. De quo in M. Script. multa legi: quorum quædã fabulosa videantur meritò. In Episcopatu Curiensi, sylua est (vt paucula summatim commemorem) VValduna dicta: vbi, pulchri fontis scaturigo: cui nomen, die güldine Mülc. Ibi etiam erat casa quercus: in qua peregrinus quidam homo hospitabatur, piè se gerens. Descendit ergo Angelus de cælo super lapidem: cui postea cœnobium hoc superædificatum fuit. Modulatus est cantum suauissimũ. Sic & auicula quædã. Conspiciebantur & fœminarũ species, μαφόρια (nigra velamina) gestãtes: & Angeli eis superuolitantes. Qua visione innuebatur. Parthenonẽ ibi construendũ esse. Indicabat ille homo

Rusti-

Rusticis vicinorum pagorum, Ranquilensis, Runckelsensis, Duersensis. Sed ea, vt fabulæ, rideantur. Ipse tamen Monasteriolum, ex quercubus illius syluæ ædificatum iri, dicebat. Tandem hoc negotio fauebant: Comes Montefortensis Rudolphus iunior, Veldkirchij & regionis Dominus: ac Mercator quidam Marquardus de Degensee: sed ante rem 1381. absolutam, mortui sunt. Tamen postea cœnobiolum, magna difficultate & fame emersit. Ibi inclusæ sunt 1394. in Decembri, aliquot sororculæ, ordinem habentes S. Claræ: in quo confirmatæ 1403 sunt: quibus multæ calamitates acciderunt. Pestis etiam 1412. multas illarum peremit.

In Hirsaugia postq̃ Vvignandum Abbatiam excepit 1380. Gottfridus, huius nominis secundus, XXXV. præsul eius loci. Vir religiosus, pacificus, & quietus. Libenter Monasterij mores & res, in pristinam integritatem restituisset: sed vires in statu corrupto deerant. Ideo non quod voluit, sed quod potuit, fecit. Hirsaug. Abbates.

Præfuit A. 9. M. 2. D. 15 Ex annotatis Ioan. Parsimonij piæ memoriæ, nostro tempore ibi Abbatis. Hactenus enim, Tritenhemius. Postquem à Parsimonio insequentes Abbates breuiter conscripti sunt, & mecum benevolè communicati.

Conradus de Vrach viuebat, Clericus Ratisbonensis diœceseos, publicus auctoritate Imperiali Notarius.

Circa hæc tempora erat quoq; nobilis quædam Domina, Elisabeta, Baronis Bertholdi Blankenstainij vidua de Stainuata. Hæc syluam (fortasse trium millium iugerum) habebat: quam cœnobio virginum in Mariæthala, & pago Stainhaim (vti unq; vocatur Stainhaim, & pagus & cœnobium) donauit: idq; his conditionibus: vt hi 7. loci communiter ea sylua vtantur: Stainhaim pagus & Stainhaim claustra, Murrha, Bleidelshaimum, Leimingen, Ertmarhausen, & Beiringen. Item, vt horum locorum pueris tradatur planstrum lignorum, singulis vnum: & cuiq; ædificio extruendo, duo plaustra. Deniq; lignorum ex eâdem sylua fiat quotannis distributio, in horum pagorum incolas. Propter eam syluam, etiamnum singulis annis iudicium agitur in pago Murrha, subtilia: ad cuius partem quandam 16 lapides erecti sunt, in sedilia iudicum. Leguntur enim viri Iudices ex prædictis locis. Ad quos accedunt, Scultetus (electus ex aliquo horum pagorum) & Præfectus Monasterij, der Hoffmeister. His sedecim viri, quotannis die Georgij vltrò conuenire tenentur, non vocati. Ibi disceptant de rebus syluæ, de pascuis, de omnibus necessarijs, de mulctis. Sed & alijs diebus anni conueniunt ob easdem causas: præsertim in Dominica Inuocauit, in oppido Marpacho: ad cuius præfecturam omnes illi pagi pertinent: excepto Bethingensi, qui hoc tempore nobilium est. Ioannis Georgij Halvveileri, & Braitenbachiorum. Sedilia illa, in gyrum posita sunt: atq; Scultetj, in medio. Testibus, Samuele Haideno, V. I. D. & Aulici apud nos Iudicij assessore: nec non Murrhæ concionatore, Martino Cantzlero. Blanckenstainia Elisabetæ sylua.

In templo Halensi Sueuiæ, Anno Domini 1380. Obijt Bertholdus de Schletz 3. vigilia Philippi & Iacobi. Addantur etiam sequentes. Schletzij Halenses.

1407. die Mercurij post Francisci, Georgius Schletz. 1400. Ioannes Schletz, Sabbato ante Simonis & Iudæ. 1437. die Iouis post Michaelis, Conradus Schletz. 1439. Vvilhelmus Schletz, die Veneris ante Egidij. 1442. Conradus Schletz, am H. Jarstag. 1479. die Iouis post S. Viti, Michael Schletz. 1500. Frider. Schletz, Sabbato ante S. Martini. 1544. die Martis post Paschæ, nobilis & fortis vir Ioachimus Schletz, in Cæsarianorum Carniolensi pugna Pedemontana occubuit. 1548. Febru. 14. obijt Frider. Schletz. 1549. April. 5. Michael Schletz. 1550. Dominicâ Iubil. Philippus Schletz. 1561. Ianu. 10. Iacobus Schletz: sepultus apud S. Ioan. in commendatoria curia, im Commentur hoff. (Senfftenam.

Viuebat Halæ 1380. Henricus de Dorzbach: qui in matrimonio habebat Elisabetam Hsenioris Comiti. Impetrauerat hic ciuibus Veldkirchēsibus ab Henrico 7. Imp. omnia priuilegia, quæ haberent Landauenses: &, ne quis eos in extraneo foro conuenire auderet. 3. Munst. 232. Montefort. C. Rudolphus.

Iudæi puerulum 1380. in villa Hagenbach furati, & occidentes, compertisunt. Itaq; aliquot Iudæi Halenses ciuitas, in vetere apud se in Rosenbuhelo turri (nunc, der new oder Bürgerthurn) fossa cauit & combussit. Vvideman. Campana CX. centenariorū, fusa est Constantiæ. Iudæi, puerum furati.

Anno 1381. Augustani, & aliæ ciuitates, conductis 140. (al 1400.) lanceis & 500. peditibus, in Franconiam fecerunt expeditionem: ac circa Tubari Rotenburgum 6. milliaria Martini in Franconiam secerunt expeditionem: ac circa Tubari Rotenburgum 6. milliaribus vigi grassantes arces nobilium destruxerūt multas: inter quas & Habesbaimiam, quæ erat Burckardi Lechsij: cuius arcis præsidium conciderunt. Augustanorum expeditio in Franconiam.

Iidem, contra Canonicos Episcopi sui.

Eodem anno societas leonis, ciuitatibus damna inferebat incensionibus, & vicißim accipiebat. Cumq; Augustanus quoq; Episcopus Burcardus, vrbi Augustæ hostis esset: ipsi domos Canonicorum deturbarunt, spatium à mœnibus, circumquaq; vacuum 14. pedum fecerunt: Canonicis omnia bona, libros etiam eripuerunt. Qui tamen in vrbe remanere vellent: eis nihil adimebatur, sed tributum imponebatur.

Klingenfelsium, strategemate Halensium captum.

Klingenfelsium, in Halensi Sueuiæ territorio, arx pulchra erat: ad Smeracham prope superius Scheffachum, inter Reinoltzbergam & Aspachum, sita (scribente VVidemanno) duplici cum fossa, quæ adhuc conspicitur.

Ex ea arce, hoc 1381. anno sæpe equitũ alacris egreßio fiebat, prædas de Halensibus agentium. Horum autem aliquot quodam die captis: Halenses equites, vestes ipsorum induerunt: equis eorum insederunt: prædam præ se ferebant: numero non plures se ostendebant: quàm quot Klingenfelsio exiuissent.

Hac simulatione ad arcem contendere, manibus læticia sursum iactatis, tanquam re benè gesta. Sic custode portæ decepto, admißi sunt. Ipsi portam tenentes, sociorum aduentum expectabant. Quibus mox acceptis: arcem ceperunt, diripuerunt, exusserunt.

Supplicia ciuitatum in raptores.

His & similibus actionibus, diuturnum in superiori Germania bellum gerebatur: vicis deprædandis & comburendis. Tunc vrbici, si quos raptores cepissent, suspendebant, aut obtruncabant. Sic Halenses de octo supplicium resti (al. gladio) sumpsêre. Alij aiunt, quindecim fuisse, in fossa iuxta capellæ portam decollatos, & quidem noctu, igne iuxtà excitato: cùm quidem ea nox tanto frigore esset: vt carnifex gladium ad ignem calefacere necesse haberet. Pridie autem Michaëlis capti fuerunt: cùm vicum quendam diripuissent: & bellum antè Halensibus indixissent. Prioribus quatuordecim obtruncatis: restabat quintusdecimus, homo adolescentulus (ein Reutersbub) quem carnifex ad extremum reseruarat. De quo ex Prætore, qui supplicio peragendo nomine Senatus aderat, quæsiuit: Domine, quid huic puero faciam? Interrogat prætor adolescentulum: quod est tibi nomen? Joannes Hammer (Malleus) inquit ille. Quia igitur (refert prætor) te non Hæmmerlinum (Malleolum) sed Hammerum (Malleum) nominasti, & nunc, & antea in belli denuntiatorijs literis (im Feindsbrieff) & sic hostem te professus es, tanquam iustæ ætatis virum: age morere quoque, vt vir. Ex pueris adolescunt viri, ex viris senes.

Præsertim Halæ.

Hans Hammer.

Quæ noua testa capit, inueterata sapit.

Jung gewohnt/alt gethan.

Ita huic etiam caput decussum est. ὁ γὰρ κόραξι συνιπτάμενος, αὐτοῖς καὶ συναλίσκεται. In cuius rei memoriam, prope capellæ portam, Gelbingeram plateam versus, crux lapidea statuta fuit, cum parua ex lapide cruce: atque etiamnum muro inserta cernitur. Propter suarium quoque eiusdem Gelbingeræ plateæ forum, retrò ad murum, locus est, qui nũcupatur Blændstatt (τυφλωτήριος τόπος, ἢ τυφλωτικόν, cæcatorium) quòd olim maleficis oculi ibi eruti fuerint. Ibi etiam extra fossam, quædam vineæ & horti sunt: quibus adhuc, auff dem Ohrenmarckt / nomine est (ὤτων ἀγορά, ἢ ὠταγόριον, aurium forum) quòd ibi sontibus aures desecari solitæ fuerint. Vnde in hominem auribus mutilatum (εἰς ὠτολιπῆ ἄνθρωπον) dicitur: Hic in foro aurium fuit. Antiquis autem temporibus, in Germania etiam, decollatio non gladio fiebat, sed querno ligno, habente scindens acutißimè ferrum. Vnde antiquum quoque prouerbium: Eh ich das thet: wolt ich mir eh den Kopff/ mit eim Tielen lassen abstossen. Addit VVidemannus, se vidisse tale instrumentum Halæ in vetere Nosodocheo (Siechhauß) priusquam id destrueretur: & hodiernum ibi ædificaretur. Efferebatur inde illa machina, si quis plectendus esset: supplicioq; peracto, eodem referebatur. Dieser Tiel sahe / wie ein Zwagstul. Het auff beyden seiten grundleisten / auff welchen der Tiel war: vnter welchem / ein wol schneidendt Eysen. Wann nun der arm Mann / mit seinem Haubt/auff dem Stul gebunden war / gleich als wolte man jhm zwagen: so ließ der Truckenscherer den Tielen/welcher an eim Seil hieng/herab fallen: der stieß jhm mit dem Eysen das Haubt ab.

Ohrenmarckt.

Decollationis antiquus modus.

Obtruncatio.

Patibulum.

Postea vsus gladij succeßit. Patibulum denique, siue furca (das Halßgericht) Halensium, stabat quondam trans amnem Kocham in latumijs (auff dem Steinbruch) iuxta Haimbacherinam portulam. Sed quia pendentia ibi corpora, ventis agitata, motu suo vmbram in quasdam domos oppidi spargebant: qua vmbra mulieres & pueruli terrebantur: inde in alium locum, vbi adhuc extat, translatum est.

Principum diligentia.

Cùm autem ciuitates (vt ad bellum redeam) hostes suos ita infestarent: salus nobilium à

Principibus

Principibus neglecta non est: Onoldispachensi præsertim Marchione Alberto, & Comite VVirtembergico Vlrico. Conabantur illud 72. vrbium fœdus soluere. Quodetsi ad postremum successit: tamen ante in. endijs, direptionibus, cædibus, multa vtrinque oppida quàm tristia facta sunt. Vrbium 72. fœdus.

Eodem 1381. anno, Feria 4. ante Ioan. Baptistæ, Arnoldus & Nicolaus, atque Conradus, Iutzij, fratres: iure eiurando & literis confirmarunt, se pacem seruaturos de obitu fratris sui Benedicti: & cessuros omnibus bonis, quæ habuerint Thalheimi: transactâ omni controuersia cum nobili viro, Ioanne Hertero Tusselingensi. Cumque ipsi sigilla non haberent: signarunt literas, ro- Herter Ioannes.
gatu ipsorum. Graff Fritz von Hohenzolr. Rudolph der Schenck von Andeck. Hainrich der Grässer. Albrecht von Ow / genannt der Gnapper. κρεαγρα ΝΥΚΤΟΠΟΔΙΩΝ:

Haben wir gebetten (inquiunt) den Edlen / vnsern gnädigen Herren / Graff Fritzen von Hohenzolr.

Ludouicus de Hohenhart, & vxor eius Margareta, quædam in Nartenheim vendiderunt Hohenhart.
Lorchensibus. Sigillatores, Ipsemet. Abbas Murrhartens. Hainricus. Rudgerus de Hohenstain.
Brunzo Ritter / & frater eius Ioannes, ambo, Gußij de Brentz, quædam Kynigsbrunnensi Gußij.
Abbati Friderico vendiderunt in Steuffen, circa Pentecosten 1381.

Consules & Prætores Gamundiani.

1381. Cos. Walther Kurtz. Præt. Hans Fetzer de Bragenhofen, Hainrich Sträler. Gamundiani
1382. Cos. Ioannes de Horckhaim. Pr. Joan. Haug / Rudiger Holtzwart. Magistratus.
1383. Cos. Ioannes Albicus Pr. Nicolaus de Horckhaim, Joan. Weaschaider.
1384. Cos. Joan. Haug. Pr. Ioan. VValther in Stainhusio, Vlricus de Tanbuch.
1385. Cos. Nicolaus de Horckhaim. Pr. Hainricus VVolfius de VVolfthal, Hermannus Feierabent.
1386. Cos. VValther in Stainhusio.
1387. Cos. Walther Kurtz. Pr. Nicolaus Horckhaimius, Conradus Lechner.
1388. Cos. Eberhardus Wernher. Pr. Walther Kurtz / Hans Wegschaider.
1389. Cos. Sifridus Heberlingus. Pr. Ioannes de Kurbach, Ioan. Feierabendius. Inde vsq; ad 1400. annum, nomina Consulum & Prætorum desiderantur.

Ehingeri Vlmenses.

Vlmæ, Consul Ioannes Ehinger Habsast (Ioannis de Mailand F. sup. 1360.) obijt hoc 1381. anno (de quo sup. 1377.) die 21. Maij: qui primus in S. Georgij sacello (in quo posteri etiam multi) sepultus est. Vxorem habuit Elisabetam Minerinam quæ 1392. obijt.

Hinc nati,
- Vlricus 1. Iudex. obijt 1407.
  - Ioannes Ehinger de Constantia. Obijt 1450.
  - Vxor, Elisabet Raiserin... Vlricus 2. Vide 1485.
  - VVilhelmus 1. obijt 1461. Vx. Agnes Krelerina. obijt 1468.... VVilh. 2. vide 1465.
- Filij 2.
- Henricus. obijt 1389. Vx. Margareta Apotheckerin. obijt 1383.
- Hanslinus obijt 1383. cælebs.
- Petrus 2. Iudex obijt 1422. Vx Margareta de Rhot. obijt 1412. Hinc filij 5.
  - VValther 3. Occisus 1449. ante Esslingam.
  - Hans Rimelin. obijt 1473. Filij eius. 1. Hans Rimelin. 1503. Leipphaimi confossus. 2. Henricus.
  - Georgius obijt 1453. Filius eius, Petrus 3.
  - Conradus. obijt 1458.
  - Henricus. obijt 1441. cælebs.

Reuerendo in Christo patri ac Domino, Domino Hainrico, Dei gratia Episcopo Constantiensi.

VVernherus in Bebenhusen. Cistertiensis: &.. in Blaburen S. Benedicti, ordinum, Constantiensis dioecesis, Abbates: nec non Vlricus, Decanus Ecclesiæ Constantiensis, executores adinscripta, à sede Apostolica specialiter deputati: salutem in Domino sempiternam: & mandatis Apostolicis firmiter obedire. Literas sanctissimi in Christo patris, ac Domini nostri, Domini Vrbani, dignâ Dei prouidentia Papæ sexti &c. nos cum ea, qua decuit, reuerentia meruerimus recepisse, &c. Commendant iussu Pontificis, Nicolaum dictum Velin de VVinolfhain, Episcopo Heinrico: vt ei de aliquo beneficio prospiciat. Datum M. CCC. LXXXI. XII. Kal. Nouemb. Domini nostri, Domini Vrbani VI. anno IIII. Indict. IIII. Sacerdotis commendatio.

ROERD-

NOERDLINGAE EX TABVLA, MIHI A M. IACOBO VVeissio Nœrdlingensi descriptum.

Carmelitani Monast. Nœrdlingæ origo.

Am Mittwochen / in den heiligen Osterfeyren / als man zalt nach Christi Geburt der Jaren *M. CCC. LXXXI.* ist ein wunderbarlich Zeichen / durch Gottes verhenckenüß hie zu Nördlingen beschehen. Dardurch wol billich ein jeder Christen Mensch zu tieffer vermahnung / Christlicher lieb deß Glaubens bewegt / vnnd diesem gegenwertigen Gotteshauß geneigt sein soll. Dann zu der zeit war ein Mann / genannt Vlin Maynniger / auff der Hoffstätt / da nun jetzunder vnsers HErren Altar stehet / mit Hauß gesessen: dem man in seiner Kranckheit / nach Christlicher Ordnung das H. Sacrament reichen vnd geben wolt. Vnd als der Priester vor demselben Krancken stund: jhm das Sacrament dar bott: an derselbigen statt war vnter jhnen ein Keller / deß ein Bün vnd Gewelb vnter dem Priester / vnd allem Volck gegenwertig / einfiel / vnd niedergieng. Daselbsten war das Sacrament verschütt vnd verlohren: daß man mit dem Proceß aller Priesterschafft / sampt dem Rath vnd gantzer Gemein der Statt Nördlingen / das verschütt vnd verlohren Sacrament / mit fleissiger andacht vnd grosser arbeit gesucht: vnd das biß auff ein Stück / das daruon kommen / nit gefunden war. Vnd als man das einig stück nit finden kunt / noch möcht: ward gemacht ein Feuwr von Stro vnd Holtz alda: vnd an derselbigen stätt / alles Gemülb vnd Erdtrich zu Aschen verbrennt. Aller erst fand man das einig stück deß H. Sacraments an der statt: da die Grub vnter diesem gegenwertigen Altar sichtbarlich ligt / vnnd gesehen wird: so gantz klar / lauter / vnnd vnuersehrt: wie es der Priester aller erst auß der Büchsen genommen hette. Vnd als offt darnach der Hirt das Vich vber dieselbige verbrannte Hoffstatt trieb / wolt kein Vich an / noch auff dieselbig statt kommen / bleiben / noch wesen han. Vnd solchem Wunderzeichen nach / wurd darnach aller erst ein Capell gebawet: vnd geschahen täglich so grosse Wunder: daß deßhalben viel frommer Leut von fern her walleten: vnd allda täglich jhre Almusen verliessen / vnd gaben. Darumb man das gegenwertig Kloster vnnd Gotteshauß herauff bracht / vnd gebawet hat. *νῦν ταῦτα μὲν, διὰ ταῦτα. Ideo postea presbyteri Cardinales. Ioannes H. S. Sixti Ragusinus, Antonius S. Susannæ Aquileiensis, & alij (instante ad hoc fratre Ioanne Bachman, Presbytero professo conuentus B. Mariæ in Nœrdlingen, ordinis fratrum B. Mariæ de monte Carmeli, Augustensis diocesis: vt homines libentius eò peregrinarentur: & ad sustentationem aliquid conferrent) centum dies indulgentiarum accedentibus dederunt.*

Datum 12. Kal. Febru. 1418. Indict. 10. Martini V. Papæ anno 1. Nominatur autem hoc Carmelitanum cœnobium, hodie adhuc das Herrgotts Closter / ob illam de Sacramento expostam causam. Fides sit penes conflictores.

Obijt Marquardus Neidlingus (vltimus ex Blochingensibus Baronibus) qui fuerat ex Episcopo Augustano factus Patriarcha Aquileiensis. Impetrauerat Augustanis potestatem monetæ cudendæ à Cæsare Carolo 4. Ditio Bloching inserta est Stutgardiensi præfecturæ. M. Ser.

Ludouici Episcopi interitus ex chorea. Calbæ, op. ad Salam.

In Saxonia scribitur à G. Fabricio vixisse hoc tempore Ludouicus: Moguntinus & Magdeburgius Antistes: item Halberstadius & Babenbergensis administrator. Hic cùm, vt φιλόχορος καὶ φιλόχορος, in oppido Calba ad fluuium Salam, Bacchanalia ageret: choreasq; duceret, iam senior, in loco publico inter matronas & puellas elegantiores, vesperi die Lunæ: ecce tibi subitum incendium loci: paruulum equidem, sed trepidatione hominum extingui vetitum. Cumq; hominet euadere festinarent è curia: inter eos ipse impeditus veste mulieris, quam manu ducebat: fractu

Casus hominum, scalis fractis.

pondere hominum scalarum gradibus, cum hominibus amplius trecentis decidit. E quibus omnibus nemo, præter ipsum, & alios tres, læsus est &c. In domum autem delatus, postridie spiritum exhalauit. Krantz. decimo, Metrop. vigesimo tertio. Factum vel hoc millesimo trecentesimo octuagesimo primo, vel altero, anno.

Gallici Regni lilia.

Carolus VI. cognomento Beneamatus, Rex erat Franciæ occiduæ, ad A. quadraginta duos. Hic tres tantùm flores liliorum instituit in insignibus Regni pingendos: tùm antea numero incerto picti fuissent. In Chronic. Matthæi Beroaldi.

AB AVGVSTANIS GESTA. HERRENBERGA OP. VENDITVM. Sacella, Goldbachiense & Santzenbachense. Rudolphi iunioris Montefortensi Comitis, in op. Veldkirchense merita. Maria Vngariæ Reginæ, Sigismundo Carolidæ nupta. Episcopus Aichstettensis Fridericus. Nundinæ Argentinenses.

CAPVT XIIII.

ANNO 1382. excursiones & concertationes Augustanorum Bauarorumque continuabantur, non sine magnis vtrinque incommodis. Augustæ furiosa saltatio accidit, nescio quæ, apud S. Vitum [illegible]. Fuit & contentio propter monetam & alia, inter Augustanos, et Sacerdotes eorum: quæ Vlmæ finita est, causa cadentibus Sacerdotibus. Chronic. August. *Augustanorum & Bauarorum irruptiones inuicem.*

VVirtembergiæ Herrenberga, circa hoc tempus ad Comites VVirtemberg. Eberhardum Grein. & Vlricum, filium eius, emptione à Tubing. Palatino Conrado Schærerio, & vxore eius Verena Fyrstenbergensi, peruenisse perhibetur. Insignia Herrenbergæ: vexillum flauum in campo rubro: tegumentum galeæ, rubrum & flauum: super galea bifidus pileus Episcopicus: suprà, cum duobus albis nodis: & rursus vexillo flauo, vt infrà in clypeo. *Herrenberga, vendita.*

Hohenstauffæ Castellanus erat Henricus de Ebstetten, ein Edelknecht.

Sacellum Goldbachiense fundatum est 1382. pridie S. Bartholomæi, inter Halam & VValdenburgum, in sylua comitatus Hohenlohensis: à Domina Anna, Hohenlohensi Comite: assentientibus ambobus suis filijs, Comitibus Vlrico & Friderico. Traditum est cum adiuncta villula, & vicinis sylua, aliquot decimis, fratribus de ordine S. Pauli, primi Eremitæ, vt esset ibidem monasteriolum. VVideman. *Goldbach. sacellum.*

Sacellum & beneficium Santzenbachense, etiam 1382. fundatum est, ab Anna Santzenbachia cognomine Feldnerina: quæ Craffij de Haimberg vxor fuit. Debuisset arx & pagus Santzenbach conuerti, ex ipsorum voluntate, in parthenonem, & quoddam prochotrophium: sed factum non est. Qui neglexerunt: felices non fuerunt. Idem sup. lib. 2. cap. 13. *Santzenbach. sacellum.*

Rudolphus iunior, Comes Montefortensis, acceptis M. D. libris nummorum, Veldkirchenses liberos esse iussit: vt etiam singulis annis Prætorem sibi creare possent. Comis vir fuit: quippe qui magnis expensis Comœdias & ludos subditis exhibendos curauit: suæ quoque ditionis, & vicinæ adolescentulos sub finem saturnaliorum vocauit ad se Velcuriam, altero quoque anno, alendæ publicæ hilaritatis & beneuolentiæ causâ: & miliaceo pulmento, cum similagineo pane, mirùs cum ceremonijs, panit. Quæ consuetudo, tanquam ab ipso fundata, non rarò postea à Veldkirchensi Senatu vsurpata est: creditumque ab hominibus, tunc fore annonæ fertilitatem. Instituit quoque, vt de boue, quem reliquit, quotannis balistarum sagittis certetur. 3. Munst. ducentesimo trigesimo secundo. *Montefort. Comes Rudolphus. Veldkirchenses liber.*

Scribit breuiter Funccius, sed tertia Decad. libro primo. Bonfinius prolixius, hoc anno Mariam Vngaram, Ludouici Regis filiam, Sigismundo Brandenburgensi (qui postea Cæsar Rom. fuit) adhuc puero, desponsatam fuisse. Addam itaque sequentia quoque: etsi eorum quædam antehac scripsi. Sed cohærentiæ cum Sigismundo gratiâ, ponam. Circa annum millesimum trecentesimum octuagesimum, duo Antipapæ erant: Vrbanus Romæ, Clemens in Gallia. Filij Cæsar VVenceslaus fauebat, huic rex Galliæ. Anna autem, siue Ioanna, Apuliæ Regina, etiam Clementi studente: Vrbanus Carolum Vngariæ R. vocauit in Italiam, coronâ Regni Siciliæ ornans. Tunc Anna nupsit Brunsuicensi Duci Othoni. Quo Germanicum exercitum adducente: Regina se satis tutam putauit. Pontifice verò etiam ex Germania copias cogente: ipsa, liberis carens, Regis Gallici patruum Ludouicum, sibi hæredem adoptauit. Carolus Vngarus, auxilio Papæ (qui Ecclesiasticaideo [illegible] vendebat, vt pecuniam faceret) Neapolim obsidet: ac proditione ciuium capit. Reginam autem in arce noua obsidet. Vicissim Otho vxori succurrens, Carolum Neapoli obsidet. *Vngariæ Regina Maria, Sigismundo desponsa. Anna, Brunsuicensi Othoni nupta.*

Carolus literas, quasi à Regina scriptas, ad Othonem mittit: quibus indicabatur, quo loco deberet ad ipsam noctu venire. Fidem literis habens Otho: noctu à Carolo captus, in carcere conditur. Exercitu Othonis dilabente, & cùm incertum esset, quando Gallus R. opitulaturus esset: Regina deditionem facit, multa bona Carolo pollicito: cuius ipsa matrem educauerat. *Otho, captus. Anna, interfecta.*

Hic

Hic verò eam interfecit, inter precandum: & sic factus est à Pont. Vrbano Rex Siciliæ. Contrà, Clemens Antipapa Regem Siciliæ inuixit Ludouicum Gallum. Hunc verò perfidus ille Carolus, victoria potientem, infectis veneno fontibus in castris illius, cum multis principibus sustulit. Ita retinuit Regnum Siciliæ. Deinde Vngariæ R. Ludouicus, filiam suam Mariam desponsit Caroli 4. Imp. filio Sigismundo, VVenceslai Cæsaris fratri, dotis dans Regnum Vngariæ. Ludouico mortuo: Siciliæ Tyrannus Carolus, etiam Vngariæ Regnum appetijt. Et sanè habuit studia Vngarorum: quia Sigismundus, ætate minor erat: & socrus eius Elisabeta regebat Vngariam. Creatus Vngariæ Rex, Carolus: breui confossus est, Reginæ, Regno ab ipso priuatæ, instinctu, per Germanum quendam, Blasium Forgachium. Sic retinens ipsa regnum, generum Sigismundum accersiuit. Verùm, antequam is venisset: & ipsa & filia, captæ ab Vngaro quodam sunt, Ioanne Horuuato, Caroli amico: qui Forgachium in conspectu Reginæ, gladio ferri iussit, ipsamq; aquis suffocauit: filiam autem, captiuam tenuit. Virgines nobiles ac formosæ, pro militari audacia & impietate incestatæ. Audiens verò deinde Sigismundi aduentum, cum exercitu: vitam promisit virgini, si se in gratiam sponsi sui poneret. Promisit ipsa. Quid enim captiua fœmina non promitteret dominanti inimico? Sed sponso obuiam missa, effecit, vt Horuuatus candentibus igne forcipibus discerperetur. Sic Vngariæ Regnum obtinuit Sigismundus: atq; vno die XXXII. proceribus colla secuit.

Carolus, Vngariæ R. Siciliam occupat fraude.

Exitium eius.

Alia tragica, in Vngaria.

Sigismundus, iam Vngariæ Rex.

Hoc anno [illegible] fuit, ventus nullus, in tota Germania: & annonæ quidem abundantia magna: sed pestilentia etiam non parua, ex putrefactione aëris.

Ventus nullus.

Anno 1383. pestis dimidium hominum, qui Augustam Rhæticam incolebant sustulit.

Pestilentia.

Stutgardiæ viuebant hi. Conradus Væginger, ibi præfectus. Conradus Machtolf, Hainricus VVegzer, Hainricus Trubelin, Conradus Bæger, Hainricus Brutzler, ibidem Iudices.

Viuebant nobiles, Hugo & Burcardus Ehingeni. M. Scr. (M. Scr.

Dux Teccensis Fridericus donauit Adelbergensibus omnia bona, sita zu dem Hag vnter Lottemberg/ anno 1383. Est autem Lottemberg/ Templum colli impositum, Ecclesia parochialis ab antiquo pagi vicini Eschenbach, non procul ab Heiningen siti. Illius Tecc. Friderici fr. erat Georgius, Theol. D. & Prouincialis in Bauaria, Augustiniani ordinis 1383. Prior in Monast. Mindelhaimensi. Ibi, humatus.

Tecc. D. Fridericus.

Lottemberg.

Vlricus Risch, dictus VVartmannus, Haiingæ habitans, vendidit bona sua im Hag (quæ erant feudum Ducis Teccensis Friderici) Adelbergensibus. Signarunt literas: VVilhelmus de Rechberg in Faurnden, Vogt zu Hohenstauffen/ & Henricus de Ehstetten.

Adelbergensis.

Hohenstauffen.

Ehstetten vel Æstetten, est hodie pagus, pertinens ad nobiles Spætos, apud Zwifaltam. In Faurnden fuit præpositura (pago supra Gæppingam) quæ fuit sub Rudolpho Habspurg. Cæsare Bollenam translata: vt mihi dixit Gottfridus de Rammingen. Durauit ea Præpositura vsq; ad reformationem VVirtembergensis Ducis Vlrici, Gabelc. teste.

Ehstetten. Faurnden.

Viuebat 1383. Her: Eberhart von Lainberg/ Ritter: & adhuc 1413. anno. Est autē Lainberg ein Burgk bey dem Flecken Grünberg/ inter Gæppingā & VVisenstaigā. Ioan. Moser.

Lainberg.

Stutgardiæ in Parochiali ecclesia. Anno Domini 1383. 5. Kal. Iunij, obijt spectabilis Dominus Eberhardus, Comes de VVerdenberg.

VVerdenberg.

Fridericus, Comes Oetingensis, quartus huius nominis Episcopus Aistettensis factus est, ætatis suæ anno 23. consecutus est confirmationem ab Vrbano 6. P. ac præfuit laudatissimè A. 32. & 1415. obijt. Construxit arcem Herriedensem, Richenouiana arce deiecta, ex imis fundamentis. Plura fecit cum laude, quæ à Bruschio recensentur.

Oeting. Fridericus.

Herried.

Georgius (Jürch) de Gabelstain (iam, de Steten in Kochensteten) in matrimonium duxit Catharinam Senfftinam.

Institutæ sunt nundinæ Argentoratenses, permissu Rom. Regis, hoc tempore: vt agerentur 14. dies ante S. Martini, & 14. post. Sed anno 1415. dies S. Ioannis Bapt. pro Martini die sumptus est, eâdem dierum ratione. Tandem verò 1451. ad 14. dies redactæ sunt.

Nundinæ Argentinenses.

IVDÆORVM NOERDLINGÆ EXTIRPATIO. EPISCOPVS CONstantiensis, Manigoldus Brandisius. Ioan. Muntziger, Vlmensis Scholæ moderator. Cimbrensis Baro Ioannes. Quintus Imperator Orient. Andronicus Palæologus. Ciuitatum Sueuicarum affectus erga Leopoldum, Archiducem Austriæ. Senatores Gamundiæ Sueuicæ. Volkardus VValchus. Bellum Leopoldi Austrij cum Heluetijs, & ad Sempachum interitus. Geroltzecciorum familia. VVichter, sacrum Gynæceum. Ilna, oppidum Imperiale facta. Adulterij pœna. Iagellonia Poloniæ stirps.

CAPVT XV.

ANNO 1384. Iudæos suos Nærdlinga occidisse (secundò iam) scribitur omnes, Feria 6. post Iacobi: viros, vxores, liberos, circiter CC. ereptis omnibus eorum bonis (fortè quòd his ad bellum contra principes opus essent: aut quòd veneno mortalitatem hominum multorum effecisse crederentur, sicut 1348. anno) nihil etiam pro debitis persoluendo. Plebis tumultu factum est, iniussu Magistratus. Idem, in alijs ciuitatibus factum. *Iudæi, Nærdlingæ extirpati.*

Augustani verò suos Iudæos mulctarunt 22. millibus Aureorum. Quid si pecuniâ Iudæi nobilitatem contra ciuitates iuuisse crediti sunt? postea vndecim ciues Nærdlingenses & VVinshaimenses, capti & obtruncati sunt: instigante Ioanne Gossenbroto: qui deinde anginâ interijt. *Augustæ, auro mulctati.*

Die S. Iacobi, ἐξυδρία facta est apud op. Giengam: id est, subita ruptis nubibus aquarum inundatio: quæ fruges ex agris cum terra abripuit: qua oppidum quoque in periculo submergendi erat: vt in Chron. Augusb. notatum est. *Nubium ruptura.*

VVerdæ Danubianæ, mulier quadam ad summum templi altare fulmine extincta scribitur.

In Natali Christi, vesperi terræmotus, nocte tonitru: post hæc, die trium Regum, fulgura & tonitrua. *Terræmotus.*

Manigoldus à Brandis, antecessoris Henrici Episcopi Constantiensis nepos ex fratre, in locum eius successit, ex præposito, & postea Abbate diuitis Augiæ, 27. Ianuar. 1384. à nouem Canonicis Episcopus electus: reliquis, D. Nicolao Risemburgio suffragantibus. Confirmatus est ab Adolpho, Archimyste Moguntino: Nicolaus contrà, à Pont. Vrbano. Itaque Constantiam se Nicolaus intulit: ibique habitare cœpit. Manigoldus ergo armatur contra ipsum: sed repentinò moritur apud Tiberij forum, siue Cæsaris solium, in Ergouia: cùm iamiam in equum ascensurus esset: schismaque hoc durasset A. 1. D 24. Humatus est in diuitis Augiæ Basilica summa. Est ille, qui aliquando 5. piscatores Constantiensium, in aquis ipsius piscatos, ceperat: & suo digito exoculauerat. Tunc autem sic extincto, vt dictum est, Risemburgio Episcopatus mansit: quem valde tamen inutiliter rexit: & spe amplioris dignitatis resignauit 4. Maij 1388. sed frustrà. Proinde Constantiam redijt: vbi rursus præposituræ dignitatem accepit. In locum autem Abbatis Manigoldi, Abbas Augiæ diuitis successit VVernherus, Roseneccius Baro: qui 18. A. præfuit: capiens cibum apud Sacerdotem quendam secularem: equulo albo, quem vnicum habebat, ventitans ad cibum capiendum: quia cænobium à Decessoribus erat ad summam paupertatem redactum. Non etiam quicquam amplius studiorum & cæremoniarum ibi erat. Obijt ipse 1402. Brusch. *Brandisius Manigoldus, Constant. Episcopus.*

Ioannes Muntziger, Scholæ Vlmensis Rector, recitauit anno 1384. publicè in schola orationem: qua contendit, corpus Christi, circumgestari solitum, non esse Deum: ideoque nec adorandum, vt Deum, adoratione latriæ. Eadem postea scriptis defendit: vt scil. ostenderet, sacramentum non esse adorandum. Asseruit idem, Christum in resurrectione omnem sanguinem, quem effuderat in passione, secum assumpsisse: innuens nimirum, cruores istos, qui passim adorabantur, non esse Christi sanguinem, neque adorandum. Opponentibus se ei Monachis, ne quid suo quæstui decederet: res de voluntate Senatus, reiecta est ad Scholam Pragensem. Quæ probauit quidem propositiones Muntzigeri: sed tamen propter diuinitatis concomitantiam, sacramentum adorari debere. *Schola Vlmensis. Muntziger Ioannes.* *Sacramenti adoratio, impugnata.*

Illyric. catal. Test. verit.

In præcipuo Templo oppidi Caluæ VVirtembergico, in choro iuxta sacramenti ædiculam, hæc verba sunt: O heiliges Sacrament kom̃ mir zum trost in meinem letzten End/ 1500. *Calua op.*

Eodem 1384. anno, Ioannes Baro Cimbrensis florebat: cui coniux erat VVerdenbergia in Sargans Kynigundis. Post quem ponuntur, 1. Ioannes, maritus Verenæ Comitissæ Sonnenbergiæ. 2. VVernherus, vxorem habens comitissam à Kirchberg. Viuebat 1441. VVernhero subiungitur Ioannes VVernherus 1483. Munst. 3. Cosmogr. 326. *Cimbrensis Baro Ioannes.*

Constantinopoli Imp. Caloioannes (qui pulso, ope Genuensis Catelusij, Ioanne Cantacuzeno, solus imperabat) à filio Andronico in custodiam coniectus est. Ita ANDRONICVS IMP. V. Orientis aliquandiu fuit. *Orient. Imp. 5. Andronicus.*

Anno 1385. permultæ ciuitates Sueuicæ, & quædam etiam Rhenenses ac Franconiæ, fœdere cum præcipuis aliquot pagis Heluetiis iunctæ erant, contra Leopoldum Austrium. Hic verò, transactione cum Sueuicis facta: contra Heluetios sese parabat. *Leopoldus Austrius, Heluetijs infensus.*

Gamundiani Senatores.

Gamundiæ Sueuicæ, ante & circa hoc tempus in Senatum ibi itantes, erant hi: Ioannes Klebzagelius, Ioannes de Vrbach, Ioan. Adelmannus, Henricus de Bernach, Joan. im Hoff/ Craffto Rauber / Ioan. de Vkkingen, Georgius Gulus, Conradus Betringer, Otho de VVeschbach, Albertus Ritter/ Conradus de Sunthain, Petrus Vetzbreius, Conrad. de Gülingen, Ioan. de Stainhain, Ioan. de Leineck, Ioan. Rauchius, Schweickardus de Liechtenstain.

Kunigsbrunn.

Leupoldus Dux Austriæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, &c. literas Kynigsbronnenſi cœnobio dedit: quibus id fecit immune ab omni receptione hoſpitum, & moleſtis expenſis. Geben zu Baden / am Donnerſtag nach dem Sontag / ſo man ſingt *Oculi*, nach Chriſti Geburt 1384.

VValchius Volckardus.

Volckardus der Walch/vnd ſein Ehliche Wirtin Adelhait Solrin/ *vendidêre die ſabbati ante S. Vlrici 1385. partem domus ſuæ, dictam* deß Walchen Hauß / *& alia, ſita iuxta mœnia oppidi Hechingæ,* dem Edlen Herren Graff Oſtertagen von Hohenzollern: *ſubſignantibus, generoſo Comite Friderico Hohenzollerenſi, Canonico* (Chorherrn) *Argentinæ: & Benzone de Owe, dicto Blumenbergio.*

Calua.

In op. Calua. anno Domini 1385. vor Auffartags Montag/ ſtarb der Edel vnnd veſt Wilhelm von Sachſenheim / dem Gott gnedig ſey.

Heluetijs bellum indictum, Leopoldi Austrij causâ.

Anno 1386. menſe Ianuar. Comites illuſtres VVirtembergenſes, nobilitasque magna, Heluetijs bellum indixêre: & poſt ipſos alij Principes ac nobiles: propter illuſtriſſimum Leopoldum Auſtrium, qui bellum ei genti (ortis varijs inter eam, & præfectos ibi, offenſionibus) inferre parabat. Quo tempore quidam frater ex ordine Minorum, vir magnæ famæ, in ciuitate Imperiali Turicenſi (vt à Felice Malleolo ſcribitur) in die circumciſionis Domini pro concione dixit: ſe per aſtrorum motus cognouiſſe: virum nudum, cum armigero horrendo pugnaſſe, & hunc armatum ſuccubuiſſe. Addidit, nono die Iunij (rectius Iulij) proximi, principem potentem à pauperecula gente victum iri. Is erat Lupoldus Auſtrius, princeps magnus & pulcherrimus. Dixiſſet: τὸ πρῶτον εἶδος ἄξιον ὑμνῳδίας. Hic querebatur, ſibi arces & valles ab Heluetijs eripi: &, qui aſe profugerent, ab ipſis recipi. Reſponderunt Heluetij, ſibi fœdus eſſe cum illis arcibus & vallibus: conceſſum ſibi eſſe à Regibus & Imperatoribus, recipere ciues. His enim fieri multas à Ducis præfectis iniurias.

Aſtrologus quidã, de hoc bello.

Sempachum op.

Habebant Heluetij præſidium in oppido Sempacho: quod ſuperiore tempore ab Auſtrijs ad ipſos defecerat. Id in Aërgouia ſitum eſt: nec longè à ciuitate Lucerna (amne Vrſa & Emmatio interfluente) diſtat: & Sempachianum lacum, proximum habet.

Leopoldi contra id expeditio.

Aduerſus id oppidum, præſidij eius opprimendi causâ, proficiſcitur 9. die Iulij, magno cum exercitu Leopoldus. Quo conſilio Ducis animaduerſo: ſyluanæ ciuitates, nempe Lucernates, Vrij, Suitij, & Vnterwaldij, oppidi tuendi causâ appropinquant: locumq; ſibi idoneum, vbi hoſtilis equitatus nocere non poſſet, capiunt. Aduerſæ verò partis tanta erat confidentia: vt diceret nobilitas ad Ducem: Laudetur Deus, quòd iſtos Ruſticos in manus noſtras tradidit, vt pœnas de eis ſumamus. Nos vel ſoli, abſq; reliquo exercitu eos inuademus: quia plures ſumus ipſis, & quidem armatiſſimi. Erant M. D C. Heluetij, ijq; ferè inermes: præter lanceas & gladios.

Haſenburgius Baro.

Ochſenſteinius Comes.

Diſplicuit ſeni viro, Baroni de Haſenburg, tanta proterorum fiducia: dixitq; Ruſticos tales, quamuis paucos, non eſſe deſpiciendos. Reſpondit Ochſenſteinius: O Haſenburg/ du Haſenherr: non ſufficimus contra iſtos? voluit dicere, eum habere cor leporu: cùm cognomen haberet à leporum caſtello. Et conuerſus ad principem, Tibi verò, inquit, iſtos elixos & aſſos ante noctem dabimus, vt voles. εἰν ἀγαθῷ, μεγαλαυχοῦνται, ὑφέπαιτες ἔπειτα.

Prælium cum Heluetijs.

Mox Dux, & omnes illuſtres ac nobiles viri, ex equis deſcenderunt: eos miniſtris tenendos dederunt: hoſtem magnis animis, ſumma vi, adorti: initiò ſtatim ſexaginta circiter Heluetiorum interfecerunt: priuſquam vel vnus de nobilitate caderet. Tenuerunt nihilominus Ruſtici fortiſſimè, nec vllo modo ceſſerunt. Nobiles verò nimio ſolis æſtu, & laboris magnitudine, ac pondere armorum, tandem defatigati, cedere incipiunt: ad equos ſe ſuos recipere cogitant.

Eorum victoria.

At his iam ſeruis infideles, è periculoſe proripuerãt. Ita miſeranda Dominorũ ſecuta clades eſt: nec pauci ſunt capti.

VVinkelrietus.

Inter ipſos, etiam aliquot Sueui. Heluetiorum tamen circiter CC. perierunt. Tribuitur anſa huius victoriæ, cuidam Vnderwaldenſi, VVinkelrieto nomine: qui ſe pro communi deuouit libertate: communicato conſilio ſuo tum Ducibus: ac petito (ſi bene memini) vt vxor liberiq; ſui, ſe mortuo, à victoribus alerentur. Irruens enim animosè in hoſtium agmen: lanceas eorum comprehendit ambabus vlnis, ipſosq; impediuit. Qui in eũ vnũ conuerſi, multis vulneribus confoderũt. Sed interim Heluetij, occaſione arrepta, ordines nobilitatis diruperũt: & clariſſima ſunt victoria potiti.

Edita

Edita est superioribus annis tabula: habens Ducis Leopoldi imaginem armati, nudo cum capite, specie Deum adorantis, cum duobus primarijs proceribus, altero ad dextram, altero ad sinistram, supplicibus & ipsis: additis nominibus & Insignibus multorum: qui omnes in cœnobio Kynigsfelda, die lunæ septem dormientium sunt sepulti. *Nobiles occisi. Kunigsfeldæ sepulti.*

Sunt autem hi:

Hertzog Lüpold von Oesterrich. Graff Hans von Ochstenstain. Maggraff Otho von Hochberg / mit seinem Haubtpaner. Herr Friderich von Greifenstein. Herr Brun der Güß. Herr Peter von Arberg. Herr Egenolff von Embs. Herr Wilhelm von Ende. Herr Hartman von Sechen. H. Peter von Schlandenberg. H. Vlrich von Embs. H. Hiltebrand von Weissenbach. Herr Albrecht von der Hohen Rechberg. H. Conrad von Türingen. H. Gottfrid Muller. Herr Hainrich Kall. H. Albrecht von Mülinen. H. Niclas Götsch. H. Heinrich von Schellenberg. H. Friderich Farant. Herman der Gyß. H. Christoffel Götsch. H. Oth der Pariser. H. Frantz von Castel-Not. H. Görg Kuchenmeister. *Nomina eorum.*

H. Walther
H. Diepolt
H. Werner } von Merßpurg.
H. Hetzel
H. Peter

Namen der Haubtpaner.

Der Graffschafft Tyrol. Deß Graffen von Salm. Der Graff von Thierstain. Herr Hans von Hasenburg.

Imberbis autem est in tabula Kynigsfeldæ Leopoldus pictus, sed prolixis crinibus: cum hac inscriptione. Diß ist die alt Contrafactur Herren Leupold von Oesterreich: der zu Sempach (ist nur 3. Meil vom Kloster) mit dieser seiner Ritterschafft (*qui etiam in pariete depicti sunt*) erschlagen ward: *AVFF* dem seinen / *VON* den seinen / *MIT* den seinen / vnd *VMB* das sein: auff S. Cyrillen Tag / im dreyzehendenhundersten vnd sechs vnd achtzigsten Jahr. *Epigramma de Duce Leopoldo.*

Quatuor præpositiones: ἐπὶ τῶν, ὑπὸ τῶν, μετὰ τῶν, διὰ τὰ νουνεχῶς καὶ ἀριμέως, τῷ ὄντι.

Alij ibi interfecti, præsertim Sueui.

Ioannes de Fyrstenberg. Reinhardus de Mumpelgart, cæcus. VValther de Gerolts-Eck. Hermannus de Liechtenfels. Fridericus de Brandis. Vlricus de Hasenburg. Friderius Schwartzgraff von Zollern. Otho Truckſæßius de VValdpurg. Ioannes de Huse. Henricus & Conradus de Stain. Ratholfus de VVæhingen. Hurrus de Schœnavv. Ioan. de Brandeck. Longus Burcardus de Ehingen. Hermannus de Signovv, &c. Summâ, nobiles DCLXXVI. i quibus eminentiores, coronatis & cristatis galeis conspicui, CCCL.

Dux ille, per vires balsami adhuc integer iacet: qui olim omnibus monstrabatur. Sed cùm quidam, cineres tactu læsissent: lapide grandi tectus est. Feretrum, valde longum, quo ipse & alij allati fuerunt, adhuc cruore eius notatum conspicitur.

Dicebatur autem, vilissimum quendam Suicerum (F.F.F. scribente) homuncionem strumosum, accurrentem, cùm Princeps cecidisset, minatum esse pugione, vbi ipsum confoderet: nec locum inuenisse, propter armaturæ contiguitatem. Ducem, periculum vitæ videntem, indicasse se, quis esset, spe salutis. Sed illum tantò sæuiorem, pugione aliquot compagines armorum soluisse: deprecantique nequicquam, mortem intulisse. Cùm postea quæreretur percussor: eum de facto suo gloriatum esse: sed Bernæ horrenda morte pœnas dedisse. In loco postea effusi sanguinis Principis, florem quendam altero anno, in alto scapo, lilio similem, magnum & perpulchrum, enatum fuisse. Sic ante aduentum Christi circiter 1074. anno, à Dauide interfectus est ille: qui à se Regem Saulum interfectum gloriabatur. *Leopoldi interfector.*

De VValthero Geroltseckio (cuius suprà mentio facta est) sic 8. lib. migrat. gent. (vbi, de Sueuis) à Lazio scribitur. Dominorum à Geroltzeck fundatio ac conditoria, in VVichter cœnobio sanctimonialium Nigræ syluæ cernuntur. Burc. & Otho floruêre 1182. *VVichter. Geroltzeckij domini.*

VValther, Episcopus Argentorat. 1260. Hermannus, 1226.

Henricus filius eius, ex Comitissa Veringensi VVilhelmum & VValtherum genuit.

VValtherus 2. hoc nomine, interficitur ab Heluetijs cum Lupoldo Austrio apud Sempach,

anno 1386. cùm ex Tubingensi Comitissa, tres filias, & vnum filium Henricum, reliquisset. Filiarum autem vna, Domino à Gundelfingen: secunda, Eberhardo Comiti VVerdenbergio: tertia, Domino ab Hyrnhaim, nupsêre.

Henricus 2. ex coniuge ab Oxenstain Alsatide, Henricum 3. tulit, & Fridericum Canonicum Augustanum.

Liberi à Duce Leopoldo relicti: ex Virida, Barnabæ Mediolanensis Vicecomitis, filia.

Leopoldi proles. *Lupoldus 3. Fridericus 2. Guilielmus 1. & Ernestus 1. Elisabeta, Henrico Comiti Goricensi collocata. Margareta, Mainardo Bauariæ Duci desponsata. Catharina, cœnobio D. Claræ Viemensi mandata.*

Isna, ad Imperium. *Hæc, de hoc Sempachiano prælio: quo res Heluetiorum creuêre: quæ ex Munstero, Stumpfio, Simlero, Lazio in Geneal. Austriaca, & aliunde, patent. Quibus & hoc de Isnæ oppido, ex Munstero addendum. Pertinuit Isna quondam ad Comites Veringenses, propter Benedictimum ibi Monasterium: ab eis conditum. Eorum stirpe arefacta peruenit Isna ad Dapiferos de VValdpurg. Ex quibus Otho, à prædicto Austriæ Duce Leopoldo persuasus, cum aliquot equitibus ei auxiliatus est. Quibus vt stipendia soluere posset: pecuniam à propinquo quodam suo Ioanne mutuam petijt. Quem cùm vxor impediret, ne daret: sumpsit à ciuibus suis Isnensibus Otho 8. millia librarum obolarium mutuò, ea conditione: vt, si è bello reuersus, eam summam redderet: liberi à suo Domino non essent. Sin autem non reuerteretur: aut pecunia illis ad diem non solueretur: libertate gauderent. Perijt ipse in prælio, sine filio relicto. Isnenses igitur Imperio se subiecerunt: vt adhuc sunt.*

Mynsingeri. *Leopoldo autem sic extincto: multi nobiles ab Heluetijs expulsi sunt: inter quos, familia quoque Mynsingerorum: ex qua descendit clarissimus nostro tempore Iurisc. Ioachimus Mynsingerus apud Brunsuicensem Ducem Iulium. Habitarunt Mynsingeri Frundeccum, castrum ad Nicrum. Qua de re, Henrici Meibomij versus sunt.*

At pius, & sortem miserans discrimine tanta,
Arbiter Imperij, profugis solamina damni
Attulit: & montosa dedit castella laresque:
Qua vetus abluitur turgenti SVEVIA Nicro.

Halæ incẽdium. *Halæ Sueuicæ, hoc 1386. (al. 1376.) anno, tantum conflagrauit: vt à pulueraria porta, vsq; ad ciuitatensem portam pateret prospectus.*

Adulterij pœna. *In Gallia, Ioannes quidam vir nobilis Carongius, singulari certamine victum occidit virum nobilẽ Iaquetum Grisum: quod ab hoc sibi inuitæ stuprum illatum esse, vxor Ioannis questa esset huic viro suo: ille autem factum negauerat, vsque dum victus moriebatur. Habuit Ioannes suæ vxoris famam, vita chariorem: & in ea læsa, capitis periculum adijt. Interemptum alterum, carnifex extraxit ad patibulum, ac suspendit. Quod Ioanni futurum fuisset, nisi vicisset: vxoremq; quòd falsum crimen alteri intentasse visa esset, flammæ absumpsissent. E libro 3. Fross. & aliunde. εὐπ ἀγαθὸν, γαμοκλεψοσύνη.*

Polona Regina. Iagellonia familia. *Poloniæ Regina Hedvvigis, Regis Vngariæ & Polon. Ludouici filia, cùm VVilhelmo Austrio Duci nupsisset, sed mox rursum abdicasset: Iagellonem, Lituauiæ Ducem, & Regni & thori consortem fecit: qui cum S. Baptismate, Vladislai nomen accepit: & A. 49. regnauit. A quo Iagellone, Poloniæ Reges, vsq; ad 1552. Domini descenderunt. Func. Hic prouincias Lituaniæ Russiæq; cum Polonia primus copulauit.*

LANDAVI COMES LVDOVICVS. AVGVSTANORVM ET Bauarorum inter se conflictationes. Sigismundus, Rex Vngariæ factus. Mœsia superior & inferior. Lumina historiarum. Scaligeræ familiæ deiectio.

CAPVT XVI.

Landauensis Lucius. *ANNO 1387. Lucius, Landauus Comes, viuebat: Eberhardo, qui 1378. obijt, natus. Possedit is Tissam pagum cum arce: quam Osualdus Gabelc. Ilertissam putat. Nam feudi nomine eam ab Austrijs Principibus tunc habuit. Item pignoris loco Blabyram, cum arce Gerhusen, ab Helffenstainio Comite Ioanne: & matre eius Anna, Comitissa Oetingensi. In quibus literis, vxor eius appellatur Elisabeta: cùm aliàs ei Guta tribuatur vxor, ex Gundelfingensi genere. Vide Annum 1398.*

Anno

Anno eodem, conquerentibus Augustanis de iniurijs: quæ sibi à Bauaro Duce Stephano inferrentur: ciuitates sociæ subuenerunt. Expeditio igitur est facta 1500. equitibus, siue hastis: & 2500. peditibus. Hi oppida, castella, pagos, Ratisbonam vsq; vastauerunt: & trans Danubium in reditu. *August. & Bauarorum inter se concertationes.*

Sequenti anno Bauarus vicissim vicos ciuitatum depopulatus est, ferro & igne: adiuuante VVirtembergensi Comite. Induciæ breues. Inde, rursus incendia vtrinque.

Hospitale Augustæ 3. Septemb. condi cœptum, apud Rubeam portam.

Magdeburgi certamen sagittariorum erat, nomine Reipub. quo veniebatur è varijs locis. Præmium erat virgo: quam sagittando quidam Ascherlebensis obtinuit. Pomarius. *Sagittariorum certamen, Magdeburgi.*

Sigismundus, Caroli 4. filius, Marchio Brandenburgensis, Vngaricæ Reginæ Mariæ maritus, factus est Rex Vngariæ: regnauitq; 51. annos. Paucis annis post, quam Regnũ consecutus esset: etiam Croatiam, Bosnam, ac Moldauiam, obtinuit. Vngaria, ad Orientem habet Transyluaniam, & inferius Moldauiam: ad Meridiem, Bosnam (olim Mysiam, vel Mœsiam, superiorem) intra quam Orientem versus est Rascia. Inter Transyluaniam autem & Rasciam, Dacia est. Infra Daciam, ortum versus VValachia. Croatia ad mare Adriaticum spectat: inter quam, & Austriæ Viennam, Carinthia & Styria sitæ sunt. *Sigismundus. Rex Vngariæ. Vngariæ limites. Bosna. Rascia. Dacia. VValachia. Croatia.*

Inspiciatur Geographica tabula Europæ. Historiarum enim cognitioni duo lumina inseruiunt, illasque iucundas faciunt, γεωγραφία καὶ χρονολογία: notitia locorum & temporum. Nomina locorum, & antiqua & recentia (τὰ ἐκβεβαρβαρωμένα) tenenda sunt: quæ res labore non caret. Mœsia, superior & inferior olim erat. Nunc sunt nomina mutata. Superior, vbi Bosna, & Seruia: inferior, ad Orientem, vbi Moldauia, & infra eam ad meridiem Bulgaria. Fiet suo tempore Sigismundus ille, Cæsar Imperij Romani: ac sub eo Sueuica commemorabuntur non pauca. *Historiarum lumina.*

Mediolano potitus erat, & vehementer creuit, Vicecomes Ioannes Galeatius. Denuntiauit hic bellum Antonio Scaligero, Veronæ Domino: quem & principatu deiecit non multò post: & sic extincta est Scaligerorum gloria, quæ LXXX. annos ibi durauerat. *Scaligerorum deiectio.*

Literas indictionis belli, & responsionis ad eas, Bern. Corius lib. 3. rerum Mediol. ponit. Arguit inter alia Ioannes Antonium: quòd Alemannos, vel Bauariæ Duces, contra se incitauerit: quod tamen Antonius pernegat. Quapropter (inquit Galeatius) more Maiorum & exemplo, vos, ciuitates, oppida, castra, & subditos vestros, hostiliter & manifestè diffidamus, &c. *Indictio belli.*

Papiæ 21. April. 1387. Atq; hic finis sit huic libro, finitâ hac hebdomade: & Dominico die cras, ad audiendum Dei verbum inuitante.

Finis Quinti libri, in tertia parte Annalium Sueuicorum.

MARTINI CRVSII, GRÆCÆ ET LATINAE LINGVAE IN ACADEMIA TYBINGENSI PROFESSORIS, ANNALIVM SVEVICORVM, in tertia parte, Liber Sextus.

NARRANTVR in hoc libro: quæ Imperatoribus, VVenceslao, Ruperto, Iodoco, & Sigismundo, gesta sunt, maximè in Sueuia: in Imperio, apud proceres: in Ecclesia, à Papa, in concilijs, & in cœnobijs: denique, in rebus magis priuatis. Multa de VVirtembergiæ comitibus, pace belloque gesta: multa, de ciuitatibus Imperij. Concilia, Constantiense & Basiliense. Argumentis singulorum capitum, res magis specificè indicantur.

BELLI, QVOD INTER VVIRTEMBERGENSES, ALIOSQVE Principes, & inter vrbes Imperij Romani, grassatum est, detrimenta: per Franconiam, Bauariam, Sueuiam, Rhenum, & Alsatiam.

CAPVT I.

Calamitates belli in Germania ciuilis.

ANNO 1388. multæ & variæ actiones belli Sueuici extitêre: in Franconia in Bauaria, in Sueuia, & alibi: quarum præcipuas exponam: hinc inde ex libris editis, & ex schedis M. Ser. collectas: quarum tempora non potui distincta vbique inuenire. Ergò ferè locis & personis tantùm distinguam.

Friderici, Burggrauij Noribergensis, expeditio.

Noribergensis Burggrauius Fridericus exijt in expeditionem, cum duobus filijs: & Episcopi, VVirceburgensis ac Bambergensis: præterea Marchio Misnensis, duo Comites Schwartzenbergenses, Comes VVilhelmus de Castel, Comes Hennenbergius, & Comes Rheineccius.

VVinshemij per Principes obsidio.

Hi oppidum VVinshemium obsederunt 7. hebdomadas, & 3. D. Circa autem cladem VVilensem, 23. Aug. factam (de qua posterius seorsim dicetur) obsidio cæpta fuit: vt ex hoc, quod sequitur, apparet. Die enim Veneris ante Michaëlis, cum oppidum vrgeretur: oppidani opem à Noribergensibus petierunt. Quibus malum Burggrauio indicentibus: hic obsidionem soluit.

Langenzenna, à Noribergensibus exusta.

Noribergenses cum mille equitibus, & magno peditatu, bombardis & curribus egressi: Langenzennam captam combusserunt. Vbi fertur signum S. Virginis Mariæ, cum sua palla & calantica in medio igne illæsum mansisse. Captum est ab illis VVinspachium quoque: captæ sunt

VVinspachium, & alia, capta.

arces, & combustæ, Alteberga, ac Schomburgum iuxta Zimdorffam in monte, quod die alte Vesten vocatur. Capta est VVerda, Noribergæ suburbium: quæ tunc adhuc Burggrauij

VVerda, Noribergæ suburbium.

erat. Ex qua is quotannis plus 800. fl. à Tinctoribus habuisse dicitur. Item, castellum Hohendrussum Campolis Newenhosa, & Caroliburgum, atque Haslachum: denique arx Kynigstainum: quæ omnia igni fuêre consumpta.

VVirceburg. Episcopi res gestæ.

Fecit etiam hæc VVirtzeburgicus Episcopus. Obsedit Suindorffium, populans eius omnia: quod oppidum, post duas obsidionis hebdomadas transegit cum Episcopo: Idem Rotenburgotuberanorum, qui eruptionem fecerant, circiter centum occidit. Rotenburgenses alio tempore 80. Senshaimenses interfecerunt, & ceperunt.

Ciuitatum Imperij congregatio.

Eodem anno, circa Martini, congregabantur ciuitates Imperij circa VVinsheimium, tanquam Francofurtum ituræ. Ibi Noribergenses habebant, quos coniungerent cum socijs ciuitatibus, 400. hastatos equites, & 100. hippotoxotas (equites sclopatos) atq; 1500. pedites. Aderant Sueuicæ & Franconicæ ciuitates: quæ omnes ponebant sua vexilla: solis Imperij & Noribergico signis,

signis, erectis manentibus. Dabantur in singulos equos, pro vno naturali die, sexaginta nummuli, iis qui non obligati erant. Quo salario poterant Noribergenses conducere CIↃ equites, quando: unque vellent. Quid porrò in hac expeditione factum sit: dicere non habeo.

Ad Augustanos & Bauaros venio. Circa diem Gertrudis, Augustani ceperunt Rechlingam & Scherneccam: quas combusserunt, cum omnibus circùm vicis: ac postero die incolumes redière domum. Ijdem 7. die August. & aliæ ciuitates in VVirtembergiam irruptione facta, vineas vastarunt: flammis pagos deleuerunt. Postea, prælium ad op. VVilam secutum est. *Augustanorum facta.* *VVirtembergiæ deuastatio.*

Die etiam S. Laurentij, Erchinger Marescalcus Biberbachensis, & Ducis Bauariæ Stephani Ministri, cum LX. lanceis incurrunt: ad CIↃ CIↃ armenta rapiunt, tantummodò iuxta patibulum. Augustani verò, signo campanis dato, ad quatuor millia collecti (alibi 350 tantùm) excurrunt: hostem ad Biberbachum nanciscuntur: Bauaros 30. occidunt, & 20. capiunt. Vexillum illis adimunt: Ruricolas & omne pecus reducunt. *Pecorum apud Augustam præda.*

Hoc tempore hæc quoq; ab Augustanis facta sunt. Exusserunt arces, Oberndorff, Dornsperg, Oellingen & earum vicos. specialius alibi sic reperio. Quarto die post S. Nicolai, Augustanorum equites & pedites 1000. combusserunt Bauariæ pagos viginti quatuor & domos 3. nobilium: denique 600. capitum pecus abegerunt. Bauarus Stepachum cremauit, Bergam, Leutershosam. *Incendia mutua August. & Bauarorum.*

Ante D. Thomæ, equites 40. Augustani, conantes molendinum Meringæ comburere: à Bauaris numero pluribus, partim fugati, partim capti sunt. Confossi autem, Caspar Riederer, & Conradus Vmbach. Venerunt Augustanis hoc etiam anno, ex vrbe Veneta merces, & Italici vini centum vasa, Fiessam: quæ Episcopus Burcardus promiserat, eis tutò Augustam venturæ. Sed Duce Stephano ad eum veniente: conuenit inter eos, vt illa bona inter se partirentur. Sic & factum est. Tum Episcopus pacem Augustanis renuntiauit (Reconde gladium tuum, Petre, in vaginam suam) licet ipse & collegium (capitulum) Augustanis iurati essent. Iste Præsul 30. præfuit annis: ac per suam vitam, tantũ semel Missam texuerat. Kaishaimi, ianuis clausis. Demoliti sunt igitur Augustani domum eius, iuxta S. Lamberti sitam: & canonici Præpositi Sunthaimij & Decani Vlrici Burggrauij, domos. *Episcopus Augustanus, in Augustanos hostilia facit.*

Bauari Kauffbeuram aliquot dies obsederunt. Vrbicis autem suppetias venientibus: pugnatum est, & 70 nobiles aliiq; occisi, atq; obsidio soluta. *Kauffbeuræ obsidio.*

Eodem anno, Archiepiscopum Saltzburgensem, ciuitatibus Sueuicis confœderatum, cepit Fridericus Bauarus, in conuentu condicto: quia de quibusdam castellis & locis contendebant. Ciuitates Bauaro bellum minati sunt. Episcopus ergo dimissus est, vt daret 70 millia Florenorum: sed recusauit capitulum. Ideo malum integrascebat. *Saltzburg. Episcopus, à Frider. Bauaro captus.*

Eodem tempore capti sunt, & multis spoliati bonis, per Bauariam euntes, Mercatores Noribergenses. Conquerebantur ciuitates de iniuria, tanquam tempore induciarum facta. Alteri negabant se scire inducias, sed bellum esse. Re commissa ad diiudicandum Ruperto seniori Palatino, & alijs: sententia lata est, dimittendos esse Mercatores: dando eis duodecim millia Florenorum: & reliquis ademptarum rerum reddendis. Ciuitates recusabant: quòd non esset sibi cautum, certò illam pecuniam datum iri. Metuebant scilicet, non seruatum iri fidem. Sic propter hanc etiam causam bellum continuabatur. Tunc Sueuicæ vrbes auxilia petierunt à Rhenanis, quæ equites miserunt. Secuta postea, VVilensis clades. Rapuerant Bauari Ratisbonensibus pecora: qui ea illis rursus eripuerunt: occisis ex numero ipsorum, & captis, viginti viris. Factum post Martini. *Mercatores Noriberg. capti.* *Ratisbonenses.*

Nœrdlingenses & socij, eodem tempore cum 2000. peditum, & 1000. equitibus, egressi, arcem Sultzbachum Mainburgiorum expugnarunt: captis viginti honestis viris, & viginti quatuor seruis: nobilibus duobus occisis: arce hac & sedecim vicis exustis: capitibus pecoris sexcentis abactis: medimnis sexcentis frumenti ablatis: quæ omnia tutò Nœrdlingam asportarunt. *Nœrdlingenses.* *VVirtemb. Vlricus, cum Steph. Bauaro, trans Lycum fl.*

Stephanus Bauarus, & Vlricus VVirtembergensis, transito fluuio Lyco: pagos viæ Regiæ exurunt: cœmeteriumque Menchingense, à paucis agricolis propugnatum, capiunt. Quo in certamine, Bauari 60. Rustici 4. interierunt. Augustani, eruptione facta, fugarunt Bauaros: Stertzlingamq; captam exusserunt.

Eodem 1388. anno, VVisenburgenses interemerunt 30. viros, nobiles & ignobiles, Ducis Klemmi Ambergensis. *VVeisenburgenses.*

Eſslingenſes. Reutlingenſes.

Eſslingenſes, oppidum Grezzingam obſidentes, erumpentium amplius centum occiderunt & ceperunt. Reutlingenſes peremerunt Trochtelfingenſium 20. ceperunt 30.

Hailprunni obſidio.

Hailprunnum à Proceribus obſeſſum eſt: qui omnia depopulabantur, præterquam Sacerdotum bona. Cùm autem illi ab obſidione receſsiſſent: quidam oppidani etiam hæc vaſtarunt: ne Sacerdotes ſcil. eſſent meliore fortuna. Breui poſt peſtilentia ſuſtulit ad 1600. homines: quæ & alibi multos necauit.

Rhenenſes ciuitates.

Rhenenſes (Spirenſes, VVormacienſes, Moguntini, &c. maximè Argentoratenſes) hortatu Sueuorum, equitibus 900. ad Spiram coactis, Ruperti Bauari Palat. iuniorís regionem, igne populati ſunt triduum. Ipſe viciſſim ex Richshoua & Hochfelda, ſibi à nobilibus inibi traditis, terram circa Huganoam vaſtauit. Occidit ex hoſtibus ducentos, ac multos cepit. Item, rorarios complures: quos in lateraria fornace combuſsit: vt libro præced. ex Auentino, ad 1372. annum ſcriptum eſt. Factum 6. Feria ante Martini. Ciuitates itaq; timidius iam agere: nec aliquò erumpere, niſi eâdem nocte redire poſſent.

Argentinenſ. & Badenſes, inuicem infeſtantes. Kæl vicus.

Eodem anno, circa Michaelis, iunior Badenſis & Argentinenſes, inter ſe regionem & vicos deuaſtarunt. Habebat ille ſocios ſuos in munitionibus Stouffenberg, Gerolzeck, Thiersberg, & Stollhofen. Per hos comburebat loca Argentinenſium, vſq; ad pagum Kælam, prope pontem Rheni. Multum illis damni præcipuè Comes VVirtembergenſis Eberhardus dabat. Duraſſit infeſtatio hæc ad Pentecoſten vſq. Tunc tranſactum inter partes eſt. Captiuos autem, ante tranſactionem Marchio λύτρα (pretium redemptionis) poſcebat maxima: Argentinenſes verò, quanta belli conſuetudo ferebat.

Merſpurg.

Eodem 1388. anno, Henricus de Merſpurg, vix euaſit ex pugna: qua ipſe, cùm Dux Auſtriorum eſſet, à Bernatibus & Friburgenſibus victus eſt, iuxta Schœnebergum. Stumpf. 8 lib. 10. Eſt autem Merſpurgum, oppidum & arx ad lacum Podamicum, milliaribus 2. infra Buchornam: temporibus Dagoberti R. deſtinatum portui Conſtantiam op. verſus. Poſtea, Ducibus Alemanniæ & Sueuiæ pariit. Ibi Comites Rordorffenſes habitarunt. Nunc, ſedes Epiſcopi Conſtant. eſt. Ibi altiſſimus eſt locus, plus 300. orgyiarum. Boni vini ferax eſt.

Hæc hactenus de geſtis huius anni, varijs in locis, à vario genere Alemannorum: vt ex paucis his appareat, & magis colligi ratiocinatione poſsit: quanta mala ex inteſtinis bellis (qualia nunc multos annos in Belgio & Francia, propter Papam durant) oriantur: vbi domeſtici, quò magis ſuas inuicem res, quàm externi hoſtes, notas habent, tantò plus nocere poſſunt. Certè in ciuili bello, nihil non malorum ineſt. Tranſeo nunc ad VVilenſem pugnam: quam κατ' ἐξοχὴν à prioribus actionibus ſeparaui, & ſequenti capiti aſsignaui.

CIVITATVM EXERCITVS, PROPE OP. VVILAM A VVIRTEMbergicis profligatus. VVolffgangus VVinnenſtainius. Comitis VVirtemberg. Vlrici ſepultura, & aliorum. Burckardus de Ehingen, cognomine Zopfius. Epiſcopus Conſtantiæ Burckardus. Imper. Orient. VI. MANVEL Palæologus.

CAPVT II.

Ciuilis belli vtrinq; partes fœderatæ.

POſt conflictum, qui apud Reutlingam anno 1377. acciderat: in quo tres illuſtres perierant Comites, cum multa nobilitate: animi VVrbicorum creuerãt. Fœdus vtrinq; factum erat: ciuitatum Sueuicarum, cum Rhenenſibus: Comitum VVirtembergicorum, cum principibus ciuilibus & Eccleſiaſticis aliquot. Hinc vtrinq; prædando, vrẽdo, occidendo, plurimum malorum illatum: donec etiam hoc 1388. anno Chriſti, in quo adhuc ſumus, prælio iuxta Imperiale oppidum VVilam, 3. milliaribus à Tybinga Pfortzheimum verſus ad VVyrmum fluuium ſitum, decertatum eſt: quod nunc deſcribemus: ex Nauclero, Munſtero, Mutio, & M. Scr. chartis.

Tæſſinga pagus.

Inuaſerant Auguſtani, Vlmenſes, aliæque ciuitates, menſe Auguſto in VVirtembergiam: quam dirè populando, Tæffingam prope VVilam peruenerant, pagum VVirtembergicæ ditionis. Erat ibi cœmeterium, more veteri ſatis munitum: in quod metu belli, res ſuas aratores contulerant

Ibicœmeterium, à ciuitatibus obſeſſum.

(ἐπαναχωρήσασιν) & id præſidio tenebant. Eum locum obſidere cœperunt Vrbici: & expugnare, hoſtésque eius potiri, nitebantur. De ſuorum igitur periculo commonitus Comes Eberhardus, maturè auxilio profectus eſt: comitatus ſeniore Rupertino Palatino Rheni, iuniore Marchione Badenſi, Burggrauio Noribergenſi: Comitibus item, Oetingenſi, Helffenſtainio, Bitſchenſi, Katzenelenbogenio, Epiſc. Herbipolenſi, & alijs. Subueniens autẽ, Leonbergam verſus contendit: inde in

hostes. Habebant hi equitatum 1Dccc. lancearum: Eberhardus verò, equites 1Dc. & his mille suæ ditionis pedites. Ventum est ad manus & prælium. Ibi, cùm Proceres ad pedes descendissent: geneross Comes Vlricus, vt cladem Reutlingensem, XI. annis antè acceptam, resarciret (ἴνα τὴν τῶν Ῥευτλιγγίων ἀνακαλύψῃ συμφορὰν) & patri Eberhardo virtutem suam probaret: inter primos heroicè pugnat: sed breui letbaliter vulneratur, viribusque defectus concidit, simulque aliquot alij. Prima namque coitio, acerrima esse solet. Sublatus ipse mox à proximis, aufertur: in trunco arboris amputatæ collocatur: sed citò animam Deo reddidit. Continuatur interea prælium: licet animi VVirtembergicorum, tanti Ducis casu languescerent. Innotescit filij obitus patri. Hic verò, tantum aberat, vt animo frangeretur: vt statim populari lingua ad suos inclamaret. Erschrecket nicht: crist / wie ein anderer Mann: Stehet tapffer: sihe die Feindt fliehen. Quid trepidatis? State viriliter: ecce fugiunt hostes. Dixit: simulque ipse (strenuissimè etiam irruenti-bus Bitschensi Comite, & Rosenfeldensi Præfecto, & alijs nobilibus) gladio dextrâ sinistraque grassans, (μετὰ μικρὸν ἀγωνίσασθαι) summa fortitudine incurrit in obstantes. Hostibus, trepidatio iniecta: respexerunt in tergum, quisnam suorum fugeret. Ibi verò, cunctis Eberhardinis acerrimè incumbentibus, ordines Vrbicorum turbati sunt: ipsi fugerunt: Principibus gloriosam, sed non inuentam, victoriam reliquerunt. Ceciderunt ex parte vrbium, viri amplius mille (al. viginti quinq; millia, & viginti nouem) & sexcenti capti sunt. Ex quo parte VVirtembergici, inter 400. nobiles, ac militibus. Qua de victoria (quæ pridie Diui Bartholomæi, die Dominico manè cæpto prælio, contigit) Versus sunt Machaëlis Augusti, hi:

Succurrit Com. Eberhardus.

Prælium non longè ab op. VVila. Vlrici VVirtēb. interitus.

Eberhardi ad suos exhortatio. Θαῤῥεῖτε ἀγαθοί.

Ciuitatum exercitus superatus.

En fugiunt hostes, fugiunt (ait) addite vires
Ingenuas vobis: victoria magna paratur.
Quo ficto clamore, simul perterruit hostes:
Militibusque suis animum pugnantibus addit.
Sic bellum arte gerit suum: nec funera nati
Occisi curat, donec res tota peracta est.

Victor Eberhardus, qui luctum filij in prælio prudenter celauerat, noctu dolorem interse-tem: sed illum, vt vnicum, seriò iam lugebat. Postridie verò lætum accepisse dicitur nuntium: pronurum suam Antoniam peperisse filium, ex Vlrici Comitis beatæ memoriæ filio Eberhardo Mitij conceptum. Tunc gratias Deo agens fertur exclamauisse: Sey es Gott gelobt: Finck hat wider Samen.

Luget nunc demum Eberhard. Vlricum F. Rursus exhilaratur.

Adijciam & sequentia, ad hoc spectantia prælium.

Victoria huius pugnæ, secundum Deum non minimum etiam accepta referenda est cuidam laudato seni (vt ex præclaro & amico viro O. G. cognoui) VVolfio vel VVolfgango de VVINNENSTEIN, antiquæ nobilitatis stirpe nato: cui nobili, ab armorum splendore, quo exultabat, agnomen erat, der gleissend Wolff. Hic ab adolescentia, rei militari deditus, variis exercitus fuit bellis. Inter alios labores, Eberhardum quoque VVirtembergensem (de quo toties iam diximus) illum Greinerum, Rauschenbartum etiam appellatum (illustrissimi nostri Ducis hodie, Domini Ludouici, tritaui auum) inimicum habuit: idque per longum tempus, nec sine periculis & difficultatibus. Attamen, cum huic hosti suo, bellum cum ciuitatibus arduum & propinquum esset: operam ei suam obtulit contra eas. Re à consiliarijs Comitis deliberata: cum homo videretur suspectus: amicè ei gratiæ sunt actæ. Comiti enim satis virium contra hostes suppetere. Quieuit ergo VVolfius. At cùm adesse iam ingens Comiti periculum ab Vrbicis, qui Tæffingæ esse ferebantur, cognouisset: ibi ipse (ὀλιγωρίᾳ μηχανικῇ), minimè priorum offensionum ratione habita, turmam equitum, quantam potuit, sponte sua collegit: ac Tæffingam subsidio cucurrit: & perquam opportunè, atq; in ipso articulo discriminis, adfuit. Comite namq; Vlrico (illo magnanimo magis, quàm felice) interfecto: animi principum & exercitus eorum labascebant. Sed tamen, non solùm illustri Eberhardo fugam hostium clamante: verùm etiam fulgido hoc VVolfio (τῷ διὰ βοτρυοστεφάνου θέοντι) admotis generosè equo calcaribus incurrente: prò Deum, quanta subitò μεταστάσεως, fortunæ commutatio, facta est! Victoria illis, qui iam in manibus eam habere videbantur, extorta est insperatò: ipsique terga verterunt. Integer enim hostis, improuisò apparens sæpe ῥοπὴν, momenti inclinationem in alteram partem, haud difficulter efficit.

VVolfij de VVinnenstaineo tempore virtus.

Hostis ipse, hosti suo Eberhardo ad VVilā subuenit.

Agnouit beneficium Eberhardus, beneficium ab hoste in tempore præstitum: gratias

Eberhardi gratitudo.

gratias pleno ore agit: ad proficiscendum secum Stutgardiam, humaniter inuitat. Proficiscar (inquit VVolfius) experiar tuam benignitatem. Verùm enimuerò, cùm iam ad sesquimilliare vnà progressi essent: ibi repentè Gleissenvvolfius, satis mihi processum est, inquit: vale, Comes Eberharde: repetemus postmodum, quæ antehac inter nos exercuimus studia. Gute nacht: Es steht im alten rechten. *Simul cum dicto, equum in gyrum calcaribus egit: sinistrorsum se proripuit: domum iter intendit. Quo in itinere obuium habuit proximi vici, cui nomen Zuffenhusa est, gregem: cuius bonam partem, ipse & Comites itineris, ἀπετέμοντο, secum abegerunt. Agricolæ itaque Stutgardiam properant: quid accidisset sibi à quibusdam raptoribus, quiritantes exponunt. Risit Comes Eberhardus. Ha ha, senex ille lupus, carnes ad coquinam suam rapuit.* Das alt Wölflin hat ein mal ein Kochfleisch geholt. *Ac non multò pòst, missis ad illum nobilibus & prudentibus viris: ita commodè cum VVolfio egit: vt omni controuersia transacta, perfectaque redintegratione gratiæ effecta: illo in posterum fideli ministro vteretur. Nec verò ipse tantùm: sed nepos etiam ex Vlrico filio, Eberhardus Mitis vel pius dictus. Namque ad annum vsque 1413. viuendo processit VVolfgangus φιλβόλυκος: atque in Templo Bilstainensi humatus est: quòd non longè à sede ipsius abesset, Ea autem erat in supercilio montis: ad cuius radices est pagus VVinzelhusen. Arcis illius, iampridem (nescio à quo, aut qua de causa) destructæ, loco, nunc est Templum: quod vulgò* Winzelhäuserkirch *nominatur. Vnde longè lateque, in omnem viciniam prospectus patet. In clypeo autem VVinnenstainiorum, vt audio, erant 3. secures, drey Beihel: & fortè ea familia est nunc sub Stettensibus nobilibus. Alicubi verò inueni, VVolfium illum, cùm esset familiæ suæ postremus, reliquisse legato Beilstainum & Kleine Botvvaram, domui VVirtembergicæ.*

Zuffenhusa.

Transactio inter ambos.

Beilstain.

VVinzelhusen.

Klein Botwar.

Vlrici C. sepultura.

Sepultus est Comes Vlricus, Stutgardiæ in canonico fano, hac inscriptione. ILLVSTRIS Princeps & Dominus, Dominus Vlricus, Comes VVirtembergensis, occubuit 23. Augusti, anno 1388. Fuit ei vxor Elisabeta: Imp. Ludouici Bauari, & Margaretæ Holandæ Comitissæ, filia: antea Scaligero Veronensi nupta. Vide sup. An. 1362.

VVolfius de VVolfsthal.

Interfuit huic pugnæ etiam Ioannes VVolfius de VVolffsthal (vnus ex Maioribus Hieronymi VVolfij, viri nostrâ memoriâ Græcè & Latinè doctissimi) vt ex Gamundiano Franciscani ordinis Mortilogio patet. Anno Domini tausent drey hundert/ vnd im acht vnd achtzigsten Jahr/ am Sontag nach S. Bartholomeus Tag/ ist Herr Johannes Wolff von Thal/ Ritter/ vor der Statt Weil in dem streit erschlagen worden. Vnd hat sein Mutter Fraw Anna von Sternenfels geheissen.

Aliud Epitaphium, in præcipuo Templo VVilæ.

Anno D. 1388. an S. Bartholomæi Abendt/ ist Anshelm Reinhart in dem streit vor Töffingen erschlagen worden. Deß Haußfraw war Adelhait Schultheissin.

Aliud Vlmæ.

Anshelmus Reinhart.

Anno Dom. 1388. Da ward erschlagen zu Weil/ vor S. Bartholomæi Tag/ der fromme vnd Veste Conrad Besserer: so der zeit gemeiner Statt Hauptmann gewesen ist: dem Gott gnedig seye.

Sequentem catalogum misit mihi venerabilis M. Michael Oesterlinus, vir Græcè & Latinè perdoctus: concionator pius & fidelis in pago prope VVilam Schafhusa. 23. Ianuar. 1589. Singulis annis, proximâ Dominica (inquit) ante Festum Bartholomæi, in Pontificiæ religionis op. VVila, nomina sequentia de suggestu à sacrifico ex Scheda recitantur, præmissâ hac admonitione.

Gedencket vmb Gottes willen aller deren: so im Streit vor Töffingen sind vmbkommen/ im Jahr/ als man zahlt 1388.

VVilensium cæsorum nomina.

Anshelm Reinhart. Hans Kirchherr. Hans Holtzing. Haintz Keller. Conrad Wercker. Hainrich Schürer. Conrad Schneider. Haintz German. Haintz Dumo. Conrad von Magstat. Aberlin Welling. Bentzlin Mesner. Fritz Hemling. Hans Billing. Vlrich Judentantz. Der Bihel. Der Speidel. Der Bertsch. Volmar. Bentz/ Crafft/ Hans/ Dunter/ die Zimmermänner. Hans von Costentz. Wernher Metzler/ vnnd sein Sohn Wernher/ vnd Tochtermann. Hainrich Mantz. Rufflin Dutzlin. Der Glund-Maier. Henslin Liecht. Cunrad deß Wencken Sohn. Herman Lager. Hänglin Enderlin. Eberlin Bader. Berchtold Hun. Der Kerner. Hans Finder. Job Finder. Aberlin Kiselin. Der Hagdorn. Cuntzlin Lautbrecht. Haintz Lutz. Der Eisinbeltz.

Der

Der Bisinger. Vlrich Messerschmidt. Bentzlin von Hainsen. Der Wandler. Hainz Kremer. Elsa Mesnerin Tochterman. Dietrich Lincken Sohn. Der Glockhauß. Henselin Schuepflin. Walther Duber. Der Kurtzhalß. Berchtold Hert. Cuntz von Vlm. Simon Goltschmidt Der Salwürck. Der Freiburger. Der Simler. Der Weber. Hainz der Haidin Tochterman. Claus Spengler.

Cuspides ex illo prælio.

Misit idem Oesterlinus mihi aliquot cuspides sagittarum: recenti tempore ibi, vbi pugnatum est, exaratas: & ideo rubiginosas: longitudine digiti indicis.

Arma intra arborem.

Fuit quoque longo tempore post prælium, arbor magna illic in locis desecta: & intra eam reperta, panoplia, vel armatura: in qua erant ossa alicuius: qui è pugna effugiens, intus se abdiderat: aut in arborem fortassis ascendens, eò deciderat: nec amplius eluctari potuerat.

Olim sic Megaris, ocreæ in dissecto oleastro sunt repertæ, vt scribit Theophrastus 5. φυτῶν 3. qui amplius 300. annis ante Christum vixit.

Dictum est suprà alicubi de nobili viro, ex Ehingena familia nato, Burcardo πλεγμαῖο, vel cum Trica.

Burcardus Ehingenus, etiam VVilensi pugna interfuit.

Hic etiam in illo prælio fuit, pro VVirtembergensibus pugnans: ac duos insignes virtutes de ciuitatibus. Vnius vocabatur Rappus, Herr von Wil: qui dicebatur impulisse ciuitates, vt eò proficiscerentur. Alter erat Nærdlingensis, nominatus Spießius. Hos in arcem suam Frundeccium duxit: ab eisque extorsit, quicquid sibi silarij, aut alio nomine, à Comite Eberhardo deberetur: cautioneque vitæ data, misit eos ad ipsum hunc Dominum cum apocha. Comes rursus ab eis quindecim millia florenorum expressit. Inter Augustanos capti fuêre, D. Henricus de Absperg, & Ioannes Langenmantel de Radavv: qui se sexcentis Aureis redemit à Palatino Ruperto.

Hæc, de pugna VVilensi: in qua plures nobiles, quàm ciues, vtrinque interisse feruntur. Nam etiam apud ciuitates, stipendia multi nobiles merebant: itaq; verisimile est, in huius modi simulibus bellis, multas nobiles familias in Sueuia deletas esse. Inde potuerunt etiam oppida quædam, & pagi, ad Ducatum VVirtembergensem deuolui. Nunc, ad alia eiusdem 1388. anni.

VValdeck.

In tabula quadam Templi Caluensis hoc Epitaphium est: Anno Domini 1388. auff Cæciliæ obijt ..... de VValdeck. Plura legere, nec ego, nec alij, poteramus. Insignia eius, zwen Rächen decussatim in flaua planitie.

VVeinsperg. Baro Conradus.

Conradus, Baro de VVinsperg electus est Archiepiscopus Moguntiæ: Princeps animi tranquilli & pacifici. Obijt 11. Septemb. 1395.

Hervensis Baro Burcardus.

Constantiæ Episcopatum assecutus est Baro Hervensis Burcardus: qui Romæ confirmationem sui, ab Vrbano Papa adeptus est. Sepultus 1398. in sacello D. virginis: quod ipse in ambitu cathedralis Ecclesiæ ædificauerat. Brusch.

Circker, Thermopyl. Epist.

Bebenhusæ anno millesimo trecentesimo octuagesimo octauo, Maij 28. Hainr. Circker, Episcopus Thermopylensis, dioceseos prouinciæ Athenarum: gerens in Pontificalibus vices Burcardi Episcopi Constantiensis: nouum cœmiterium in Bebenhusen, à parte Occidentis consecrauit: & vetus ibi cœmiterium, ad cautelam reconciliauit.

S. Catharinæ fanum parochiale, Halæ Sueuorum.

Hala Sueuica Templum S. Catharinæ. Gersebach. Comites.

Hoc trans Cocham Templum ante CCC. circiter annos (inquit 1553. VVidemannus) à Comitib. Gersebachensibus fundatum: primò παρθενῶν fuit, cœnobium Sanctimonialium. Deinde, à parochia Kochen vvesthaim, vt filia detractum, parochialis factum est Ecclesia. Cuius antiquitatis, aliquatenus ex Epitaphio patet, magnis latinis characteribus extrà in angulo inciso:

ANNO DOMINI M. CCC. LXXXVIII. OBIIT CATHARINA DE GERSEBEN, DOMINICA OCVLI. Et eodem anno, quintâ post omnium Sanctorum, Obijt IOS. PHILIP. Et eodem, Feriâ tertia post Elisabet, obijt Iohannes compater eius.

Halæ, Enslingorum familia.

Enslingerus. Orient. Imp. 6. Manuel. Paleologus.

ANNO DOMINI M. CCC. LXXXVIII. Feriâ quarta proxima post Festum Pentecostes, obijt VValterus de Enslingen. Constantinopoli Imperio fungebatur circa hæc tempora VI. IMP. CÆS. MANVEL PALÆOLOGVS P. F. AVG. in A. 34.

RAVEN-

RAVENSPVRGVM ET ARGENTINA, BELLO INFESTATA. PAX bello ciuili Alemanniæ imposita. Episc. Curiens. Hartmannus. Hirsaug. Abbas, VVickhardus 3. VVernherus Schenckius Stouffenbergen. Cæs. VVenceslai de Iudæis mandatum. Truchsæssij VValdpurgenses. Mercatores Augustani & Vlmenses. Argentinæ obsidio. Hastiludium XXI. Alemannorum, Schafhusæ. Stephanus Rinderbachius, Fridericus Herterus, & alij Sueui nobiles. Ocko, vel Occo, Frisius eques.

CAPVT III.

Rauenspurgi obsidio.

ANno 1389. durante adhuc bello vrbico: Rauenspurgum à Ducibus Bauariæ, & Dapifero seniore, obsessum nequicquam fuit. Annal. Rauensp. M. Scr. quorum auctor, Iodocus Geng.

Brumbda.

Comes Liningensis Emicho, oppidum Brumbdam, cuius dimidium erat ipsius, pecuniâ tradit seniori Ruperto Bauaro. Tum id direptum est, & vici Argentoratensium exusti. Argentoratenses autem Brumbdam postea, quam fortuitò incẽdio vastatam deseruerant hostes, prorsus combussêre: murum, & castella duo circùm, destruxerunt: ne ab hoste inde amplius vexari possent: deinde Liningensis Comitis pagos cremarunt. Posthæc circa dominicam Lætare, Rupertus senior, Comites Bitschius & Liningensis, Marchioq; Badensis, & alij: per triduum ab Husberga Molshaimum vsq; grassati sunt. Argentinenses aliquantò pòst, apud Stollhofam pecora bis mille Florenorum rapuerunt.

Argentinensium facta.

Francofurtenses.

Septimanis 4. post Pascha, Francofordiani vicos Procerum Cronenbergensium infestarunt. Et quanquam initiò, pugnâ commissa, vicerunt: tamen postea ipsorum 100. circiter, partim interfecti, partim capti, sunt.

Damna ciuilis belli.

Illata fuerunt & alijs in locis, hinc inde, damna. Atq; vt summatim res comprehendatur, vici ferè nulli in VVirtembergia in reliqua Sueuia, prædationis flammarumq; expertes manserunt. Eadem quoq; detrimenta, Alsatiæ, Franciæ Orientali, & Bauariæ, acciderunt. Sæpe antea tentata fuit pax: sed cohærere inter partes non potuit. Tandem tamen, fessis vtrobiq; & principibus & ciuitatibus: pax generalis est circa Pentecosten facta, per Cæs. VVenceslaum: eaq;, ex sententia Magnatum. Coactæ sunt ciuitates, præter Argentoratum, magnam soluere pecuniam, & quædam onera remittere. Constituti sunt nouem εἰρηνοφύλακες, custodes pacis: quatuor ex vrbibus, & quinq; ex Principibus: qui proximâ quaq; post Angariam Dominica res cognoscerent: in Sueuia, Alsatia, Franconia, & Bauaria. Chron. Argent.

Ei tandem finis pace impositus.

Inter Augustanos & Bauaros pax.

De Augusta & Bauaria, seorsim etiam reperi hæc. Transactio inter eas facta est de controuersijs: quas vel iure, vel armis, inter se ab anno 1360. vsque ad hunc 1389. annum, disceptauerant. Dabant Augustani Duci X. millia Aureorum: Dux vectigalia noua abrogabat: Augustanisq; liberam in Bauaria agendi potestatem concedebat.

Transactum etiam est inter Augustanos, & Episcopum eorum: qui huic propter ædes destructas, 7. millia Florenorum dederunt.

Textorum domus Augustæ.

Textoria domus Augustæ (pertinens inde ad Tribum Textorum) 700. Florenis, & 4. pannis gossipinis albis, empta de Vlrico Ilsungo: qui duas æternas Missas apud Sancti Mauricij condidit.

Pestilentiam sensit Augusta. Itaque cum Sanctorum reliquijs, circum vrbem est itum, supplicatioq; facta.

Curiensis Episc. Hartmannus VVerdenbergius.

Episcopatui Curiensi præpositus est Hartmannus, Comes VVerdenbergius, Dominus Sarunetij: antea ordinis Ioannitarum. Præfuit 26. A. Sub eo filius Barnabæ Mediolanensis Modestinus, an. 1404. multa dono dedit Curiensi Ecclesiæ: totam vallem Tellinam: commune Burnaij, commune Busclauij: castrum & oppidum ac totam vallem, Clauennam. Vide Brusch.

Tellina vallis.

Hirsaug. Abbas, VVighardus.

VVighardus, huius nominis 3. electus est XXXVI. Hirsaugiæ Abbas, hoc 1389. anno. Vir, rebus temporalibus agendis accommodatus: & ex seculi huius dignitate magnificus. Cæterùm, vt Monasterium reperit in vtroque statu (Ecclesiastico & politico) ægrotum: ita & reliquit. Munus gessit XI. A.

Tecc. Fridericus.

Fridericus senior, Dux Teccensis, obijt 1389. Sepultus in Monast. Mindelhaimensi S. Augustini. Iuxta eum humata est Anna Helffenstainensis, vxor eius, mortua 1413. Al. 1392. Ad 20. enim annos Mindelhaimi habitauerant. Sorores Friderici, Berchta & Agnes, Sanctimoniales erant Kirchæ sub Teck. Ibi, etiam sepultæ. Multos genuêre illi liberos: inter quos Ludouicus fuit: primò Monachus Mindelhaimi: deinde, Patriarcha Aquileiæ, habens sub se 19. Episcopatus. Cui muneri septem annos præfuit. Vide suprà 1360.

Anno

Anno 1390. Papa erat Bonifacius IX. sub quo tunc actus est tertius Iubilæus annus: plurimis hominibus Romam concurrentibus. Idem postea, vt Bauaros sibi Principes conciliaret: Monachii secularem omnium peccatorum & scelerum veniam dedit. Vide Auent. lib. 7. Iubilæus 3.

Dictum est præcedente anno, generalem constitutam esse in Sueuia, & vicinis regionibus, pacem: Nihilominus tamen Sachsenhaimius quidam, hoc 1390. anno adortus est hostiliter Reutlingenses. Sed vi fœderatorum ingruente, transactionem admisit. Sachsenhaim.

D. Lucius vel Ludouicus à Landavv, Vlmenses inuasit. Hi verò accersebant fœderatas ciuitates: quæ contra illum Blabyram ceperunt, Vlmensibus q. reliquerunt. Cœpit tunc bombardarum vsus in Germania increbescere. Nam Augustani Vlmam aduersus illum Ludouium, aliquot sclopetarios subsidio miserunt. Landauiensis Lucius. Bombardæ.

VVernher Schenkius de Stouffenberg, & Vrsula soror eius, Friderici quondam de Altorff filia: vendiderunt Priorissæ, & sacrarum virginum cœtui, Monasterii Prædicatorii ordinis Stettensis, curiam, cum bonis suis Niderhechingensibus, nominatam Pfavvenhof, &c. quæ de Volckardo & Euthalio (Itel) VValchis, Albertog. de Synchingen, quibus illa oppignerata fuerant, redempta erant, &c. Affuerunt huic contractui, signarunt q., duo generosi Hohenzolleren-ses comites: Fridericus scil. Canonicus Argentoratensis, & Fridericus der Schwartzgraff. Præterea, prædicti duo VValchi, at q. Synchingensis Albertus. Actum 1390. die Mercurii cineritio. Stauffenberg. Stettensis cœnobium. VValchi.

Viuebant hoc tempore: Conradus, Abbas Alberspachensis: & Conradus, Monachus fontis salutis in Sueuia, ordinis Cistert. qui scripsit in libros 4. Sententiarum, & alia, quæ Geuerus in Biblioth. recenset.

Constantiæ Iudæus quidam erat: qui ad consulem vrbis accessit: suppliciter ad genua accidit: & signi deleri orauit: quod Iudaismo abnegato, se baptizandum præbuisset Christo, cuius q. obsecrando instaret: petitionis suæ compos factus est. Iudei supplicatio ad Consulem Constantiensem.

Herrenalbæ, 1390. obiit Elisabet de Lamersheim, in vigilia matris beatæ virginis. Eodem anno, die B. Matthæi Apostoli & Euangel. Obiit Albertus, dictus Kubel, Rector Ecclesiæ in Frenstenstain. Lamersheim.

Ioannes Hussus religionem Romanæ Ecclesiæ oppugnare cœpit his temporibus.

Anno 1391. Ægræ nouam per Imperium pacem constitutam esse à Cæs. VVenceslao: cuius pacis tuendæ præfectum esse comitem Oeting. Fridericum, octo collegis adiunctis: apud Bruschium M. Scr. legitur. Pax per Imperiũ noua.

Idem Cæsar ciuitatibus Imperii mandauit: vt Iudæi omnes, fœnore remisso, nobilibus literas, & pignora ipsorum redderent: vt ære alieno excusso, sibi liberius inseruire possent. Item, vt ciuitatibus remitteretur dimidium eorum, quæ Iudæis deberent. Iudæorum incommoda.

Ioannes viuebat Truchsæssius à VValdpurg (Pantal. 2. part. vir. illust. Germ.) filius Eberhardi, Baronis VValdpurg. & Agnetis, Ducissæ Teccensis. Habuit quatuor vxores. I. Comitissam Habspurgensem. II. Comitissam Ziliensem: cuius amplissima dote adiutus, quinq. hæc oppida acquisiuit: VValdseham, Riedlingam, Sulgoiam, Mengam, & Munderkingam. III. Comitissam Montfortensem. IV. Baronissam Abensbergenn: ex qua multos liberos vtriusque sexus (cum ex prioribus vxoribus nullos mares suscepisset: ac generis totius propagatio, ab ipso vno dependeret) sustulit. Obiit 1403. anno, Iun. 11. Sed plura de hoc Heroe subiectam: quæ à nobili viro, Godefrido de Rammingen, humaniter mihi indicata sunt. Ioannes Truchsæssius (inquit) eques auratus, Dominus VValdpurgi & Truchpurgi (quæ Truchpurgica arx, peruetusta huius familiæ sedes est) parentibus natus est, Eberhardo Truchsæssio, & Agnete Teccensi, quæ matrem Helffenstainiam habuit. Anno autem 1353. erant Cæsaris Caroli Præfecti prouinciales, seu Prætores (Landtvogt) in superiore Sueuia, comes Vlricus de Helffenstain, & Baro Eberhardus VValdpurgius. Postea verò 1366. anno, rursus idem Vlricus Helffenstainius, & præsens Ioannes Dapifer. Nomina vxorum eius, hæc sunt. I. Elisabeta Habspurgia: quando viuebat Ioannis, comes Habspurgensis: Dominus Lauffenberga, Landgrauius Kleggouiæ, 1392. & 1403. II. Catharina: Ioan. Comitis Zilienſis, & Montefortiæ comitissæ, filia: sepulta VValdsehæ. III. Magdalena Montfortensis. IV. Vrsula, D. Vlrici Abenspergensis, & Catharinæ Liechtenstainensis ex Austria, filia: cuius sponsalia facta sunt 1395. Sepultus est D. Ioannes, de quo agimus, Isnæ, cum vxore: ibi ambo, in vna tabula altaris picti. Truchsæssius Ioan. à VValdpurg. Riedlinga. Munderkinga. Plura de illo Ioanne. Truchpurg. Sueuiæ Præfecti. Vxores illius Ioannis.

LIBERI EIVS.

1. D. Iacobus, Hierosolymit. eques. Obiit 1460. Dominicâ ante corporis Christi, humatus Ioannis Dapiferi progenies.

Isnæ. Prætor tunc erat Sueuiæ. Vxores eius: prima, Magdalena, comes Hohenbergia: altera, Vrsula, Marggrauia Hochbergensis & Rœtelensis. Filium reliquit Ioannem, & alios liberos. Vide infra lib. 8. cap. 7.

2. Vlricus,
3. Ioannes, } *in pueritia mortui.*

4. Eberhardus, comes Sonnenbergius, &c. Obiit die S. Mauricii, 1479. Vxorem habuit, primò Kynigundem, comitis VVilhelmi Montefortensis & Brigantini filiam: deinde Vrsulam, comitem Schomburgensem Austriacam. Filius eius, Otho Episcopus Constantiensis. vide infra lib. 8. cap. 15.

5. Anna, ex Habspurgensi coniuge. Obiit 1429. nupta primo, comiti Montefortensi: deinde D. Stephano Gundelfingensi, qui obiit 1428.

6. Verena, ex Abenspergensi. Viri eius, primus, Ioan. D. Zimmerensis: alter, quidam Rechbergensis.

7. VValtpurgis, ex eadem. Maritus eius, D. Ioannes Klingenbergius.

8. Filia N. ex eadem. Vir eius, quidam Belga Bickenbachius.

9. Monacha N. Sæflingensis: quæ peruenit ad LXXX. annum ætatis. Cumq; anno 1484. cœnobium esset corrigendum, & concludendum: noluit amplius illa manere.

10. D. Georgius. Obiit 1467. Sepultus VVurtzachii. Vxor eius, Eua: D. Conradi de Bickenbach & Hainricæ de Runckel, filia. Inde natus, D. Georgius, cognomento Longus.

Heudorffenses quidam.

Viuebant hoc 1391. anno hi fratres, Benzo, Pilgrinus, & Cunradus, cum sorore sua Agatha (Cuius vir, Aubrecht säliger von Rain*) omnes de Hædorff: quibus hæc sua soror quiddam tradidit. Mentio fit* deß Landgerichts zu Aygelingen. *Signarunt cum ipsis literas,* ihr lieber Ohaim Cunradt von Ryschach/ vnd Pilgrin von Hödorff/ *Pilgrini piæ mem. filius. Literæ, datæ in Boll. 1391. die Lunæ ante S. Georgii.*

Stutgard. Magistratus.

Stutgardiæ de torculari quodam transactum est inter Abbatem Lorchensem Volkartum, & quosdam ab eo accusatos: literis obsignatis à Sculteto, & duodecim Iudicibus, Stutgardianis.

Schola Eßling.

Rector Scholarum Eßlingæ, erat M. VValther Grunbach.

Augustæ, lanionia domus in Perlaco ædificata est.

Mercatores August. & Vlmenses.

*Anno 1392. Augustanorum & Vlmensium mercatorum merces & pannos (quarum rerum æstimatio erat 30. millium fl.) Francofordiæ in Quadragesimæ nundinis comparatos, Rex VVenceslaus per legatum, Bischoffshaimi obstringebat (*arestirte*) causam afferens, superius de Iudæis mandatum ab Augustanis neglectum esse. Verum Archimysta Moguntinus, Conradus Baro Vvinspergensis: nolens in sua ditione violari Imperiales ciuitates: Dinckelspüelam vsque merces omnes tuto deducendas curauit. vnde sine periculo, inuito etiam Cæsare, domum deuectæ sunt.*

Argentina obsidio.

*Post Adolphi diem obsessa est Argentina, à Principibus, & comitibus multis: Duce Geldrensi, March. Badensi Bernhardo, comite Bitschensi Sigismundo Vveckero, Eberhardo VVirtembergensi, Philippo Nassouio, comitibus Fyrstenbergiis, Liningensibus, & aliis. Factum id dicitur machinatione dolosa Episcopi Argentoratensis, Friderici Baronis à Blanckenhaim, hominis auarissimi: inusitatis exactionibus (teste Brusch.) ditiones suas grauantis. Simulauit diu, se nescire, vbi periculum imminere. Consilium eius fuit, vt sic χρεῶν ἀποκοπὴ fieret, tabula nouæ: vt nihil pro censibus, & pecunia debita, à proceribus redderetur. Nam proscripti vrebantur Argentinenses à Cæsare (licet 5000. fl. se à proscriptione liberassent) quod non curassent: vt ciuis suus, Bruno Rapoltsteinius Dominus, dimitteret Anglicum equitem, quem ceperat, Ioannem Harlsteinium. Crebri itaque insultus: calamitosa regionis deuastatio. Tandem sequenti 1393. anno, tempore purificationis Mariæ, transactio facta est: pecuniæq; intercessu, proscriptio à Cæsare sublata: atq; vbique, ἀμνηστία facta. Chron. Argent. & Paralip. Vrspergensi Chronico additis. Vbi de Friderico Argentinensi Episcopo additur: Hic Fridericus, Basiliensis Ecclesiæ administrationem gessit: exercitum in Sueuiam mouit: Hechingam oppidum sub arce Hohenzorn situm expugnauit. Pro quo, commutationis via, à comitibus VVirtembergensibus, oppidum S. Hippolyti (*Sant Pilt*) in Alsatia suæ diocesis, consecutus est.*

Hechinga.

S. Pilt.

Hastiludium 21. Schafhusæ.

Eodem 1392. anno ponuntur vicesimiprimi equestres Germaniæ ludi: à Sueuica nobilitate in oppido Rheni Schafhusa, proxima post diem omnium Sanctorum Dominica & hebdomade celebrati.

Reges

Reges quatuor equites.

Otho de Bentzenavv. Reinhardus de Ratzumhaus. VVilhelmus de Seinsheim. Conradus de VVelvvart.

Aderant Sueuigenæ.

Rudolphus, Marchio Badensis. Eberhardus, comes VVirtembergensis.

Præterea Comites.

Eberhardus Sunnenbergius. Ludouicus Montefortius. Philippus Kirchbergensis. Albertus VVerdenbergensis. VVilhelmus Tubingensis. Ludouicus Oetingensis. Ioannes Hailigenbergensis. VVernher Sultzensis. Ioan. Fridericus Zollerensis. Ernestus Fyrstenbergius. Ioan. Lupfensis. Georg. Leiningensis. VVilhelmus Hohenlohensis. Lupfen.

Barones. VVilhelmus Lympurgicus. Albertus Zimbrensis. Christoph. Brandisius. Ioannes de Stœffel. Fridericus Stauffensis. Georgius Hohenhevvensis. Leonhardus Hohensaxensis. Hevven.

Equites. VVilhelmus Truchsæßius VValdpurgensis. Erckinger Rechbergensis. Friderichus Truchsæßius Hæsingensis. Reichansius de Bodman. Dieterichus de Freiburg. Henricus Marescalcus Bappenhaimius. Ambrosius Hohenklingensis. Richardus Kynigseccius. Lud. de Landavv. Ernestus de Fridingen. Landavv.

Nobiles. Vlricus Schilling. Simon de Remchingen. VVilhelmus de Zülnhart. Anshelmus de Kalthenthal. VVilhelmus Spat. Ernestus & Schimpfo de Gyltlingen. Ernestus Truchsæßius de Ringingen. Ambrosius de Schellenberg. Albertus de Landenberg. VVolfius de Stouffenberg. Sigismundus de Hohenfridingen. Sighardus de Hohenfreiberg. Ræschhans & Conradus de Ehingen. Frischhans vom haus. Ludouicus de Mœrsperg. Christoph. de Venningen. VVilhelmus & Rudolfus de Neuneck. Hanso & Christoph. de Hyrnhaim. VVolfius Truchsæßius de Ovv. Ernbrechtus & Dietherus de Netdperg. Ioan. Truchsæßius de Ringingen. Contzo Marescalcus de Oberndorff. Fridericus de VVembding. Georgius Feßler. Becco de Iungingen. Et alii plures. Ringingen. Ovve.

Ex Sueuis ad arma lustranda delecti.

Caspar de Blumeneck, Heinricus de Hounburg, Richardus de Kyngseck, Frid. Truchsæß. de Hæsingen,

Equestri honore decorati.

Georgius Snæbelin de Landeck. Heinricus de Ellerbach.

Delectæ ad idem munus Sueuæ.

D. Georgii de Andelavv vxor, nata de Reinach.

Heinrici de Fridingen vidua, genere Bodmania.

Virgo Clara, nata de Haus.

Choream duxit Comes VVirtemberg. Eberhardus, cum Burggrauii Noriberg. Fridericiconiuge.

Honos est habitus ab vxore D. Arnoldi von der Kere, *D. Erckingero de Rechberg.*

Eodem anno, tertia Feria ante Pentecosten, in iudicio Rotvvilensi, præside generoso Sultzensi comite Rudolfo (loco patris sui, comitis Rudolfi) nomine Regis Rom. VVenceslai: adiudicatum est castellum Lineck, cum villa Gebræcha, attinentiisq́, Stephano de Rinderbach, dicto de Lineck: & Conrado de VValthusen abiudicatum. Lineck castellũ. Rinderbach.

Conradus der Vol von Wildnou / *cum inimicitias cum Friderico Hertero exercuisset, & ab eo captus fuisset: ad certum vsque diem, ad quem se iterum sisteret, ac satisfaceret, custodia emissus est, &c. Literis obligatoriis sigilla sua appenderunt etiam hi nobiles vades: Renhardus Spat, eques. Cunradus Herder. Vlricus Spat. Fridericus de VVillingen. Otho Bæcklin. Volmar Bæcklin. Ioan. Bæckin dictus Fulhin. Conradus de Berstingen. Renhardus Bæcklin.* Henrich der lang Schilling. *Conradus Lescher. VValther Fraischlich.* Mercklin der Riche. Herr Claus der Last / Chorherr zu Constantz. *Actum 1392. pridie S. Thomæ.* Volius Conradus VVildnou. Herter Fridericus. VVillingen. Berstingen. Lescher.

Cum Cæsar VVenceslaus mandauisset ordinibus Imperii, Iudæos eijciendos: & ab eis nobilitati integram vsuram, ciuibus dimidiatam, remittendam: quidam Bielrietensis Archimagirus (sup. lib. 2. cap. 13.) omneis Hala Sueuica expulsos Iudæos, & eorum bona (inquit VVidemamus ex relatu senum nobilium) ad se in arcem suam Bilrietam recepit: ac, mensibus aliquot exactis, ipsos rursus expulit: retentis eorum bonis omnibus: tanquam sibi hoc à Bielrietensis nobilis fraus in Iudæos.

Cæsare imperatum esset. Ita miseri coacti sunt nudi abire. ὐκ ἀρετᾷ κακὰ ἔργα. *Extincta est istorum nobilium familia.*

Ochsenhausen. *Nicolaus Fabri de Biberaco Præpositus Ochsenhusani Monast. vltimus, confirmatus est Abbas eiusdem primus, à Papa.*

Eodem 1392. anno, Occo Frisius, vir in equestri ordine illustris, odio & maleuolentia Frisiorum interfectus est: eo quod inter Germanos militans, militare cingulum accepisset, factus eques auratus. Arbitrati scil. erant, illum à patria libertate degenerasse: cui peregrinam inducere tentasset nobilitatem. Cuius vxor, vt mariti sui mortem vlcisceretur: comitum Aldenburgensis & Delmenhortensis auxiliis instructa: in Frisiam irruptionem fecit: expugnatoq; Templo, quod pro more gentis, Frisiis munitionis loco erat: ducentos viros (quot ibi comprehenderat) gladio feriri iussit. Krantz. 10. Sax. 14. Ex hac stirpe, inclytus hodie vir ortum deducit, D. Adolphus Occo, noster fautor colendus, Augustæ Vindel. habitans. Nestoreis hic gaudeat annis. Albæ Dominorum. A. Domini 1392. 5. idus Decemb. Obiit Gerhardus armiger de Strubenhart.

Occonis Frisii magnanima vxor.

Erdford. Academia. *Schola vniuersalis Erdfordiæ in Turingia, 1392. fundata. Func. Sed Bruschius in Campidon. Monast. ait: VVirceburgo 1398. propter plebis aduersus Episcopum seditionem, Erdfordiam esse translatam.*

EBERHARDI GREINERI, COM. VVIRTEMBERGEN. LITERÆ, obitus, & posteritas. Nobiles Herteri, Frider. & Ioannes. Augustæ inquisitor Hussiticæ sectæ Henricus. Vinarium Halæ strategema Presbyteri Conradi Grieckenbachii. Op. Tuttlinga. Nobiles Lustenouii, VVartembergii, & VValchi.

CAPVT IV.

Eberhardi Greineri Literæ. *ANno 1393. die S. Benedicti, Abbatis & confessoris, Indict. 1. sequens Scriptum datum est. In nomine Domini. Amen. Nos Eberhardus, Comes de VVirtemberg, notum facimus tenore præsentium, vniuersis & singulis Christi fidelibus, &c. Idcirco obtenta licentia & authoritate reuerẽdi patris, Domini Ioannis Præpositi Monasterii in Roggenburg, præmonstrat. ordinis, Augustensis diocesis: superioris immediatè, Præpositi & conuentus Monasterii in Adelberg, eiusdem ordinis, Constantiensis diocesis, in comitatu nostro positi, &c. Domino Heinrico Grieß, ipsius Monasterii in Adelberg Præposito venerabili, &c. in concambium tradidimus & assignauimus: ac pro nobis & hæredibus nostris perpetuis, authoritate præsentium tradimus & assignamus, iure proprio irreuocabiliter in perpetuum, ius patronatus parochialis Ecclesiæ in Huntingen, Constantiensis diocesis prædictæ: ad nos & progenitores nostros ex antiquo pertinens, &c. ipsosq;, propositum & conuentum, à persolutione sturæ in villa VVinterbach, per ipsos hactenus solui consuetæ, &c. absoluimus, &c. Et hoc, pro iure patronatus Ecclesiæ parochialis in Kirchusen VVormaciensis diocesis, &c. quæ dictus D. Hainricus Præpositus, &c. assignauit nostro nomine strenuis viris: Rabano de Helmstat, militi, Rabano de Thalhaim, & Cõrado Munch, dicto de Rosenberg, armigeris, &c. Sigillatio facta, præsentibus nobilibus viris:*

Veringen. *VVolframo, comite de Veringen.*
Rudolpho, comite de Hohenberg.
Et strenuis, Svviggero de Gundelfingen.

VVelvvart. *Georgio de VVelvvart, militibus.*
Dies S. Benedicti, 7. die Maij.

Eberhardi Greineri mors. *Eiusdem anni die 15. Maij diem suum obijt illustris hic comes Eberhardus, cognomine Greinerus: & Stutgardiæ in cathedrali Ecclesia, terræ mandatus est. Gabelc. verò, præcedente 1392. obiisse ait. Vxorem habuit Elisabetham, Henrici comitis de Hennenberg, ex Iutta Brandeburgensi Marchionissa, filiam: ex qua genuit liberos, Vlricum & Sophiam. Est illa quoque Stutgardiæ sepulta. Sunt ibi in Choro & aliæ illustrium Dominarum humatæ: sed inscriptiones monumentorum, abolitæ, aut lectu non faciles. Successit Eberhardo suus ex Vlrico nepos, Eberhardus Mitis: qui ditionem suam (bellis quidem à patribus dilatatam, sed variè tamen ab hostibus afflictam) mansuetudine & humanitate duxit retinendam.*

Liberi eius.

Eberhardus Mitis ipsius successor.

Eber-

Eberhardus Grimerus Præfect Iuuiæ 1360. Vxor Elisabeta Hennenbergia:

- Vlricus, occisus ad VVilam, vel Tæssingam. 1388. Vxor Elisabeta Brandeburgensis.
- Sophia, nupta Ioanni, Duci Lotharingiæ, 1367.
  - Henricus, Vlricus, } in iuuentute mortui.
  - Eberhardus Mitis. Obiit 1417. Vxores, I. filia Friderici Teccensis. II. Antonia, Mediol. Barnabæ F. III. Elisabeta Burggrauii Noribergensis Friderici, & Margaritæ filiæ Caroli IV. filia. D. tamen Gabelc. vxorem Teccensem ei adimit. Elisabeta, Eberhardo superstes fuit.
    - Vlricus, Ludouicus, } Ex Antonia natus. Vterq;, immaturè mortuus. Obiit ipsa 1405.
    - Eberhardus. Obiit 1419. Vx. Hainrica, Com. Mompelgardensis Henrici vltimi filia. Obiit 1442. Sic Mompelgardia cessit VVirtẽbergensibus, infra cap. 5.
    - Elisabeta, Burggrauiæ filia. Viri eius: I. Ioannes, Comes VVerdenbergensis, Dominus Hailigenbergæ: vnde natus Ioannes, Episcopus Augustanus. II. Albertus, Dux Bauariæ. Vide infrà A. 1492.

Eodem 1393. anno, Schwiggerus de Liechtenstain, eques: vendidit Friderico Hertero census, quos habebat Offterdingæ. Signarunt cũ ipso literas, die erbare Veste/Fritz der Remp/ vnd Cunradt der Lescher. Liechtenstain. Remp. Lescher.

Hainricus quidam Presbyter Augustam venit: inquirens in Hæreticos, qui negabant purgatorium: & indulgentias dicebant ob nummos corradendos vendi: aquam item benedictam, & herbarum cæmeteriorumq; consecrationem, nihili faciebant. Qui resipiscebãt: eis flaua crux in pectore & tergo pingebatur, totum annum gestanda: & octo dies quotidie, à Basilica D. virginis, ad S. Vlrici, bini ardentibus cum facibus ibant. Eorum quidam, 70. Florenis singuli, à se hanc pœnitentiam apud Episcopum remouebant. Ex hoc Hussitico genere, Senatus complures viros & fœminas combussit. Addam his ex Gassaro & Henningo, plusculum. Multa sunt hic (inquit) ob VValdensium (qui al. Pauperes de Lugduno vocabantur) dogma, inter ciues dira peracta. Sacerdos enim quidam Henricus, Decani Vlrici ab Ebinga, euocatione, Bamberga huc veniens: primò contra vsurarios, postea contra Hæreticos, concionari cœpit: ea vehementia, vt Episcopus illi vitæ necisq; arbitrium in eos dederit. Quapropter ille nonnullos ciues (quorum nomina in Actis vrbanis extant) comburendos apud Senatum iudicialiter obtinuit (ex illo scil. Christi: Nescitis, cuius vos spiritus sitis) & à sententia sua desistentes, flaua cruce, ante & post assuta, dignosci à non lapsis voluit. Idem inquisitor ferè seditionem excitasset asperitate sua: cum eum Ioannes Luzius ciuis, nudo gladio per mediam vrbem vsq; in sacellum S. Leonhardi persequeretur. Itaq; Senatus, Coss. Ioanne Langenmantello patricio, & Ioanne Mangmeistero Mercatore, Fridericum Straussium, Hainzium Tieffenbeccum, Ioannem Luzium, Stamlinum, & ipsius generum, aliosq; multos (numero amplius 240.) ob VVicleuitsmum captiuos fecit. Cumq; recantare nollent: die S. Margaretæ combusti sunt. His restitit disputando Petrus quidam Engerlinus, Magister noster in Theologia, ordinis Dominicani, Augustæ viuens: sed non potuit illos VVicleuitas, siue Hussitas, quamuis Textores & idiotæ plerique essent, ex verbo Dei satis refutare, quantumuis omnibus conaretur viribus. VValdenses vetustiores, & VVicleuus Anglus recentior, eiusq; Discipulus Hussus, Papæ dogmatis aduersabantur: & eodem numero habebantur. Docebant, papam reliquis Episcopis parem esse: animas morientium, in cœlum aut orcum mox venire: nullum esse purgatorium: vanum esse pro mortuis orare: confirmationem, & extremam vnctionem, non esse Sacramenta: auricularem confessionem nihili esse, &c. Tragica hæc Augustana erant: quibus nunc subiungatur aliquid Halense comicum. Hæreticorum inquisitio & combustio. VVicleuitsmus. Hussitica doctrina.

Vixit Halæ Sueuicæ quidam Sacerdos, nomine Conradus Grieckenbachius: qui mortuus est (vt ex G. VVidemanno habeo) hoc 1393. anno. Alibi tamen inueni, 1424. mortuum esse. Sepultus est in Cæmeterio S. Ioannis, ante Ossuariam sub saxo: cui infusum est Orichalcinum Epitaphium: in quo notatur ipse (sic enim in Testamento suo iusserat) Baccalaureus Parisiensis. (Sic Dux quidam Bauariæ, Albertus, cucullam Baccalaureatus, quem Parisina in vrbe nactus erat, cum eiusdem gradus alia veste, multos annos gestauit: vt in Ioan. Manlii collectaneis de Phil. Melanchth. legitur. Ελεγχος. Non enim illis temporibus erat Magistrorum & Doctorum copia, nec vilitas, vt nostro seculo.) Ordinauerat etiam Conradus, vt tres crucigeri nummi darentur quotannis alicui, illud Epitaphium extergenti. Si lapis ille adhuc reperiretur: pateret (opinor) inde annus, quando ille Conradus obiisset. Conradus Grieckenbachius.

Cæterum erat is, quanquam vitæ honestæ, tamen iocosus & iucundus. Itaq; frequentare domum eius viri honesti, multi etiam nobiles, solebant: ibiq; conuiuiis & sermonibus sese oblectare. Sita erat domus ea trans amnem Cocham, in VVeilerina platea, iuxta fanum S. Ioannis. In quo, antequam è vita Conradus discederet, sibi quotannis anniuersaria sacra, quinquies ab omni sacerdotio facienda, curauerat. Illo autem tempore, portæ, quæ inter vrbem & suburbium erant, solebant circa vespertinum pulsati campana Aue Maria, signum claudi. Quodam itaque die, cum D. Conradus conuiuas secum in multam noctem haberet: vinum eos defecit: nec poterant, portis (vt dictum est) clausis, rursus ex vrbe vinum afferre: neque etiam in suburbio vendebatur. Res equidem tristis: sed cui tamen ingeniosus Conradus, artificiosè succurrit. Accendit celeriter fascem straminis, perticæ impositum: ac per coquinæ caminum in tenebras porrexit. Qua flamma conspecta: vigil Sammichœlicæ turris, vociferari ex alto in subiectam vrbem de incendio: Classicum etiam campanæ sonitu canere. Extemplò concursus hominum factus, trepidatio magna. Vbi est incendium? Trans Cocham. Qua in parte? Circa Grieckenbachianam domum. Cursitatum vndique ad suburbium: portæ, continuo patefactæ. Interim, dum ita strepitur, dum portæ patent: quidam à Grieckenbachio, homo vigilantis curæ, ὀξιωπὴς καὶ ποδώκης, armatus vna atque altera lagœna non parua, in vrbem inuolat: lagœnas vini plenas afferi. Sed quamprimum portæ fuerant reseratæ: ciuesq; accursuri erant: eruditus ille noster, perticam iam è camino detraxerat, stramen restinxerat, silentio se suosq; comprimebat. Dixisses, cochleas (τὰς φερεοίκους) se intra testas suas contraxisse. σκέλπε. Vbi incendium? Nullum est. Redite domos vestras, feliciter, ciues. Apud nos omnia recte sunt. Hoc strategemate madidis sodalibus vinum partum fuit. Res post tres menses innouit per ciuitatē: sed risu transmissa est: nec aliquid contra Parisiensem Baccalaureū actum. Quiescat in pace.

Comica & faceta narratio de illo.

Tuttlinga Op.

Anno 1394. Ioannes de Lustnovv tenebat Tuttlingam, oppidum ad Danubium: cui arx Honberg in monte imminet, condita 1460. Fuerat autem Tuttlinga 1327. Dominorum VVartenbergensium. Hodie est VVirtembergensium. Insignia eius, sicut VVirtembergica, sunt tria nigra cornua ceruina, in planitie flaua. In Tuttlingensi præfectura, supra Thalam est veteris indicium arcis, Lupfen dictæ: anno 1415. destructæ. Arx Karppfen, antiquitus pertinuit ad Tuttlingensem præfecturam. Eam comes VVirtemberg. Eberhardus, beneficio siue feudo Ioanni Karppfio concessit: in quod is & dignitatem nobilitatis accepit. VVartemberga, arx montana, olim proprios habuit nobiles (sic Barones olim nominabantur) hodie vero comitibus Fyrstembergicis paret. VVartembergensium insignia: Leo ruber erectus, cum lingua rubra exerta, in albo campo. In galea, dimidiatus Leo erectus, cum lingua itidem eiecta. Tegmen galeæ, rubeum & album. Lustenouiorum nobilium Insignia, clypeus cæruleus: in quo, album cerui caput, albis cum cornibus. Supra galeam, alba cornua ceruina. Galeæ tegumentum, cæruleum & album.

Lupfen arx. Karppfen.

VVartembergenses.

Lustnouii.

Herter Ioannes.

Viuebat hoc anno (testibus literis) strenuus vir, Ioannes Herter de Dusselingen, miles: ad eumq; pertinebat collatio, seu ius præsentandi, præbendarum, pertinentium ad præmissariam altaris B. Catharinæ virg. siti in Ecclesia Egnolfshein, &c.

Stettensis Priorissa.

Ich Aberli der Schmid / Weiland Vogt zu Hechingen / verjech offentlich / ꝛc. Daß ich von der Ehrwürdigen geistlichen Frawen Adelhaiten der Priorin / vñ von dem Conuent / des Closters zu Stetten Prediger Ordens / zu einem rechten Lehen empfangen hab / anderthalb mansmat Wiesen / gelegen in Gailkofen / ꝛc. mit gutem gunst vnd willen Guttin der Wälchin / Closterfrawen zu Stetten in dem Closter: Vnd Itel Walchs / jhres Bruders / ꝛc. *Datum Hechingæ, proxima feria 6. post Hilarii.*

VValcii.

Senfft.

Conradus Senfft, vel Sulmaister, Halæ florebat: vxorem habens Elisabetam de Steten, cognomento Veldnerinam.

NOBILES AB EBERHARDO PACIFICO, VVIRTEMBERG. COMITE, castigati. Nicopolitana Christianorum à Turcis clades. Mompelgardensis familia, coniuncta cum VVirtembergensi. Nobiles Vrbachenses & Herteri. Ratisbonæ XXII. Hasti ludium. Ciuitates Augustana & Lindouiensis. Comitatus Helffenstain. & Albeccensis, ad Vlmenses.

CAPVT V.

ANNO 1395. Eberhardus Comes VVirtembergensis (ille Mitis, der Gütig) quia paci studebat, ideoq; semper aliquid de suo iure remittebat: à pleraq; nobilitate sua, non tanti puta-

pulsus est, quanti erat. Hi itaq; quatuor Duces (quos, Reges vocabant) elegerunt atq; ex arcibus, quas multas & firmas in hac regione habebant, admodum insolenter contra Dominum suum se gerebant. Rumor erat, eos etiam à ciuitatibus faueri. Comes naturâ nequaquam ignauus, sicuti putabatur, periculi magnitudine commotus, rationem dispiciebat, qua sibi consuleret: illis aut mittendis, aut dissociandis, aut vincendis. Cùm igitur aduersarij, quodam die in oppido Haimshain conuenissent, cœpta consilia perfecturi: comes contracto vndique ex oppidis ac villis suis exercitu, noctu venit: & prima luce oppidum obsidione cingit. Quid præterea? ἦρωες, ἀνέπτη δὲ Ἐπιφόβιος αὖθις χαλίζων. Ignem infert oppido: nec quenquam inde euadere sinit. Flagrante itaq; igne, & omni exitu obstructo: nobiles, qui paucitate suorum resistere maioribus copijs Eberhardi non possent: coacti sunt se in potestatem & arbitrium victoris permittere. Qui in eos vsus est æquitate, qua decuit: an ἀφοριτατεm inde nomine prudentiæ & fortitudinis egregiam nactus. De quo bello, in quodam M. Scr. sic reperiebam scriptum. Vnser Keyser Ruprecht (at Rupertus à 1400. vsq; ad 1410, imperauit) was Krieg zwischen Graff Eberharten von Würtemberg/dem feisten Herren/vnd den Edelleuten in Schwaben: die ein Gesellschafft gemacht hatten/ vnd einen Schlegel antrugend: Vntz das Haimschen das Stättlein gewonnen ward: Da wurden sie gericht. Id est, vt intelligo, transactum inter partes fuit. Postea, bonis etiam legibus, & optimâ disciplina, Rempub. Eberhardus temperauit: vsus in Senatu, prudentissimis viris sui temporis. In Aula sua habuit duos Episcopos, Augustanum ac Constantiensem (de quibus tamen non constare Gabelc. ait) Abbatemq; Elwangensem. Habuit Duces Teccenses & Vrslingenses, Marchionem Badensem (Hochbergensem Gabelc. mauult) octo comites, quinq; Barones & plus LXX. nobiles. Inde, ad quas suis controuersias componendas (nam, pacificus maximè) in toto fere Imperio adhibitus: vt, Ducum Bauariæ inter se: vt, Burggrauij Noribergensium, & Rotenburgensium ad Tubarum. Nobilium insolentia, ab Eberhardo Miti castigata. Haimshaimi. Consiliarij Eberhardi.

Eodem anno, ingentem cladem Christiani à Turcis acceperunt. Repetenda autem res altius est, Occuparant iam ante 1300. Christi annum Turcæ Natoliam (τὴν ἀνατολὴν) id est, minorem Asiam: orti à Scythis, qui Tartari nominantur: solitudines vltra Caspium mare, circa fluuium Volgam incolentibus. Ceperat deinde Turcarum Sultanus primus Ottomanus Siuam, vel Sebastiam: filius eius Orcanes, Bursiam, siue Prusam: Amurates, Callipolin, Philippopolin, Adrianopolin. Idem Lazarum Seruiæ Despotam, & Marcum Bulgariæ Dominum, Albaniaq; (Epeiri) principes superarat. Successerat ei filius Baiazetes: qui Marcum cum Bulgarorum nobilitate interfecerat: Bulgariamq; ferè totam occuparat: nec minus Græciam, præter Athenas, & Moream, id est, Peloponnesum. Vexauerat etiam Bosnæ Regnum, Croatiam, vlteriores q; partes Illyrici. Constantinopolin autem 1389. obsidere ceperat. Quæ obsidio durauit postea in VIII. annũ. Ergo Græcus Imperator Manuel, obsidionem Turcis vrgentibus, in Italiã, Galliãq; auxilij comparandi causa nauigauit: sicut Turcogræciæ nostræ lib. 1. docetur. Sigismundus igitur, Vngariæ Rex (cui etiam ipsi Turcæ nimis vicini fieri conabantur) adiutus copijs Gallorum & Germanorum, contra Barbaros proficiscitur: & ad Bulgariæ nobilem vrbem Nicopolin, quam obsidebat (à Germanis Schiltau nominatam) cruento prælio vincitur. Causa eius calamitatis fuit: quòd de priore loco in hostem pugnandi, contenderunt Vngari, vt rerum Turcicarum peritiores: contendebant Sueui, vt ab antiquo habentes primas præliandi parteis (den Vorstreit) contendebant Franci, siue Galli, pro innata sibi animi elatione: vt qui dicebant, hastis suis non modò hominem non esse metuendum: sed cœlum etiam ruens suffulciri posse. Proinde apud Nicopolin, Philippi Audacis Burgundionis filius Ioannes Niueruensis, prius in hostes ruit: quam è castris signa proferret Sigismundus. Pugnarunt tamen Franci egregiè, ac vincebant. Sed cùm, equis dimissis, pedites pugnarent: in castra equi, vt strati frenatiq; erant, recurrentes, sessoribus vacui, errorem amicis iniecerunt, tanquam Gallis profligatis. δεινὸν, ἢ ἄγνοια, καὶ ἐν. Vngari itaque, cæteris q; fugæ se mandarunt: in qua multi periêre. Inter quos imprimis, illustris Mompeligardi Comes HENRICVS, comitis Stephani filius, VVirtembergensis Ducis Christophori atauus: vir in re militari præstantissimus: Patre adhuc superstite, interijt. Ex Argentoratensibus autem perierunt tres Zornij, & quatuor Mylheimij. Duo ex Mylheimia familia redierunt: vnus, qui in via ægrotauerat: alter, nomine Ioannes, ex prælio euaserat. Perierunt item, Ioannes Engelbrechtus, & Fridericus Halgensteinius, equites aurati. Præterea, VValther de Endingen, ein Edelknecht: & Hugelij Syessij filius, cum seruis suis. Non enim redierunt: licet magnis impensis à cognatis inuestigati fuerint. Capti sunt multi Proceres Sueuiæ, Bauariæ, Austriæ: captus Ioannes Mompelgard. Comitis Henrici interitus. Et Argentinensium nobilium. Capti à Turcis.

Aurei velleris ordo.
Colchis.
Miregrelia.

Ioannes Burgundio, cum suorum multis. Qui postea CC. millibus Aureorum cum quibusdam dimissus, aurei velleris ordinem instituit. Nam fuerat in Colchide (hodie Mengrelia, vel Miregrelia) asseruatus: in quam olim (ante Christum fortasse plus 1230. anno) Iason cum Argonautis propter vellus aureum nauigauerat. Insuper ideo instituisse ordinem putatur: quòd ex Astrologo quodam audiuerit: ex sua stirpe illum, Imperium Turcicum deleturum esse, qui ignem in pectore ferret. Proinde Princeps, qui aurei velleris societate decorati sunt, torquem aureum gestant: in quo S. Andreæ crux, & ferrum cum silice excussorio, aureumque vellus, conspiciuntur.

Schiltberger Ioannes.

Captus quoque fuit Ioannes SCHILTBERGER (tunc, adhuc puer) Monachio Bauariæ oppido ortus: qui historiam captiuitatis, laborum, & reditus sui, populari lingua descripsit: ab anno 1394. (quo cum Domino suo Leonhardo Reichertingero, castra Sigismundi R. secutus erat) vsque ad 1427. Christi annum. Copiæ Sigismundi, æstimabantur LX. millia virorum: Baiazetæ verò, Nicopoli obsessæ succurrentis, CC. millia, Cæsar Turcarum LX. millia: Christianorum vero, XX. millia. Inter quos ex Bauaris (vt à Schiltbergero scribitur) herus ipsius Leonhardus, Werner Bentzenavver, Vlricus Kugler, alijque multi. Captiuorum etiam maior postea numerus, ferro à Barbaris trucidatus Sigismundus in Pontum Euxinum (τὴν μαύραν θάλασσαν, Nigrum mare) fugiens descendit: Constantinopolin venit: atque à Veneto Nauarcho Thoma Mocenico, cum suis longa circumuectione in Dalmatiam restitutus est. Accidit illa clades pridie S. Michaëlis, die Lunæ. Æmyl. lib. 10. Auent. libr. 7. Naucler. 2. part. Gener. 47. & alij. De ijsdem rebus, Chalcocondyles libr. 2. M. Scr.

Sigismundi R. euasio.

οἱ κελτοὶ, inquit, αὐθάδεις τὲ ὄντες, καὶ ἀγνώμονες ὡς τὰ πολλὰ: ἀξιοῦντες σφῶν αὐτῶν μόνων τὴν νίκην γενέσθαι: ὁπλισάμενοι ἐπῄεσαν πρότεροι, ὡς ἀναρπασόμενοι τὸς βαρβάρους. μάχης δὲ καρτερᾶς, γενομένης τρέπονται: καὶ φεύγοντες ἀνὰ κράτος, καὶ οὐδενὶ κόσμῳ, ἐπιπίπτουσι τῷ σφετέρῳ στρατεύματι, ἐπισπομένων τῶν τούρκων, &c. Σιγισμοῦνδος δὲ, διακυνδυνεύσας τὰ ἔσχατα: καὶ παρὰ βραχὺ ἁλῶναι διαφυγὼν: ἐμβὰς ἐς τριήρη κατὰ τὸν ποταμὸν: ἔπλει ἐς βυζάντιον παρὰ βασιλέα ἑλλήνων: ἐς λόγους δὲ ἀφικόμενος, καὶ χρηματίσας αὐτῷ, ὅσα ἐβούλετο: ᾤχετο ἀποπλέων ἐπ' οἴκου.

GENEALOGIA ILLVSTRIS MOMPELIGARDENSIS COmitis Henrici, qui ad Nicopolin perijt: & simul deductio illustrissimæ VVirtembergensis domus, vsque ad præsens tempus.

Mompelgardenses Comites.

1. *Reinaldus de Burgundia. Vxor Guilelma, comitissa Montispeligardi. Hinc nati:*
2. *Ioanna, nupta Comiti Catzenelenbogio.*
   Hantzellet, nupta Marchioni Badensi.
   N. nupta Comiti à Pfirt.
   Othouinus, Comes de Burgund. Comes Mompeligard. obijt sine liberis.
   Agnes de Burgund. nupta D. Henrico à Monte Falcone, Comiti Mompeligardensi.
3. *Ex Agnete & Henrico, Stephanus: cuius vxor, Margarita de Cabilone, von Schalon.*
4. *Ioannes Philippus, ἄτεκνος.*
   Ludouicus, electus Archiepiscopus Bisuntinus.

Henricus.

Henricus, comes Mompelig. Dominus de Orba, ad Nicopolin mortuus. Vxor, Maria de Chastillon, Domina de Orba. Hinc filiæ quatuor.

5. *Agnes, Comitissa Mompel. Nupta Theobaldo de Nouo castro.*
   Margarita, Com. Momp. Nupta Humberto, Comiti à Rupe. ἄτεκνος.
   Ioanna, Com. Momp. Nupta Ludouico de Cabilone, Principi de Oranges.

Henrietta.

Henrietta, comitissa Mompeligardi. Nupta Eberhardo iuniori, comiti Wirtembergensi. Supra cap. 4. His nati:

VVirtembergenses Comites recentiores.

6. *Ludouicus, comes Wirtembergensis & Montisbeligardensis. Vxor eius, Mechtilda, Palat. vel Bauara Ducissa. Ex quibus natus est Eberhardus, Dux primus Wirtembergensis. ἄτεκνος.*
   Vlricus, cognomine Beneamatus. Vxor, Elisabeta Bauara.
7. *Eberhardus, secundus Dux. ἄτεκνος,*
   Henricus, comes Wirtemberg. & Mompeligardensis.
8. *Georgius, ex Eua Salmensi comitissa. Ei nati ex vxore Barbara Hessa sunt, comes Fridericus, & Eua Christina, virgo 1575. mortua.*
   Vlricus, ex Bitschensi comitissa Elisabeta, tertius Dux. Vxor eius, Sabina Bauara. Hinc nati:

9. Anna,

9. Anna, Ducissa Wirtembergensis. Obijt 1530. virgo.
Christophorus, quartus Dux. Vxor, Annamaria, Marchionissa Brandenburgensis.
10. Multi liberi vtriusque sexus: ex quibus hodie 23. Octobris, 1591. feliciter quintus. Duxeit Wirtemberg. & Teccens. ac Comes Mompeligardicus, illustrissimus ac clementissimus Dominus noster LVDOVICVS.

Eodem 1395. anno, pridie S. Georgij, Eberhardus de Vrbach, eques, Lorchensi Monasterio tradidit curiam in Berbach: vt sui perpetua memoria, ob salutem animæ suæ, vsurparetur. Signauit cum ipso frater suus Ioannes de Vrbach. Vrbach. Eberhardus.

Florebant tunc ex nobili familia Tuslingensium Herterorum, tres fratres: Ioannes eques, Fridericus, & Iacobus, nati Ioanne Hertero piæ memoriæ. His apocham dedit hoc anno Ioannes de Hussow/ zu Hussow gesessen: sigillis etiam munitam, Ioannis de Lustnow/ soceri ipsius: & Anshelmi de Herrenberg, seines ohems. Die S. Margaretæ. D. Gabelc. Hirsovv putat legendum. Nam de hac familia, & pago Hirsovv non longè à Tybinga sito, constare. Ego vero in Autographo legi Hussovv. Herteri Tusling. Hussovv. Lustnovv.

Caluæ, anno Domini 1395. auff Sambstag vor purificationis Mariæ, starb der edel vnd vest Dieterich von Sachsenhaim. Calua.

Anno 1396. Ruxnerus ponit vicesimos secundos solennes ludos equestres: Ratisbonæ hebdomade post proximam S. Bartholomæi Dominicam celebratas. Quibus interfuisse feruntur Suevi. Hastiludium 22. Ratisbonæ.

Equites. Wilhelmus Rechbergius. Ludouicus Schellenbergius. Burcardus Fribergius. Vlricus Bappenhaimius. Albertus Wildenstainius.

Nobiles. Wolfius Truchsæssius de Hæfingen. Ioannes Truchsæssius de Ringingen. Philippus Rechbergius. Georgius de VValdeck. Conradus Freudenbergius. VVilhelmus Marescallus de Bappenhaim. Et alij. Freudenberg.

REGES FVERVNT HI EQVITES.

VVilhelmus de Fravvenberg, Bauaricus. Gothardus de Eglofstein, Franconicus. Ioannes Landschadius, Rhenensis. Erckinger de Rechenberg, Suevicus. Waren zu blat getragen. Quia hic honor fuerit: nescitur ab hodiernis nobilibus, quos interrogo: vt si quis post ducentos abhinc annos nesciret inter doctos: quid fuisset olim, Magistros aut Doctores creatos esse. Egloffstain. Zu blat tragen.

Seditio Lindouiæ extitit: ad quam sedandam oppida Imperialia concurrerunt: & complures doctiores viri, supplicio capitis affecti sunt. In ordinem tunc coactis panicijs: Tribunitia potestas in Senatu inualuit. Itaq; munia illa, & eorum administratio, quotannis die S. Ioannis Bapt. ex veteri instituto à plebe renouari solet. Munst. lib. 3. cap. 246. Lindauiensis seditio.

Augustæ domus, in qua Choreæ ductæ consueuerunt, siue Orchestra, ad S. Mauricij ædificata est: quæ antea stetit erat in Perlaco. Augustæ orchestra.

Adulterina moneta in eandem vrbem irrepebat. Ideo Inspectores rei monetariæ ibi instituti.

Bonifacius IX. PP. Ecclesiam in Magstat Parochialem incorporauit Bebenhusano Monasterio, cum omnibus pertinentijs & juribus suis: petente sic nobili viro Eberhardo, Comite in VVirtemberg: ob compensanda damna, illis tempore bellico illata. Litera, Romæ 1396. apud S. Petrum scriptæ, 8. Kal. April. Pontificatus eius anno 6. Magstat.

Schulthais/ vnd die Richter der Statt zu Tübingen/ sigillo suo (in quo incisum circa vexillum erat: SIGILLVM CIVIVM DE TVWINGEN) confirmarunt literas: quibus Frig Frick/ Bürger zu Tüwingen/ Friken deß Webers ehelicher Sohn/ huic suo patri, & hæredibus eius, vendiderat sex iugera agrorum, sita in vico Tusslingensi, vmb zwaintzig Pfund guter vnd genemer Haller. Actum proxima Feria 6. post diem omnium sanctorum. Tanta vilitas rerum tunc erat. Hodie fortè 420. Florenis valerent. Tubing. Magistratus.

Hoc 1396. anno, Vlmenses Comitatum Helffenstainensem emerunt. Decrescente namque Helffenstainensium re: oppidum Geislinga, & vniuersum dominium illud (cum villis, pradijs, castris, telonijs) in potestatem Vlmensium venit, sed ingenti auro. Ter autem Comitatus eis astu ereptus, ter restitutus fuit, sed infirmè: donec contractus, per Papam, Imperatorem, & Electores, patriaque nobiles, sigillis corroboratus est. Cùm item alij Comites ab Vlmensium Iudæis are alieno opprimerentur: comitatumque Albeck, cum castro & oppido, Iudæi ad se rapturi essent, vt oppigneratum: Vlmenses de manibus Iudæorum redemerunt, & adhuc Helffenstain. Albeck.

adhuc tenent. Ad VVerdenbergenses aut pertinuisse comitatus is dicitur. Vlmensibus etiam, & socijs, venit ditio Hochbergensis, cum Rotenburgo & Horba: quæ tandem Austriæ Archidux redemit. Venditione porrò Helffenstainia facta: comitissa Helffenstainensis (quam F. F. F. Reginam Vngariæ fuisse ait) Vlmenses appellare solebat filios suos. Quare? Quia ipsi (inquit illa) nostri haeredes erunt. De Albeccensi autem comitatu, tunc vulgò dicebatur eum à VVerdenbergensi Comite consumptum, Vlmæ semper accipiendis lebetis: id est, vt intelligo, libis dulciarijs, Läbkuchen.

AVGVSTÆ SEDITIO QVÆDAM. ALTARIS CONSEcratio Bebenhusæ. Marquardus Episcopus Constantiensis. Achillis Gassari natales. Cura animæ Georgij de VVelvvart. Studiorum Græcorum resuscitatio in Italia, per Manuelem Chrysoloram. Baiazetes Turca, è Tamerlane captus. Restitutio cœnobij VVengensis apud Vlmenses. Secta Albatorum. In Occid. VIII. Cæsar, Bauarus Palat. RVPERTVS, vel Robertus. Beneuolentia inter Bauaros & Augustanos. Nobiles aliquot de Ehingen.

CAPVT VI.

Augustæ, pensio vinaria.

ANNO 1397. Augustæ, exceptis aliquot tribubus, cæteræ tributum vinarium (das Vmbgelt) dare recusabant: hisque per illas sedatis, tamen remissum est à Senatu hoc tributum.

Egelstal.

Eiusdem anni die S. Elisabetæ, tradidit Cunradus Gut zu Engelstal (habens fratrem & filium appellatos Bibli) in Comitatu Hohenbergensi, Nosodocheo & leprosis oppidi Rotenburgi ad Nicrum, tres aquas piscatorias in Obernavv, 70. libris: vt sui, & suorum antecessorum, singulis anzarijs in perpetuum fieret mentio cum precibus, in re diuina. Testes, frater Bigli, & filius Bigli (est ne Vigilius?) nec non amici, Theodoricus Becklinus de Hochdorff, & Bentzo Herter, ciuis Rotenburgensis. Sic, in Autographo, Bibli & Bigli. Sed putat Gabelc. debere esse Sigli: quod fortè Diminutiuum sit à Sigismundo.

Obernavv.

Altare Bebenhusæ, consecratum. Cuckcr.

Bebenhusæ, altare S. Andreæ Apostoli, quod antea in Hospitali erat, translatum est in partem vltimam Ecclesiæ, ad Occidentem, ad dextrum latus: & ab Henrico Zirckero, Thermopolitano dioecesis prouinciæ Athenarum Episcopo consecratum, 18. Iun. 1397. ad honorem S. Andreæ, & Iacobi Maioris, Apostolorum: Erhardi, Episcopi & confessoris: Leonhardi, confessoris: Hainrici Imper. & vxoris eius Kynigundæ virginis: Agathæ & Cæciliæ, virginum & Martyrum. Dedicatio huius altaris celebrabatur die S. Ioannis ante portam Latinam: quo die, & dedicatio Ecclesiæ huius. Quicunque igitur pœnitens, & veniam petiturus coram hoc altari flexis poplitibus, tria Pater noster, & tria AVE MARIA, deuotè deblaterabat: habebat XL. dies indulgentiarum criminalium, & C. dies venialium & vnam Carrenam, de iniunctis pœnitentijs, qualibet vice, quoties locum visitaret. Altare conuersorum, ab eodem Zirckero, eodem anno & die, ijsdemque indulgentijs, reconciliatum est: in honore S. crucis, Philippi & Iacobi Apostolorum. Episcopi Vdalrici, & Dorotheæ virginis.

Sancti noui.

Hinc, indulgentiæ.

Reconciliatio alius altaris.

Albæ Dominorum. Anno Domini 1397. die Malachiæ Episcopi, obijt Domina Hedvvigis de Hemertingen, relicta Richelini de Mercklingen armigeri vidua.

Ibi etiam est sepulchrum Eberhardi militis de Smalstain, & Chunegundis vxoris eius.

Krafft.

Vlmæ. Anno 1397. da starb Ludwig Krafft: Der den ersten Stain legt an der Pfarrkirchen. Et Ludouicus, filius senioris Kraffij, bey der Herrbrück/ 1433.

Fride. Nellenburgius, Episcopus Constantiensis.

Randeck.

Anno 1398. Fridericus, Comes à Nellenburg, die S. Galli fit Episcopus Constantiensis: & præsente patre Comite Conrado, insigni pompa consecratur. Sed audito, Episcopatum esse ærario ære alieno grauatum: resignauit eum decimo die post: gratias Canonicis pro honore agens. Ei successit Marquardus, nobilis à Randeck, Neidlingij generis: nothus filius Marquardi Augustani 1369. Episcopi. Præfuit ann. 10. obijt 1408. Attinet etiam hæc familia ad D. Achillem Gassarum, virum excellentem. Hic enim 3. Nouemb. 1505. ante Solis ortum, Lindoiæ natus est Parentibus, Vlrico Gassaro, & Vrsulâ Randeccia, Caspari nobilis à Randeck filia. Pater, professione chyrurgus erat, & miles: qui aliquoties in patria tribunatum, in tribu sua gessit: Capitaneusque militum patriæ suæ fuit: quando

Achillis Gassari natales.

Maximi-

Maximilianus I. Romam coronæ accipiendæ causa 1508. cogitabat: qui postea ipso vsus est proprio domesticoq; Chirurgo. Bruschius & Henning.

Viuebant tunc etiam: Volmar Mager / Vogt zu Kirchhaim. Anna von Neuffen / Closterfraw zu Kirchhaim. Contz von Rinthaim / Edelknecht. Cecilia von Baltzhusen / sein Ehelich Fraw.

S. P. Q Vlmensis, donauit Wengensibus cœnobitis Ecclesiam S. Barbaræ in Holtzkirchen. Brusch. Holtzkirchen.

Domus Calcearia (das Schuchhauß) *ædificata Augustæ iuxta Orchestram est. Conflagrauit ibidem Ecclesia Nudipedum. vel Minorum.*

Fritzus de Nengingen ad Hohenrechberg, & Greta de Othendorff vxor, vendiderunt Adelbergensibus decimas in Holtzhusen. Sigillis confirmarunt fratres Fritzi, Haintzus & Merckus (Marquardus) de Nenningen: nec non Hanso de Verckingen, & Cuntzo de Degenfeld. Nenningen. Holtzhusen.

Anno M. CCC. XCVIII. die S. Viti, Hainricus Præpositus Madelbergensis: & 1396. antè die S. Matthæi, Volckartus Lorchensis Abbas: literis sese obstrinxerunt de negotio sequente. D. Georgius de Wellvvart eques, & vxor eius D. Anna de Schechingen: considerata incertitudine horæ mortis: ad salutem animarum suarum, suorumque antecessorum & successorum, ordinarunt: vt sibi suisque Missa in singulos dies, eaque æterna, Lorchæ in ara S. Mauricij celebraretur. In quam rem quotannis impendi deberent XXI. ℔. Hall. quas de Lorchensibus emerunt CCC. XV. ℔. Hall. Quòd si Lorchenses, successu temporis conuincerentur secordiæ & negligentiæ in illa liturgia celebranda: eam cum fructu Madelbergam statuerunt transferendam: vt ibi celebraretur in altari S. Andreæ: fructu XL. librarum, ex Lorcha dandarum. Si etiam Madelbergenses negligentiæ conuincerentur: restituendam esse Missæ huius celebrationem, cum XL. ℔. Lorcham. Et ita semper à negligente ac secorde parte, ad alteram, quæ diligenter officio esset functura, rem deuoluendam. Sigillarunt Lorchensium literas, viri nobiles: Ioannes de Vrbach, Schorndorffij habitans: & Cunradus Adelmannus: Adelbergensium verò, ipse Præpositus & conuentus. En vinculum, en τὸ συνέχον, diligentiæ in eripienda ex purgatorio anima præstandæ. Hic illic animas Regina pecunia seruat. At sanguis Iesu Christi, qui semel eo profuso, æternam nobis redemptionem inuenit, purgatorium credentibus vnicè sufficiens est. VVelvvarti Georgij cura animæ, apud Lorcham. Certis conditionibus. Vrbach. Adelman.

Curiam quandam in marca Butikaini (zu Bietigaim) *locauit Abbas Volkartus & conuentus Lorchensis, Cuntzoni Bußingero Butikainensi: qui quotannis certum numerum frugum exhiberet mensura Gruningensi, ad S. Martini. Signatores,* der from vest Hug von Venningen: Vnd der erbar Priester / Pfaff Hainrich Kremmer / Pfarrher: zu Butikain. Es war ein Erblehen: *id est, ad hæredes quoque transibat ea locatio.* Bietikaim.

Hoc 1398. anno, Comes Lucius, vel Ludouicus, de Landau, nobilis eques dictus, Eberhardi F. obijt die Lunæ post Michaëlis. Sepultus cum vxore Guta Gundelfingensi, in S. Crucis valle. vide 1387. Landau.

Obijt (vt in Albano Dominorum cœnobio est) 1398. Kal. Ianu. Adelhaidis de Flehingen, ciuis Spirensis, & soror Domini Marquardi Abbatis, benefactrix huius Monasterij. Requiescat in pace. Miserere mei, Deus, secundum M. M. T. Flehingen.

Phorcæ in Choro Dominicanorum. Anno Domini 1398. obijt nobilis Domina Elizabeth Nochettin, vxor Heinrici de Heting, in die Philippi & Iacobi Apostolorum: cuius anima R. I. P. Nochet.

Obijt 1398. Feria quarta ante assumptionem Domini, Fridericus de Wurmlingen. Vide suprà libr. 2. cap. 17. VVurmlingen.

Emanuel Chrysoloras Constantinopolitanus, Turcarum violentia motus, in Italiam, Florentiam, Romam, Mediolanum, venit hoc tempore: eoque Græcas literas & disciplinas reduxit: vnde amplius IↃCC. annos exulauerant. Obsessa enim, post Regis Sigismundi in Bulgariæ profligationem, à Barbaris rursus patria: Venetias delatus est: ac publico salario conductus, Florentiæ docuit, habens diligentißimos è nobilitate clara auditores: Robertum Rufum, Pallantem Onuphrij F. Strozzam, Iacobum Angeli, Petrum Paulum Vergeriũ Iustinopolitanum, Franciscum Barbarũ Venetum, & alios multos. Ab hoc principio, succedentibus Emanueli postea alijs doctis Græcis: progressu temporis etiã in Galliam, Germaniam, Angliam, propagata sunt studia Chrysoloras.

Græca:

Græca litera, in occidente renata.

Græca: quæ hodie in Italia frigent. Insecuto tempore, Chrysoloras ad Imperatorem suum Constantinopolin redijt. Postea Constantiam cum alijs ad Concilium missus: ibi 1415. mortuus & sepultus est.

Senffrij.

Halæ viuebant Conradus & VValther, Senffrij, fratres.

Tamerlanes, Bazetæ Turcarũ Regu victor.

In Oriente Tamerlanes, Scytharum potentissimus Princeps, irruit cum duodecies centenis millibus hominum in Asiam minorem. Baiacetes igitur, obsidione Constantinopolis relicta: cum magno exercitu Angorium (olim Ancyram) profectus est: & apud Stellam montem (vbi quondam cum Mithridate Ponti Rege, Pompeius M. pugnauerat) cum Tamerlane prælio congressus, superatus, & captus est. Hunc ergo Scytha σιδηρᾷ γαλεάγρᾳ, ferreæ Caueæ, inclusum, postea per Asiam ludibrij causa circumduxit: donec miseriarum ei finem mors attulit. Descripsit Tamerlanis vitam Petrus Perondinus Pratensis. Vocatur apud Chalcocondylem τιμούρης. Temir, ferrum, gladius. Temur Chan, Temur Rex. Successit altero anno V. Turcarum Rex Machometes.

VVengense cœnobium Vlmæ, restitutum.

Anno 1399. cùm tempore superioris Vlmæ obsidionis: quam Carolus Cæsar, & F. VVenceslaus, susceperunt: Cœnobium Insulanum vel VVengense destruxissent Vlmenses: ne hostes inde nocere vrbi possent: dederunt, periculo liberati, ijdem hoc anno ei Monasterio restaurando hunc locum, in quo adhuc hodie est: vbi foris hæc inscriptio legitur. ANNO DOMINI M. CCC. XCIX. an S. Leonharts Tag/da liegt Hartman Esinger/der Bürgermeister zu den zeiten war/ mit deß Rhats heissen/ den ersten Fundamentstain/an diß Gotshauß der Herren von den Wengen/ &c. erneweret 1563.

Ehinger Hartman.

Albatorum hæresis.

In Chron. M. Scr. Rauenspurg. scriptum est: Anno 1399. an S. Michels Abendt/ da kamen die weissen Leut her. Hoc intelligendum sine dubio est de secta nouæ Albatorum, quorum aliquot etiam in oppidum Sueuiæ Rauenspurgum venerint. Eius sectæ Italus quidam Sacerdos autor fuit: alba veste indutus, multitudinem hominum vtriusque sexus trahens secum: Crucifixi simulacrum præ se gestans, tanquam propter peccata hominum lachrymantis. Sed Pont. Bonifacius, fraudem subesse suspicatus, hominem exusit, sectamq; eradicauit. Expeditissima hæc disputandi, & homines conuertendi, via est, si Dijs placet.

Gaisberg.

VVillera pagus.

Eodem anno, die Veneris ante Lætare, Fridericus Gaisberg, Præfectus Scorndorffensis, & cum eo 12. ibi Iudices, de quadam controuersia iudicarunt: quæ in vicino pago VVillera erat inter quosdam incolas, & Lorch. Abbatem Volkardum, Georgij F.

VValchus Volcardus.

Fyrst Ernestus.

Adelhaida Soelnerina, & Volkardus VValchus, coniuges, Curiam quandam Messingæ sitã, & attinentias eius, tradiderunt generoso suo Domino Fritzoni Hohenzollern-Senioris testibus Iacobo Hertero, Eberhardo Græffero, Ernesto de Fyrst. Item, Pfaff Rudolfo, Kirchherren vnd Tegen zu Eschingen: Pfaff Hainrico, Kirchherren zu Offterdingen: vnd Pfaff Hainrico, Ludpriester zu Nessingen. Die Martis post Lætare, 1399.

Eodem anno obijt Vlmæ Iohannes Rhot, Hermanni beati F.

Iubilæus IV. Annatarum institutio.

Rupertus, Cæsar in occid. VIII.

Klemmen.

ANNO 1400. annus Iubilæus IV. à Pont. Bonifacio celebratur. Hic Annatas instituisse dicitur: id est, vt omnis, qui beneficium sit Ecclesiasticum consecutus: primo anno pendat dimidium sui prouentus, sedi Romanæ. Hoc, ὅπερ τέλειον est, der einstand. Cæsari VVenceslao, 13 Kal. Septemb. διὰ τὸ γωδρὸν τῶν πολιτῶν προσῆκεν πραγμάτων, abrogatum est imperium. Successit ei per breue tempus Fridericus, Brunsuicensis & Luneburg. Dux: sed stabiliter factus est OCTAVVS CÆSAR, RVPERTVS PALATINVS, Rex Romanorum, 4. idus Septemb. ad A. 10. Nuncupatus fuit Hertzog Klemm (teste G. Fabricio lib. Annal. Misn. 2.) à seueritate in hostes. τὸ Klemmen/ pressare significat, θλίβειν.

Augustanorum & Bauarorum amicitia.

Tecc. Fridericidui.

Post controuersiam de finibus, quæ inter Duces, Ludouicum Bauarum, & Fridericum Teccensem, fuerat, sedatam: & ludos circenses, choreasq; aliquot, Augustæ actas: VVilhelmus à Maixelrain, præfectus vrbi (Stattvogt: quod munus sex annos gessit) Ludouicum Ducem Boium, cum omnibus ipsius Aulicis, inter alia humanitatis officia, inuitauit ad lauandum in publico Augustæ Cellariensi balneo (im Källersbad allda) antiquæ Germanorum simplicitatis exemplo, vt Gassarus ait. Inuenio autem Teccensem Ducem Fridericum, Alberti Austriaci præsidem Sueuiæ & Alsatiæ fuisse: ac 1398. vita fungi desiisse: sed filium eius, qui eodem nomine fuerit, 1413. anno vitam reliquisse.

Circa hunc, 1400. annum, D. Eberhardus Truchsessius fertur quandam Ducissam Teccensem duxisse. Quæratur, sicubi inueniri potest. Putat D. Gabelc. fuisse Conradi Teccensis Ducis filiam, ex virida Estensi natam. Fuit Conradus hic, Friderici ex Anna Helffenstainensi F. Ludouici Patriarchæ Aquileiensis frater.

Wir Graff Eberhart von Wirtemberg/ veriehen vnd thun kund menigklichen mit diesem Brieff: Das wir Furdrer Böschen von Winiden / Wilhelm Böschen seligen Sohn/ zu einem rechten Mannlehen geliehen haben/ein Virtheil an den grösseren vnnd klainen Zehenden zu Honacker/ꝛc. Datum zu Stutgart 1400. Jahr/ am Mittwoch vor vnsers Herren Fronleichnams Tag. *Insigillo rubræ ceræ, obliquum scutum: in quo 3. cornua ceruina: supra quod, galea pileata: supra quam, cornu venatorium, extremis eius sursum porrectis. Hæc omnia, circulo circundata: circa quem, verba S. Eberhardi, comitis de* Wirtemberg. *VVirtemb. Eberhardi literæ.*

Eodem tempore florebat Hugo de Ehingen: testantibus Anniuersarij cuiusdam literis, in quibus ipse citatur testis. Anno 1414. Othmar Ehingenus obijt: testante clypeo eius apud Carmelitas Rotenburgi. Conradus de Ehingen Hastiludio Hailprunnensi 1408. interfuit. Obijt 1429. scuto ibidē testante. Wolfgangus Ehingenus obijt 1428. instituto æterno lumine 100. libris obolarijs: testāte vetere tabula in vico Kilberga. Fortassē fratres fuerūt, ex Petro nati, qui 1347. vixit. Ehingenus Hugo, & alij.

GAMVNDIÆ CONSVLES.

*1400. Consul Ioan. Hugo. Prætor (*Stettmeister*) Petrus* Wolfius de Wolfsthal/ *Vlricus de Thainbuch.* Gamundiani Consules.

1401. Cos. Petrus VVolf. de Wolfsthal. *Pr.* Hans im Hoff/ *Peter Copplin.*

1402. Hans Alwich. *Pr.* Hans Walther im Stainhauß/ Hans Appolt.

1403. Cos. Hans Haug. *Pr.* Sigfrid Heberling/ *&* N. Wägscheider.

1404. Cos. Ioan. Albicus.

1407. Cos. Nicolaus de Horckhaim.

1408. Ioan. Albicus.

1409. Walther im Stainhauß.

1410. Hans Albich.

Vlmæ anno 1400. Senator erat Eberhardus Schleicher.

Hala Sueuicæ viuebat Conradus Senfftijes, *& pater eius VValtherus.* Schleicher. Senfftij.

Apud Bileram fluuium, vbi Hala Sueuorum est, viuebant hoc tempore nobiles de Hohenstain *nominati. De quibus, supra lib. 2. cap. 13.* Hohenstain.

Abbatia Hirsaugiensis mandata est Friderico, huius nominis secundo, natione Sueuo. Fuit XXXVII. Abbas: vita & moribus maturus: subditorum mores ad vitæ Regularis normam dirigens. In concilio postea Constantiensi, multum pro libertate Monasterij, & contra inobedientiam fratrum in Rhot & Reichenbach pugnauit. Præfuit itaq; vtiliter 28. An. Hirsaug. Abbas Fridericus.

Dornhaimi, Conradus Koßlius ciuis, & Juncker *Egenolphus* Flicher, *contractum quendam, Alperspachensibus factum, adhibita maiore parte iudicum, approbarunt, die S. Lucæ.* Dornhan.

In Turingia, in territorio nobilium de VVangenheim, & in confinijs, lupi (VVervvolfe dicti) deuorarunt pueros: & homines 15. annorum laceraruntur. Villas etiam ingressi, pueros parentibus præsentibus abstulere. Chron. Turing. Riuandri. Lupi rapaces.

RVPERTI CÆS. IN ITALIAM PROFECTIO. NOBILES, VOLII, &alij Sueui. Egenolphus VVartembergius, Quæsitor, vel summus Iudex, Rotvvilæ. Diuitauiensis Abbas, Fridericus de Zollern. Appencellense bellum. Hastiludium XXIII. Darmstadij cruentum. Freibergerorum Achstettensium prosapia. Abbates aliquot Herrenalbenses. Superbiæ pœna in Bucicaldo Gallo.

CAPVT VII.

ANNO 1401. conspectus est cometa, exeunte Februario. Rupertus Rex, maximo exercitu apud Augustam collecto (scribente Funccio) Romam proficisci parat, Imperialis corona cauſe (teste Cuspin.) consequendæ. Postea intra Alpeis substitit: aut Venetis progressum vetantibus: aut Ioanne Galeatto, Duce Mediolani, obstante: propterea quòd confirmare ipsum in Ducatu Rex recusaret. Offecerunt & tres Ecclesiastici Electores: dum non fuerunt eum à Germaniæ clero (liberij abijcere: Rom. Regibus ingressum Italiæ intercludere. Non amplius scilicet erant Friderici & Henrici Hohenstauffenses: Bertha (Bellona) non amplius filabat. Rupertus deinde Italiam quidem iniuit: infeliciter redire coactus est. Cometa. Italica Ruperti R. profectio sterilis. Italorum æquè.

Eodem anno Burcardus, & Hugo, fratres nobiles de Ehingen, Curiam donarunt Bebenhusanis in villa Eschelbrun: cum omnibus eius bonis, & iure patronatus superioris & inferioris Eschelbrunn propter Deum: confirmante Bonifacio PP. an. 13. Pontificatus sui. Ehingeni, Burc. & Hugo.

Volii Ioan. & Conradus. Bachr.

Arbitri fuerunt in transactione quadam, inter Ioannem & Conradum Volios: ab vna parte, Hans Nallinger, ciuis Eßlingensis. & Hans Epp, atq; Eberhard Bächte/ *ciues Rutlingenses: ab altera verò parte, Eberhardus de* Wiler/ Hædelfingæ *habitans: & Albertus* Kucher/ Keller zu Tübingen. *Ibi etiam ponitur* Hans der Herter von Tusselingen. Sind diese 5. Scheidsleute zu dem Rechten gesessen in der Statt Eßlingen: auff dem Hause/ in der grossen Rhatstuben: *proxima Feria 5. post S. Othmari diem.*

Signarunt ij dem literas.

Nagolt op.

Nagolti, in superiore Templi parte, hæc verba sunt incisa. HAEC STRVCTVRA eßt incepta an. Dom. M. CCCC. I. Vnde collectu facile est: hanc partem prioribus, multos post annos annexam esse. Cuius fortasse fundator est ille: cuius Epitaphium, proximè adiunctum est. †. Fritz von Weihingen. *In scuto, & supra galeam, gladij bini decussati sunt, cuspidibus deorsum spectantibus. Color scuti, vetustate consumptus.*

Fuit extra idem oppidum, sacellum D. Leonhardi: cuius nullum amplius vestigium apparet. Item fanum D. Nicolai, paucorum adhuc vestigiorum.

Bachenstainij.

Halæ Suevorum ædificatum est sacellum D. virginis, am Statthor *(al.* Cappellenthor) *à Bachenstainensibus, &* Walthero Senfftio *seniore. Etiam quibusdam bonis, & duabus domibus, ac villa, Bernhardinum (ad lacum)* Monasterium Schenthalium, Bachenstainenses donauere. *Fuit peregrinatio ad illud sacellum: cui finem mutatio religionis attulit. Olim autem, cum duello Bausteterum quendam, Græcus (nescio quis) Halæ vicisset: gratitudinis ergò genibus cruentatis ad idem sacellum arrepsit* Wideman.

Viuebat tunc Conradus Senfftius: qui matrimonium contraxit cum Margareta Egina.

Cometes. Ioan. Huss.

Anno 1402. rursum stella crinita, Orientem versus visa est. Et his temporibus Ioannes Hussius, contra Rom. Ecclesiam docebat.

Bauariæ Principes.

Inter Bauariæ Principes, de censu quodam dilato controuersia erat: Duce inferioris Bauariæ Henrico, superioribus Bauaris per annos octo debente vicena bina Florenorum millia. Ad quã controuersiã sedandã, arbitri sunt adhibiti: Dux Teccensis, comes Wirtembergicus Burggrauius Norinberg. *Com. Oetingensis, comes Conradus Episc. Augustani frater, & comes Kaltenbergius.*

Reutlinga.

Eiusdem anni Feria 6. post S. Matthiæ, literæ de transactione pecuniaria sigillatæ sunt a Senatu Reutlingensi: Henricoq; Spiegelio, Consule & Iudice, eiusdẽ ciuitatis: nec non Wernero Vngeltero, *ibidem Iudice. Negotium pertinuit ad Ioannem Volium, Conradi F. de VVildenovv, ciuẽ Reutlingensem. Rursus ibi nominantur Eßlingenses Quinqueuiri: qui superiore proximo anno in causa Voliana fuerant arbitri. Nominatur &* Hans Herter seliger: *atq; filius eius Fritzius.*

VVartemberg. Egenolphus.

Ich Eglolff von Wartemberg/ genandt von Wildenstain/ ein frey/ Hofrichter an statt vnd in namen deß edlen Grauen Rudolfs von Sultz/ von deß aller hochgebornesten durchleucht sten Fürsten vnd Herrn Ruprecht Römischen Kunges/ mins gnedigẽ Herrn/ gewalt an siner statt/ vff sinem Hoffe zu Rotwil/ vergich offentlich/ vñ thun kunt mit diesem Brieff allen den/ die in ansehend/ oder hörend lesen: daß ich zu Gerichte saß vff dem Hoffe zu Rotwil/ an der offnen freihen Kunges strasse/ vff diesen Tag/ als dieser Brieff geben ist. Vnd stund vor mir vff demselben Hoffe/ der from bescheiden Hans der Vol/ &c.

Volius Ioan. Herter Fridericus. Meum & Tuum.

Vnd stund bey jm der from veß Fritz der Herter von Tußlingen/ gesessen zu Andegg/ &c. *De priore pecuniario negotio, tam transacto* Dann das *Meum* vnd *Tuum*/ hat noch bißher kain *Grammaticus* auß dem *Pronomine* künden außmustern. Es hat S. Veits tanz. ἐστὶ τὸ ἐμὸν, καὶ τὸ σὸν, πᾶσι τοῖς ἀστοῖς· καὶ οὐδεὶς πω τῶν γραμματικῶν, ἐδυνήθη τὰς δύο ἀντωνυμίας ἐξορκίσαι τούτους, ἵνα μὴ ποτὲ συνίστωσι. σύμφυτοι γάρ τῇ σαρκὶ, καὶ τῷ αἵματι τῶν ἀνθρώπων· ἄχρι καὶ τῶν ὀστῶν διικνοῦνται. χρήματα γὰρ ψυχὴ πλέκται δικαίοις βροτοῖσι. *Sola charitas Christiana his mederi posset, si non refrixisset. Calefieri autem posset seria Verbi Dei auscultatione & conseruatione, vitæq; alterius cogitatione. Nomina in membrana hac, plusquam bipedali in longum & latum, commemorantur insignium virorum hæc.*

Hohenberg.

Graue Friderich von Hohenzolre: den man nennet den schwartzen Grauen.

Graue Rudolff von Hohenberg: Hauptman in der Herrschafft zu Hohenberg.

Spiegel.

Hartman Ehinger/ Bürger zu Vlme.

Haintz Spiegel/ zu dieser zeiten Bürgermaister zu Rutlingen.

Augia diues.

Wernher Vngelter zu Rutlingẽ. *Datũ prox. Feria 5. post Lætare,* ob Mitfasten/ *an. 1402. Eodem anno, Fridericum de Zollern accepit Abbatem Augia dives: non quidẽ admodũ docti, sed*

sed religiosum. Exauctorauit eum Papa, vt minus eruditum: sed tamen is locum suum retinuit: cum Cæsarem Sigismundum, & coniugem eius Barbaram, prolixè excepisset: eo egressos animi causa è Concilio Constantiensi. Obijt 1427. iacetq; in Basilica Augiensi ante aram, S. Trinitatis. Brusch. Schmiren thut wol. Hanenkam/ arx erat Hornlingerorum: qui habuerant venatorium cornu nigrum in scuto albo. Ist nachher nostro seculo, ein Burgstall ob Bissingen/ Gabele. Ducum Teccensium fuisse ait, ex literis ibi scriptis. Hauenkam. Hornlingeri.

Eodem anno, Augustæ facta sunt antemurale (der Zwinger) & fossa, ab Hospitali & Rubea porta, vsque ad portam Geggingeram. Vlmæ autem vltimo Febru. 1402. obijt Georgius Rhot, Valentini beati F.

Anno 1403. aut circa, Appencellenses in Turgæa, viri rustici, sed bellicosi: grauati nouis subinde exactionibus à nobilitate: ea de re conquesti sunt Abbati Sangallensi. Quod cùm frustrà fieret: ad arma conuersi, nobilitatem expulerunt: castella eorum deiecerunt. Abbas eis bellum infert, à socijs adiutus ciuitatibus: Constantia, Yberlinga, Rauenspurgo, Lindoia, Buchorna, Wanga, & ciuitate Sangallensi: sed ab illis profligatus est. Etiam pluribus postea victorijs Appencellenses potiti sunt: fœdere sibi adiunctis Lucernatibus, Vrijs, Suitensibus: & Vntervvaldijs. Compositio deinde facta est. Anno verò 1425. Controuersia rursus exorta: Abbas Sangallensis effecit: vt Appencellenses à communione Christianorum excuderentur, atq; à Cæsare proscriberentur. Ipsi tunc consilio habito, decretum fecerunt: nolle ijs vinculis, quæ non intelligerent, se astrictos esse: sie wolten nicht im ding seyn/ kurtzumb. Tandem vero, clade affecti, ad pacem adacti sunt. Longe autem post, nempe 1513. anno, facti sunt XIII. pagus Heluetiorum fœderatorum. Stumpf. lib. 5. cap. 24. Huc pertinet hoc ex Rauenspurg. Annal. Anno 1403. war Fäuenberg/ vnd andere/ zu Appenzel erschlagen. Appencellenses, contra nobilitatem. Simplicitas illorum.

Darmstadij ad Rhenum acti sunt, post Dominicam ante purificationis Marianæ Festum, vicesimi tertij solennes ludi, equestris in Germania ordinis. Hastiludium 23. Darmstadij.

Reges eorum.

Ioannes Mærspurgius. Ludouicus Schellenbergius, eques. Ioannes Guldezengerus, eques. Wolfgangus Schenckius de Geiern.

Adfuerunt Sueuici generis.

Comites. Henricus Fyrstenbergius. Wilhelmus Lupfenius. Georgius Hohenlohensis. Georgius Baro Winspergensis. Equites. Wolf. de Sachsenhaim. Georgius Hohenahelfingensis. Conradus Hyrnhaimius. Ioannes de Venningen. Nobiles. Philippus, Ioannes, Ludouicus, Georgius, Caspar, Iacobus, Alexander, Wildenstainij. Chilianus & Albertus, Conradus & Wolfius de Stain. Georgius Zylnhartus. Paulus Gyltlingensis. Fridericus de Kaltenthal. Georg. de Felberg. VVolf. & Vlricus Leschij. Fridericus de Tyrckhaim. Et alij. VVildenstain. Stain. Lesch.

Quoniam autem murmur quoddam maleuolentiæ signum, animaduertebatur Hassorum & Franconum: quod alteri alteros latrociniorum in vijs, arguebant: leges equestri disciplina, ac pœna violatoribus grauissimæ, recitabantur, intra septa iam in campo extra oppidum ingressis. Tum incisis funibus, faculi as certandi data est. Erant Franconum 120. galeati: Hassorum vero, 144. Inter quos tanta animorum acerbitate & impetu citò concursum est: vt turbata omni ludorum antiqua disciplina, dirimi nullo modo possent. Itaque cæteri nobiles, tantum spectare tragicum tumultum coacti sunt. Aperti tamen sunt carceres: vt qui vellent, possent excedere. Tunc 17. Francones, & 9. Hassi, interfecti & conculcati sunt. Qui auctores malorum fuerant: celeriter septis egressi, profugerunt. A cæteris, qui remansere, chorea & honorum distributiones, quantum tempore tam tristi fieri poterat, peractæ sunt. Secundus honos tunc habitus est à Conradi Hyrnhaimij vxore, VVolfio Saxenhaimio Sueuo. Hassorum & Franconum tragica concertatio.

Viuebat comes Rudolfius von Hohenberg/ Hauptmann der Herrschafft daselbst. Obijt 1403. nobilis matrona, Helena de Berg: quæ fuerat vxor Michaëlis sentoris de Steif. lingen, zu Oepfingen: qui 1476. mortuus est. Ambo, Gutencell æ in Choro sepulti. Pertinet hoc ad genus nobilium de Freiberg, hoc modo. Bergensis Helena.



Accidit Augustæ grando hoc 1403. anno grandis, in fenestras & arbores. Ædificatum est ibidem S. Leonhardi fanum, cum turri magna, in campo extra Goggingeram portam: sed 1538. rursus destructum.

Epitaphia Abbatum in Monasterio Alba Dominorum.

Albæ Dominorum Abbates.

Anno Domini M.CCCC.III. die Cyriaci Martyris, obijt venerabilis Dominus Marquardus, quondam Abbas.

Anno Domini M.CCCC. LIX. XVIII. Kal. Decemb. obijt venerabilis in Christo pater & Dominus, Henricus de Magstat, XI. Abbas huius loci.

Anno Domini M. CCCC. LVI. (fortè LXVI.) ipso die Epiphaniæ, obijt Dominus Ioannes de Derdingen, XII. Abbas huius loci: cuius anima requiescat in pace. Amen.

Anno Domini M.CCCC. LXIX. V. Kal. April. obijt Dominus Ioannes de Horba, XIII. Abbas huius loci. Requiescat in pace. Amen.

Anno Domini M.CCCC. LXXVIII. XI. Kal. Iunij, obijt venerabilis in Christo pater & Dominus, Iohannes XIIII. Abbas huius loci.

Vlmæ. Anno 1403. starb Elaij Rhot/ Herman Rhoten seligen Sohn/ an vnser Frawen Verschidung.

Bucichaldus, à Galeatio Gonzaga monomachia victus.

Eodem 1403. anno, Bucichaldus Gallus, Genuæ (quæ tunc aliquandiu in potestate Regis Franciæ erat) Præses nomine Regis, gigas superbissimus, Italorum contemptor: à Galeatio Gonzaga Duce, qui parvitatē suā vix vertice vmbilicum alterius attingebat, provocatus ad duellum, victus est: ac morti à suis subtractus, noluit amplius præ pudore thoracem & loricam gestare. Bergom. lib. 14.

Lud.

LVD. ARIOST. CANTV 46. ORLANDI FVRIOSI.

Cosi à quel tempi solean per se stessi punirsi i cauallier di tali eccessi. Sicome quando Bucicaldo France se (annotat huc Simo Fornarius) Vicere di Genua, huomo di smisurata grandezza, & di marauigliose forze, combattendo con Galeazzo Gonzaga: ilquale era di breue statura, ma d' animo grande: & restandone vinto: di tal vergogna impatiente, si spogliò l' arme, ne mai piu volle vestirsene.

EBERHARDVS KIRCHBERGIVS, EPISCOPVS AVGVSTANVS: & Albert. Blaurerus, Constantiensis. Eggonis cædes, Abbatis Ottenbyrensis. Cœnobium Albæ Dominorum, & Dominarum. Nobiles Sueui, Ehingeni, VVelvvarti, Halfingij, VValpencellense. Hastiludium XXIV. Hailprunnæ. Templum parochiale Schorndorffæ. Augustæ, Sacerdotes puniti. De Hala Sueuica, complura. Bergomensis ciuitatis venditio. Lipsiensis Academ. origo.

CAPVT VIII.

ANNO 1404. Eberhardo, comiti à Kirckberg, mandatur Episcopatus Augustanus. Semper Dillingæ habitauit: nec valde vtiliter præfuit. Obijt 1411. & sepultus est in Biblingensi cœnobio: apud amnem Ilarum, non procul Vlma sito: olim 1099. ab Othone & Hartmanno fratribus, comitibus à Kirchberg, fundato, prolixeq; dotato. Brusch. Kirchberg. Eberhardus, Episcopus Augustanus.

Eodem anno, 8. idus Maij, Augustæ S.C. est factum: vt omnia per vrbem horrea & domus, non amplius tegerentur stramine aut scandulis: sed his sublatis, posthac tegulis & imbricibus munirentur. Achill. Tecta ædificiorum.

Eggo, comes de Schvvabeck, Abbatiam Vtenbyrensem suscepit, bonus paterfamilias, & vir magnanimus. Confirmatus est ab Impp. Ruperto & Sigismundo. Cùm autem 12. A. præfuisset: haberetq; cum quibusdam nobilibus, cœnobio nocere conantibus, contentiones acerrimas: per eos factum est, vt à suis proprijs ministris in suo lecto interficeretur: & è summo conclaui per fenestram deijceretur: ne existimaretur dolo, aut vi, interemptus. Brusch. Vtenbyr. Abbas Eggo.

IN MONASTERIO DOMINORVM ALBÆ, seu Herrenalbensium.

ANNO DOMINI M. CCCC. IIII. obijt Conradus armiger. & Wilhelmus, de Remchingen: cuius anima requiescat in pace. Herren Alb.

Anno Domini M. CCCC. .... obijt Conradus, dictus Sur, de Giltlingen, miles strenuus.

IN MONASTERIO DOMINARVM ALBÆ, seu Frauvvenalbensium.

ANNO DOMINI M. CCCC. IIII. in die Paulini Episcopi, obijt Margarita, comitissa de Eberstain, Abbatissa. Requiescat in pace. Frauven Alb.

Anno Domini M. CCCC. XLIII. Margarita de Wingarten Abbatissa obijt.

Anno Domini M. D. LVII. die IX. Aug. obijt Anna, comitissa de Eberstein.

Anno D. M. D. LXV. XII. Aug. obijt Anna, comitissa de Donliers, Philippi comitis de Eberstein vxor.

Hugo de Ehingen, Burcardi F. & frater eius Burcardus, fundauerunt 1404. Anniuersarium in parochia Eschelbrunnensi. Item 1414. altare in parochia Entringensi. Item 1417. Hugo, & vxor eius Agnes Gyltlingensis, Missam aternam instituerunt Rotenburgi ad Carmelitas. Habitabant in arce Entringa. Humati sunt iuxta altare Ehingeranum, in illo Carmelitano cœnobio, cum ipse mortuus esset 1417. Ehingeni nobiles. Gyltlinger.

Georgius de Welvvart, eques, Stutgardiæ torcular Lorchensibus vendidit, die Luciæ. Vlmæ 1404. obijt Leonhardus Rhot, die Mercurij post Pentecosten. VVelvvart.

In Italia, Astorgius Mãfredus, Faucitiæ Dominus, ab Apostolico Legato (Bergom. teste) quod eius secreta Forolutiensibus enuntiarat, ad defectionẽ ab Ecclesia impellens, in platea obtrũcatur. Manfredus.

Anno 1405. sepulta est Stutgardiæ, illustris comitis Eberhardi Pij vxor Antonia (antea, Friderici R. Siciliæ) sepulta in templo cathedrali: vbi, hoc Epitaphium. Anno Domini M. CCCC. V. VII. Kal. April. obijt D. Antonia de Mediolano, comitissa de VVirtemberg: cuius anima requiescat in pace. Doti ea attulerat (teste Berncorio) comiti Eberhardo 75. millia Florenorum. Antonia, Eberhardi Mitu vxor.

Bernhardus, comes Eberstainius, beneficio dedit 1405. Auberlino de Hailsingen curiã quandam & munitionẽ (Fronhoff vnd vesten) Boltringæ. Postea verò 1428. VVolfio de Hailsingen. Boltringa.

Die Sabbati post VValpurgis, anni 1405. Fridericus Herter de Tusslingen, & Henricus de Haulsin- Herter Fried.

Halfingens. Henricus. *Haulfingen, Conradi P. M. filius, literis obligarunt se honestæ matronæ Adelhaidi de Lustnovv, Ioannis de Hirsovv piæ mem. viduæ, de pecunia quadam. Sponsores & sigillatores. Anshelmus de Herrenberg. Rufo de Gomeringen. Ioannes de Haulfingen, Marci F. Iacobus Herter de Tußlingen. Burcardus de Holnstein.*

Holnstain. *Itelius Walchus, & soror eius Guta, Stettæ sanctimonialis, anniuersarium diem sibi & patribus suis, ad Feriam 5. ante S. Galli instituerunt Stettæ agendum.*

Colligam, quoniam sæpe in Walchicam familiam hactenus incidi (quæ olim cum Dominis Zollerensibus ex Italia in hæc loca, quæ adhuc tenent, venerat) breuiter eos, quos in illa familia ex veteribus Scriptis reperi: quibus temporibus vixerint.

VValchi complures. *Anno 1313. & 1322. Fridericus, Albertus, Ioannes, & Benzo, D. Conradi & Luitgardæ filij.* Herr C. Kirchherr von Zelle.

1317. D. Albertus Walchus, eques. Albertus senior, Albertus iunior, senex Walchus Hüttelman.

1331. Albertus iunior: cuius vxor fuerat Anna, Hugonis Spæti filia.

1340. Albertus, senior Walchus dictus.

1348. Fridericus & VValtherus VValchi.

1361. Volcardus & Albertus: qui fratre Friderici nati fuerant.

1364. Volckardus Walchus/ ein Edelknecht: *& soror eius Luitgardis, Stettæ monialis. Item,* Walther Walchus Edelknecht/ *Hechingæ habitans.*

1368. Conradus Schænckius de Stauffenberg: vxor eius, Catharina VValchina: & Walther Walchus, *eques, fortè frater huius.*

1371. Conzo VValchus, ciuis Tubingæ. Filia eius Luitgardis, Stettæ monialis.

1385. & 1404. Volchardus VValchus, vxor eius, Adelhaidis Solerina.

1390. Volc. & Itelius VValchi.

1422. imminutæ sunt facultates VValchorum, propter forenses cum Friderico Zollerensi (qui Oetinger dictus fuit) controuersias.

1465. Catherina VVælchina, vxor Ioan. Stæhelini.

1477. & 1483. Auberlinus VValchus, Senatorij & Iudiciarij ordinis Rotenburgi,

1522. Clemens VValchus, Hæchingæ minister Comitis Eitelfritzij Zollerensis.

Nider Hechinga. *Habitarunt fere Niderhæchingæ: sepulturamq́; suam habuerunt in cœnobio Stettæ.*

Morhildi. *Venerat etiam altera quædam familia cum VValchis quondam ex Italia, Morhildorum nominata: quæ non amplius est. Gabelcouerus, ex ijsdem armis eandem familiam fuisse putat Morhildorum, VVurmlingensium, & Stainhylbensium, seu Pfutzerorum. Stainhylbensium, patrum modò nostrorum memoria extincta est.*

Abbas hoc 1405. & 1408. an. Alperspachij, erat quidã Henr. Deinde 1461. & 1468. Andr.

Rustica seditio. *Rustici erant in Sangallensem Abbatem suum, Conradum Stoffelium, seditiosi (turbulentus enim, & iniustus) censumq́; dare detrectabant.*

Monomachia Halæ Sueuicæ. *Halæ Sueuorum, hoc 1405. anno (teste VVideman. in M. Scr.) singulare certamen fuit inter duos nobiles: Iodocum à Burgavv, & Georgium Hail. in foro piscario, proximo die Veneris post S. Georgij. Victus Iodocus, sexto die post, qui Martis erat, obijt. Altero anno post, alij duo nobiles, in leucophæo vestitu, sine armis tegentibus, inter se scarificarunt. Cuius rei tamen exitus hic fuit: vt alter alteri se dedens, vitam retinuerit. in illa videlicet vrbe, antiquum ius dimicandi inter se, & honorem suum tuendi, nobilibus constitutum fuit: nec tamen facilè à Senatu eis potestas huius rei facta: nisi cum pertinaciter in sua decertandi petitione permanerent, nullæ eos dehortationis componere valente. Legantur plura libro 3. Cosmograph. Munst. Latinæ 302. Germanicæ 305. capitibus. Prohibitum autem est hoc cacoëthes omni iure: diuino, canonico, gentium, & ciuili: teste Henrico Bocero D. nostro Salcateno, in libro de Iure pugnæ. Tentatur enim eo Deus: damnatur eo sæpe innocens: à dilectione proximi alienum est, &c.*

SEPVLTI aliquot nobiles Bebenhusæ.

An. 1405. 18. Kal. Febr. obijt Ioannes de Lustnovv, armiger. In cœmeterio sepultus.

An. 1405. pridie Idus Febr. obijt nobilis ac præclarus Ioannes, natus de Giltlingen: & iacet in sepulcro XII. sepultus: cuius anima requiescat in pace.

Bebenhusæ nobiles humati. *A. 1405. quarto idus Maij, obijt nobilis ac validus Fridericus Herter de Hertneck. Et sepultus in XI. sepulchro, requiescat in pace.*

Anno

Anno 1406. Augustani ceperunt & diruerunt arcem VVellenburgum: quam Marescalci Bappenhaimii, Hauptus pater, & Hauptus filius, de ciue Augustano Onesorgio (Vcalegonte) contra Augustanos propter magnam controuersiam emerant. Matth. Bappenh. VVellenburg.

Turricula cum Horologio, adificata super senaculo Augustano.

Rupertus Cæsar Halensibus dedit libertatem viuæ circum sepis (die Freyheit vber Heg vnd Schleg) per ipsorum ditionem. Quod ius eis à sequentibus Imperatoribus est confirmatum. Summa est, quod omnes, qui intra id sepimentum comprehensi sunt, idem teneantur sartam tectum seruare. Qui vero discindat (das Heg vnd Schleg) mulctandum esse L. Marcis auri: ex dimidio Cæsareæ Cameræ seu fisco, & ex dimidio Halensi ciuitati, applicandis. VVidem. Halensium sepes.

Georgius de VVelvvart, eques, habens vxorem Annam de Schachingen, emit Lorchæ sibi suisq; Annuersarium: ad proximam feriam 2. post Martini quotannis agendum: vigilia, Missa, & in extincto vsque lumine ante S. Mauricij altare. Signa sua appenderunt etiam filii D. Georgii: Georgius de VVelvvart, in Hohenstatt: & Georgius de VVelvvart, in Luterburg, habitantes. VVelvvartus Georg.

Bebenhusæ. A. 1406. 6. Kal. Septemb. obijt nobilis & honesta matrona Agnes, vxor Erphonis Dapiferi de Hesingen, nata de Sachsenhaim. Et iacet sepulta in VIII. sepulchro. Cuius anima R. I. P. De sepulchris, 2. & 7. & 9. & 10. & 13. scriptum quidem nihil, sed corpora, reperta dicuntur. Sunt in ambitu, vel Peristylio, hæc sepulchra. Hesingæ.

Anno 1407. Gamundiæ, & in tota Sueuia, φθισίμβροτος λοιμὸς, horribilis erat pestilentia. Fuit & sæuissima hyems.

Burcardus Ehingenus (ille Zoppsius, cuius sæpe fecimus mentionem) VVilæ infra Zorn vel Zolleram, à Zollerensibus equitibus interfectus est, in quadam insecutione: cum Fridericus Zollerensis Comes, cognomine Oetinger, regionem Hohenbergensem hostiliter inuasisset: vbi Burcardus quendam sibi oppignerata habebat: Die alt Burg ob Ehingen (alt Rotemburg) & aliquot pagos, à ditione Hohenbergensi: quæ ipse defensa volebat contra illos. Nam Oetingerus ille ceperat octo ciues Rotvvilenses, & triginta Rotemburgenses, in mercatu Rangendingæ: inq; arcem Hohenzolleram duxerat. Inde, grauia bella: donec ea arx deiecta fuit: & modò 1414. instaurata. Duxerat autem vxorem Zoppsius Luitgardem 1377. D. Vlrici Faisij de Ihelingen, equitis, filiam. Reliquit duos filios, VVolfium & Rudolfum, vel Ruoffium. Burcardi Ehing. cades. Rangending.

Ordo nobilium de Ehingen, ratione generationis ab hoc Burcardo. Ehingenorum Genealogia.

1. Burcardus cum trica, natus circa 1348. Domini. De ipso, sup. lib. 3. cap. 12.
2. Rudolphus, natus 1378. obiit 1467. Frater verò eius, 1425.
3. Georgius eques, natus 1428.
4. Rudolphus, natus 1465.
5. Georgius, natus 1490.
6. Iacobus, natus circ. 1520.
7. Burcardus, natus 1545. & Georgius 1547. quos adhuc quotidie videre possumus.

De quibus singulis, suis locis. Quare infra lib. 8. cap. 2.

Appencellenses & Sangallenses obsederunt oppidum & arcem Brigantiæ, à 9. die Nouemb. vsq; ad 13. Ianuar. 1408. Quapropter generosi comites, Brigantinus Guilielmus, Montefortensis, VVerdenbergensis, Hailigenbergensis, aliiq; Sueuici Proceres de societate S. Georgii, se collegerunt: ac die S. Hilarii, obsessores pugna superatos depulerunt. Appencell. & Sangallenses.

Augustæ Henricus Endorffer (quæ familia postea ad patriciatum euecta est) XIII. præpositus fuit Canonicorum Benedictinorum ad S. crucem. Endorffer.

In eadem vrbe, platea ferrea facta est, Die Eisengaß: antea dicta, Am Holenstain: nunc, Der Eisenberg. Fortasse, Mons Isidis, quondam ibi cultæ. Eisenberg, Augusta.

Campanile lapideum cœnobii Bebenhusani, 1407. inceptum ab Abbate Petro Gomeringensis, & 1409. perfectum.

Albæ Dominorum. A. D. 1407. obiit Emericus armiger, Antonius de Gertringen, in vigilia assumptionis Mariæ: cuius anima requiescat in pace. Insignia Gertringensium, falces duæ auersæ. Gertring.

Spiessii nobiles, cum rotis molariis, Halæ Sueuicæ sepulti. Anno 1407. Obiit Henricus Spieß. A. 1486. sabbato post S. Crucis, obiit Georgius Spieß. Spiessii.

Viuebat Halæ, Dorothea Senfftina, VVernheri Eberhardi vxor, Conradi Senffiii filia. Item, VValther & Conradus Senffiii. Senffiii.

Hastiludium XXIV. Hailprunna.

Anno 1408. celebrati sunt XXIV. solennes quatuor Germanicarum nationum ludi, apud Hailprunnenses, proximo die Dominico post S. Michaelis. In quo Reges hi erant.

Albanus de Clausen. VVolfius de Saxenhaim, eques. Adamus de Sætern, eques. Ludouicus de Stain in Altenstain.

Interfuerunt. Comes VVirtembergensis Eberhardus. Comites. Ludouicus de Helffenstain. VVolfius Oetingensis. Fridericus Hailigenbergensis. Fridericus Zollerensis. Bernhardus Eberstainius. Philippus Kirchbergius. Frider. Hohenloius. Barones. Gangolfus Staufensis. VVilhelmus Lympurgensis. Philippus VVeinspergensis. Equites. Vitus de Rechberg. Georgius Zolner de Halvveil. VVolfius de Gyltlingen. Aberlinus de VVelvvart. Hauptus Marescalc. Bappenhaimius. Ioannes de Freiburg. Fort. Freiberg. Georgius de Zylnhart. Ioannes Schilling. Albertus de Dachenhusen. Ioan. de Neuhausen.

Kirchberg. Staufen. VVeinsperg. Schilling.

Nobiles serui. Albertus de Rechberg. Sigismundus & VVolfius de Freiberg. Georgius de Ahelsing. Heinricus de Stein. Georg. de Hyrnhaim. Hanso Truchsæssius de Hæfingen. Henricus & Paulus VVesterstetii. Conradus de Zylnhart. Diepoldus Spæt Mirificus, der Wunderlich. VVolfgangus & Eberhardus Spætii. Georg. de Gyltlingen. Otho de Reischah. Christophorus, Nicolaus, Stephanus, de Gemmingen. Georg. de Neuhausen. Rudolphus de Nenneck. VVolfius & Henricus de Kaltenthal. Cuntzo Schillingus. Erhardus, Cuntzo, & Henricus, de VVelvvart. Hanso Nothaffius zu Rembs. Hanso de Lustenouu. Melchior de Fyrst. Conradus de Ehingen. Paulus de Pliening. VVolfius de Venningen. Hanso de Bubenhofen. Cuntzo & Vlricus de Dachenhusen. Iacobus Faesler. Hainzius & Eberhardus de VVeiler. Cuntzo de Offterdingen. VVolfius de VVembding. Cuntzo de Gameringen. VVilhelmus Herter in Hertneck. Cuntzo Adelman de Adelmanshausen. Et alii.

Stain. Zylnhart. Gemmingen. Lustnovv. Fyrst. Pliening. Faesler. VVeiler. Herter.

Schorndorffii, in Choro Templi lapis iacet: Insignia comitum illustrium Tubingensium habens, & hæc verba circum. † Anno Domini M. CCCC. VIII. Jahr/ starb der Wolgeborn Herr Rudolph/ Graff zu Tübingen: Dem Gott gnedig sey. *Fuit initiò, anno scilic. 1297. parochiale huius oppidi Templum, ligneum: postea verò, circ. 1477. annum, in eadem area ex lapide ædificatum: & ex vetere Choro, huc translatum est hoc Epitaphium.*

Tubing. C. Rudolfus. Schorndorffense Templum.

Viuebant eodem 1408. anno, Burcardus, Hainricus, & Volmar, nobiles de Mansberg: & adhuc 1428. anno.

Mansberg.

Albertus Blaurerus, ex peruetere Constantiæ familia, ibi Episcopus fit, propter insignem prudentiam suam. Non consecratur, quia non erat Sacerdos: sed Præpositus summi Templi fuerat. Qui cum triennium fideliter eam dignitatem gessisset: resignauit Othoni successori, reseruata sibi mediocri pensione annua per suam vitam. Brusch.

Blaurer Albertus, Constant. Episcopus.

Abbate Alperspachensi Heinrico, Hermannus Hack huic Monasterio bona quædam sua legat, se mortuo fruenda.

Bebenhusæ. A. 1408. 6. Kal. April. Obiit nobilis ac ingenuus Georgius de Halsingen. Iacet in primo sepulcro.

Addatur huic anno & hoc.

Cum antea in obsidione Brigantina, mense Ianuario, Abbaticellenses cæsi fuissent, per Guielmum comitem Brigantinum, & socios Comites: nobilis vir Berengarius de Landenberg, magna voce exclamasse dicitur: Interficiamus & mulieres eorum, & paruos liberos: ne fortè in perniciem nobilitatis repullulent. Multa enim castella destruxerant. Perierunt multi in hoc bello nobiles: vt, comes Hermannus de Thierstein, de Landenberg miles, Hermannus de Clingenberg miles, Ioannes de Halvvil. Plura de hoc bello Nauclerus habet, sed numeris annorum confusis. Viuebat Otho, Comes à Thierstain, Herr zu Varnsperg. *Vxorem habuerat Catharinam Hohenclingensem.*

Landenberg. Nobilitatis pestu, Appencellenses.

Anno 1409. Augustæ pridie Petri & Pauli, in foro vinario duellum erat: in quo Hachsenacher confodit Gensvveinum, Marescalcum à Dornsperg: callidè supra clypeum ictu illato.

Duellum Augustæ.

Consules ibi tunc erant, Vlricus Cæntzmannus patricius, & Laurentius Egen Mercator. Tunc Coriarius quidam, ciuis, nefariæ vitæ à Præfecto vrbi (Stadtvogt) condemnatus est, & crematus. Fuerant libidinis socii, tres Sacrificuli: Vlricus Frei, Præmissarius ad S. Ioannem: Iacobus Ryss, ad S. Crucem parochus: Vlricus, Parochus Gerstlhofensis: Georgius denig. VVattenlechus, Monachus Dominicaster. Quos, quia vncti & rasi erant, Magistratus punire non audens: Episcopi sententiam definitiuam non semel implorabat, Eberhardi Kirchbergii: aut, quid illis

Sacerdotes Augustæ libidinosi.

illis hominibus facere deberent. Respondit is ridicule, aut potius superbe: ponerent eos in cauea, siue autario, vt ibi canerent. Existimauit videlicet, sibi rei curam soli permittendam esse: neque seculares homines debere se admiscere. Tum senatus non tam irritatus, quam modum condocefactus, caueam ligneam curauit faciendam: & a parte boreali Berlachiæ turris, in summa specula suspendi iussit: in qua cauea illi quatuor, manibus pedibusque decussatim vinctis, inclusi erant nudi. Ibi fame mortui sunt: cum à die Sabbati, vsque ad 5. & 6. Ferias proximas, animam agram traxissent. Quorum corpora, per carnificem in colle supplicii capitalis humata sunt. Primo biduo canebant aliquot horas canonicas: vesperi, Salue Regina. Dominicanorum autem Prior, è Platea aliquoties clamans, concione aliqua sacra illos consolabatur. Cauea, supplicium illorum.

Halæ Sueuicæ fossa vrbis, quæ trans Cochenam fluuium est, initium 1409. (al. 1490.) sumpsit, vna cum magno propugnaculo. Sed porta in der Zollhütten (in vectigalis taberna culo) obstructa: ædificatio portæ Lullenthor, vel Riedemerthor, introducta est. Quoniam rursus occasio hic datur: placet, inclytæ huius ciuitatis (ex qua charissimus meus compater, Scholæ Lautgardianæ Padagogarcha, & Scholarum dimidiæ in VVirtembergia partis Visitator, M. Leonhardus Engelhardus, originem ducit) descriptionem, quomodo hodie sese habeat, paulo longiorem subiicere (licet iam suprà parte 2. lib. 7. cap. 5. etiam multa sint dicta) antequam ad insequentia pergens, postea obliuiscar.

Imperialis vrbs, Hala est: ad Cocham flumen sita: Sueuiam à Franconia dispescens. Habet tria suburbia. 1. infra montem. 2. trans Cocham. 3. Gelbingeram plateam. Halensis ciuitatis descriptio.

Habet quinque Templa: primarium, ad S. Michaelis. 2. ad Franciscanos. 3. ad D. Mariæ in Schuppachio. 4. ad D. virginis iuxta ciuitatensem portam, propter Schœnthaliam curiam. 5. ad S. Spiritum in Hospitali.

Portæ 7. portulæ 3: Das Langenfelderthor / das Neuthor / das Vnderwertthor / das Sulfurthor / das Oberthürlein / das Mittelthürlein / das Vnderthürlein / das Bruckenthor / das Eichthor / das Stetthor.

Suburbium inframontanum, habet vnum fanum, S. Vrbani: situm inter montem & Cocham. Caret muro.

Trans Cocham, duo Templa habet. 1. S. Catharinæ. 2. S. Ioannis, ad commendatoriam Curiam. Duas portas, Ridemariam & VVeilerinam.

Gelbingeræ plateæ duo fana sunt. 1. intra murum, S. Iodoci. 2. extra murum, S. Nicolai, iuxta λεπροκομιον, domum leprosorum. Tres portæ: das Erckenthörlein / das Gelbingerthor / das Kelckersthörlein.

Multi sunt putei, multi fontes salientis aquæ, vel fistularum, in vrbe & suburbiis: præsertim in vrbe, egregius aquæ salsæ fons: ex quo CXI. sartagines, seu vasa salaria implentur, & salelixatur: sicut ea de re, dudum scriptum.

Ditio vrbis, in longum latumq; bina milliaria patet: in qua, multi pagi, villæ, & Curiæ.

Tota administratio duobus nititur Consulibus, siue ciuitatum Magistris: qui alternis vicibus regnant. Senatores, numero quatuor & viginti.

Quinquecutros vrbs habet, primæ dignationis consultores: ad quos omnes causæ arduæ, aut celeritatem consilii requirentes, deferuntur.

Prætor, siue Scultetus, ibidem est, nomine Imperii Rom. Præsidet is peculiari iudicio Hospitalario: in quo quæuis Xenodochii, & incolarum regionis, causæ cognoscuntur. Prædiues autem hospitale est: & beneficentia in pauperes indigosq; larga. Sindt Allmusen / die man die Teichschüssel nendt. Sunt Stipendia etiam in Discentes literas & opificia, atq; in iuniores contores & curatores. Mercatorum præcipuus hoc tempore, Georgius Roßnagel, L. Engelharti consobrinus. De Ministris Ecclesiæ, & Scholæ administratione, alias, si occasio tulerit.

Sunt in vrbe iudices quoque rerum creditarum, atque debitarum. Sunt pupillorum tutores & curatores.

Vixebat 1409. ibi, nobilis Ioannes Sulmaister. Tunc & Conradus Schlatz: qui Catharinam Seuffiniam duxit, Conradi filiam. Sulmaister.

Vricus, Dux Teccensis, Friderici F. condidit 1409. Parochialem Ecclesiam Mindelhaimi. Mindelhaimi.

Eodem anno, Georgius VVelvvartus eques diem suum obiit. Humatus Lorchæ: & sequentibus VVelvvart.

tibus temporibus, plures huius familiæ. Commemorabo, vt spero, in anno 1588. quando eo sibi videbam.

Basiliense bellũ. Lupf. Ioannes.

Bellum indixerunt Austriaci Basilienſibus (nescio, qua de causa: credo tamen, propter Meum & tuum) Comes Ioannes Lupfensis, moderator Suntgoiæ & Alsatiæ: comesq; Hermannus de Sultz, Præses nomine Ducis Austriæ Friderici, Ergouiæ, Brisgoiæ, & Syluæ Hercyniæ. Sæuitum vtrinq; populationibus, & vicorum combustione: donec Rudolphi, Hochbergensis Marchionis, intercessione, bellum sopitum est. Vrstisius, Munsterus, & 12. Stumpff. 30. Landtvogt zu Schwaben/ Turgow/ Ergow/ &c.

Bergomum Italiæ.

Ioannes Suardus, Bergomi Italiæ consul, hanc suam patriam, quam superiore anno tyrannide Ioannis Picenini liberauerat, 14. Kal. Septemb. 1409. Pandulfo Malatestæ vendidit: atque ad Ioannem Franciscum Gonzagam se Mantuam contulit, otio suo consulens. Existimabat autem, sibi ius esse Bergomi vendendi, vt iã ex multo tempore sui: idq; concessione Imp. Friderici Barbarossæ: qui eius honorabile genus, ex Germania in Italiam traduxerat. Bergom. lib. 14.

Lipsiæ Academia.

Vniuersitas Lipsiensis condita est hoc tempore: cum Germanorum studiosa iuuentus è Pragensi Gymnasio, Ioanni Hussõ cedens, Lipsiam migrauit.

NONVS CÆSAR OCCID. IODOCVS. LAVRENTIVS EGEN AVgustanus. Nobiles Sueuiæ complures. Roseck castrum, & pagus Iesinga, non longè à Tybinga. DECIMVS IMP. ROM. SIGISMVNDVS. Episcopi, Augustanus Anshelmus, & Constantiensis Otho. Consules Gamundiæ. Hastiludium XXV. Ratisbonæ. Elchingense cœnobium, emendatum. Monasteriolum Bechium. Ecstaticæ mulieris vanitas. Commentitius Sanctus. Abbas Sangallensis Henricus III. Tybingæ Monasterium Barfuseranum, & Hospitale. Lauingani oppidi amplificatio.

CAPVT IX.

Iodocus. in Occid. Cæsar IX.

ANno 1410. Cæsar Rupertus obiit Kal. Iunii. Interregnum fuit in mensem quartum. Tum in comitiis Francofurtensibus creatus est 12. Kal. Octob. IX. CAESAR IODOCVS, Brandenburgensis & Morauici limitis præfectus, Ioannis F. Alii vero Sigismundum, Vngariæ Regem, Imperio suffragiis suis præfecere. Regnauit Iodocus M. 6.

AD CALVENSES.

Eberhart/ Graff zu Wirtemberg/ &c. Vnsern gruß zuuor. Lieben getrewen/ Schulthais/ Richter/ vnd alle Bürger gemeinlich/ vnser Stadt zu Kalbe: Als wir Kalbe die Pfar: schafft/ mit jhr Zugehörunge/ dem Hochgebornen/ vnserm lieben Sohne Eberharten/ Graffen zu Wirtemberg/ gegünt haben zulösen/ von vnserm lieben getrewen Conraten von Stammhain Ritter: Heissen wir euch ernstlich/ wenn das geschicht/ daß jr dem hüldent/ &c. Am Montag nach S. Georgen tag/ anno Domini M. CCCC. X.

Egen Laurentius.

Argouv.

Augustæ Laurentius Egen negotiator, de suo domum hospitalem fundauit, S. Antonij Pfründ appellatam, proximè post ædes suas. Eius posteros Cæsar Fridericus nobilitauit: nunumpatos, die Egen von Argow. Quam fundationem postea 1445. Petrus Argouius auxit: fano ibi cum peculiari Sacerdote, ad honorem B. Antonii constituto: atq; eo vsq; dotato: vt in ea domo, perpetuò XII. sexagenarii senes, locum & alimenta habere possint. S. etiam Maria Templum, fornicari cœptum est, & quadriennio absolutum. Ex Gaß. & aliunde.

Rechberg.

Controuersia quædam erat 1410. de aduocatia bonorum in Altorff, & in Ruprechts vico: inter Monachos Lorchenses, & viros nobiles: D. VVilhelmum patrem, & D. VVilhelmum F. de Rechberg, de Hohenrechberg, equites.

Eam transegerunt, & sigillis suis roborarunt, arbitri hi sex.

VVellenvvart.

Conradus de Rechberg, dictus de Hichlingan, eques. Georg. de VVellenvvart, eques. Conradus de Hohenriet. Vlricus Mangoldus. Eberhardus Vener, & Hermannus Firabent: ambo, ciues Gamundiani.

Schanat Abbatissa.

Eodem anno, die Veneris post Vrbani: Wir Fraw Schanat/ geborn von Lyningen. Hæc Abbatissa cœnobii Burrensis, ordinis Benedictini, duos de suis fortunæ seruos & pauperes, Henricum & Bentzonem Ruhos, fratres, Renhartzouuenses, Aureis 2. acceptis, Abbate Alperspachensi intercedente, libertate donauit, ac manumisit: ne post mortem suam quicquam Abbatissæ persoluere cogerentur.

Hælnstain. Frauvenberg.

Burcardus de Hælnstain, & Anna de Frouvenberg, legitima eius coniux, & filius ipsorum Georgius de Hælnstain: vendiderunt Henrico de Halsingen Abbati, & Conuentui Bebenhusano,

husme, ROSECK castrum, cum omnibus attinentiis suis: & villam Iesingam, mit Vogtey/ Gerichtschütz/ Zwing vnd Bänn: cum syluis, vineis, molendinis, furnis, torcularibus, agris, pratis, aquis, aquarum vsibus: omnia XXV. Centuriis Florenorum probatorum, anno 1410. Sponsores: Henricus de Hailsingen, Mercklinus de Melchingen, Iacobus Herter de Tußlingen, Fridericus Schenck de Andeck, & Marquardus de Hailsingen. Hælnstain, horæ vnius spatio infra Melchingam est, in Alpibus Sueuicis: & infra Hælnstainum, vicus, Stetten vocatus. *Roseck castrum. Melchingen. Andeck.*

Eodem anno, Ernestus & Fridericus fratres, Austriaci, à ciuitatibus Imperialibus pecuniam acceperunt mutuam, hisce: Vlma, Reutlinga, Tberlinga, Lindoa, Rauenspurgo, Bibraco, Gamundia, Memminga, Campidono, Kauffbeura, Pfullendorffo, Isna, VVanga, Leukircho, Dinckelspubela, Bopfinga, Aula, Gienga, & Buchorno. Eis, dum persoluerent, pignori dederunt oppida & arces: Rotemburgum, arcem supra oppid. Rotenburgum: hoc oppidum, cum arce intra ipsum: & oppidum iuxta Nicrū, Ebingam. Praterea Horbam, oppidum & castellum: Sehœnen bergam & Beinsdorffum oppida. Vicos denique eis subiectos, & homines. Cum autē postea 1522. ij loci periculum à comite Zollerensi metuerent ciuitates illæ: duas turres, quæ adhuc sunt, munitionis loco iuxta Rotemburgum & Horbam extruxerunt. Genus Ernesti & Friderici. *Rotenburgi oppigneratio.*

Leopoldus, Dux Austriæ, —
- Ernestus 1410. — Cæsar Fridericus.
- Albertus. Vxor, Mathildis Palatina, Ludouici VVirtemberg. vidua: quæ oppida illa possedit iure dotali, donec obiit. Postea reciderunt ad Archiducem Sigismundum Tyrolensem. Gottfrid. à Ramming.
- Fridericus, 1410. Cuius filius Sigismundus, inferioris Austriæ Dominus.

Anno 1411. Cæsare Iodoco 13. Kal. April. mortuo: creatus est Decimus mense Martio IMP. CAES. SIGISMVNDVS P. F. Aug. Caroli IV. F. multarum linguarum peritus: sed in Latina ferè incongruus. Imperauit ad 27. annos. *Sigismundus. Occid. imp. X.*

Augustani Episcopatus cura committitur Anshelmo, ex nobili familia Nenningensiū nato. Quem cum maxime odisset Senatus Augustanus: impetrauit à Cæs. Sigismundo: vt illi obduceretur, Papa consensu, Fridericus nobilis à Grafeneck, Abbas cuiusdam Vngarici cœnobii. Hic sequenti anno Augustam ingressus: clementer à S. P. Q. Augustano, & quadam Cleri parte, exceptus, & aræ impositus est. Inter hos duos Antepiscopos, A. 9. certamen fuit: donec Senatus Augustanus, à Papa Martino V. obtinuit: vt vterq; cederet, locumq; Petro à Schawvenberg daret. Tum Anshelmus Blabyram concessit: vbi 1422. (al. 1428.) obiens, terræ mandatus est. Fridericus vero in Vngariam, ad suam Abbatiam reuit. *Augustani duo Antepiscopi.*

Otho III. Marchio Hochbergensis & Rœtelensis, Episcopalem Constantiæ baculum accepit: vir eximiè doctus & prudens. Sub eo acta est illa magna, de qua dicetur, Constantiensis Synodus. Ingrauescentem senio epilepsia cepit, & Episcopatum ponere cœpit. Itaq; retenta sibi parte annuæ pensionis: reliquum vitæ in Minorum cœnobio Constantiæ exegit. Præfuit 23. A. Obiit 1433. Nouemb. 15. Sepultus in Basilica cathedrali. Bruſch. *Constantiæ Episcopus Otho.*

Gamundiæ Consules. *Gamundiani Rectores.*

1411. Cos. VValther in Stainhusio.
Prætores, Conradus VVolfius de VVolfsthal, VValther Fischer.
1412. Cos. Nicolaus Horckhaimius.
1413. Cos. Salomon Zeiselmyller.
1414. Cos. Ioannes Gu.
1419. Cos. Henricus Hugo.
1430. Cos. Ioannes Strasser.
Pr. Paulus de Rinderbach, Ioannes Herrer.
1432. Cos. Ioan Strasser.
Pr. Iodocus Gußregen, Ioan. Gundler.
1433. Cos. Nicolaus Horckhaimius.
Pr. Henricus VVolfius de VVolfsthal, Bartholom. Tranchmaier.
1436. Cos. Nicol. Horckhaimius.

Pr. Ioan. Hugo, Petrus Rhatgab.

1437. Cos. Ioannes Herrer.

Pr. Paulus de Rinderbach, Barthol. Truchmaier.

1438. Cos. Iordanus Albicus.

Pr. Iodocus Gussregen, Laurentius Liebermannus.

1439. Cos. Salomon Zeiselmyller.

Pr. Conradus de Sunthaim, Raubaldus (fort. Remboldus) Funccius.

Tybingæ campana.

Campana magna Templi S. Georgii (vbi hodie conciones ex verbo Dei excellentes, ferè quotidie habentur) in oppido Tybinga, fusa & parata est hoc 1411. anno, die S. Ægidii. Pondus eius, LXVI. centenariorum.

Vrhausen.

Eodem anno, Fritzo de Vrhusen, & vxor eius Eufemia de VValthusen, huiusq; fratris filius Cunradus, vendiderunt Iohanni & Georgio de Vrbach, die Iouis omnium Sanctorum, bona sua in castro Lineck (domos, muros, fossas, molendina, prata, syluas, hortos, &c.) 145. Aureis Rhenens. iusti ponderis. Signarunt D. Ioan. Sturmfeder eques, & Cunradus de Henheriet.

Lineck.

Bebenhusæ. A. 1411. 7. idus Octob. obiit honesta & pudica virgo Agnes, nata Herterina de Hertneck. Et in VIII. sepulchro iacet. Cuius anima R.I.P. Amen.

Hastiludium XXV. Ratisbonæ.

Anno 1412. equestres ludi XXV. celebrati sunt Ratisbonæ, hebdomade post S. Lucæ.

Reges. VVolfgangus Grans Vtendorffius, eques. VVilhelmus de Palland. Georgius de Stain in Staineck. Ludouicus Aufffæstus.

Sueui, aut non multo secus. Iunior Marescalcus de Bappenhaim, eques. Fridericus de VVembding, eques.

Nobiles alii. Georgius de Ovv. Quidam Hyrnhaimius.

AEntringæ.

Hoc tempore habitabat Æntringæ, nobilis de Ehingen Hugo.

Wir Friderich/ Graffe zu Hohenzohlre/ bekennen offentlich mit diesem Brieff: Daß auff diesen Tag für vns kommen ist/ vnser lieber getrewer Jacob der Herter/ &c. Pridie S. Martini.

Schæchingen.

Florebat tunc nobilis, Vlricus de Schæchingen. Hic, & Schorndorffæ Cellarius Henricus Belshain, literas quasdam signarunt.

Monasteriorum dissolutio.

Cum disciplina monastica, virorum & fœminarum, circa 1348. diræ pestilentiæ annum, & ante sub Imp. Ludouico Bauaro tempore persecutionis, concidisset: Augiensibus Monachis, bona Vlmæ sua luxuriosè profundentibus: & Elchingensibus, VViblingensibus, Ochsenhusanis, Blabyrensibus, illos imitantibus: ita, vt Monachi cum lagenis vini, in viis ruerent ebrii: anno tamen 1412. reformatum est Elchingense cœnobium: meliores mores restituti sunt: bona temporalia rursus creuerunt: & sub Abbate Friderico Zuirnero (qui 1450. circiter vixit) obseruantia statutorum refloruit. Cum enim Ludouicus de Berbas, patricius Venetus, congregationem S. Iustinæ Patauii inchoasset: & conuentus lapsos reformaret: Monasteria per orbem, exemplo eius reformari cœperunt.

Bechium Monast.

In vicinia Salomouillani Monasterii, castrum est Sancti montis, Sanctimontiorum siue Fyrstenbergensium comitum. Vocatur mons sanctus, à S. Felice, & S. Regula, ibi sepultis. Ad eius radices ferè situm est Bechium cœnobiolum Franciscanarũ sororcularum: cœptum circiter 1412. ex eleemosynis religiosorum hominum ædificari. Postea Parochus quidam Hasen vvilensis, Iannes Sutor Sulgouianus, in vsum Monialium construxit habitationem paulò ampliorem & firmiorem. Tutores eius & benefactores, comites S. montis sunt. Brusch.

Hominum, luce verbi Dei carentium, cæcitas.

Mulieris ecstaticæ vanitas.

Fuit paulò ante tempus Constantiensis Concilii (de quo, postea 1414.) prope Constantiam in Cellis oppido, inclusa quædam magnæ famæ contemplatrix, multa Sanctitatis specie pollens. Ad eam multi de Constantiensi Clero seculari, & religiosiores Sacerdotes, alitiq;, consolationis capiendæ causa ventitabant. Quippe se dixerat sæpe iacere in ecstasi, extra se raptam. Inde post ea mira quædam dicebat secreta. Ferebatur de ea, certo die in manibus, pedibus, & pectore ipsius, quæq; stigmatum Christi apparere. Cellas igitur ad diem exiuerunt Ecclesiastici & seculares, non pauci. Habebat ipsa Sacerdotes & Prophetissas, ducentes cœtum ad spectanda Dei mirabilia. Cum in locum venissent, vbi illa iacebat immobilis, in raptu scil. mentis: nullum signũ stigmatum Christi viderũt, quamuis diu expectantes. Tædebat populum longioris expectationis. Tum quædam contemplatricis Sacerdos, Expectate adhuc paulisper, magna voce exclamauit. Coerci-

tum

sum est murmur paululum. Tandem nihil apparuit. Abierunt ergo homines: se venisse ad hæc deliramenta erubuerunt. Ioan. Nider Formicarii lib.3.cap.11.

Sanctus fictitius.

Fuit in ciuitate Rauenspurgo Constant. diœcesi. puer scholaris annorum 13. circiter: qui aliquot dies amissus, vbi q; quærebatur, multis diebus. Tandem repertus est extrà, super quadam arbore Pinu iacens: sine vllo signo alicuius interfectionis. Cœperunt eum de plebe multi statim, tanquam Martyrem, à Iudæis occisum, colere: miracula ab eo facta mendacissimè confingere: capellam ligneam & lapideam erigere: pecuniam nouo colligere Martyri ab adeuntibus: detentio orta est inter seculares & Ecclesiasticos, quisnam ille puer esset: aliis eum tuentibus, aliis reprobantibus. Humatus interim puer est per Magistratum: nec quisquam ad locum sepulchri adire permissus, dum veritas rei aperiretur. Sed desistere plebs à martyre noluit. Cum sepulchrũ adire non posset: saltem Pinum accessu frequentauit. Erat puero cognatus quidam: qui se diuinitus inspiratum dicebat, ne desisteret, antequam pinus puero sanctificaretur: id quod pluribus negotii attulit difficultatem. Venit tandem Rom. Rex Sigismundus: qui, diligenter examinatis rebus, reperit multimodas fallacias, fraudes, decipulas. Vnde motus, pinum struit: & capellam, quod non consecrata esset, destruxit: ac Reipub. ne ignotum coleret, penitus interdixit. Atque ita Sancti huius mira cessarunt. Idem Niderus ibidem. Fortasse puer ille nidum auium excepiare voluit, nec amplius descendere valuit, & fame ibi periit.

Sangall. Abbas Henricus.

Apud S. Gallum Abbatiam cepit regendam Henricus III. Baro Gundelfingensis: electus propter conuentualium defectum, à Monasterii vasallis, & fratre quodam conuerso, 1412. quia nemo volebat eam Recturam, propter Abbatis cellenses turbas suscipere: cum res plena periculorum esset. Confirmatus est à summo Pontifice. Erat Abbas doctus, sed ad Politica minime callidus: interim tamen bonus erga quosuis, & charus. Misit rogatus ad Constantiense concilium multos bonos & maximi precii, libros: sed hi viam redeundi in suas thecas obliti erãt: sicut quidam redituros spopondissent. Accusatus ipse in concilio à fratribus suis, tanquam rerum Monasterii negligentior: se cura ea libenter abdicauit: postquam annos 5. optimè præfuisset.

Obiit 1412. 19. Kal. Ianuar. Petrus de Gomeringen, Abbas XIX. Bebenhusanus.

Fontes Augustæ.

Augusta cæpta sunt aquaria, vel aluei fontium fistularium: Die Rhörkästen/ τὰ ὑδροδόκια. In M. Scr. hac verba inueni: A. 1412. War der erst Rörkast gemacht vor dem Weberberg. Hala, Dorothea Senfftina VVernhero Eberhardo nupsit.

VVesternach.

Anno 1413. viuebat nobilis vir Henricus de VVesternach: cui, vxor fuit Engel von Laimberg.

Tybing. Monasterium Franciscanum.

Ich Bruder Conradt von Wildperg/zu diesen Zeiten Gardion: Vñ wir der Conuent gemeinklich des Closters zu Tübingen S. Francisceen Ordens/die man nendt Barfüssen/thunt kundt allermenniglich mit diesem Brieff: Daß vns die ehrwürdige Frow/ Anna die Nothäfftin/ vns vnd allen vnsern Nachkommen/ in vnser obgenandt Closter/ lauterlich durch Gott/ vnd durch der Seelen heyl willen/ geordnet vnd gemacht hat vier Schilling/ vnd ein pfund Heller/ewiges geldts järlichen zurichten/&c. Daß wir/ vnd alle vnser Nachkommen/ järlich jhr/vnd jhres Manns herr Hansen des Herters seligen/ vnd Jungfraw Annen/der Herterin jhr Tochter seligen/vnd Gerion des Herters jres sohns/ vnd aller jhr Fördern vnd nachkommen Jahrzeit järlich begehn sollen/ auff sanct Agnes tag der heiligen Jungfrawen: Des Abends mit einer Vigili vnd Seelvesper: Vnd auff jren Tag mit einer Seelmeß: Vnd sollen auch vier Kertzen brennen zu der Vigili/ vnd zu der Meß: Vnd sollen auch den Caplan des Spitals zu Tübingen järlich ruffen zu der Vigili/&c. Actum proxima Dominica post Pascha, anno M. CCCC. XIII. appensis Gardiani & Conuentus Nydipedum sigillis. Loco vero huius γραφοδόκου Monasterii, nunc insigne collegium Studiosorum, à clementissimo nostro Principe ædificatur.

Herterini.

Tybing. Hospitale.

VVildperg op.

Pertinuit olim oppidum VVildperg ad comitatum Hohenbergensem. Postea ad Palatinum Rheni Othonem: vt ex priuilegio quodam anni 1413. & altero anni 1417. constat.

Ciuis quædam Tubingensis, vidua Ioannis de Sultz, Agnes Beschbaldina, vendidit ciui Tubingensi Burckhasio, curiam quandam Bondorffit sitam, cum permultis agris, cum domibus & horreis, cum pascuis & syluis, aliisq; locis, CXX. Aureis Rhenensibus iustis. Signarunt Tybingæ vilitatum Scultetus & Iudices Tubingenses, proximo die Veneris post S. Martini Episcopi. Ostendit mihi

mihi honestus vir, vicinus meus, Sebastianus Maier. Tenuia quidem videantur talia. At ideo pono, vt precia rerum appareant posteris: quam parua fuerint tunc, & quam grandia sint hodie. Tybinga etiam, aliæq; ciuitates, tunc Scultetos habebant: non βοηθοὺς, Vögt/sicut hodie.

Lauingæ, ad Fratrum Ecclesiam, in saxo. Als man zalt von Christi Geburt *M. CCCC. XIII.* Jar: Hat Hertzog Ludwig/Hertzog in Baieren/vnd Graff zu Mortany/der Künigin von Franckreich Bruder/ angefangen die Stadt Laugingen weiteren zulassen/ Stadtmaur zubessern: Vnd auch die Graben/darzu den Weg vber das Mos/machen zulassen: Vnd viel ander nützlicher Bäw an der Stadt. Bitt Gott für seine Seel.

Lauingæ amplificatio.

Mortania.

Huic Ludouico, in Galliam profecto, affinis suus R. Carolus VI. tradidit Mortaniam, Nordmanniæ comitatum. Vxores Ducis Ludouici, duæ fuerunt. I. Anna, Ducissa Borbonia: ex qua Ludouicum gibbosum suscepit. II. Catharina Alasonia, soror Carolæ Reginæ Cypri. Ambæ, in Gallia mortuæ: atque in Prædicatorio Lutetiæ claustro sepultæ.

VVolfius VVinnenstainius.

Deß gleissenden Wolffs (τοῦ ἐν στίλβουσιν ὅπλοις ἱππεύειν εἰθισμένου) *monumentum* zu Beilstain.

Da man zalt von Christus geburt *M. CCCC. XIII.* am nechsten Donnerstag vor sanct Martinus tag/starb Herr Wolff von Winnenstain.

Wir Sigmund/von Gottes Gnaden Römischer Künig/zu allen zeiten Mehrer des Reichs: Vnd zu Hungern/Dalmatien/Croacien/ꝛc. Künig/ꝛc. *Confirmat omnia cœnobii Kynigsbrunnensis priuilegia, ipsis antea à Cæsaribus data.*

CONCILIVM CONSTANTIENSE, ET FREQVENTIA IBI HOMInum. Ioannis Hussi, Hieronymiq; Pragensis, combustio. Decreta quædam Constantiensis concilii. Sepultus Constantiæ Manuel Chrysoloras. Plurimi hoc tempore nobiles Sueui.

CAPVT X.

Tres Papæ falsi.

ANno 1414. quia tres Papæ adulterini erant (Ioannes XXIII. Gregorius XII. & Benedictus XIII.) atque Hussitica doctrina pontificiæ auctoritati plurimum detrahebat: concilium Constantiæ cœptum est celebrari. Ad quod cum Cæsar Sigismundus venisset: dixit ad patres: Date operam, vt illa nefandissima schisma eradicetur. Tum respondit quidam: Serenissime Cæsar, Schisma est generis neutri. Quis hoc dicit? quærit Cæsar. Respondet alter: Alexander Gallus. Cæsar rursus: Et quis est iste Alexander? Responsum est: Monachus. Retulit Sigismundus: Et nos Rex Rom. ideoque maioris auctoritatis. Nonne possumus instituere nouam Grammaticam? Durauit hoc concilium vsq; ad 1418. annum: præsentibus Italis, Germanis, Gallis, Hispanis, Anglis, aliisq; nationibus. In græca legatione erat Manuel Chrysoloras, eques: cui adiunguntur in Germanico concilii opere, Nicolaus & Andronicus è Morea, vel Peloponeso: omnes tres cum 24. comitibus. Aderant etiam alii, qui Græcam religionem colebant. Diuerterunt in domo Vlrici in Holtzhusio ad insigne Solis.

Concilium Constantiæ, contra Ioan. Hussum.

Grammatica Cæs. Sigismundi

Græci, in hoc Concilio.

Et Sueui.

Interfuerunt ex Sueuia multi.

Dux Teccensis Vlricus, Comes VVirtembergensis. Eberhardus Mitis. & Eberhardus filius (potius, quam puerulus Vlricus) nec non Elisabeta comitissa de VVirtemberg, ex Burggrauiis Noribergensibus nata: Cæsarissam Barbaram Ziliensem, & Bosnensem Reginam Elisabetam, secuta. Deinde cum iisdem VVirtembergicis, sequentes clari viri: Ioannes de Stæffeln, Baro. Ioannes Cimbrensis, Baro & eques.

Item, equites. Albertus, Henricus, Conradus, & Vitus, de Rechberg. Fridericus de Freiberg. VValther de Stain. Conradus & Volcius de VVittingen.

Stain.

Præterea hi nobiles. Conradus & Rudolphus de VVesterstetten. VVilhelmus de Hirnhaim. Iohannes de Hornstain. Burckardus de Ellerbach. Ioannes & Merclinus de Halfingen. VVolfius & Conradus Bubenhofii. Conradus de Hohenriet. VVilhelmus de Gyltlingen. Ioannes Sachsenhaimius. Hugo de Beringen. Stephanus de Gundelfingen. Henricus de Geroltseck. Berchtoldus & Volmarius de Mersperg. Rudolphus Baldeccius. Ioannes Nothafftus. Henricus de VVerdnovve. Conradus Schenck de Thalhain. Heinricus, Otho, & Fridericus, de Knæringen. Seitzius & Diepoldus de Gießen. Ioannes de Helmstatt. Georgius de VVelvvart. Ioannes Liechtenstainius. Albertus & Rudolphus de Dachenhusen. Burckardus Gerungus. VVilhelmus Berger.

Gyltlingen.

Gundelfingen.

Venerunt ad idem Concilium.

VVerdenberg.

Comes Hugo Montefortius. Cum eo, Marcus de Schellenberg. Comes Hugo VVerdenbergius

bergius. VVerdenbergenſes de S. Gans, Rudolphus, Hainricus, & Ioannes. Comites Oetingenſes, Ludouicus, Fridericus, & huius filius. Comes Conradus de Tubingen. Comes Kirchbergenſis Eberhardus, cum filio. Comites Eberhardus & Conradus de Nellenburg. Comes VVilhelmus Eberſtainius. Baro Conradus de VVeinſperg. Tubingen. Kirchberg. VVeinſperg.

Multi inſuper nobiles & equites: vt,

VVolfius Grafenecker. Hauptus Mareſcalcus Pappenhaimius. Ioannes Friſchhanſius, & Ioannes ſenior, & Ioannes Conradus, de Bodmen, equites. Fridericus, Cõradus, Henricus, Thomas, de Freiberg. Henricus de Stain. Ioannes Schilling. Et alii multi. Stain.

Summa omnium, qui Conſtantienſi concilio interfuerunt, Eccleſiaſticorum & profanorum.

Sexaginta millia, & quingenti, exterorum: inter Feſta Paſchatis & Pentecoſtes. Concilii huius
In his, CCCXLVI. Archiepiſcopi & Epiſcopi. Abbates & Doctores D. LXIV. Principum, perſonæ.
Ducum, Comitum, Baronum, nobilium, XVI. millia. Academiæ XXXVII. Pharmacopolæ cum miniſtris, LXVII. Aurifices cum operis ſuis, XLV. Mercatores cum ſeruis, CCCXXX. Sartores & operæ CCLIIX. Sutores & ſerui, LXX. Fabri ferrarii, XCII. Pelliones cum operis, XLVIII. Piſtores cupediarum, LXXV. Piſtores panis, circiter CCL. Caupones exoticorum vinorum, LXXXIII. Alij caupones, XCV. Nummularij, LIIX. Caduceatores, Heroldi, cum miniſtris, XLV. Tubicines, tibicines, ludiones, CCCXLVI. Tonſores, CCCVI. πέρυσι (ne ſolatium concilii laboribus deeſſet) oſtiatim inuenienda, amplius IO CC.

Aderant etiam vrbium legati Sueuicarum: Vlmenſis, Auguſtanæ, Halenſis, Yberlingenſis, Biberacenſis, Rauenſpurgenſis, Lindauienſis, Iſnenſis, Buchornenſis, Memmingenſis, Ruedlingenſis.

Delecti in hoc concilio ſunt tres Antipapæ: & legitimus Papa 1417. in die Martini factus eſt Martinus V. R. Sigiſmundus Fridericum Auſtriacum, quod Ioanni Antipapæ ad fugiendum adiutor fuiſſet, caſtellis mulctat: quæ in Rhatia, Suenia, Gallia, poſſidebat. Combuſti ſunt ſancti viri, Ioannes Huſſus, & Hieronymus Pragenſis: etſi publica Cæſaris fide Conſtantiam venerant. Ademptus eſt Laicis cœnæ Dominicæ calix. Diuerſorium fuit Huſſi, Piſtorinæ domus, ad S. Pauli Plateam, proxime columbam. Captiuus deinde aſſeruatus eſt in conclaui apud Prædicatores. Hieronymus verò, in arce Gottliebenia. Ac ſæpe ad eos venerunt viri docti, cum eis diſputantes. Illorum vero animi, inuicti manſerunt. Pſeudopapatum abrogatio. Huſſi & Hieronymi exuſtio.

Florebat hoc 1414. anno Nicolaus Dinckelſpühelenſis: magnus in ſacris & profanis literis, & vitæ probitate commendatus. Hic ab Vniuerſitate Viennenſi, cuius ipſe erat Rector, ad Synodum Conſtantienſem miſſus eſt. Scripſit multa, quæ Tritenhemius enumerat. Dinckelſpühelenſis Ioannes.

ALPERSPACHII. Alperſpach.

Anno Domini. M. CCCC. XIV. in die Lucæ obiit Hainricus Abbas, dictus Haug. Auguſt. Epiſcop. Anshelmus.

Ibi ſunt & hæc Epitaphia.

Dormit Eberhardus pater hic, in pace beatus.
Nexibus ereptus necis, eſt ad ſidera vectus.

Conradus Abbas.

Vos, qui tranſitis: per me, quid, diſcite, ſitis.
Sum, quod vos eritis: fueram quandoque, quod eſtis.

Anno 1414. Vlmæ. Starb Hainrich Neithart auff S. Brixius tag. Cuius vxor Barbara Strœlerina, 1451. Obiit, den achtenden vnſer lieben Frawen Liechtmeß.

Auguſtæ Syndicus erat Magiſter Oſualdus: qui literas à Papa & Imperatore attulit: quibus excommunicatio bannusq; denuntiabatur iis: qui Anshelmo de Nenningen, Epiſcopo per diſcordiam electo, adhærerent. Gaſſar.

In expeditione Cæſaris contra Ducem Auſtriæ Fridericum (mulctandi cauſa, propter Ioannem papam adiutum) Auguſtani ſuo ſumptu ad Erenbergias fauces ſeu clauſam miſerunt 400. pedites, & 200. equites, mandato Cæſaris: qui breui tempore, cum magna eius gratia redierunt. Idem. Erenberg.

Anno 1415. magna Solis eclipſis erat, Feria 6. poſt corporis Chriſti. Pergebant patres ſuum negotium agere, in concilio Conſtantienſi. Ibi erant interdum equorum XXX. millia. Puella quædam virum non habens, tamen craſſior circa ſui medium facta eſt. Quod frater eius, cuius Conſtantienſis, conſpicatus, ægerrimè tulit. Vnde iſte tumor? inquit. Dic, niſi glacrepita. Concilii Conſtant. actiones. Puella, à fratre increpita.

dium hunc (quem eduxerat) gustare uis. Illa terrore ferè exanimata, tantum tamen animæ habuit, vt diceret: Parcius age, mi frater. Concilii hoc opus est. Quo responso, ille prudens & bonus, audito: gladium in vaginam recondere: metu reuerentiaque Concilii, sorori parcere.

Huſſi damnator, Bartholomæus D.

Aderat hoc tempore Bartholomæus quidam, S. paginæ Doctor & Professor: missus ab Abbate suo Ebracensi Henrico Heppio. Hic non solum acerrimè contra Hussum disputauit: sed ipse etiam (vt & alii nouem) capitalem in illum sententiam tulit. Postea, cum in terram sanctam profectus, inde rediisset: successit Heppio in Abbatiæ administratione. Obiit 1430.

VVicleui damnatio.

Damnata est in hac Synodo, doctrina Ioannis VVicleui: librique eius, comburendi indicati: & corpus atque ossa, exhumanda. Idem iudicium, in libros ab Ioanne Husso scriptos latum est: ipseque capitis condemnatus: non assentiente comite generoso, sed mœsta facie surgente, Caspare Schlickio, Cæsaris Cancellario: & vices Cæsareas in Concilio obtinente.

Schlick.

Ἀναθεματισμὸς supplicii, Ioanni Husso impositi.

Octauo igitur die Iul. (Feria sexta post Vlrici) indutus Ioannes sacerdotali habitu: fuit degradatus, id est, omnibus rebus sacerdotalibus nudatus: idque per duos Archiepiscopos, Mediolanensem & Bisuntinum (quem ludum ipse derisit) pronuntiatus Hæreticus, & seculari potestati traditus: sicuti Christus à Pontificibus, præsidi Pilato. Orauit tamen Regem Sigismundum, & Magistratum ciuilem, Synodus (serio, sicut Græca vocula δῆθεν intelligitur) ne occideretur: sed perpetuo carcere asseruaretur. Eductus verò per Geltingeram portam est (negotio Ludouico Palatino à Cæsare dato) vt combureretur, in suo vestitu. Exibat ergo, non vinctus, inter deductores: in capite gestans infulam altam: in qua duo diaboli erant picti: & scriptum, HAERESIARCHA. Orabat inter eundum: IESV CHRISTE, fili Dei, miserere mei. Eadem fere precatus est, ter in genua cadens: cum videret locum supplicii. Rusticulo quodam ligna ad pyram (Hæretici scilicet) aggerente: ait, o sancta simplicitas. Monitus, vt confiteretur errorem suum, negauit sibi confessione opus esse. Cum populo valedicere vellet, & cohortari: vetuit Dux Ludouicus: iussitque, actutum comburi. Sic factum est: & cineres, in flumen Rhenum abiecti, ne à Bohemis auferrentur. Hi tamen terram ex loco rogi secum abstulerunt. Fertur autem Hussius paulò ante mortem dixisse: & Hussianæ monetæ inscriptum fuit: CENTVM REVOLVTIS ANNIS, Deo respondebitis, & mihi. Dixisse item: Nunc quidem anserem comburitis, (Huß enim, Bohemis anser est) sed post centum annos cygnus existet, quem non comburetis. Sequentis anni die Maij 30. ibidem combustus est Discipulus Hussi, Hieronymus de Praga. Pertulerunt autē ambo animo constanti necē (inquit Aeneas Syluius Bohem. histor. cap. 36.) & quasi ad epulas inuitati, ad incendium properarunt: nullam emittentes vocem, quæ miseri animi posset facere indicium. Vbi ardere cœperunt: hymnum cecinere, quem vix flamma & fragor ignis intercipere potuit.

Dicta ipsius.

Cygnus Hussi.

Decretum iam IV. legatur Concilii Constantiensis, de Sacramento Eucharistiæ.

Cœnæ Dominicæ mutilatio.

Licet Christus post cœnam instituerit, & suis Discipulis administrauerit sub vtraq; specie panis & vini, hoc venerabile Sacramentum: tamen HOC NON OBSTANTE, sacrorum canonum autoritas, laudabilis & approbata consuetudo Ecclesiæ, seruauit, & seruat: quod huiusmodi Sacramentum non debet confici post cœnam, &c. Hæc mansuetudo, ad euitandum aliqua pericula & scandala, est rationabiliter introducta: quod licet in primitiua Ecclesia, huiusmodi Sacramentum reciperetur à fidelibus sub vtraq; specie postea à conficientibus, sub vtraq; & à laicis tantummodo sub specie panis, suscipiatur: cum firmissime credendū sit, & nullatenus dubitandum, integrum Christi corpus & sanguinem, tam sub specie panis, quam sub specie vini, veraciter contineri, &c. Quapropter dicere, quod hanc consuetudinem aut legem obseruare, sit sacrilegum aut illicitum, censeri debet erroneum: & pertinaciter asserentes oppositum præmissorum, tanquam Hæretici arcendi sunt, & grauiter puniendi, &c.

Ἀνάκρισις.

Hæc & alia, in hoc decreto. Eradicetur igitur illud Dei, quod est Deut. 4. Non addetis ad verbum, quod vobis loquor: nec auferetis ex eo. Erroneum sit factum D. Pauli: qui ait, se Corinthiis tradidisse panem & calicem, sicut à Domino acceperit. Et tu Christe, si pertinaciter vrgebis tuum de vtraq; specie Testamentum: tanquam Hæreticus, arceberis, & grauiter punieris.

Hæreticorum saluus conductus.

In Decreto VI. eiusdem Concilii continetur: Hæreticis non esse seruandum saluum conductum: quem Imperator, Reges, aut alii seculi Principes, illis dederint: quia tale ipsorum promissum, nullum debeat afferre præiudicum fidei catholicæ, vel iurisdictioni Ecclesiastica. Diabolus ergo veniat ad Synodos istorum patrum: si eis, quos iudicant Hæreticos, non

seruant

seruant promissam fidem: sed tali promissione, incautos in nassam perniciei attrahunt. Εἶεν.

In Dominicani porrò Monasterii apud Constantienses amplissimo Templo, sepultus est Manuel Chrysoloras: cum hoc Aeneæ Syluii (poetæ laureati, & Oratoris Imperatorii, ac postea Papæ) Epitaphio, Bruschio testante. Chrysoloræ mors & sepultura.

Ante aram hanc situs est Dominus Manuel Chrysoloras, miles Constantinopolitanus: ex vetusto genere Romanorum, qui cum Constantino Imp. migrarunt: vir doctissimus, prudentissimus, optimus: qui tempore generalis concilij Constantiensis diem obiit: ea existimatione, vt ab omnibus summo inter mortales sacerdotio dignus haberetur. Die 15. Aprilis conditus est, anno Christi M. CCCC. XV.

Ille ego, qui Latium priscas imitarier artes,
Explosis docui sermonum ambagibus: & qui
Eloquium magni Demosthenis & Ciceronis
In lucem retuli, Chrysoloras nomine notus:
Hic sum post vitam, & peregrina in sede quiesco.
Huc me concilii deduxit cura: trium dum
Pontificum Ecclesiam vexaret sæua tyrannis.
Roma meos genuit Maiores: me bona tellus
Byzantina tulit: cinerem Constantia seruat.
Quo moriare loco, nil refert. Vndique cœlum,
Pœnarumque domus, mensura distat eadem.

Habeo huius Manuelis Epistolas tres M. Scr. Græcas, beneficio clarissimi viri Israelis Spachii Med. D. Argentoratensis. Quarum prima est ad Imp. Manuelem Palæologum: in qua vetus & noua Roma describitur prolixè: altera, ad Ioannem Chrysoloram, vtranq; Romam esse ἑπτάλοφον, septi collem: tertia, ad Demetrium Chrysoloram, se libenter esse in vetere vrbe Roma: quia delectari contemplatione simulacrorum eius. Magis nos affici pictis & fictis, quam viuis, formis. Διὰ τί, ὅτι οὐ σωμάτων κάλλη θαυμάζομεν ἐν τούτοις: ἀλλὰ νοῦ κάλλος, τοῦ πεποιηκότος. Quamobrem? Quod non pulchritudinem corporis in illis, sed mentem artificis, admiramur. De concilio & Constantia, satis. Nunc ad alia. Epistolæ illius.

Actum est quoddam particulare certamen equestre, hoc 1415. anno in ciuitate Eßlingensi.

Comites Oetingenses (ex quibus Ludouicus senior, erat Cæs. Sigismundi Magister Aulicus) petebat ab eo Cæsare, sibi tradi Monachorum curiam Nærdlingæ: quod oppidum, in suo territorio situm esset. Sed ciues, prolatis suis priuilegiis, retinuerunt illam: atq;, vt cum Imperio manerent, obtinuerunt: agentibus Paulo Bopfingero, & Henrico Halensi, ciuibus Nærdlingensibus: aliarumq; ciuitatum legatis. Nærdlinga, sub Imperio.

Eodem anno, die conuersionis Pauli, Sigismundus Vngarici Regni anno 28. Rom. verò 5. Constantiæ scripsit: ne Eßlingenses & Reutlingenses, nouis exactionibus grauarent Bebenhusanos contra ipsorum priuilegia. Idem longè pòst recepit eos in suam tutelam: vt tutò retinerent castellum Roseck, pagos Iesingam & Offterdingam, nouamq; villam in Gisnang, ab ipsis empta. Datum 1431. die Mercurii ante Ioannis Bapt. Regnorum eius, Vngarici 45. Rom. 21. Bohem. 11. anno. Eßlinga. Reutlinga. Bebenhusa.

Eiusdem 1415. anni pridie Laurentii, Volmar de Liechtenfels, Hainrici cognomine Bracheri F. vendidit Hugoni, Abbati Alperspachensi, bona quædam Bettenhusæ iacentia: attestante propinquo eius Aubrechto Neuneccio. Liechtenfels.

Viuebant tunc Ioannes & Riegger Blieningeri fratres, & Ioannes de Lustnovv. Item Ioannes Herter, debens aliquid Nicolao Schneidero, Iudici Tubingensi. Sponsores, Aberlinus de Halfingen, Ostertagus de Lustnovv, Ioannes & Mærclinus de Halfingen fratres. Blieningeri. Lustnouiensis Ostertag.

Viuebant item Rueffus de Gomeringen, Ioan. Schvvelher senior, Frider. de Entzberg cognomento Rumler, Frider. & Conradus Schenckii de Andeck fratres, Ioannes de Melchingen Vergenhans, atq; Iacobus Herter, & Henricus de Rischach senior. Schvvelher. Entzberg. Andeck. Vergenhans, Nauclerus.

Bebenhusæ. A. 1415. 3. idus Aug. Obiit venerabilis D. Hainricus Circkel, Episcopus Thermopylensis: humatus in Ecclesia ante altare S. Stephani. Fuerat primò Monachus in cœnobio Fontis Regis, ordinis Cistert. Postea Episcopus Thermopylens. gerens quinq; Episcoporum vices in Pontificalibus. Tandem, Bebenhusæ Monachus. Circkel.

Vlmæ. 1415. Obiit Hermannus Rhot, Febuar. 12. an der rechten Faßnacht.

IMPOSTOR CONSTANTIÆ. DE QVIBVSDAM MONASTERIIS. Augustæ Rhæt. ædificationes. Discordia Ducum Bauariæ. Obitus VVirtemberg. Comitis Eberhardi Pii, vel Mitis. Eiusdem Consilarii, ac successor Eberhardus F. Comitatus Mompeligardensis, ad VVirtembergiam.

CAPVT XI.

Constãtiæ fraudator.

ANno 1416. Tinctor erat quidam Constantiæ: qui grandi pecunia passim mutuo sumpta: tanquam panni linei negotiationem (Gewerb mit Golschen) introducturus: cum omni ea pecunia profugit: nec scitur, quo venerit, aut quid eo factum fuerit. Der hat grob Bantzarotta gespielt.

Brandenburg. Sabaudia.

Fridericus Burggrauius Noribergensis, à Rege Sigismundo Marchia Brandenburgensi donatus est: & Amedeus, primus factus Sabaudiæ Dux. Func.

Aentring. arx.

Georgius de Hailsingen donauit Feria 3. post Inuocauit 1416. Bebenhusano cœnobio, suam castelli Æntringensis partem.

Felberg.

Iacobus de Felberg, dedit Lorchensibus hominem suum proprium (Leibeigen Mann) Cunradum Molitorem, habitantem ad Rætam: accepitq; ab eo vicissim Bucherum Molitorem habitantem sub Adela de Kirchberg.

Stain VVolfius.

Vixit tunc Wolff vom Stain / von dem Rächten Stain / eques: qui contraxit quid de propriis hominibus, vel seruis, cum Lorchensibus: siguantibus literas etiam, nobili viro Ioanne Truchsæsio de VValdpurg, Romani Imperii prouinciali Præfecto in superiore & inferiore Sueuia: & D. Stephano de Gundelsingen: nobiliq; Lucio de VVerdnovv.

Sueuiæ vtriusq; Præfectus.

Tunc etiam viuebãt: Eberhart Schütz von Dettingen: Burckart von Mansperg: Ritter / vnd Volmar von Mansperg.

Tybingæ Monast. S. Augustini.

Ich Bruder Niclaus / Prior zu diesen Zeiten zu Tübingen / vnd wir der Conuent gemeiniglich sanct Augustins Ordens / thuent kundt allermenniglich mit diesem Brieff: Daß vns die ehrwürdige Fraw / Fraw Anna Nothäfftin / vns vnd allen vnsern Nachkommen / vnserm vorgenandten Closter lauterlich durch Gott / vnnd jhr / vnd der jhren Seelen heyls willen / geordnet vnd gemacht hat / 4. ß. vñ 1. ib heller / ꝛc. auß eim Hauß vnd Hoffreiten / gelegen in der Stadt zu Tübingen / genandt der Swimbentzenhauß / bey der Bürger Brunn / ꝛc. Ob vigilias & Missas, ad salutem viri eius Ioannis Herteri, & liberorum eius Annæ Herterinæ virginis, Georgiiq; Herteri, &c. Dominica Palmarum, 1416. Hodie in loco Augustiniani Monasterii, cœnobium illustre alumnorum Principis nostri est.

Monasteria fœminarum, reformanda. Gnadencellense.

In concilio Constantiensi, circa hoc tempus, inter alia decretum ait Felix Fabri: vt fœminea Monasteria, quæ lasciuè viuerent, reformata clauderentur. Hoc Moniales postea indignè ferre: suos cognatos, & alios fautores, implorare: patronos sibi muneribus conciliare. Præsertim illæ, quæ in Parthenone Gnadencellensi (de quo dudum non pauca scripsimus) viuebant. Ad quas ventitabant viuidi formosiq; nobiles, è VVirtembergiæ locis: non sanè Templi causa, sed propter elegantes imagines. Pollicebantur hi opem debili & caduco sexui: pollicebantur aliis aliis: nec fiebat etiam nihil.

Augustana quædam.

Muro circundari Augustæ cœptum est Iacobeum suburbium.

Vrbis ipsius plateæ, tunc primum lapide sterni vbiq; cœptæ, tempore verno huius anni: quæ antehac fabulo tantum, & cespitibus, coopertæ fuerant. Vnde hoc incommodi acciderat: vt pluuio tempore, præ inhærente pedibus profundo luto: interpositisq; per medium illarum ligneis gradibus: perquam molestæ ingredientibus plateæ essent.

Aquaticum ibi castellum.

Eodem anno, Vlmensis ciuis Ioannes Felber, aquaticum castellum & canales, quibus aqua Augustæ in omnes fistularios fontes, publicè priuatimq; deriuatur, artifici ingenio fecit. Ea sunt aquaria turris & machinamenta, prope Hospitale Rubeæ portæ sita: è quibus aqua per tubos in plures diuersas vrbis parteis deducitur: nempe in Vlricianam aream, in forum vinarium, aut Textoriam domum, è regione D. Annæ, inter Iudaicam plateam & Krotenouiam, atque è regione S. Leonhardi, 15. canalibus. Achill. & Henningus.

Nobilitas Germaniæ.

Vixit hoc tempore in Italia Poggius Florent. qui in libro de Nobilitate, de nobilibus Germanis sic scribit. Germani atq; Alemanni, inquit, illos, quibus census patrimonii ad victum sufficit: & hos, qui procul vrbibus, aut qui castellis & oppidulis dominantur (quorum magna pars latrocinio deditur) nobiles censent. Quibus humanius ingenium natura dedit, hæreant Principibus: quorum in Aulis assuescunt cultiori vitæ: rudes tamen, & moribus asperi. Hæc illa.

ille. At, si hodiernam Alemanniæ nobilitatem literis & virtute commendabilem, videret: longè aliter scripturus esset.

In Turcia, Amurates Mahometis F. VI. Turcarum Rex, annos 34.

Anno 1417. inter se discordabant Boiorum Duces, licet patrueles, Ludouicus Barbatus Angilostadiensis, & Hainricus Landshutensis: tanquam Boiariâ haud integra fide, inter parentes diuisa. Cumque multa aspere à Ludouico, verbis & factis fierent: Hainricus, dissimulata ira, eum in oppido Constantiæ, è conuiuio Cæsaris redeuntem, 12. Kal. Nouemb. huius anni vulnerat, & fugit. Quem cum Prætor Cæsarius Guntherus à Schvvartzenburg persequeretur: ope tamen Conradi à Reischach, & Georgij à Burgovv, aliorumque quorundam Sueuorum, incolumis in Boiariam euasit. Cæsar proscripturus erat eum: sed mitigatus à Friderico Burggrauio Noriberg. Hainrici sororio, rem differt. Interea inuidia, quæ ex tam atroci facinore orta erat, temporis spatio lenita est: Cæsare postea, alijs etiam rebus occupato. τὸ παρὸν δεινὸν, τῇ εἰς τὸ μέλλον ἀναβολῇ διακρυστέον. Bauarorum Ducum discordia.

Stutgardiæ in Templo primario: de Eberh. Miti.

ILLVSTRIS princeps & Dominus, Dominus Eberhardus, comes VVirtembergicus, ex hac vita migrauit XVII. Kal. Iun. anno Christi M. CCCC. XVII. Eberhardi Mitis obitus.

De eius obitu Ioannes Nider Isnensis Theologiæ Professor, Dominicani apud Basilienses Monasterij incola, audiatur. Vixit is tempore conciliorum Constantiensis & Basiliensis: scripsitque librum in 5. partes diuisum: cui inscriptionem fecit FORMICARIVM: vtpote de formicarum natura & prouidentia tractantem, ad humanæ vitæ rationem accommodatum. Eius operis lib. 2. cap. 2. colloquentibus Pigro & Theologo, sic scribit. Formicarum est alia conditio: quòd prognosticant & præsentiunt frigus, pluuias & tempestates aeris. Huius autem signum est: quia ante aduentum talium calamitatum, se ad casas suas recolligunt, diuino instinctu. In quibus typum gerunt virorum eminentium: qui gratia quadam dotati philosophica, mala imminentia prædicunt fidelibus, & dant Deo gratias, ne tangantur à talibus: vel saltem alijs nuntiant, vt præparatiores migrent à Mundo. PIGER. Da exempla, quibus hoc loco certa reuelatio finem vitæ præmonstrauit. THEOL. Pauci sunt elapsi anni, quibus viuebat meo tempore comes de VVirtemberg Constantiensis Diocesis: cuius vitæ terminus fuit, qui sequitur: vt in Præsentia nostri prouincialis, à quo hæc habeo, Castellanus de Stokgarden recitauit, multis fide dignis viris astantibus. Nam præfatus comes, iam sexagenarius prope, fuit aliqualiter debilis ad mortem tamen, nullatenus, humano iudicio. Vnde se ad thermas prope Goppingen contulit. Vbi dum lætè frueretur balneis: die vna Medicus ad eum dixit: Domine, domui vestra disponatis: & animæ prouideatis principaliter: quia reuera in quinq; horarum spatijs, ab hac luce migrabitis. Cui ille: Quid, quæso, refers? Nulla enim indicia mortis, nec tu, nec ego, iudicamus in me esse. Est præterea dudum mihi prophetatum: in oppido proximo fœminam quandam eadem debere hora mori, qua ego: quam nec ægrotare percepi. Cui Medicus: Hæc, noueritis, fœmina, omnibus munita Sacramentis, prope agoniam, laborat in extremis. Et iterum comes: Scio alterum mei interitus indicium: arborem, quam nouimus, non multò ante mortem meam ruituram, ex oraculo quodam. Cui Medicus: Domine, hæc cecidit hodie. Ergo occasum vestrum sciatis adesse. Tunc comes, ad extrema propinquans, in prædictis didicit, & in propria experientia, mortem adesse. Quam deinde in sex horarum spatijs degustauit: & inopinate satis occubuit. Hæc, ille. Diceret aliquis superstitiosus verbo Græco: Domini comitis vitam, in salute illius fœminæ & arboris ἐστοιχειῶσθαι: defixam fuisse, tanquam in elemento & principio quodam. Quidam ebriosi (inquit Choniata in Isaac, & Alexio Angelis) simulacrum Mineruæ, in foro Constantini insistens columnæ, confregerunt: quod putaretur id ὑπὲρ τῶν ἐξ ἑσπέρας ἐστοιχειῶσθαι στρατῶν: pro latinorum ex occidente contra Constantinopolitanos exercitibus, magicis characteribus aut carminibus consecratum esse: & pro illis facere. Sicut Palladium existimabatur, στοιχειῶδες τῆς τροίας φυλακτήριον εἶναι: fatale munimentum vrbis Troiæ esse: id est, quo manente, maneret: quo ablato, caderet, illa vrbs. Volui obiter hæc ad declarandam peculiarem significationem verbi στοιχειοῦσθαι ponere. Alioqui scimus, annos vitæ hominis à Deo præstitutos esse: absque cuius voluntate, ne pilus quidem de capite nostro cadat. Oremus modo illud 38. Psal. Notum fac mihi, Domine, finem meum.

Ioannes Nider.

Formicarum Præscientia.

Stutgardiæ Castellanus.

Gœpping. acidula.

Monetur comes Eberhardus à Medico, de morte instante.

στοιχειῶσθαι.

Palladium Troiæ.

QVANTA VERO FVERIT IAM TVM, ILLVSTRIVM DE VVIRtemberg Comitum potentia & auctoritas: ex consessu eximiorum Domini Eberhardi huius pij Senatorum patet.

Sedebat ipse in medio. Ad dexterum deinde latus.

VVirtemb. Comitis Senatus. *Episcopus Constantiensis Otho. De quo tamen Gabelc. dubitat. Dux Vrslingensis Reinhardus. Fridericus, Comes Oetingensis. Marchio Badensis Hesso. Gabelc. Hochbergensem vult. Fridericus, Comes Zollerensis. Fridericus, Comes Kirchbergensis. Craffto, comes Hohenlohensis. Fridericus, comes Hohenbergensis. Baro Waltherus de Gerotzeck. Baro Zimmerensis Ioannes. D. Gebhardus de Rechberg, eques. Baro Gundelfingensis Stephanus. D. Henricus de Rechberg, eques. Baro Heinricus de Gundelfingen. D. Ioannes de Bodman, eques. Sifridus de Zylnhart. D. Georg. de Welvvart, eques. D. Ioannes de Freiberg, eques. D. Vlricus Spet, eques. D. Conradus de Stainhaim, eques. D. Ioan. Thum von Neuburg, eques. D. Fridericus Sturmfader, eques. D. Heinricus (al. Frider.) à Sperberseck.*

Ad sinistrum latus. Fridericus, Episcopus Augustanus. Dux Teccens. Qui tamen alibi omittitur. Abbas Elvvangensis. Fridericus, comes Helffenstainensis. Eberhardus, comes Nellenburgius. Rudolphus, comes de Sulz. Eberhardus, comes Eberstainius. Henricus, comes Levvenstainius. Iuncker Bruno de Mercken. D. Georgius de Rechberg, eques. Baro Schvveiggerus de Gundelfingen. D. Albertus Rechbergius, eques. D. Caspar de Klingenberg, eques. D. Wernherus Nothaffius, eques. Dieterichus Spet. D. Vlricus de Stain. Diepoldus Spet. Qui duo alicui omittuntur. D. Ioannes de Gyltlingen, eques. D. Ioannes Sturmfader, eques. D. Albertus de Gyltlingen, eques. Baro Zimmerensis Georgius. D. Sebastianus de Gyltlingen, eques.

Tempus mortis C. Eberhardi. *Obijt illustris Heros Eberhardus, in balneis Goeppingensibus (vt aictum est) die 16. Maij, inter 6. & 7. horam antemeridianam, durante adhuc concilio Constantiensi: Dantur ei præcipuè vxores: Antonia, Ducissa Mediolanensis: & Elisabeta, Friderici Burggrauij Noriberg. F. Sepultus est Stutgardiæ. Successit ei iunior Eberhardus, filius: qui duxit vxorem Henricam, vel Henriettam, Henrici, comitis Mompelgardensis, filiam: qui 1395. ad Nicopolin (sup. cap. 5.) interijt, sui generis vltimus. Vnde & Mompelgardia Wirtembergensibus accessit: eaq. à Ducæ Burgundiæ Ioanne, qui vasallum habuerat Henricum, accepta. Eberhardus se iam Wirtemberg. & Mompelgardensem comitem scripsit. Mitibus & ipse moribus fuit. Tantum, oppidum Brigantinum, ab Appencellensibus obsessum, liberare Austriacum Ducem iuuit. Obijt 1419. & positus ipsum, Henrica. Vterq. Stutgardiæ sepultus. De eis, alias plura.*

Successor eius, Eberhardus Iunior.

Comes VVirtemb. & Mompelgard.

Obijt 1417. Mechtildis Stainmaierina, vxor quondam Waltheri Rulini: quæ legauerat prose, & hoc viro suo, & filiis suis, Domino Eberhardo & Bernhardo Rulinis, omnibusq. progenitoribus & posteris suis, quatuor quartalia vini (vulgariter, Vorlaß) de vineis. In Mortilogio cœnobij Rheobaldini.

CÆS. SIGISMVNDI AVGVSTAM ADVENTVS. ALIQVOT SVEVI nobiles. Hussiticum bellum, Dux eorum Zisca, victoriæ. Orientis Imp. VII. IOANNES PALÆOLOGVS. Zygeni, in Alemannia. Obitus Eberhardi, VVirtemberg. Comitis, & liberi eius. VValdkirchense Brisgoiæ Monasterium. Imperij Rom. clades ab Hussitis. Episcopus Augustæ Petrus de Schauuenberg. Peutingerina Augustæ familia. Vnlingium fœminarum cœnobium. Quædam hodierna Rostochiana.

CAPVT XII.

Sigismundi Cæs. aduentus Augustam. ANNO 1418. circa Festum Pentecostes, concilium Constantiense finitum est, Schismate sublato. Cæsar verò Sigismundus nocte Augustam venit: Gerstlhofa honoris causa à 400. ciuibus in vrbem deductus. Sed & media inter vrbem & illum pagum via, ab Episcopo Friderico Graueneckero, totoq. ciuitatis clero, cum Sanctorum reliquijs exceptus. Diuertit in foro tunc

Domus Senatus. boario, nunc fœnario non procul ædè D. Annæ, in ædibus Hofmaieri patricij, 5. Octob. Tum ei Senatus muneri obtulit Scyphum argenteum, probè inauratum, & in eo M. Aureos. Præterea, aliquot vasa vini, pisces, & auenam magno numero. Mansit D. 14. Quo tempore, quatuor tantum primarias portæ patebant, cæteris omnibus clausis: excubijsq. armatis, dies noctesq. à ciuibus diligenter habitis. Patricij in gratiam ipsius instituerunt in loco solenni, publicas suæ tantum

Choreæ. gentis choreas: ad quas Cæsar, ne inciuilior haberetur, ipsemet accessit: ac cuilibet matronæ virginive (quarum L. fuisse memorantur) annulum aureum, pondere Vngarici Aurei, donans, ipse manu sua digito cuiusq. indidit.

Eodem anno, M. Oswaldo, Syndico Augustano procurante: ac Petro Tuchscherero sollicitante:

3. Decemb.

3. Decemb. commissione Papæ, Abbas ad Scotos Noribergæ, vrbem ab excommunicatione, in quam Nenningeri Episcopi causa inciderat, præsentibus 13. Doctoribus iuris, absoluit. Sed plenaria absolutio, Romæ 2. Febr. 1419. patrocinante M. Petro Frido, consecuta est. *Absolutio vrbis ab excommunicatione.*

Martinus Papa, Constantiæ 5. Kal. Mart. 1418. Pontificatus sui anno 1. confirmauit Behenhusanis omnia ipsorum iura: & in B. Petri protectionem eos suscepit.

Eiusdem anni die S. Laurentij, quædam de temporalibus bonis inter se ordinabant hi nobiles: Iacobus Herter, & vxor eius Anna de Sieten. Baltasar ab Ovve, & vxor eius Dorothea de Stetten, fraterq; eius Conradus iunior. *Herter. Ovve.*

Eodem anno literæ sunt confectæ de Anniuersario: Alberto Federangelio Tubingæ habitanti, & vxori eius Adelhaitæ, agendo. Illas sigillis suis munierunt: D. Ioannes von Zolnhus/ Camerarius & Luitpriester Parochiæ Lustnouiensis.

Juncker Walther Fraischlich/ Juncker Hans von Lustnow / baid Edelknecht zu Alberti Parentes fuerunt, Albertus Federangel, atq; Elsa. *Lustnouia. Fraischlich.*

Juncker Hansen vxor, Catharina.

In alijs literis ponuntur Walther Freischlich/ & Agnes von Lustnow/ ibi habitantes. Waltheri frater Ioan. Freischlich, erat Iudex Tuvvingæ: & eiusdem Waltheri affinis, erat Hans von Lustnow. Mentio sit prati, siti ad locum Stamler dicti, trans Nicrum: & torcularia Dominorum de Marthal. (Lustnow.

Schondorffæ stetit sacellum S. Leonhardi, in area, quæ est prope inferiorem portam: vbi nunc inferius torcular est. Id sacellum 1538. destructum est: & lapides eius, ad nouam oppidi munitionem translati. Vocatur locus adhuc, Der Capel platz. Datæ sunt 1418. anno (1. anno Pontificatus Martini V.) certis Sanctorum diebus indulgentiæ 40. dierum, à sex Episcopis: impetrante M. Georgio Scheurlino, huius loci capellano. *Schorndorff.*

Nuptias celebrauit 1418. Dux Bauariæ Georgius Landshutæ, cum filia Regis Poloniæ. Interfuit Comes vterq; Wirtembergicus, Vlricus & Eberhardus. Comes Hugo Werdenbergensis, comes Andreas Sunnebergius, comes Bernhar. Eberstainius, comes Rudolfus de Sulz. Equi 8000. *Landshut.*

Vt ne inulta maneret Martyrum Christi, Ioan. Hussi, & Hieronymi Pragensis, interfectio: seditione excitata, Pragæ XI. Senatores per Prætorij fenestras præcipitati à populo sunt: propter aliquot Hussitarum, ab illis ibi clàm obtruncatos. Factus est Hussitis dux quidam nobilis, nomine Ioannes Zisca: qui alterum oculorum olim in pugna amiserat. Hic multas egregias victorias reportauit, etiam de Cæsare Sigismundo: quamuis altero quoq; oculo postea amisso, cæcus esset. Quodam tempore, cum hostes non possent equis vti propter iniquitatem loci: sed ab equis desilirent: Hussit (tunc adhuc cernens) mulieribus, quæ castra sequebãtur, proijcere calanticas vel pepla per terram. Quibus per calcaria impliciti equites, prius delecti sunt, quã pedes expedire possent. Legatur Syluius in historia Bohemica. Mirè in Sacerdotes & Monachos ab Hussitis est sæuitum. *Husso parentatum Pragæ. Zisca. Strategema peplorum.*

ZISCÆ EPITAPHIVM, in Paralip. Vrsperg.

Ἰωάννης αἴσχιστος ὁ βολιμος, τῶν αἰσχροκερδῶν ἱερέων ὁ χθρὸς, ἀλλὰ ἐν θεῷ ζῶν φ. Erat quædam notitia Græcæ linguæ iam tum etiam in Bohemia.

Natus est Rauespurgi, Iodocus Gengus, die Veneris 1418. ante natalem Christi. Qui scripsit breue suit temporis Chronicon (quod interdum cito) missum mihi ante triennium à prudentissimo viro, qui multos filios Doctores educauit, Ioanne Christophoro Tasingero, tllius oppidi Archigrammateo. Quem (vt & alios multos bonos) gratitudinis ergò nominaui: sicuti cuiq; suum honorem libenter exhibeo. *Rauespurg.*

Bebenhusæ. An. 1418. 5. nonas Iul. obijt nobilis ac præclarus Albertus de Halsingen armiger fidelis huius cœnobij amicus. Obit & vxor eius Adelhaida, nata kaibin, 1426. 16. Cal. Iun. iacent in VI. sepulcho. *Halsingen.*

Vlmæ obijt Leonhardus Rhot iunior, die post natiuitatem Christi 10. in Ianuario.

Eodem 1418. anno, 14000. Zygeni in Heluetiam venerunt: qui licet misere vestiti essent: prz omnibus tamen rebus, quæ eis dabantur, persoluebant precium. Dicebãt, se ex Ægypto pulsos esse: ac pœnitentiæ agendæ causa cogi septem annos vagari. Hi, Christiana disciplina vsi, post 7. annos domum redierunt. Habebant vim auri & pecuniæ: Hos imitati multi nebulones, impostura & furtis multos afflixerunt. Stumpf. lib. 13. cap. 10. *Zygenorum aduentus.*

Lutetiæ circiter 2000. studiosorum & clericorum, per seditionem à populo cæsa sunt. *Lutetiæ studiosorum cædes.*

Constantinopoli VII. factus est IMP. CAES. IOANNES, Manuelis F. PALAEOLOGVS, P. F. Aug. Imperauit an. 27. *Ioannes Palæol. Hic in Oriẽte Imp. 7.*

Iubil. 5. *Hic etiam Panuinius ponit Annum Iubilæum 5.*

Zigeuner. *Anno 1419. Cal. Nouemb. Augustum venerunt agyrtæ illi, quos Germanici Zigeuner vocant, homines nigri & deformes: magna multitudine virorum & mulierum, puerorum & puellarum. Appellantur Italicè Zigani, Gallicè Behemi. Viri erant 70. qui habebant duos Duces, & aliquot comites, vt dicebant. Gassar.*

Stutgardiæ in Parochiali Templo.

Eberhardi VVirtemberg. mors. *ILLVSTRIS Princeps & Dominus, Dominus Eberhardus comes Wirtembergensis, vita defunctus est 6. non. Iulij, anno Christi 1419. Præfuit tantum 2. an.*

Habuit (quemadmodum antehac dictum est) in matrimonio filiam Henrici, vltimi comitis Mompeligardensis: qui vnà cum Ioanne Duce Burgundiæ, cuius vasallus erat, Sigismundo Vngariæ Regi contra Turcas militans, 1395. occisus est. Habuisse hic etiam dicitur vxorem Elisabetam, vltimi Baronis Liechtenbergij Iacobi filiam: & ita ad Wirtembergiam venisse comitatum, non solùm Mompelgard. sed etiam Horburgensem: sub quo, Richenvvilera. At non rectè sic dici, Gabelc. inquit. Nam Heinruetham illi an. 1397. desponsatam fuisse, adhuc propemodum impuberi. Horburgense autem dominium, plus 50. annis ante accessisse Wirtembergensibus comitibus emptione. Sub hoc Eberhardo fornix Chori in Ecclesia Stutgardiana decidit. Reliquit autem aliquot is liberos ex Henrica.

Illius filij. *1. Ludouicum: qui Vraci habitabat, & Mompelgardiam etiam habebat: pater Eberhardi*

1. Ludouicus. *Barbati primi Wirtembergiæ Ducis. Emit Blabyram, Monasterium & oppidum, circ. 1447. Ha-*

Blabyræ emptio. *buit Balingam quoq;, & Dutlingam: non quidem ipse nactus, sed auus eius Eberhardus Mitis. Tunc etiam Ducatum Teccensem, videri possit, aliquatenus ad VVirtembergiam pertinere. Obijt*

Gieterstain. *1450. Vraci, cum pestilens aër esset: ac sepultus est in cœnobio Gieterstain. Vxorem reliquit Mechtildam Bauaram, Palatinam Rheni: quæ postea nupsit Austriaco Alberto.*

2. Vlricus. *2. Vlricum, cognomento Adamatum: qui Stutgardiam incolebat 1477. consecutus est Imperij vexillum. Ita iam Insignibus quadrifidis insunt: 1. tria cerutna cornua. 2. cunei Teccenses. 3.*

Vexillum Imperij. *pisces Mompeligardenses. 4. vexillum. Captus fuit à Friderico Palatino 1462. obijt 1480. Vxo-*

Insignia VVirtemberg. dominorum. *res eius: 1. Margarita Cliuensis, Adolfi Ducis F. 2. Elisabeta, Henrici Bauariæ Ducis, cognomento Diuitis filia. 3. Margarita, Ducis Saubaudiæ Amedei F. 1470. Fundator fuit cœnobij Prædicatorum: quod nunc suburbanum Hospitale est.*

3. Anna. *3. Annam: quæ nupsit Philippo, comiti Catzenelebogio, suæ stirpis vltimo. 1454. Inde plu-*

Catzenelebogen. *res filiæ natæ: quarum vna fuit Otilia, Christophori Badens. Marchionis vxor. Obijt Anna VVaiblingæ 1471. April. 16. cum à viro suo ad fratres suos remigrasset: & omnia sibi necessaria, VVeiblingæ ab eis habuisset. Donauit ipsa VVeiblingensem Ecclesiam calice CCC. Florenorum: & in peculiari sacello eius oppidi humata est.*

Alperspach. *Constantiæ 2. Non. Ianu. Martinus Papa, Pontificatus sui anno 1. confirmauit Alperspa-*

chensibus, Abbati Hugoni & conuentui, ipsorum libertates & immunitates, à Pontificibus & Cæsaribus datas: atq; in B. Petri suamq; suscepit protectionem.

Tubing. Palat. *Anno hoc 1419. obijt Domina Anastasia, Palatinissa de Tubingen, vltima Abbatissa*

Anastasia. *VValdkirchensis in Brisgoia cœnobij S. Margaretæ: & ante Dominicam ædiculam est sepulta.*

VValdkirch. παρθενών. *Cui cœnobio anno 994. Otho III. Imp. priuilegium in Sasbach dederat, anno Regni sui XI. vt Abbatissa eius loci esset à recipiendis hospitibus immunis: Erant ibi Sanctimomales Benedictini ordinis. Situm in Brisgoiensi comitatu Birchilonis: fundatum à Duce Alemannicarum prouinciarum Bircharde: consentiente vxore eius Hedouvige. Translatum postea est in Collegium, per*

Birchilon. *Iulium Cardinalem, legatum Apostolicum: confirmante Sigismundo Imp. 1434.*

Herrenalba. *In Herrenalbensi Monasterio. Anno Domini M.CCCC.XIX. X. Kal. Ian. obijt generosa Domina Maria, nata comitissa de Eberstein, vxor Domini Henrici.*

Getzingen. *Sepulchrum cuiusdam Baronis de Getzingem, magni benefactoris: cuius anima requies-*

Al. Gretzingen. *cat in sancta pace.*

Obijt & D. Margareta, comes Hohenbergensis.

Teccensis Vlricus. *Obijt Vlrici Ducis Teccensis (qui Friderici F. fuit, & ante obitum cæcus factus est) vxor Secunda, Vrsula, March. Badensis Rudolphi F. comitis Gotefridi Zygenheimij vidua, 1419. die Iouis magno prior coniux fuit Anna, Casimiri R. Poloni F. quæ obierat 1415. Ambæ, in Teplo Mindelhaimensi sepultæ. Nō genuit ille liberos, quanquā pulcher vir. Vltimus is Ducū Teccensiū fuit.*

Halæ Sueuorū, die S. Francisci, Vlricus de Geilnkirchen, in æde S. Michaëlis est sepultus. 1419.

Anno

Anno 1420. & inde, magna vi geri cœptum est à R. Sigismundo, & Germanis Principibus, bellum contra Bohemiæ Hussitas. Tenebantur ad id bellum dare equites (hastas glenen) comites Wirtembergicus C. Augusta XX. Constantia XXVI. Ioannes de Helffenstain 3. Fridericus Helffensteinius 2. Campidonum 4. Wingartum 4. Et sic diuersi diuersum numerum, pro ratione virium. Quo vero successu fuerit bellatum: hinc patet, quòd ab Auentino quidam citatur sic scribens. Quinquies Boiemiam intrauimus: quinquies copijs, impedimentis, tormentis, curru, machinis, armis, annona, commeatu, suppellectile, instrumentis bellicis, calonibus, amissis: plerug, occisis, multis in fuga obtritis: necdum viso hoste, turpiter terga (nescio, quo fato iniquo) vertimus. Quippe Boiemi adiuti auxiliaribus Lituanorum atq, Polonorum copijs: non solum patriam, religionemq, suam, fortiter tutati sunt: sed finitimas quoq, regiones, Boiorum, Francorum, Turogorum, Misnensium, crebris incursationibus infestas reddiderunt: cuncta cæde & flamma compleuerunt, &c. Sigismundum, Pontificem Romanum, concilium Basiliense, ad iniquas conditiones Imperat. coegerunt, &c. Hussita sæpius Imperium Rom. profligarunt.

Et ex Chron. Noriberg. ac Basil. de anno 1421. Die Petri & Pauli, Cæsare, Noribergæ comitia agente: magnum viritim tributum imponente: insignem Missam & officium, ad S. Sebaldi agente: Cardinalis à Papa Iulianus aderat: accingebatq, Marchioni Friderico, vt belli ob Hussitas Imperatori, gladium ante altare Chori: heroice in hæreticos pugnare hortans: nomine Papæ promittens omnibus cœlum, qui ab Hussitis occiderentur. Verum non delectabatur ille bello multum. Nihilominus adamantinæ portæ cœli, bellatoribus bipatentes introitum certissimum pollicebantur: Es war Gnad vnd Ablas voll auff da. Tum profectus est maximus exercitus: qui vix mediam ingressus syluam Bohemicam (Ptolomæi Gabreta, vt Pirckheimero placet) clamore fugiendum esse exorto, panico quodam terrore diffugit, nullo hoste viso: frustrà eos cardinale ἀναχαιτίζειν, retrahere, conante. Constiterat talis Imperij Roman. expeditio, ex Saxonibus, Franconibus, Rhenanis, Sueuicis ciuitatibus, & Bauaris. Huiusmodi irriti conatus, non semel facti: potitis ingenti præda gloriaq, Hussitis? Præmium violatæ hæreticis fidei. Iulianus Cardinalis. Gabreta sylua. Schachingen.

Viuebat hoc tempore D. Volkardus de Schächingen/ Kirchherr zu Schorndorff.

Eodem 1420. anno, Petrus nobilis Schauuenbergius, canonicus Bambergensis & Herbipolensis, designatus est Episcopus Augustanus, à Pont. Maxim. Martino V. sed confirmatus 1424. vir doctissimus, prudentia & eloquentia valens. Dederat operam literis in Academia Bononiensi. Interfuit postea concilio Basiliensi: fuit Imp. Friderico III. acceptissimus. Ornatus est cardinalitio galero, & titulo S. Vitalis, Romæ, in anno Iubilæo, à Papa Nicolao V. Missus ab Imp. Friderico, concordiam effecit inter Galliæ & Angliæ Reges, ac Burgundionum Ducem: nec non inter Bauariæ Duces. In pauperes beneficentissimus. Paucis mensibus ante obitum suum, assumpsit capituli consensu coadiutorem, Ioannem comitem à Werdenberg. Obijt admodum senex, in arce Dillingensi, 12. April. 1469. cum 45. An. præsedisset. Sepultus Augustæ in Basilica cathedrali. Brusch. August. Episcopus, Petrus Schauuenbergius.

De eodem Achilles G. Petrus à Schaunberg, nobilis Francus, inquit, non paruo ære à Pont. Martino impetrauit Episcopatum Augustanum, Romæ: præsente M. Petro Frido, in Aula Pontificia Procuratore ciuitatis Augustanæ: & Burcardo Zinckio ciue, actorum Augustanorum diligenti scriptore.

Eodem anno 1420. Vlricus Peutinger aurifaber, ciuis Augustanus, in suburbio Iacobeo (teste Achille) calidum balneum fecit (das Peutinger Bad) vt mense Maio lassi homines ibi in solys è picea, velut in thermis precio lauarent. Hac nunc est patricia Peutingerorũ gens. Sic Georg. Sigismundus Seldius, Cancellarius Imp. Caroli V. aurifice Augustano natus est. Peutinger aurifex. Seldius.

Iuuenal. Sat. 8.

Malo, pater tibi sit Thersites: dummodo tussis
Æacidæ similis, vulcaniaque arma capessas:
Quam te Thersitæ similem producat Achilles.

Est quoddam Monialium cœnobium Franciscanum: paruum quidem, sed elegans (Bruschio teste) in tractu Marthalensis Monasterij: paulum supra Bußtum montem & arcem, VNGLINGIVM appellatum: in eiusdem nominis pago situm. Inchoatum id fuit hoc 1420. anno, à Domino Walthero ab Ellerbach, equite. In quod postea beneficus extitit Andreas, Comes Sonnenbergius, qui 1511. Anno perijt: sororemque habuit Magdalenam, illarum sacrarum virginum Rectricem: quæ 1513. cum alia quadam Sonnenbergia, Vnlingium cenobium.

Margareta

Margareta naturali Eberhardi comitis filia, peste decessit. Beneficus idem extitit. Wilhelmus Dapifer Waldpurgius: Othonis, Episcopi Augusti & Cardinalis, pater præerat huius loco adhuc 1550. Otilia Vogelmaierina Memmingensis 1527. electa.

In porticu Monast. Murrhartensis.

Anno Domini M.CCCC. XX. obijt Iohannes de Sunthan, Pbr. & M^us.

D. Chytræi epistola Tybingam.

Huc cùm calendis Nouemb. peruenissem: ecce ad me literæ Rostochio, à reuer. & clarissimo Doctore Dauide Chytræo, cum aliquot ibi excusis programmatibus. Tibi vires, inquit, animi & corporis firmas ad pertexendam Sueuiæ historiam, nunc ad vmbilicum fere (puto) per ductam, precor. Apud me nihil prorsus de Sueuicis rebus monumentorum, in promptu est. Alioquin summa voluntate tecum communicarem. benè Vale. Rodopoli, die 19. Septemb. natali tuo, ordiente annum ætatis tuæ LXVI. quem faustum & salutarem tibi ex animo precor. Anno 1591. Dauid Chytræus. Programmatum vnum, erat, à Guilhelmo Laurenbergio, philosophiæ & Medicinæ Doctore & professore, Acad. Rostoch. Rectore, de M. Lamberto Calenio concionatore scriptum.

1. Lambertus Calenius.

Qui natus fuerat in Ducatu Luneburgensi, patre Paulo Cal. viro docto & pio: Ecclesiaq; Luneburgensi, adhuc vtiliter in vegeta senecta seruiente. Obijt autem die 10. April. hoc 1591. anno, ætatis 46. anno. Cuius frater Iacobus Scholæ Luneburgensi hodie moderatorem fidelem & vtilem agit. Studuit etiam Tubingæ ante multos beatus M. Lambertus: & ab eo tempore, multas inter nos commutauimus epistolas.

Alterum programma, à Wilhelmo, Dei gratia, in Liuonia, Curlandiæ & Semigallia Duce, &c. Rectore Acad. Rostoch. 18. Aug. affixum erat, de obitu mei charissimi (qui sæpe inter nos amanter scripsimus: cuius eruditas, græcas & Lat. literas, asseruo) & beati amici, M. Ioan. Posselij. Incipit autem sic. Exemplum fidei erga Deum, & homines syncere καὶ ἀνυποκρίτου, & pueri CANDORIS, ac modestiæ, eximium in Academia nostra specimen, & decus maxime illustre ac vere vir bonus & sapiens (quod, rarum dei donum) fuit reuerendus M. IOANNES POSSELIVS senior: Græcæ linguæ & sapientiæ in hac Schola professor. Quam linguam, Ecclesiæ Dei imprimis necessariam, & velut ianuam & clauem, ad totius philosophiæ, legum, historiarum, mathematum, artis Medicæ, & vere de Christo doctrinæ fontes, aditum aperientem: continuis triginta octo annorum laboribus, publicè docendo, & optimos intelligendi ac dicendi Magistros, & Autores Græcos interpretando, propagauit, &c. Est egregium scriptum: Emanuelis etiam Chrysoloræ, & insequentium Græcorum, mentionem inducens: donec Græca lingua, per Ioannem Caprionem Pforzhaimensem, & Erasmum Roterodamum, in superiore atque inferiore Germania: & per Richardum Crotum Britannum, Petrumque Mosellanum, Lipsiæ: posteaque Philippi Melanchthonis indefesso labore & felicitate, in Arctoas etiam gentes (quod merito admirationi sit, in terris olim barbarissimis) diffusa fuit. Dormiuit ὁ μακαρίτης μὲν χρισῷ ἀδελφὸς Ποσσίλιος, gemino illo καὶ ἀνημμένῳ clymacterere superato, nocte, τὴν ἔξοδον τῆς ὁδοῦ, assumptionem Deiperæ virginis, secuta: viribus mentis ac sensuum, ad extremum vsque halitum integris.

2. Ioan. Posselius P.

Græcia, trans Alpeis.

ἀνδὶς ἀναβαίη πρὸς ἀνήνυτα χάρματα φαιδρός.
τοιαύτη χ' ἡμῖν ἔξοδος ἐνθάδ' ἔοι.

Tertium eiusdem illustrissimi Ducis Wilhelmi programma, de obitu studiosi adolescentis Halensis Sueui, Ægidij Braij, Kal. Iunij defuncti, est, & sic incipit. Honestissima, & multis eximijs Dei donis, ac inter cætera, vberrimis & perennibus satis fontibus, nobilis est libera Imperij ciuitas HALA Sueuorum: quæ non solũ amplo territorio, ædificijs, opibus, legibus, iudicijs, frequentia & modestia ciuium, sapiente ac iusto Senatu: verum etiam Ecclesia rectè sentiente, ac tranquilla: & Schola doctrinarum studijs florente, ornata est, &c. Commemoratur Theologus eius olim Ioannes Brentius, Iureconsultus nunc Ioannes Schulterus, & Scholæ administrator Ioannes Weidnerus.

3. Ægid. Brasius.

Halæ Sueuicæ laus.

FRIDERICORVM DVORVM DE ARCE ZOLLERA CONTENTIO.

Aliquot nobilium Sueuiæ actiones. Cœnobij Bebenhusani reconciliatio. Bellum Friderico Zollerensi Oetingero indictum. Consiliarij Dominæ Henricæ VVirtembergicæ. Monasterium fœmininum vallis ceruorum. Genealogia Neapolitanæ Reginæ. Annæ 2. & Alphonsi Magni, Aragoniæ & Siciliæ Regis.

CAPVT XIII.

Friderici duo, de vrce Zollera viuentes.

ANNO 1421. Fridericus Zollerensis comes, senior (Oetinger dictus, quod in eximio castro Oetin-

Oetingen nutritus esset, cum fratre suo germano, Friderico iuniore) de eo castro capitaliter cum eo contenderat. sed iam ipse possidebat, eo excluso. Eum iunior in iudicium Imperij traxit: ac grauissimis conuicijs prosidit. Ille verò non curauit, perinde quasi non audiret. Vnde Iudex quærebat, cur non tueretur suum honorem contra tantam infamationem, coram tanta multitudine hominum, etiam nobilium: respondit, Mens frater, cùm possideret arcem, etiam non curabat: cum ego plura & atrociora in eum dicerem exul. Ergo, cùm nunc mihi expulsus conuitietur: nec ego curo. Sic recessum est à iudicio. Iunior tamen (quasi diceret: nec tibi, nec mihi) ciuitatibus se applicuit. Et arx ad anni spatium obsessa, mense Maio capta destructaque est. Historia extat apud Felicem Malleolum. Vbi de castro Oetingen Gabelc. dubitat (vt qui nihil de eo sciat) num huius nominis castrum Zollerenses habuerint. De Zollerensi autem arce, aliquanto posterius. *Oetingen arx.*

Transactio quædam (ad Tußlingam, Neeram, & Osterdingam, attinens) facta est inter Bebenhusanos, & Iacobum Herterum: literis Feriâ 3. post S. Galli confirmata. Actores & Signatores, Friderich Graff zu Helffenstain. Hans Druchsäß von Hefingen/senior: Bruder Wilhelm von Hälfingen/ Sanct Johanns Ordens Commenthur zu Mergarten. Fritz von Nenningen. Pfaff Wernher Holtzwart/Pfarherr. Aubrecht Hurnus Schultheiß/vnd Duman Keller/zu Tüwingen. *Neera pagus.* *Pfaff.*

Obsignarunt literas quasdam: VVilhelmus Berger, nobilis: Bertholdus Encker, Vogt zu Constat. Vlricus de Abelsingen zu der Hohen.

Abelsingen, eques, tradidit 1421. sacellum in Rechberghusen Adelbergensibus. *Abelsingen.*

Gamundiæ habitabat Georgius de VVelvvart, senior: qui habebat vxorem Nesen (Agnetem) de Gundelfingen, & filium Georgium. *G. VVelvvart.*

Eodem 1421. anno, VVilhelmus, Episcopus Samastensis, Episcopi Augustani Anshelmi in Pontificalibus (in Gaistlichkeit) vices gerens: in die S. Bonifacij martyris, humiliter & deuote reconciliauit Monasterium Lorchense (hats auff ein neuwes geweihet) cum duabus capellis, S. Ioannis Bapt. & S. Nicolai: nec non cum ambitu & cœmeterijs: deditque venientibus ad Festa Sanctorum certorum deuotè, & auxiliatrices manus cœnobio porrigentibus, indulgentias: criminalium, 40. dies: & venialium, annum, de iniunctis pœnitentijs. Vbi docent sacræ literæ tales pœnitentias, siue satisfactiones? *VVilh. Chorepiscopus.* *Reconciliatio Monast. Lorchensis.*

Eodem 1421. anno, Anna Burckardi Hohenbergensis filia, vidua obijt Vlmæ. Eius primus vir fuit Fridericus, Zollerensis Comes, cognomento Niger, 1412. defunctus. Alter, Conradus Comes Kirchbergensis, 1417. mortuus. Ex hac Domina natus est Comes de Kirchberg Eberhardus, Aulæ VVirtembergicæ Magister: qui 1440. vitâ excessit. *Hohenberg.*

Bebenhusæ. Ann. 1421. II. Kalend. Octob. obijt Erpho Dapifer, natus de Hefingen. Sepultus in 8. sepulchro, Hirsaugiæ. Eodem anno, pridie assumpt. Mariæ virg. obijt. D. Iacobus, Rector Ecclesiæ in Schafhusen, 19. Kal. Septemb.

Anno 1422. contra Hohen Zollerensem arcem, à ciuitatibus Sueuiæ belligeratum est. Denunciatio belli, à Rotvvilensibus aduersus generosum Comitem Zollerensem Oetingerum: mihi à D. Godefrido Rammingero data. *Belli indictio ad C. Zollerensem Oetingerum.*

Wolgeborner Herr: Graff Friderich der älter: als jhr mit euwern Mittreutern/ die bey euch auff dem Felde gewesen seindt/ vns vnsere Bürger/ vnnd die vnseren/ gefangen: gen Zoller geführt: vnd die noch in Gefengnuß haltet/ in den dingen/ da wir/ vnd die vnsern/ deß ohnbesorgt gewesen seyn: die der Hochgeborn/ vnser gnedigen Herrschafft von Wirtemberg Rähte/ mit jhr ehrbarn Bottschafft/ ist: Vnnd auch die ehrsamen weisen gemeine Reichßstädte Botten/ vnser vereinigung in Schwaben/ mit Geschrifft auff Recht von euch außgefordert haben: die vns aber auff Recht nit ledig werden mögen/ vnd ir die darüber/ on verfolgt deß Rechten/ zu Zoller im Gefenguß haltet: Also wisset/ daß wir darumb euwer/ vnd euwer Mittreuter/ die bey euch auff dem Felde gewesen sind/ als die vnsern gefangen wurden/ vnd euwer Helffer/ Feindt seyn wöllen. Vnnd wöllen deß vnser Ehre/ gegen euch/ vnnd den vorgenanden euwern Mittreutern/ die bey euch auff dem Felde gewesen seyn/ als vor begriffen ist/ vnnd euwer Helffern/ bewahrt haben/ Mit vrkundt diß Brieffs: darauff wir vnser Statt Jnsiegel/ inwendig haben thun drucken. Der geben ist auff n Sambstag nach vnsers Herren Auffahrts tag: Anno Domini millesimo, quadringentesimo, vicesimo secundo.

Burgermeister/ Raht vnd Bürger/ der Statt Rotwil.

Consiliarij Dominatus VVirtembergici tunc erant.

VVirtemberg. Consiliarij.

Hertzog Vlrich zu Teck. Graff Friderich von Helffenstain. Graff Rudolff von Sultz. Graff Hainrich von Löwenstain. Herr Steffan von Gundelfingen. Herr Johannes von Zimbern. Hertzog Reinold von Brolingen. Haubrecht/ vnnd Herr Hainrich von Rechberg. Herr Friderich von Freiberg zu Steißlingen. Herr Hans von Stadion/ Hoffmaister. Herr Wernher Nothafft. Herr Conrad von Stainhain. Herr Herman von Sachsenhaim/Ritter. Hainrich von Gültlingen/der älter. Hans Truchsäß von Höfingen. Hans Sturmfeder. Rudolff von Pfalhaim. Vlrich von Liechtenstain. Gumpolt von Gültlingen. Hans von Sachsenhaim. Rudolff von Fridingen. Volmar von Mansperg. Burckart von Gerringen. Aubrecht von Neuuegg. Berchtold von Sarenhain. Gottfrid von Menchhaim. Fritz von Liebenstain. Hans Truckseäß von Bichishausen.

Ciuitates Imperij, cum ditione VVirtembergica amicitiam & societatem pactæ.

Vlma. Rotvvila. Gamundia. Biberacum. Kauffbeura. Capidonum. VVila. Pfullendorffium. Gienga. Ola.

DE ILLVSTRI COMITISSA Henrieta, vel Henrica: VVirtenbergensi & Mompeligardensi, &c. Domina.

Henrietæ, VVirtembergicæ dominæ, laudes.

Heroina hæc, post coniugũ sui dilectissimi, Comitis Eberhardi, obitum, has ditiones, vsq; ad suorum filiorum Ludouici & Vlrici pubertatem, fortiter & prudenter gubernauit: Vtens illis modò enumeratis senatoribus, illustribus & nobilibus: Comitemq; Oetingerum, in campo patente cepit: ac detinuit in turri Mompelgardica, quæ etiam nunc Oetingera appellatur. Quibus de rebus, posterius iterum. Nunc satis est, nos scire bellum à Domina Henrica, & fœderatis cum ea ciui-

Zollerensis castri obsidio.

tatibus, aduersus Dom. Comitem Zollerensem motum esse: & Zollerense castrum circumsessum, bellicis machinis oppugnari cœptum esse: obsidionemque duravisse tempus annuum. Si hoc verum est: atq; Rotvvilensium commemorata suprà belli indictio, anno M. CCCC. XXII. mense Maio, facta est: sequitur, arcem sequenti M. CCCC. XXIII. anno captam esse. Igitur eò reseruabo hoc negotium: tametsi alij priore anno captam scribunt. Vt in Rauensp. Chron. 1421. Da zohen gemeine Stätt von Schwaben für Hohenzollern: Vnd wardt gewonnen *an. 1422. Nunc verò ad alia præsentis 1422. anni conuertar.*

Sachsenhaim.

Viuebat tunc Fritzius de Sachsenhaim: cui vxor erat Anna de Liechtenstain.

Pfæffinga.

Pfæffingæ pagi (qui non longè à VVurmlingensi monte, sed longius à nostra Tybinga, distat) incolæ tres Bentzo Eckhardus, & Coentzlinus Blanck, atq; Hænslinus Blanck: emerunt sesquiiugerum vineæ, in veteribus Pfæffingæ montanis situm (ex quibus quarta pars fructus, quotannis præberetur ad perennem liturgiam in Ecclesia Æntringensis pagi, & altaris in arce) de nobilibus viris, Ioanne à Gultlingen, & Rudolfo ab Ehingen, 29. libris obolarijs: quadriennio (septenis libris, & quinis solidis) persoluendis. Ipsis autem onus fideliter colendæ vineæ impositum erat. Sigillum appendit suum Henslinus de Halsingen. Actum 1422. in Hebdomade paschatis.

Iacobus Herter, & Anna Stettenia vxor eius, debebant quandam pecuniam generoso Comiti Sulitzensi Rudolpho: proximo die S. Iohannis Sonnenvvendi (Solstitij æstiui.) In arce HO-

Hohenberg arx.

HENBERG persoluendam: Sponsoribus & signatoribus. (sub onere obstagij) Conrado de VVitingen, & Burcardo de Mansperg, 1422. die S. Agnetis.

Hornberg.

Ich Horneck von Hornberg/ Edelknecht/ bekenn offentlich mit diesem Brieff: daß ich für mich/ vnd mein Erben/ vnd für menniglich von vnsert wegen/ gelobt vnd leiblich zu den Heiligen geschworen hab/ den Burgfrieden in dem Schloß zu Andeck zu halten/ vnd zu beschirmen/ ꝛc. Vnd dasselb Schloß vnd Theil Andeck/ dem Jacob Hertern zu lösen geben/ ꝛc. Testes:

Andeck arx.

Die Vesten: Schwicker von Helmstatt/ Peter von Windeck/ Hans von Riepurg: alle drey/ Edelknecht. 1422. Feria 3. ante S. Catharinæ.

Gengenbach.

Gengenbachensis Abbas Benedictinus sub Argentinensi Episcopatu, vendidit census quosdam, vici Rumlisdorffij, Alperspachensi Abbati Hugoni, & conuentui. Die martis ante Matthæi.

Hirzthal cœnobium.

Cœnobium Hirsthal, ceruorum vallis. sanctimonialium Dominicanarum (situm supra Bregantium, ad Bregantini nemoris initiũ, ad aquas Bregantinas, & Kendelbachium pagũ) fundatum est in monte ceruorum 1422. S. Ioanni Baptistæ, & societati S. Vrsulæ: ab Hugone Stephanoq; Comitibus

mitibus Montfortijs, Ducis Bregantij & Pfannenbergij: in vsum 23. Nonnarum: quarum collectrix, & prima prioriſſa fuerat Eliſabeta Simlerina, Pfullendorphina. Quod cœnobium quia frequenter de cœlo tangebatur (vnde & funditus conflagrauit.) Ex monte in ſubiacentem vallem eſt translatum, 1464. circiter, conſentiente Auſtriæ Duce Sigiſmundo. Primum lapidem poſuit Suffraganeus (Χωρεπίσκοπος) Conſtantienſis, Vlricus Comes de monte forti: & Barbara, Comitiſſa Amaſiana, Iacobi Trappij Brigantini præfecti coniux. Præerat 1550. Apollonia Biſchoffinakinedelbachenſis, ab anno 1532. Eſt in ſuburbio Brigantino etiam Thalbachenſe cœnobiolum, ad Thalium viuum: in quo, Moniales, tertiæ Regulæ Franciſci. Bruſch. Pfannenberg.

Periêre naufragio, proxime Lindauium, duo & quinquaginta, homines. Naufragium in lacu Podamico.

Erat hoc tempore Regina Neapolis, Ioanna ſecunda: quæ Alphonſum, ſapientiſſimum Aragoniæ (Tarraconiæ, Cataloniæ, Celtiberiæ) & Siciliæ Regem, adoptauit: eò quòd Neapolis ſuæ, à Franciſco Sforcia obſideretur: & Ludouici 3. Andegauenſis, cuius auum Ioanna prima adoptauerat, cum copijs aduentus metueretur. Ipſa ergo ſic ad Alphonſi opem confugit. Cuius Regis Dicta & facta, 4. libris ab Antonio Panormita deſcripta extant. Ioanna 2. Neapolis Regina. Alphonſus R.

Ex D.D. Chytræo, Genealogia Ioannæ huius. Vide ſup. lib. 4. cap. 14.



GENEALOGIA REGIS ALPHONSI.



Conducunt hæ tabellæ, ad aliquantam tum ſuperiorum, tum inſequentium, intelligentiam.

HOHENZORNIA ARX, CAPTA. DE OPPIDO SVLTZA VVIRTEMbergensi. Thonavverdæ ad Imperium defectio. Abbates, post præpositos, Adelbergæ. Reges Cypri extremi. Abbas Bebenhusanus, Henricus Halfingensis. De breuitate & volubilitate linguę Germanicæ. Nobilis VVolfius de Ehingen. Iudicium Rotvvilense. Augustana quædam.

CAPVT XIIII.

ANNO 1423. vrgebatur vehementer obsidio Zolleræ arcis (in sublimi monte posita & oppositum sibi montem habentis.) à Rotvvilensibus, & socijs ciuitatibus, militeque VVirtembergico. Viros ad 40. millia fuisse, legitur alicubi. In concussione eius, globis tormentorum immissis facta sonitus exauditi sunt Neuhusæ, in Præfectura Vracensi. Fame tandem intus laboratum. Itaq; deditionem fecit, in hebdomade Pentecostes: vel, am Sambstag nach dem Nonetag. *Capti sunt ex ea 34. viri. Prædationes inde dicebantur factæ: nemine ibi tutò prætereunte, ne Sacerdote quidem, 70. annis. Ideo neminem Comiti opem tulisse. Dedita fuit, Vlmensibus, cùm esset longè munitissima: ac destructa est. saxo etiam fracto. Armis autem 7. pòst, cùm eius instauratio tentaretur: ciuitates contrà exiuerunt: Augustanique omnem conuectam eò materiam combusserunt. Quomodo verò illustrissima Heinrica VVirtembergensis, illa ex Mompelgardensibus Comitibus oriunda, partes ipsa quoque suas interposuerit: ex eo claret, quod alicubi non vano rumore didici. Fuerat Comes Fridericus Oetingerus, viuente adhuc illustri Comite Eberhardo, Heinricæ marito, vnus ex consiliarijs eius. Mortuò verò: viduæ regimen despiciebat: &, nescio quæ tentabat. Tuente autem ipsa suas res grauiter: dixerat inter alia callidiora, hoc etiam: num ne istius mulieris natura me sic deglutiat? Quod vbi Dominæ nuntiatum est: ad eum scripsit: Ipsa verò non solùm te deglutiet: sed arcem etiam tuam Hohenzolleram, ac cætera tua: vt non mulierem imbellem sed principem tuam, à te contemptam esse, malo tuo condiscas. Nec ita quidem minata est, non autem opere perfecit: sed & suis instructa viribus, & adiuta ab vrbibus, in territorium Comitis potenter inuasit: omnia circumcirca ferro & igne vastauit: annua denique obsidione castrum, de quo dictum, ciuitatibus vsa amicis, in potestatem redegit: ad suaque victrix redijt gloriosa. Detinuisse etiam Comitem in custodia sic perhibetur, vt præced. anno dictum est. Vocabuli natura significatio, ex hoc loco Ciceronis intelligitur: parere quædam matrona cupiens, visa est in quiete, obsignatam habere naturam.* μουνὴν *vulgaris Græcorum lingua vocat.* ἀργομουνιατικὸν, *mulcta est, quam in insula Chio hodie pendit vidua: quæ non amplius nubere vult:* ἀλλ' ἀργὴν καὶ ἀνήρωτον τὴν ἄρουραν κατέχει,

In potestatem sic redactâ Hohenzollera arce: Sultzam oppidum exercitu inuadebant ciuitates: quòd Hohengeroltzenses Domini, qui tunc id tenebant, Georgius & Henricus ciuitatibus inimici, & magis VVirtembergicæ domui amici, essent. Nec tamen, quamuis tormentis verberantes, vicinam Albeccum arcem, capere potuerunt. Transacta res est, vt VVirtembergenses aditum eam in arcem haberent. Ea occasione, postea arx & op. Sultza ad eos peruenerunt. Vide plura A. 1445.

Cùm per hæc tempora bellum inter Bauaros Duces: Ludouicum Angilostadiensem, & Heinricum Landshutensem, esset: Heinricus, tum aliorum, tum Sueuorum auxilio, multis & grauibus damnis cupiditatem contumaciamq; Ludouici affecit. Quo in tumultu, VVerdea quoq; Suenica, ab Angilostadiensibus ad Imperium defecit. Auent.

Comes Rudolfus de Sultz, Ioannes à Stadion eques, & Ioan. de Sachsenhaim, Statthalter *VVirtemberg. petebant à Sculteto & ciuitate Caluensi, die assumpt. Mariæ: vt illi fierent condebitores cuiusdam pecuniæ: quæ cessisset Dominæ VVirtembergicæ,* genannt von Nüremberg/ 18. *dos eius in op. Schorndorff.*

Zollerina arx, obsessa & dedita.

Henrieta virtus contra Oetingerum.

Natura.

Geroltzeck.

Sultza.

VVerda, ad Imperium.

ABBATES ADELBERGENSES.

In cœnobio Adelbergensi, præpositi ab initio eius fuerunt vsq; ad hoc tempus. Quorum vltimus, nomine Rubertus.

1. *Getteler, primus hoc 1423. anno Abbas ibi factus est. Qui cùm 20. A. benè munus administrasset: è vita 1443. anno excessit. Secuti sunt eum Abbates hi.*
2. *Diepoldus Lieber, Annos 25. obijt 1468.*
3. *Berchtoldus Dyrr, A. 33. vtilissimè. obijt 1501.*
4. *Leonhardus Dyrr, V. I. Doctor. Instaurauit Monasterium quasi de nouo. Præfuit 37. A. obijt 1538. Secutum est interregnum annos 10.*

Adelbergenses Abbates.

5. Ludo-

5. Ludouicus VVernher 1547. qui cœnobij ruinas erexit: ab Imp. Carolo 5. confirmatus, papatui restituto. obijt 1565. Ianu. 5.

6. Christophorus Binder primus eius loci Augustanæ Confessionis Abbas, qui adhuc viuit: Monachi, qui pontificiam religionem retinebant, inde abibant.

Bebenhusæ, in capitolio (sic domum capitularem, vel senaculum, vocant) scriptum. Anno ab incarnatione Domini, 1423. sexto Maij, obijt Dominus Berchtoldus 27. Abbas. Hunc non inuenio in catalogo Bebenhus. Abbatum. Capitolium.

Ibidem. Anno 1421. obijt D. Hainricus Ybelacker, de VVil ciuitate natus. Humatus in sacrario ante altare S. Benedicti.

Augustæ conflagrauit Beginarum cœnobium zur Horbruck. Quod anno 1538. in hospitale puerorum expositittiorum mutatum est, zu eim Findelhauß. Augustana quædam.

Nouus chorus in Templo D. virginis, ædificari cœptus est. Eodem 1423. anno, quidam homo, auaritiæ suæ satisfaciendi spe frustratus, Hanso Rangus: informis nodum lethi trabe nectit ab alta in suo granario.

Halæ, Michael Schletz sponsalia cum Anna Senfftina celebrauit.

Perpetuum inter se fœdus pangunt 22. Ianuar. Tigurini & Bernates.

Franciæ Rex fit Carolus VII. cognomine Victoriosus. Nam etsi initiò ab Anglis & Burgundionibus, omnibus suis finibus exutus est: tamen ad extremum omnes recuperauit. Regnauit An. 38.

His temporibus insulæ Cypri Reges, post Petrum & Petrinum (sup. lib. 5. cap. 8.) procul ad posteriora tempora vsque, fuerunt hi: Iacobus Lusignanus, Ianus, Ioannes (Helenæ Palæologinæ vir) & Ioannes (Carlottæ vir) ex Portugallia: deniq; Iacobus (prioris Ioannis nothus F.) qui Catharinam Venetam, M. Cornarij filiam, duxit. Quo defuncto: Cyprus Venetis venit 1470. quam post 100. deinde annos, eis Turca Selymus 2. eripuit. Adeptio facilis, cruenta amissio. Non omnes isti Reges, boni erant. Exempli causâ, Ianus, fratris sui filium, ætate puerum, blandè cœna excepturn, arboribus alligatum discerpsit. Postea, ab Ægypti Sultano Melchella captus (Nicosiæ & insula miserè vastatis) dimissus est precio, & tributarius factus. Cui filius Ioannes successit: homo ignauus, sepulis & amoribus languens. Vxores eius. 1. filia Ioannis Iacobi, Marchionis Monferratensis, filia: quæ in Cyprum veniens, mox post nuptias veneno sublata est. 2. Palæologorum ex stirpe Helena Constantinopolitana. Hæc, conspicata viri inertiam, ipsa regni gubernacula arripuit (satis dextrè) & Pontif. Romani religionem remouit. Filiam peperit Carlottam: quæ Portugalliæ Regi Ioanni nupsit. Hunc socrus quòd Latinorum religionem restituisset, toxico remouit. Postea Carlotta, Ludouico Ludouici Sabaudiæ Ducis filio, nupsit. Defuncta Helena cum viro: nouus sponsus in Cyprum venit: sed ab Ioannis R. spurio filio Iacobo ejicitur. Carlotta ad Papam fugit: à quo per dies vitæ suæ sustentata est. Nihil enim implorando hunc, & Italiæ Principes, ad recuperationem Regni consequi potuit. Vide infrà lib. 7. cap. 11. Cypri Reges postremi. Cyprus, ad Venetos & Turcas. Ianus R. Cypri. Ioan. filius eius. Helena, vx. Ioan. Carlotta.

Anno 1424. Die decimoquarto Maij, Rom. Rex Sigismundus, secundum confirmationem patris sui Caroli 4. & Henrici 4. Impp. confirmauit & ipse Alperspachensi Abbati Hugoni, & conuentui, ipsorum priuilegia, VVissegradi: Regnorum suorum anno, Vngarici 38. Rom. 14. & Bohemici 4. Alperspach.

BEBENHVSANA POSTVLATIO.

Dem frommen Vesten Jacob Hertern / entbieten wir der Abt vnnd Conuent gemeinlich deß Gottshauß zu Bebenhusen / vnser Gebett. Als du vns zu kauffen gegeben hast Offterdingen das Dorff / mit Leuten / mit Gütern / vnd aller zugehörde: vnnd auch Bürgen darumb gesetzt hast / nach inhalt vnsers Brieffs: den wir von dir / vnnd den Bürgen / besiegelten innhaben: Lassen wir dich wissen / daß vns der Bürgen ein theil leyder mit todt abgangen seindt: die an diesem Zettel verzeichnet seindt / den Gott gnad. Darumb ermahnen vnnd erfordern wir dich: als hoch / vnd weß wir dich zu ermahnen / vnnd zu erfordern haben: Daß du vns nach dieser mahnung / in den nechsten acht Tagen / ander / als gewisse vnnd schiedtliche Bürgen setzest / in allen den Rechten / als dieselbigen abgegangen sind gewesen. Geben vnder vnsern der Abtey / vnnd vnsers Conuents Insiegeln / zu end dieser Geschrifft gedruckt: Am Montag nach Allerheiligen tag: nach Christi Geburt viertzehen hundert / zwentzig vnnd vier Jahr. *Abbas hic, Hainricus de Halsingen fuit.* Hertero Iacobo, Abbas Bebenhusanus. Offterdingen.

Viuebant tunc etiam hi nobiles: Ioannes à Gyltlingen, Rudolfus ab Ebingen, Henslinus ab Halfingen, & Ioannes de Nenneck.

Βραχυλογοσομαχία.

Linguarum certamen. *In nundinis Francofordiensibus 1424. anni, duo mercatores, Alemannus & Belga, interse verterque de suæ gentis ingenio & industria contendebant. Belga tardioris etiam linguæ superiores Germanos, quàm inferiores, asseuerabat: certans depositâ pecunia cum Alemanno, vter citius tria oppida suæ gentis nominare posset. Vlma est vna ciuitas (inquit Alemannus) Campidonum, altera: Memminga, tertia. Belga respondit, Meintz Coln Ack/tria esse oppida: nempe Moguntiam, Coloniam & Aquisgranum. Belgis nimirum dedit Musa loqui ore rotundo.*

Vlmæ 1424. pridie S. Benedicti, starb die ehrbare Frauw Barbara Sorgin/ Georg Besserers Haußfrauw.

Fyrstenberg. *Anno 1425. Comitem Conradum à Fyrstemberg, suum ciuem, iuuerunt Argentinenses contra Falckenstainios: quorum arcem Ramsteinum, deditione captam, destruxerunt.*

Commissi sunt Eßlingæ quidam equestres ludi.

VVaiblinga. *Die Sabbati post Vlrici, testes & confirmatores fuêre. Conradus Schelitze (Comitis VVirtemberg. præfectus VVaiblingæ, & in Remsana valle) & Fridericus Gausberg, Iudex Schorndorffæ: quando decimas vendidêre Braitenfyrstenses Lorchensibus, Conradus Brachtus, & Ella soror eius, Schorndorffæ habitantes: atq; horum soror in Eglishaimo, Irmegardis.*

Klingenus VVolfius. *VVolfius de Ebingen, Burcardi Plegmatiæ F. cum minister esset Ernesti, Ducis Austriæ: is mortuus est Viennæ, tempore, quod est inter ambos, D. Mariæ dies: atque honestè in S. Stephani templo est humatus. Fuerat in iuuentute secutus aulas principum: atque 1423. curator fuit iuniorum Comitum Montefortensium & Brigantinorum, Hermanni ac Stephani, filiorum Comitis Hugonis, Pfanuenbergæ. Extat membranaceum testimonium: quàm fidelem se in hac curatione præbuerit. Hunc absentem, & fratrem eius Ruffum, seu Rudolfum, hæredes suorum bonorum fecerat cognata Haila: vt alibi dudum est scriptum.*

Rottvvilense iudicium. Klingen. Eobenklingen. *Anno 1426. Feriâ 5. ante Ioannis Baptistæ, Rotvvilæ gestum. Vlricus de Klingen, ab Hohenklingen senior, Baro, Aulicus Iudex loco nobilis Comitis Hermanni de Sultz, loco Rom. Regis Sigismundi: confirmauit literis & sigillo (vt & suis sigillis illi, qui hoc negotium agebant) actum: quo Volmarus à Brandeck, simpliciter & omnino tradidit quædam Abbati & Conuentui Alperspachensi: quorum nomine aderat D. Conradus Hæckconuentualis:* als man zu Gericht saß auff dem Hoff zu Rotwil/ an der offenen freyen Kynigestrasse: *renuncians illis bonis manu & ore: porrecta etiam manu ipsi Aulico Iudici.*

Herter Iacobus. *Iacobus Herter, & vxor eius Anna Stettensis, quandam pecuniam die Sabbati post Hilarij mutuam sumpserunt,* von dem frommen Vesten Hansen Brandthochen *suo tempore Rosenuelde persoluendam. Sponsores.* Her: Albrecht/ *dictus* von Nuwenburg/ Ritter. Vlrich Schwelher. Renhart Melchinger. Burcart Schilling.

VVeinsperg. *Dominus VVeinspergius intercepit ciuitatum Imp. viros ad CC. cum panno Gossypino, & speciebus aromaticis, ad nundinas Francofurtenses descensuris. Chron. Aug.*

Augustanates. *Suppræfectorum Augustæ* (der Stattvogt) *electio* (vt & reiectio) *14. Mart. Diplomate Viennæ dato, à Cæs. Sigismundo in perpetuum est concessa, 1416. Cuius accessit quædam post 1446. à Friderico III. moderatio: vt scilicet in posterum Senatus, propria capitalium causarum iudicia, secretò ex officio exercere in triclinio curiæ suæ clauso (præsidente tamen prætore ordinario, & ad minimum 24. assessoribus) maleficijsq; decernere pœnas, posset. Quod priuilegium Senatus primùm 25. Ianuar. millesimo quadragentesimo quadragesimo septimo, vsurpare cœpit (Conrado Vægelino patricio, Petro Eginab Argovv, viro nobili è mercatorum tribu, consulibus) contra Vlricum Burgovverum: adsuffocationem in aquis, propter horribiles blasphemias condemnatum.*

Xenodochium Huni. *Eodem millesimo quadragentesimo vigesimo nono anno, Conradus Hirnus institor, & coniux eius Afra fundarunt Xenodocheum quoddam pauperum* (ein elend Herberg) *Augustæ, infra Iudæorum montem, vt ibi 2. noctes diuersari possent egeni & vagi homines (ἀναστατοι ἀνθρωποι) præsertim Romipetæ, & alij peregrinatores. Dandos etiam statuerunt quolibet autumno in perpetuum, egenis vrbis ciuibus, aliquot vlnas panni lanei rudioris, leucophæo colore. Etiam ab alijs in re lautiore ciuibus, ad modò dictum Ptochotropheum liberalitas collata est. Gassar.*

Sangal-

Sangallensis Abbas Henricus 4. moritur: & tunc Beginarum domus Franciscani instituti, S. Leonhardo dicata prope Sangallum cœpit: fundatrice, quæ pia habebatur, Margareta Rudekerina. Brusch. *Sangallum.*

ABBATES DIVITIS AVGIÆ, HENRICVS ET FRIDERICVS. IACOBus Herter, & vxor Anna. Bachenstainij nobiles. Monomachia Basileæ inter Hispanum & Alemannum. Hirsaugiensis Abbas VVolframus. Dominarum claustrum, sub Lympurgo. Op. Oberkirchum. Virgo Iohanna Francica, χριστιανη. D. Elisabetæ VVirtemberg. mors. Arx Marpachum. Oeningensis comitatus. Husitæ, nequicquam bello petiti. Herrenalbæ sepulcra. Concilium Basilienſe. VVeihenbrunnensis peregrinatio.

CAPVT XV.

ANNO 1427. obijt Diuitaugiensis Abbas Henricus, Hornbergensis Baro. Quæ ætate vixit in eo Monasterio. Conradus Baro Zimbrensis, versus facere gnarus: qui carmine imminutæ Augiæ rei deplorat quod apud Brusch. extat. *Augiæ diuitis Abbates.*

Vnde hæc sunt.

Hæc sunt, & plura: lædendi te tamen illa,
Maxima: & vrbs Vlma, tua quondam Regia villa.
Dico luctanter: dole nunc te, Augia mater.
Da studium Christo: ne nos fortuna siniſtro
Cum pede prosternat, nobis & gaudia demat.

Successit Henrico, in Abbatia Fridericus, Baro VVartenbergius: conuentualis apud S. Blasium, in nemore Hercynio: præpositus Klingenouij prope Basileam. Ambibant quidem eandem dignitatem alij duo Romæ: Baro quidam Gundelfingensis, Canonicus Constantiensis, & Baro Saxensis Albertus, conuentualis Einsidlensis. Sed Fridericus facilè clauum à Pont. Martino obtinuit: quia tempore Constantiensis concilij, eum in Augia splendidè tractauerat. Id vnguen, apud gratum Martinum nondum exoleuerat. Præsidet cum eximia laude: Monasterij strenuus reparator, & ad normam S. Benedicti reformator. Etsi autem tantùm duos ibi generosos Monachos inuenit: Henricum, Lupfensem Comitem: & Ioannem, Roseneccium Baronem: tamen primus ipse conuentum ex nobilibus collegit: quibusdam etiam ex Samblasiano accersitis. Cumq; Monasterium inuenisset pauperrimum: id vndiquaq; diligentia sua, & prudentiâ suffulsit. Bibliothecam collegit: doctos hominès, à quibus disceret, aluit. Interfuit concilio postea Basilienſi: & ibi quotidie sapientiæ auditorium ingressus, doctos audiuit. *VVartenberg. Lupfen. Roseneck.*

Eodem 1427. anno, controuersia quædam tractata est Stutgardiæ, inter Iacobum Herterum (qui vxorem habebat Annam de Stetten, & affinem Conradum indidem) atq; inter Abbatem Henricum de Halsingen, conuentumq; Bebenhusanum. Literæ incipiunt: Wir diese nachgeschribnen/ deß Hochgebornen vnsers Gnedigen Herrn/ Graff Ludwigs/ Graffen zu Wirtemberg/ Rhäte: mit Namen/ Fridrich Graff zu Helffenstein: Graff Rudolff von Sulz/ der Elter: Herman von Sachsenhain/ Wolff von Zulnhart/ Rittere: vnnd Volmar von Manßberg/ bekennen/ &c. Feriâ 4. post Pentecosten. *Herter Iacobus. Halsing. Henricus. VVirtemb. C. Ludouicus.*

Kursus de eo negotio, die Dominica ante Michaëlis, literæ confectæ: in quibus consiliarij Comitis VVirtembergici D. Ludouici ponuntur. Hans von Sachsenhein / Hoffmeister: Hans Sturmfeder/ der elter: vnd Hans Truckses von Bichishusen. Iacobi Herteri huius filius, erat Frider. Herter de Hertnegg: cuius literas quasdam erga Reutlingam amicas, vnà signarunt Iohannes de Haulsingen, senior: & Conradus de Stetten, iunior. *Consiliarij eius.*

Eodem anno viuebat nobilis Ioannes de Ovv: qui testificatus est sigillo suo veritatem literarum Berchtoldi Crafftij de Betzisvviler: iurantis, cùm Dornheimenses à Gundelshusensibus poscerent societatem in sumptibus quibusdam tolerandis, hoc nunquam antea factum esse. Erant tunc & hi nobiles: Aubrechtus Neuneccius, & Volmarus Brandeccius. *Ovvensis Ioannes.*

Halæ Sueuorum. Anno Domini M. CCCC. Jar vnd XXVII. da starb der Erbar vnd Vest Götz Bachenstein / am nechsten Dienstag nach Maria Geburt. *Bachenstainij Halenses.*

Anno 1458. starb Götz von Bachenstein/ S. die deß H. Bluts.

Anno 1488. am Dienstag nach der gemeinen Meß / starb Georg von Bachenstein.

Insignia horum, qualia Senssttiorum: nisi quod animal galeæ, corniculis & pedibus caret.

Pestis. *In Chron. Rauenspurg. 1427.* war ein grosser Todt: *id est, erat magna pestilentia.*

Bebenhusæ. A. 1427. in die ascensionis Domini, obijt Conradus de Halsingen, dictus Boltringer. Sepultus in nouo (primo) sepulchro, in introitu collationis, in ambitu.

VVeihingen. *Anno 1428. nobilis viuebat Fridericus de VVeihingen. Item, Rudolphus (Alemannicè Ruof) de Ehingen: cui natus est in castello Hohen Entringa hoc anno, ex vxore Agnete Truchsessia* Haimertingensi, *filius Georgius, postea factus strenuus eques: de quibus ambobus, posterius multa scribemus.*

Ehingeni Georgij natiuitas.

Ehingeri, patricij Vlmenses.

Obijt hoc 1428. anno, Vlmensis Consul Hartmannus 1. Ehingerus, Ioannis Mailandij (sup. 1360.) filius. Vxores habuit tres.

Liberi eius:
- *Hartmannus 2. Vide 1461.*
- *Ioannes 1. in longa platea. Vide 1459.*
- *Iacobus 1. Vide 1478.*
- *Iodocus, vel Iob. obijt 1483. Iun. 2. Humatus in cœmeterio. Vxores ipsius: Margareta VVisslerin, & Liebpurg Oetin. Filij, Georgius & Ludouicus.*

Monomachia Basileæ inter Hispanum & Alemannum. *Duellum quoddam fuit Basileæ, die Dominico ante Luciæ, inter magnanimum Hispanum, Ioannem de Merlo (qui eò veniens, fortissimum quenquam prouocauerat) & Henricum, nobilem Ramstainium: maximo numero spectatorum: inter quos, Comes Fridericus de Zollern, Comes Ioan. de Freiburg, Comes Bernhardus de Thierstein, & alij. Lex pugnandi erant, ictus 1. lanceâ, ictus 3. bipenni, ictus 40. gladijs. Pugnatum ab vtroq; gloriosè: Hispano tamen, aliquantò superiore. Eum Ioannes Thiersteinius, vnus ex iudicibus certaminis, equestri honore decorauit. Alter, postea Hierosolymæ eques factus est. Neuter in conflictu læsus fuit. Vrstis. Basil.*

Oeninga. *Constantiensis Episcopus Otho, & Hegouij, deprædati sunt Monasterium & pagum Oeningæ.*

Hirsaug. Abbas VVolframus. *Hirsaugiæ Abbas 38. (Friderico Vflingerò Abbate, idib. Nouemb. defuncto) electus est VVolframus, cognomento Maiser, Sueuus nobilis: ex gente Maiserina ortum ducens: auctoritate ad homines pollens. Hic, postquam Basilienſi concilio interfuisset: Melicensem primò, deinde Burfeldensem, reformationem introduxit: & sic Regularis vitæ obseruationem instaurare contendit. Fuit autem vita & conuersatione (βίῳ καὶ πολιτείᾳ) liberalis: Monasterium q; ære alieno grauatum reliquit. Præsedit ♃. 31. M. 9. D. 8.*

Frauwen Claus *sub* LYMPVRGO.

Lympurgense Monialium claustrum. *Domina quædam Lympurgica (teste VVidem.) claustrum fœminarum sub Lympurgo, prope parochialem Ecclesiam ædificauit: sperans, ex illo fore aliquando cœnobium sanctimonialium. Sed non filante Bertha, stabile non fuit: eius q; fructus, in Capellaniam collatus est: quæ nec ipsa, diuturna fuit.*

Oberkirchum. *Oppidum & arx Oberkirchum (tunc Argentinensium) contra Marchionem Badensem, Argentoratensi succursu defensum est. In oppido autem erat Bombardarius Magister, Grafeckius Argentinensis. Factum tribus septimanis post Pascha. Chron. Argent.*

Virgo Iohanna, bellicosa. *In Gallia puella quædam Lotharingica, Iohanna nomine, annorum ferè XX. arma induit: Regem q; Carolum 7. (Aureliæ obsessæ liberatione, & Anglorum Burgundionum q; per prælium superatione) præclarè defendit: in bello, virili habitu & armis: in pace, fœmineo vestitu, vtens. Vulnerata etiam in pugna fuit: potuisset q; dicere illud Homericum:* λύτο μοι ἄχθος ἁπαν, *ἐπεὶ*

Compẽdium C. *βρῶσε οὐτασεν αὐλὸς. Sed ipsa, animo imperterrita fuit. Tandem verò 1430. anno, Carolo compendium ciuitatem obsidente: capta est à quodam Picardo, & Anglis vendita: qui eam profugæ, Rodomagi (zu Roan) combusserunt. Æmilius lib. 10. ait: Compendium fuisse ab hostibus obsessum: cui Iohanna succurrens, capta sit. Aurelianenses ei statuam posuerunt. Laudata fuit passim, & admirationi habita. Compendij etiam obsidio, soluta.*

VVirtemb. Elisabeta mors. *Anno 1429 diem suum obijt Domina Elisabeta, post Antoniam altera vxor Comitis VVirtemberg. Eberhardi Benigni, vel Mitis: quæ 12. annos vidua post ipsum vixerat. Sepulta Stutgardiæ in Cathedrali Ecclesia iuxta suum maritum.*

Fuerat dudum filia Comitis Eberhardi Elisabeta, Bauaro Alberto promissa. Ea verò adulta,

adulta, alij sine parentum consensu, aut fratrum, nupsit. Vide sup. A. 1393. Inde, secuta multa, vt constituta fuerat initiò: quæ Bauarus redemit à Reginoburgensibus vectigal salarium. Acuent.

Aichstadiensi Episcopatui præponitur Albertus 2. nobilis à Rechberg: pacificus, humanus, vtilis. Emit oppidum & castrum Dollenstainense à Baronibus de Haideck: illustrauit pluribus ædificijs Episcopale palatium intra Aichstadianos muros, ad pontem situm. Obijt 1445. Sepultus in S. Villibaldi choro. Bruschius. Rechberg. Alberti, Aichstad. Episcopus.

Ioannes de Hailsingen, Bebenhusanus vendidit coram Rotwilensi iudicio nemora sua, Iesslochia dicta.

Rauenspurgi, die Assumpt. Domini, puer quidam in sylua Haslochia repertus est, quem Iudæi necauerant. Sequentis ergo anni pridie S. Vlrici, crematio Iudæorum facta est. Iudæorum exustio,

Eodem 1429. anno, Constantienses arma contra Marpachum tulêre: Iacobo nobili de Vlmarsini suo, infesti, propter quasdam verborum eius contumelias. Arx fuit occupata: & Vlmerus ille, cum filio 12. annorum Constantiam abductus. Stumpf. lib. 5. cap. 13. de Turgæa. Vbi etiam dicitur, Marpachũ hoc esse arcem sub Geienhofa: in qua arce nobiles olim habitarint, Marpachij appellati: Geienhofam, pagum & arcem esse, ad Episcopum Constantiensem pertinentem. Albertus & Litholdus de Marbach, vixerunt 1254. Ibidem. Vlricus de Vlma, Edelknecht / viuebat 1244. Item Stumpf. lib. 6. cap 23. de Zurichgæa. Marpachum arx. Vlmerina familia. Geienhofa.

Halæ viuebat Vlricus Sulmaister.

Genius monetæ, Blappardi dictum, cudi cœptum est in Sueuia. Chron. Aug. Blappardi.

Impostor quidam (vt in Quernfurt. Chron. à Spaugenbergio scribitur) fingebat se Dominum Fridericum de Heldrungen (qui tamen 15. annis antè perierat) ac, quia illi domino similis videbatur: à nobili Heroë Quernfurtensi Ioanne 3. receptus est, tanquam frater. Sed repulit eum Ioannis mater. Qui non multò pòst, nescio propter quod facinus, Vlmæ Sueuorum summersus est. Pseudofridericus.

Pforzheimi. A. Domini 1429. 12. die April. obijt domicellus Rheinhardus de Rein: cuius A. R. I. P.

Anno 1430. Ludouicus, Dux Teccensis, erat Aquileiæ Patriarcha: qui interfuit etiam postea concilio Basiliensi, ibiq; mortuus est. Teccens. Ludouicus. Patriarcha.

Viuebant ciues vrbis Vlmæ, VValther Ehinger iunior, & Eberhardus Blossius. Ehingerus VValther.

Vbi ex Lacu Podamico Rhenus effluit: pagus & præpositura est OEningensis: vbi olim Comites de Oeningen fuerunt. Itha, Comitissa Oeningensis, nupta fuit Rudolpho Comiti Altorfensi. quæ obijt anno 1020. Stumpf. lib. 5. cap. 13. Familia autem hæc desijt 1430. sicut Bruschius ait, stirpem Oeningensem in Hegouia emarcuisse. Oeningenses Comites.

Augustæ extructa est turris: cui nomen, Lugins Land (tanquam κατοπτρον, specula) inter ædificandum & piscatoriam portas. Erat initiò præalta: annis verò 90. circiter pòst, fulmine combusta est: & anno 1538. in magnum & validum propugnaculum conuersa. Lugins Land Augusta.

Frigore periêre fruges & vineæ, circa Tybingam: fuitq; longè frigidissima hyems. Hyems frigida.

Bebenhusæ, in veteris conuentus solario scriptum. Abbas Reinhardus, Dapifer de Hefingen natus, solarium istud construere procurauit: tali pictura decorauit. Anno 1430. depictum est. Ibidem. A. 1430. obijt nobiles & honesta D. Anna, vxor Ioannis Herter militis, nata Notheffin. In S. sepulchro humata.

Pernicies 91 ciuitatis Græcorum Imperij, & ruina Constantinopoleos, nascitur MAHOMETES 2. Mahometes II. natus.

Anno 1431. R. Sigismundus cœnobij Bebenhusani priuilegia, Iesingam & Roseccam, confirmauit. Idem Neopyrgensi oppido VVirtembergiæ, petente illustri Comite Ludouico, concessit die lunæ pòst Dominicam Oculi, duos anniuersarios Mercatus. Vnum, die ascensionis Christi agendum: alterum verò, die S. Andreæ. Item, singulis hebdomadibus Mercatum die Sabbati. Neyrenpyrg.

Sicut 1428. Germani, Bohemiam ingressi, profligati fuerant ab Hussitis: ita etiam hoc 1431. anno, priusquam hostem conspicerent, refugerunt: domum circa diem Bartholomæi reuersi. Cui expeditioni interfuit Comes Vlricus Helffenstainius: & circiter 400. equites Augustanorum. Eorum Duces erant, hic Helffenstainius, & Erasmus Sattelberger. Chron. Aug. Hussitæ, nequicquam bello petiti.

In monasterio Dominorum Albano. ANNO Domini M. CCCC. XXXI. obijt generosus Comes VVilhelmus de Eberstain, in prima vigilia Andreæ. Herrenalba.

Qui

Qui iacet armatus, vt cernis, hîc tumulatus;
Ipſe, Comes genitus, VVilhelmus eratq́ue vocatus,
Apri de Petra: quem tolle Deus ſuper æthra:
Vt ſibi ſede data, viuat ſine fine, beata.

::::: *XXV. VII. idus Martij. obijt Comes VVilhelmus de Eberſtain. Item anno XCV. obijt Domina Ma:::::*

Anno Domini M. CCCC. XXXI. tertio nonas Maij, obijt illuſtris princeps Bernhardus, Marchio de Baden: In Periſtylio. anno Domini M. CCCC..... Septemb. obijt emeritus armiger, dictus Straub de Straubenhart. Requieſcat in pace.

Sepulchrum Domini Hermanni de Kunichſpach.

Margarita Auſtria.

Eodem 1431. anno, pridie aſcenſ. Chriſti, Auguſtam venit Margarita, ſoror Auſtriaci Friderici (Regis poſtea) & Ducis Alberti (Duci Saxoniæ Friderico collocata) cum Comite Henrico Schvvartzenbergenſi, & multis nobilibus, ac Gynæceo: ibiq́; dies octo manſit.

Concilium Baſilienſe. Nider Ioannes. Papa, ſub Concilio. Concilium Ferrar. & Florentinum. VVeinſperg. Conradus.

Initium Concilij Baſilienſis, anno 1431. factum eſt. Ad quod etiam Bohemi vocatiſunt: miſſis ad eos Ioanne Nidero Iſnenſi (de quo ſuperius memoratum eſt) & Abbate Mulbrunnenſi. Obijt hic Ioannes Noribergæ 1438. occupatus in reducenda illa gente ad Eccleſiam Romanam. Quo anno & Græci adfuêre, Reſponſum purgatorij negatiuum afferentes. Diſplicebat hoc concilium (quod multorum annorum fuit) Pontifici Eugenio: quia in eo ſtatuebatur, ſacrum generale concilium, eſſe ſupra Papam: & abſq; etiam voluntate eius poſſe haberi, idq́; vim habet. Ipſe igitur poſtea Ferraniæ & Florentiæ, concilium contrà habuit. Legantur duo libri Æneæ Syluij: vel Epitome eorum, ab Hedione Chronicis Vrſperg. adiecta. Aderat huic Concilio Conradus, VVinſpergenſis Baro, Imperialis eius protector: vt à Syluio vocatur.

Thermæ Mainhardi. VVeihenbrunnenſis peregrinatio.

Circa hæc tempora, peregrinatio quædam extitit ad fontem in nemore: vbi eſt vitriaria officina, in via à Sueuica Hala Hailprunnam verſus: dimidiato circiter milliario à thermis ſerinis Mainhardi: qui locus etiamnum ab illo fonte, VVeihenbrunn nuncupatur. Eum fontem ſyluęſter ille popellus magnifecit, tanquam ſacrum: tanquam multis morbis medentem. Quoniam igitur ea ſylua tunc ad Ioannitas Halæ, & vitriaria ad Eccleſiam Affalterbachenſem, pertinebant: de offerentium pecunijs lapideum ſacellum (nomini Ioan. Baptiſtæ, & S. Mariæ, dicatum) conſtructum eſt. Creſcente autem multitudine aduenarum: adeò, vt eo ſacello capi non poſſent: altare extrà factum eſt, & caupona: ſed & præbẽda inſtituta, cum Ioannita ex Hala Presbytero, qui ſacris ibi operaretur. Bello verò ciuitatum & nobilitatis nouo exorto: omnes circa ſacellum domus, exuſtæ ſunt. Sacellum poſtea bello Ruſtico intercidit: Campanâ eius, ferro & plumbo, ablatis, tectoq́; contuſo à Ruſticis. VVid.

Schola Schorndorffæ.

Viuebat Albertus Alber, Rector ſcholarum Schorndorffæ, artium Baccalaureus, publicus Notarius.

Lorcha. VVeſternach. Stain.

In quadam tranſactione ſequeſtres erant: ex parte VVilhelmi, Abbatis Lorchenſis. Hanſo à VVeſternach, Hanſo de Huſen.

Ex parte VVolffij à Stain de Rechtenſtain, equitis: VVolfius à Stain de Klingenſtain, eques: Hanſo Truckſæs à Neuhauſen.

SIGISMVNDI CORONATIO ROMÆ. IOANNÆ NEAPOLIT. Reginæ mors. Matrona Bembergenſis, & de ſacerdotio certamen. Sepulturæ nobilium Senfftiorum, Halfingerorum, Luſtnouiorum, & aliorum. Annonæ & vini vilitas. Peregrinatio ad S. Mariam Tungenthalenſem.

Caput XVI.

Sigiſmundus, Romæ Imp. coronatus.

ANNO 1432. *Cæſar Sigiſmundus, cùm in Italiam profectus eſſet, Romæ in Baſilica Vaticana, à Pont. Eugenio 4. coronatus 15. Kal. Iun. eſt: multoſq́; Germanos & Italos, equeſtri dignitate ornauit. Priore autem anno Auguſtam, pridie D. Margaretæ ingreſſus: in Petri Egeni ædibus, in foro vinario ſitis, diuerterat. Qua nocte cùm illius vxor filium enixa eſſet: infantem Cæſar, & Treuericus Elector, è Baptiſmo ſuſceperunt, Sigiſmundi nomine appellatum. Ipſum Petrum Cæſar, priusquam vrbe excederet, equitem auratum creauit, Gaſſaro teſte.*

Mediol. Dux.

Adduxerat Sigiſmundus Mediolan. Ducem Philippum ad obedientiam. Sed hic conditionibus ſe grauioribus premi exiſtimans, clàm illius exercitum inuadere cogitauit. Sigiſmundus eo de periculo à Teccenſi Duce VVilhelmo monitus, aciem contra Mediolanenſes ſtruxit. Sed cedens Dux, ad obedientiam rediit: verùm breui rurſus defecit. Chronicis Bernhardi Hertzogij Alſaticis. Obiit

Obijt Regina Ioanna 2. quæ Aragoniæ Regem Alphonsum adoptauerat: sed valde mobili ingenio, & parum pudica, fuisse scribitur. Capta amore cuiusdam Ioannis Caraccioli: coniectu murti, eum ad se allexit. Giouanna (inquit Corius lib 4. Mediol. hist.) datogli dell' occhio, ardente mente s' innamorò di lui. Et intendendo, ch' era molto paurosо de' toppi: vn giorno ne fece prendere vno viuo. Et an dando', doue il Caracciolo giocaua à Schachi: gli fece gettar quel toppo sopra il tauliero. Onde luileuondosi, fuggi verso la Reina: & quella entro la camera seguitò. Questo fu il mezo di dar felice effetto all' amorosa voglia della Reina: la quale molti giorni hauea celata. Ioanna 2. Neapolitana, mutè vocans cum amatore.

Hoc tempore Argentoratenses, & Comites VVirtembergenses, obsederunt (die lunæ post Bartbol.) Schouuenburgum: sed decimoseptimo die pòst res transacta est.

Isdem temporibus, noctu vxor cuiusdam nobilis, Georgij de Bemburg (al. Bemberg) ex thermis ferinis vecta, cum aliquot equitibus: petebat, se Chomburgum intromitti, per noctandi causâ. Sed Abbate, qui in tutela Halensium erat, absente: Vicarius eius, periculum timens ex dissensione ciuitatum & nobilium, noluit Monasterium nocturno tempore patefacere. Iubebat ergo, mulierem Lympurgum vehi, aut Stainbachum in vallem. Quicquid ibi sumptus faceret: se hospiti persoluturum. Abijt mulier, strata: nec longe à Chomburgo, silento per tenebras euerso, brachium fregit. Bemburgum reuersa, viro suo grauiter conquesta est, vt irritaret eum, de Chomburgo: nec non de Sacerdotis submersione de qua mòx dicam. Hinc, ille Chomburgensibus infensus esse: & occasiones nocendi quærere. Sacerdote Reinvvolspergensi mortuo: quidam ex Marchionatu Onolzbachensi, Romæ hanc parochiam impetrauit. Cotrà Abbas Chomburgensis, quasi ius conferendi sacerdotij habens, id cuidam Halensi filio salis elixatoris, contulit. At non habebat tunc ius: quia mortuus ille alter, mortuus erat in Mensibus, quibus Papæ erat, conferre sacerdotium: non in mensibus, quibus Abbati liceret. Orta igitur inter eos contentione: & Halensi opem ciuitatis suæ, ac Chomburgensis Abbatis, inuocante: hi se admiscere noluerunt. Sed & Rainvvolspergi Rustici, ne se admiscerent, interdixerunt. Die porrò quodam Sabbati, vesperi, Halensis, assumptis alijs pluribus, irruit in domum Parochialem: cepit Marchionium Sacerdotem: renuntiare suo iuri, traditis Papalibus literis, iussit. Cùm recusaret: è pago abduxerunt Vnterscheffachum (inter Scheffavv & Horfach) ad fluuium Bileram: ibique ab eo idem rursus: quia mortuus ille alter, mortuus erat in Mensibus, quibus Papæ erat, conferre sacerdotium: non in mensibus, quibus Abbati liceret. Orta igitur inter eos contentione: & Halensi opem ciuitatis suæ, ac Chomburgensis Abbatis, inuocante: hi se admiscere noluerunt. Sed & Rainvvolspergi Rustici, ne se admiscerent, interdixerunt. Die porrò quodam Sabbati, vesperi, Halensis, assumptis alijs pluribus, irruit in domum Parochialem: cepit Marchionium Sacerdotem: renuntiare suo iuri, traditis Papalibus literis, iussit. Cùm recusaret: è pago abduxerunt Vnterscheffachum (inter Scheffavv & Horfach) ad fluuium Bileram: ibique ab eo idem rursus flagitarunt, ni suffocari eo in loco mallet. Recusantem denùò, in fluuium coniecerunt: eo consilio, vt metu ad postulatum faciendum cogerent. Verùm, dum eum hinc inde per aquam ludibundi funè trahunt; miser, suffocatus perit. Adhuc itaque is locus, Sacerdotis gurges (Pfaffengump) nominatur. Reinvvolspergenses incolæ quiescebant, omnia dissimulantes. Illi autem submerso frater erat, sub Behenburgensi nobili habitans. Hic rationem negotij suscepit. Nobilis igitur, assumptis equitibus aliquot, & suis agricolis: pagum Rainvvolspergum inuadit, diripit, puerperas è lectis eijcit, ouagallinarum conculcat. Chombergenses & Halenses, negotio maturè cognito, erumpunt: hostes suos in facto deprehendunt: aliquot eorum occidunt: vnum & viginti Halam captos ducunt: & postridie S. Nicolai, anno millesimo quadragesimo quinto, suspendunt. Marchio deinde Albertus, causam Sacerdotis sui suscepit. Nobilis ille, auxilio eorum, qui ciuitatibus hostes erant, satisfactionis causâ pecuniam extorsit. Qua pecunia, maior pars cœnobioli Anbusæ, non longè ab amne Iagsto siti, Paulini ordinis, fundata est. Quid si hæc omnia, annis aliquantò posterioribus facta sunt? ferè bello vrbico: de quo post millesimum quadragentesimum, quadragesimum octauũ annum dicetur? Ego tamen hoc loco, cum numeros annorum sic in M. Scriptis inuenissem, sanè ponere volui.

Bembergi Georgij vxor.

Abilla in Chomburgensem Abbatem irritatus.

Reinvvolspergensis sacerdotij collatio.

Sacerdotis temeraria summersio.

Hinc, contentiones armis.

Anbusa.

SENFFTIORVM SEPVLTVRA IN AEDE S. Michaëlis, Halæ Sueuorum.

ANNO DOMINI M. CCCC. Jar/ da starb der Erbar vnd Vest Walther Senfft: dem Gott genedig sey. Senfftij, Halæ sepulti.

Anno Domini 1432. Conradus Senfftius, senior, die S. Claræ.
A. 1457. die Veneris post Francisci, Burcardus Senfft.
A. 1458. die Iouis ante Luciæ, Conradus Senfft.
A. 1467. Sabbato ante Luciæ, Eitel Senfft.
A. 1471. Sabbato post S. Crucis, Michaël Senfft.

Anno 1503. *Dominicâ post assumpt. Mariæ, Michaël Senfft.*
A. 1514. *die Andreæ, Gilg Senfft.*
A. 1516. *die S. Elisabetæ, Daniel Senfft.*
A. 1526. *Dominicâ post conuers. Pauli, Gabriel Senfft.*
A. 1534. *Sabbato Catharinæ, obijt doctissimus, nobilis & fortis, Eitel Senfft, Iuriũ Doctor.*

Gomeringen. *Bebenhusæ. A.* 1432. *pridie idus Ianu. obijt pius ac corpulentus Rudolphus armiger de Gomeringen. In* 12. *sepulchro humatus.*

MONVMENTA HALFINGERORVM IN MONAST. Bebenhusano. In circuitus pariete scriptum.

Bebenhusæ sepulti nobiles. 1. Halfingeri.

Bittet Gott für diese nachgeschriebene Herren vnd Junckern von *HALFINGEN*: die begraben sein in diesem Gotteshauß Bebenhausen. Stehen in dem alten vnd newen Seelbuch: vnd wirdt jeglicher insonderheit verkündt. Geschicht/ wie jeders hat geordnet vnd gesetzt. Denen der Höchst/ vnd die Mutter Gottes/ gnädig vnd barmhertzig sey/ Amen. *Obierunt.* Herr Heinrich/ Apt zu Bebenhausen 1432. 2. *Kal. Aug. vel pridie Kal. Aug. Sepultus in capitulo.* Herr Hug/ Ritter. Herr Crafft der elter/ Ritter. H. Cunrad/ Ritter. H. Wilhelm/ Ritter. Alle von Halfingen. *Obierunt,* Märck (*Marquardus*) Trutwein/ Peter/ vnd Crafft der jünger. alle von Halfingen: die man nennet die Entringer. (*Æntringeri habitarunt in arce Æntringa, non longè à pago Æntringa. Coniunctè ibi quinq; nobiles habitarunt: & liberos centum habuerunt: ita vt processio eorum ex arce propemodum vsq; ad Templum Ecclesiæ fuerit extenta.*)

AEntringen.

Hugo der elter/ Wolffgang/ Heinrich/ Cunrad/ Görg/ 1408. Albrecht 1418. Cunrad 1427. Hans 1453. Henslin 1464. Märck 1470. Crafft 1490. Cunrad 1494. Märck 1503. Wendel. 1527. *vltimus Halfingerinæ stirpis. Halfingeris etiam additur Fridericus, Decanus in oppido Kalb: benemeritus de Bebenhusijs: humatus in primo sepulcro. Item, Anshelmus miles, Petrus, VVolframus.*

Calua.

Multi alij quoq; nobiles, in ambitu & cæmeterio sunt sepulti: quorum tempus obitus ignoratur: sola nomina aliquot videtur. Vt, Lustnouienses nobiles: Ludouicus & Dietherus, equites aurati. Item Ioannes, Fridericus, Ioannes, Hainricus, Ioannes, & Ostertagus.

2. Lustnoueri.

VVernher de Bernhusen miles, & vxor eius Bertha de Iustingen, in capitulo sepulti.

3. Bernhusenses.

In cæmeterio humati, Volij VVildenouienses: Albertus, VVilhelmus: & vxor VVilhelmi, Mechtildis de Rotenburg.

4. Volij.

Habuerunt & Herteri de Hertneck, Bebenhusa cõditoria sua: sicut suis locis, & horum & aliorum aliquos annotauimus, & annotabimus. Fuit deniq; numerus quidam sepulchrorum, sicut antehac notatum est.

5. Herteri.

Eodem 1432. *anno, fossæ sunt cœptæ fieri Augustæ apud S. Iacobi portam. In eadem vrbe valebat* 1. *medimnus tritici* (ein Scheffel Korns) 6. ß. & 1. *medimnus hordei* 4. ß. & 1. *medimnus auenæ* 3. ß. & 1. *modius pisi* 9. *groschis: & 1. mensura vini Neccarici* 4. pfennig. *Alsatici* 6. pfennig. *In VVirtembergia, Stutgardiæ præsertim, vilius vinum effundebatur: vt vasa vacuarentur ad melius vinum: aut illo vino cæmentum parabatur, ad ædificandum. Multi racemi, in vitibus relicti peribant. Vlmæ si quis acciperet mensuram vini: ei caligaria ligula addebatur. At nos his proximis annis, mensuram vini* 4. *aut* 5. *aut* 6. *solidis coacti sumus hîc emere.*

Vilitas annonæ, & vini.

Furnsal. *Diuidebant* 1432. *inter se agros & bona villæ cuiusdam, Huba appellata, in Furnsal, ad Dornhaimum pertinente, Menlochus Linstettensis, & Henslinus Maier, Præfectus Elenbogensis, pridie Pentecostes.*

Cometa. *Anno* 1433. *Cometa maximus apparebat per tres menses: & 17. Iunij, maxima Solis eclipsis fuit, bestijs etiam formidabilis.*

Insignia Rotenburg. comitum. *Per hæc, & vetustiora tempora, erant duæ Ecclesiæ Parochiales, cum necessaria decimarum prouisione, circa Halam & Lympurgum, in Tungenthala & Reinvvolspergo: quas Rotemburgensis olim Comes Reinhardus condiderat: cuius Insignibus nunc Chombergense collegium vtitur. Leonis aureum caput, in campo glauco: trabs aurea, in ore huius leonini capitis. Alba columba, galeæ insidens, expassis alis.*

Et Baronum Lympurgensiũ. *Barones Lympurg.* führen die weissen Zincken huius

Ducatus.

Ducatus: inquit Widemannus. Peregrinabantur post hæc superstitiosi homines ad S. Mariam Tungenthaliam: quod hinc factum est. Fanum Tungenthalense, primò paruulum chorum habebat: donec aliquot annis ante ciuicum bellum, Baro quidam Lympurgensis, prope vicum Tungenthalam venatum lepores exiuit. Ibi lepus à canibus agitatus, in istius fani chorum profugiens, in ipsum altare insilijt: & simulacro D. virginis hæsit. Feruntur canes, qui insequebantur, pauido animanti pepercisse. Tunc Lympurgius heros, Leporem fano exportans, dimisit, addens: Quæsiuisti, chare lepus, asylum in fano: asylum, canibus meis parcentibus, inueuisti. Quare nec ego libertatem tuam imminuam. Curre cum pace.

Tungenthalensis ad S. Mariam peregrinatio.

Tunc fugit emissus manibus lepus οἶγον Euro:
Nec canis vllus erat, qui sequeretur eum.

Præclara Domini elementia: quam Regni etiam cœlestis meritoriam vulgus autumabat. Ergo concursus peregrinantium huc fieri, ad tam beneficam Tungenthalensem Mariam: magna vis pecuniæ, collata; ex qua hodiernus quadrati lapidis chorus, constructus cernitur. Res tota (miraculum leporeum) ad perpetuam memoriam, in tabula choralis altaris depicta.

Eodem 1433. anno, Wilæ oppido Turgouiæ natus est vitulus biceps, & portis per aliquot dies spectandi causa affixus. Tanta tunc etiam fames in Turgouia erat: vt carnium esus à Sacerdotibus concederetur contra leges Pontificias vulgo. A Constantiensibus quoq; quotidie 1700: homines ex Turgouia publico beneficio alebantur. Lycosth.

VVilæ op. monstrum. Fames.

D. Ioannes de Melchingen, & Wernher Vrach Rutlingensis, singarunt Lorchensibus venditum quid à Cunrado Turnaio Pfullingensi.

NVPTIÆ ET LIBERI LVDOVICI, VVIRTEMBERG. COMITIS.

Mechtildis Palatina, coniux eius. Græci, ad concilium Basiliense. Constantiensis Episcopus, Fridericus III. Halensis Vindemia. Kilberg & Byhel, pagi non longe à Tybinga. Indulgentiæ vici Lustnouiæ. Altare profectitium Bebenhusæ, seu portatile. Mercatus aliquot concessi oppido Haidenhaimo. Aliquot nobiles Senfftij.

CAPVT XVII.

ANNO 1434. Ludouicus, comes Wirtemberg. & Mompelig. filius Eberhardi iunioris, & Dominæ Henricæ: cùm hactenus cum fratre suo iuniore, Vlrico nomine, à matre sua Henrica, vt acri pædagoga, bene fuisset educatus: celebrauit hoc tempore nuptias Stutgardiæ, cum illustrissima Mechtilde Palatina: Ludouici Barbati Haidelbergici, & Sabaudianæ Mechtildis, filia.

VVirtemberg. Ludouici nuptiæ cum Mechtilde Palatina.

Nati ex eo matrimonio.

1. Ludouicus. Obijt adolescens Vraci, & Gieterstaini sepultus est, anno 1457. Adiungitur alicubi fraterculus, Andreas, eadem fortuna vsus.

Ex eo coniugio nati.

2. Eberhardus, cognomento Barbatus: qui Wormaciæ postea primus est Dux VVirtembergicus creatus: & vxorem Mantuanam habuit, nomine Barbaram. Tribuuntur ei liberi, Elisabeta & Ludouicus. Sed quia hi, in pueritia mortui: ipse ἄτεκνος iudicari potest. Aulam habuit Vraci, sicut & pater Ludouicus.

3. Elisabeta. Viros hæc duos habuit. Primo Ioannem, comitem Nassouiensem & Sarbruccensem, 1470. Deinde, Hainricum Stalburgensem 1474.

4. Mechtildis, nupta Landgrauio Hassiæ Ludouico, 1470. Vnde generati sunt Wilhel. senior, VVilhelmus iunior: & Elisabeta. Ex VVilhelmo iuniore, Elisabeta & Philippus. Elisabeta, Georgii Ducis Saxoniæ filio nupta fuit, Ducissa Rochlitzia. Ex Philippo, & Saxonide Christina, nostro tempore nati sunt Landgrauij: VVilhelmus Cassellis regnans, Ludouicus Marpurgi, Philippus Lonsteini, Georgius Darmstettæ. Sed ad Ludouicum & Mechtildem, coniuges VVirtembergicos redeo. Ipse suæ ditioni bene præfuit: tanquam curator fratris sui minorennis Vlrici. Cum autem hic adoleuisset: paternam ditionem cum eo humaniter diuisit: ita vt optionem Vlrico daret eligendi, vtram partem vellet. Elegit is inferiorem VVirtembergiæ partem, Stutgardiæ sedem habens. Relicta superiore parte Ludouico: Aulam hic suam habuit Vraci: ac laudabiliter suos homines rexit: non implicans se vrbico bello, quod Vlricus postea gessit. Vetustate laborantem Vracensem arcē, egregie refecit: Ecclesijs & Cœnobijs multa contulit: Hæfensis præsertim Ecclesiæ bona non contemnenda, sodalitati Salue Regina Stutgardianæ tradens. Ita prædicaturæ munus laudabile, ibi in cathedrali Ecclesia excitauit. Vitam 1450. posuit. peste Vraci sæuiente.

Hassica generatio.

Fratrum amor mutuus.

Vlrici sedes, Stutgardiæ: Ludouici vero, Vraci.

Mechtildæ secundus maritus.

Vidua eius D. Mechtildis, postea nupsit Alberto Austriaco VI. Quæ cum ob multas præclaras virtutes, tum propter singulare hoc factum, eximie laudanda est: quod impulsu eius, duæ insignes fundatæ sunt Scholæ: Friburgensis, à viro eius Alberto Austriaco: & Tybingensis, à Filio eius Eberhardo Barbato: de qua suis annis sæpe, Deo iuuante, scribemus. Vide lib. 5. cap. 16. & 17.

Græci, in Basiliensi concilio.

Eodem 1434. anno, cum Basilienſis concilij patres, missa legatione præcedente anno Constantinopolin, inuitassent Imperatorem & Patriarcham ad hoc concilium: si forte concordia inter Ecclesias Orientalem & Occidentalem fieri posset: venerant illinc legati: Demetrius Palæologus Methodites, Isidorus Abbas, & Ioannes Lascaris Dispatus: ostendentes, Græcis maxime in optatis esse, vt fieret pia vnio. Inde, multa ad eius rei methodum tentata sunt.

Constant. Episcopus Fridr. Zollerensis. Gottliben. Constantiensis clerus.

Fridericus III. comes Zollerensis, Canonicus Argentoratensis, Episcopatum Constantiæ assecutus est. Iuuenis summæ modestiæ & comitatis erga omnes: ac proinde charissimus. Sed non integrum triennium præfuit. Obijt enim 1436. in Gottliebenia arce: & in choro vrbis Cathedrali honorifice humatus est. Cum autem præced. anno congregasset sui cleri Synodum: aderant Abbates 26. Præpositi 6. Canonici 40. Sacerdotes 260. vltra Clerum vrbanum. Numerata sunt vniuersæ Dioceseos Constantiensis 350. vtriusq; sexus Monasteria: & 1760. Ecclesiæ Parochiales. Sacerdotes vero amplius decies septies mille. Brusch.

Halæ, copia vini.

Hoc anno magna copia vini nata est circa Halam Sueuorum: ita, vt vinitores non haberent emptores. Hostes ergo ciuitatum (etsi nondum publice bellum gerebatur) irruptione in Cocheranam vallem facta; fundis vasorum pertusis, vinum profundebant: pagos quosdam diripiebant, & cremabant. Wid.

Steten.

Viuebat tunc in ea ciuitate nobilis vir, Ioannes de Steten: cuius pater effecit, vt clausis foribus de capite iudicaretur: & in quibusdam rebus offendit ciuitatem, pœnasq; dedit: sed postea in lucem venit innocentia eius: ac filio compensatio facta est.

LITERÆ 1434. proximo Sabbato ante S. Galli.

Biebel vicus. Kilberg.

Domum, aream (Hofraitin) & hortum, in vico Bybel (inter Tybingam & Rotenburgum) sita: vendidit 21. libris bonorum obolorum, Ludouicus Lescher de Kilberg/ dem vesten Cunzen von Bybel seniori, & suis omnibus. Zinset nichts/ dann ein Scheffel Habern/ vnd ein Faßnacht Hun. Sed vicissim, quando ligna in monte Appenberg distribuuntur: datur possessori prædicti prædioli, semi iugerum lignorum, aut syluæ: ein halber Morgen Holtz. Ex literis nobilis & præclari viri, vicini nostri in vico Eybelensi humanissimi, Leopoldi Carolo de Stain: mihi ad legendum à viro doctissimo, & collega, charo, M. Vito Myllero, datis.

Zylnhart.

Sifridus de Zülnhard/ armiger, ius patronatus, quod ex parte habuit in Oberwälden/ Adelbergensibus resignat. 1434.

Eiusdem anni die Aug. 13. Indict. 12. in vicino nobis pago Lustnouiensi (amœno loco) actum.

Indulgentiæ Lustnouiensibus datæ.

Ioannes Episcopus Cæsartensis, Othonis Episcopi Constantiensis Vicarius, in Pontificalibus Generalis, indulgentias dedit criminalium, D. 40. & Venalium peccatorum, an. 1. de iniunctis pœnitentijs, pro qualibet vice, omnibus vere pœnitentibus & confessis: qui die dedicationis (Dominica Lætare) & multis alijs Sanctorum diebus, Ecclesiam Lustnouiensem (cuius patroni: S. & victoriosissima crux Christi, B. & gloriosa semper virgo Maria, S. que Martinus) deuote visitauerint: aut aliquid opis donive, ad eam contulerint.

Altare Bebenhusæ.

Altare S. Mariæ, extructum est Bebenhusæ, anno 1434. à Reinhardo de Hesingen, Abbate Bebenhusano: & 6. Idus Aug. eiusdem anni consecratum, ab Ioanne, Cæsartensis Ecclesiæ Episcopo, gerente vices in pontificalibus Episcopi Constant. Othonis Marchionis: ad honorē eiusdem Mariæ virg. & aliorum sanctorum vtriusq; notæ. In quo, multorum etiam reliquiæ, & indulgentiæ magnæ.

ALTARE VIATICVM, θυσιαστήριον μεταφορητόν.

Iulianus Cardinalis.

Iulianus miseratione diuina S. Rom. Ecclesiæ S. Angeli Diaconus Cardinalis, in Germania Apostolicæ sedis legatus: venerabili patri Abbati, ac dilectis nobis in Christo Monachis singulis, Monasterij de Bebenhusen/ ordinis Cistertiensis, Constantiensis dioceſis, salutem in Domino. Sinceræ deuotionis affectus, quem ad nos, & Romanæ gentis Ecclesiam, geritis, non indigne meretur: vt petitionibus vestris, illis præsertim, quas ex deuotionis feruore prodire conspicimus,

cimus, quantum cum Deo possumus, fauorabiliter annuamus. Hinc est, quos nos deuotis vestris supplicationibus inclinati: vt liceat vobis habere ALTARE PORTATILE in grangys vestris, cum debita reuerentia & honore: super quo in locis ad hoc congruentibus & honestis, positis Missam, & alia diuina officia, per vos vel alium Sacerdotem idoneum, sine iuris alieni preiudicio, in vestra & familiarium vestrorum domesticorum presentia, celebrare, vel facere celebrari, deuotioni vestre tenore presentium indulgemus. Datum Basileæ die XV. Nouemb. anno Domini M. CCCC. XXXIIII. Indict. 12. Pontificatus sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri, Domini Eugenij, diuina prouidentia Pape quarti anno 4. "

Altare portatile.

Eodem 1434. anno, Priuilegium hoc Haidenhaimensibus datum est. Wir SIGMVND, von Gottes Gnaden Römischer Kaiser/zu allen zeiten Mehrer deß Reichs: vnd zu Hungern/vnd zu Böhem/Dalmatien/Croatien/ꝛc. König: Bekennen vnd thun kund offenbar mit diesem Brieffe/allen den die jn sehen/oder hörē lesen: Daß wir angesehen/vnd gütlich betrachtet habē/solch angenehme/ willige vñ getrewe Dienste: die vns vñ dem Reiche/der Edel Graff HANS VON HELFFENSTEIN, vnser vnd deß Reichs lieber Getrewer/offt vñ dick gethan hat/ täglich thut/vñ fürbaß thun soll vnd mag in künfftigen Zeiten: Vnd habē jm darumb diese besondere Gnad vñ Freyheit gethan vnd gegeben/thun vñ geben in krafft diß Brieffs/vnd Römischer Kaiserlicher Macht volkommenhait: daß für baß mehre in seinē Stettlein zu HAIDENHEIM/ an der Prentz gelegen/ alle Wochen auff den Wittwo-Sontag nach S. Georgen Tag: Den andern/ auff den nechsten Sontag vor S. Maria Magdalena Tag: Vnd den dritten/ auff den nechsten Sontag vor S. Gallen Tag: jegliche Jahr drey Jarmärckt: Den Ersten/ auff den nechsten seyn/vnd gehalten werden sollen: vnd daß auch dieselben Wochenmärckt vnd Jarmärckt/ vnd auch alle vnd jegliche Leute/die dazu vnd daruon ziehen/vnd die suchen: alle die Gnad/ Freyheit/Recht/ Friede/ Gelaite/ Schirme/ redliche Gewonheite/ Ordnung vnnd Herkommen haben/vnd der auch gebrauchen vñ geniessen sollen. Der andere Wochenmärckt vnd Jarmärckte: in den nechsten vnsern/ vnd deß Reichs/ oder andern Stetten/ vmb daß vorgenannt Stättlein gelegen: vnd die Leute/die darzu vnd daruon ziehen/vnd die suchen zugebrauchen/ vñ geniesen: von Recht oder Gerechtigkeit/von allermenniglich on gehindert: doch ohnschädlich allen vnd jeglichen Stetten vnnd Dörffern/ vmb das jetzt genant Stättlein Haidenheim gelegē/an jrē Wochenmärckten/vñ Jarmärcktē. Vñ wir gebieten auch darumb allen vnd jeglichen Fürsten/ Geistlichen vnd Weltlichen/ Grauen/ Freyen/ Rittern/ Knechten/ Vögten/ Ampleuten/ Schulthaisen/ Burgermaistern/ Stätten vnd Gemainden: aller vnd jeglicher Stätt/ Märckten/ vnd Dörffer: vnd sonst allen anderen/ vnsern vnd deß Reichs Vnderthanen vnd Getrewen/ ernstlich vnnd vestiglich mit diesem Brieffe: daß sie den vorgenanten Graff Hansen/vnd seine Erben/ vnd auch die Innhabere deß vorgenanten Stättlein: an den vorgenanten Wochenmärckten vnd Jarmärckten: vnd an den vorgenanten Gnaden/Freyhaiten/Rechten/Gelaiten/Schirm/Gewonhaiten/Ordnung vnd Herkommen: vnd nemlich die Kauffleut/ vnd ander Leut/ die mit jrer Haab vñ Kauffmanschatz/auff dieselben Wochen vnd Jarmärckte ziehen/vnd die suchen/nicht hindern oder jrren/ in keinerley weiß: sonder sie der gerühwiglich gebrauchen vnd geniessen/ vnd auch sollich jetztgenante Kauffleut/ vnd andere Leut/ mit sampt jhrer Haab vnd Kauffmanschatz/ zu vnd von denselben Wochenmärckten vnd Jarmärckten/ sicher vnd ohngehindert ziehen lassen: vnd sie auch gelaiten/ vnd gelaiten schaffen/ wo das noth ist: vnd das an sie gemeinlich oder sonderlich begert wirdt. Das ist vns von jhr jeglichem sonder wol zudancken. Mit Vrkundt diß Brieffs/ versigelt mit vnser Kaiserlichen Maiestet Insigel. Geben zu Regenspurg/ nach Christus Geburt/ vierzehen hundert Jahr: vnd darnach im vier vnd dreissigsten Jahre: am nechsten Montag vor S. Gilgen tag: vnserer Reich/ deß Hungerischen/ im acht vnnd viertzigsten: deß Römischen/ im vier vnd zwäntzigsten: deß Böhemischen/ im fünffzehenden: vnd deß Kaiserthumbs/ im anderen Jahr.

Haidenhaimensibus concessi mercatus.

Erat Haidenhaimum tunc comitum Helffenstainensium.

Rta. *Per Dominum Caspar Schlick militem, Cancellarium.*
Hermannus Hecht. *Marquardus Brisacher.*

Hala Sueuorum obijt 1434. nobilis Conradus Senfftius: qui ex vxore Margareta Egina procrearet filios, Michaëlem, Burchardum, & Conradum.

Senffij multi.

Michaeli nata est Elisabeta, ex quadam Berlina. Huic Elisabetæ tres viri fuere: Ioannes Nothafftus, Ioannes Sachsenhaimius, & Caspar Eberhardus Eltershofius. Obijt ipsa 1509. Habuit Michael alteram vxorem, Annam Nenningerinam: ex qua ei nati sunt, Michael & Gabriel. Defunctus est pater Michael 1471.

Burcardus genuit ex quadam Vlmensi Neithardina Burcardum II. & obijt 1451. Iam Burcardus II. genuit ex quadam Stockarina, Catharinam, Vrsulam, Cordulam, Wolffiacobum, Brigittam, & Sophiam. Præfectum Vlmensium egit Geislingen, & Langenouæ.

Conradi iunioris filij erant, Egidius, Daniel, Itelius. Ex Michaele Michaelis filio, natus est Melchior: ex Melchiore, inter multos liberos, Michael & Melchior. Ex Michaele, VVolfgangus, Ioannes, Philippus, & Christophorus, ac multæ filiæ. Ex Melchiore, Christophorus: ex quo, Melchior, Vlricus, atq; Ludouicus.

Ex Gabriele Michaelis filio, Itelius, Gabriel, Rudolfus, Michael, VValther, Elisabeta, Barbara, Petronella, Apollonia. Ex multis horum, alia progenies. Quis omnes enumeret? Benedictio Domini auget prosapiam. Ex M. Scr. cuiusdam Senffiorum. Etsi Gabel. dicit, illam Elisabetam, quæ Nothaffio & Sachsenhaimio nupta fuerit, potius ex familia Eberhardorum fuisse: quia se nominet in vtroq; coniugio Eberhartinam: & fratrem suum, Burcardum Eberhardum.

DE VVIRTEMBERG. COMITE ILLVSTRI, D. VLRICO ADAMato, vel potius Amabili, & eius nuptijs. Hastiludium Alemannicum XXVI. Multa nobilitas Sueuica. Henricus IIII. Constantiensis Episcopus. Ludi hastici Straubingæ. Speciosissima fœmina Augustana, infelicis exitus. Sampetrinum Hercyniæ Monasterium, igne voratum. Landau castrum, venditum & destructum. Horbensis vilitas & caritas annonæ.

Luces dira Noribergæ. Imp. Sigismundi mors.

CAPVT XVIII.

ANNO 1435. Abbas erat Elvvangæ, quidam Ioannes: Et Wirtembergiam administrabant cum laude, comites illustres, Eberhardi iunioris & Henricæ filij, Ludouicus atque Vlricus.

VVirtemberg. Comitis Vlrici virtutes.

Fuerat etiam hic Vlricus, bene à matre, & Ludouico fratre, educatus: in omnibus bonis moribus, & nobilitate dignis exercitijs: ita equidem, vt excelleret. Quibus ornamentis accessit corporis quoq; conspicui dignitas, Principatu digna. Affabilis & beneficus in quosuis, absque simulatione & dolo. Ideo cognomen Beneamati tulit. Diligens in rebus administrãdis: studiosus multa bene ædificãdi: in Ecclesias & cœnobia beneficus pene supra vireis. Ipse Basilicã in foro Stutgardiano, hoc 1435. anno condidit: sub qua macellum est: & ibi ipsius Vlrici simulacrũ ligneum, cum Romani Imperij vexillo. In qua domo, postea ceptum est, idq; vsurpatur adhuc, celebrari nuptias & choreas: agi comœdias & tragœdias: locari & pasci hospites nuptiarum: vt Ducis Vlrici: vt Ducis Ludouici. Iuxta quam domum, tali tempore, magna quoq; culina coagmentari solet.

Stutgardia Basilica.

Tybing. Curia.

Tybingæ hoc tempore Senaculum, vel curia oppidana, ædificari cœpit. Scultetus & Iudices Tubingenses, de stillicidio Ioannis Walli, prope domum Conradi Rhoti, iuxta Franciscanum cœnobium habitantis, illud non prominentius fieri debere, statuerunt. Rhotij domus, ante Ernesti de Fyrst fuerat.

Nothafft. Hefingen.

Eiusdem anni die Lunæ post Reminiscere, Ioannes Nothaffi senior, & Ioan. Truchsæs de Hefingen, curatores erant (vtpote propinquitate coniuncti) Wilhelmi de Vrbach (Bernholdo piæ memoriæ nati) & sororis eius Ennlinæ de Vrbach. Tunc etiam viuebat propinquus eorum, Schvvartzfritzius de Saxenhain.

Landaw.

Ich Gertrut von Landaw/ geborne von Randegg: Vnd ich Conrad von Landaw/ Halbritter/ jhr ehelicher Gemahel: vnd wir Lutz vnd Eberhart von Landaw/ jhrer beyder eheliche Söhn: bekennen offenbar/ &c. *Oppigneraverat ipsa literas certæ pecuniæ, quas à nobili viro Ioanne Vlrico de Stoffeln habebat, pro quadam summa pecuniæ: quam ipsa à fratre suo, D. Henrico à Randegg equite acceperat: eam autem hic à Dietricho & Hansone,* den Vögten von Rattolfzelle, *fratribus, censu annuo (V. Florenorum de centum) mutuo acceperat: sororiq; huic Gertrudi, dederat. Datum proximo die Lunæ ante S. Thomæ.*

Pruina.

Circa Sueuicam Halam, circiter diem S. Georgij, tribus pruinis delapsis, vites frigore enectæ sunt: venditaq; postea mensura vini 3. ß. obolorum fuit.

Bembergij rapina.

Eodem anno, pridie S. Nicolai, Conradus Bembergius, Alberti Marchionis Dux militaris, ex Reinoltzpergo (tunc Chombergensium) gregem vaccarum rapuit. Quoniam autem id Monaste-

id: Monasterium, patronis ea tempestate vtebatur Halensibus: his freti, insecutiq;, ceperunt vnum & viginti viros ex hostibus prope Vlshofam: quos Halam duxerunt: vbi è patibulo, longæ literæ facti sunt: vt supra 16. cap. commemoratum est: eò quod Bembergius, nullo bello indicto, irruisset. Alberto res ea bilem mouit.

Vlricus Hablytzel, conuentum suum Wiblingensem *à corruptis moribus emendabat: non tamen sine periculo à Monachis: quippe lorica indui coactus: in Choro, capitulo & Refectorio.* *VViblingen.*

Anno 1436. (si non 1445.) Vlricus comes VVirtemberg. nuptias celebrauit cum secunda vxore, Elisabeta Bauara. Tribuuntur ei tres vxores. 1. Cliuensis Margareta, Ducis Adolphi filia, vitæ breuis. 2. Elisabeta prædicta, Alberti (al. Henrici) filia: quæ postea 1451. obijt. 3. Saubauda Margareta, Ducis Amedei (postea papæ designati) filia: antea Ludouico Palatino, Friderici patri, nupta. Ideo Ludi equestres Stutgardiæ sunt acti (quos Ryxnerus vigesimos sextos ponit) quibus interfuerunt, Carolus Marchio Badensis: & multi generosi comites: Helffenstainij, Fyrstenbergij, Zollerenses, Zimbrenses, Sultzenses, Oetingenses, Kirchbergenses, Eberstainenses, Montesortenses, VVerdenbergenses, Lupfenses, imprimis VVirtembergensis Ludouicus. Barones item, Gundelfingenses, Hohenhevvenses, VValtpurgenses, Geroltzeccij, Brandisij. Equites & nobiles, Rechbergij, Schellenbergij, Stainij, Stettenij, Spati, Zylnhartij, VVelvvartij, Hyrnhaimij, Freybergij, Ahelfingij, VVesterstettij, Sperbesseeij, Gyltlingij, Bappenhaimij, VVembdingij, Stauffenbergij, Bubenhofij, Schillingij, Neuhausij, Rhiethaimij, & alij Sueui: Omnes titulo societatis flacci canis (der Gesellschafft in Brasken) comprehensi: sicut alij, sodales erant falconis: alij, rupicapræ: alij, piscis. Videinfra lib. 7. cap. 5. *Vlrici VVirtemberg. Amabilis secundæ nuptiæ. Hastiludium 26. Stutgardiæ.*

Viuebant nobiles etiam hi tunc in Sueuia: Conradus de Stetten, iunior: & vxor eius, Anna de VVerdenstain. Emerat is de affine suo Iacobo Hertero de Hertneck, dimidiatum pagum Thalhain, mille Florenis, conditione redimendi, auff ein Widerkauff. *Qui Iacobus habebat in matrimonio Annam de Stetten, Conradi sororem: cuius Conradi, affinis etiam erat Hanso Pfuser de Norstetten. Iacobi gener, Caspar erat de* Hödorff: *Dominus vero, comes Hobenbergensis Sigismundus. Sponsores Herteri, Fridericus de Gomeringen: Albertus de Ovv, Egchinga habitans: Hanso Pfuser: Caspar de Ovv in Bodelshusen. Stettensis autem Conradus, literas empti dimidiati Thalhaimi, vxori suæ Annæ, tanquam dotales, tradidit: testantibus signatione sua, Hansone Schvvellhero iuniore, Renhardo Melchingeno, & Friderico de Ovv. Actum 1436. Feria 4. ante Domini natalem.* *Stetensis nobilis. Pfuser. Hohenberg. Bodelshusen.*

Constantiæ Episcopatum accepit Henricus IIII. Baro Hevvensis, Præpositus Constantiensis, Decanus Argentinensis, Aug. IIII. confirmatus eiusdem mensis 8. die, ab Eugenio Pont. qui tunc Basileæ erat. Ingressus est Constantiam, felicis auspicij causa, pridie natalitiorum Christi, non cum paupere S. Petri reti, sed equitatu quingenario. Nec mirum. In eo enim Episcopatu erant 1700. Parochiæ, 350. Monasteria, & 17060. Sacerdotes. Tenuit per 10. annos Curiensem quoque Episcopatum: cum huic Conradus à Rechberg renuntiasset. Erat homo splendidæ vitæ, nec admodum bonus Oeconomus. Obijt 1472. relicto Episcopatu obærato. Brusch. *Constant. Episcopus Henricus.*

Straubingæ in Bauaria, circa hæc tempora, Boij, Sueui, Austriaci (inquit Auentinus) pyrocinium equestre edidere. Orientalium principes fuerunt: Vlricus, comes Celeiæ. Vlricus, comes ab Helffenstain. Reinbertus de VValdsee. Christophorus de Liechtenstain. Botho Morauus. Georgius Saurer. VVilhelmus de Stain. Georgius Schvveinbeck. Nicolaus Truchsæs. Sueuorum, atque occidentalium Boiorum, primarij: Iacobus & Eberhardus, Truchsæssij à VValdpurg. Henricus, Montisfortis Dynasta. Eberhardus & Conradus de Freiberg. Marquardus Schellenbergius. Ioannes de Pisenaug. Caspar Klingenbergerus. Varomundus & Henricus, fratres à Pentznau. *Straubingæ, hab stiludium.*

Recruduit quoque bellum inter Bauaros, Henricum Landshutensem, & Ludouicum Angilostadiensem: trahente in partes suas Henrico multos proceres & ciuitates, etiam ex Sueuis: vt Ludouicum, Vlricum, VVilhelmum, Oetingenses comites: VVerdeam, Noerdlingam, Dinckelspuhelam, Boppfingam. Id vero multiplex malum, à concilio Basiliensi sedatum est. *Bauarorum discordiæ.*

Quam formosas det Augusta Vindelicis, puellas: hinc patet quod Albertus Boiorum Dux, Ernesti filius, Agnetem (al. Angelam) Bernauuerinam, Balneatoris Augustani F. *Formosissima Augustana fœmina.*

longe venustissimam, perdite amauit: ita vt iustæ vxoris loco haberet: ac publicè solennibus sacris ducere concupisceret: ipsaq; se coniugem Reguli Boiorum (vt Auentinus scribit) Reginamq; Boiariæ, profiteretur: atq; etiam gynaceo virginum & matronarum decorari vellet. Ernestus vero pater, Strubingam mense octobri, absente filio, veniens: habito consilio Senatorum, eam in vincula conijcit. Quæ cum nimis proterue respondaret: de sententia procerum, culeo insuta est à carnifice, & in Danubio summersa, 4. idus Octob. 1436. Extructum est sacellum extra mœnia, ad manes eius placandos perpetuo Sacerdote addito: & lapidi, Epitaphium incisum. Ernesto non multo post, solatij causa desponsa Anna, Brunonis vico orta.

Summersa.

Fridericus, Hierosolymæ.

Fridericus, qui postea diu Imperio Rom. præfuit, Hierosolymã religionis ergo profectus hoc anno perhibetur. Comitatus inter altos, etiam Ioanne Mynsinger o: quo hic postea Cæsar consiliario vsus sit.

Bappenhaim.

Obijt 1436. Bappenhaimius Marschallus Haubtus: & ante, 1419. vxor eius, Corona de Rotenstain. Natus fuerat Haubto Mareschallo equite, Henrici filio: & Agnete, Baronissa de Weinsperg. Ei magna iuris contentio fuit cum D. Conrado de Freiberg: ea conditione, vt, qui causam vinceret, alterum suspenderet. Exitus videatur, vnde haberi potest. Genuit ex Corona, Conradum & Henricum equites: ex Barbara Rechbergia (quæ obijt 1460. & matrem habuerat Tecciam Ducem) Georgium, Sigismundum, & Rudolphum equites.

Landau.

Obijt quoque Conradus de Landau, Halbritter, Lucij F. qui Lucius 1398. mortuus erat. Obijt autem die Mercurij ante S. Georgij diem, 1436. cum coniugem habuisset Gertrudem Randeccian in Hegouia. Humati ambo in S. crucis valle. Fratrem reliquit Eberhardum, de quo paulo post. M. Scr.

Dockenburg.

Obijsse hoc etiam anno, vltimum ait Fridericum Bruschius in M. Scr. comitem Dockenburgensem. Qui cum primo Veldkirchij sepultus fuerit: post sex annos ad Rhutense Monasterium sit translatus, ad alios Dockenburgenses. Neminem eo fuisse fortiorem bellatorem.

S. Petri Monasterium conflagrat.

Anno 1437. Monasterium S. Petri in Hercynia sylua, ignis vorago, post priorem annũ 1238. collapsionem, iterum conflagrauit: cum Ecclesiæ ornamentis, literis Papalibus, priuilegijs Regum & Principum, cæterisq; ædificijs. Instauratum est denuo, & consecratum, 1500. anno, studio & industria Petri Gremmelspachij, Abbatis. Consecrator fuit Tilemannus, Episcopus Tripolitanus, ordinis fratrum Eremitarum S. Augustini, concessione & commissione Constantiensis Episcopi Hugonis.

Suffraganeorum ascititia nomina.

Tripolitani hic Episcopi mentio fit: Suffraganei nanque, seu Chorepiscopi, nomina huiusmodi peregrina habent: vt Moguntinus scribit se Episcopum Sidoniensem, Herbipolensis Salonensem, Constantiensis Bellinensem, Curiensis Troianum. Quare? Auctoritatis ne causa: an, quod in illa loca proficisci, & homines conuertere, prædicando Christo, deberent? Sed propter difficultatem ac pericula, mox liberantur eo iuramento.

VVolckenstain. Herter Iacobus. Hælstain. Schvvelher.

Nobiles in Sueuia viuebant, Osualdus de **Wolckenstein**: Conradus de **Stein in Klingenstein**: Erneslus de Abelsingen. Adhuc item, Iacobus Herter Hertneccius, & vxor eius Anna de Stetten, affinisq; Conradus. Præterea, Rudolphus de Hælstain. MittelHans Schvvelher, & Frizzus de Gomeringen.

Landau arcis venditio & deletio.

Viuebat generosus dominus Eberhardus de Landau, eques, qui non amplius se comitem Landauiensem scribebat (vt nec præcedentium Landauorum aliqui) belli cladibus, & in ipsa Landaua familia discordijs, exortis. Vxorem habebat Barbaram Burggrauiam, nimis sumptuosam. Seitaq; à cæteris Landauis separans, Insignia sua antiqua mutauit: supra galeam cornua ceruina statuens, & canem interponens. Comitatum quoq;, & arcem Landauiensem, partbenoni Sancruciualensi vendidit, anno 1437. odio profusæ vxoris. Pagos itẽ Erdingen & Bimzvvangen, aliaq; plura bona. Precio 14. milliũ, & 409. ac dimidiati, Aureorum. Emit quidẽ illa omnia Eberhardus Truchsæsius, sed in speciem tantum. Verus emptor fuit ipsum S. Crucis cœnobium: quod reuerentia quadam, ne à fundatoris posteris illas res emeret, deterritum fuit. Mox autem eodem anno, Sanctimoniales illæ arcem combusserunt, & destruxerunt: ne Landauienses vllum vnquam iuris amplius ibi quærendi ansam haberent: & magnam partem lapidum in Monasterium auexerunt: M. Scr. Obijt Eberh. 1444. Redempta sunt postea 1543. rudera illius arcis.

Obijt hoc anno apud Halam Sueuicam, Conradus de Thalhaim.

Hornberg.

Die lunæ post Petri & Pauli, eiusdem anni: cum Præfecti Hornbergensis Henrici Waissini mater, Henrico Schvveifenero Alperspachensi nupta, esset post mortem omnia sua & huius

& huius viri bona, relictura Alperspachensi cœnobio: ipse VVælflinus hoc approbans, hac sua hæreditate cedit, subsignante DVCE VRSLINGENSI. *Vrsling. Dux.*

Horbæ, & in vicinia, vendebatur maltrum siliginis, octo Grossis Bohemicis. Quod duravit modicum tempus. Nam altero anno, tanta fuit Caristia (retinui Barbarolexin, sicut inueni) & circa Festum Ioannis Bapt. blada (frumentum) adeo fuit consumpta: vt maltrum siliginis (mensuræ Horbensis, aut Nagoltinæ) daretur 54. Grossis Bohemicis: ac speltæ, 22. Grossis: auenæ verò, 12. Grossis. *Horbæ annona.*

Augustæ Berlachia turris, picturis exornata est, & plumbeo texto operta.

Noribergæ fuit tanta hoc anno pestilentia: vt morerentur ex Parochia Sebaldina 4300. homines: ex Laurentiana, 5080 & VVerdæ, Gostenhofii, Steinbühelæ, atq; attinentiis S. Leonhardi, 550. homines. Tunc & cœmeterium S. Ioannis factum ac consecratum est. Ibi, in lapide scriptum: War das nicht ein jämmerliche Klag? Ich starb selb dreytzehend auff einen tag/auß meinem Hauß. *Pestilentia Noribergæ.*

Halæ 1437. viuebant Vlrici Sulmaisteri filii 4. Otho, Burcardus, Hieronymus, & Vlricus.

Imp. Sigismundus, iam septuagenarius, eodem hoc anno, magis feliciter ex hac vita migrat, quam moritur, sexto (al. quinto) idus Decemb. Succedit Albertus V. Austriacus, gener eius, & frater vxoris Hainrici Landshutensis. Auent. De obitu Sigismundi, Felix Malleolus hac scribit. Hic Imperator, inquit, cum 1437. Vlmam Sueuiæ venisset: pisces ibi in Danubio capti sunt, qui in Vngaria nasci solent, Vlmæ antehac incogniti. Quos cum ipse videret: Hi sunt, inquit, nobilis Regni Vngariæ incolæ: qui nobis cateruatim occurrendo, nos in Regnum nostrum reuersuros nuntiant. Redeamus ergo, eam reuisentes. Cum discessisset: pisces disparuerunt. Ipse per Morauiam progrediens: eodem anno, die lunæ, 9. Decemb. in oppido Snaymæ (Znoymæ) Olmacensis diocesis obiit: & in Vngariam delatus, in ciuitate VVaradino vltra Budam, in tumba à se dudum præparata, sepultus est. Hæc ille. Vxores habuit duas, 1. Mariam, Ludouici Regis Vngariæ & Poloniæ F. sterilem. Quæ magnitudine dotis superbiens, Regi allatæ, ipsum contemnens, monetam auream cudit cum inscriptione, MARIA REX Vngariæ. Rex mansueti animi, verbis eam castigauit: quæ posthac abstinuit, & insidias quorundam ei Aulicorum detexit, qui pœnas capite luerunt. 2. Barbaram, Hermanni Ciliensis comitis F. ἱππόπορνον ἀνδρομανέστατον θρέμμα. Ex ea nata est Elisabeta, Alberti vxor: in Regno Rom. Vngariæ, Bohemiæ, successoris. Fuit Sigismundus, vir inclytus, corpore spetioso & robusto, facie præclara: magnanimus, mitis, liberalis: in præliis Turcicis infelix. De quo Imperatore, in quodam M. Scr. legi ego hæc. Er litte grosse Schmach vnnd Hinderred von Fürsten vnd Herren: Daß er alles gedültig vbersahe. Im Stedtlein Sultz auch (*Sueuiæ*) war jm sein güldins Schwert / vnd anders / genommen. Als er von Rotenburg gen Rotwil ziehen wolt / vnd zu Haigerloch einkehrt haben: Liessen jhn zween Edelman / Conrad vnd Voltz von Weittingen / nicht ein. Darumb er fast erzürnet / jhnen trewet: Ließ doch darnach beim nechsten bleiben. So gar gütig war er. *Hunc is, tantus Dominus, nobis librum concludat.* *Sigismundi Imp. obitus.* *Piscium omen.* *Mulier superba.* *Mulier libidinosa.* *προσωπογραφία Sigismundi.*

Finis Libri Sexti, in tertia parte Annalium Sueuicorum.

MARTINI CRVSII, GRAECAE ET LATINÆ LINGVÆ IN ACADEMIA TYBINGENSI PROFESSORIS, ANNALIVM SVEVICORUM, in tertia parte, Liber Septimus.

ALBERTVS, in hoc libro Cæsar est: Cuius tempore, Florentiæ concilium est celebratum. Et Imp. Fridericus III. vsque ad Christi 1464. annum. Sub quo, multa & varia. Vt, post Teccensium Ducum interitum, bellum ciuile inter principes, & vrbes Imperiales: bellum inter Tigurinos, & oppida Heluetiæ fœderata: Delphini Francici irruptio. Clades deinde Christianorum Varnensis: Constantinopoleos & Trapezuntis amissio. Rursus bellum Marchionis Alberti cũ Noribergensibus: aliorumq; Procerum, cum ciuitatibus conflictio. Præterea, de VVirtembergensi Comite Eberhardo Barbato. Bellum March. Alberti, cum Bauaro Ludouico: VVirtembergensis Ludouici, cum Palat. Friderico. Plurima denique alia, inter hæc interspersa, Sueuica.

VNDECIMVS OCCID. CÆSAR, ALBERTVS. CONCILIVM LATInorum & Græcorum, Florentiæ. Cœnobium Gieterstainum. Liechtenfelsii, & alii nobiles. Fames Sueuica: vbi, de Hofmaiero & Fidelero Augustanis. Expulsio Iudæorum ex vrbe Augustana.

CAPVT I.

Albertus Iunior, Occid. Cæsar XI. ANno 1438. vndecimus factus est CAESAR ALBERTVS IVNIOR AVSTRIACVS, Rex Romanorum, Kalendis Ianu. qui imperauit A.I.M. ferè 10.

Concilium Florentinum. Pont. Eugenius, quia reflauerat ei Concilium Constantiense & Basiliense, quæ Papam concilio subiecerant: ideo contrarium Concilium, Florentinum appellatum, Ferrariæ inchoauit. Cuius πρακτικὰ, Acta, Romæ 1577. iussu Pont. Gregorii XIII. Græcè edita sunt: nos, postea 1585. per doctissimum virum, M. Dauidem Hæschelium, Augustæ in Annæa Schola docentem, accepimus. Ibi de aduentu Græcorum Venetias scribitur. Μηνὶ φεβρουαρίῳ, ἑβδόμῃ, ἀπέστειλαν ἀπὸ τῆς πανσέληνος, πᾶσαι αἱ τειήρεις ὁμοῦ: ἡ δὲ βασιλικὴ τειήρης, ταχυτέρα οὖσα, προέβη τῶν ἄλλων εἰς βενετίαν. ἐξῆλθεν δὲ ἀπὸ βενετίας ἀπάντων πλῆθος εἰς ὑπαντὴν τῆ βασιλίσσῃ: καὶ τοσοῦτον ἦν, ὥστε χαλὸν μὴ φαίνεσθαι τὴν θάλασσαν ὑπὸ τῆς συμπάσης αὐλῆς. *Aduentus Græcorum Venetias.* *Imp. Ioannis Palæologi exceptio.* Obuiam venit Dux Venetus excipiendi gratia Imp. Ioannem, & fratrem eius Despotam Demetrium, magno cum numero procerum, Bucentoro vectus: ἐπὶ δὲ τῆ διατρεχούσῃ τὴν ζινδόρα: ὃ ἦν ἐσκηνημένον ἐρυθροῖς σκηνάσμασι: καὶ χρυσᾶ λεοντάεια ἐν τῷ πρώμνῃ εἶχε, καὶ χρυσοῦ πρεσπλέγματα: καὶ ἄλλα ζωγραφισμένα, ποικίλα, καὶ ὡραιότατα. Deinde inuentum adorauit Imperatorem. ἐκαθέσθη δὲ ἐν βασιλικῷ τειήρει, μετὰ τῶν ἀρχόντων τῆς βουλῆς αὐλῆς: καὶ ἀνῆλθε, καὶ προσεκύνησε τὸν βασιλέα καθήμενον: ἔχοντα ἐκ δεξιῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καθήμενον κατωτέρω τοῦ βασιλικοῦ θρόνου. *Sessio.* Collocatus est Dux, ad sinistram Imperatoris, ad dextram habentis fratrem Despotam: Vterq; loco infra Augustum. ἐκάθισε δὲ ὁ βασιλεὺς τὸν δοῦκα ἐξ ἀριστερῶν αὐτοῦ, παρομοίως τῷ σκαμνῷ τοῦ δεσπότου δηλονότι: καὶ κρατῶν αὐτὸν τῆς χειρὸς, ὡμίλουν ἀπασίως. Ingressi deinde sunt vrbem admirandam Venetias: pompa innumerabilium nauigiorum, & hominum splendidissima. Facta sunt hæc præced. 1437. anno, die Dominico. Febru. 9. Deinde 28. Febru. Ferrariam est peruentum (Imperatore equitante) vbi erat Papa: τῷ βασιλεῖ, ἐφίππου εἰσιόντος, μετὰ πομπῆς καὶ παῤῥησίας μεγάλης. παῤῥησία, φαντασία, Pracht/Pompa. ἡ δὲ πόλις πᾶσα τῆς φαιδρείας συνέδραμεν ἰδεῖν τὴν εἴσοδον τοῦ ἁγίου βασιλέως, μετὰ αἰδοῦς, καὶ πομπῆς, καὶ συλλαβέσθαι. ἐκαθέζετο ὁ μὲν βασιλεὺς ἐφ' ἵππου ὡραιοτάτου μέλανος: καὶ εὐπρεπισμένου μετὰ ἐρυθρῶ καὶ χρυσοῦ φάντα χασδι, tapes. teges. ἄρχοντες δὲ καὶ πρῶτοι ἄλλοι συνεπήροντο (ὑποφαύσκω) μετ' αὐτὸν: μετὰ ἐφίππων λευκοδίων σκαζόντων αὐτὸν: καὶ αὐτὴ ὑπομελανίζουσα, ὡς ἰδίᾳ ἐφίππῳ. ἐφίππια, *Vranisci.* *Vranisci vmbella:* sub qua Imperator equitabat. Anteibat ipsum equus sessore vacuus, cum aquilis in tegumento aureis: χρυσῷ αὐτὸν ἔχων ὑπὸ τῷ χασδίῳ. Der Türck hat darnach diese Vögel all gefressen / vngebraten: *Imperator à Papa exceptus.* Propter idololatriam, & omnis generis peccata, Græcorum: sicut & plurimas aues Latinorum, propter easdem causas. Ingressus Palatium Imperator, à Papa, qui surrexerat, amanter & humiliter est exc-

ceptum. Τοῦτο ὁ πάπας, ὅτι ἐν τοῖς ἐστι τῆς αὐλῆς ὁ βασιλεὺς, ἀνέστη, καὶ πρεσβύτερον. διὰ εὗρεν αὐτὸν ὁ βασιλεὺς ἐγένετο, καὶ διέλεκτο μετ' αὐτοῦ ὁ πάπας: ἀλλ' ἐδιέξαλο αὐτὸν εἰς τὸν κόλπον αὐτῆ. Locauit eum Papa ad sinistram sui. καὶ δὲς αὐτῷ τὸν χεῖρα (ὧν ἐπαύσατο ὁ βασιλεὺς) ἐκάθισεν αὐτὸν ἐξ ἀριστερῶν αὐτοῦ. *Sessio.*

Danck hab / mein Peterlin. *Pernoctauit Papa in suo palatio: Imperator verò, in alio, ἄλλῳ παλατίῳ αὐτοκράτωρ διανυκτερεύσας. Mensis Martii 4. die Martis. Venit postea 8. Mart. Patriarcha Ioseph Ferrariam, cum suo clero, equitans ipse inter duos Cardinales. Cum venisset in Palatium: osculatus est genas Papæ stantis: ἠσπάσατο αὐτὸν ἱσάμενον, ἐν τῇ παρειᾷ.* *Patriarchæ Ioseph aduentus.*

Decretum, vt scripto conuocarentur omnes per Occidentem proceres, tanquam ad vniuersalem Synodum. Disceptatum de sessione Orientalium & Occidentalium, ac tandem concordatum, & ad conferendum de rebus ventum.

Primò quæsitum est περὶ τοῦ καθαρτηρίου πυρὸς, *de igne purgatorio: id latinis affirmantibus esse: ὅτι ἐν τῷ νῦν αἰῶνι καθαίζονται τῶν ἁμαρτωλῶν αἱ ψυχαὶ διὰ τοῦ πυρὸς τῶν ἐχόντων ἁμαρτήματα ἐγκλυσθῆναι: συνεργούσης καὶ τῆς ἐκκλησίας διὰ δύσεως τῶν ἱερέων: ὅτι δὲ, καὶ διὰ τῶν λειτουργιῶν, καὶ ἐλεημοσυνῶν, λυτρώσεται τῶν κολάσεων. Quid Græci responderint: legatur in ipsis Actis.* *Purgatorii ignis quæstio.*

Apud nos autem Tubingæ, hoc 7. die Nouemb. 91. nostræ Ecclesiæ Præpositus, & Cancellarius Academiæ, Doctor Iacobus Heerbrandus, publica concione docuit (refutans Festum omnium animarum) nullum esse purgatorium ignem talem, qualem Pontificii fingant. Scribens ego in ea concione, breuissime his verbis excepi. ὑδὲν, ὕτι περὶ τοῦ ἑορτῦς πασῶν τῶν ψυχῶν, οὔτε περὶ τοῦ καθαρτικοῦ πυρὸς, ἐν τῶν ἁγίων γραφῶν τῶν κανονικῶν, κατασκάσμην ἐστιν: ἀλλὰ διαβολικὸν ἀπάτας ἐστὶ, μόνον διὰ κέρδος ἰοῖς παπόφεσι. Δύο γὰρ μόνοι μετὰ τὸν ἐσθέσθαι ἀπέλδσιν δίκαιοι τόποι, ὅποι ἐλδσονται οἱ ἀνθρωποι, ἢ θεὸν πάντδσος χαρὴ, ἀγαθὸν καὶ ἄδυν, μακάρ. κἀ. καὶ δύο μόνοι γένη ἀνθρώπων: ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν, ἔχει ζωὴν αἰώνιον: ὃ δὲ ἀπιθῶν, οὐκ ὄψεται ζωὴν, ἀλλ' ἡ ὀργὴ τοῦ θεοῦ μενεῖ ἐπ' αὐτόν. Ἰωάν. γ. ὁ γὰρ ὢν τὸ Μακκαβ. ϛ'. καρακ. ιϛ'. Περὶ τοῦ ἁγίας φέρεται: οὐκ ἀυθεντικόν ἔστι: τῆς ἐίδλα ἀκατονίσα ὄσιος καὶ ἴδιος ἐδίδαξεν τῶν ζώντων ὑπαρξάσων. καὶ τὸς ἁγίος δὲ σφαλῆναί ποτε ἐγένετο: ὡς κριτ. ἡ. τὸν γελεὼν, ἐν τῷ ἐφὼδ: ὃ αὐτῷ ἐγένετο: ἀλλὰ καὶ φόδδις ἔζι, τὸ ψυχὰς κώεδω. καῦσις γὰρ μόνον ἅπτεται τῶν σωμάτων.

Τέλος δὲ, τὸ πῦρ τοῦτο, καὶ ἡ διὰ ἀνθρωπίνων πλάσεων ἀπὸ δῆθεν σβέσις, τῷ μεγάλῳ καὶ μόνῳ καθαρτεῖῳ καθεδώματι τῷ χριστῷ ἄντικρυς μάχεται: ὃς μόνος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν βαστάζει, καὶ περὶ ἡμῶν ὅλη ἐν σαυτῷ ὁδυνᾶται: ἵνα πάσης ἁμαρτίας: ὃς μόνος τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν βαστάζει, καὶ περὶ ἡμῶν ὅλη ἐν σαυτῷ ὁδυνᾶται: ἵνα πάσης ἁμαρτίας. Ἰωάν. α. Τοιγαρῦν, καὶ ὑπὲρ τῶν ὀφειλημάτων ἡμῶν, καὶ ὑπὲρ τῶν κολάσεων, ἀνὲς τὸ ἱκανὸν ἐπλήρωσεν: ἐν τοῖς ἅπαξ ἐν τῷ ἀχρῷ ἡμῶν ἐπέκειτο, ἵνα ἡμῖς εἰρήνην ἔχωμεν. φαγέδαι ἐοίκνν κατὰ κράτος, τὸ πυρ πλαμβάνον αἰχμαλώτδς αὖῦ ἦτο: κατὰ μόνῳ περὶ δόξαν τῷ χριστῷ.

Cæterum Ferrariæ factæ sunt 15. συνλώσεις. 16. sessiones. Postea inde propter pestilentiam coortam, Florentiam migratum est (πόλιν ἐλδθέραν, καὶ εἰρηνικὴν, ὀναιρόντι τῷ τῷ) *mense Februar. 1438. vbi processum est in negocio synodi, Febru. 26. die Iouis: & factæ adhuc 9. Sessiones: quarum vltima, Mart. 24. Feria 3. Ita facta est ἕνωσις, vnio, latinæ & græcæ Ecclesiæ: exclamante Eugenio Papa:* εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ ἀγαλλιάσθω ἡ γῦ. ἀφῄρηται μὲν γὰρ τὸ μεσότοιχον, τὸ τῶν δύο καὶ ἐνδιαίτων διαφῶν ἐκκλησίαν: ἐπανῆλθε δὲ ἡ εἰρήνη τε καὶ ὁ μόνοια τῦ ἀκροχωνιαίου λιθοῦ ἑκάτερα χεῖρε, &c. *Tum græci domum redierunt. Hæc propter eos, qui forte Græcum horum Actorum codicem, non facile habere possunt, breuiter adducere volui. Consensio facta est de processione Spiritus sancti ex Patre & Filio: de confectione corporis Christi in pane azymo: de igne animas purgante: de primatu pontificis Rom. Sed postea, qui domi manserant Græci reiecerunt.* *Ferraria migratum Florentiam. Vnio Græcæ & Latinæ Ecclesiarum. Domestici Græci eam repudiarũt.*

Eodem hoc 1438. anno, expeditio contra Hussitas facta est: in qua Dux Augustanis fuit Marquardus Schellenbergius. Etiam equestre certamen ludicrum, Augustæ actum. Magna item pestis.

Adhuc viuebat Domina Henrica, VVirtemb. & Mompelgardica Comes. Filii eius Ludouicus & Vlricus, Carthusiano tradiderunt ordini Gieterstainense Collegium, Vraco vicinum. Ibi antea fuerat præpositura ad Zuifaltenses fratres pertinens. *Gieterstainum.*

Domina Anna Schenckina de Stouffenberg, Monialis Stettæ sub alta Zollera, huic Parthenoni legauit aliquos annuos census: signantibus, generoso Comite Zollerensi Eitelfritzio, huius cœnobii aduocato: & nobilibus viris, Matthia de Ovv, ac VVernhero de Turingen. *Stettense Gynæceum.*

Feria 6. post Pentecosten, Abbati & Conuentui Alperspachensi, vendiderunt curiã quandam, in Durram & Stetta sitam, & alia multa bona, Aureis 309. & ß. 4. Hermannus de Liechtenfels (Onfingæ tũc in Brisgoia habitãs) & vxor eius Agatha (renuntians huic suo dotali iuri) Dapifera Waldeccensis, & F. eorũ Caspar Liechtenfelsius: confirmantib. contractũ, Hermanni fratribus, cogna- *Alperspach. Liechtenfels.*

cognatis, affinibus: Ioanne & Diemo Liechtenfelsiis: & Agathæ fratre, Tristano Dapifero. Eundem contractum roborauit sequenti anno, Comes Ioannes de Sultz: supremus Imperialis curiæ Iudex Rotvvilæ, loco Rom. R. Alberti: astantibus, Abbate Alperspachensi Petro: & nomine Hermanni Liechtenfelsii (cum plena à venditoribus potestate) nobili viro Ioanne Hack: qui Rotvvilæ in Cœmeterio habitabat.

Asperg. op.

Eodem anno literas quasdam signarunt Hermannus Scultetus, & iudices, oppidi Asperg.

Caritas annonæ.

Tanta caritas rerum & fames erat in Sueuia: vt maltrum siliginis emeretur 7. ℔. & maltrum tritici 8. fl. & auenæ maltrum 4. ℔. ac 2. baciis.

Hofmaier. Herbortus.

Erant tunc Augustæ duo viri, frumento abundantes, sed dissimili circa id ingenio praditi (Achille G. & Henningo notantibus) Sigismundus Hofmaier patricius, & Herbortus Fidelerus. Hofmaier laudatur: quod circa hæc tempora, in illa hominum inopia, benignitate in pauperes fuerit insignis: frumentum eius vendens tolerabili precio. Vnde & benedictionem à Deo consecutus fuerit. Fidelerus verò, durante adhuc 1438. caritate annonæ: sperabat fides huius frumentarii trihordi magis magisq; intentum iri: ideoq; suas fruges comprimebat. Ac sane medimnus (ein Scheffel Korns) valebat iam XI. ℔. obolariis. Tunc prudens ac benignus Senatus, videns tantam egestatem ciuium, succurrit: feciq;, vt medimnus publici frumenti, 9. libris venderetur. Ibi vilitate annonæ consecuta: Fidelerog; suum frumentum, tandem 4. aut 5. ℔. vendere coacto: Hofmaierus frumentum eius, permutatione ad proximam messem fienda, sibi comparauit.

Augustani Senatus virtus.

Iudæi Augustanorum.

Eodem 1438. anno, Albertus Cæsar Augustanis permisit (dato Pragæ mense Iunio Diplomate) vt Iudæos ex vrbe sua pellerent. Senatus ergo 4. Iul. Iudæis edixit: rebus suis prospicerent: domos suas venderent: & intra biennium vrbe migrarent. Itaque 1440. Iul. 8. omnes vtriusq; sexus Iudæi, plus CCC. vrbe in perpetuum cessere. Sed quia vrbs non eiusdem Diplomatis confirmationem, à sequente Cæsare Friderico III. impetrauerat: post plures annos multata est aliquot millibus Aureorum. Cæsar tamen idem, postea liberum eius permisit: Iudæos vel rursus admitterent, vel in perpetuum excluderent.

Bebenhusæ. A. 1438. die natiuit. Mariæ, obiit Georgius Herter de Hertneck. Sepultus in VIII. sepulchro.

OBITVS CÆS. ALBERTI. DOMVS ANTIQVA HOHENSTAVFensium VVaiblingæ. Ludouici, vltimi Teccensis Ducis, Basileæ mors. XXVII. hastiludium generale, Landshutæ. Nobiles aliquot Sueuiæ. Imp. duodecimus occid. Fridericvs III. Bellum inter nobilitatem & Ciuitates. Periculum vrbis Nœrdlingæ. Mitræ gestatio, Lorchensi Abbati concessa. Consules Gamundiani. Familia Halensis Rinderbachirum. Excogitatio Typographicæ artis.

Caput II.

Alberti Cæs. mors.

ANno 1439. moritur apud Strigonium in Vngaria, Rex Rom. Albertus, 6. Cal. Nouemb. cum Vngaris contra Turcam Amuratum succurrēs, eum ab obsidione Sinderouidæ in Seruia vel Rascia castri, fugauisset: Budamq;, copiis dimissis, reuersus: calore feruentis Augusti, sitique peponibus sedare voluisset: sed sic diarrhœam & dissenteriā sibi parauisset: princeps optimus & liberalissimus. Terræ mandatus in ciuitate Alba Regali est. Liberos reliquit Georgium, & posthumum Ladislaum, Bohemiæ Vngariæq; Regem. Deinde filias, Annam atq; Elisabetam: illam, VVilhelmo Saxoniæ Duci: hanc Casimiro Poloniæ Regi, nuptas: ambos ex Sigismundi Imp. filia Elisabeta natas. Ferebatur ei venenum à quibusdam datum: quibus ipse non maledixerit: sed exemplo saluatoris, pro eis Deum orauerit.

Liberi eius.

VVaiblingæ domus antiquorum Principum Sueuiæ.

In VVirtembergia, Comites Ludouicus & Vlricus fratres, die Iouis ante corporis Christi, vendiderunt Berchtoldo Myeßinggængero (Apono) VVaiblingensi ciui, domicilium: in quo antiquis temporibus VVaiblingenses Principes habitauerant: ex quibus Imp. Fridericus Barbarossa ortus erat. Situm prope forum VVaiblingense: habens tunc hortum ponè, & horreum. Hodie verò non sunt horti in oppido: sed domus arctè inter se coniunctæ. Dicuntur in illa domo tria corpora Magorum, qui Christum infantem muneruerant, pernoctasse: quando ex vrbe Mediolano, in Alemanniam à Barbarossa fuere missa.

VVaiblingæ, feria VI. in hebdomade Paschatis, Ludouicus Comes VVirtemberg. filius Veracensis Ludouici, ex Palatinide Mechtilde nascitur. M. Scr.

Basilea

Basileæ adhuc durabat concilium: quamuis Eugenius contra id Synodum Florentinam, attractis ad se Græcis, constauisset. Deponebatur is in concilio Basilienſi: ac Papa ſubiiciebatur concilio. Quidam tamen pro Eugenio pugnabant. Vnde vehementes contentiones & conuitia ibi exiſtebant. Quæ cum videret LVDOVICVS patriarcha Aquileienſis, ex Tecciaca domo natus, vir (vt Syluius ſcribit) non minus animi conſtantia, quam generis nobilitate, præſtantiſſimus: ad aduerſarios dixit: Ne credite, rem ſic abire. Germanorum neſcitis mores. Nempe ſi ſic proceditur: nequaquam fas erit, integris hanc prouinciam exire capitibus. Quo verbo, veluti cæleſti fulmine tacti, alteri: vno impetu ſurgentes, libertas, inquiunt, nobis eripitur. En quid eſt, quòd frangenda nobis capita patriarcha minatur? Verſi ad Ioannem, Comitem Thierſtainenſem, qui tunc loco protectoris VVeinſpergii Baronis erat, ſciſcitati ab eo ſunt: an protegere concilium vellet? poſt multa, incidit dira vbiq; peſtilentia: qua cum aliis etiam patriarcha ille Ludouicus cecidit: vir grandæuus, & in aduerſitantibus enutritus: nec, quem optauerat, diem eligendi Papæ potuit cernere. Delatus eſt feretro ſuper ceruices hominum, Patriarchali habitu veſtitus, factem oſtentans ſimilem dormienti, vſq; ad Carthuſiam: quem omnis patrum lachrymans ſecuta eſt turba: ibiq; ante altare ſepultus iacet.

Concilium Basilienſe. P. Eugenio aduerſarium. Tec. Ludouicus. Mors eius.

Obiit is 14. Kal. Septemb. è Ducibus Teccenſibus poſtremus, 1439. Amadeus poſtea, Sabaudiæ princeps, vir bonus, vxore præditus, Papa eſt deſignatus, & Felix IV. dictus: ſed proceſſum non habuit. VVirtembergenſes Comites, iam antea pleraq; emerant de Ducibus Teccenſibus, ideo iam etiam arcem Teck, ad ſe receperunt.

Teccenſium procerum finis.

Hoc anno vigeſimiſeptimæ queſtres ludi ponuntur, Landshutæ acti, nuptias celebrante Ludouico Palatino Rheni, Ducæ Bauariæ. Aderant Sueui. Carolus, Marchio Badenſis. Vlricus, Comes VVirtembergenſis. Et alii comites: Oetingenſes, VVerdenbergenſes, Montefortenſes, Hailigebergenſes, Tubingenſes, Fyrſtenbergenſes, Helffenſtainenſes, Eberſtainenſes, Kirchbergenſes, Thierſtainenſes, Nellenburgenſes, Sarganſii, Thengii, Lupfenſes. Barones: Cimbrenſes, Gundelfingenſes, Kirchbergenſes, VValdpurgenſes, Hevvenſes, Brandiſii, Stæffelenſes, Stauffenſes, Falkeſtainenſes. Equites & nobiles: Eiſenburgii, Bodmanni, Freibergii, Fridingenſes, Iungingenſes, Landenbergenſes, Landauienſes & alii.

Haſtiludium XXVII. Landshutæ.

Sueuica Danubii VVerdea, iam non amplius Bauarorum erat, ſed Imperii. D. Rudolphus de Buſtetten, Vraci Præfectus, certis conditionibus factus eſt à Lorchenſibus patronus proprio-rum ipſis hominum in Alpibus, circa Vracum, Schalcklingam, & Ebingam, atq; Zuifaltam.

Buſtet.

Thalhaimenſes Gretzingeri, Henricus, & filius eius Conradus (infra caſtellum Andeckam) literas exultionis de ſe dederunt: cum laſiſſet Sacerdotem Thalhaimenſem, & ideo Horbæ captiuus fuiſſet, Conradus: ſed interceſſione generoſæ comitiſſæ Eberſtainiæ dimiſſus: cuius Dominæ maritus erat generoſus Baro, Henricus de Stæffeln, Præfectus (Hauptman) Rotenburgi. Obligarunt, ſe nihil amplius contra Miſſificem facturos: nec contra nobiles viros: Iacobum Herterum ab Hertneck, VVirtembergenſium Comitum Magiſtrum curiæ: & Conradum de Stetten. Signarunt nobiles viri: Ioannes Neuneccius, & Martinus Dyrmentius.

Gretzingeri. Stœffeln. Herterus Iacobus.

Obiernnt Schenckii de Stouffenberg, iuxta Hechingam: Georgius eques, 1439. die Criſpini & Criſpiniani.

Schenckiorum Stauffenberg. mors.

Georgius eques, 1474.

VVolffgangus, eques Teutonici ordinis, 1475.

VVernherus, 1485. Feria III. ante Ioan. Bapt.

Cum peſtis per totam ſæuiret Alemanniam: Conſtantiæ 10. menſibus 1439. mortui ſunt plus quater mille homines.

Peſtis.

Anno 1440. Duodecimus Imperii Romani habenas accepit IMP. CAES. FRIDERICVS III. AVSTRIACVS, P.F. Aug. Imperauit in annum 54. parentes habuit Ducem Auſtriæ Erneſtum, & Duciſſam Maſſoniæ Cimburgam: Alexii, vel Semoniti filiam. Natus eſt 1415. & 21. anno circiter ætatis, petiit Hieroſolymam. Factus Rex Rom. 1440. April. 11. (Onuph. Kal. Ianu.) Imp. Rom. 1452. Martii. 16. (al. 19.) & Rex Vngar. 1459. Mart. 4. Tempore eius, Auſtria in Archiducatum ſublimata eſt.

Fridericus III. Cæſar in Occid. XII. Auſtria, Archiducatus.

Ludouico, VVirtemberg. Comiti, Magiſter curiæ erat Dominus Eberhardus de Kirchberg.

Hoc tempore (vt in Chron. Auguſt. eſt) Marchioni Alberto bellum cum Noribergenſibus fuit: quem inter multos adiuuerũt & VVirtembergenſis Vlricus, & Helffenſtainii comites.

Ciuitatum & Principũ bellum.

At

At ad alias quoq; ciuitates bellum attinebat: testantibus Rotemburg. Tub. Chronicis.

Hoc enim 1440. anno. Vlmensibus, aliisq; Sueuicis ciuitatibus, res contra nobiles, Burcardum Sturmfederum, Ioannem Vrbachium, & alios, multos præsertim Hercyniæ syluæ proceres, erat. Bellum item inter easdem fœderatas ciuitates, & Conradum Bembergium socioſq; propter Halenses: qui subditorum eius XXI. suspenderant: vt superiore libro dictum est. Eædem ciuitates tunc, copijs collectis (inter quas DC. ferè equitibus) magnum ad Nicrum pagum Mundelshaimum (cuius maior pars erat Ioannis Vrbachi) petierunt: eumq; cum multo frumento, aliisq; rebus, exusserunt.

Mundelshaim.

Eodem 1440. anno, postridie trium Regum, quidam vicinorum procerum, conatus est vrbem Nœrdlingam occupare (vt à Munstero, lib. 3. cap. 306. scribitur, & alibi etiam reperitur) cum quidem custodes omnium 5. ibi portarum, amore pecuniæ noctu portam Lepsingeram, non, nisi simulatione, clausam tenere constituissent. Nondum enim tunc cura clauium, penes alium Senatorum erat: sed res, custodibus portarum commissa. Non igitur longè aberat Dominus ille, paratus ad ingrediendum (etsi nobiles eum iuuare non voluisse dicuntur) sed expectabat, dum prima quies mortalibus ægris inciperet. Ibi vero anus quædam, cuius porcus non redierat, ea nocte in plateas egressa, eum quærebat. Porcus ille cum se ad portam affricaret: hac aperiri cœpit. Quo viso: mulier vicinos portæ excitauit: portam non esse clausam indicauit: hi ad Consulem detulerunt. Tum magna campana (cui in suo Baptismo, Susannæ nomen fuerat impositum. Nam campanas etiam Pontificia religio baptizat) sonare cœpit. Ciuibus ergo sollicite concurrentibus: metus hostibus iniectus est, qui irrito conatu recesserunt. Hinc consuetudo inoleuit: vt singulis annis postridie trium Regum habeatur concio: & hæc historia recitetur.

Nœrdlingæ periculum ab Oetinga.

Alibi reperio, Consulem fuisse excitatum à coriario Ioanne Dausſero: quem vxor sua noctu excitauerit, stridore portæ Theiningeræ percepto. Quinq; autem custodes, deprehensos esse super huius portæ turri coniuuantes securè, & insidiatorum aduentum expectantes. De his itaque supplicium, quadripartita corporum disiectione sumptum est: & clauium deinceps accuratior ratio haberi cœpta. Παθήματα μαθήματα. Quæ nocent, docent. Dausſeri autem posteris id beneficii à Senatu grato datum est, rogatu eius (nam ipse pro se accipere noluit) vt prabenda in Hospitali daretur perpetuo ei: qui ex familia ipsius pauper esset. Quæ & nepti eius ex filio contigit: quæmodo 1568. Febru. 15. obiit, sui generis postrema. Maxime honos est habendus conseruatori patriæ & posteris eius item.

Dausſer.

Obsessum fuit oppidum VVinspergum, à nobilibus quibusdam. Qui fuerunt illi? Qua causa? Non reperio. Habeatur excusata superiorum negligentia.

VVeinsperg.

Cunradus à Rechberg, Sueuus (quis dubitet?) matre comitissa de Sarunetio editus, præpositus Constantinensis: designatus est Episcopus Curiensis: Sed post quadriennium resignauit, ad suam præposituram rediit. Brusch.

Rechberg. Conradus.

Viuebant tunc hi quoque nobiles. Herr Herman von Sachsenhaim / Ritter Heinrich von Werdnaw. Wolff Schilling zu Schloßberge. Hans Rüß.

INDVLTVM FELICIS PAPÆ: QVOD ABBAS LAVREAcensis (zu Lorch) possit gestare mitram, & alia pontificalia.

Felix Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis, VVilhelmo Abbati, & conuentui, Monasterii Laureacensis, ordinis sancti Benedicti, Augustensis diœcesis, salutem, & Apostolicã benedictionem. Expoſcit deuotionis vestræ sinceritas, & religionis promeretur honestas: vt tam
» vos, quos spiritualis fauore dilectionis prosequimur: quam dictum Monasterium, dignis honori-
» bus, & singularis prærogatiuæ gratiis, attollamus. Cum itaq; (sicut exhibitum nobis pro parte
» vestra petitio continebat) præfatum Monasterium, à primæua eius fundatione, à pluribus Im-
» peratoribus & Regibus, pro multarum personarum sustentatione, sufficienter & opulenter do-
» tatum & erectum, ac alias inter cætera illarum partium Monasteria plurimum insigne exi-
» stat: nec non inibi regularis obseruantia, pluribus retroactis temporibus viguerit, & adhuc vi-
» geat: ac ad illud, Christi fideles illarum partium, propter plurimarum reliquiarum ostensionem
» ibidem existentium, singularem gerant affectum: præoptauerintque nobiles, comites de VVir-
» temberg, ipsius Monasterii aduocati, propter ipsius nobilitatem, Abbatem pro tempore, insignijs
» pontificalibus insigniri: pro parte vestra nobis fuit humiliter supplicatum: vt Abbati dicti
» Monasterii, pro tempore existenti: quod mitra, annulo, & aliis pontificalibus insignijs, tem-
» pore celebrationis diuinorum vti: nec non solemnem benedictionem super populum, post Missa-

Lorchensi Abbati, mitra concessa.

Missarum, Vesperarum, & Matutinarum, & aliorum diuinorum officiorum, solemnia, in dicto Monasterio, aliisq; locis, ipsi Monasterio subiectis, & ad quæ inuitatus fuit, concedere dignaremur. NOS igitur huiusmodi supplicationibus, in hac parte inclinati, TIBI VVILHELMO, & successoribus tuis, dicti Monasterii Abbatibus, qui erunt pro tempore: vt mitra, annulo, & aliis insigniis prædictis, liberè vti: nec non in Monasterio & locis supradictis, benedictionem solemnem huiusmodi elargiri, positis & valeatis (dummodo in benedictione huiusmodi, aliquis catholicus Antistes, aut sedis Apostolicæ legatus, non fuerit) felicis recordationis Alexandri Papæ IV. quæ incipit, Abbates, & aliis constitutionibus Apostolicis contrariis, nequaquam obstantibus: auctoritate nostra tenore præsentium indulgemus. Volumus autē, quod per hoc Ordinario loci, nullum præiudicium generetur. Nulli ergo omnium hominum liceat, hanc paginam nostræ concessionis & voluntatis infringere: vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpserit: indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli, Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Basileæ, secundo Nonas Augusti, anno à natiuitate Domini millesimo, quadringentesimo, quadragesimo: pontificatus nostri anno primo.

Ioannes Gossolt, Vicarius Augustensis.

Visa sunt præsentes literæ & admissæ: vt in forma citra præiudicium Ordinarii.
Actum in Rotemburg prope Neccarum, anno M. CCCC. LXXII.

CONSVLES Gamundiæ, hoc tempore. *Gamundiani Consules.*

1440. Cos. Hans Herrer.
Prætores, Iordanus Albich, Petrus Rhatgeb.
1441. Cos. Iordan. Albich.
Pr. Ios Gußrægen, Reubold Funck.
1442. Cos. Iodocus Gußrægenius.
Pr. Melchior de Horckhaim, Laurentius Liebermannus.
1443. Cos. Iordanus Albich.
Pr. Salomon Zeiselmyller, Raibold Funck.
1444. Cos. Ios Gußrægen.
Pr. Conradus Sunthaimius, Bartholomæus Truchmaier.
1445. Cos. Melchior Horckhaimius.
Pr. Petrus Otho, & Laurentius Liebermannus.
1446. Cos. Remboldus Funccius.
Pr. Caspar. ab Vckingen, Barth. Truchmaier.
1447. Cos. Ios Gußrægen.
Pr. Salomon Zeiselmyller, Ioannes Aschach.
1448. Cos. Remboldus Funccius.
Pr. Petrus Otho, Barth. Truchmaier.
1449. Cos. Melchior de Horckhaim.
Pr. Ios Gußrægen, Laurent. Lieberman.
1450. Cos. Gußrægen.
Pr. Petrus Otho, Reubold Funck.

RINDERBACHII, ante & post hoc tempus, Halæ Sueuicæ in Sammichaelio, matri terræ commissi.

Rinderbachiorū mortes.

Anno Domini M. CCC. LXXXVIII. Feria tertia proxima post Festum Pentecostes, obiit Vvalther de Rinderbach. Anno Domini M. CCCC. obiit honorandus vir, Ioannes de Rinderbach. Anno 1440. die Mercurii post Martini, obiit Ioannes de Rinderbach. A. 1451. Pridie S. Petri, Ludouicus de Rinderbach. A. 1467. pridie S. Michaelis, Albertus de Rinderbach. A. 1489. Sabbato ante Martini, Petrus de Rinderbach. A. 1491. An vnser Frawen tag processi. Obiit Matthias de Rinderbach. A. 1500. Die Dominica post trium Regum, Ioannes de Rinderbach. A. 1526. die lunæ post conceptionis Mariæ, Vlricus de Rinderbach.

Typographia inuentio.

Ars typographica, inuenta apud Germanos est, ab Ioanne Gutenbergio Argentoratensi. Inde is Moguntiam descendens, apud Ioan. Faustum eam auxit. Ioannes deinde Mentel, Argentorati multa castigate imprimens, breui magnas opes consecutus est. Sixtus porro Rusinger, Argentorato ortus, Neapolin Italiæ 1471. artem introduxit. Formas librarias eodem fere tem-

pore Germanus alius, nomine Vldaricus Han (Gallus Gallinaceus) Romam attulit. Abrah. Bucholc. ex VVimpfelingo, & Paraleip. Vrsp.

Ioan. Campanus.

Imprimit ille die, quantum non scribitur anno.

Alius Italus.

O felix, nostris memoranda impressio sectis.
Inuentore nitet vtraque lingua tuo.
Desierat quasi iam totum, quod fundis in orbe.
Nunc paruo doctus quilibet esse potest.
Omnes te summis igitur nunc laudibus ornent:
Te Duce quando ars hæc mira reperta fuit.

Sebastianus Brandus.

Nuper ab ingenio Rhenanæ gentis, & arte,
Librorum emersit copia larga nimis.
Et qui diuitibus, vix Regi obuenerat olim:
Nunc liber in tenui cernitur esse casa.
Gratia Diis primum: mox, impressoribus æqua
Gratia: quorum opera hæc prima reperta via est.
Quæ doctos latuit Græcos, Italosque peritos:
Ars noua Germano venit ab ingenio.

Mart. Crusius Germanogræciæ lib. 4. Epigram. 3. de laudibus Germaniæ.

Τείχεσι καὶ πύργοισιν ἐφ' ἡμέων, ἥδε περιστή:
Στεινομένη λαοῖς, καὶ πολύτεχνος ἄγαν.
Αὕτη βομβάρδαν ἐνοσίχθονα μηχανάεσκε:
Τειχεσὶ πλητάων ἐυρετὶς, ἥδε, βόλων.
Τῆς δ' ἄλφημα κλυτὸν, σοφίης σώτερα παλαιῆς,
Πυλυτόκος τέχνη βιβλομολυβδογράφος.
Πάσης παιδείας εἰς ἄκρα μετάρσιος ἔστη:
Ἑλλὰς ἐς ἀσπασίην τελτονίδ' ἔπταθ' ὅλη.

Vrbibus hæc magnis, Castellisque, vndique firma:
Fortibus arcta viris, artificumq; manu.
Ipsius inuentum horrendi est bombarda fragoris:
Huius tormentis mœnia quassa ruunt.
Ipsa typis docuit quosuis excudere libros.
Millenum fœtum sic opera vna parit.
Hic omnes artes, omnisque scientia, florent:
Germanum petiit Græcia tota solum.

Typographicæ artis beneficio factum est: vt nunc hoc laboriosissimum etiam Sueuiæ opus nostrum, publicè in quorumuis manus exeat, Reuerendo Ecclesiæ Francofordianæ Ministro D. Osea Hala (cuius pater D. Georgius, & meus pater Martinus, olim summa inter se amicitia coniuncti erant) fidelissime mihi celebrem eiusdem inclytæ vrbis Typographum, D. Nicolaum Bassæum, conciliante: & hoc viro laudato, eosdem Annales liberaliter, gnauiterq; suis impensis excudente. Christus eis ambobus dignam gratiam referat.

A CIVITATIBVS NEVVENFELSIVM, MAIENFELSIVM (AL. MAienfeldum) & aliæ arces, captæ. Hegoiensis ciuitatum expeditio. Nobiles Bochingenses, Fyrstenses, VValdeckenses, Sachsenhaimii, Stettenii, & Straubenhartii, &c. Cæsaris Fridericiin vrbes Imperiales aduentus. Ludis equestribus Albertus Brandenburgensis, Augustæ conspicuus. Insidiæ, Nordlingensibus structæ. Mons & fanum S. Barbaræ, circa pagum Greuenhusam. Peregrinationes ad Hailprunnam & Burgbergam. Sæuissima hyems. Scanderbegus, id est, Alexander dominus.

CAPVT III.

Halensium, & aliarum ciuitatum, res gestæ. Eberstat. VVasserberg. Nevvenfels.

ANno 1441. die Dominico, post triũ Regum, ciuitatũ Duces erant Rotenburgi ad Tubarum, cũ equis amplius CC. Quo die inde egressi, Henrici Seckendorffii petierunt arcẽ & pagum Eberstattum, propter Mergathainum: ac deprædati, vtrunq; combusserunt. Erat .n. Henricus, inter ciuitatum hostes. Eodem anno ciuitates, VVasserbergũ & Gleissenbergum in Sueuia, aliaq; loca, exusserunt. In æstate, Halenses, auxilio Vlmensium (quos ducebat Georgius Reinvvartus) & aliorum, Nevvenfelsium, duobus milliaribus ab Hala situm, ceperunt: ac, præter vnam validam turrim, combusserunt: captiuis circiter 16. (inter quos quidam Zobelius erat, & Hoffartus) Halam adductis: vbi prædam inter se partiti sunt.

Cau-

Causam alicubi captæ huius arcis, & modum, talem reperio. Circa hæc tempora, currus aliquot, pannum aduehentes, ex Francofordianis nundinis, & quendam ex alba Damascena veste, cum latis argenteis inauratis bullis, sacrum ornatum, pertinẽtem ad Halæ Ecclesiam S. Michaelis, ad syluam Oringæ Zuckmantellam intercepti erant: & in oppidum arcemq; amnis Kuppfera Newenfelsium abducti. Sequenti igitur nocte, Halenses silentio venientes eò, in fossa, quæ inter arcem & oppidum est, subsederunt: ac postridie manè, cum ancillæ ad pecora in atriũ tuissent, portamq; reserassent: arcem obtinuerunt: elapsis tamen iniuriæ authoribus trans murum. Receperunt rapinam inuiolatam, domumq; abduxerunt: igne prius arce & oppido iniecto: ac turri in Kupphera deiecta. Sequenti tempore, cum consortes arcis Domini eam instaurantes, pristino more grassarentur: Hohenlohensis Comes, in sua ditione sitam, destruxit.

Eiusdem 1441. anni die Veneris ante S. Chiliani, Rotenburgenses exierunt cum 10. victoria (inter quos erant XL. equites) instructi bombardis, & puluere intrato, aliisq; rebus necessariis: pernoctaruntq; Bretthaimæ. Postridie manè iter ingressi, vesperi Halam venerunt: vbi Vlmensium, Gamundensium, Nordlingensium, Esslingensium, & aliarum ciuitatum, auxilia partim erant, partim expectabantur. Ibi ergo diem Dominicum manserunt. Die lunæ manè egressi, Maienfelsium (iuxta Mainhartum) obsederunt. In ea arce multi erant ciuitatum hostes: quorum nonnulli, participes eius arcis erant: vt Michael de Freiberg, Gumpoldus de Gyltlingẽ, Burcardus de VVeiler, & alii: qui receptum dederant hostibus ciuitatum. Hi erant, Suickerus de Sickingen, Ioannes de Vrbach: Neuuenfelsium commeare soliti. Durauit obsidio à die lunæ, S. Chiliani, vsq; ad diem S. Ægidii, magnis impensis. Inerant, præter nobiles iam dictos, plus CX. homines: qui nocte S. Aegidii, clam per cuniculum, seu cæcum exitum, ex arce abierunt. Rotenburgo Tuberani. Maienfels.

Cum autem vrbicus exercitus, circumquaq; ambiret arcem: de eo duo tres ve, ad necem à transeuntibus percussi sunt. Hinc, tumultuatũ in castris. Interim nobiles quædã fœminæ descendentes, captæ sunt: quæ dicebãt, neminẽ amplius in arce esse præter quatuor, tormentis læsos. Ita passim in arcem accursum est: quæ cum oppido toto est cremata. Reperti sunt 22. homines, ictibus tormentariis necati: & magna copia farinæ, aliarumq; rerũ, ad tolerandam obsidionem necessariarum: quæ omnes Halam illatæ, ibi in diuisionẽ venerunt. VVideman. Qui alio in loco sic scribit. Halenses, ex hac arce infestati, ciuitatum sociarum auxilio eam obsederunt: ac suffosso muro, & impulsu arietis, (bombardarum enim mæniofragarum, nondum tantus vsus erat) prostrato, reperunt. Etiam turrim suffossione prostrauerunt. Aries quo murus est prostratus, memoriæ causa postea Halæ positus fuit iuxta Langenfelderam portam: auff Krackstain / an der Stadtmaur. Sequenti tempore Maienfelsium hoc, cohæredibus vel consortib. (den Jan erben) conditionibus, cũ aliis, tum Halensibus inde non nocendi, redditum est. Aries war ein groß Baum / Holtz / oder von den Stedten da gemacht / vornen mit Eysen / wie ein Stechkrönlein / beschlagen mit etlich Ringen auff beyden seiten. Legtens auff Reder: Lieffen darmit gegen der vmbgegrabnen Maur: Vnd stiessens zu boden. Hæc de Maienfelsio capto. Aries bellicus.

Alii captiuitatem eius, ad sequentem annum referunt.

Ex Hegoia, Comes Henricus Lupfenius, Ioannes Rechbergius, Mynchii Basilienses, & duo Landenbergii, ac VVernherus Schynius, aliiq; nobiles, celocibus in lacu podamico inferiore vtentes, ciuitatum Imperialium bona Genouensia prædati sunt. Lupfenii comitis & aliorum nobilium, rapina.

Ciuitates igitur apud Yberlingam, coactis 6. millibus peditum, & vno equitum mille: aliquot arces incenderunt, & pagos, præsertim Lupfenii Comitis: ac 14. Nouemb. re benè gesta discesserunt. Stumpf. lib 5. cap. 13. Hinc illud in Rauenspurg. Chron. 1441. Zogen die Stedt gemein in das Hegew / mit grossem gewalt. Ideo ciuitatum expeditio in Hegoiam.

Thonauverdenses ἀπικιφάλαιον, die S. Blasii, Georgiũ Rhiethaimiũ, præsidentib. Augustanis.

Ich Bentz von Bochingen / vnd ich Anna Truchsessin von Waldeck / sein ehliche Haußfraw / verjehen offentlich / für vns / vnd alle vnsere Erben / ꝛc. Daß wir beyde schüldig seyn / ꝛc. Den Vesten Conraden / vnd Hansen von FYRST gebrüdern / ꝛc. Je von 15. gülden Hauptguts / einen gülden zuuerzinsen / ꝛc. Sponsores, die Vesten / Tristram / vnd Wilhelm gebrüder / vnd Wolff Truchseß / mein / der obgenandten Anna Truchsessin / Brüder: Alle drey von Waldeck / ꝛc. Obstagium, gen Sultz / gen Oberndorff / gen Wildberg / oder gen Tübingen / ꝛc. Bochingen. VValdeck. Fyrst.

Comitatus Leuvvensteinensis, qui iamdudum 990. Christi florebat, deficiente 1441. propemodum eo genero, venditus est Palatino 14000. Aureis. Fuerat 948. Albertus, Comes de Leostein & Calua. Leostein.

Bauarorum Ludouicorum discordia.

In Bauaria, dissidium circa hoc tempus extitit inter Ducem Ludouicum Barbatum, & fratrem eius Ludouicum Gibbosum. Filius enim, cui pater filiam Ioannis Regis Cypri desponderat, aliam contra patrem duxit: ac Conradus Freiberger, vt dissidii reus, expulsus est: qui se Vlmam contulit. Patrem postea filius cepit: sed ante eum, sine libris mortuus est. Auent.

Friderici Cæs. coronatio Aquis.

Anno 1442. Coronatus est Aquisgrani Rex Fridericus, Iun. 17. antea vero die Mercurii ante Georgii, Augustam venerat, nempe 20. April. commorans ibi sex dies, in fori vinarii domo

Petrus ab Argouv.

Petri Egeni, Consulis ex plebe. Qui deinde appellabatur, Petrus ab Argoun. Nam an. 1447. iam sextum Consul, petitus est à Tigurinis & Heluetiis, hostiliter inter se dissidentibus honorarius arbitrer. Ipse igitur mense Feb. Lindoiæ, conditiones quasdam partibus proposuit: quæ non acceptæ sunt: & plures interuenerũt actiones. Tandẽ prid. Cal. Apr. Badæ in Ergouia, certos illis articulos præscripsit, & alio die Einsidelam conuentũ vocauit. Ita multa ad compositionem egit. Postea vero offendit patriã: et in varias cum ciuili Magistratu controuersias, ipse & posteritas, incidit. Erant eius annui reditus 2600. fl. quod magnum illis temporib. Augustæ iudicabatur. Postea hæc Argouiensis gens, ad modicas redacta fuit opes. Ex qua postremus, cui nomen Georgio, an. 1534. mortuus est: & sic, ea stirps arefacta. Ipse Petrus 1451. obierat: sepultus in sacello prebendariæ S.

Fridericus Cæsar, Argentinæ.

Antonii domus: vt à Gassaro scribitur. Venit postea R. Fridericus die S. Barth. Argentinã: vbi muneribus digne honoratus, 4000. Aureos mutuos petiit: sed tria millia accepit, nec reddidit. Sic ab aliis quoq; ciuitatibus honoratus, mutuum insuper sumebat.

Augustæ, ludi equestres.

Augustæ celebratum est 1442. equestre certamen C C C. nobilium, & L I V. equitum aratorum: custodientibus septa bene armatis omnium tribuum ciuibus. Ingressus vrbem fuit Albertus, Marchio Brandenburgensis, am gailen Montag. Er reñet scharpff *(id est, solo Clypeo & galea tectus, cætera inermis, vtens acuta lancea)* mit Herr Hansen vō Fronsberg *(armato)* auff dem Fronhoff. *Nihil mali cuiquam in his ludis accidit. Aderant Tubicines permulti.*

Scharpff rennen.

Valebat Augustæ tunc plaustrum fœni 8. ß. nummorum, vel 3. fl. & 3. nummis. Vnus Florenus valebat 18. karatis.

Eiberg.

Eodem anno Anshelmus ab Eiberg (3. Munsteri 306.) cum 700. equitibus, tempore Nundinarũ Nærdlingensium, volebat irruere in ciues, & exteros homines qui ad publicum conuentaculum: quod singulis annis in Regio prato, à senatu ciuitatis exhibetur: brabeo nobilissimi panni (scarlati) proposito, de quo cursu certatur. Sed prudens Senatus, olfactens, quod futurum erat, muniuit & pratum, & mœnia ciuitatis: bombardis etiam de muro displodendis. Ita hostium conatus, irritus cecidit. Alicubi inuenio, Eibergensem illum serius venisse: cursu iam peracto, in illo prato. Trepidam tamen fugam hominum in vrbem esse factam.

Nordlingensibus insidiæ structæ.

Sachsenhaim. Straubenhart. Stetten.

Wir diese nachgeschriebene mit namen / Herman von Sachsenhaim / Ritter: Vnd Anna von Straubenhart *(arce hodie deuastata)* sein eheliche Haußfraw: Hans Truchseß von Stetten / Ritter: Vnd Agnes von Straubenhart / sein eheliche Haußfraw: Vnd Schwartzfritz von Sachsenhaim: Vnd Naupurga von Straubenhart / sein eheliche Haußfraw: Bekennen / vnd thun offenbar / ꝛc. *illustri Comiti Ludouico VVirtembergensi, domino suo clementi, vendiderant omnia bona, census, & homines: quæ à fratre suo & affine pia mem. Ioanne de Straubenhart, hæreditario acceperant, &c. Naupurga, rectius Notpurga (inquit Gabele.) pro quo crasse à Sueuis dicitur Nautpurg.*

Greuenhausen.

Mentio ibidem fit Ecclesiæ in Greuenhusen, & Ecclesiæ vicini vici Ruotmerspachii: Welcher Lehenschafft sie auch vbergeben haben. Testes: Berchtoldus & Hermannus, Sachsenhaimii: Vlricus q. Truchsassius de Stetten. Actum die S. Galli, 1442. Fertur, veteres Strubenhartos scribũt. propriã quandam familiã fuisse: ex qua non sint Schœneri, qui se hodie Straubenhartos scribũt.

Scriptum ad parietem Templi Greuenhausensis, vel Comæciani. So ist dieser Pfarr *fundator,* der Edle / strenge / vnd veste Ruprecht von Straubenhart / *anno 1108.*

Mons illic.

Ex eo pago ducit ortum Caspar Episc. ante bienniũ alumnus illustrissimi nostri Principis, ad studia. Qui dicebat mihi de monte quodã illorum locorũ peramœno: in finibus agri VVirtembergici sito: qui nomen S. Barbaræ habeat, querceto circumdatus. Habere ab ortu fontẽ saluberrimũ: aqua abundantẽ, à meridie syluosum esse: ab occasu, riuũ habere albulam, admodum piscosum: à Borea, pagũ Langenstainbach, vicinũ, domibus exornatũ, pratis & agris fertilibus felicẽ. In illo monte nullum esse ædificiũ: præterquã in vertice eius, Templum satis amplum, egregium, multis Columnis innitens, picturis artificiosis decoratũ. In eo, S. Barbaræ dicato, à pastore Ecclesiæ Langenstainbachensis, quotannis binas haberi conciones: populi magna frequentia præsente: mercatu quotannis ibi bis celebrari solito. Distare eum montẽ binis à Pfortzemio & Durlaco milliaribus.

Ich

Ich Jacob Herter von Hertneck: Ich Hans von Haimertingen: Ich Caſpar von Owe/zu Bodelshuſen geſeſſen: Vnd ich Conradt von Stetten/der jung/ zu Thalhaim geſeſſen: Bekennen vñ verjehen alle vier/ ꝛc. *nos debere* dem Veſten Hansen Branthoßen/ der zeit geſeſſen zu Vrßlingen/ *hæc & hæc*: von Hansen Pfüſters wegen von Norſtetten/ ꝛc. *ſponſores*: Der Veſt Mittelhans Schwelher/ zu Hölnſtain geſeſſen. (Mittelhans/ *inquit Gabele. quia tũc vixerunt eiuſdem nominis & familiæ Schvvelheri* zu Hölnſtain *tres.*) Hans Schwelher/der Jung/zu Ringingen geſeſſen. Friß von Gomeringen. Hans Herter von Hertneck/ꝛc. *Die Lunæ ante omniũ Sanctorum.* *Obiit hoc tempore illuſtriſſima Henrica, Comes VVirtembergica & Mompelgardica.* Herter Iacobus. Vrſling. Schvvelher.

Peregrinatio Hailprunnam.

Die 5. Marci, 1442. magnus hominum concurſus factus eſt ad quoddam ligneum ſimulacrum veſpertinum S. Mariæ: quod in vrticeo frutice, proxime foſſam oppidi Hailprunnenſis, in via VVeinſpergum verſus, in baſi ſtetit. Id namq; idolum verba quædam (ſurdo audiente, & cæco videnti) cum prætereunte peronata Ruſtica locutum fertur. Cæterum de eleemoſyna cocollata, pulchrum & diues Carmelitanum Monaſterium, ad honorem Dei, & S. Mariæ, conditum eſt. Eo populus, paſchalibus præſertim feriis (priore eius, Theol. Doctore Petro, prædicta res Typis vulgante) frequens veniebat. Finis non videbatur ſuperſtitioni futurus: niſi coniurati Ruſtici, qui anno 1525. VVeinſpergæ in nobilitatem ſæuierunt, Monaſterium hoc occupaſſent, diripuiſſent, dilaceraſſent, templum concluſiſſent. Burckberg. Hailprunnæ peregrinatio.

Florente hac Hailprunnenſi peregrinatione: in cuiuſdam celſi montis ſylua, vno circiter milliario à Crailshaimo (qui mons Burgberg nominatur: ad cuius radicem olim caſtellum erat, comitum ſedes, Flygelavv dictum) in vertice eius montis, paſtor quidam inuenit Fagum dupli cis caudicis (Zwiſlende Buchen) in cuius cauitate, aqua pluuia erat. Is ſimplici plebeculæ perſuaſit: ſe in vertice huius montis, viuæ aquæ fontem inueniſſe. Burgbergæ peregrinatio.

Tunc, hominum concurſus: tunc, opinio nata: qui oculos cæcutientes habens, ex illa fago lauaret: melius cernere: & vlcera maligna, noxasq; incurabiles, illa aqua ſanari. Multum pecuniæ oblatum ad quercum eſt, vt ad arborem ſacram. Ibi pulchrum templum, cum præbenda, & cauponâ, ædificata. Sed luce Euangelii, per S. Lutherum exorta: peregrinatio hac, per Martinum Barletium. Recuperauit ille vi de Turcis Croiam vrbem, & alia multa loca paterna quondam ditionis, hoc 1442. anno. Scanderbegus.

Hoc tempore, in parte Epeiri heros viuebat, Scanderbegus: de quo multos libros ſcripſit

LORCHENSES QVÆDAM TRANSACTIONES. BELLVM INTER Tigurinos & Heluetios fœderatos. Delphini Franci expeditio in Alſatiam & Heluetiam. Cruentum iuxta Baſileam Prælium. VVirtembergia, duplex. Mindelhaimenſis ditionis venditio. Neuineccii nobiles. Rudolphus ab Hohenart. Felix Malleolus Tigurinus. Epiſc. VVirtemburgenſis, Dux Franconiæ. Herboldus Gütigottus, Abbas Murrhartenſis. Simulacri Chriſti leuatio è ſepulchro. Clades Chriſtianorum ad Varnam.

CAPVT IV.

ANno 1443. Comitis VVirtembergenſis Vlrici, conſiliarii inter alios erant: Georgius Keib de Hohenſtain. Stefanus ab Emershofen, Hoffmeiſter. Heinricus à VVerdnou. VVolfius à Neuhuſen.

Hi cognouerunt Stutgardiæ, iuſſu comitis Vlrici, controuerſiam: quæ erat inter Abbatem Lorchenſem & Canſtadienſes, von eines Wärts im Necker wegen. Præfecto Canſtadienſi Aberlino Klug, aduocatus erat, Nicolaus Oetinger, Vogt zu Kirchem. Abbati verò Itelguß/Cuſtor zu Elwangen. Conſul Canſtadii erat, Aberlinus Schnurrer. Lorch. & Canſtad.

Tranſactum eſt quadam de re inter Lorchenſes, & Parthenonem Gamundienſem, atq; liberos Annæ Schænckinæ de Schænckenſtain, ex Nicolao Horckemio ſuſceptos, iam Caſparo Hæginio nupta. Factum per arbitros: Vlricum de Schæchingen, & Ioannem Scheltzium, dictum Küchenmaiſter, ciuem Schorndorffenſem, ex parte Abbatis Vockharti. Lorch. & Gamund. cœnobiũ.

Funccius Rembold.

Deinde, per Albanum Alvvicum (tunc Consulem Gamundiæ) Remboldumq; Funccium, ciuem Gamundianum, à Senatu Gamundiano, ex suorum parte datos.

Niderhofer.

Iodocus Niderhofer, Memminga ortus, præpositus ad S. ibi Nicolaum, Abbatiam Vtenhyranam suscepit: cœnobio huic adferens domum suam, Maiorumq; suorum, intra ambitum oppidi Memmingæ sitam. Obiit 1453.

M. MARTINO CRVSIO, Tubing. Acad. Professori.

Salutem in Christo Iesu. Mitto tibi, præceptor honorande, clarorũ antiquitate generis nobilium, quorũ corpora in nostro Templo terræ sunt reddita, Epitaphia: Sperberseccorum, Spatorum, Dachenhusiorum: si forte & ipsa, locum in Sueuia tua habitura sint. Quam vt feliciter absoluas: faxit Deus opt. max. Fratrem meum Michaelem vt beneuolentia tua prosequare: rogo. Datum Nürtingæ 2. Septemb. 1589.

Pastor Ecclesiæ Nurting. M. Alexander VVolfhardus.

Sperberseck Ioannes.

Anno Domini M. CCCC. XLIII. **Am Freitag vor sanct Marx tag / starb der fromm vnd Vest Hans von Sperberseck: Dem Gott gnedig vnd barmhertzig sein wölle.** *Cæterorum Epitaphia suis annis.*

Eodem anno, Augustæ munitæ sunt fortioribus turribus duæ portæ, Geggingensis & Iacobea. 3. Munst. 347.

Tigurinorũ bellum cum fœderatis Heluetiis.

Bellũ hoc tempore Tigurinis erat contra Suitenses, Claronẽses, & cæteros fœderatos Heluetios, graue: propter ius quoddam ad Tockenburgensem regionem: cuius vltimus Comes Fridericus, erat mortuus: & quod fœdus seorsim Tigurini, cum Austriaca domo fecerant. Damnũ, vtrinq; plurimum illatum: Tigurum etiam 22. Iul. à fœderatis hostiliter accessum, pugnaq; ibi facta: Ti-

Tockenburg.

Lauffenberg.

gurinis plus patientibus incommodorum. Basilienses quoq;, Bernates, & Soloturenses, Lauffenbergam aliquandiu obsederunt: propter mala ipsis à præfecto oppidi, Ioanne de Hohen Rechberg, illata. Res, tertia hebdomade transacta: Comite Ludouico Helffenstainio, Burcardo Monacha equite, & Sigefrido de Venningen, pro damnis quandam satisfactionem facientibus. Antea autem, tres pugnas factas esse, in Rauenspurg. Chron. inuenio primam, ad Freienbachum: occisis 80. vtrinq; viris, ex Heluetiorum & Austriacorum partibus. Alteram, ad Horgam, ante Pentecosten: in qua perierint 800. virt. Tertiam ante Tigurum, die S. Mariæ Magdalenæ.

Frater Felix Fabri scribit: Tigurum à Suiceris fuisse obsessum 2. M. & 13. D. quod nobilitas, per ea loca posset in terram ipsorum inuadere. In die autem S. Mariæ Magdal. cum decreuissent præliari iuxta capellam S. Iacobi (vbi Leprosorum domus est in Campo vltra Fl. Limagum) vsi sunt hac fraude. Amplius CCCC. viros de suis notarunt signo nobilium & Thuricen-

Strategema in Tigurinos.

sium, rubris scil. crucibus: absconditis suis crucibus albis. Erumpentibus igitur Tigurinis ex vrbe audacter in hostes: adiunxerunt se Suiceri ipsis, fallacibus signis ornati. Inter præliandum autem simulabant fugam: aliosq; fugere secum cogebant. Suiceri secuti, cædebant eos. Sic interierunt complures nobiles, præsertim ciues Tigurini. Inter quos & pater meus (inquit Felix) dum

Felicis Fratris pater.

cum alijs stans iuxta fluuium, seq; defendens, occubuit: sanguine mercatus æterna præmia: de quo minus dubito, quam si in lecto mortuus esset. Quia dicit Leo Papa: si quis pro veritate fidei, & defensione patriæ, mortuus fuerit: à Deo cœlestia regna consequitur. Et Tullius inquit: Nullum est periculum, quod sapiens pro salute patriæ arbitretur vitandum. Et Aristoteles Ethic. 3. Principaliter, inquit, dicatur fortis: qui contra bonam mortem erit impauidus pro defensione patriæ. Has adamantinas probationes, ille.

Hyems acrit.

Fuit hoc anno acris hyems: vi niuium durante vsque in Quadragesimam. Post pascha, denuo niues: congelatioq; omnium vitium. Valebat Rauenspurgi medimnus spelt æ 16. ß. siccus palearum, 2 ß. plaustrum fœni, 7 ℔. obolariis: mensura vini, 6. hell.

Hirsaugiæ. *An. Domini 1443. feria 4. post S. Pentecosten, obiit* **Wolff vom Berg genant Maiser:** *Cuius A. R. I. S. pace.*

Anno 1444. Delphinus, id est, Ludouicus (Rex postea Galliarum XI. eius nominis) primogenitus Regis Caroli VII. filius: instinctu (vt ferebatur) Cæs. Friderici, & nobilium (præsertim Ioannis de Hohen Rechberg, & Burcardi Monachi de Landskron, equitis) cum 30. mili-

Delphini in Alsatiam & Heluetiam irruptio.

bus equitum in Heluetios, & Basileam versus, proficiscitur. Instinctu etiam Eugenii Papæ, ob Basilienſe concilium dissipandum. Nominati sunt Germanica voce corrupta, Arme leckan: pro, Armeniaci: nomine orto ab Ioanne, Armignacensi in Tolosana prouincia Comite.

Cum

Cum venisset Delphinus in comitatum VVirtembergensium Comitum Mompeligardensem: obsedit oppidum & arcem huius nominis: vt haberet, vbi morari posset, quando opus esset: indignum existimans, Regis filium in Campo diuersari. Quæ ei à Castellano, potentiam tantam timente, pactione, vt certo tempore redderentur, dedita sunt. Ingrediens Francus, suspendio dignum aiebat illum: qui tantam munitionem ita facile tradidisset. Seruauit tamen fidem, ac post annum VVirtembergensibus restituit. Speciam vicini huius peregrini auxilij, nobilitas, Duce Rechbergensi, Basilienses infestabat. Badenæ conuentus de transactione inter Heluetios & Tigurinos agebatur. Sed nolebant eam admittere fœderati: nisi ab Austriaco fœdere Tigurini recederent. Quod cum hi non possent: reditum est ad bellum: & Tigurum, ad 2. menses obsessum. Interim Armeniaci in Sunt gouiam venerant: & inde, impulsum Rechbergensis ad vrbem Basileam, vbi concilij patres adhuc erant, mouebant. Hæc autem vrbs suis rebus bene prospexerat: ita vt præter alia quisque ciuium, frumento ad integrum instructus annum esset. Veniebant subsidio Basileæ versus, missu fœderatorum, post diem S. Bartholomæi, M. D. C. Heluetij. Inter quos & Armeniacos, apud Nosodocheum vel hospitale S. Iacobi, vix 4. stadijs ab vrbe distans, pugna saua extitit: quemadmodum ab Æneæ Syluio Epist. 87. describitur. Committitur. atrox, inquit, & miserabile prælium, auditu horrendum. Euellebant sanguinolentas Heluetij ex corporibus suis sagittas: ac truncatis manibus in hostes irruebant: nec prius animam exhalabant, quam occisorem ipsi occidissent, &c. Ad extremum, non victi Suitenses: sed vinendo fatigati, inter ingentes hostium cateruas ceciderunt. Victoria lugubris, atq; cruentissima, Armeniacis fuit, &c.

Mompelgardum, ei deditum.

Pugna Armeniacorum & Heluetiorum ante Basileam.

Hæc, ille. Huc ergo fere quadrat illud: κλαίει νικηθείς, ἢ δὲ νικήσας ἀπόλωλε. Quibus adiiciatur hoc memorabile. Burcardus ille Monachus eques (vnus ex monstrantibus viam hosti) post præclaram pugnam, hilaris inter cadauera & cruorem obequitans: Hic iam, inquit, lauamus atrox, inquit, & miserabile prælium, auditu horrendum. Euellebant sanguinolentas Heluetij ex corporibus suis sagittas: ac truncatis manibus in hostes irruebant: nec prius animam exhalabant, quam occisorem ipsi occidissent, &c. Ad extremum, non victi Suitenses: sed vinendo fatigati, inter ingentes hostium cateruas ceciderunt. Victoria lugubris, atq; cruentissima, Armeniacis fuit, &c.

Hæc, ille. Huc ergo fere quadrat illud: κλαίει νικηθείς, ἢ δὲ νικήσας ἀπόλωλε. Quibus adiiciatur hoc memorabile. Burcardus ille Monachus eques (vnus ex monstrantibus viam hosti) post præclaram pugnam, hilaris inter cadauera & cruorem obequitans: Hic iam, inquit, lauamus in rosis. Non tulit sarcasmum quidam ad mortem sauciorum Heluetiorum: sed in genua consurgens, προσπαίσας λάξ χυεῖ, lapidem proximum prehendit: atq; in faciem hostis insultantis, qui huc. culam galeæ aperuerat, summa vi coniecit. Quo iactu is exanimatus (σκιρτῶσι καλυφθείς) de equo sublatus est: ac tertio die ἄναυδος, mutus, mortuus est. Cadauer Basileam missum, vt ibi in maiorum monumentis humaretur: sed intromissum non est. Ergo, Neuuenburgi sepultum. In campo autem circa Iacobeum hospitale, duobus mensibus ante, per 30. noctes præcesserat strepitus & gemitus. Soluta est post illud prælium obsidio Tigurinæ vrbis: & sequenti anno, Armeniaci in Franciam redierunt. Edictum postea contra proceres & nobiles, quorum promotione Armeniaci aduenissent, à Basiliensibus editum est: ne quisquam eorum, si Basileam veniret, vlla in domo, quam in publica caupona, reciperetur. Vrstis.

Monachus Burcardus, ob sarcasmum interfectus.

Omen futuri prælij.

Reditus Delphini domum.

De hoc alibi sic etiam inuenio. Cæsar, etsi Armeniacos in Heluetios excitauerat: tamen cum ij loca etiam Austriaca affligerent: fœdus contra eos in comitijs Norimbergæ cum Principibus iniit: & Palatinum Ludouicum bello præfecit. In Brisgotam autem fratrem suum Albertum misit, Albertum Brandeburgensem, Iacobum Badensem & Vlricum Wirtemberg.

Eodem 1444. anno, in Wirtembergia apud Comitem Vlricum erat Georgius de Absberg eques magnus Magister curiæ. Iam dudum Wirtembergicus tractus, bipertitus erat: superior, ob der Staig. Hunc cum oppido Auraco, & Monpelgardensi comitatu, habebat Comes Ludouicus. Inferior, vnder der Staig. Hunc cum Stutgardia tenebat Vlricus.

Absberg.

Bernhardus (German. Bæer) de Rechberg eques, D. Viti F. Mindelhaimensem ditionem, post mortem Aquileiensis Patriarchæ Ludouici, de cohæredibus emit: & finem vicesimi 1462. fecit, tum ipse, tum vxor eius, Barbara Rotenburgia Tyrolensis. Ita Rechbergenses hanc ditionem obtinuere, vsq; ad annum 1487. quo emit eam D. Vlricus de Freundeberg eques, capitaneus & auctor Sueuici fœderis: qui filiam modo dicti Rechbergensis Barbarã, in matrimonio habebat. Emit ipse, & frater eius Ioannes Freundspergius, de fratrib. vxoris suæ. Ex ipso natus est Georg. Fronspergius. qui cũ 1528. in Italia obijsset, Mindelhaimũ reuectus est. Wig. Hund.

Rechberg.

Mindelhaimi venditio.

Fronsperg.

Anno eodem, die S. Valentini, nobiles viri, Ambrechtus & Wildhanso de Neuneck, ac Iohannes de Linsletten sigillis suis firmarunt literas agricolarum Durramettensium, de censibus Alperspachensi Abbati post hac persoluendis: postquam hic superiorem pagi partem emisset, cum hominibus & bonis, de nobili viro Hermanno Liechtenfelsio.

Neuneck.

Erat Rudolphus de Hohenart (al. Hohenhart) inimicus Halensibus. Hi ergo arcem eius ceperunt, ac destruxerunt. Eam cum ijs, quæ ad ipsam pertinebant, Schlatzij postea emerunt: de

Hohenart.

quibus acceperunt Halenſes, quorum adhuc eſt. Conquerente autem Marchione Alberto, de huius arcis deſtructione, vt ſuæ: & de damnis ſibi per tempora vrbici belli ab Halenſibus illatis: res interuentu auri compoſita eſt. Wideman.

Felix Malleolus. Florebat per hæc tempora Felix Malleolus (quem aliquoties citauimus in hoc opere) Decretorum Doctor, Præpoſitus Solodurenſis, & Cantor Turicenſis. Cuius extat Dialogus de nobilitate & Ruſticitate. Ibi ſic ſcribit: oppidum Vlmenſium, quondam villa, titulo proprietatis ditioni nuper vnius Abbatis ſubactum: tam ineffabili potentia, inhauribili rerum abundantia, & oppidanorum mira magnificentia, eſt. Imo Comitum & Baronum, & nobilium caſtra, caſtellata, domus & dominia, ipſis videmus potenter ſubacta. Hæc, ille. Quomodo ſe Vlma ab Abbatico diuitis Augiæ iugo liberauerit: repete ſupra lib. 4. cap. 15. Quæ & hodie potentiſſima eſt, plures comitatus poſſidens.

Vlmæ potentia.

Lympurg. Godefridus, VVirceburg. Epiſcopus. Epiſcopatus Herbipolenſis Godefrido, pincernæ Lympurgenſi, mandatus eſt: prudenter ab eo 12. ann. gubernatus. Primus inter Herbipolenſes, qui ſe in publicis literis ſcriberet Francorum Ducem: hunc titulum etiam monetis incudens. Fecit non Arrogantiæ ſtudio: ſed quid Marchio Brandenburg. Albertus, Noriberg. Burggrauius, cognomine Germanicus Achilles, eum titulum vſurpare cæpiſſet: cum quædam oppida orientalis Franciæ poſſideret. Obijt 1453. Bruſch.

Achilles Germanicus.

Murrhart. Abbas Herboldus Gutegott. Obijt hoc 1444. anno (al. 1473.) Abbas Murrhartenſis, Herboldus cognomine Gutgottus: cum prouerbium eius eſſet, Botz Gütigott. Erat illo tempore aduocatus, vel Tutor, huius Monaſterij, Wirtembergenſis comes: poſt Eberhardum, iam Vlricus, pius Dominus: ſub quo venatorũ introitus frequentior, qui antea fuerat, ceſſauit. De qua re, in hanc ſententiam à Widemanno ſcribitur. Quando venatores adhuc cum canibus Murrhartum ventebant: ipſe Stutgardiam proficiſcebatur, aliquot hominibus comitatus: ibiq; in Aula cibum capiebat. Cum hoc aliquot dies faceret: interrogatus eſt, numquid haberet referendum, ad conſilium: cauſam eius cognitum iri. Ibi reſpondit bonus pater: Botz Gütigott (pro benignum Deum) putabam ego, Murrharti eſſe monaſterium, ab Imp. Ludouico fundatum. Nunc video, eſſe ſtabulum canum. Nam Domini mei clementis ſeruuli, qui numellis caneis ductant, ipſi canes, ibi ſtabulantur. Non opus eſt amplius cantu & diapſalmate meorum Monachorum: ſatis vero ibi baubantur canes. Quamdiu hi in meo Monaſterio degent: ego hic in Aula manebo. Dominus meus poteſt me facilius paſcere, quam ego caneis eius. Tunc generoſi animi Comes, ſuaui riſu ad Abbatem, vade vero, chare prælate: auferretur hoc cacoëthos. Audiantur plura de illo.

Murrhart. Abbas Herboldus Gutegott.

Venatores & canes, Monaſterio moleſti.

Et nimij hoſpitet. Erat is, bonus & attentus adminiſtrator rei familiaris. Dabat deinde operam hoſpitibus auertendis: tum Murrharti, tum in curia Botvvarę. Ideo nullam viam circa Murrhartum muniebat. Cauſam ab aduenientibus rogatus: Botz Gütigott inquit, plures tamen diuertuntur huc, quam vellem.

Si qui manerent in cœnobio tertium diem: interrogabat eos per cubicularium ſuum: num ſcirent, cur Chriſtus non diutius, quam in tertium diem, in ſepulchro manſiſſet. Ignorare ſe reſpondentibus: cubicularius ait: Abbas dicit, Chriſtum per id tempus fuiſſe cũ patriarchis & prophetis, amicis ſuis, in propylæo inferorum: & ex eo ipſos eduxiſſe. Eo nos docere voluit: ſi quis amicum inuiſat: maneat q; cum eo tertium diem: ſatis poſſe eo interuallo noſcere, quomodo cum eo agatur: ita, vt diutius manere non ſit neceſſe. Tunc hoſpites, ſe ingratos Abbati intelligentes, conſcendebant equos, ac diſcedebant.

Chriſtus, triduum in ſepulcro.

Palliorum geſtatio. Non ſinebat idem præſul miniſtros ſuos pallia geſtare. Metuere enim ſe dicebat, ne Monaſterium ſub ijs aſportarent: id eſt ne furta ſub pallijs occultarent, ad occultandum per quam commodis.

Anſeres in agro. Quodam die Botvvaram equitans, vidit in ſuburbano Monaſterij ſui agro multos anſeres, far depaſcentes induſtrie. Tunc miſit ſunum miniſtrum in oppidum: vt cuique anſeri ligneum vaſculum emeret: & in agro poneret cum aqua. Poſſe nanque fieri, vt anſeres ſiti laborarent: oppidanique dicerent, anſeres ſuos mortem inueniſſe, comedendo in agro cœnobij farraceo: ideoque ſatisfactionem pro eis poſtularent. Tum ingreſſus oppidum, præfectum huius inuitauit ad prandium: de anſeribus narrauit. Se intelligere, ſibi benigne fieri à Botvvarenſibus: qui ſuos anſeres, in ipſius fruges mitterent: vt ita ipſe mercedi, quæ aliter meſſoribus danda eſſet, parceret. Si hoc inpoſterum etiam ſibi à ciuibus expectandum eſſet: ſe egros ibi ſuos nec culturum, nec ſeminaturum. Sic nec eam mercedem perituram. Præfectus ſtatim miſit, qui explora-

explorarent, ad quos pertinerent illi anseres. Qui cogniti, coacti sunt Abbati pro farre & vasculis probe satisfacere.

Sic bonum patrem familias agendo, quosdam aulicos offendit. Itaq; in locum eius suffectus est Wilhelmus Egenus (ali. Ioannes Schradinus) ipsis commodior existimatus: Gutigotto dicente: PRODEAT, si audet, vllus, qui possit dicere: Abbatem Herboldum (se innuens) S. Iuuarium (Murrharti patronum) vnquam vel vno obolo oppignerasse. Conscientiæ fiducia.

Vnum aliquid adhuc de hoc viro commemorabo. Solet apud pontificios simulachrum Christi, quod Feria sexta magna (τῇ μεγάλῃ ἕκτῃ) in sepulcro positum fuerat, inde leuari aliquot cum psalmis & precationibus: populo interim extra fanum expectante. Adhibitæ sunt quoq; variæ ceremoniæ in primarijs Ecclesijs. Vt, pueri duo, ritu Angelorum vestiti: pueri instar trium Mariarum: ob historiam videlicet Euangelicam comice repræsentandam. Ex Psalmo item aduncum, de liberatione Patriarcharum ex vestibulo orci: Attollite, Principes, portas vestras, vt introeat Rex Gloriæ. Christi simulacrum, in sepulcro.

Erat itaq; Herboldus Abbas, miro amore affectus leuandi Christum è sepulchro. Eam ob rem aliquando intrauit Templum: vno tantum comitatus Monarcho, vnoq; nouitio. Ibi genibus ante sepulchrum innitens: Psalmos & preces visitatas recitauit: manus in sepulchrum immisit: sed corpus non reperit. Nam iuniores id Monachi remouerant. Territus igitur, ex vicina in monte, iuxta VValtherichense cœnobium, Ecclesia, Christum è sepulchro per Monachum asportari iubet: Ipse interea in genibus perseuerans. Interim ille, qui abstulerat, Christum clam retulit, & in altari statuit. Venit & alterius Ecclesiæ simulacrum: id Abbas in sepulchro ponit solitis ceremoniis leuat. Cum autem ad altare ferret: videt alterum Christi signum. Dicebant hunc Monachi: id ipso prudentius esse: sua sponte, non expectato ipsius aduentu, resurrexisse. Non debere ei rem cum huiusmodi rusticis Dijs esse. Ædituo & puerulis conuenire talia ludicra. Abbas, omnia munda mundis, inquit. Facio bona intentione. Non refero cogitationem meam ad simulacrum hoc: sed ad illum, qui per id significatur. At sic etiam Exod. 32. Israelite aureum vitulum faciebant bona intentione: nec cogitationem ad hoc signum referebant: sed ad Deum, quem per vitulum innuebant. Dicebant enim: Isti sunt dy tui Israel, qui te eduxerunt è terra Ægypti. At Deut. 12. Non facies quod tibi rectum videtur. Et Matth. 15. frustra colitur Deus præceptis hominum. Deut. denique 6. custodi præcepta Domini DEI tui: nec ibis ad Deos alienos. Bona intentio. Cultus imaginis.

Viuebat Halæ, nobilis fœmina, Catharina Senfftina.

Impressi sunt hoc, 1444. anno sermones quidam super Epistolas Dominicales: extantes hic Tybingæ in Stipendij Martiniani Bibliotheca. Ars enim Typographica, nuper inuenta, procedebat. Tybingæ, Typographia.

Obijt 1444 anno, eques Eberhardus, de Landau, Conradi 1436 mortui frater, die Veneris ante S. Margaretæ. Sepultus in S. crucis valle, in peristilio, sub lapide, scutum inuersum Landauense habente: quod arcem & comitatum vendidisset, propter Barbaræ vxoris profusiones, 1437. quæ postea nupsit Conrado à Reischach in Richenstain: & familiam hanc hactenus propagauit. Landau.

Eodem anno nati sunt Augustæ homines 1474. mortui, 1173. matrimonio coniuncti 884. Augustæ πολυανθρωπία.

Erat Patauiæ Decanus Burcardus Cancer, ex op. Herrenberga Wirtembergico, vir doctus. Stipendium Sueuorum, Viennæ.

Præcedente anno Ioannes Huniades Regius gubernator Vngariæ, Matthiæ (postea Regis) pater, insigni clade Turcas affecerat: & ad pacis conditiones coegerat. Præsenti vero anno, cum Polonię Regem Vladislaum sibi quoq; Regem Vngari præfecissent: Iulianus Cardinalis, qui antea concilijs interfuerat, spe magna victoriæ concepta, per duorum Regnorum dominum Vladislaum hominem iuuenem, rescidit pactam cum Turcis pacem: tamquam non consensu Pontificis Max. factam. Disuaserat id Huniades, sed frustra. Descensum est validorum exercitu Varnam vsq; ad littus Euxini Ponti oppidum. Non potuit Regi subsidio venire Scanderbegus: quoniam impediebat eum Seruiæ Despota, Georgius Vuchouichius: cuius filiam Catagusinã habebat Turca Amurates: vt scribit lib. 2. Barletius. Commissum est prælium apud Varnam pridie D. Martini, vel ipso die Martini (al. 10. Nouemb.) sumpto animorum ardore. Turcas Rex Amurates eo fortiores effecerat: quod se habere bonam causam, alteros esse periuros, dixerat. Superati sunt tandem magna clade Christiani: Rex Vladislaus, multique proceres, occisi: Iulianus, inter fugiendum interfectus. Ita malum consilium consultori fuit pessimum. Fuga euasit Iul. Cardinalis. Varnensis à Turcis clades.

euasit Huniades. Legatur Syluij Epistola 52. Atq; 81. Et Phil. Callimachus de pugna Varn. lib. 2. Hæ iam sunt duæ grauissimæ, à Turcis illatæ, plagæ: Nicopolitana, 1395. & Varnensis, 1444. anno. Inde Græcis, & nobis, semper grauior incubuit Barbarus.

VLRICI, COM. VVIRTEMBERGICI, NVPTIÆ. EBERHARDI BARbati, Ducis I. VVirtemberg. natiuitas, & baptizatio. Sultzense bellum. Bellum in Turgouia. Oppidi Meckmylæ emptio. Pœna cuiusdam stellionis. Zigynorum peregrinatio. Imp. Constantinopoli VIII. CONSTANTINVS VLTIMVS.

CAPVT V.

VVirtemberg. Vlrici cum Bauara Elisabeta nuptiæ.

ANNO 1445. *Henrici Bauari filia, sponsa, Augustam venit, die Dominico ante Purificationem Mariæ, cum nobili Gynæceo, Stutgardiam petitura. Nubebat comiti* Wirtembergico *Vlrico fratri comitis Ludouici, qui Palatinam habebat. Nuptiæ sunt celebratæ Bacchanalibus Dominorum, vt vocant. Ipsa secum habebat 7. equites auratos. 7. rhedas cum matronis & virginibus. 7.* κατασύρας ἁμάξας (Kammerwägen) *omnino ad 200. equos cum curribus. Nuptijs interfuit Cæsaris frater Albertus, & Marchio Brandenburg. Albertus: multi generosi comites, strenui equites, & fœminæ ornatissimæ nobiles. In hanc sententiam, Chron. August. Etsi Rxnerus supra ad annum 1436. reposuit: cui non vbig, confiditur. Quis enim homini sæpe vano confidat? Siquidem Vlricus Comes* Wirtemberg. *(teste Gabelc.) anno demum 1440 primas celebrauit nuptias cum Margarita Cliuensi, Wilhelmi Bauariæ Ducis F. Quæ cum 1444. obijsset: secundas hoc 1445. cum Elisabeta Bauara peregit.*

Eberhardi Barbati natiuitas. Ioan. Spenlin.

Eodem 1445. anno, die 11. Decemb. nascitur Eberhardus (postea primus Dux Wirtembergensis, cognomento Barbatus) ex comite Ludouico, & Mechtilde Palatina Rheni. Rem omnem IOANNES SPENLINVS, *præpositus Herrenbergensis, populari lingua describit. Cuius verba cur ego non recenseam? Quæ quis non libenter cognoscat: qui fructum aliquem ex illustri Tybingensi Academia cepit? Hanc enim ille præclarus Princeps condidit: de qua, & deipso, suis annis multa à nobis, Deo volente, commemorabuntur. Sic ergo* SPENLINVS *scribit:*

Eberhardi mater Mechtildis.

Mein gnedige Fürstin vnd Fraw/ Fraw Mechtild/ Gräfin zu Wirtemberg/ &c. geborne Pfaltzgräfin/ ist eins Sohns genesen/ genant Graff Eberhart (der älter) auff Sambstag den xj. Tag Decemb. in anno 1445. Als nun hochermelte Fraw Mechtild diesen Sohn geborē: Da war mein Gnediger Herr Graff Ludwig zu Würtemberg/ nit inheims: sonder zu Herrenberg. Vnnd ward zu jhrer Gnaden geschickt/ meiner gnedigen Frauwen

Nuntij natiuitatis.

Knecht/ Hans Schneider/ das Bottenbrot zubringen. Schanckt jhm mein gnediger Herr zu Bottenlohn 15. fl. Dieser Knecht war von meinem G. Herren/ zu seinem Bruder Graff Vlrichen zu Wirtemberg/ &c. Vnd zu Fraw Elisabet von Baiern/ seinem Ehelichen Gemahelen/ gen Stutgarten geschickt: jhnen das Bottenbrod zubringen. Die schancketen dem Hans Schneider 6. fl.

Item Steffan von Leinstetten/ ward zu meinem Gnädigen Herren Pfaltzgraff Ludwigen zu Haidelberg/ vnd seiner Gnaden ehelichen Gemaheln/ Margreta Hertzogin von Saphoi/ &c. das Bottenbrot zubringen/ geschickt. Die haben jhm geschencket 8. fl.

Nachgeschriebne Personen seien zu Gevatter gewonnen worden.

Susceptores ex Baptismo.

Conrad Franck ward geschickt zu dem Bischoff Hainrich von Costentz. Demward geschrieben/ daß er Gevatter werden solt. Schanckt jhm 2. fl.

Item/ derselbig Conrad/ ritt auff demselbigen Weg gen Summeringen. Schanckt jm mein gnädige Frawvon Werdenberg 4. fl.

Item/ es ward dem Abt von Maulbrun geschrieben/ daß er auch Gevatter werden solt. Den Brieff bracht jm Jacob Marstaller. Schanckt jm 3. fl.

Item/ der Trippotremlin ward geschickt zu Herr Beeren Weib von Rechberg/ daß sie auch Gevatter würde. Die schanckt jm 20. Groschen.

Diese obgeschriebene Personen/ so zu Gevatter gewunnen/ seyen gen Vrach kommen/ auff Freytag nach *Luciæ*.

Nachfolgende Personen sind zu der Tauff beschrieben worden.

Ad Baptismum inuitati.

Der Abt von Bebenhusen. Bracht jhm meiner gnädigen Frawen Hofmaisters Knecht den Briff. Schanckt jhm der Abt 2. fl.

Der Probst von Herrēberg. Den Brieff bracht jm Hans Schneider/ schanckt jm 1. fl.

Item/

Item/der Prost von Sindelfingen/den Brieff bracht jhm auch Hans Schneider. Schanckt jhm der Prost 1. fl vnd die Stifftherren/auch 1. fl. Ward nun Graff Eberhart getaufft vber 8. Tag/nach dem er geboren ward. Das war auff Sambstag/ den 18. Decembris. Magister aber Hans Sperlin tauffet den Herren: vnd ward genant Eberhart. Das war darnach der älter Eberhart. Der Tauffstain aber war vberzogen mit einem schneeweissen leinen Tuch: vnd das Kind mit grossen Ehren/vnd gantz löblich/ zu Vrach herab auß meiner gnedigen Frawen Gemach getragen/von der vorgenanten Frawen von Rechberg/in einem Küssin: welches vberzogen war mit einẽ köstlichẽ gemussirtẽ schwargen Sammat/mit vier gülden Knöppfen. Vnd war das Küssen zusammen geknüpfft mit einem gülden Gürtel: vnd vber das Küssen gedeckt ein weiß seiden Tuch. Vnd es fürten die Frawen/die das Kind trug/beyde Hoffmaister: Albrecht Spät/Landhoffmeister: vnd Gotfried von Zimmern/Freyherr. Burckart Bondorff von Wüttingen/trug jr die Häß nach. Item hieunden vor dem Gemach stunden/ Krafft von Liechteneck Haußhoffmaister/mit vielen vom Adel/vnd vnedlen Personen. Het jeglicher ein Kertzen in der Hand. Vnd waren an der zahl 44. Kertzen. Item/der Bischoff von Costentz/vñ die vorgeschriebene Prelaten warteten in der Kirchen. Vnd da der junge Herr herab getragẽ ward: giengen sie jm in der Proceß entgegen in das Schloß/ für das Gemach. Mein gnädiger Herr Graff Ludwig/ blib in seinem Gemach. Der Bischoff mit den Prelaten/ giengen dem jungen Herren nach/biß in die Kirchen. *Baptizatio.* ἐλκιπιστλίας βάσαξις. *Epulum.*

Als man den jungen Herren in die Kirch bracht: giengen die Diener mit den Kertzen halb in die Kirchen: die andern blieben daruor haussen. Item/da er getaufft war worden: leutet man zu der Mäß. Da gieng der Bischoff mit den Prelaten wider in das Schloß: holten mein G. H. Graff Ludwigen in die Kirchen. Da die Mäß auß war: zog man in das Schloß/ Da wurden die Herren vnd Prelaten zu Tisch gesetzt/vnd wards jnen köstlich vnd wol gebotten.

Hæc Spenlinus: quæ mihi non iniucunda lectu videntur. Syrmatis autem fœminei, portatio, mos vetustus Persicus est. Hesthereæ enim Iudeæ, persarum Regi Assuero nuptæ, regalis & splendidissimus vestitus, à pedissequa ponè sequente, eleuatus ac portatus fuit. ἀπομένη ἀπὸ τῆς παστάδος τὸ σαβὶ τῶ ὑπὲρ αὐτῶν καὶ μέχρι τῶν γονάτων κατωφερὲς ἄκρως ἀπῆρτο τοῖς ὀπισθίοις. Ioseph. lib. 11. Archæol. cap. 6. Spectaculum pauonium, & pulcherrimum: sed non ita amplius visitatum.

Hoc tempore Ioannes Rechbergius, ab Ioanne Geroltzeccio conductus, multum nocebat Imperialibus ciuitatibus ex oppido Sultza: præsertim quod Rot vvilensibus vetus oppidum exussit, & pecus abegit. Rot vvilenses Sultzam, per fornicem per quem fluuius in oppidum fluit, inuadentes, occuparunt: sed euaserunt Ioannes ambo. Verum Geroltzeccenses Domini, posterius nobilitatis auxilio, & societate clypei S. Georgij, recuperarunt vi. Obijt Ioannes de Geroltzeck 1451. in arce Sultzæ vicina Albeck. Repetebant ergo fratres & cognati, à vidua Anna Zimmerensi ditionem. Quæ recusante: Domines Virtembergenses asciuerunt. Qui obsederunt arcem: & secuta est transactio. Postea 1480. Eberhardus Barbatus (de quo modo nato diximus) Ioanne capto, arce Sultzam potitus est. Duce post hæc Vlrico 1519. expulso: Gangolfius Geroltzeccius & Sultzensis, ditionem recepit. Sultza vero Nicri, hodie VVirtembergensium est. Vide supra 1423. anno. *Sultza.*

Duces Cæsaris Friderici, nocere comitatui Tockenburgensi hoc 1445. anno conantes in Turgæa (Comes Iacobus Lytzelsteinius, Ludouicus Helffensteinius Comes, & Ioannes Rechbergius) cladem acceperunt ad Kirckbergam, a Petermanno Raronio, & ab indigenis. Trumpf. libr. 5. cap. 20. & 21. Auctor Rauensburg. Annal. ait: pugnam esse factam ad Wolfhaldam: in qua 18. viri de Langen Argaeciderint, & alij multi.

Palatinus Ludouicus oppidum Meckmylam emit 26. millibus fl. de comitibus Hohenlohensibus, feudum Wirtzburgense. Postea Dux Wirtembergensis Vlricus, in Bauarico illud bello cepit: quod adhuc Wirtembergensium est. Munst. lib. 3. cap. 359. *Meckmyla.*

Die Lunæ ante Pentecostes huius anni, Henricus Wolflinus, Hornbergensis præfectus, decimas quasdam Brandeccias, quas Alperspachensi cœnobio impederat liberas permittit, literis de veritate edoctus: quod etiam nobilis vir, Egenolphus Flieherus, ante plures annos inde permisisset. *Hornberg.*

Eodem 1445. anno. Mechtildis Hæninina Lustnouiensis, consentiente viro suo Auberlino Luzio,

Lustnouia. no Lutzio, Sanctis, & eorum præfectis, Lustnoiæ, quædã vendidit. Signator literarum, der from

Ostertag Lustnouius. vest Ostertag von Lustnow/ jr lieber Juncker.

Herter Iacobus. Wir Jacob Herter/ Anna von Stetten/ sein eheliche Haußfraw/ selbstschuldner vnd Conrad von Wittingen/ Ritter/ Mitschuldner/ verjehen offentlich/ &c. dem wolgebornen Herrn/ Grauen Johansen von Sultz/ Hoffricheer/ &c. Zinstag nach S. Georgen tag.

Eodem anno, nebulo quidam, pro comite generoso se venditans, hinc inde multos decepit.

Impostor, punitus. Hic, cum Noribergæ fictitijs syngraphis, ingens, ciuium aliquot Augustanorum nomine, æs alienum contraxisset: ab Augustanis exploratus est: & Tubingæ in carcerem perductus: Octobrimense, iussu Wirtembergici Comitis, propter malos dolos capite plexus. Achil. & Hemmingus. Nuper Stutgardiæ quoque captus fuit quidam Augustanus: qui ingenio, linguarum cognitione, arte pingendi, mirabilis, in familiæ cuiusdam illustris nomen inuaserat, & caupones pecunijs debitis fraudauerat. Dimissus tamen rursus est clementer. Collocet quisq; sua dona, quæ à Deo habet, recte: non ad fraudem aliorum. ὐκ ἀρετᾶ κακὰ ἔργα.

Vlmæ 1445. obijt Ludouicus Rhot, Leonis Rhoti F. Itẽ, Ioannes Austrius Cos. Septemb. 13.

Waltheri II. (sup. 1376.) & Alberti (1447. mortui) frater. Filij eius.

1. Georgius, Doctor.

2. Vlricus II. Austrius. Obijt 1478. Febr. 27. Sepultus in Crypta sub S. Trinitatis capella. Vxor Dorothea Rosheuptina, eiusdem anni 30. Iul. defuncta. — Vlricus III. Austrius. Obijt 1506. Ianuar. 1. — Lucas. Vide infra 1529. Vlricus. IIII. Anna, 1499. cælebs mortua.

3. Ioannes. Obijt 1480. die 4. April. Vxorem habuit Annam Lainam: quæ obijt 1487. Nouemb. 9. — Walther V. Austrius. Vide 1505.

4. Franciscus, qui 1502. Iul. 26. obijt. Filium habuit Sebaldum Austrium: qui mortuus est 1558. April. 17. sepultus in Omn. Sanctorum Cœmeterio, in sepulcreto Ehingerorum. Et fuit vxor, Apolonia Stamlerina.

Stainbachi in cœnobiolo sub Eichelstato ad Myblingam, secus arcem Fyrstenoiam, ad Comites Erpachenses pertinentem Epitaphium.

Panuel Aegyptius. Als man zahlt nach Christus vnsers seligmachers Geburt 1445. auff S. Sebastians Abend/ ist gestorben der Hochgeborn Herr/ Herr PANVEL/ Hertzog in klain Aegypten/ vnd Herr zum Hirschhorn desselben Lands.

Cuius insignia: in Campo, dimidiata aquila cum corona in capite: Super galea, corona: in qua, ceruinum cornu, erectum. Er wird ein Zigeuner gewest seyn. Hedio nam̃q; Paraleip. Vrsperg. scribit. Gentes, plebeij siue nobiles, ex Ægypto minori repulsi, 1418. in terram nostram applicant: Zygeuner. laborioſi, Mauri fusci squalidi, deformes, vtriusq; sexus, pusilli cum maioribus: cũ equis, mulis, asinis, extra muros per campos diuersando: furantes & rapientes, quicquid mobile reperirent. Et Vrstisius eos ait primum venisse Basileã 1422. habentes Ducem, nomine, Hertzog Michael von Aegypten: instructos literis securitatis à Papa & Cæsare. Dixisse, se cogi exulare: quod olim Iosepho, & S. virgini Mariæ, ac puero Iesu, Herodem in Aegyptũ fugientibus, hospitium negasset. Ita alij se multi improbi homines adiunxerunt. Multa ab eis furta & rapinæ, multæ impostura, per chiromantiam, & ridiculas nummi causa vaticinationes, profecta.

Frigore periere vites in Sueuia, die veneris post ascens. Domini.

Huniades. In Vngaria Ioannes Huniades, Dracolem (à quo captus fuerat, fugiens è Varnensi clade) & filium, bello vlciscens, captos decollauit.

Constantinus Paloal. in Oriente Imper. vltimus. In Oriente, cæpit octauus & Vltimus rei christianæ præesse Imp Cæs. CONSTANTINVS PALæologus, P. F. Aug. præfuit an. 7. circiter Iosepho Florentiæ mortuo, substitutus erat Patriarcha Gregorius: quem cum latinis sentientem Constantinus pepulit.

CÆS. FRIDERICI BELLVM CVM HELVETIIS. BELLVM CIVITAtum cum quibusdam nobilibus. Spoliatio legatorũ concilij Basilienſis. Kirchbachensis parthenonis paupertas. Canonizatio cuiusdam Nicolai. Belli inter Tigurinos & Heluetios transactio. Comitis Ludouici VVirtembergici felicitas. Natiuitas iunioris Eberhardi. Nobiles, Herterи & Münkij.

CAPVT VI.

ANNO 1446. Cæsar Heluetijs bellum indixit: sed, quia res non ad Imperium, verum ad Austriacam domum, attinebat, auxilium à ciuitatibus Imperij non accepit: ipſe mandauerat

mandauerat id fieri: principibus quidem, sub pœna amissionis feudorum. Venerunt ad expeditionem Marchiones, Brandenburgenſis, Badenſis, Rhœtelanus. Præterea, Comes VVirtemberg. Vlricus, tres Comites Oetingenſes, Comes Helffenſtainius, alijque multi proceres, Sueuiæ quidem totius. Heluetij Rhinfeldam Auſtrijs eripuerunt. Poſtea (an dem weiſſen Sontag) in pago Ragatzio, nobilitatem ſecurè agentem percuſſerunt: occiſo Paulo à Stain, & quodam Elhofio. Tranſactum tamen eſt ad Pentecoſten. Rurſus, de bello Heluetico. *Cæſaris Frid. bellum Heluetium.*

Bellum & vaſtationes inter Baſilienſes ſociosq́, atq́ Auſtriacam domum (inquit Vrſtiſius) diu duraſſent: donec tandem Conſtantiæ res compoſitæ ſunt: agente & præſente Electore Palatino Ludouico: præſentibus inter multos Dominos & equites, Comite Hohenlohenſi Comite, VVilhelmo VVerthaimio Comite, Marchione Badenſi, Comite VVirtembergenſi: ac legatis ciuitatum, Noribergæ, Auguſtæ Vlmæ, Argentorati. Sic & inter Tigurinos Heluetioſq́, de pace actum, controuerſijs in iure diſceptandis. Actum Feriâ 5. poſt Pentecoſtes.

Cum bellum diuturnius eſſet in Sueuia inter Halenſes, aliasq́ ciuitates, & inter Conradum Bembergium ac ſocios, propter ſupplicio Halæ affectos: ac ſæpe compoſitio fruſtrà tentata fuiſſet: tandem pacificus Princeps, D. Gottefridus Baro Lympurgicus, Epiſcopatum VVirceburgenſem gerens: auxilio Noribergenſium & Rotenburgenſium, magno labore inter partes tranſegit Herbipoli: venditione etiam arcis Hohenhartæ, inter Halenſes, ac tres Bebenbergios fratres, ſecutæ. *Pax Halenſium cum Bembergio.*

Eodem anno Vlmenſes, Rotenburgenſes, Nærdlingenſes, Dinckelſbuhelenſes, & Halenſes, arcem Bauaricam Flygelsbergam, quæ D. Erhardi Mureri equitis fuit, ceperunt: & exuſſerunt. Is enim hoſtibus ciuitatum ſe adiutorem præbuerat cum alijs: quando Eibergenſis cum 700. equitibus, in pratum Nærdlingenſium incurſionem fecit. Rotenburg. Chron. *Flygelsberga arx.*

In magno Chriſtianorum diſſidio: alteris Rom. Pontifici, alteris Baſilienſi Pontifici, adhærentibus: comitia Cæſar eam ob cauſam Francofordiæ habebat. Ad quæ vtrius que partis legati venerunt: Baſilienſi Concilio, ſe de Eugenio ſede moto, paratum eſſe rationes reddere, oſtendente. Cum autem concilij legati, die Sabbati poſt S. Galli venirent Benfeldum verſus, oppidum Alſatiæ ſupra Argentinam: intercepti ſunt à Comitibus, Ioanne Eberſtainio, & VVilhelmo Lyzelſteinio, multos equites habentibus: ac ſpoliati ſunt omnibus ſuis bonis, multis millibus Aureorum. Cardinalis, qui legatorum primus erat, quia tardius ſecutus fuit, euaſit. Fuerat is Concilij Baſil. præſes. Itaque exiſtimatur, ei ab Eugenio hic ludus conflatus. Malleol. & Vrſtiſ. *Comitia Francofordiæ. Legati Concilij Baſilienſis ſpoliati.*

Ludouicus, miſeratione diuina & ſanctæ Cæciliæ Romanæ Eccleſiæ presbyter Cardinalis, Arelatenſis vulgariter nũcupatus: à ſacroſancta generali ſynodo Baſilienſi, in ſpiritu S. legitimè congregata, vniuerſalem Eccleſiam repræſentante, legatus de latere, ad Germaniæ partes deputatus, dilectis nobis in Chriſto Abbati Monaſterij in Bebenhuſen, ac præpoſito Eccleſiæ S. Crucis in Stutgardia, Conſtantienſis dioceſis, ſalutem in Domino ſempiternam. Deſiderantes, Eccleſiarum & Monaſteriorum omnium ſtatus, in proſperitatem ſucceſſibus dirigi, &c. libenter promouemus. Sanè pro parte dilectarum nobis in Chriſto, Abbatiſſæ & cõuentus Monaſterij in Kirchbach Giſtert. ordinis, Spirenſis dioceſis, nobis nuper exhibita petitio cõtinebat: quòd pridẽ dilectus nobis in Chriſto nobilis vir, Ludouicus Comes de VVirtemberg: conſiderans, præfatum Monaſterium ad tantam inopiam peruenisse: quòd in eo perſonæ, diuinis obſequijs deputatæ, conuenienter ſuſtentari non valerent: propterea motus pietate, eis hæc & hæc donauit, in earum releuaminis auxilium, &c. Mandamus ergo vobis, vt nos certius de his rebus informetis, &c. Datum Francofordiæ Kal. Octob. 1446. *Bebenhuſanus. Kirchbach.*

Mulier quædam Ællin Ruſina Hobemeſſingenſis, ibi parum quid ordinauerat in anniuerſariam animæ ſuæ curam, presbytero eius loci, ex agro quodam Alperſbachenſis cœnobij proprio: neſcio Abbate Petro, & fratribus. Ideo eam ordinationem, quamuis in librum animarum non inſcriptam, miſsis Andrea Neuneccio conuentuali, & ſcriba VVolpoldo, apud Hobemeſſingenſem Scultetum irritam fecerunt: ſignante nobili viro Ioanne Hackio de Harthuſa, milleſimo, quadrageſimo, quadrageſimo ſexto anno. *Hobemeſſingenſis Ællina.*

Controuerſiam quandam de penſione & bonis quibusdam, natam inter Alperſpach. Abbatem Haggum & conuentum, & inter Scultetum & Iudices Dornhainenſes, amicè tranſegerunt delecti arbitri: inter quos vnus præfectus Hornbergenſis, Hanricus VVolfflinus. *Alperſpach.*

Cæſar Fridericus Feria ſexta, ante Dominicam Iudica, milleſimo, quadrageſimo, quadrageſimo ſexto anno, Kynigsbrunnenſi Monaſterio priuilegium dedit: vt ex vico VVeſthaim *VVeſthaim.*

liceat deligere Iudices rei capitalis, ad iudicium Stainhaimense, deficientibus ibi hominibus prudentiâ iudicandi præditis. Confirmauit illud postea 1522. Norimbergæ Carolus V. Decemb. 12.

Tybingæ facta est reformatio Monachorum nudipedum. Herrenbergæ, incendium magnum. Frigore lasæ sunt vites in Sueuia, mense Aprili.

Kilberg. Hirsau. Controuersiæ erant inter pagos Tybingæ vicinos, Kilpergam & Hirsouiam, de limitibus agrorum, interfluente Nicro: sicut cognouerat Rudolphus ab Ehingen: quando, mortuâ sua matre, Kilpergam venerat. Erat arbiter in eo negotio (ein gemein Mann) Iacobus Herter ab Hertneck inter Rudolphum & Kilpergenses, atque inter Hirsouienses. Adiuncti erant (Susatis) Rudolpho & Kilpergensibus, Ostertagius de Lustnow, & Conradus Breuningus Tubingenses. Adiuncti verò Hirsnouiensibus, Nicolaus Kridenwis Esslingensis, & Paulus Hurbler Vilensis. Rudolfianorum Aduocatus, Vvernherus Lutzius Tubingensis: Hirsouiorum verò, Eberhardus Bæchtenus Reutlingensis. Deducta res est ad iudicium magnorum Decempedatorum, deß grossen Vntergangs.

S. Nicolaus, Canonizatus. Pont. Eugenius, Romæ in numerum diuorum retulit Kal. Febru. quendam Nicolaum (ex castro S. Angeli, intra Firmanam diœcesin, ortum honestibus parentibus: ordinis fratrum Eremitanorum Aur. Augustini Monachum) propter eius humilitatem, ieiunia, vigilias, orationes, obedientiam, patientiam, castitatem, & miracula. Vt, quòd quædam mulier, fluxu sanguinis per triennium laborans, manum eius deuotè osculata, precesque ad Dominum ab eo precata, sanata abijt: cùm is eam signo crucis notauisset. Vt, quòd quidam, domi suæ inuentus suspensus & mortuus: precibus & voto, per vxorem eius ad B. Nicolaum, iam mortuum, emissis, restitutus est vitæ. Memoriam itaque eius celebrandam mandauit Dominus Papa, 4. idus Septemb. quo is mortuus esset: vt eius scilicet intercessione, & hic à noxijs homines protegerentur: & in futurum sempiterna consequerentur præmia. Multas denique indulgentias ab iniunctis pœnitentijs, ipsum venerantibus donauit. Sententia hæc est prolixi diplomatis, quod perlegimus. Disquiro iam ego, ex quo verbo Dei: & quando finis creandi Diuos intercessoresque, sit futurus. Vnus mediator, 1. Tim. 2.

Nicolaus 5. P. Anno millesimo, quadringentesimo, quadragesimo septimo, Nicolaus V. Papa fit (Eugenio defuncto) qui laudatur à fauore erga viros doctos: à studijs literarum egregiè excitatis: à Bibliothecæ Vaticanæ institutione.

Tigurini cum Heluetijs belli transactio. Per Argouium Petrum. Bellum quod iam aliquot annos inter Tigurinos & Heluetios duranerat: multis hinc inde cladibus illatis: compositum tandem est à Petro de Argouw, Consule Augustano: de quo superius diximus. Vsus autem est eam ad rem consilio Vlmensium, & aliarum ciuitatum. Eum sibi arbitrum legerant ambæ partes. Verùm enimuerò non recepit is munus hoc: priusquam et scriptis & iuramentis promitterent, se eius sententia staturos. Pronunciauit igitur, Tigurinos debere ad Helueticum fœdus redire, abrogato fœdere Austriaco: atque vtrique parti suam tacturam esse ferendam. Copiosè de his rebus, Stumpf. lib. 13. cap. 13 & 14.

Blabyra, ad VVirtembergenses. Hoc anno, vt inuenio, VVirtemberg. Comes Ludouicus, oppidum emit & Monasterium Blabyrense ab Helffenstainensibus.

CONSILIARII, ET MINISTRI, AB HOC Heroë 1447. recepti.

Consiliarij C. VVirtemberg. Ludouici. D. Georgius, Abbas Salomonis Villæ. Ioannes, Comes VVerdenbergius, dominus Hailingebergæ. Eberhardus, Comes VVerdenbergius. Henricus, Comes Iengensis, Comes Nellenburgius, Landgrauius Hegouiensis & Madachensis. Vvernherus Zimmerensis, Baro Meßkirchensis. Burcardus de Randeck, Canonicus Constantiensis. VVilhelmus de Grynenberg. Eberhardus Truckſæßius in VValdpurg. Conradus de Schellenberg. Ioannes de Klingenberg. Burcardus de Homburg. Henricus de Randegg. Berchtoldus de Schellenberg. Turingus de Halvviler, senior. Ioannes de Bodman, senior. Friſchansus de Bodman. Conradus de Fridingen. VVolfius de Iungingen. Burcardus de Iungingen. Rodolphus de Randegg. VVilhelmus de Homburg. Conradus de Homburg. Henricus de Klingenberg. Iacobus de Fridingen. VVolfius de Hagelbach. Vt fideles Domino Comiti essent, sicuti cateri eius Ministri, vt ipsi, & sui, ius acciperent ac redderent, &c. erga Principes ac Proceres, atque ciuitates: cum quibus ipse Comes amicitiam coleret.

AD

AD CALVENSES.

Ludwig/Graffe zu Wirtemberg/ vnd zu Mumpelgart/ ꝛc. Vnsern gruß zuuor. Liebe getrewe/Schultheiß vnd Richter/ vnd alle Bürger gemeinglich der Statt Calw: Wir bitten euch freundtlich mit ernſt/ vnſer Mitſchuldner zu werden/ ꝛc. *Datum* 1447. *Veneris, pridie purificationis Mariæ.*

Natus eſt 1447. *Vlrico VVirtembergico Comiti, ex vxore Eliſabeta Bauara, Eberhardus iunior, poſt ſeniorem poſtea ſecundus Dux VVirtembergicus.* *Eberhardi iunioris natiuitas.*

Bitſchum, arx & oppidum, ab Eberſtainio Comite noctu inuaſum & captum eſt: Friderico Comite, nudo euadente cum ſeruo, die Sabbati poſt Dominicam Lætare. Palatinus verò, ab eo implorato, illud recuperauit. Chron. Argent. *Bitſch.*

Wir Graffe Johanns von Sultz/ Hoffrichter von deß aller Durchleuchtigſten Fürſten vnd Herren/ Herrn Friderichs Römiſchen Königs/ zu allen zeiten Mehrern deß Reichs: Hertzogen zu Oſterreich/ zu Steuwr/ zu Kernden/ vnnd zu Krain/ Graffen zu Tyrol/ ꝛc. vnſers aller gnädigſten Herren/ Gewalt/ an ſeiner Statt/ auff ſeinem Hoffe zu Rotwil: bekennen öffentlich/ ꝛc. *Litem diremit, quæ erat inter Iacobum Herterum de Hertneck, Ioannis Herteri de Tußlingen filium: & inter matronam Bridam de Kaltenthal, Georgij Herteri de Hertneck viduam, habentem filium Ioannem de Hertneck. Vendiderat ipſa caſtellum Hertneck, Othoni de Baldegg ſeniori, vt ſuum proprium, nec poſſe aliquem id ad ſe reuocare. Quod ipſa etiam iureiurando obtinuit. Die Dominica inuocauit.* *Herterorum lis, dirempta.*

Viuebant Halæ Sueuicæ, Conradus, Michaël & Burcardus, Senfftij: atque eorum ſorores, Catharina & Dorothea. *Senfftij.*

MVNCKII HALAE SEPVLTI IN SAMMICHAELIO.

Anno Domini M. CCCC. vnnd *XLVII.* Jar/ am Donnerſtag vor S. Vrbans Tag/ da iſt geſtorben der Erbar vnd Veſt Rudolph von Müncken/ der jünger. *Munckij Halenſes.*

Anno Domini 1467. am Donnerſtag vor S. Engenten/ da iſt geſtorben der Erbar Veſt Egen von Müncken/ zu Rom: als er war auff der Walfart zu dem heiligen Grab/ gen Jeruſalem.

Anno 1483. *Sabbato ante Martini, obijt Andreas de Muncken.*

A. 1505. *pridie corporis Chriſti, Vlricus à Muncken.*

Hoc 1447. *anno, & meſſi & vindemiæ perniciem attulit frigus, famemq; toti Germaniæ. Inter Caluam & Zauelſtainum, 1594. Octob. 3. inter arbuſta, in agro Schnappenrad, ad viam publicam, in aceruo lapidum videbamus (ego, & Magiſtri, Mich. Mæſtlinus, Henricusq; VVelſingus, & Exarchigrammateus Caluæ Leonhardus Speidel) crucem ſaxeam erectam: in qua colus excisa eſt, cum his verbis: ANNO DOMINI M. CCCC. XLVII. Dicebat nobis caupo balnei Tainachenſis, vir ſeptuagenarius: ſe olim ex viro amplius centenario audiuiſſe:* es were ein arme Spinnerin geweſen/ allda im grewlich tieffen Schnee erſtickt. *Frigus &c. ſum.*

INDVLTVM VESCENDI LACTICINIIS IN VVIRTEMBERgia. Ei ab Ioanne Spenlino contradictum. Renatum bellum, inter nobilitatem & ciuitates. Apparatus & auxilia ad hoc bellum. Nobiles, Brandeccius, Herterus, Pfuſerus.
Niues & grandines.

CAPVT VII.

ANNO 1448. *hoc indultum VVirtembergenſibus datum eſt.* *Indultum Laticiniorum.*

Nicolaus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam, cæleſtis ſucceſſor clauigeri, Romanus Pontifex: cui à Deo ligandi & ſoluendi collata eſt poteſtas: ſingulorum Chriſti fidelium commoditatibus & indemnitatibus, quantum poteſt, libenter conſulit: & legis rigorem, Apoſtolicæ manſuetudinis remedio mitigat: prout iuxta locorum, temporum, rerum, & perſonarum, qualitates, in Domino conſpicit ſalubriter expedire. Sanè pro parte dilectorum filiorum, nobilium virorum, Comitum de VVirtemberg, ac vtriusque ſexus liberorum & ſubditorum ſuorum, nobis nuper exhibita petitio continebat: quòd ipſi, & eorum anteceſſores, prò maiori, vt creditur, parte, à tanto tempore, de cuius contrario memoria hominum non exiſtit, propter olei oliuarum & piſcium carentiam, vicinorum exemplo (qui hoc, vt etiam

" creditur, ex priuilegio sedis Apostolicæ habent) possunt in Quadragesimalibus, & alijs diebus ie-
" nunij lacticinijs vesci, & ea comedere consueuerunt: quòd adhuc comedunt & vescuntur. Cùm au-
" tem (sicut eadem petitio subiungebat) Comites, liberi, & subditi huiusmodi, de præmissis conscien-
" tiam sibi faciant: nisi super eis per sedem Apostolicam licentia concedatur: pro parte eorundem fuit
" nobis humiliter supplicatum: vt super hijs, eis opportunè prouidere de benignitate Apostolica
" dignaremur. Nos itaque huiusmodi supplicationibus inclynati Comites, liberos & subditos, præ-
" dictos quoscunque: præsentes, futuros, ac eorum antecessores, ab excessibus, per eos occasionem
" huiusmodi quomodo libet commissis, auctoritate Apostolica absoluimus: & harum serie absolutos
" reddimus: ipsisque vt carentiâ siue penuria olei & piscium, huiusmodi durantibus diebus predi-
" ctis, in quibus ab Ecclesia sunt ieiunia indicta, LACTICINIIS vesci & vti liberè & licite
" valeant: constitutionibus & ordinationibus, cæterisque contrarijs quibuscunque, nequaquam
" obstantibus: eâdem auctoritate concedimus per præsentes. Nulli ergo omnino hominum liceat
" hanc paginam nostræ absolutionis & concessionis infringere: vel ei ausu temerario contraueni-
" re. Si quis autem hoc attemptare presumpserit: indignationem omnipotentis Dei, & beatorum
" Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum,
" anno incarnationis Dominicæ millesimo, quadringentesimo, quadragesimo octauo, quartodecimo
" Kal. Iulij Pontificatus nostri anno secundo.

VVesternach. Ioannes.

Hanc indulgentiam, iussu illustrium fratrum Ludouici & Vlrici, Comitum VVirtembergiæ & Montispeligardi, impetrauerat à Papa Ioannes de VVesternach, præpositus & antecessor Ioannis Naucleri in Ecclesia collegiata Stutgardiana S. Crucis, Constantiensis dioeceseos.

Ab Ioan. Spenlino illud Indultum oppugnatũ.

Illam verò scripto oppugnauit Ioannes Spenlinus, Med. ac Theologiæ D. (ille, de quo suprà) præpositus Ecclesiæ S. Mariæ in oppido Herrenberga. Ostendit enim, Papam malè narratis sese circumuentum.

Præpositura Herrenbergẽsis.

1. Namque non deesse nec fluuios, nec lacus, in territorio VVirtembergico: ex quibus copia piscium, diebus ieiuniorum haberi possit.

2. Oleum etiam oliuarum non deesse: quia quotannis ad Quadragesimam adferatur. Reperiri in oppidis, tum VVirtembergicis, tum vicinis. Haberi etiam oleum nucum, papaueris, linirapi, ex fructibus arborum.

3. Falsum esse, quòd generosi hi Domini, &c. à tempore, quod in memoria hominum non sit, comederint tempore quadragesimæ lacticinia.

Ideo contraiuit bullæ Papali: nec Dei, nec Apostolorum, indignationis incursionem curans: ac reiecit ex regula Decretali, tanquam omni tempore tali: literæ Papales non valentes, quæ tacita veritate impetrantur. Addidit: Non debet fieri dispensatio, nisi vrgente magna necessitate. Item: scandala sunt vitanda. Prouocauit ad Academias. Iratus tunc Papa, & Diploma suum tuens, negotium Episcopo Spirensi Reinhardo dedit: vt inquireret de rebus à Spenlino allatis. Fuerat hic Episcopus anno millesimo, quadringentesimo, trigesimo nono, electus: & in cœnobio Mulbrunnensi consecratus: atque Spiram introductus insigni Pompa equestri: comitatus Ludouico Palat. Electore, Othone Duce Bauariæ, Bernhardo Marchione Badensi, ac multis Comitibus Baronibusque. Respondit autem de præsenti negotio Pontifici.

Dispensationis tempus.

Spirensis Episcopus Reinhardus.

Contra Spenlinum.

1. Pisces esse magno precio; vt vix à diuitibus emi possint: & fluuios quosdam in æstate exiccari.

2. Illa genera olei ad vsum luminarium confici, quia insipida. Oleum oliuarum, paucis hic esse notum.

3. Plerosque in Quadragesima lacticinijs vsos esse, à tempore, quod in memoriam hominum non incurrat.

4. Nullum inde scandalum reperiri.

Captus est postea Spenlinus: & ἀπαγόμενος Constantiam ductus. Vbi, nisi sententiam suam reuocasset: officio præposituræ motus fuisset.

Ciuilis belli inter vrbes & Principes redintegratio.

Eodem 1448. anno, exortum est rursus bellum ciuile vrbicum: id est, inter ciuitates Imperij, & Principes ac nobilitatem: atque duraùit duos annos. Quod ad VVirtembergiam attinet: vastata tunc ea fuit: Esslingensium vicissim vineta, excisa: Vlmenses adorti Vlricum, cladem acceperunt. Sed specialiora quædam, ex multis confusius scriptis, postea adferam: vt mala ciuilium bellorum, magis ab imperitis agnoscantur: eaque omnibus modis vitentur. Iliad. 9. ἀρίστευε.

ἀρρήτως, ἀδέμιστος, ἀνίστιος, ἐρίπλειστος:
ὃς πολέμου ἕρκτα ἐπιδημίῳ ἀνρόντος.

Lucan. bell. ciuil. lib. 1.

Quis furor, ô ciues? quæ tanta licentia ferri?
Bella geri placuit, nullos habitura triumphos?
Heu, quantum terræ potuit pelagique parari,
Hoc, quem ciuiles hauserunt sanguine dextræ?

Marchionis Alberti querela de Noribergensib.

Conquerebatur *Albertus Marchio* (ille, quem ab inusitata fortitudine *Germanicum Achillem* appellarunt) quædam de *Noribergensibus*: de Gostenhofio, de Monasterijs in vrbe, de sylua, de iurisdictione, de ciue quodam *Marchionis* controuerso recepto. Verùm cum pro suo iure *Noribergenses* contradicerent; actus est conuentus *Rotenburgi ad Tubarum*, die S. Viti (alibi, *Bambergæ*) comparentibus ciuitatibus & principibus aliquot: vt, *Friderico & Othone Palatinis Rheni*, *Ducibus Bauariæ*: *Godefrido Schenckio*, *Episcopo VVirtzburgensi*, *Episcopis Augustano & Aistettensi*. Nihil effectum ad pacē fuit: consiliario quodam *Palatini* dicente, *Henrico de Fleckenstain*: nullam pacem fieri posse, nisi expensis *Marchioni* persolutis: quas æstimabat CXX. millium Aureorum. *Noribergenses* emptionibus, literis & sigillis se tuebantur.

Transactio frustrà tentata.

Apparatus & auxilia ciuilis belli, à ciuitatibus.

Cùmitaque res ad bellum spectare videretur: *Noriberga*, *Rotenburgum*, *Sueuicæ* cum eis fœderatæ ciuitates, se ad id sustinendum apparabant. Edixerunt igitur ciuibus suis: quemque armis, quæ ei imperata essent, instructum esse. Si clamor aliquis existeret: quisque ad locum sibi assignatum curreret: eum tueretur: nec inde sine consulis permissu discederet, sub pœna capitis & fortunarum. Neminem tecto reciperet, nisi ciuem, aut qui permissus esset. Quisque sibi de frumento prouideret, & sale, & farina. Aquam haberet contra incendia: fœnum & stramen in tuto, ab igne seposita, tegeret. Seruos & ancillos, quibus careri posset, esse remouendos. Si cui controuersia cum aliquo esset: in sua ciuitate expediendam esse, aut ipsum exclusum iri. Pagicis mandatum, vt aut in vrbes migrarent: aut, si eis incommodum esset, suas res munientes, domi manerent. Astricti quoque sunt *Ioannitæ*, *Teutonici Domini*, *Minoritæ*, *Sacerdotes*, *Sanctimoniales*, vbicunque essent: se vtilitates ciuitatis promoturos, damna auersuros: nec vllas hinc inde literas missuros.

Marchionis adiutores.

Sequenti deinde tempore, ad manus, ad pugnas, ad deuastationes, ventum est: *Marchionem* adiuuantibus multis primatibus: inter quos erant hi. *Episcopi*, *Moguntinensis Theodoricus Erpachius*, *Eistetensis Ioannes ab Aich*, *Bambergensis Antonius Rotenhanius*. *Rotenhanij*, *Ioannes*, *Matthæus*, *Lucius*, & *Vitus*. *Fridericus*, *Brandenburg. Marchio*, *Elector*. *Ludouicus*, *Landgrauius Hassiæ*. *VVilhelmus*, *Saxoniæ Dux*. *Henricus*, *Dux Brunsuicensis & Lunæburgensis*. *Ericus*, *Dux Stetini & Pomeraniæ*, *Princeps Rugiæ*. *Ludouicus*, *Landgrauius Leuchtenbergius*. *Iacobus*, *Marchio Badensis*. *Fridericus*, *Comes Hennenbergius*. *Leonhardus*, *Comes de Castel*. *Ioannes*, *Comes Zigenhainius*. *Otho*, *Bauariæ Dux*. *Austriæ Dux Albertus*. *Comites VValdeccenses*, *Otho & VValraffus*. *VVilhelmus Hohenrechbergensis*, *eques*. *Vlricus VVirtembergens.* *Comes*. *Conradus & Fridericus*, *Helffensteinij Comites*. *Albertus*, *Comes Hohenlohensis*. *Bernhardus*, *Comes Hanouius*. *Vlricus*, *Comes Oetingensis*. *Bernhardus Comes & Dominus in Leiningen*. *Ioannes*, *Solmensis Comes*. *Rudolphus Binouius*, *eques*. *Henricus de Redwitz*, cognomine Baurenfeind. *Denique multi Seckendorffij, & alij.*

Noribergensium Duces.

Noribergenses conduxerunt duos sibi *Duces Bohemicos*: *Conradum de Kauff*, & *Reussium de Plaw*: cum numero equitum, & 800. *Heluetijs*.

Suppetias eis *Sueuicæ* ciuitates venêre postea DCC. equitibus. Hæc nunc relinquimus: & quædam alia memoramus.

Brandeck.

Eodem, 1448. *Feria* 3. *post corporis Christi*, *Georgius de Brandeck* (ein Edelknecht) *ab Alperspach*: cœnobitis accepit 20. *Aureos Rhenenses*, annuo censu vnius *Aurei*, &c. Signauit vna nobilis vir, *Theobaldus de Neuneck*, ipsius cognatus.

Pfuser. Herter.

Wir Graffe Joannes von Sultz/Hoffrichter/ vnnd deß aller Durchleuchtigsten Fürsten vnd Herrn Friderichs/Römischen Königs/ꝛc. Ist Hans Pfüser von Norstet/ ten/von Jacob Herters klag wegen/ in das Achtbuch deß Hoffs zu Rhotwil geschrie- ben/ꝛc. verkünden wir darumb jhn ausser dem frieden in den vnfrieden/ꝛc. Donnerstag nach dem H. Pfingstag/1448.

Hirſaug. altaria. *Dedicata ſunt hoc anno quatuor Hirſaugienſis Templi altaria (in quibus, multorum reliquiæ ſanctorum vtriusque ſexus) à Petro Mirrhenſi Epiſcopo: Epiſcopi Spirenſis Reinhardi Vicario generali, in Pontificalibus: nempe altaria Sebaſtiani, Nicolai, Catharinæ virginis, & trium Magorum.*

Nix alta. *Eodem anno octo diebus ante diem S. Georgij, nix ferè 2. ſpithamarum cecidit. Secuta nihilominus poſtea vilitas vini: vt, menſura Neccarici 2. nummis, Alſatici 4. pfennig. Vendebatur medimnus tritici 20. Groſſis, & auenæ 9. Groſſis.*

Grando Auguſtæ. *Auguſtæ grandine 12. Septemb. ſubitò coorta: lapides deciderũt inſtar paruorum gallinaceorum ouorum: & paulò poſt, anſerinorum. Item (vt alicubi inueni) Feria 5. natiuitatis Chriſti, noctu hora 7. tanta tempeſtas erat: vt lapides ſemunciarum octonarum caderent: & paulò poſt, lapides ſelibrales.*

Vœgelinus Conradus. *In eadem vrbe Auguſta, Conradus Vœgelinus (qui præcedente anno decimùm ibi conſul fuerat) legauit hoc 1448. anno de ſuo, ſortem bis mille Aureorum Rhenenſium in perpetuum pauperum beneficium. Sed & hoſpitali S. Spiritus, alias auri penſiones.*

BELLVM MARCHIONIS ALBERTI, GERMANICI ACHILLIS, cum Noribergenſibus, alijsque ciuitatibus. Mutuæ rapinæ, depopulationes, & clades, inter Principes & ciuitates. VVirtembergiæ per vrbicos vaſtatio. Clades ciuitatum ante Eſslingam. Halenſium res geſtæ. Treuerici Archimyſtæ, Marchiones Badenſes. Aliquot Epitaphia.

CAPVT VIII.

Indicitur bellum à Marchione Noribergẽſibus. *ANNO 1449. die Viſitationis Mariæ, bellum Marchio Albertus Noribergenſibus indixit: nuntio veſperi equo vehente per Hoſpitalariam portam: veſte ſerica nigra & alba induto: literas longo baculo infixas altè ferente. Bellum etiam Rauenſpurgenſibus, cæterisque ciuitatibus indictum eſt. Feruntur omnes fuiſſe 72. numero. Itaq; poſtea multa ſunt hoſtiliter inter Proceres & Ciuitates facta: bello circa diem Viti exardeſcente. Dicitur Albertus octies Noribergenſes viciſſe: & ſemel tantum eſſe victus. Annotemus nunc particularia quædam belli ciuilis mala.*

Ciuitates 72.

Bellum inter partes ſauè geſtum.

Liechtenau arx. *Pridie natiuitatis Mariæ, Marchio Noribergenſibus Liechtenouiam arcem eripit, hebdomadas paucas obſeſſam. Die Veneris poſt feſtum iam nominatum, Dux Marchionius Henricus Crailsheimius Hasfeldam combuſſit.*

Ciuitatum Duces belli. *Eo tempore à ciuitatibus auxilium 700. equitum adfuit Noribergenſibus: qui Marchionis arcem comburebant: ac circiter 200. pecora Noribergam abigebant. πολέμαρχοι, vel Ducet belli, quibus omnis poteſtas commiſſa fuit, erant quinq;: Derrius Noribergenſis, Stephanus Hangenor Auguſtanus, VValtherus Ehinger Vlmenſis, Hieronymus Bopfinger Nordlingenſis, & Gabius Memmingenſis.*

Baiersdorff. Greuenberga. *Noribergenſes ceperunt Baiersdorffium, & Marchio Greuenbergam.*

Gamundiani, contrà Rechbergenſes. *Die Ægidij Gamundiani egreſſi, & Halenſes, Rechbergenſium duas arces combuſſerunt (quarum vnam video VValſtettam vocatam) & ſyluam Rechbergam verſus, arboribus ſucciſis, incenderũt. Cùm autem inde Gamundiam verſus, ordine minus ſeruato, & equitatu longius antegreſſo, recederent cum multa præda: ecce tibi Rechbergiorum vnus, & Comes VVirtembergenſis, ex arce Rechberga euolantes. Cæduntur ergo vrbici: eorum 54. occiduntur: capiuntur 65. & cum præda recepta, Gœppingam ducuntur.*

VVirtemb. Vlricus, contra Eſslingenſes. *Die Iouis ante natiuitatem B. virginis, VVirtembergicus contra Eſslingenſes profectus eſt: vectigal quoddam nouum, quod illi permiſſu Regis imponebant, ferre nolens. Amputauit igitur ac deſtruxit vites & vineas Eſslingenſibus, ac ſuburbana quæq; perdidit. Rotvvilenſibus vetò, Yberlingenſibus, alijsq; ciuitatibus in VVirtembergiã irruentibus: ab vrbe Eſslinga receſſit.*

Auguſtani Leipheimum capiunt. Leippheim, VVirtembergenſium. VVinſpach. Altorff op. Altenberga. *Die Martis poſt, Auguſtanorũ expeditio facta eſt: qui octauo poſt die op. Leipphaimum deditione ceperunt. Ergo nondum id erat Vlmenſium. Poſt quatuor enim circiter annos demum, Vlricus (comes de VVirtemberg (teſte Gabelc.) illud Vlmenſi Reipub. vendidit.*

Noribergenſes VVinſpachium combuſſerunt. Cùm ignem Altorffenſi oppido (quod nondum tunc habebant) ſubijcerent: depulſi ſunt, amiſſis 30. viris. Cepêre ciuitates arcẽ, trans Laugingam Altenbergam: quæ erat cuiusdam VVeſternachenſis.

Exuſti

Exuſti ſunt à VVirtembergenſe pagi Vlmenſium Geislingam vſq; Vicißim die omnium animarum (Dominico.) Vlmâ profecti ciuitatum ſunt equites circiter 436. (quorum 96. erant ab Augustano) Ducibus, Vlmenſi VValthero Ehingero, Nærdlingenſi Hieronymo Bopfingero, Reutlingenſi VVilhelmo Schenckio, & Hailprunnenſi Roſenbachio. Hi in Alpeſtri tractu, eremabant ab Vlma Reutlingam vſq; quicquid erat VVirtembergicum. Die lunæ poſt omnium Sanctorum incendebant, quicquid Eßlingam vſq; erat. Quo die defatigati equitando, præmittunt LX. equites Eßlingam, diuerſorij capiendi causâ. Quibus abeuntibus. VVirtembergicus cum D C. circiter equitibus, & aliqua manu peditum, aduolat: ſequentem ciuitatum equitatum inuadit, in catabathmo (auff der Staig) quo Eßlingam deſcenditur, in ſylua Mutzenreiſ ſia, prope vicum Ruitum: & ita inuadit, vt cedere non poſſent. Atrociter tunc pugnatum eſt inter partes: qui conflictus non citò ceſſauiſſet: niſi mox in noctem incidiſſet, quæ eum diremit: amicitiam ipſis, ſe per tenebras lædentibus. Ceciderunt ex parte vrbicorum. Ehinger & Bopfinger, Ducet ſeu magiſtri equitum. Ciues 2. Eßlingenſes, & 1. Schafhuſanus. Præterea, alij circiter 36. capti autem circ. 50. ex quibus, quidam eques auratus Gerolzeccius.

Vlmenſium & VVirtemberg. pagi, exuſti.

Eßlingenſis catabathmus.

Ibi pugna.

Cæſorum numerus.

Ex altera parte cæſi. Nobiles circiter 5. Inter quos, Ioannes à Stainhaim, eques, Dux Marchionis Badenſis: multiq; alij. Capti circiter 35. Inter quos, 7. Nobiles. Comes Vlricus, in manu vulneratus. Pugnâ peracta: exercitus ciuitatum ea nocte deſcendit Eßlingam, cum captiuis. Deportata ſunt poſtridie curribus Eßlingam cadauera nuda, & humata.

Vlricus VVirt. C. vulneratus.

EPITAPHIVM ESSLINGAE in Templo Monaſterij γυμνοποδων. Minorum.

Anno Domini 1449. auff Montag nach Allerheiligen Tag / vor Eßlingen / bey dem Geſchläg der Herren vnnd Stätt gezeugen / iſt vmbkommen Hieronymus von Bopfingen / gemeiner Stätt der vereinigung inn Schwaben Hauptmann: dem Gott gnedig ſey.

Scriptum eſt in rotundis Inſignibus, ad lapideam columnam altè ſuſpenſis. Infrà, in ſolo monumentum lapideum cum iiſdem Inſignibus. Ea autem, hæc ſunt. Galea clauſa, auis in ſcuto: ſuperius inter cornua, rurſus auis. Deſcripſi Eßlingæ 1577. quò cum Academia Tybingenſi ſeceſſeram propter peſtem.

Alterum Epitaphium.

Eodem an. eodem die, wurde erſchlagen Hans Kron von Schafffhuſen / zu Eßlingen.

Tertium, Vlmæ.

Walther Ehinger der dritt / etwann Burgermeiſter / Peter Ehingers deß andern Sohn: Hans Ximelins / Georgen / Hainrichs vnnd Cunrads Bruder: ward erſchlagen im Krieg bey Eßlingen / an aller Seelen Tag / Anno 1449. Begraben in der Crufft vnder der Capell der heiligen Dreyeinigkeit: die er hat angehebt zu bauwen. Deſſen Haußfraw Margreta Frickinerin ſtarb anno 1464.

Quartum, Gœppingæ: mihi à M. Nero Gœppingenſi deſcriptum.

Anno Domini M. CCCC. XLIX. am Montag nechſt vor Sanct Martins Tag / bey der Niderlegung der Stätt von dem Bundt / oberhalb der Blenshalden / auff den Feldern bey Eßlingen / ſeindt die nachgeſchriebene erſchlagen worden / mit Namen. Der Streng vnd Veſt Herr Johann von Stainhan / Ritter. Juncker Georg Schilling. Juncker Caſpar von Grumbach. Juncker Caſpar Harant. Marggraff Albrecht / Baſthart von Baden. Vnd nachbenannte Knecht / Friederich Dierer / Hans Schütz / Hans Mantel / denen Gott gnedig ſey.

Die Martini cùm Noribergenſes ab oppido Zenna redirent: Marchionij occiderunt ex eis 81. viros: rapueruntq; duas bombardas eorum, & 40. currus. *Zennâ.*

Eodem anno copia pomorum, circa Halam Sueuicam fuit nata. Tunc Heido parochum Tungenthalæ (cuius pater, Archigrammateus Halæ erat) vas pyris impletum in cella ſua repoſuit. Combuſto igitur poſtea hoc pago cum alijs pagis: poſt abitum hoſtium, mulieres & parunli ad trabes ambuſtas ſedebant, cibo carentes. Tùm ruſtici, qui fugerant, è latibulis ualium & ſolitudinum prorepentes, Tungenthalam repetiuêre: ruderibusque de cella parochi amoto, vas illud aperuerunt: in quo illa pyra, æſtu incendij toſta erant. Hiſce ſe ſuoſque, in tertium diem pauerunt. VVideman.

Tungenthal.

Pyra, incendio toſta.

Velberg. Vtzhofa. Marchio, ibi vulneratus.

Velbergij & Halenses, multum inuicem damni dederunt. Circa eadem tempora, oppidulo ad Smeracham Vltzhofa capto à Marchione Alberto: incolæ in fanum confugerunt. Cùm ille & sui conarentur ianuam Templi securibus dissecare: quidam Rusticus, Kiferlinus nomine, femur huius Principis sub ianua, aut per ianuam, perfôdit. Fano expugnato: victores Kiferlinum confodere volebant. Sed Marchio, humanißimus Princeps, vetuit. Benè se geßit, inquit, Rusticus: quia fortiter contra hostem pugnauit.

Kirchberg. nobilis.

Tunc nobilis quoque vir, Adamus de Kirchberg ad Iagstum sito, sui generis vltimus, perijt: & Vltzhofa dilacerata atq; combusta est. Idem.

Narrabo ex eodem VVid. etiam hoc, quod per hæc tempora gestum est: etsi nec hîc de anno certus sum. Rapuerunt Halenses, Chomburgici, & Lympurgenses, vaccas Altenmynsteræ ac Roßfeldæ. Hos insecuti sunt Marchionij: commissa est pugna trans Bileram: præualuit hostilis equitatus. Ex Halensium itaque & sociorum exercitu, cum alijs interierunt tres quoque Duces. Quorum vnus, erat Ioannes Bubius Francofordianus. Qui quamuis deprecaretur: tamen à VVolmarsheusero quodam confossus pugione est (cùm alia in parte, propter arma confici non posset) αἰδεῖόν τε μεσυγὺ, καὶ ὀμφαλοῦ (vt Homerus loquitur) οὖθα μάλιστα γίνετ' ἄρης ἀλεγεινὸς ὀδυροῖσι βροτοῖσιν.

Halenses victi. Bubius Dux.

Alter, quidam Senfftius erat: Spiessenhusæ sub Lympurgo ædificator. Tertius, Schradius quidam, Chomburgensium Ductor: Interfuerat etiam senex Schenckius Fridericus, Lympurgi Dominus: sed euasit. Ex eodem conflictu 15. Halenses elapsi. Sub VValpershusa deprehensi ab alijs equitibus ad Iagstum sunt: atque ad prati vepretum confoßi & ipsi. Ideo memoriæ causâ ibi statuta est columna lignea (ein Bildtstock) habens in tribus lateribus quinas paruas cruces ligneas, in illo vepreto.

Hi quindecim, ac qui priore in conflictu occubuerant, omnes in Tungenthaliano sepulcreto humati sunt.

Templorum prophanatio.

Nam fana Reinvvolspergi, Vltzhofæ, Hasfeldæ, Aspachij, aliaq; vltra Bileram, tunc prophanata erant (entweihet) quod Rustici, qui in ea confugerant, ibi oppugnati fuerant ab hostibus, & partim occisi. Ideo, nemo ibi sepultus. Bubius autem & Senfftius, Halæ in Nudipedum Monasterio cubant: sed Chomburgi, Schradius. De cladibus, in præsenti satis.

Gundelfinga.

Fertur, hoc 1449. anno. Gundelfingam oppidum, à Comitibus VVirtembergensibus venisse in ditionem Ducum Bauariæ. Hund. 1. parte Bauar. Geneal.

Badensis Marchio, Treuir. Episcopus.

Constitutus est eodem anno Treuirensis Archiepiscopus, Ioannes 2. ex illustri familia Marchionum Badensium. Qui cùm tantùm 22. annorum esset: propter ætatis lubricitatem, primò negligentior erat. Progressu verò ætatis, excellens vir fuit: tum in Ecclesiasticis, tum in politicis, negotijs. Obijt anno ætatis 76. Pontificatus verò 53. Cui postea Iacobus 2. & ipse Badensis Marchio. succeßit, eius nepos: qui Philippo Beroaldo doctißimo Philosopho, præceptore vsus fuerat. Præclarus Princeps: Maximiliano I. Cæsari, omnibusq; principibus, acceptißimus. Obijt annorum nondum 40. Cùm sedi circiter 8. A. præfuisset. Merß.

Beroaldus.

VVILAE oppido, in cathedrali Ecclesia.

Bichishausen.

Anno Domini 1449. auffn Freytag vor Mariæ Geburt / starb der Edel vnd Vest Juncker Hans Truchsäß von Bichishausen. *Quæ arx est infra Gnadencellam, vel Offenhusam, ad Luteram amnem.*

ESSLINGAE, in Franciscano choro.

Anno Domini 1449. in die sanctorum Martyrum Ioannis & Pauli, obijt reuerendus Pater, frater Conradus Bœmlin: qui fuit minister huius prouinciæ XI. annis: cuius anima requiescat in pace.

In eodem Templo, inter multa & alicubi obliterata, nomina familiarum veterum, in pariete cum Insignibus & hæc sunt. Sachs. Rotengatter. Vngelter. Billing. Mettmann. Kirer. Curtz. Rauner. Schwartzacher/*nobiles. Valebat Eßlingæ, hoc millesimo quadragentesimo quadragesimo nono anno, mensura vini 2. nummulis.* Ein Scheffel Fäsen/6. ß. 2. Pfen. Ein Scheffel Habers/2. ß. 4. Pfen. *Sed non diuturna erat hæc vilitas.*

ANNVS

ANNVS ROMÆ IVBILÆVS. CONTINVATIO BELLI INTESTINI, in Sueuia, & extrà Conradus de Kauffungo, ἀνδραποδιστής. Triumphus Noribergæ. VVirtembergiæ & Esslingæ collisio. Belli ciuilis pacificatio. Obitus VVirtemberg. & Mompelig. Comitis Ludouici, filijque Eberhardi Barbati successio. Cœnobij Vtonis Villæ fundatio. Nobiles aliquot de Stain. Mahometes II. Turcarum Rex.

CAPVT IX.

ANno 1450. *Annum Iubilæum VI. Nicolaus V. Papa egit. Tunc tanta multitudo hominum fuit Romæ vt circiter 200. homines & 3. equi, in turba oppressi perierint: multi de latere pontis in flumen deciderint. Eorum honorificè sepultorum, pecunijs, duo Sacella ante pontem ædificata sunt: pontifexq; ipsorum vicem dolens, totum ferè annum in celebrationibus & stationibus consumpsit. Bergom. libro decimoquinto. De bello sociali, siue vrbico, rursus quædam particulatim.* Iubilæus ē.

Pridie S. Gregorij, Marchio Schvvabachio egressus cum 600. equitibus, ac magno peditatu, curribus & tormentis, ad piscandum stagnum iuxta Bilnreutum: nunciandum curauit Noribergensibus se ibi esse. Venirent igitur, & secum pisces comederent, quos ex ipsorum lacu cepisset. Tunc Noribergenses exiuerunt cum 500. equitibus, & 3. millibus peditum: ordine structo equitum, in Marchionios impetum fecerunt. Quorum fuga facta est: ipseq; Albertus, in sylua captus, Noribergensium factus fuisset: si Conradus de Kauff eum tenere voluisset. Confessus is hoc postea 1455. est in loco capitalis supplicii, Fribergi (al. Zuiccauiæ) sibi deberi hanc mortem, propter infidelitatem erga Noribergenses. Ideo autem supplicio affectus est: quòd principi Saxaniæ Friderico duos filios pueros, Ernestum & Albertum, ex arce Aldenburgia abstulerat: sperans, se eos in Bohemiam abducturum: ibiq; pecuniam ex ipsis emulsurum. Sed in sylua apud carbonarium cibans pueros, captus est, ac pœnas postea dedit. Bilnreut. Marchio. Noribergenses ad piscationem inuitat. Sed ab illis profligatur. Conradus de Kauff, infideliter agens.

Erepta fuerunt Alberto, vexillum primarium nigri & albi coloris: & signum Comitis Zollerensis, ac quoddam Bohemicum vexillum. Omnes item bombardæ: omnes Tubicines, equi 165. bellici multa plaustra piscium arma denique, & loricæ. Omnia, Noribergam ducta: hostium Tubicinibus, præcinere tuba coactis. Vexilla, de fenestris senaculi suspensa: ijdemq; Tubicines iterum inflare tubas coacti. Sæpe pòst, in sylua reperta cadauera hominum & equorum. Post hunc triumphum, tyrones Noribergensium ad longam Zeennam, qui temerè predatum ab exercitu excurrerant, circiter 90. à Marchionijs confossi sunt. Alttorffum frustrà obsederunt: quodam ictus bombardarum scopis à muro ridiculi causâ deuerrente. Hæc, ibi. Conuertar nunc in Sueuiam. Triumphus Noribergensium. Alttorffi obsidio.

Augustani Dominicâ Lætare ducenti inuaserunt in Rhætiam (Riæsam) vrendi hostilia loca causâ: & accedente sociarum ciuitatum exercitu, κωμόπολιν (Marckt) Auffkirchum comburunt. Augustanorum gesta. Auffkirch.

Ijdem Feria 6. post Pascha, Comopolin Damhausam eripiunt Ellerbachio. Hoc bello ciuibus Augustanis à Magistratu iniunctum erat ἱπποτροφεῖν equos alere. Qui 20. Florenos tributo soluebat: cogebatur vnum equum alere. Ditissimi verò, binos. Ita erant 1400. equi. Mandatum item ciuibus, cibaria habere. Damhausa. ἱπποτροφία.

Vlmenses Feria 6. ante Palmarum, interfecêre VVirtembergenses 34. milites, ceperunt 12. Vlmenses.

Henrico Hizlero Mergelstettensi Abbate cœnobij Heerbrechtingensis: Giengenses spoliarunt & inflammarunt id. Ea propter sequenti anno à Pont. Nicolao Romam citati sunt. Transacta est res (Brusch. scribente) anno 1453. à Ludouico Palatino Rheni, & eius consiliarijs: Nicolao Abbate Casariensi, Vlrico Comite Helffenstainio, Vlrico Hohenrechbergensi, VVilhelmo Truchtlingero & alijs. Giengenses. Heerbrechtingen.

Feruebat etiam circa Halam bellum: pauco pecore in stabulis Halensium, aliorumq; locorum, manente: paucis pagis flammas effugientibus. Marchionij equites aquaticam arcem Ramspachum ad amnem Iagstam, occuparunt: tertio die pòst incenderunt: cum pecore discesserunt: omnes circumcirca pagos direptos, igni mandauerunt. Halenses. Ramspach.

Inimicus erat Halensib. nobilis Georgius Rosenbergius: nec tamen maius aliquod damnum accidit. Inter alios captus est ab illa ciuitate, eques quidam Georgius Groshaintzius, & Halæ gladio percussus. Hic Rosenbergius quodam tempore, Halæ, rusticè vestitus scopas venales habuit. Ibi cùm à quodam fabri seruo agnosceretur: eum orauit, taceret. Se ei perpetuum victum daturum. Sic ambo euaserunt. Idem Conrado Schotto dissuasit, ne Halenses vexaret. Sibi pro calcibus Rosenberg.

ferra-

ferratis, quas in ipsorum lapideis vijs attriuerit, non esse à parte illorum satisfactum. Noribergenses vexatu faciliores esse. Sic destitit alter. Referuntur hæc in diuersis M. Scr. ad 1450. & 1469. & 1480.

Hailprunnenses. *Hailprunnenses eripuêre VVirtembergensibus 300. boues: cæsis & captis 40. viris. Qua irruptione Comes Vlricus motus, obsidionem soluit Eßlingensem: quam, captis pueris antea Eßlingensium, ac 130. mulieribus, & 7. puellis (quæ Stutgardiæ diutius postea detentæ sunt) repetiuerat: quod à nouo illi vectigali desistere nondum vellent. Fuit autem inter ipsum, & hanc ciuitatem acerrima contentio, satis diu.*

Mulierum captiuitas.

Pagi Eßlingensium, qui ignem experti sunt.

Eßlingensium pagi, incensi. *Riderna, Meringa, Vahinga, pars Haimbachi. Fuerunt homines capti, aliquot occisi: currus & frumenta erepta: res, quas mulieres capite portabant, ademptæ: vites, excisæ, & captis depastæ: arbores, effossæ, aut deglubitæ, aut asportatæ: fœminæ, indumentis vsq; ad subuculas spoliatæ.*

Pagi VVirtembergenses, ἀνάλωμα πυρὸς γενόμενοι.

Et VVirtembergensium. *Superior Eßlinga, Cella, VVeilera, Vlbachum, pars Nellingæ, pars Ober Tyrckæ, pars Stockachi, pars Aichæ, Vnder Tyrcka, Aichschiessa, Denckendorffum, Hædelfinga, Strempfelbachum, Oberroda, Plieninga, Kemnat. Et ab Vlmensibus præterito anno inflammatæ cum alijs, Neuhausa & Bernhausa.*

Esselingenses. *Rapuerunt Eßlingenses, 100. equos, & 200. cornutas animantes, Stetæ: & 550. pecora, Romeltshusæ.*

Dimissæ fuerunt à Comite Vlrico illæ, de quibus dictum est, Eßlingensium fœminæ, & pueri concaptiui. Quid enim cum misello grege ageretur? Dimissus ergo est nummis datis: & abiurato nouo tributo, quod ab Eßlingensibus vrgebatur: 19. captiuitatis suæ die.

Ramstain. *Fuit etiam arx Ramstain Ioannis Rechbergij apud Rotvvilam, à ciuitatibus combusta. Item Ruckburgum, eiusdem Ioannis arx prope Lindoiam, captum.*

Pace sopitum tandem, hoc bellum. *Cùm iam satis diu vtrinque certatum magna acerbitate fuisset: tandem viribus attritis, agente Bauaro principe, pax inter partes, ex sententia principum facta est, circa S. Margaretæ diem, de Cæsaris omnino Friderici voluntate: magnam expeditionem in Italiam parantis: ad quam, vt optimi principis, nemo non principum & nobilium, prompto animo erat.* ὁ κείμενος, ἔπαιξε.

Fœderis ciuitatum dissolutio. Wer ritt/der ritt: Wer lag/der lag. *Dissolutum fuit fœdus ciuitatum. Ponitur ea pacificatio ad hunc 1450. annum. Sed rectius ad 1451. transposuerimus: sicut alicubi etiam scriptum vidi.*

Dinckelsbuhelenses. *Nam inuenitur, Dinckelsbuhelenses die Tiburtij 1451. contra Marchionem egressos cum socijs esse. Marchionem verò cepisse Augustanorum viros 70. Noribergensium 54. Nærdlingens. 15. Vlmensium & Memmingens. 27. quos Onoltzbachium abduxerit. Augustanis Ducem fuisse Leonhardum Langmantelium de Radavv. Ego ideo hoc loco hanc pacis confectionem ponere volui: vt tandem tristibus his perturbationibus finem imponerem. Pagi autem vtrinque in hoc bello circiter CC. fuerunt exusti: amplius bis mille viri capti: qui pace facta, omnes, liberè dimissi sunt. Eßlingensibus verò vectigal retinentibus: illustris Comes Vlricus, quicquam in eorum vrbem importari vetuit: qui multa quidem apud Cæsarem tentarunt, sed nequicquam.*

Detrimenta ex illo bello.

Eßlingensium transactio cum VVirtembergico. *Cumque 1453. anno, rursum Vlricus apparatum contra eos meditaretur: omnis controuersia sequenti anno, per Marchionem Albertum transacta est: vt scilicet Eßlingenses vectigali renunciarent: rursusque mutua fierent commertia. Confirmata sunt hæc literis, die Dominico natiuitatis Mariæ.*

Bellorum fines.

Stultitia belligerationis.

Hic est perpetuus seclorum lusus & vsus:
Ludendi vt faciat consumpta pecunia finem.
Sic, vbi vastatæ gentes lacrymantur, & vrbes:
Aurea tum demum feriuntur fœdera pacis.
Heu, quantò satius foret, hæc præuertere damna:
Atque animos hominum saluis coalescere rebus!

Huiusmodi ciuilibus bellis, multæ etiam nobilium familiæ in VVirtembergia interierunt. Multa oppida, arces, pagi, ad VVirtemberg. Comites venerunt. Ante denique talia bella, amplius XL. arces steterunt, quæ hodie non sunt, inter Canstadium modò, VVaiblingam, Esselingam, Nyrtingam, Tybingam, Bæblingam, VVilam oppidum, & Leonbergam. Nunc, tantùm Neuhauß inuenitur, & Kaltenthal, die Schöner.

Eodem

Eodem 1450. anno, Dominica Iudica, Catharina Geigerina Giengensis, se & liberos suos tradidit (bello ciuili, opinor, ad egestatem redacta) Lorchensibus in perpetuam seruitutem: signante literas nobili viro Ioanne Geisbergero, quodam tempore Schorndorffæ præfecto. Seruitus ex paupertate. Geisberger.

Lamperteri erant genus nobile circa Sueuicam Halam. Ex quibus Berchtoldus, & reliqui eiusdem familiæ, cum in hoc intestino bello arx eorum Ramsbachium combusta esset, ad stiuam ire propter paupertatem coacti sunt. Vidit eorum quosdam VVidemannus suo tempore, vitæ rusticæ deditos.

De vita obituq; Illustris Comitis VVirtembergensis & Mompelgardensis Ludouici, senioris dicti, breuis comprehensio.

Durante adhuc bello ciuili (teste Nauclero) pestilentiaque grassante: diem suum obijt Vraci excelsus magnificusq; Comes Ludouicus: qui ab eo bello prudenter abstinuerat. Ideo nec Vraco, nec Tubingæ, nec alijs ipsius locis, quicquam mali accidisse inuenio. Obijt hoc 1450. anno: si verum est, eum bello adhuc durante obijsse. Nam in Epitaphio quod apud nos in Templo est, 1454. annus ponitur. Sed erratum ibi est. De quo negotio subiecta Epistola agit. Ludouici senioris vita & mors.

Dem Edlen / vnserm lieben getreuwen / Wernhern von Zimmern / Freyherrn zu Meßkirch. Mechtildt Pfaltzgräfin bey Rhein / Hertzogin in Beyern / Gräfin zu Wirtemberg / vnd zu Mümpelgart / Wittib. Mechtildis coniugis epistola.

Vnsern freundtlichen Gruß zuvor. Edler lieber getreuwer / wir klagen dir / daß der Hochgeborn / vnser lieber Herr vñ Gemahel / auff heut leyder mit todt abgangen ist. Deß Seele der allmächtig Gott / gnedig vnd barmhertzig seyn wölle. Vnd hierumb so bitten wir dich mit fleiß / dich in kein Sach einzulassen / du kommest ohn alles verziehen zu vns her gen Vrach: vnnd wöllest das in gehaim halten / vnd also nit außbleiben. Das wöllen wir gern vmb dich verschulden. Geben zu Vrach / am Donnerstag nach Matthæi Apostoli, anno sc. L. Von dem rechten wahren Original abgeschrieben / abgehört / vnnd vergleichet sich demselben von wort: in beysein deß Edlen vnd Vesten Junckers / Gottfriden Rammingen / vnd Jacob Krauß Obervogts / in der Reichenauw / 21. Octob. (noui Calend.) anno salutis 1594. *Accepi ego Crusius Caluæ (vbi Theologica & Philosophica Facultas, propter pestem Tybingensem, cæteræ autem Facultates Herrenbergæ, exulabamus) die 19. Nouemb. 94. per Studiosum nostrum Ioan. Iacobum Genckingerum.*

Natus fuit (vt dudum cognouimus) Comes Ludouicus ex Eberhardo atq; Henrica: & à matre post mortẽ patris est educatus. Adultus deinde, tutorem egit fratris Vlrici impuberis: cui postea in partitione Regni, optionem eligendæ partis dedit. Ita ipse Vracũ incoluit. Prædicaturam Stutgardiæ 1427. fundauit: Blabyram 1447. ab Vlrico Helffenstainio emit. Primus monetam cudisse dicitur: sed, nisi fallor, alius etiam ante ipsum cudit. Vxor ipsius Mechtilda, Ludouici Palat. Electoris F. biennio post, Alberto Austriaco nupta fuit: eiq; autor instituendæ Friburgensis in Brisgoia Academiæ extitit, 1461. Filio verò Eberhardo Barbato, Tubingensis gymnasij, 1477. fundandi hortatrix. Corpus illius, Gutelstaini apud Carthusianos sepultum fuit: Sed inde Tubingam 1555. est translatum. Mortuo Ludouico: filius Eberhardus licentius sub cura matris vixit. Deinde, sub tutela patrui Vlrici. Etsi hoc Gabelcouerus magis posterius factum autumat: quando Ludouicus frater eius maiorennis 1457. obierit: matre iam 1452. Alberto Austriaco, Friderici 3. fratri nupta. Pædagogum habuit Ioannem Nauclerum Iustingensem: qui post hæc præpositus Ecclesiæ Tubingensis factus est. Sed non permissus est Eberhardus à nobilibus, Rectoribus suis, latinam linguam discere: dicentibus, ei maternam linguam sufficere. Eius verò neglecta ipsum postea pœnituit: & culpam hanc suis illis Aulicis opprobrauit. Dociles alioqui felicitate ingenij erat: legendi ac scribendi facultatem promptè arripuit. Egregiè verò arma didicit tractare, equitare, venari, aucupari, saltare. Iuuenibus eorundem studiorum delectabatur: nec perinde seniores consiliarios curabat. Industrius, excitatus, agilis: æqualibus in omni ætate equestri, & aulico decoro, superior. Cùm autem corpore non magno, nec ita magnis viribus, esset: nimijs, aut etiam intempestiuis laboribus, valetudini officiebat: quod secutis temporibus, varia infirmitate sensit. Quantus verò Princeps, quantâ sapientia, quanta bonitate euaserit: suis locis satis clarebit. Frater eius Ludouicus, natu maior erat: sed Auraci obijt 10. Nouemb. 1457 anno suæ ætatis 19. quem Guterstainum sepulcro texit. Tunc vnicus remansit hæres, Comes Eberhardus, regionis paternæ. Eam quoq; nondum tutelæ annos egressus, regendam apprehendit: ac firmata ætate vir factus, seueræ vitæ, ac principe dignæ, cultor euasit. Et secunda nuptia. Eberhardi Barbati educatio. Latina lingua neglectio, apud nobiles. Fratris illius Ludouici mors.

Epita-

Epitaphium in oppido VVila.

Hie ligt begraben der ehrsam Vest Albrecht von Crailssouw/genannt Pfeffinger: vnnd der ehrsam Herr Hans/deß vorgeschriebnen Albrechts Sohn/ der da war ein Dechant zu Speir/zu allen Heiligen.1450.

Bebenhusa.

Priuilegia Bebenhusanis confirmauit Cæsar Fridericus 1450. Septemb. 23. Regni sui 11. anno. Datum Neustadij.

Vtonis VVilera Monasterium. Stainij nobiles.

Conditum est Monasterium Eremitarum S. Augustini, Vtonis VVilera, 1450. à tribus nobilibus de lapide (Brusch. teste) Bertholdo, Conrado, & Ioanne, equitibus auratis: qui in eodem sepulti iacent, cum vxorib. ac liberis suis. Obijt Berchtoldus 1473. & habuit duas vxores, 1. D. Clementiam à viridi monte. 2. D. Osannam Thiminam: ex qua natæ sunt duæ filiæ. 1. Chunigundis, quæ Neideckero cuidam. 2. Rosina, quæ VVilhelmo à Rechberg, nupsit. Situm est, cœnobium hoc trans plumarium lacum, infra celebratißimum Sueuiæ montem Pußium (olim, sueuum) medio ferè, sed non recto itinere inter Riedlingam & Biberacũ. Gubernatur à Monacho, quem Priorem vocant. In Bußio autem monte, præclara eiusdem nominis arx est, Baronum VValdpurgensium.

Pußius mons.

Mahometes II.

In Turcia, Rex VII. numeratur MAHOMETES II. Anmuratis F. λοιμὸς τοῦ ἀνατολικῆς τῶν χριστωνύμων βασιλείας. Anni ei dantur 32.

IVNIORVM COMITVM VVIRTEMBERGENSIVM TVTOR, VLRICUS Adamatus. Hussitica doctrina, Augustæ. Gamundiæ Magistratus. Margareta, Comitis Vlrici Adamati vxor. Friderici & Leonoræ, Romæ coronatio Imperialis. Ibi quædam de ritu talis coronationis. Amplificatio Stutgardianæ Vrbis. Leonhardus Langenmantel Augustanus. Prædicatio pœnitentiæ per Ioan. Capistranum. Caput aquilæ Romanæ Orientale, à Turcis amputatum. Ioannis Dociani scripta, de Imp. vltimo Constantino.

CAPVT X.

Ludouici & Eberhardi tutor, Vlricus VVirtemberg.

ANno 1451. Feriâ 5. post Vlrici, erant Comites VVirtembergenses & Mompelgard. duo minoris ætatis fraterculi, Ludouico nati, Ludouicus & Eberhardus: eorumq; tutor, VVirtemberg. Comes Vlricus: qui nomine illorum, partes quasdam fluminis Nicri apud Tybingam piscandas, certis hominibus hæreditariò locauit: precio 18. obolorum Tybingensium, hebdomadatim soluendorum.

Albert. Marchio, hilariter Norib. Hoc, melius, quam superiora.

Noribergæ circa hoc tempus, sociale hastiludium est actum, à Marchione Alberto, cum patricijs eius vrbis: beneuolentiæ mutuæ, post pacem constitutam, alendæ causâ (præsente ipsius vxore, & Gynæceo) choreæq; honorificè & hilarè ductæ.

Indulgentiæ lucrosæ.

Episcopus Augustanus, Petrus Schavvenbergius, accusatis ciuibus ad Papam, conatus est eis varia imponere vectigalia & tributa: sed frustrâ. Idem Româ secum indulgentias attulit, pro noxis & pœnis. Sed qui frui vellet: cogebatur quisq; dimidium viatici Romam in Gazophylacium mittere. Ita vicies mille Floreni collecti sunt.

Hußitis locus Augustæ concessus.

Cùm circa hunc annum, Hußi doctrina apud complureis in Vrbe Augustana, radices egisset (Gassaro commemorante) porticus propè Monasterium D. Vlrici (quo loco adhuc hodie etiam euangelicæ conciones habentur) ampliata, & hoc anno Hußitis ciuibus ad conciones ibi habendas concessa, est: ne scilicet Templum ipsum ea re pollueretur.

Rempfina.

Aella Rempfina de Stain, legauit Parthenoni Stettensi 2. solidos obolarios Hechengensis monetæ. Sigillauit der fromme Vest Conrad Schenck von Stouffenberg.

Consules Gamundiani.

Gamundiæ Magistratus.

1451. *Consul Remboldus Funccius. Prætores, Ioann. Rauch, Laurentius Liebermannus.* 1452. *Cos. Petrus Otho. Pr. Ludouicus Feierabend, Ioannes Maierhofer.* 1453. *Cos. Ioan. Remboldus Func. Pr. Ludouicus Herrer, Laurentius Lieberman.* 1454. *Cos. Caspar de Yckingen. Pr. Ioan. Maierh. & Petrus Otho.* 1455. *Cos. Ludouicus Herrer. Pr. Ludouic. Feierabend, Matthias de Lauben.* 1456. *Cos. Caspar de Yckingen. Pr. Ioan. Rauch, Henricus Cæsar.* 1457. *Cos. Lud. Herrer. Pr. Salomon Zeiselmyller, Matthias de Lauben.* 1458. *Cos. Casp. de Vckingen. Pr. Ioan. Rauch, Ioan. Herrer.* 1459. *Cos. Lud. Herrer. Pr. Ioan. Zeiselmyller, Henr. Kaiser.* 1460. *Cos. Casp. de Yckingen. Pr. Ioan. Besserer, Ioan. Bletzger.*

Vlrici Amabilis vxores.

Obijt circa hoc tempus D. Elisabeta, Comitis Vlrici VVirtembergici coniux. Post eam ipse Margaretam Sabaudam duxit, viduam Palat. Electoris Ludouici. E quo coniugio, inter Palatinæ

latinatum & VVirtembergiam, postea multum incommodi accidit. Margareta hæc nupta fuit. 1. Andegauensi Ludouico. 2. Ludouico Palat. fratri Friderici. 3. VVirtembergensi Comiti Vlrico.

Halæ Sueuicæ, in fano S. Michaëlis.

Anno 1451. pridie S. Martini, obijt Ioannes Schvvab: Anno 1465. pridie omnium sanctorum, Georgius Schvvab. Anno 1498. die sabbati ante Michaelis, nobilis vir obijt, Fridericus Schvvab. Anno 1579. die Veneris ante Iudica, nobilis vir Georg. Schvvab. Schvvabij Halenses.

In eadem vrbe Michael Senfft senior, Annam Nenningerinam 1450. duxit.

IN FANO NVRTINGENSI.

Anno Domini 1451. Starb Herr Caspar Spät: dem Gott gnedig sey. An. 1461. Junckher Dieterich Spät. Spati.

Anno 1452. Fridericus Cæsar, cùm splendidissimo apparatu Italiam ingressus est: quẽ Venetæ, multarumq; aliarum Vrbium, legatio, excepit perquam honorificè: officia suæ cuiusq; Reipubl. amicè offerens. Erant cum illo Bohemi proceres, Vngari, Sueui, aliique Germani, animis promptissimis. Inter Sueuos fuêre, Comes Fyrstenbergius Henricus, Comes Montefortius Hugo: præcipui ciuitatum viri, Augustani Memmingenses, Reutlingenses, Esslingenses, VVilenses, Campidonenses, Lindouij. Cùm Senas venisset: sponsa ad eum deducta est, filia Regis Portugalliæ: puella sexdecim annorum, longè speciosissima, absque fletu. Nauclerus sic describit: Virgo, statura mediocri, læta fronte, nigerrimis atque illustribus oculis, ore paruo, genis ad gratiam rubescentibus. Friderici Cæsaris in Italiam profectio. Sponsa ei Leonora, oblata.

Accessit deinde ad Vrbem Romam Cæsar, cum copijs suis valdè numerosis. Priusquam autem ingrederetur: vnam noctem, vt moris, extrà in tentorio castrisque commoratus est. Postridie ingredienti ensem prætulit quidam Bapenhaimius. Ingressus die Martij nono Maxima cum pompa: & veniens ad Basilicam D. Petri, à Pontif. Nicolao, sedente in eburneo & aurato solio, circumstantibus Cardinalibus, exceptus est amanter, tanquam filius. Fridericus, & pedes ipsius osculatus est, & grande pondus auri obtulit. Postridie à Papa est cum sponsa vnctus & coronatus, in Beati Petri ecclesia, in Regem Longobardorum ferreâ coronâ. Sic nominatur, licet aurea sit. Debuisset Modoëtiæ hanc accipere: sed locus tunc non erat salubris. Postero die, sponsa eius, à Papa Roma coronati. Bappenhaimius, ensifer. Fridericus, & iuramento ipsi Ecclesiæ defendendæ obstrictus, coronâ Imperij, ipse & Domina Leonora, ornatus est. Also ward er zum Keyser gemacht / mit der zarten münniglichen (vt Argoratensia Chronica loquuntur) Königin. Ritus omnis, qui in tali actu vsurpatur, copiosè descriptus legitur lib. primo. Rituum Ecclesiast. siue sacrarum cæremon. S. S. Ecclesiæ Romanæ: & inde lib. 29. Fasciculi Mutij.

Futuri Imperatoris introitus in vrbem, tanquam triumphantis. Ingressus candidati in vrbem Romam.

1. Duo equites, vexilla duo Cæsarea portantes: alterum, S. Georgij (quod ad Sueuorum pertinet custodiam) aquilæ verò, alterum.
2. Cæsaris cohortes armatæ.
3. Nobiles proceres, & togati eius.
4. Oratores (οἱ πρέσβεις.) Regum & Principum.
5. Rex Vngariæ & Bohemiæ, Ladislaus.
6. Præfectus Vrbis, & Senator.
7. Marescalcus, gladium præferens.
8. Cæsar, solus equitans.
9. Prælati, Consiliarij, & proceres, inermes.
10. Ante Vxorem, nobiles & prælati.
11. Matronæ, Virgines, pedissequæ.
12. Augusta, & circa eam equitantem pedites multi.
13. Ecclesiasticæ copiæ, pompam claudentes.

Supra Cæsarem portabatur Baldachinum, id est, vmbella. Camerarius illius, pecuniam in populum spargebat. Baldachinum.

Iusiurandum futuri Imperatoris. Iuramentum.

Ego N. Rex Romanorum, adiuuante Domino futurus Imperator, promitto, spondeo, & polliceor: atque iuro Deo, & beato Petro: me de cætero protectorem atq; defensorem fore summi Pontificis, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ, in omnibus necessitatibus: eius custodiendo & conservando possessiones, honores, & iura, ac ius: quantum diuino fultus adiutorio fuero, secundum

scire & posse meum, rectè & pura fide. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia.

Coronatio, vbi Pontifex dedit Friderico.

Coronatio Imperatoris.

1. *Sceptrum, signum Regiæ potestatis.*
2. *Pomum rotundum, ad significandum Imperium Sphærici terrarum orbis.*
3. *Ensem, id est potestatem tuendi bonos, & puniendi malos.*
4. *Coronam auream in caput, preciosissimis distinctam gemmis.*

Coronatio D. Leonoræ.

Coronatio Imperatricis.

Officio nostræ indignitatis (inquit Pontifex) Imperatrix solenniter benedicta, accipe coronam Imperialis excellentiæ. Quæ licet ab indignis, episcopalibus tamen manibus, capiti tuo imponitur: vt, sicut auro & gemmis redimita enites: ita & interius auro sapientiæ virtutumque gemmis, te Omnipotens decorari concedat: quatenus post occasum huius seculi, cum prudentibus virginibus, Sponso perenni, Domino nostro Iesu Christo, dignè & laudabiliter occurrens, Regni cælestis Aulæ ingredi merearis ianuam: eodem Domino nostro Iesu Christo auxiliante: qui cum Patre & Spiritu sancto viuit, &c.

Equitum auratorum creatio.

Dedit Papa vexillum Imperatorium quoque Friderico. Hic post prandium, in ponte Tiberis, ex Proceribus & nobilibus, amplius centum (Mutio trecentos) equestribus honoribus, gladio Caroli Magni, decorauit. Nuptias postea Neapoli celebrauit. Tandem ex Italia nullis insidijs,

Frid. Imp. reditus in German.

sed vbiq; summis honoribus, affectus, gloriosè in Germaniam redijt: Cùm etiam in munerando Ausones, per quam magnificus fuisset.

Nuptiæ Landshutæ.

Eodem 1452. anno, cùm nuptias Bacchanalibus celebraret Landshutæ Ludouicus Bauarus: inter 687. Proceres & nobiles, Comes quoq; VVirtembergicus aderat Vlricus.

Stutgardiam immigratio Rusticorum.

In VVirtembergia, quoniam flammis vehementer perdita erat: agricolæ, quibus aliquid reliqui à fortuna belli factum fuerat, Stutgardiam migrarunt, ius ciuitatis adepti. Itaque non sufficiente spacio veteris oppidi suburbium S. Leonhardi (sic vocatum de nomine Templi parochialis ibi) ædificari cæptum est. Nondum autem satis spacij comparato: alterius accessio facta est

Hinc, suburbij Leonhardini origo, & fortificamentarij.

suburbij: quod appellatur, Turnicracker. Hæc ita successu annorum creuerunt: vt iam bene magna vrbs sit Stutgardia: cùm antehac paruum & vilius oppidum fuisset. Nostro tempore, pulchritudine & splendore ædificiorum egregiè proficit.

Vlmensium interdictum.

Vlmenses circa Dorotheæ diem, suis ciuibus interdicebant: ne quid commercij, nec emendo, nec vendendo, cum Augustanis haberent. Nescio, quid offensionis fuerit: sed certè non vltra semestre consistere potuit.

Langemantel. Radavv.

Consul tunc erat Augustæ Leonhardus Langenmantel Radawer: nomen habens à vico pago Radaw / quem possidebat. Vir strenuus erat: qui 1450. nomine Augustanæ ciuitatis, circiter 250. equitibus subsidio cæterarum liberarum Vrbium missis, præfuit. Aliquoties consulatum gessit, sæpeq; maximas legationes, Reipup. nomine obiuit.

Constagrauit eodem anno Orchestra Augustæ, siue chorealis domus: nec non Prytaneum patriciorum, Der Geschlechter Stuben: quia ambo ædificia, inter se vicina erant.

Eodem, transactionem cuiusdam controuersiæ fecerunt, D. Albertus de Rechberg, & Comes Oetingensis Vlricus arbitri.

Senfftij.

Helæ, nobilium, qui à sale nomen habebant, iam diu alij Sulmaisteri erant dicti: alij verò, Senfftij. Nonnulli, etiam Marderi: quidam, Petereri: aliqui denique, Rauvenij. Omnes fuerunt ex eâdem familia: & ideo, eorundem Insignium. Quæ primò nullum Monocerotem, deinde Monocerotem sine pedib. habuerunt: postea verò, à Burcardo Senfftio, qui 1457. obijt, pedes additi sunt. Hoc verò 1452. anno, nomen Sulmaisterorum cum vltimo Sulmaistero Vlrico desijt. Ita nomen Senfftiorum à Sulburg remansit, & remanet.

Obijt 1452. nobilis vir. Henr. Schilling. Sunt sepulchra Schillingorum in oppido Neissa.

Bebenhusæ obijt Iohannes de Lustnovv armiger. In cæmeterio sepultus.

Capistrani concliones ad pœnitentiam.

Ioan. Capistranus Aprucius Franciscanus, & hoc anno & sequenti legitur, hinc inde per Germaniam cõcionatus esse: vt homines pœnitentiam agerent, propter vim Turcicam auertendam. In Vrbe quidem Misena (teste 2. Annal. G. Frabricio) de Pinna domus in foro verba fecit: habens Augustanum quendam Christianum nomine, interpretem. Solebat horas duas concionari, vir eloquens: interpres, etiã diutius. Alueolos, tesseras, chartas, quocunq; veniret, in ignem conijciebat. Contra Turcas, qui in Thraciam duxerant, animabat populum. Augustæ equidem in loco, qui nuncupatur Fronhoff / 8. dies cõcionatus est: viris & fœminis vtriq; seorsim auscultãtib. Vesperi, reli-

quijs

quibus S. Bernhardini (Senensis, opinor, à Pontif. Nicolao Canonizati) tangebat homines ægros: quorum quidam feruntur sanati esse. Effecit, vt tabulæ aleatoriæ, chartæ lusoriæ, & carpenta, ibi quoq; in Fronhofio cremarentur.

Obijt decimo peregrinationis anno suæ, Villaci in Carintia (rediturus in Italiam) & illic in Franciscano cœnobio tumulum inuenit. *Obitus illius.*

DE OCCASV IMPERII ORIENTALIS.

In Oriente, res pessimè se habebant. Nam hoc tempore Constantinopolis amissa est: quam Mahometes 2. sæuissimè expugnauit. Plerique dicunt, 1453. anno: quidam verò 1452. Cum quibus facit Gerhardus Mercator in sua Chronologia. Nam captam esse intra dies Pentecostes, mense Maio: postquam pascha 9. April. fuisset. Sed 4. diem Kal. Iun. (29. Maij, quo capta est vrbs, die Martio) non incidere in festum Pentecostes, nisi 1452. anno. Tunc fuisse Indict. 9. Nam ipse Indictionem vno anno retrò pellit, contra communem vsum. *Constantinopolis, à Turcis expugnata. Orientale Christianorum imperium, deletum. Annus eius captæ*

SABELL. Ennead. 10. lib. 6.

Vetustissimum Græciæ Imperium interijt anno, ex quo Byzantij fuerat cœptum imperari, supra millesimum ac centesimum, primo & nonagesimo. In quo subit illa reputatio: à Constantino, Helenæ filio, illud inchoatum: in Constantino, qui eiusdem nominis Matrem habuit, defecisse. Fuit idem annus quinquagesimus secundus, supra millesimum ac quadringentesimum humanæ salutis: tristis ad recordationem, ob tanti Imperij excidium. Alienatio nobilissimæ vrbis, cùm cæteris gentibus fuit grauis: tum Venetis Genuensibus, grauissima: quibus cum Byzantino adempta videbatur omnis Ponticæ Scythicæq; nauigationis facultas. *Κύκλος illius Imperij.*

Auxerat vrbem, augustioremq; reddiderat, Constantinus M. Imperij vnâ parte huc translata. Ideo ob frequentem Romanorum cultum, pars Thraciæ multò maxima, ROMANIÆ nomen adepta. Sic hodie nuncupatur maritima eius terræ ora: ad Bosphorum propontidem, & Hellespontum, obuersa: Hæc, Sabellicus. *Romania, pars Thraciæ.*

Interijt autem tunc Imp. Constantinus: qui antea quidem sæpe fortiter cum Turcis conflixerat: Heracleâ verò amissa, animo conciderat. Tunc in dispoliatione vrbis, ne monumenta quidem Imperatorum, atque adeò Constantini Magni, inuiolata mansêre: sed spe auri, euersa & aperta, ossaque disiecta. Hæc enim verba, in quodam M. Script. Græco reperi. *Constantini Imp. interitus. Sepulcrorum direptio.*

ἐκινήθησαν, καὶ ἐγυμνώθησαν, ἀπ' αὐτῶν. Item, ὅτι ζῶσιν, ἐλπίσαντες ἀνῦξαι τὸ μὴ αὐτοῖς τὸν ἐξ ὀφθαλμῶν χρυσὸν τῶν βασιλέων Κωνσταντίνου, καὶ τῶν λοιπῶν βασιλέων, τὰ λείψανα πείσεται, οὐ μέσῳ πόρρω πάντα πάντων.

Voluit ante obsidionem vrbis, Mahometes ducere Chunigundem Friderici 3. filiam: sed dare, dissuasum est. Ac si processisset: Constantinopolis salua mansisset. Vide Cuspin. in Austria. Missi etiam ab Imperat. Constantino legati ad Papam de auxilio ferendo, repulsi sunt: quòd Græci à Concilij florentini vnione discessissent. Cætera, multa & magna, de amputatione huius aquilini capitis, legantur in Turco Græcia nostra: & 8. libro Laonici Chalcocondylæ. Adijciam propter quosdam lectores quædam ex fragmentis Ioannis Dociani, quæ manuscripta superioribus annis legebam. Hunc verò Δοκιανὸν video, pædagogum fuisse illustrissimarum in Aula Imper. Constantini puellarum: vt, Helenæ decennis: quæ, filia Imperatoris fuit. Docuit Atticam, seu puram linguam, suas discipulas: proscripsit eis argumenta exercendi eruditè stylum. Scripsit & alia. Vidimus quædam. *Chunigundis, Friderici Imp. F. Docianus, Helenæ Præceptor, Filiæ Imp. Constantini.*

1. Encomium Imperat. Constantini vltimi: qui Turcas vicerat, & Patras eis eripuerat. *Constantinus.*

Τῷ παναυγεστάτῳ καὶ ἀγίῳ ἡμῶν αὐθέντῃ, κυρίῳ Κωνσταντίνῳ παλαιολόγῳ.

Οἶδα τῷ μεγάλα τῶν σῶν πράξεων, θαυμάσια λέγοντες, ἐμαυτὸν δόξαν ἐγενόμην, καὶ τὴν παρ' ὑμῶν τόλμαν, ἐπαίνῳ τε καὶ προπέμπειν: ὅτι αὐθις τῷ τῆς ἐμῆς παιδείας ἀθλημάτῳ καὶ ἄμβωσιν, τῆς προθυμίας τὸ σιγῶν ἀπρέπειν ἐνόμισα.

Palæologorum nomen.

εἰ τὸ ἀρχαιότητι πᾶν διαφέρον, κἀλλίστην: τὸ παλαιὸν δὲ, τῶν ἀρχαίων κάλλιστον ἐστιν: λέγω δὲ ὧν ὕλην ἔχει τὰ πράγματα, σύνεσιν μὲν ἐστιν ἀρχὴ τῆς ἕξεως τῶν ὑλῶν ὄντως διορίσομεν.

Constantinopoleos laus.

Βασιλεῦ μεγάλε πασῶν πόλεων, ἀρίστη καὶ φανεροτάτη τυγχάνει πασῶν: τὸ λαμπρὸν καὶ περίφημον ἐπὶ γῆς πράγματα καὶ ὄνομα: ἢ χριστιανῶν ὑφή: τὸ μέγα τῆς σωτηρίας ἔρεισμά τε καὶ φύλαγμα: ἅλιος ἄλλοτ' οὐ πείσῃ, τῶν τῆς οἰκουμένης πεφωτισμένων καὶ κοσμικῶν πόλεως.

2. προσφωνητικὸν, gratulatio ad Constantinum, nuper ad Imperium euectũ, de rebus benè gestis: & fausta precatio in futurum: denique, sui commendatio. *Constant. Imp.*

Theodorus Porphyrogennetus.

3. *Gratulatio Dociani ad despotam Theodorum, cùm in Constantinopolin aduenisset, Inscriptio* est. Τῷ πρατίστῳ καὶ ἁγίῳ ἡμῶν αὐθέντῃ καὶ δεσπότῃ, θεολόγῳ τῷ πορφυρογεννήτῳ. *Adhuc erat illa, de qua in 2. parte diximus, domus purpura: in qua Augustæ liberos parere solebant.*

Asanes Demetrius.

4. *Consolatio ad Demetrium Asanem, de morte trium filiorum: quorum duo, à Barbaris occisi: tertius, in florente ætate mortuus, vxorem & infantes reliquerat. Secundus filiorum. Alexius fuerat,* χρυσᾶς τὴν ψυχήν. Inscriptio. τῷ κυρίῳ Δημητρίῳ, τῷ ἀσκάνῃ.

Moschus.

5. *Ad virum doctum, Moschum.* Τῷ πολίτῃ λόγων συνέσεως καὶ σοφίας ἀγάλμῃ τῷ μόσχῳ.

Puella Helena fortasis.

6. *Gratulatur quædam puella reditui Imperatoris: quem optent omnes: nempe* οἱ σεσῳσμένοι ἀδελφοί, ἡ συγκλητος πᾶσα, ὁ βασιλεὺς ἡμέτερος, καὶ ὁ δῆμος ἅπας τῶν ῥωμαίων.

Helena, Constantini filia.

7. *Gratulatio filiæ ad Imperatorem de rebus benè gestis: præscripta discipulæ à præceptore Dociano. Ponitur enim* τῇ δεσποίνῃ ἐν προσώπῳ τῆς αὐθεντοπούλας. Deß Fräwleins.

Τολμῶ σε ἡ ἀδελφὴ τῆς ἁγίας βασιλείας σου, δέσποτά μου ἅγιε, ἀσπάζεσθαι.

Χαίρετε νῦν, ὡς ἀληθῶς νικηφόροι ἄνδρες καὶ εἰρηνικοὶ σὺν τοῖς σοῖς ἐπανιοῦσι βασιλεῦσι. εἰ γὰρ μετὰ πρότερα δυσπραγήσαντες, ἐχαίρομεν, πόσῳ μᾶλλον νῦν, ὡς ἀληθῶς νικηφόροις ἄνδρασι καὶ εἰρηνικοῖς σὺν τοῖς σοῖς ἐπανιοῦσι βασιλεῦσι, δεῖ μᾶς χαίρειν. Χαίροις γαλανὸν καὶ περίφημον πρόσωπον. Χαίροις, γλυκερὸν ἡμῶν φάος, καὶ τερπνὴ θυμηδία, καὶ ἀγαλλίασις. Χαίροις γαλανὸν καὶ περίφημον πρόσωπον τῆς σκιπτροχρατείσης τῆς τῆ πίστεως γῆς πορφυρὰ θεοφύτευτε, καὶ δόξαλις ἀγνυρα καὶ ἀληθείωμα, &c. In fine. καὶ ὡς ἀληθῶς τῆς ἁγίας βασιλείας σου τολμήσασα ἀνθίψαι.

Eadem Helena.

8. Eiusdem Dociani, ἐν προσώπῳ τῆς αὐθεντοπούλας.

Τολμήσας ἀναθρέψω τὴν ἐν θεῷ βασιλείαν σου, ἡ προφιλής σοι θυγάτηρ, καὶ ὑπότις. *Grata est pro beneficijs. Benè me instituendam curas:* ὡς συμβαίνειν σὺν σοὶ, πρὸς τῷ εἶναι, καὶ τῷ σὺν εἶναι τὰς ἀφορμὰς ἀκωλύτους τῆς σῆς βασιλείας ποιεῖσθαι. *Pro honoribus Regalibus. Tuæ Maiestatis beneficio, in* βασιλικοῖς ἐγὼ περιπλέω ῥίζης καὶ βλάστης, ἀσφαλουμένη, τεθραυμένη πᾶσι τοῖς ὑπνικοῖς, βασιλικαῖς τιμαῖς τε καὶ προπομπαῖς. εἴθε μὰ τὰ πρὸ ἀναμιμνήσκω σοι προσφερόμενα μὴ ἀπαξιῶν. καὶ θεῷ φίλον, τὸ κατὰ δύναμιν.

Ad eandem.

9. *Hortatio ad serenissimam virgunculam Imperatoriam Helenam, ad res discendas optimas.*

Inscriptio. τῇ πορφυροβλάστῳ αὐθούστῃ πύλαι τῶν ῥωμαίων, κυρίᾳ ἑλένῃ τῇ παλαιολογίνῃ.

ὦ καὶ βασιλέων, σὺ τάδε σοι προσιμιάσεται, &c.

ἄρτι δὲ πάντα τὴν λεπαιτῆ (σὺν θεῷ δ' ἐρῶ δὲ) καὶ ἀγαθῇ προσοίᾳ τὸν τέλεσον ἐπίβλεπε σκιρτῶν τῆς σὺν μερᾶς ἀνθρώπου, &c. *Habes domestica exempla virtutis.* ὦ θεοπόσμητον, καὶ μυρίων κατὰ νόμον χαρισσόντων καὶ τιμῶν αἰτίων: ὃν ἐξωθοῦ ποθὲν διὰ σχολείας, ἄστυ διαλεκτικῆς καὶ παρακινέσεως, πρὸς τὴν πέπανσιν τῶν κατῶν, καὶ ἀφορμὴν: ἀλλ' ὁπόσον σύμοιρε τῆς γυναικῶν καὶ χρηῶν περιπλεγμάτων.

Mater Helenæ, fortasis Irene.

Habebat ipsa adhuc in viuis matrem, τὴν μητέρα καὶ βασιλίδα. *Sed, quod eius nomen fuerit, nondum certum habeo. Putabat Leontius Philoponus Hieromonachus, qui præcedentis anni mense Martio mecum erat, ei nomen fuisse* εἰρήνην, *Irenam. Dedecoratam quidem esse scribitur, in conuiuio cum filiabus & Gynæceo, ac dissectam, immanissimi Tyranni iussu. Sed aliud de ipsa nihil habeo.*

Palæologi hodierni.

De hodiernis verò Palæologis dubitabat Leontius, num essent ex Constantini vltimi genere. Qui tamen proximo mense Iulio ad me venerat, vir illustris (talem se perhibebat) Thomas Palæologus, asseuerabat: se ex ea familia esse. Quod intellexi, esse hac serie.

Ioannes ⎫ *Constantinus: qui cum Constantinopoli, vxore, & liberis, perijt.*
Imp. ⎬ *Andronicus —— Constantinus —— Manuel —— Thomas hic.*
⎭

De patre testantes habebat Ducis Veneti Paschalis Ciconiæ literas.

Hortatio, vt puella illustrissima ingenium literis excolat.

Ne moueat te (addidit Helenæ Magister) cogitatio illa, quò minus discas: γυνὴ ἦμεν, ἀλλ' ἐπὶ ἐμοὶ, ἢ ἔχω μεγάλων ἐξεσίαν, εἰ γὰρ ἀγόρτας, καὶ τινας ἀγχοίνας, τὸ κτῆμα τῶν λόγων ποσμεῖ λαμπρῶς: τῷ βασιλικῷ δὲ, καὶ μεγάλων θωμάτων, πόσον εἶνος, τῷ τῆς σοφίας χρήματι φαιδρυνθῆναι, καὶ λοξασθῆναι; *Admirati sunt senes, Cùm in vrbe Nauplio esses anno superiore, videntes tuam* νοσμιότητα καὶ εὐμένειαν. *precibus Spartæ & Peloponesi conualuisti: quo tempore Turcicus Tyrannus mortuus est. Intelligo Amuratem 2. anno scil. 1450. Hæc, de his hactenus.*

Laus eius.

Ægrotasti, sed

VARIA HIC, BREVITER. HOHENZOLLERANÆ ARCIS REPARATIO. Parochialis Ecclesia Hohenstauffæ. Multi per Sueuiam nobiles. Cœnobiolum Iaxti Anhusanum. Ioannis Reuchlini natiuitas. Turcarum clades ante vrbem Belgradum. Peregrinationes quædam ad Sanctos. Precum contra Turcas institutio. Reges Vngariæ Ladislaus, Cypri Iacobus Lusignanus.

CAPVT XI.

VVerda.

ANNO milleſimo, quadringenteſimo, quinquageſimo tertio. *Vlricus de Labar, præfectus Graiſpachi, erexit in monte ante oppidum Sueuicum Thonavverdam, quod è Bauarij ad Imperium deſciuerat, patibulum.*

Vir

Wir Vlrich/ Graffe zu Wirtemberg/ Vormünder/ ꝛc. verſehen/ ꝛc. Datum Stutgardiæ die purific. Mariæ, 1453. Vlmam verſus.

Vixit hoc tempore nobilis, Marcus de Neuhauſen. Et Halæ Sueuicæ, Burcard. Senfftius.

Quidam, nomine Nicolaus ſcriptoris (aliter, Rummelius) Capellanus 10. millium martyrum in oppido Nyrtinga, deſcribendo 6. Idus Iul. abſoluit chronicon M. Sig. Hermanni Æditui, de ordine fratrum minorum: quod exemplar ego 1588. perlegi. Rummelius.

Bebenhuſæ 1453. obijt Iohannes de Halſingen, armiger. In 3. ſepulchro ſepultus.

Epitaphium maiuſculis literis circa Inſignia, zu Bautma bey Bracknang.

Anno Domini M. CCCC. LIII. obijt nobilis Comes Petrus de minori Clypeo, in die Philippi & Iacobi Apoſtolorum. In Clypeo, brachium: in cuius manu, gladius Turcicus: & infra brachium, ſtella circulo circundata. Zygeuner Graff.

Infra Clypeum, canis auritus recubans. Supra Clypeum, galea clauſa: cui inſiſtit gallus gallinaceus coronatus. Supra coronam, tres plumæ. Suſpicabar, cùm viderem: an non fuiſſet ex Zygenis, de quibus antehac ſcriptum eſt.

Venetijs Hermolaus Barbarus naſcitur Maij 21. qui à 18. ætatis anno ſcribere cæpit. Hermolaus Barbarus.

Anno 1454. Maij 16. arx Hohenzollera, ante multos annos à ciuitatibus deſtructa, inſtauratri cæpta eſt, adiuuante Duce Alberto Auſtriaco, per Comitem Iodocum Nicolaum. Zollerana arcis inſtauratio.

Aſylum eſt in VVirtembergico oppido Neopyrgo: vt liceat ibi tuto verſari ei, qui cædem impetu animi (quaſi ἀυτόματον) fecerit ſex hebdomadas, & tres dies, &c. Huius priuilegij literæ perierant in magno incendio: ſed 1454. anno renouatæ ſunt.

Henricus, Dei & Apoſtolicæ ſedis gratiâ, Epiſc. Conſtantienſis, & adminiſtrator perpetuus Carienſium Eccleſiarum, ad perpetuam rei memoriam, &c. Ipſe, conſentiente præpoſito, Decano, & toto capitulo, Conſtantienſis Eccleſiæ: Abbati & conuentui Adelbergenſi ſupplicantibus annuerunt Eccleſias parochiales, in Hohenſtauffen, cum capella caſtri Hohenſtauffen, atq; in Hochdorff & Vnderenſtigen, cum earum pertinentijs (quarum ius aduocatiæ ac præſentandi, ab olim ad magnificum & generoſum Dominum Vlricum, Comitem de VVirtemberg pertinebat: & nunc iuſto donationis titulo, in hoc Monaſterium erat translatum) ſimpliciter & pure vniendas illorum neceſſitatibus ducent, annexuit & incorporauit: vt ſubditis ſuis, in animarum cura prouidere, hoſpitalitatem tenere, ſpiritualia & Archidiaconalia ſoluere, & alia onera ſupportare, poſſent. Actum 1454. Decemb. 14. Indict. 2. Hohenſtauffa parochiales Eccleſia.

In quadam inter Rudolfum Ebingenſem cum Kilpergenſib. & Hirſouienſes, de bonis in controuerſia, ante Iudices pagorum Kiebingen & VVurmlingen diſcutienda, ſequeſter vel arbiter erat Oſtertagus de Luſtnovv. Cuius nobilis antehac quoq; mentio facta eſt. Luſtnouius Oſtertag.

Hoc tempore, Ioannes de Rechberg (qui dudum ipſe, & Henricus de Iſenburg, bellum contra Rauenſpurgenſes occeperant) pagos aliquot circa Rauenſpurgum combuſſit: vt ſuperiorem & inferiorem Turingam: & quædam Heinkofæ, atq; Bikenhofæ: præterea 4. viros, cum Turingano fano. Cæpit multos, & pecuniam ab eis extorſit. Voluit etiam Buchhornam occupare. Ibi duo proditores, in quaternas partes diſſecti. Pax poſtea inter diſcordes ciuitates & nobiles. Iſenburg. Rauenſpurgenſes pagi.

Bebenhuſa. Anno 1454. obijt Iohannes de Heſingen frater Abbatis Reinhardi. Cui meritis ſuccеſſit 1466. idib. Septemb. vxor ſua, D. Mya Schenckin de VVirrenden. Iacent cum liberis ſuis in Eccleſia ante altare S. Mariæ. Heſingen.

Halæ florebant duo Conradi ex nobili familia Senfftiorum: quorum alter tunc præturam ibi geſſit. Senfftij.

Angel. Politianus in Italia 14. Iul. naſcitur, qui euaſit inſignis philoſophus, orator, & poëta.

Anno 1455. Comes Vlricus adificat Stutgardiæ Baſilicam mercatoriam: & ornat forum, quale hodie eſt. Cum quædam diſſenſio eſſet orta circa tutelam Comitis Eberhardi (poſtea Barbati appellati) cuſtodiendus is fuit datus nobili Rudolpho de Ebingen, concreditâ ei Tubingenſi arce. Turbatione ſedata: Rudolphus poſtea vnus ex conſiliarijs Eberhardi factus eſt. Stutgardia. Ebingenus Rudolfus.

Viuebat VVilhelmus Schenck zu Oberſtetten. Item Diepoldus, Doctor Decretorũ, Abbas Monaſterij Adelbergenſis: qui hoc anno cõtulit beneficiũ plebanatus Eccleſiæ parochialis in Hohenſtauffen, honorabili viro D. Oſualdo Pellifico Gæppingenſi, Presbytero Conſtãtienſis diœceſeos. Præterea, Thomas Brenner Cmeranus, presbyter Canonicus Schorndorffæ: Nicol. Schmid, ciuis ibid. Deniq; Albertus Alber Schorndorffenſis, artium liberalium Baccalaureus, iudex iuratus, & publicus notarius. Oberſtetten. Hohenſtauffen. Alber.

VVyrffelij, homicida. Duo fratres VVurffelij, Hainzius & Hanso, quia propter cedem infestabantur: dedidérunt sese Lorchensibus in seruitutem, vt defenderentur. Sed cùm defendi non possent: Lorchenses eis alium defensorem quærere permiserunt, non tamen in damnum suum.

Anhusanum ad Iagstum cœnobium.

Anhusani cœnobioli expiatio. Transacto ciuitatum bello & quibusdam nobilibus, ob cædes in eo factas, ad spiritalem emendationẽ conuersis: cœnobioli Anhusæ ad Iagstum ordinis Paulini, ex ea expiatione fundatio facta est: cui etiam Bembergenses subsidium attulerunt. Idem Monasteriolum, postea incensum à seditiosis rusticis est.

Eßlinga. Eßlingæ, die Sancti Conradi, Carmelitanum deflagrauit Monasterium. Sed postea est restitutum.

Reuchlinus nascitur. Ioannes Reuchlinus Pforzensis (Græcè κεκριμενος) nascitur 1445. Decemb. 28. Hic linguam Hebraicam & Græcam, præcipuus in Germaniam intulit. Adiuuit & Rudolphus Agricola.

Schorndorff. Illustris Comes Vlricus, transegit Schorndorffij cõtrouersiam: quæ erat inter Abbates, Lorchensem & Alchingẽsem, ob decimas in vicis Vrbach & Bliderhusen. Die lunæ post Othmari 1455.

Mindelhaim. Mundelshaimi maius Templum, hoc anno extructum, & beato Chiliano dedicatum, est.

Cometa. Anno 1456. toto mense Iunio, magnus Cometa in oriente conspectus est. De quo in Rauenspberg. Chron. Es erschien da ein neuwer wunderbarer Stern: der gab ein spräg oder schein/ als lang/ als ein Wießbaum.

Cruciatæ prædicator. Legatus quidam Roma veniebat Augustam, crucis prædicator contra Turcas. Quæ signati complures, in Vngariam versus descenderunt: verùm nullo hoste viso, miserè redierunt, sed non omnes. Attamen Mahometes hoc anno Belgradum CL. millibus bellatorum obsedit: qui, Capistrano (ad quem multi se studiosi aggregauerant) de alta turri milites cohortante, & crucis signa vibrante: ingenti prælio, & suorum damno, ab Ioanne Huniade victus & fugatus est. Belgradi, Turcæ superati. Festum nouum. Institutum ideo fuit, 6. Aug. quotannis celebrandum. Festum transfigurationis Christi. Vterq; post eodem anno mortuus est. Huniades & Capistranus.

Ladislaus, Huniadis. Occidit mox Vlricum Ciliæ Comitem, inimicum paternum, Ladislaus Huniadis F. agens ætatis annum 24. Ideo sequenti anno, vnà cum fratre Matthia carceri mandatur, & capite diminuendus. Matthias verò, adolescens 15. annorum, cùm idem supplicium 3. post multatur, in vrbe Buda. Matthias, Vngariæ R. insperatò. expectaret. 22. Ianuar. 1458. ad gubernationem Regni Vngariæ vocatur: cùm pro liberatione eius, ab Vngaris 50. millia Aureorum data essent. Ecce ἀπροσδόκητον insperatam, à desperatione & ignominia, ad salutem & honorem.

Eodem 1456. A. Vlricus, & cognatus eius Lud. VVirtembergici, inter alios Consiliarios & ministros, etiam Iodocum Nicolaum, Comitem Zollerensem, habebant, jren Oheimen.

Peregrinatio Orendesalensis. His temporibus, & antè, circa Halam Sueuicam, peregrinationes fiebant ad Orendi salum Schuppachium que: quorum hoc, ad oram: illud, ad Salam in comitatu Hohenlohensi. Originem habuerunt ab Anachoretis: qui initiò sibi cellulas ibi fecêre. Hinc superstitio religionis ergò eò peregrinandi, nata est: præsertim illis, qui surdi erant, Orendesalum versus: Schuppachium verò, Schuppachiana. Reiffenstain. fortasse propter diuam virginem, eius loci patronam. Vbi parua quoque arx Reiffensteinum, à nobili Reiffenstainiæ gentis viro, condita est. VVideman.

Alperspach. Alperspachensi cœnobio Fridericus Imper. priuilegia & iura sua confirmauit: immunitate insuper data à vectigali: quotiescunque vinum frumentum, & fructus, ad sui sustentationem importarent. sub multa transgressorum magna. Neustadij quarta Feria post Laurentij: imperij eius anno 5. Regnorum 17.

Lorcha. Transactio quædam sigillata est die Veneris post Vlrici à VVirtemberg. Comite Vlrico, controuersiæ: quæ fuerat inter Lorchensem Abbatem, & Comitis Ministros fideles, viros nobiles. Dom. Conradum seniorem, & Conradum iuniorem, Frares, Dominos Lympurgij, hæreditarios pincernas.

Gaisberg. Angela. Literas dedit VVilhelmus, Comes Oetingensis, de transactione quadam inter Abbatem Lorchensem Volkantum: & honestam matronam Engelam Gaisbergerinam, D. Rudolphi de Baldeck equitis viduam. Actum Schorndorffæ.

Zollern. Herter. Fyrst. Viuebant tunc, Ios Niclas Comes Zollerensis (mentio cuius supra facta est) & VVilhelmus Herter de Hertneck: sponsor ab eo datus de quadam pecunia, nobili Conrado de Fyrst. Vivebat & Baltasar de Neuneck.

Nutrin-

Nurtingæ. Anno Domini M. CCCC. LVI. am Freytag vor S. Michels Tag/ starb der from̃ vnd veſt Vlrich von Sperberſeck: dem Gott G. vnd Barmh. S. VV.

Herrenalbæ. 1456. obijt 4 Nonas Nouemb Domina Agnes, Comitiſſa de Eberſtein, vxor D. Friderici, Comitis de Helffenſtein.

Vlmæ, die Mercurij poſt Martini, obijt Ludouicus Krafft, dictus VVis Ludwig Krafft. Krafft.

Anno 1457 Indict. 5. Dominicâ aſſumpt. Mariæ (ſed & prius) per literas popoſcit dotem vxoris ſuæ (Margaretæ Sabaudæ, antehac Ludouico Palat. nuptæ, matris Philippi) à Friderico Palatino, VVirtemberg. Comes Vlricus. Dotis poſtulatio.

Eodem anno, Febru. 20. Horbæ Ludi magiſter & Notarius erat publicus, Auguſtinus Bettinger. Teſtes in quodam negocio erant: oppidum Sultzenſe aliquando à VVirtemberg. Comitibus Ludouico & Vlrico, obſeſſum fuiſſe: Abbatiq; Alpelſpachenſi Hugoni, aliquot tauros in monte Sultzbergio prope Alpelſpachum abactos, & in caſtris mactatos. Item, quod nobilis vir, Albertus Neuneccius, Dornſteti præfectus, ceperit quendam Alperſpachenſibus ſubditum: & Dornhainin cuſtodiam dederit: quem Abbas Hugo inde eripuerit. Neuneccium igitur impetum fecisse in lapideã iuxta Dornhainum domum: ac præfectum cum ſe: uis abdũxiſſe, &c. Inter teſtes erant, Georgius à Brandeck. Iodocus Kerner, presbyter & Decanus ſacelli Horbenſis: Ioannes Hanouius, Dornhainenſis Eccleſiaſtes. Horbæ ſchola. Sultz. Dornhain. Brandeck.

Legatus quidam Româ venit Auguſtam, & al. ò in Germaniam: qui præcepit nomine Papæ (is, Calliſtus 3. erat) ſingulis menſibus die Sabbati, ſupplicationem cum crucibus (ein Creutz gang) faciendam. Ac tempore pomeridiano inuitabantur homines ad precandum, ſono campanæ. Qui ter orationem Dominicam recitaret: multum indulgentiæ accipiebat. Fuſa tunc fuit campana magna (apud Auguſtanos) S. Mariæ: & vno menſe poſt, magna campana ad S. Vlrici. Supplicatio, à Papa indicta.

Eiuſdem anni menſe Ianuario, Sigismundus Mynſterlinus, Monachus ad D. Vlricum, Chronicon ſuum Germanicũ, de primordijs Auguſtanæ vrbis, & Epiſcopis eius, Sanctis & Templis, ſatis Monaſticè (inquit Gaſſarus) ſcriptum, ſenatui dedicatum obtulit: ac 30 fl. pro munere accepit. Quod poſtea 1522. à Melchiore Rammingero, Auguſtæ impreſſũ eſt. Libri dedicatio.

Eodem anno celebrati ſunt ibidem haſtici ludi à vicinis nobilibus. In quibus optimè omnium pugnarunt. Oſualdus à Thierſtain Comes, & Hartmannus Sultzerus ciuis: vir etiam in omni armorum genere exercitatiſſimus: & in multis Germanorum principũ aulis verſatus. Torneamentum Auguſtæ. Sultzer.

Lauingæ in foro ædificata eſt aulica turris: imaginem Alberti M. & aliorum, habens: vt dudum ſcripſimus.

Bebenhuſæ. Anno Domini 1457. 15 Kal. Febru. obijt Hainricus de Halſingen: Monachus & Sacerdos, Procurator in Roſeck. Sepultus in 6 ſepulchro. Halſinger.

In Monaſterio Dominorum Albanorum.

Anno Domini M. CCCC. LVII. obijt emeritus Armiger Antonius de Gærtringen: cuius anima requieſcat in pace. Inſignibus, duæ falces inſunt erectæ, dorſis inter ſe obuerſæ. Herrenalbæ. Gærtringer.

Sindelfingæ. A. 1457. die S. Hilarij (idibus Ianu) obijt Magiſter Hainricus Tegen, Decretorum Doctor, Præpoſitus quondam huius Eccleſiæ: Cui ſucceſſit nepos Ioan. Tegen, ſacrorum Canonum Baccalaureus.

Halæ Sueuorum obijt Burcardus Senfftius: qui in ſuis Inſignibus, monoteroti pedes adiunxit, quibus hic antea caruerat. Senfft.

In Vngaria & Bohemia Rex erat Ladislaus, adoleſcens 19. annorum. Hic fuit Cæſarij Alberti poſthumus filius: natus ex Eliſabeta, Sigismundi Cæſarij filia, & ab Imp. Friderico educatus. Antea fuerat Hunniadis filius Ladislaus, iuſſu eius obtruncatus: & frater eius Matthias, in captiuitate, vt ſuprà ſcriptum eſt. Iam verò, hoc 1457. anno, Rex Ladislaus, dum ſe ad nuptias, cum Margareta, Caroli 7. Franciæ Regis filia, celebrandas parat: Pragæ circa feſtum S. Martini moritur: veneno, vt dicebatur, extinctus. Ita magni principes, varijs etiam ipſi ſubiecti ſunt calamitatibus. Ladislaus, Vngar. R.

Cypri Regnum hoc 1457 anno Iacobus, Ioanni Regi ex concubina natus, Ioannóvve obtinet, ope Ægyptij Sultani: Carlottâ, & coniuge eius Ludouico Sabaudo, expulſis. Catharinam deinde Venetam duxit, Marci Cornarij patricij filiam, firmandi Regni gratiâ. Quam Catharinam cùm Senatus Venetus filiam ſibi adoptaſſet: Rexq; Iacobus, & filiolus eius, mortui eſſent: Inſula Cypria à Venetis occupata eſt. Cypri Rex Ioannes.

Hic Luſignanæ familiæ finis fuit. Vide ſup. lib. 6. cap. 4. Luſignana familia, extincta.

VVERDÆ DANVBIANÆ OCCVPATIO. COMITVM ALIQVOT Tubingensium prosapia. Puerorum peregrinatio Sammichaëlica. Aliquot Epitaphia nobilium. Longus VVolfius de Stain. Mors Alphonsi, Neapolit. Regis. Procerum orientalium legatio ad Ducem, Burgundiæ Philippum. Iudæa Tybingensis, Bella. Celtes & Philelphus.

CAPVT XII.

VVerdam Bauarus Lud. occupat.

ANNO 1458. *Bauariæ Dux Landshutensis Ludouicus adiuuante Palat. Friderico adductis die lunæ post Francisci, 20. millibus virorum, & 4. millibus curruum, deditione capit* Danubianam VVerdam, *neminem lædens: & ad portas Insignia sua pingit. Eam tamen postero anno Imperio restituit: Imp. Friderico in Comitijs Noribergæ cogente, & Marchione Alberto, Augusti nomine 24. millia virorum contra eum habente. Cæsar etiam* VVirtembergensem Comitem Vlricum, *& Badensem Marchionem, fratremq; eius Episcopum Metensem, aduersus Fridericum Palat. incitauit: quem vicissim Ludouicus Bauarus strenuè iuuabat: quo de bello, posterius. Cuent. lib. 8. Germanici Annalium operis, & alij.*

Tubing. C. Elisabeta.

Viuebat hoc tempore Elisabeta, Comitissa Tubingensis, vxor Caspari Baronis de Mertperg. Vrstisius in Basilea.

Iam quia sup. lib. 3. cap. 10. de Palatino Tubing. Gottfrido, & vxore eius Luitgarde, dictum est: in Genealogica tabula hæc sequuntur.

Ex ipsis nati:

Tubing. Comitum prosapia.

1. *Sigismundus. In hastiludio Rauenspurg. 1311.*
2. *Gottfridus, oppidi Tubingæ venditor. Mortuus Bæblingæ 1356. coniux eius, Clara, Friderici Furstembergij & Friburgij filia.*
3. *VVilhelmus, 1342. cuius vxor, Hailga Eberstainia.*

Gottfridi & Claræ liberi.

1. *Henricus. Bæblingæ obijt 1376.*
2. *Fridericus. In hastiludio Esslingæ 1374.*
3. Rudolphus Schärer/*Comes Tubing. Dominus Liechtenecci, 1354. Vxor, Adelhaidis, Ochsenstainia Comes.*

VVilhelmi & Hailgæ progenies.

Vlricus. In pugna Reutling. 1377. interfectus. Filius eius, VVilhelmus: qui hastiludio interfuit Schafhusæ, 1392. Sororem habuit Itham, Eberhardo Nellenburgensi Comiti nuptam.

Ex Rudolpho & Adelhaide geniti.

1. *Rudolphus. Sepultus Schorndorffæ 1408.*
2. *Adelhaidis, 1370. Maritus, VValther Geroltzeccius, occisus in prælio Sempachensi, 1386.*
3. Conradus Schärer/*vxor eius, Verena Thierstainia, 1393.*

Conradi proles.

1. Conradus Schärer/*Comes Tubing. Dominus Liechteneccius. Intererat 1416. Hastiludio cuidam Constantiensi.*
2. Rudolphus Schärer/*magnæ auctoritatis heros, 1414.*
3. *Clara, Abbatissa Buchæ Sueuicæ 1443.*

Ex Conrado natus.

Conradus. Vx. Anna, Comes Lupfenia, 1440. Hinc generatus ponitur.

1. *Georgius, vir fortis, & seuerus. Obijt 1507. Coniux, Agatha Comitissa de Arch, 1480.* 2. *Vlricus.* 3. *Margareta, Buchæ Abbatissa.*

Georgio natus.

Conradus, Comes Tubing. Dominus Liechtenecci, 1530. Vxores eius. 1. *Ioanna, Comes Birschia.* 2. *Catharina Truchsessia de VValdpurg, Domini Georgij F. Vide de reliquis infrà lib. 12. cap. 16.*

Hefingen.

Viuebat etiam Ioannes Truchsæßius de Hæfingen, hoc 1458. anno: & VVilhelmus Schenck de Giren, iunior, in Oberstotzinga: nec non VVilhelmus Herter de Hertneck, propinquitate Truchsæßio iunctus: ideoq; spondens pro quodam eius ad Schenckium debito. Reformatum etiam

Bergense Monasterium.

Gynæceum sacrum Bergense, dimidiato milliari à Neuburgo Danubiano distans: conditum olim 976. Indict. 4. à Ducissa Bauariæ VVillitrude, Berchtoldi vxore, vltimi Ducis ex posteris Caroli M.

rede M. consentientibus Impp. Othone 2. & Theophania Græca, vxore eius. Reformatrix, fuit Barbara Eckerina, Augustâ Vindel. 1458. Eò missa. Quæ laudabiliter præfuit, & 1472. Nouemb. 4. obijt.

Halæ Sueuorum die Iouis post Pentecosten, amplius centum pueri, inuitis parentibus, ad Sanctum Michaëlem peregrinabantur. Senatus tamen eis asinum & pædagogum attribuit, ne quid mali acciderent. M. Ioan. Herold. Peregrinationem puerorum, subitò cōcitatorum, ad S. Michaëlem in Nordmannia Galliæ factum, scribit Auentinus: nec à matribus retineri potuisse. Aliter statim mortuus esse. Postea, magnam pestilentiā esse secutam. Mirus enthusiasmus. Pueorum Halæ peregrinatio.

Eodem anno, Marchio Albertus, & VVirtemberg. Vlricus, die Dominico post Ioan. VVideram armis petierunt eademq; hebdomade captam fregerunt. VVideman. VVidera.

Viuebat Halæ Burcardus Sulmaister.

Epitaphia in Ecclesia Schafhusiana, non longè ab op. VVila.

1. Anno Domini M. CCCC. LVIII. pridie ante festum purificationis Mariæ, obijt Wolff vom Stain/ von Staineck/ der lang genannt. Stain.

Anno postea 1585. cùm propter multitudinem auditorum, ex op. VVila Scaphusam ventitarem, ad conciones Euangelicas M. Michaëlis Oesterlini auscultandas, fanum amplificaretur: effossa sunt huius VVolfgangi ossa: ex quibus considerari magnitudo corporis eius, propemodum admiranda, potuit. Dann da ist seiner scheiben eine abgemessen worden: vnd ist dieser Lie nen 4. lang. σκέλος, siue crus, intelligo: cuius longitudinem hoc filum, quater sumptum, adæquat. Sunt 4. spithamæ. Gigas VVolfg. à Stain.

2. Anno Domini M. CCCC. LXXXII. ipso die paschæ, obijt venerabilis Dominus Conradus à Gilgingen, Præfectus huius Ecclesiæ.

ALIBI MORTVI, HOC 1458. ANNO.

Obijt die Lunæ ante S. Bonifacij, Hermannus de Sachsenheim eques. Stutgardiæ in Parochiali humatus.

O Welt/ du hast gelassen mich/ Mein Wapenrock ist staub vnd Erdt:
Mein Schilt vñ Helm hangt vntes sich: Gelebt ich je in deinem werdt/ &c.

Nagelij, Halæ Sueuicæ, cum capite taurino in Insignibus. A. 1458. die Martis post Gertrudis, obijt Bergier Nagel. A. 1474. die Iouis vor Orgilli/ Eberhardus Nagel/ senior. A. 1503. Sabbato post Matthæi, Eberhardus Nagel. Nagelij.

In Italia Alphonsus ille sapiens, de quo antehac scriptum, Aragonum Rex splendidissimus: febri correptus, in arce Neapolitani literis, ouum dicta, obijt Calendis Iulij. Hic, cùm aliquando legisset prædicamentum cuiusdam qui Augustinum de ciuit. Dei in Hispanicam linguam transtulerat: & in sententiam incidisset, quæ dicebat: Rex, qui non est literatus, est asinus coronatus: adeò eo dicto affectus fuit: vt literis omnino dandam operam existimaret: quamuis ætate iam non parum esset promotus. Successerūt in Regna eius: Apuliæ, Ferdinandus filius νόθος: Siciliæ & Hispaniæ, Ioannes frater huius. Palmer. & Collenut. Pius 2. (antea Æneas Syluius) Papa fit. Natus 1405. Alphonsi R. Neapolit. mors. Princeps illiteratus, asinus coronatus.

In Oriente, post Græci Imperij extinctionem, die 22. April. literæ & legatio venerunt Dauidis, Trapezuntini Imp. ex Comnenio Græco genere, ad potentem Burgundiæ Ducem Philippum: quibus incitabat illum, & occidentales principes, ad arma in Turcas sumenda. Se enim aggressurum hos 30 birennibus, & 20. hominum millibus. Idem facturum Georgium, Persarum Regem, 60. millibus. Idem, Georgianæ Ducem Gorgoram, vicies mille equitibus. Idem, Bendianum, Regem Mirigreliæ seu Colchidis, 60. millibus militum: Rabiam, 30. millibus: Dardebechum Armeniæ minoris, 10. millibus. Syluius in Epistolis. Orientales Proceres, ad Philippum Burgundum. Trapezuntinus Dauid. Persa Georgius. Georgianus Gorgoras. Colchus Bendianus.

παλαι μὲν γὰρ ἐπόθεε τοὺς ἀξιθύμους τῶν ἐχθρῶν, χαλεπαίνων γῆς ἀπαναστάσει.

Anno 1459. Maximilianus, Imp. Friderici F. nascitur, die cœnæ Domini, 22. Martij: baptizatur die Pasch. 25. Martij. Maximiliani I. natiuitas.

Palatina Mechtildis, VVirtemberg. Eberhardi Barbati mater, quæ Austrio Alberto nupserat, in Hohenbergensi Comitatu, & Rotemburgi, circa hos annos habitabat: ipso Archiduce plerung, in Austria degente, non in Suevia. Tunc plus pacis ea regio habuit, quàm CL. annis antea. Diuisus est Hohenbergensis Comitatus in superiorem & inferiorem. In superiore, arx Comitum Hohenbergiorum vetus est, nunc confracta. Deinde, oppida Bintzdorff, & Schemberg, & Fridingen: cum 15. pagis. Pagus Spaichingen sub valle, Kilberga claustrum. Inferior Mechtildis Palat. Hohenberg. Comitatus.

part,

pars, ad Nicrum est. Ibi oppida, Horba, Rotemburgum cum Ehinga, Obernau op. & arx: quod olim feudo Ehingenis datum ab Austriacis fuerat. Sed, cùm Sebastianum de Ehingen patrem filius in oppido Eltzach interfeciſſet, retractum est. Vtraque pars ſuum Præfectum habet. Ad eundem Comitatum quondam etiam pertinebant oppida: Nagolt, VVildperg, Oberndorff, & Haigerloch.

Vlrich / Graffe zu Wirtemberg Fürmünder. Vnſern G. Z. Lieben getrewen/ Schultheiß vnd Richter der Statt zu Calwe/ꝛc. *Vt fiant condebitores Eberhardo C. VVirtembergenſi, ergà Theodoricum de Gemmingen, &c. Vraci die Martis poſt Iubilate, 1459.*

Apud nos Tybingæ, platea eſt, Iudæorum dicta. Tunc (hoc anno) habitauit ibi Iudæus, qui literis his exultionis loquitur.

Tubingenſis Iudæus. Jch Kauffmann Jud / vnd ich Bel Jüdin ſein Haußfraw / hie zu Tüwingen geſeſſen/ bekennen vnd thun kundt allermenniglich mit dieſem Brieff. Als ich Bel Jüdin/ mit ſampt andern Jüden/ die hie zu Tüwingen ſeßhafft ſind/ in Gefängknüß deß Herrn/ Herrn Eberhardts/ Graffen zu Wirtemberg/ vnd zu Mompelgart/ꝛc. meins gnädigen Herrn kommen bin: vmb ſolches / daß ich den armen Leuten höher / thewrer / vnnd anders/ꝛc. denn ich hie zu Tüwingen auffgenommen vnd gefreyet bin (damit ich dann die Freyheit hab verbrochen/ vnd vberfahren) als ich auch das warlich erfunden hat: vnd vmb ſolch mein verhandlung/ vberfahren / vnd verbrechen der Freyheit / mercklich ſtraff verſchuldt hett: vnnd auch ſchwerlich zu ſtraffen wer geweſen: ſo hat doch der Herr/ Vlrich Graffe zu Wirtemb. ꝛc. mein gnädiger Herr/ als ein Fürmünder deß obgenañten meins gnädigē Herrn Graffe Eberharts/ mir miltiglich Gnad bewieſen: vmb ernſtlicher Bitte willen/ an ſein Gnaden gelangt/ wieder auſſer ſolcher fengnüß kommen laſſen: doch alſo/ daß ich obgenannter Kauffmann Jud/ vnd ich obgenannte Bel Jüdin ſein Haußfraw: ehgenannte fencknüß/ vnd was ſich darunter gemacht vñ verlauffen hat / gegen den obgenannten vnſern gnädigen Herrn/ vnd der Herrſchafft zu Wirtemberg: an den jhren/ oder die jhn zuuerſprechen ſtehen: oder den/ die Rath/ Steur/ oder Hülff darzu gethan haben: nimmermehr zu haſſen/ zu eiffern/ noch zu rechnen/ꝛc. wöllen auch die ſchulden / ſo die zu Tüwingen/ oder in dem Ampt Tüwingen / vns ſchuldig ſind / die nechſten drey Jahre/ ohne Wucher vnd geſuche anſtehen laſſen/ꝛc. So haben wir obgenannte/ geſchworen ein Jüdiſchen Eydt/ nach vnſer gewonheit: alles vnd jegliches vorgeſchrieben / war vnd ſtett zu halten/ꝛc. vnd deß alles zu warem vnd offnem vrkund/ ſo haben wir beyde ernſtlich gebeten die frommen Junckern/ Conraden von Virſt: Juncker Anbrechten / vnd Juncker *Vel VVidnouiui.* Wildnow Vol/ von Wildnow/ gebrüder: daß ſie jhr eigne Jnſigel (doch jhn ohn ſchaden) das alles obgeſchrieben zu bezeugen / öffentlich haben gehenckt an dieſen Brieff/ꝛc. *Actum die Iouis, ante diem S. Martini Epiſcopi, anno M. CCCC. LIX.*

Florebat tunc etiam VVolff de Zilnhart.

Obijt idibus April. nobilis Domina Anna de Straubenhart, coniunx Hermanni de Sachſenhaim: cuius anima R. I. P. Stutgardiæ in Leonhardino ſepulta. Die S. Mauricij (Septemb. 22.) obijt honorabilis Magiſter Iohannes Hain, Canonicus Sindelfing. Eccleſiæ. Ioannes Spenlinus, quondam Præpoſitus Herrenbergæ, Rector Eccleſiæ Haiterbachenſis, artium M. & Medicinæ, ſacræq; Theol. Doctor, Conſtantiæ 1459. obijt.

In Monaſterio Alperſpachenſi.

Alperſpach. *Anno Domini M. CCCC. LIX. 18. Cal. Maij, obijt Dominus Gregorius: huius Monaſterij de primis Reformatoribus Abbas primus.*

Eiusdem anni 18. Kal. Decemb. obijt venerabilis in Chriſto pater & Dominus, Henricus Magſtat, XI. Abbas Albæ Dominorum.

Ehingeri Vlmæ.

Ioannes Ehingerus I. in longa platea, Iudex, Hartmanni I. filius, obijt 1459. Septemb. 1. Vide 1428. Vxor eius. Vrſula Lengina. Filij eorũ. Ioannes 2. & Georgius 2. Ioannes obijt 1493. Vxorem habuit Barbaram Riglerinam, quæ obijt 1488. Ex eis nati, Iacobus Corellenmannus & Ioannes Habfaſt 2. qui obijt 1477. &c. Georgius obijt 1467. Decemb. 7. Vxor ei fuit. Barbara Mittelerina, quæ obijt 1468. Ex eis natus eſt, cum alijs, Rudolfus: & ex Rudolfo Georgius, qui obijt 1507. cœlebs: atq; Barbara, quæ obijt 1497. itidem celebs.

Celtis natiuitas. *Conradus Celtes, natus: poſtea primus Germaniæ Poeta Latinus.*

Baſilienſis

Basilienſit Academiæ initium, per Pontificem Pium 2. Vrſtiſius.

Franciſci Philelphi nomen, in Italia celeberrimum erat: quia cognitione Philoſophiæ, Latinarum & Græcarum literarum, inſignis. Franc. Philelphus.

BELLVM INTER ALBERTVM BRANDENBVRG. ET LVDOVICVM Bauarum. Item, inter Fridericum Palatinum, & VVirtemberg. Vlricum. Hirſaug. Abbas Bernhardus. Prioriſſa Oberndorffenſis. Epitaphia Mundelshaimenſia. Trapezuntini Imperij occaſus. Ducis Bauariæ Ludouici, & Comitis Palat. Friderici, Victoriæ. Reformatio Lorchenſis cœnobij. Celebratio Anniuerſarij, Fundatoribus eius.

CAPVT XIII.

ANNO 1460. fertur mortuus eſſe Ludouicus Comes VVirtemberg. (filius Ludouici & Mechtildæ, Eberhardi Barbati frater) in adoleſcentia, Auraci: & Guterſtaini terræ mandatus. Sed rectius 1457. mortuus eſt. VVirtemberg. Ludouici mors.

Cathedralis Eccleſia Stutgardiæ, quæ antea fuerat lignea, ex lapide conſtrui cœpit. Stutgardia.

Bellum Bauaricum, Ludouico Bauaro ab Alberto Brandenburgenſi Marchione (de voluntate Cæſaris) illatum, Funccius huc ponit. Sed & adſequentia tempora pertinet. Bellum inter Alb. Brandenburg. & Lud. Bauarum.

Cœptum eſt etiam bellum inter Vlricum VVirtembergenſem, & Fridericum Palatinum. De quo ſic à Nauclero & alijs ſcribitur. Anno Domini M. CCCC. LX. feriâ 6. poſt Domini cam Eſto mihi, bellum indixit Friderico, Comiti Palatino Rheni, Bauariæq; Duci, illuſtris Vdalricus, Comes in VVirtemberg: pro eo, quòd Fridericus Comitem impediret: quò minus dote vxoris ſuæ potiretur. Bellum Vlrici VVirt. cum Frid. Palatino.

Duxerat enim relictam Ludouici Palat. Margaretam, Amedei Sabaudi filiam, matrem Philippi Palatini: cum dote ſcilicet omnium, ſibi per priorem maritum, ſiue dotis, ſiue donationis nomine, aſſignatorum. Verùm traductione facta in domum Comitis, mox Fridericus de illis rebus eum impediuit: aſſerens, dictam Margaretam, pro ſua parte priori marito, in dotis apportatione non ſatisfeciſſe: & nonnulla alia allegans. Ideo ſe iure impedire. Ideo tandem ortum eſt bellum: & eodem anno ſub Cal. Maij, CCC. equites à Palatino irruerunt: agrumque Vdalrici depopulati ſunt, incenſis vicis, pecore abacto, vſque ad magnam Botvvaram. Tunc Vdalrici præſidium Lauffenſe & Marpachenſe excurrens: Palatini equitatum prope VVinzelhuſam inuaſit fudit, multos occidit, nobiles ad XL. cepit. Ex parte VVirtembergenſium cecidit, Dominus Caſpar Spetus, & quidam Hohenrietenſis nobilis: quos Marpachium ſepultos habet. Inde in Vigilia Petri & Pauli Apoſtolorum, deſcendit Comes Vdalricus oppidum Hailpronnam verſus: ducens exercitum X. millium pugnatorum. Cumque appropinquaret: ciues, legatione miſſa, per compoſitionem egerunt, ne exercitus vaſtaret fructus eorum. Breui deinde pax inter Palatinum & VVirtembergicum facta eſt: ſed non din durauit. Nam depoſito Eiſenburgio Dietericho, Moguntinenſi Archimyſta: & in locum eius, Naſſouio Adolpho ſucceſſuro: Dieterichum tuebatur Fridericus Palatinus: ſed eidem aduerſabatur, Carolus Marchio Badenſis, & frater eius Ioannes Epiſcopus Metenſis Vlricusque VVirtemberg. Comes: pugnantes pro Naſſouio, in Archiepiſcopatum promouendo. Pont. autem Pius ideo Dietericbum pellebat: quòd hic ad legatum Pontificiam cruciatæ prædicatorem, inter alia dixerat: Papam his prædicationibus, non religionis propugnationem ſed pecunias regionũ, quærere. Ei Dietericho Cæſar quoq; Fridericus aduerſabatur. Pax temporaria.

Marpachij in templo D. Alexandri extra oppidum, in muro ſcriptum.

Anno M CCCC. LX. Begab ſich auff S. Philippi vnd Jacobi der zwölff botten vnd Graff Vlrich von Wirtemberg in abgeſagter Feindſchafft/auff einander geſtoſſen/ an dem fürtraben etwa manch Hauß gebrannt hetten: traffen beyder ſeiten miteinander an/zwiſchen Wälſtenhuſen (Wentzelhauſen) vnd Helffenberg. Allda waren dieſe zween Bidermänner/ehrlich vnd Ritterlich erſchlagen: vnd mit dem Heer heimgeführt. Der Almechtig Gott ſey ihnen gnädig/Amen. Epitaphium Marpachij.

Depicta in templo eſt illa Comitum pugna. Sic Cicero Verr. 6. pugnam equeſtrem Agathoclis Regis, in tabulis depictam præclarè fuiſſe Syracuſis, ſcribit. Sic Athenis erat porticus, ποικίλη vocata: in qua depicti erant: qui fortiter in Marathonio campo contra Perſas pugnauerant, Fauorini Lepico teſtante. Pugna, picta. Athenis ποικίλη.

Eodem 1460. anno, Indict. 8. obijt Hirſaugiæ Abbas VVolframus Mayſer. Qui cum Kal. Septemb ſepeliretur: pars quædam vicini ſepulchri, in quo iacebat Bruno VVirtemberg. Comes, 14. Abbas quondam Hirſaugienſis, aperiri cœpit. Vnde tanta ſuauiſſimi odoris flagrantia erupit, vt ho- Hirſaug. Abbas VVolframus.

Sepulcri effossio. vt homines admirarentur. Altius igitur fossum est, an origo illius odoris cognosci posset. Repertum est corpus Brunonis quasi integrum in sarcophago. Quod cùm Monachus quidam, vt videret, num firmum esset, leuiter baculo tetigisset: tunc aere subintrante, mox in cineres est resolutum, vsq; ad ossa. Tunc etiam pauper quidam cæcus & claudus, sanitatē recepisse scribitur à Tritenhemio. Successit Abbas 39. Bernhardus: Monasterij quasi 2. virtute sua reparator: ære alieno

Abbas Bernhardus. dissoluendo, oppigneratа recipiendo, multa noua ædificia condendo, antiqua reparando. Præfuit annos 22. regularis vitæ obseruantissimus. (notauit.

Eodem anno, Vlricus de VVinckelthal, Edelknecht / literas quasdam Lorchenses sigillo

Oberndorffense cœnobium. Controuersia erat inter Priorissam (Ehrwirdigen Geistlichen Priorin) cœnobij in Oberndorffensi oppido, ordinis Augustiniani: & inter Andream Abbatem Alperspachensem,

Alperspach. Abbas. (Ehrwirdigen Geistlichen Herrn/ Herrn Andres/ Apt zu Alp. vnserem gnädigen Herren) mota ab illa contra hunc, de quibusdam villulæ Nithusæ decimis. Obtinuit mulier, remper decempedatores finiri. Sæpius causa fuit acta, præsertim Dornsletæ. Egit pro muliere nobili vir, Ioannes à Linstetten, Præfectus Herren Zimmerensis: pro Abbate verò, aliàs Ioannes Solleder, senior Scultetus Sultzensis: aliàs, conuentuales Alperspachenses, Ioannes à Linstetten, & Theodoricus VVolflinus. Initiò stabant à muliere: Nicolaus Maler, Cos. Horwensis. Bentzo Huller, cognomento Guot. Scultetus. Joan. Fritschman / ciuis & iudex Horbæ. Steph. Præfectus Truchtingensis. Ioan. Engelhart de Zimmeren, &c.

Ab Abbate: Conradus Rubing. & Conradus VVittinger, ciues & iudices Horbenses. Nicolaus Remp, Scultetus Sultzæ. Volmar Strubenhart, ciuis Dornstettensis. Nicol. Brunner Losburgensis, &c.

Bebenhusæ. A. 1460. obijt Ioannes de Deckenpfrund, 6. Kal. Ianu. XXII. Abbas Bebenhusanus. In capitulo humatus.

Stutgardiæ. A. 1460. Caspar Spæt, eques auratus, vltimo Aprilis.

In Templo maiore Mundelshaimensi.

Mundelshaim. ANNO M. CCCC. LX. mortuus est Bernhardus de Vrbach.

Halæ viuebant Senftij hi 4. Itelius, Ægidius, Daniel, & Michael.

Cœnobium Augustæ, fratrū S. Mariæ (al. Monast. S. Annæ) nocte D. Andreæ deflagrauit.

Trapezuntini Imperij euersio. In oriente, Turca Mahometes Trapezuntinum Imperium subegit: Danidemq; Comnenum Imp. occidit. Idem expulso Thoma Palæologo, & fratre Demetrio secum abducto, fratribus

Peloponnensi occupatio. vltimi Imp. Constantini, Peloponnesum (Moream) sui iuris fecit.

Hyems gelida. Hyems erat frigidissima per Sueuiam: silentibus diu molendinis: & vitibus, quæ humotactæ non fuerant, emarcescentibus. Botros etiam postea gelu in vitibus enecuit. Valebat mensura vini 5. nummis: quod precium tunc magnum putabatur. At hodie, 10. crucigeris, & amplius.

Belli Bauarici progressio. Anno 1461. procedebat bellum: quod Imperator Ludouico Bauaro per Marchionem Albertum inferebat: adiuuantibus Vlma, Augusta, & alijs ciuitatibus (quanquam contra Bauarum non libenter) sed minore successu intulit. Nam multa oppida, Comopoles, arces, Alberto Ludouicus tunc eripuit.

Rauenspurg. Die hic Dominico ante Pentecosten, cum 260. equitibus Raueuspurgum vēnit, ibiq; per-

OVV Monast. noctauit: Austriacus verò Albertus, qui cum ipso venerat, in Monasterio OVV noctem peregit. Postridie circiter 800. equi, prope VVingartense cœnobium transiuerunt.

Syndelfinga. Eodem anno (vt alicubi reperi) Synadelphingensium Canonicorum patronus erat Vlricus, VVirtemberg. Comes. Sed olim etiam quidam Vlricus, eorum Aduocatus fuerat: qui, quod Rector Ecclesiæ Metzingensis fuisset, Metzingeri nomen habuit. In Sindelfing. verò libro se inuēni. A. 1461. Feriâ 2. ante Hilarij, obijt D. Ioannes Rærer in Sindelfingen. Successor eius fuit Vlricus, naturalis F. Comitis Lud. de VVirtemberg.

Viuebat tunc Nicolaus, Zollerensis Comes: & nobiles, Ioannes de Bubenhofen, ac VVilhemus Herter de Hertneck.

Turris casus. Nordlingæ, die lunæ ante festum ascensionis Christi, turris Templi Georgiani concidit portam Baldingeram versus (sic à pago Baldinga dictam) trans forum.

Ottenvvalder. Otho syluani, Ducibus Theodorico de Turn, & Ioanne de Mosbach: subita irruptione in Halensium agrum, Rusticos complures ceperunt: & 70. aratores equos abegerunt. Alicubi quoq; inuēni, Maienfelsiæ (al. Maienfeldiæ) & Newvenfelsiæ arcium per Halenses occupationem, ad hunc annum relatam: quam nos videmur rectius suprà ad 1441. annum posuisse.

Stutgardia.

Stutgardiæ. Anno 1461. postridie D. Thomæ, obijt nobilis & strenuus eques Eucharius de Bappenheim. Quo anno Acacius Bappenheimius, cum Duce Saxoniæ VVilhelmo, & magno eius comitatu, mense Aprili & inde, in Terram S. peregrè profectus est. Bappenheim.

Vlmæ. Obijt 1461. der from vnd vest Hainrich Krafft/ alter Bürgermeister/ die Iouis post natiuit. Christi.

Obijt ibidem Hartmannus 2. Ebingerus, Hartmanni 1. filius (sup. 1428.) Mart. 20. Vxor eius, Barbara Minerina: quæ eius dem anni die 7. Mart. Obijt. Filij eorum. Primus, Martinus: qui obijt 1485. & vxor eius, Anna Raiserina 1512. Habuerunt liberos, Hartmannum 3. & Annam, ἔγγαμον 1490. mortuam. Secundus, Matthias. obijt 1498. & vxor Vrsula Klammerina 1495. Tertius, Caspar. obijt 1490. ἄγαμος. Quartus, Ludouicus, Parochus Oberstotzingæ: qui obijt 1491.

Mundelsheimi. Anno M. CCCC. LXI. die Martij post festum D. Georgij, ex hac miseria discessit nobilis Anna de Fenningen.

Anno 1461. die SS. Apostolorũ Simonis & Iudæ, mortuus est nobilis Michaël de Vrbach.

Eodem anno natus Constantiæ est Vlricus Zasius. Primò, Notarius erat Constantiensis Consistorij: deinde modò 1491. operam iuri dare cœpit: & summus inde Iurisconsultus euasit, etiam Italis admirandus. Obijt 1535. 8. Cal. Decemb. 74. annorum. Friburgi Brisgoiæ, vbi Professor fuerat, sepultus. Zasius.

In Francia occidua, XI. Ludouicus Rex est factus: qui regnauit 23. A.

Anno 1462. bellũ Alberti & sociorũ, cum Bauaro (Ludouico dicto diuite) continuatũ est.

Dieses Jars (inquit Rauenspurg. Chron.) am nechsten Sontag nach S. Matthias Tag/ zog man auß/ auß dieser Statt/ vnd anderen/ in deß Käysers Namen/ dem Margraffen zu hülff von Brandenburg/ vnd Graffen Vlrich von Wirtemberg/ wider Hertzog Ludwigen von Bayern. Eripuit Albertus huic, auxilio ciuitatum, Haidenhaimum, Mionheimum, Greispachum. Cedere coactus est rursus idem Marchio: & à Gundelsinga Giengam propera uit: atq; ad riuum Brentzam castra fecit. Dux Ludouicus insequens, multum damni inferebat Augustanis, Nærlingensibus, Dinckelspuhelensibus: comburens, si quid in agris haberent. VVertingam cepit: magnum pagum Nawam die Mercurij Petri & Pauli diripuit. Die 18. Iulij æquestri dignitate ornabantur multi: inprimis, Dux ipse. Post hæc, die lunæ ante Mariæ Magdalenæ, castra hostium ab eo expugnata sunt: Marchione, per oppidum Giengam fugiente (sic ait lib. 8. German. Annal. Auentinus) multis gladio confectis: multos Premsa hauriente. Captisunt etiam multi: inter quos, Comes Georgius de VVerdenberg, Ioan. Hirnheimius, Conradus Abelsingius, Ioan. Neineccius, Burcardus & Lomboldus VVolmershausij, Georgius de Ebing, Vlricus de Rechberg, Frider. Schenck de Schenckenstein, Conradus Spat, Ioan. de Stain, iunior, Ludouicus de Nippenburg. Aquila deniq; Romana, capta: quam Bauarus Cæsari remisit. Inter Augustanos autem & Bauarum, hæc & alia facta fuerant. Bauarus molendina, quibus trabes sectantur, & loca dealbandis lineis pannis accommodata, ante Iacobeam portam combusserat. Præterea vicos, Pfersam, Gæggingam, Ininsam, & arcem Radavv. Vicissim Augustani, expeditione 500. peditum, 150. equitum, & 75. plaustrorum, facta: oppidum Monhaimum ceperant, exusserant, murum eius deiecerant. Postea, inter ipsos pacificatio secuta est. Ludouici Bauari victoria de Marchione Alberto. Captiui. Bauari cum Augustanis contentio.

Circa idem tempus, in ditionem Palatini Friderici exercitum duxêre, Marchio Carolus Badensis (cui soror Cæsaris nupta erat) & frater eius Ioannes (Auctino, Iacobus) Episcopus Metensis, Vlricusq; Comes VVirtembergensis: qui grassabantur vrendo & prædando: licet Burgundiæ Dux Philippus, & alij, de pace inter partes componẽda agere cœpissent. Palatinus cum equitatu veniens: cùm post singulos equites vnum peditem collocasset: hostes aggreditur, confligit, prosternit, fugat, vincit. Perierunt in prima acie pugnantes, cum aliquot nobilibus duo generosi Comites, Helffenstainius & Salmensis. Capti sunt ipsi tres principes, copiarum ductores, cum multa nobilitate: & veluti per triumphum, Haidelbergam ducti, atq; in arce asseruati. Scribitur, Kal. Iulij pugnatum esse, iuxta Seckenhaimum & Fronholzium, duobus miliar. ab Haidelberga. De hac victoria sunt hæ literæ Victoris. Prælium inter VVirtembergicum & Palatinum. Vlricus, Princeps, & alij duo, capti.

Dem Durchleuchtigen/ rc. Hertzog Ludwigen/ in Vnter vnnd Ober Bayern/ rc.

Vnsern freundlichẽ dienst/ vñ was wir liebs vñ guts vermögen zuuor. Hochgeborner Fürst/ lieber Vetter: Es sind auff heut Datum deß Brieffs/ Marggraff Carle von Baden/ sein Bruder der Bischoff von Metz/ vnd Graff Vlrich von Wirtemberg: mit Literæ Palatini de hac victoria.

einem starcken raisigen Zeug / bey achthundert Pferdt/in das Ampt Haidelberg kom̃en:vnd aller nechst bey Haidelberg angestossen zu brennen. So haben wir vnsern raisigen Zeug zu guter maß haimlichen beyeinander gehabt. Vnd vnser Freundt / der Bischoff zu Mentz/ist heimlich mit dreyhundert Pferden ander zu vns gestossen. Vnd wir sind den Feinden nachgezogen/vnd jhnen ein Fürlaß geben: vñ wolten sie in die mit nehmen. Da sind wir mit dem hauffen zusammen gestrichen: vnd durch gnad vnd hülffe deß Allmechtigen Gottes/haben wir die genannte drey gefangen: vnnd mit jhn ein Graffen von Werdenberg/ein Graffen von Sendenwerd / vnd ein von Liningen: vnd sonst viel guter Ritter vnd Knecht. Vmb ist ein Herr von Brandis / ein Graff von Helffenstain/ vnnd sonst etlich von der Ritterschafft/auff der Walstatt blieben / auff der Feind seiten. So ist auff vnser seiten/ niemand / dann ein Ritter/Herr Wilprecht von Helmstatt vnd blieben. Den Handel wolten wir ewer lieb mit verhalten/in dem getrawen/daß jhr das zu grossen frewden gern vernehmet:vnd euch auch in ewren sachen desta füglicher wisset zu richten. Datum Haidelberg/auff Mittwoch Petri vnd Pauli Apostoli/ Anno &c. lxij.

Hertzog Friderich Pfaltzgraff/Churfürst.

Pane conuiuia destituta.

Cæterùm,qui capti erant,clementer habiti feruntur (etsi Comes VVirtemberg. Vlricus de se quæstus est: er seye gestöckt vnd geblöckt worden)ad vnum ferè annum: cibo bono apposito, dempto pane.Cuius rei causam cùm rogarent:respondit Palatinus,cùm homines panem carere non possint:ab ipsorum milite petulanter segetes esse conculcatas (alligatis etiam ad equorum caudas virgulta) & ita fruges (baculum vitæ humanæ) esse deperditas.

Captiui,dimissi.

Dimissi tandem sunt,sed graui transactione.principes.Comiti quidem Vlrico,restitit amplius C millibus aureorum:nec multò secus,cæteris:adactis etiam promissione, se & nobilitatem suam,nunquam amplius contra Palatinatum quid molituros.

Adolphus deinde Anaxouianus, vel Nassouius, nihilominus proditione Moguntiam occupauit:& vi Archiepiscopus mansit quindecim annos,Diethero pulso:qui tamen post ipsum interim 7.annos laudabiliter præfuit: Academiæ Moguntinensis auctor.

Pestilentia.

Eodem 1462.anno,tanta sæuiebat pestilentia Schorndorffæ: vt schola inde fuerit interim translata in vicinum pagum VVileram.

Lorchensium reformatio.

Quo anno, Nonis Febru. reformatum etiam est Monasterium Lorchense: per illustrem Comitem Vlricum VVirtembergicum, vt patronum huius loci: Abbate Nicolao Schenck de Arberg:qui primus fuit infulatus in hoc cœnobio Abbas:per fratres de Alchingen,Blaburen,& Biblingen, huc translatus, & assumptus. Fuit reformatum secundum obseruantiam Niclicensium.

MODVS CELEBRANDI ANNIVERSARIVM DIEM FVNDA-torum illustrium Lorchensis Monasterij, in die S. Antonini Martyris, à primis Reformatoribus introductus.

Anniuersarius fundatorum Lorchensis cænobij.

Præcedente die,completis None officijs, sternuntur tapetia super sepulchra fundatorum tam in choro,quàm in corpore Ecclesiæ,& accenduntur Lumina seu candelæ, quatuor in choro & quatuor in corpore Ecclesiæ,circa sepulchra:& dicuntur vespere mortuorum. Deinde post secundam horam pulsantur vespere mortuorum:quibus completis cum salua Regina, &c. fit circumpulsatio:& cantatur,circumdederunt me,&c. Deinde cantantur vigilie:& fratres secundum ordinem legunt lectiones. Nonam lectionem legit Dominus Abbas, si præsens est:alias, Prior:Et sub responsorio,Libera me Domine,omnes descendunt ad corpus Ecclesiæ, ad sepulchrum Fundatorum:& ibi complent laudes cum collecta:propitiare quæsumus, Domine,&c. Adiunctâ collecta, DEVS venie largitor,propter fraternitatem:& tertiâ scilicet Fidelium omnium. Interim Ecclesiæ custos thurificat & aspergit monumenta fundatorum & Cimiteria ipsa.Quod & in crastino post officium Missæ facit.Et per noctem accenduntur duæ candelæ in choro:vt moris est in festiuitatibus.Crastina die Dominus Abbas,cum ministris solenniter cantat officium Missæ defunctorum.Qua completa:indutus infula,&c.cum fratribus dicit vesperas defunctorum. Fratres priuatas Missas legunt.sub eodem officio,vel secundum dispositionem Prioris.Item sacerdotes de villa,seu aliunde aduenientes,legunt Missas:quibus prandium præstatur in charitate, sine distributione aliqua pecuniæ, &c.

Abbas

Albæ Dominorum. A. D. 1462. Kal. Maij, obijt emeritus armiger, Henricus de Bertringen: cuius anima requiescat in pace, Amen. Sunt in eo Monasterio multarum familiarum Insignia: VVirtembergensium, Badensium, Caluensium, Nellenburgensium, Berwangensium, Steffeliorum, Landenbergensium, Richtenbergensium, Reischachensium, Spætorum, Nippenburgensium, Berningensium, Michelbachensium, Kyngspachensium, Gyltlingensium, Lamershaimensium, Smalstainensium, Remchingerorum, Sickingensium, VVindeckiorum, Strubenhartensium, &c. Herrenalb.

Stutgardiæ. Postridie Petri & Pauli Apost. Conradus decessit de Hornstain, in negotio ante Haidelbergam, eques auratus.

APOPHTHEGMA COMITIS VVIRTEMBERGENSIS VLRICI AMABILIS. Reformatio Gratiæcellensis Parthenonis irrita. Aliquot Augustani patricij. Typographiæ progressio. Georgius Lamparter Biberacensis. De Stutgardiana collegiata, S. Crucis Ecclesia. Augustinianum Tybingæ Monasterium. Reformatio Parthenonis Heckbachensis. Curiæ Rhætici oppidi conflagratio. Vltimi Bosnensis Regis, cum Regno interitus.

CAPVT XIIII.

ANNO 1463. cùm rursus in libertatem pristinam, generosus VVirtembergiæ Comes Vlricus êxtitisset: quieuit deinceps ab armis: atque studijs pacis vacauit: cultui deditus religionis, renatui, ædificationibus. Mansuetudinem & affabilitatem antiquam retinuit: vsque eò, vt omni populo gratus esset. Cumque aliquando in consessu Principum, quæstio incidisset de eo: quod quisque præstabile in suâ ditione haberet: aliusque metalli fodinas, alius salinas, alius venatum, alius vectigalia sua, prædicaret: sermone ad Heroëm Vlricum perueniente: ait hic, se nihil præstabilius, sibique prædicabilius, in sua regione habere, quàm hoc: quòd posset cum quouis suorum subditorum, siue domi, siue ruri, tutò & hilarè, absque vllo periculi metu, cibum capere. Quod cùm cæteri principes audissent: laudârunt, idque suis commodis omnes prætulerunt. Quapropter,

Iure Adamatus erat dictus: quòd gratia plebis
Hunc coleret cunctæ, qui multùm affabilis esset.

Vlrici VVirtemb. Amabilis laus. Apophthegma eius.

Alicubi de hoc aliter & clarius sic inuenitur. VVormatiæ 1495. à Saxoniæ Ducibus, ad cænam principes plures inuitati erant. Ibi singulis suarum regionum commoda prædicantibus: tacitè auscultauit Eberhardus Dux VVirtembergensis. Tunc iussus ab Alberto, Saxoniæ Duce, de sua etiam patria aliquid loqui, modestè respondit: se scire ipsorum familias excellentiores esse potentia & auctoritate: nec se certare cum ipsis posse: sed DEO tamen gratias pro suis rebus agere. Attamen hoc posse verè dicere: se in media æstate, securum in campo cubare posse in gremio cuiuuis suorum ciuium.

Cicero Philip. 1.

Ignorat verum iter gloriæ, qui gloriosum putat: plus se vnum posse, quam omnes: & metui à ciuibus suis, quam diligi, malle. Charum esse ciuibus, benè de Repub. mereri, laudari, coli, diligi, gloriosum esse. Metui verò, & in odio esse, inuidiosum, detestabile, imbecillum, caducum. Ipsis illis, qui dixerunt: ODERINT, dum metuant: pernicioso hoc fuit.

Dictum iam pridem est de Gnadencellensium Monacharum licentia & petulantia. Ingrediebantur venatores, non tam ferarum bestiarum, quàm humanarum nitidarum formarum, captatores. sæpenumero. Comessabatur ibi, saltabatur, lumina noctu extinguebãtur. πολλὰ δ' ἂν τοιαῦτα, παρανυκτερεύειν, βόκχιαζειν ἦν δοκοῦν: vt apud meum Mæonium est. Hac verò confusione audita: illustris Comes Eberhardus venit, cum suis consiliarijs, eò (teste Fælice Fabri) hoc 1463. anno. Ibi cùm significasset fœminis, se mores earum emendaturum: illæ perterrefieri, rubere, perturbari. Rogabant demissè, ne quid secum præcipitantius ageretur. Concessit eis clementer Dominus spatium cogitandi. Illæ suorum fautorum opem implorare. Sed nemo succurrit: deterritis omnibus religiosæ seueritate Comitis. Reuocatæ ipsæ ad hunc se hactenus peccasse fatentur: veniam petunt humiliter: se ad obseruationem canonum pristinam redituras pollicentur. Respondit princeps, non simpliciter ita fore. Aliquot ætate prouectas Matronas eis præfectum iri. Impetrauit itaque à prouinciali Magistro, Petro VVelleno, ex claustro Pfortzhaimensi quasdam bonæ famæ Reformatrices. Quas vt adduceret: currus eò misit cum nobilibus fœminis. Gnadencellenses interim, ses necessitate intellecta, clanculum remouerunt ex cœnobio, quicquid ipsum ire non poterat: aut inibi in angulis abstrudebant.

Gratiacellensium Nonnarum licentia. Eas reformatum Comes Eberhardus venit. Pforzhaimenses Reformatrices.

Venerunt deinde quinq; correctrices Pfortzhaimio, & aliquot venerabiles patres. Non fuerunt humaniter, nec bonâ gratiâ, excepti, nec ipsi, nec alij, à gratiæcellensibus: sed torui hos oculis illos intuebantur, & clàm êxecrabantur. Erat etiam rebus penè omnibus êximanitum Mo-

Sed nihil proficiunt. *nasterium, & magna egestas. Nec aliquid efficere Pfortzhaimenses fœminæ poterant: & se in tali loco esse, indignabantur: quippe non assuetæ domi talibus moribus, & paupertati. Dives enim Pfortzhaimij, cœnobium ipsarum erat: muris altis cinctum & benè clausum: multa ibi honestè & religiosæ virgines, rerum copiâ affluentes. Quarum rerum cùm nihil esset Gnadencellæ: impatienter ferebant: omnibusq; se accedentibus, conquerebantur de egestate & confusione Parthenônis, ac de morositate sororum.*

Aduenientè porrò aliquandò Carthusiano quodam, easq; consolante: ha stêre, nec consolationem aliquam admittere. Quamobrem etiam quandoque increpauit eas: vt non accersitas huc in hortum deliciarum: sed ad correctionem prauorum morum. Quod ni fieret: eas cum ignominia Pfortzhaimium esse reuersuras. Quod dixerat, factum est. Nam inopiæ laborumq; insolitæ, vno tantùm mense hîc tolerato: bonæ Matres Pfortzhaimium se reuehendas curârunt: nullare labefactabili perfecta: sed multis eas criminationibus secutis. Ita victoria penes Gnadencellenses manet:

Ergo discedunt. *quæ austeritate oculorum, & fame quodammodo, illas, quas sibi hostes ducebant, depulerant.*

Tum verò magnæ fieri exultationes victricis cohortis: magnæ ab eius fautoribus, & irreformatis prædicatoribus, gratulationes: profusus cachinnus, acerbæ êxecrationes, in reformatricem cohortem. ἰδρῶτα. ὃ οὐ θυμὸς ἡμῖν ἔτι παρηβῶντα ἐκσῖσαι.

Tunc fœminarum mores, in deterius prolapsi sunt: frequentantibus cœnobium ex Sacerdotibus, Monachis, equitibus, quibuscũq; mês læua esset. Tandê res eò erupit, vt interdictũ fuerit per

Interdictum de Gratiæcella. *Virtẽbergiã sub pœna: ne quis amplius gratiæcellã iniret: nec Sacerdos, nec Monach⁹, nec eques.*

Deterriti sunt homines, sed paulisper tantùm. Mox deinde omnia, deteriora facta: & post aliquot annos paupertas maior secuta, cœtusq; virginei imminutio. Tunc Princeps existimans, satius esse, vt nulla ibi amplius congregatio sacratarum fœminarum esset: prohibuit, ne vlla amplius in eum locum cœstalis virgo caperetur. Volebat enim permittere, præsentes paulatim demori. Valeant interea hæ castæ sorores.

Ex veteribus M. Scr. Chronicis, sequens historia mihi à nobili viro Godefrido à Rammingen missa est, ad verbum.

Auff den Charfreytag/*anno* 1463. da ist ein Knecht gewesen (Vlrich) Graff Eberharts von Würtemberg/an der Aur: vnd ist außgangen an dem heiligen Charfreytag: vnd mit jhm gegangen ein junger Edelmann: heißt Rumpolt von Gültlingen. Vnd hãt vnterstanden einen Hasen zufahen/mit lauffen oder schreckẽ: auff den tag/oder die nacht. Vnd also haben sie einen Hasen gefangen: vnd haben den gestossen in einen Sack. Vnd den Sack hat der obgenannt Vlrich auff seinen Hals genommen. Vnd als sie am heimgehn gen Mensheim gewesen: also hat ein stim̃ geruffen in dem Wald: Baltet/baltet/

Lepus loquens. muß auch mit dir. Wo bistu? Der Haß im Sack hat geantwort. Jch bin hie/in Vlrichs Sack. Der Knecht hat den Sack ab im geworffen/vnd auffgethan. Da hat er nichts in dem Sack funden. Vñ er hat also zu Mensheim gesagt/wie es im gangen ist. Vñ er hat sich auff die stund nieder gelegt: vñ ist am dritte tag gestorben. Es legt sich auch der Rumpold von Gültlingen nieder/vnd ward kranck: er starb aber nit auff die zeit. Diß ist warlich (*senior.*) so beschehen auff den Charfreytag. *Hackenus, ille.*

Viuebat tũc etiã Hainricus *Spat de Thumnau*, Vogt zu Kirchaim: & Wolff Schilling.

Eodẽ 1463. *anno* (*vt à Gassaro scribitur*) *nominatur in cõuentu Vlmæ* (*mense Nouembri, ad restituendã plenius concordiã, inter nobiles viros, & liberas vrbes, acto*) *inter alios Augustanos*

Magister, pro Doctore. *legatos, Magister Valẽtinus Eber, vrbis Syndicus. Tunc autem illi, quos nos Doctores appellamus, Magistri vocabantur. Eodem quoq; anno, prope nouam vrbem Styriæ, Magister Vlricus Riederer, Patricius Augustanus, præcipuus Cæsaris Consiliarius, à quibusdam interfectus est.*

Augustæ tumultus. *Acacio Endorffero patricio, in tumultu quodã nocturno, à Georgio Othone vrbi præfecto, simultũ hũc sedare conãte, manus p imprudentiã amputata est innocẽti. Ideo calamitatẽ hãc cius infelicissimus humanissim⁹ solatus est 90. ſl. quos ũ, quãdiu viueret. quotannis acciperet eo die, quo manũ (amississet.*

Circa hæc tempora, & pòst, Typographi: ex sententia Achil. Gassati.

Typographi circa hæc tempora. *Ars hæc, anno* 1450. *inuenta est ab Ioanne Fausto, Moguntiæ: literis primò è ligno factis: deinde, ex Orichalco: tandem è stanno. Secretã tenuit ille artem: conscio tãtummodò Petro Schæffero.*

Tractata eadem est 1460. *Argentorati ab Ioanne Guttembergio. Anno* 1469. *ab Vlrico Hanhermano, Romæ. Anno* 1470. *à Sixto Rassingero, Neapoli. A.* 1475. *à Conrado Fi-*

ner.

ner, Eslingæ. A. 1470. ab Ioan. Zainero, Vlmæ. A. 1485. à Conrado Denckmuto, ibidē. A. 1490 ab Henrico Quentelo, Coloniæ: & à Nicolao Keßlero, Basiliæ. A. 1492. ab Antonio Koburgero, Noribergæ. Anno 1495. ab Hanſone Hammane, dicto Hertzog, & Octauiano Scoto, Venetijs. A. 1466. Latina Biblia excudit Augustæ, Ioannes Bemler.

Die Sabbati poſt Viti, eodem 1463. anno, Rotvvilenſes primùm ſe fœdere iunxêre cùm Heluetijs: Berna, Tiguro, Lucerna, Vrio, Suitio, Vndervvaldio, Tugio, Glarona, in Annos 15. Erat enim eis multum contentionis cum VVirtemberg. Comite Eberhardo. Rotvvilenſium fœdus cum Heluetijs.

Circa Halam Sueuicam, tanta hoc anno erat copia camparum: vt æstate depaſcerent, quicquid foliorum in arboribus & vepribus eſſet. Camparum copia.

Vlmæ, in Eccleſia Nudipedum. Anno 1463. ſtarb der Gabriel Störlin / deß jungern Hans Strölins Sohn / am Donnerſtag nach S. Margareten Tag. Et Hermannus Rhot obijt, die S. Iohannis.

Natus eſt hoc anno Biberaci, patricio genere, Gregorius Lamparter. Is poſt diligentiam studijs liberalibus nauatam strenuam, factus eſt legum Doctor: ac postea, Cancellarius VVirtembergici Ducis Vlrici: deinde, Cæsaris Maximiliani Consiliarius intimus: à quo eſt equitis aurati dignitate ornatus. Tandem Noribergæ, dolore renum obijt, anno ætatis 60. Christi verò 1523. Henr. Pantal. Lamparteri Gregorij natiuitas.

Vniuersalis schola Friburgi Brisgoiæ fundata. Func. Friburg. Academiæ fundatio.

In Italia, Ioannes Picus, Mirandulæ Comes, concordiæ Dominus, vir diuini ingenij, natus fertur Febru. 24. Blondus verò Historicus, 4. Iun. Romæ moritur, ætatis 71. anno. Bucholc.

Anno 1464. (aut posterius) misit generosus VVirtembergensis Comes Vlricus, nobilem & prudentem virum Georgium de Ehingen: vt ageret apud Italicos proceres, de collocanda Marchionissa Mantuana, Comiti Eberhardo, suo ex Ludouico & Mechtilde nepoti: iam XIX. annum ætatis agenti. Natus enim erat. 1445. Domini. Res ab Ehingeno diligenter & fideliter curata eſt: ac posteriore tempore successit. Ehingen. Georg. in Italiā missus.

Diploma indulgentiale, de Stutgardiensi collegiata Ecclesia S. Crucis.

Burcardus, Dei & Apostolicæ sedis gratiâ Episcopus Constantiensis, vniuersis & singulis Christi fidelibus, præsentibus & posteris, scriporum notitiam indubitatam, cum salute & sincera in Domino charitate. Quia literas Apostolicas sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri, Domini Pij, diuinâ prouidentiâ Papæ secundi: eius verâ bulla plumbea impendente bullatas: quasdā indulgentias, & plenariam omnium peccatorum (casibus in illis specificatis exceptis) remissionē: ad Ecclesiam collegiatam oppidi Stutgarten, nostre diocesis, & eius fabricam, concessas, in se complectenter: nobis pro parte magnifici & generosi Domini Vlrici, Comitis de VVirtemberg, in eisdē literis principaliter nominati, presentatas, visas, inspectas, & diligenter in omni parte examinatas, inferiusq; de verbo ad verbum insertas: sanas, integras, & illæsas, ac omni prosus vitio & suspitione carentes: diligenti inquisitione & examine huius modi præmissis, comperimus: idcirco obtemperare nobis pro parte dicti Domini Vlrici Comitis, nec non honorabilium, nobis in Christo dilectorum, præpositi Canonicorum & capituli prefate Ecclesie, petitioni fauorabiliter annuentes: vt literæ ipse, & earum effectus, & tenor, prout inferius eſt insertus, in ciuitate & locis diocesis nostre publicari, insinuari, intimari, ac debite executioni mandari: singuliq; Christi fideles, nostre ordinarie iurisdictioni subiecti, indulgentias & remissionem peccatorum huiusmodi, consequi possint atq; valeant (statutis Synodalibus, & mandatis ordinarijs, & alijs in contrarium facientibus, non obstantibus: sed in hac parte cessantibus & sublatis) auctoritate nostra ordinaria, presentium tenore, quantum in nobis eſt, concedimus & indulgemus. Tenor itaq; literarum Apostolicarum, de quibus suprà facta eſt mentio, sequitur de verbo ad verbum, & talis. Stutgard. Ecclesia S. Crucis.

PIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Pastoralis officij cura nobis, licet immeritis, superna dispositione commissa, nos excitat & inducit: vt circa ea, per quæ animarum saluti, quam supremis exoptamus affectibus, opportunè consulitur, totis nisibus intendamus: ac personarum, locorum, & temporum, qualitate pensata: ea fauorabiliter concedamus: per quæ ille Domino lucrifiant: & æterne beatitudinis premia consequantur. Cum itaq; sicut accepimus, dilectus filius, nobilis vir Vlricus, Comes in VVirtemberg, quandam collegiatam Ecclesiam, sub vocabulo sancte crucis, in oppido Stutgardiensi Constantiensis diocesis, per ipsius progenitores inceptam, cùm certis Canonicatibus & prebendis, ac perpetuis Vicarijs, fundauerit, nec non pro ipsius dotatione, quindecim millia, pro edificatione verò tria millia, Florenorum Rhenensium, Pij P. AEneæ Syluius. Eccleſia S. crucis, collegio instructa.

"sensium, liberaliter contribuerit: ac propter nonnullos casus fortuitos, ad totale complementum
"ipsius Ecclesiæ, pro vt tota mente desiderat, plura contribuere nequeat de presenti: sintq; pro con-
"summatione & complemento ipsius Ecclesiæ, Christi fidelium suffragia plurimùm opportuna: nos
"cupientes, vt dicta Ecclesia, ad perfectionem totalem quantocius perducatur: ac debitis frequen-
"tetur honoribus: ipsiq; fideles eò libentius deuotionis causâ confluât ad eandem: ac pro illius com-
"plemento, manus promptius porrigant adiutrices: quò ex hoc dono cœlestis gratiæ, vberius confe-
"xerint se refectos: de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum,
"eius auctoritate confisi, vniuersis & singulis vtriusq; sexus fidelibus, cuiuscunq; status vel condi-
"tionis fuerint: qui duodecim diebus circa opus seu fabricam dictæ Ecclesiæ laborauerint: aut labo-
"rantem pro se, disposuerint, vel tantùm, quod vni ibidem laboranti totidem diebus, tam pro labo-
Indulgentia, benè sentientibus & merentibus concessa.
re, quàm pro expensis, satisfieri possit, dederint seu contribuerint: quòd quilibet eorum idoneum
possit eligere confessorem: qui ipsos ore confessos, & corde contritos, in foro conscientiæ, à quibus-
cunq; censuris: dum tamen in illas incidisse declarati, ac denunciati non sint: nec non peccatis, cri-
minibus, delictis, & excessibus, etiam in singulis sedi Apostolicæ reseruatis casibus, præterquam of-
"fensæ Ecclesiasticæ libertatis, violatorum interdicti à sede Apostolica impositi, criminum hæresis,
"cuiusuis offensæ inobedientiæ, seu rebellionis, in Romanum Pontificem, seu sedem Apostolicam,
"presbyticidij, offensæ personalis in Episcopum vel alium prælatum, inuadentium depredantium,
"aut alias deuastantium terras, Ecclesiæ Romanæ immediatè subiectas, propter censuras latas in
"die cenæ Domini: ac etiam inuadentium Romipetas: seu quoscunque alios, ad Romanam curiam
"venientes: semel in vita absoluere: ac eis penitentiam salutarem iniungere: nec non vota quæcun-
"que per eos emissa: præterquam ad terram sanctam, limina Apostolorum Petri & Pauli, ac sancti
"Iacobi in Compostella: in alia pietatis opera, maximè pro contributione ad fabricam dictæ Ecclesiæ
"commutare: nec non plenariam remissionem omnium peccatorum suorum semel in mortis articu-
"lo concedere & impertiri liberè ac licitè valeant: auctoritate Apostolica, tenore præsentium in-
"dulgemus: sic tamen, quòd ijdem confessores de bijs, de quibus alteri satisfactio fuerit impendenda:
"eam ipsis laborantibus, aut laborantem disponentibus, vel contribuentibus: per se, si superuixe-
"rint: vel per alios, si fortè tunc transierint, faciendam iniungant: quam ipsi, vel illi, facere teneantur, vt prefertur. Et ne (quod absit) propter huiusmodi gratiam sint, aut reddantur procliues
"res ad illicita in posterum committenda: volumus, quòd si hactenus in nos, vel prædecessores nostros Romanos Pontifices, aut in ipsorum mandatorum contemptum, seu Ecclesiasticæ libertatis
"offensam, aliqua commiserint: aut ex confidentia remissionis huiusmodi, alia fortè committerent:
"quo ad illa predicta, remissio eis nullatenus suffragetur. Et nihilominus preposito, pro tempore
"existenti, & capitulo eiusdem Ecclesiæ: quòd super bonis malè acquisitis, ac beneficiorum fructi-
"bus malè perceptis, in huiusmodi Ecclesijs complementum conuertendis componere, ac laboribus,
"aut laborantem disponentibus, vel contribuentibus, vt præfertur, in plenam fidem quòd laborent
"suos impenderint, aut quòd contribuerint, & quòd harum indulgentiarum, participes esse debe-
"ant: recognitiones sub eorum sigillis, simul aut seorsim dare possint: plenam & liberam concedimus
"facultatem: presentibus post triennium à die publicationis, in Ecclesia predicta faciendæ, minimè
"valituris. Preterea volumus, quòd si, postquam dicta Ecclesia in suis structuris & edificijs com-
"pleta fuerit: aliquid de ipsis oblationibus fidelium superfuerit: id in reparationem & vtilitatem
"Ecclesiæ sancti Leonhardi Stutgardiensis, dictæ diœcesis, penitus conuertatur: non obstantibus re-
"nouationibus, vel suspensionibus, Indulgentiarum plenariarum, aliàs Mantuæ per nos factis: vel
"in posterum sub quacunque verborum forma, per nos vel sedem Apostolicam faciendis: sub qua in-
"dultam facultatem, ac presentes literas decernimus, non comprehendi, ceterisque contrarijs quæ-
"buscunque. Nos enim omnes & singulos Christi fideles, in Domino exhortamur: vt ad suscipien-
"dam remissionem huiusmodi, toto mentis affectu se preparare studeant, & procurent: ita quòd sal-
"uatoris Domini nostri IESV CHRISTI, & gloriosæ genitricis beatæ virginis, Apostolo-
"rumque predictorum, sanctæ crucis, ac reliquorum omnium sanctorum & sanctarum Dei merciti,
"eâdem remissione gaudentes, ab insidijs Diaboli protegantur: ac demum æterne fœlicitatis premia
"consequantur. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo,
"quadringentesimo, sexagesimo tertio, quintò decimo Kal. Iulij, Pontificatus nostri anno quinto.
"In quorum premissorum testimonium, literas presentes inde fieri, & sigilli nostri Pontificalis
"iussimus appensione communiri. Datum in Aula nostra Constantiensi, anno Domini millesimo,
"quadringentesimo, sexagesimo quarto, die decima mensis Iunij, Indictione duodecima. Omnia

Conradus Armbrosterssi.

Omnis hic remissio peccatorum, & cõsecutio salutis æternæ, non in solo torcularis calcato-re Christo, sed in meritis conferendæ operæ aut pecuniæ, & Sanctorum, collocatur.

Burcardus hic Constantiensis Episcopus anno Christi 1464. fuisse legitur: licet eũ Brusch. 1472. demum anno, electum scribat.

Apud nos Tubingæ incisum legitur, in peristylij cœnobij Augustiniani, vbi nunc stipendium illustre est, muro: A. Dom. 1464. Monasterium hoc extrui inchoatum est. Ergo antea vel ibi, vel alibi in oppido, tantum domus aliqua fuit, non Monasterium, vbi Augustiniani Monachi habitauerint. Nam dudum eos antè hîc fuisse, certum est: sicuti suprà alicubi, ipsorum in quibusdam literis mentio facta est. Tybinga Augustinianum Monasterium.

In Heckbachensi cœnobio, Abbatissa erat Elisabetha Kralina. Hac (teste F.F.F.) cupiens reformare Monasterium suarum sororum: simulauit se proficisci ad thermas: sed interim adijt reformata cœnobia: & quicquid ibi laudabile videret, annotauit. Domum reuersa, quasi valetudinis causâ abfuisset, nullas acciuit Reformatrices: sed maioribus natu fœminis suam licẽtiam permittens, iuuenculas paulatim blandè in suam sententiam perduxit: vt vellent abstinere ab hominum intrantium conspectu, &c. Harum exemplo, maiores quoq; in disciplinæ obseruationem consenserunt. Tum ipsa, Opificibus vocatis, vndiq; aditus & fenestras obsepsit: murum, altiorem fecit: & sic Monasterium, clausum redegit. Qua fama, excitatæ plures nobiles adolescentulæ, Vlmâ, Biberaco, & aliunde, eõdem se incluserunt. Heckbach cœnobij reformatio.

Albertus de Rechberg ab Hohen Rechberg, erat Præpositus Elvvangæ.

Oppidum VVildbadense conflagrauit. Item, totum Rhatiæ op. curia: exceptis tribus Monasterijs: quæ sunt. 1. Virginum in Curia Episcopali. 2. D. Lucij extra murum. 3. S. Nicolai, ordinis Domini castrorum, in parte infima oppidi. Episcopus tunc erat Orthliebus, Baro de Brandis: præsidens ab anno 1459. vsq; ad 1491. annum. Iuuestiuit feudis officij pincernarum & prouinciarum, ad comitatum Tyrolensem pertinentium, Sigismundum: Austriæ, Styriæ, & Carinthiæ, Ducem, anno 1460. Brusch. VVildbad. Curia op. in Rhatia conflagratio.

Bebenhusæ. Anno 1464. 5. Kal. Decemb. obijt Iohannes natus de Halfingen, dictus Hensin. In 6. sepulchro humatus.

Obijt & Spirensis Episcopus, Ioannes Nix ab Hobeneck 6. Septemb. (al. postridie exalt. S. crucis) sepultus Pforzhaimi apud Minoritas.

Stephanus, Bosnæ, vel superioris Mysiæ, Rex, qui patri suo Regnum dolo eripuerat, circa hoc tempus (Palmerio teste) blanditijs est à Turcarum Rege Mahomete clàm è castello euocatus, Regno spoliatus, & excoriatus. Confugit Regina vxor eius, ad Paulum 2. Pont. à quo honorificè excepta, & ex bonis Ecclesiasticis liberaliter sustentata fuit. Bosna Rex Stephanus, à Turca oppressus.

De hac verò Regina, & viro eius (Thoma dicto, non Stephano) nunc hoc Epitaphium ponam: quod habet pius & doctissimus vir, ADAMVS BOHORIZH, in latina carniolana literatura sua: cuius Grammaticæ ipse exemplar mihi 19. Iul. 1587. è ciuitate Labacensi, vel Lubiana, Tybingam humaniter misit: & sic finem huic libro faciam. Bohorizius.

Epitaphium Katharinæ, Reginæ Bosnensis: Thomæ, Regis Bosniæ vltimi viduæ: quod habetur Romæ in Ara Cœli: Cyrulicis quidem ibi literis (ad figuras literarum Græcarum vergentib.) scriptum: sed hoc loco latinis characteribus notatum.

KATARINI KRALICI BOSANSKOI STIPANA CHERZEGA SS VETOGA SABESPORODA ELINE IKVZHE ZARA STIPANA ROENI, TOMASHA KRALIA BOSANSKO GA SHENI. KOLIKO SHIVI GODIŇI L. I. IIII. I. PRIMINV VRIMI NALITA GOSPODNIA. M. CD. LXX. VIII. LITO, NA XX. IV. DOMINI OCTOBRA, SPOMINAGNE PIBSMOM POSTARLEŇ. Catharina, Bosnæ Reginæ.

Interpretatio Latina.

Catharinæ, Reginæ Bosnensi, Stephani, Ducis sancti Sabæ: ex genere Elenæ, ac domo Cæsarũ Stephani, natæ: Thomæ, Regis Bosniæ vxori. Quantum vixerit annorum LIIII. Et obijt Romæ, Anno Dom. M. CCCC. LXXVIII. Die XXV. Octob. Monumentum ipsius, scriptis positum.

Optarem ego auctorem aliquem: qui de origine Regni Bosnensis, de Regibus eius, de rebus memorabilib. scripsisset. Sed neminem adhuc video. Opinor omnia hæc, cum ipso postremo Bosniæ Regẽ excoriata esse: & solis ardoribus exusta.

Finis Septimi libri, in tertia parte Annal. Sueuicorum.

MARTINI CRVSII, GRÆCÆ ET LATINAE LINGVAE IN ACADEMIA TYBINGENSI PROFESSORIS, ANNALIVM SVEVICORVM, in tertia parte, Liber Octauus.

PRocedit hic liber vsq; ad 1487. annum Christi: semper adhuc Imperio Friderici 3. durante. Multæ hîc res memorabiles, vtiles, iucundæ: Sueuicæ & aliæ. Comites illustres VVirtembergici, generosi VValdpurgenses Dapiferi, Burgundiæ Dux Carolus bellicosus. Nobiles item de Ehingen præcipuè Rudolphus, & filius eius Georgius eques. VVolfij à VVolfsthala, & plurima alia nobilitas Sueuica. Rursus de illustrissima Hohenstauffensi familia. Hastiludia postrema solennia. Tubingicæ origo Academiæ. Peregrinationes denique quædam Hierosolymitanæ, & nonnulla Monasteria.

COMITIS VVIRTEMBERG. VLRICI, CVM LORCHENSIBVS NEgotium. Henricus Comes VVirtemb. Ecclesiasticus. Gamundiani Magistratus. Eberhardi Halæ Sueuorum. Caroli Burgundionis bellum in Francia occidua. Probitas Sacerdotum & Monachorum in Sueuia.

CAPVT I.

VVirt. C. Vlricus, & Lorchenses.

ANNO 1465. *permutatio quædam facta est: accipiente Comite VVirtemberg. Vlrico, ab Abbate & Priore Lorchensi, conuentúq; pagum in Alpibus Dornstat, cum pertinentijs: & dante vicissim eis dimidium Ecclesiæ ac decimarum in Obern Ryxingen, cum attinentijs, &c. Consentientibus in eam permutationem, Episcopo Augustano Petro Cardinale, Dillingæ: & ex parte decimarum in Ryxingen, Episcopo Spirensi.*

VVirtemberg. Henricus.

Wir Heinrich Graffe zu Wirtemberg/*coadiutor* deß Stiffts zu Meyntz/ &c. bekennen mit diesem Brieff: daß wir vnsern lieben getrewen Wilhelm Hertern von Hertneck/ zu vnserm Hauptmann zu Meyntz/ die vier nechstkommende Jahr bestellt haben/ &c. *Salario quotannis C. Aureorum. Actum Feria 6. ante diem S. Catharinæ*, 1465. zu Dischassenburg. *In Insignibus, tria cornua ceruina.*

Eodem erant anno, Heinrich Geißberger Vogt/ vnnd Vlrich von Seckach alter Vogt/ zu Schorndorff. Ludwig Herrer/ vnnd Hans Lieberman/ alte Bürgermeister zu Gmünd.

Consules his annis ibi hi fuerunt.

Gamundianus Magistratus.

1461. *Cos. Caspar Funck, Prætores, Ludvvig Herrer, Hans Maierhæfer.* 1462. *Cos. Ludouicus Herrer. Præt. Ioan. Salomon, Georg. Bißinger, Henricus Iager. Eo anno, ex Tribunis plebis assumi Senatores cœpti sunt.* 1463. *Cos. Ioan. Liebermannus. Pr. Georg. Bißinger, Ioann. Bletzger, Petrus Breunlinus.* 1464. *Cos. Lud. Herrer. Pr. G. Bißinger, Ioan. Bletzger, Nicolaus Iuncker.* 1465. *Cos. Nicol. Iuncker.* 1466. *Cos. Caspar Funck.* 1467. *Cos. Ioan. Salomon.* 1468. *Cos. Lud. Herrer.* 1470. *Cos. Ioan. Lieberman.* 1471. *Cos. Lud. Herrer.* 1472. *Cos. Ioan. Lieberman.* 1473. *Cos. Lud. Herrer.* 1474. *Cos. Petrus Gaist.*

Vlmæ, Ehingeri.

VVilhelmus 2. (de quo sup. 1381.) 18. Decembr. obijt 1465. & vxor eius, Anna Honolzina, 1455. Ipse, in medio Ecclesiæ ante suggestum sepultus est.

Filij eorum:
- *VVilhelmus 3. von Kätz/ Claudus. obijt 1519.*
  - *Vxor, Elisab. Schadin, 1516.*
  - *Ioannes, 1480. Ἄγαμος.*
- *Leonhardus, obijt 1519. Maij 12.*
  - *Sebastianus.*
  - *Catharina, obijt 1490. Ἄγαμος.*

EBER-

Eberhardorum, nobilium Halensium, sepultura, in æde S. Michaëlis.

Anno 1465 die lunæ post Bonifacij, obijt Henricus Eberhart. An. 1499. die S. Georgij, Burcardus Eberhart. A. 1516. die Sabbati post Viti, Caspar Eberhart. Haben ein rotes Stöcklin zwischen Büffels Hörnern. *Eberhardi Halenses.*

Rudolphus de Ehingen 1465. nascitur, parentibus Georgio equite, & Anna Richtenbergia De cuius Rudolphi auo & patre, mox post hoc caput peculiariter dicemus. *Ehingeni Rudolphi natiuitas.*

In Gallia à R. Ludouico XI. defecerant proceres: quòd non essent in gratia & auctoritate apud eum: præfecerantq; sibi fratrem Regis, Biturigum Ducem. Cum his faciens Carolus Burgundio, Caroli Ducis F. Regem, cum quo conflixit, Lutetiam cedere coëgit: quam & 1465. obsedit. Tandem Rege, quicquid petebatur, concedente: pax cum coniuratis est facta. *Carolus Burgundio, contra Regem Galliæ.*

Cogitatio me iam sequentis capitis subit. Sed tamen adhuc adijciam hoc. Quales his temporibus multi Sacerdotes & Monachi, fuerint tum in Sueuia, tum alibi, in tenebris doctrinæ Ecclesiarum: testatur qui hîc Tubingæ postea docuit in Academia, Henricus Bebelius. Sibi notum ait esse, quendam sacerdotem: qui pro sexto quoque ouo Rusticis gallinas locauerit: varijsq; artibus, ac magno fœnore, magnas sibi diuitias pepererit. Qui similis fuit sutori, corium furanti, & calceos eleemosynam danti. Nam & iste sacerdos, iam senex, de anima cogitans, sacella fundauit. Se vidisse ait alium Sacerdotem: qui dixerit, se nulla ex re maius lucrum accipere, quam ex pugnando cum Rusticis. Nam pro singulis vulneribus, quæ eis infligat, duo vel tria recipere. Sibi notum esse ait cœnobium extramundanarum virginum: de quarum integritate cum quæreret, sibi responsum esse, nullam in toto cœtu castam esse: præter vnam, quæ nondum pepererit: ideoque casta vocetur. Cæteras omnes, inprimis Dominam Abbatissam, prolem habere. Se audisse Tubingæ ait in conuiuio, ex quodam fratre Minorum: qui propter sermones non puros reprehensus (putabamus, vos castitatem in votis habere) responderit: Tria noui: paupertatem in balneo, obedientiam in mensa & castitatem in altari. Quapropter futura correctione opus fuit. Et vinitor quidam Tubingæ, Gosbartus nomine, homo iocosus, Franciscanis Tubingensibus eo tempore dixit: vestrum Monasterium mutabitur in equite: ac pudebit aliquando Monachos rasuræ suæ in capite. Certè sic ab anno 1536 factum est. *Sacerdotes & Monachi in Sueuia.* *Gosbartus, Tybingæ.*

RVDOLPHI DE EHINGEN VITA ET MORS. CASTELLVM ÆNtringa. Quinque ibi nobilibus nati centum liberi. Dulce colloquium inter bonum patrem, & obedientem filium. Liberi huius Ehingeni Rudolphus.

CAPVT II.

Dictum est suprà lib 6. ca 8. & antè, de familia nobili quæ nobis, qui Tybingam colimus, vicina est, Ehingenorum. Ex ea fuisse Burcardum, cognomento Zopffium, anno 1407. mortuum: relictis filijs VVolfio & Rudolpho. De priore dictum est. Viennæ 1425. obijsse. De Rudolpho itaq; & filio eius Georgio, qui hoc seculo vixêre, postmodum dicendum arbitror: antequam aliarum copia rerum, horum insignium virorum memoriam mihi excutiat: cùm forsitan citius de ipsis scribendum fuisset. Sed adhuc satis temporis est. *Ehingeni nobiles.*

DE RVDOLPHO EHINGENO.

Natus est Rudolphus hic anno salutis 1378. cumq; adoleuisset: exteras terras petijt, cognitionis rerum comparandæ, & suis rebus consulendi, gratiâ. Non enim existimabat, nobilium esse, domi in ocio consenescere, nec alijs etiam inseruire. In Austriam ergo, Vngariam, & alia circùm loca, profectus est: ac diu Regi Sigismundo, & Comiti Ziliæ, alijsque, operam fidelem nauauit. Anno autem 1416. reuocatus est à patruo suo Hugone de Ehingen: qui habitabat in Castello Æntringa: nullos ex vxore suo Agnete Gyltlingensi liberos habens. Quocirca partem suorum in arce Æntringensi bonorum, iuxta partem Aberlini Georgijque Halfingensium, sitam, non magno precio huic Rudolpho vendidit: signantibus Conrado Gyltlingio, Rudolfo Bohingensi, & Hansone Schenckio Stouffenbergio. Postea omnia bona idem Hugo ad eum transire voluit, censuum annuorum plus 300. Florenorum: sed ea conditione, vt is posthac in sua patria maneret, vxoremque duceret delectu habendo inter tres sorores, virgines benè educatas, Ioannis Truchsæßij de Haimertingen filias. Agnetem itaque Rudolphus Truchsæßiam de Haimertingen, 1414. duxit. *De Rudolfo Ehingeno seniore.*

Hugo

Hugo 1417. anno obijt: & sequenti anno, Indict. 11. Febr. 24. Rudolpho fratriq; eius, partem suam Æntringensem Haila cognata legauit.

AEntringæ, nobiles 5. centum liberos genuerunt.

Illo tempore quinq; nobiles cum suis coniugibus, in arce Æntringa habitabant, concorditer & amanter: qui procrearunt centum liberos. Nam Ioannes ab Halfingen eques, ex Nippenburgensi vxore genuit viginti liberos. Rudolphus Ehingensis ex Agnete Truchsæssia, decem & nouem. Merck (Marquardus) ab Halfingen, ex Vrsula Bubenhofia, itidem XIX. Georgius porrò Halfingensis, ex coniuge Kabina, vnum & viginti. Hugo deniq; à Gyltlingen, ex vxore sua, totidem. Merckonis postea filius eiusdem nominis, controuersiam 1486. composuit: quæ erat inter duos VVirtembergenses Eberhardos seniorem & iuniorem. Cæterùm Georgius Ehingenus eques, vnus ex his centum natis, vltimus eorum omnium mortuus est, Rudolphi præsentis filius. Attulerat autem Rudolphus, cum 1416. anno ex Vngaria, & Austria rediisset, multa & preciosa secum, equos, ornamenta aurea & argentea atq; vestes. Anno deinde 1420. ab illustrissima Domina Henrietta, nata Mompeligardensi Comite, & VVirtembergiæ Rectrice, receptus est in consilium ac ministerium. Biennio pòst, ipse & Ioan. Gyltlingius, genus annuæ ex agris pensionis (ein Landtgarben) emerunt Pfæffingæ: signante Hænslino Halfingensi. Mortuo post hæc 1425. Viennæ fratre VVolfio: inde etiam opes attulit non aspernandas: pecuniam, equos, μειράκια, preciosam vestem. Verùm quia tunc non erat moris in Sueuia, tam splendida gestari indumenta: ipse Francofordiæ ea vendidit: ex ijs ad 1500. Florenos redegit: patriæ se moribus accommodauit: qui ab adolescentia exterìs inseruierat: & in bellis ac pace, multa dura pertulerat. Dominâ Henrietta postea defuncta: cum filij eius, Comites Ludouicus & Vlricus, regionem inter se partiti essent: in Consiliarios ac ministros Ludouici ascitus est Rudolphus.

Eis omnibus superstes, G. Ehingenus.

Rudolphus, Henrietta VVirtēb. consiliarius.

Hic deinde 1440. & Marquardus de Halfingen senior, Ioannesq; Truchsæssius de Hæfingen Boltringæ, fundauerunt (consentiente Bebenhusano Abbate Renhardo & Leonhardo) sacellum & altare Oberndorffij, ad honorem S. Trinitatis, cum perenni præbenda.

Oberndorff.

Anniuersarium 1451. constituit in Collegiata Ecclesia Ehingæ Nicranæ: testante id scripto Germanico. Ich Pfaff Heinrich Boscher/ zu den zeiten Caplan vnser lieben Frauwen Capell vnd Pfründ auff der alten statt/ ꝛc. ad medendum scilicet animæ purgandæ patris sui Burckardi Zoppfij, fratris sui VVolfij, matris suæ Luitgardæ Kaisinæ de Ilingen, suæ propriæ animæ, & vxoris suæ Agnetis, & generi sui & filiæ Agnetis, Alberti Truchsæssij de Bichtihusen, Hugonis & Burckardi Ehingenorum fratrum: celebrandum proxima Feria tertia post S. Ioannis, aut octauo die pòst: vigilijs, missificatione, cereorum accensione, de suggestu prædicatione. Ni quotannis hæc sacra fierent: mulcta erat, Oma vini, cum certis decimis, in hospitale Rotemburgense pauperibus danda. Denuntiandus erat ille dies, quandocunq; agendus esset, domum Rudolphi. Si quis inde compareret: benè. Sin minus. procedendum tamen erat. Confirmauit eas literas Præpositus eius collegij.

Rudolphi feudum Aentringæ.

Feudum suum Æntringense, Rudolphus die Iouis pòst Valentini, à Comite Vlrico 1452. accepit: qui iam Tybingæ Dominus per emptionem erat.

Anno 1455. in arce Tybingensi habuit secum Comitem Eberhardum: vt eius custos, in quadam circa tutelam dissensione. Successu temporis, eidem Vicarius fuit, & à consilijs. Erat enim Rudolphus, vir bonus, prudens pulcher: inter prælatos, Comites, & nobiles, pacificus. Obijt vxor eius in decimonono partu: obiêre cæteri liberi, præter quatuor filios: Diepoldum, Burcardum, VVolfium, & D. Georgium: Viduus ipse per vitæ reliquum, circiter 30. ann. mansit. Filiam Agnetem dedit Alberto Truchsæssio Bichtshusensi. Laboriosus in omni vita.

Filijs 4. bona sua diuisit.

Anno autem 1459. diuisit bona sua in hos 4. filios: arces, vicos, homines, agros. Ibi D. Georgio, vt equestri honore ornato, vnum mille Aureorum, prærogatiuæ loco datum est, annuus 50. Florenorum census. Fecit testamentum, ordinauit exequias, Anniuersarium sibi instituit. Hunc diem à ciuitate Tybingensi emit: constituitque, vt se mortuo darent egenis, centum viriles, & totidem fœmineas tunicas: inprimis autem pauperibus, quos ipse sub se habuisset: postea alijs, quos iudicarent dignos. Quæ ita in die anniuersario eius, fideliter facta sunt. Testamento facto: equitabat cum filijs suis ad sepulcrum beatæ virginis Hailvvigæ: quæ in fano quodam, Gæslinga nomine, non longè à Rhottvvila quiescit: ac miraculis coruscasse dicitur. Dicebat ipse ad filios, illam fuisse ortam ex Ehingensi familia. Se ei valedicere velle, siue extremùm salutare. Quo facto: cum filijs profectus est in vetus supra Ehingam ad Nicrum oppidum: vtpote in Ecclesia quondam ibi baptizatus. Ibi rei diuinæ interfuit. Inde abiens, suam Kilbergæ arcem præter-

Hailvviga.

equi-

equitauit: nec diuertens in ea, nec vnquam amplius rediens: sed in Carthusianum Guterstainense Guterstainum se Rudolphus confert.
cœnobium se conferens: vbi iam antea sibi de habitaculo prospexerat. Bona enim ibi disciplinæ
erat ad sacellum Ioannis Baptistæ, in Alpibus. Quam habitationem cõfirmauerat ei Comes VVir-
tembergiæ & Mompelgardiæ. Eberhardus: literis Vraci 1466 datis, testantib. etiã Vracensibus,
milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octauo anno. Habebat Rudolphus in ſuum & famuli
vſum, hypocauſtulum & cubiculum. Tum à ſe dimiſit filios: datis præceptis, ſe bene erga Deum Rei diuinæ va-
& homines gerendi. Non ille amplius carne veſci: ſed dies noctesq; intereſſe cantionibus & lectio- cans.
nibus: per omnia ſeruando normam viuendi fratrum: niſi quod non eſſet cucullatus. Filijs præce-
pit, vt omnia in re ſua conſilio vterentur: quod & veliter ab eis factum eſt. Præſertim autem eques
D. Georgius ſæpe ad eum vênit, vt chariſſimus: & tempore mortis eius adfuit. Pater ei tum dice-
bat: Lieber Sohn/ Herr Görg/ jr habt groſſe müh vnnd arbeit mit mir/ vnd darumb be- Collocutio inter
dauret jr mich. Reſpondit Georgius: Lieber Vatter/ das ſol ich billich thun. Darumb ſolt illum, & filium
jr euch nicht bekümmern. Reſpondit pater: Ich gönn euch auch der ehren wol/ daß jr bey Georg. equitem.
ewers Vatters ende ſeydt. Nun iſt die zeit meines ſterbens hie. Ich hab auch Gott den
Herren allwegen gebetten: wann es mir gut vnd nütz were zur Seligkeit: daß er mir ſo viel
Jahr vnnd Tag verleihen wolt: als lang dann S. Johannes der Apoſtel vnd Euange-
liſt/ gelebt hette. Solches hat er faſt an mir erfüllet. Ich bin auch bereit/ mit gantzen
freuwden zu ſterben.

Tum paulatim ἀπεμαγρύθη: hat er außgezündet wie ein Liecht. *Incluſus eſt* ſuppedaneo, Rudolphi mors,
quod ante lectum eius erat: quod ipſe voluerat eſſe ſibi pro loculo. Sepultus eſt Æntringæ (ſic iuſſe- & ſepultura.
rat) ſepulcro ſibi antè ibi præparato) & quidem honorificè. Obijt 1467. circa S. Galli, vnde nona-
genarius. Filiorum eius natu maximus erat Diepoldus Ehingenus. Habitauit Berſtingæ: obijt Diepoldus Ehin-
milleſimo, quadringenteſimo, nonageſimo ſecundo, teſtantibus eius Inſignibus Rotenburgi apud genus.
Carmelitas. Filium reliquit Philippum: à quo illi Ehingeni ſunt: qui Berſtingæ, Oberno vvæ, &
Sulzouiæ, habitarunt.

Burcardus frater eius Æntringam anno milleſimo, quadringenteſimo, ſeptuageſimo quin- Burcardus.
to incolebat: quo emit Oberndorffæ à VValthero Riſſo, bona quædam 42. Aureis Rhenenſ. quæ
ad Ehingenam Æntringæ præbendam contulit. Inſeruijt Comiti Eberhardo VVirtembergico: &
præfectus eſt factus 1481. Leonbergæ: deinde, Maior præfectus Nagolti. Teſtis eodem anno fuit
in ſponſalibus Rudolphi Ehingeni, & Sophiæ Neuneccæ. Vxorẽ habuit Veronicam (pie vivunt) de
Homburg: ac ſine prole deceſſit, milleſimo, quadringenteſimo, nonageſimo ſeptimo anno Kilbergæ
humatus. *VVolfius* erat tertius Rudolphi filius: Conſiliarius ac miniſter illuſtriſſimæ D. Mech. VVolfius.
tildis, palatinæ Rheni, Comitis Ludouici VVirtemberg. viduæ: quæ mater fuit Eberhardi ſenio-
ris, primi poſtea VVirtemberg. Ducis: quæ Magiſtrum curiæ habebat, Caſparum de Kaltenthal.
Obijt VVolfius, relictis filijs: Chriſtophoro, VVernhero, Hugone, & Ioanne de Ehingen: vnicaq;
filia, Eliſabeta: quæ facta eſt Sanctimonialis, milleſimo, quadringenteſimo, nonageſimo anno.
Reuthæ apud VVildpergam. Hus liberis curatores erant cognati: D. Georgius, Burcardus, & Phi-
lippus Ehingeni.

Hæc ſic, ex Ehingenæ familiæ M. Scriptis. Gabelcouerus verò duos Burchardo vxores
dat. 1. Gertrudem Spætinam, de cuius liberis ſibi non conſtet. 2 autem. Barbaram Neunecciam: ex
qua nati ſunt, Hugo, VVernher, & Ioannes cognomine Diues. Præterea filiæ, Magdalena Neun-
eccia, & Gertrudis VVernouia. Ita illos non fuiſſe VVolfij filios. *Adu.*

EPISTOLA PAPALIS AD ABBATES, ZVIFALTENSEM ET BEBEN-
huſanum. Nobiles aliquot in Sueuia. Carolus Manfredus, frumentarius. Sacellani Conradi
Dyrrhij commendatio. Aliquot generoſorũ de VValdpurg Dapiferorum Genealogia.
Sangallenſis Abbas, rufus Vlricus Rœſchius. Leodij vrbis per Carolum
Audacem Burgundionem funeſtatio.

CAPVT III.

ANNO milleſimo, quadringenteſimo ſexageſimo ſexto, Commiſſio hæc data eſt.
Paulus Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filijs in Zuifalten, & in Bebenhuſen. Epiſtola Papæ ad
Conſtantienſis dioceſ. Monaſteriorũ Abbatibus ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Conqueſti Zuifaltenſem &
ſunt nobis nobiles viri, Georgius miles, & Theobaldus, Burcardus ac Lupus (VVolfius) de Ehin- Bebenhuſ. Abbã-
tes.

gen,

" gen, fratres, domicelli Constantiensis dioces. prouinciæ Moguntinensis: quòd modernus Præpos-
" tus & capitulum Ecclesiæ oppidi Ehingen eiusdem dioces. super quibusdam fructibus decimalibus,
" in dicti oppidi, ac antiquæ ciuitatis, eiusdem dioces. territorijs, illorumque districtibus, excrescenti-
" bus, & ad eos communiter & legitimè spectantibus, iniuriantur eisdem. Ideoque discretioni ve-
" stræ, per Apostolica scripta mandamus: quatenus vocatis, qui fuerint euocandi: & auditis hinc
" inde propositis, quod iustum fuerit, appellatione remota, decernatis: facientes, quod decreuerit is,
" per censuram ecclesiasticam firmiter obseruare. Testes autem qui fuerint nominati: si se gratia,
" odio, vel timore subtraxerint: censura simili, appellatione cessante, compellatis veritati testimo-
" nium perhibere. Quòd si non ambo hijs exequendis potueritis interesse: alter vestrùm ea nihilo-
" minus exequatur. Datum Romæ apud sanctum Marcum, anno incarnationis Dominicæ mil-
" lesimo, quadringentesimo, sexagesimo sexto, XVIII. Ianuar. Pontificatus nostri anno tertio.
Io. Æmerinus.

Sigillum plumbeum: in cuius vna parte, imagines Pauli & Petri: inter quas litteræ S.S. PP. AE. VT.

In altera parte, Papa sedens τετράκωνος, *in folio: & vtrinque Cardinalis vnus. Infrà adgradus solij, plures personæ, complicatis manibus Papam adorantes.*

Mentio fit antiquæ ciuitatis illo tempore non semel: vt inde meritò putemus: tunc adhuc quaedam de antiquo oppido, quod olim terræmotu conciderat, restitisse: sicut hodie adhuc particulæ muri, ibi conspicitur.

Neuhusen. *Viuebant hoc tempore nobiles, VVolfius & Marcus de Neuhusen.*

Herter. *VVilhelmus Herter de Hertneck: & vxor eius Anna Herterin,* geborne von Heudorff. Ihr Ehesteuwr/400. fl. Sein widerlegung/400. fl. Morgengab/200. fl. *Sigillatores dicuntur* würdigen vnd strengen Herren: Leonhart von Stetten/Comenthur zu Bicken: vnd Jacob von Schönaw/Ritter/*die Martis ante trium Regum,* 1466.

Vehemens hoc anno incendium, in op. Herrenberga fuit.

Herrenalbæ obijt in die Epiphaniæ, D. Ioannes de Derdingen, 12. Abbas.

Vrhusen. *Halæ Sueuicæ mortuus est die Veneris proximo post S. Petri diem cathedræ,* Friz von Vrhusen. *Insignia, albus monoceros in rubro scuto, galea clausa.*

Senfftij. *Mortuus ibidem est* der ehrbar vnd Vest/Conrad Senfft.

Viuebat tunc der alt Gabriel Senfft/*eius frater.*

Augustæ, das Leichallmusen/von Her: Jacob Haustetter gestifftet.

In eadem vrbe, cùm Typographica ars nuper inuenta esset: Biblia Latina primùm 1466. ab Ioanne Bemlero excusa sunt.

Erasmi Roterod. natiuitas. *Desid. Erasmus Roterodamus, probabiliter hoc anno natus est, die Sim. & Iudæ, Oct. 28.*

Manfred. Carol. *Philippus, Burgundiæ Dux, moritur 7. Cal. Iulij, Brugis. Ei F. Carolus succedit.*

In Italia, Carolus Manfredus patri Hectori in principatu Fauentiæ successit. Vrbe Galeatum fratrem expulit minimum: & Friderici ibi Episcopi, maioris fratris, nutu administrauit. Quo frumentum comprimente (quoniam erat σιτοσκώληξ, ein Kornwurm: *quales, apud nos etiam, vi annonæ precium augeret: Populus Galaotum reuocauit. & Carolus expulsus, veneno in exilio periit. Bergom. lib. 15.*

VVirtemb. C. Henricus. *Anno 1467. Henricus, VVirtemberg, Comes, Coadiutor Collegij Moguntinensis, post diuconuers. Pauli, cõsilium & auxilium à D. Eberhardo seniore, cognato suo, per literas petijt, in controuersia: qua molestus erat Ioannes Comes VVertheimensis eidem collegio, & Teutonico Magistro, de bonis quibusdam, ad ipsorum patrocinium pertinentibus.*

Refert Funccius ad hunc annum, bellum quoddam Schlegelkrieg (*al.* Pflegelkrieg/*flagellarium bellum*) *nominatum: quod inter Comites Eberstainios & VVirtembergẽsem sit gestum. Sed de eo, ad annum 1367. pertinente, suprà lib. 5. scriptum est.*

PRAESENTATIO CAPELLANI.

Capellani Dyrrhij præsentatio. *Vicarius reuerendi in Christo patris & Domini, Domini Hermanni, Dei & Apostolicæ sedis gratiâ, Episc. Constantiensis in spiritualibus Generalis, dilecto in Christo Decano Decanatus in*
" *Schmidhaim (pago VVaiblingensis præfecturæ (Cõstantiensis dioces. salutẽ in Domino. Discretum*
" *virũ Conr. Durr, presbyterũ eiusdẽ dioces. ad præbendã altaris B. Mariæ virginis, & omniũ Sanc-*
" *torũ, sitã in capella S. Georij (Georgij) in Schorndorff dictæ dioces. ad præsens per mortẽ quondam*
" *Ioa. Baier, nouissimi præbendarij, prædicti altaris vacantẽ. per nobilẽ & generosum D. Vdalr. C.*
de VVir-

de Wirtemberg: ad quem ius præsentandi Capellanum ad dictum altare dinoscitur pertinere: nobis literatorie præsentatum, de dicto altari: dummodo die Data præsentium, in eo non sit altari specialiter tus quæsitum: recepto tamen prius ab eodem, & præstito per eundem, fidelitatis & obedientiæ solito iuramento, inuestiendum duximus: & ipsum auctoritate ordinaria, tenore præsentium, in Dei nomine, quantum de iure possumus, inuestimus. Tibi quoque Decano prædicto mandamus: quatenus eundem Conradum, in dicti altaris iuriumque, & pertinentium eiusdem omnium & singulorum, ducas possessionem corporalem: faciens tibi de ipsius fructibus, redditibus, censibus, debitis, & obuentionibus vniuersis, integre responderi Datum Constantiæ, anno Domini millesimo, quadringentesimo, sexagesimo septimo: die vicesima mensis Nouembris, Indict. quindecima.

Videmus hic Hermannum, nobilem de lado Landenbergo, iam hoc 1467. anno fuisse Constantiensem Episcopum: quem tamen Bruschius 1475. modo electum scribit. Fuisse virum ait senio confectum, valetudinarium, religiosum, munificum in pauperes: sicut etiam antecessor eius, Randeccius Burcardus bonus & Oeconomicus fuerit. Bruschij error.

Wemdinga, è manibus Oetingensium Comitum, ad Bauarum Ducem Ludouicum venit. VVembdinga.

Nordlingæ tanti ceciderunt in nundinis imbres: vt multi institorum tabernæ (caduca vocantur) impetu aquarum auferrentur. Pluuiæ graues.

Hoc anno, die assumpt. Mariæ, primus lapis, præsente Cardinale, Petro Episcopo Augustano, vetus S. Vlrici Templum de nouo ædificante, positus est. Quarto die post fusa est campana, Huberina nominata.

Obijt D. Georgius Truchsessius de Waldpurg, Ioannis F. sepultus Wurtzachi. VVurtzach.

Ex eo sunt nati, 1. D. Georgius Longus. 2. Vrsula, Beri de Rechberg vxor. Ipse Longus obijt 10. Mart. 1482. Primus, qui Waldsehæ humatus est. Sui iuris fecit ditionem Schvvartzachiam. Vxorem habuit Annam: Comitis Conradi de Kirchberg, & Annæ Comitissæ Fyrstenbergensis, filiam: quæ defuncta est 1484. VValdpurgenses Dapiferi. Schvvartzach.

Liberi D. Longi.

1. D. Ioannes Iunior. obijt die Dominico post S. Galli, 1511. Sepultus VValdsehæ. Vxor eius, Helena: Comitis Iodoci Nicolai Zollerensis, & VVerdenbergensis Comitissa Elisabeta, filia. Suevici fœderis capitaneus, vel Dux, erat.
2. Anna, coniux Oetingensis Comitis VVolfij. Obijt 1507.

Liberi Ioannis & Helenæ.

1. Emerentiana, Monialis Intzkofæ, iuxta Symmeringen ad Danubium. Intzkofa.
2. Dorothea, quæ obijt 1513. vxor D. Ioannis de Kinsegg, qui obijt 1544. Pacta quidem ei fuerat Elisabeta Truchsessia VValdpurgensis: sed ea 23. Iul. 1503. ante nuptias obijt. Postea Dorotheam duxit.
3. Elisabeta: quæ obijt iuuencula.
4. Ioannes. Obijt 1494.
5. Christophorus. Natus 1488. obijt 1494. feria 6. ante Letare. Iacet VValdsehæ.
6. D. Georgius, R. Ferdinandi Vicarius in VVirtembergia. Obijt 1531. Vxores habuit duas. 1. Apolloniam, comitem Sonnenbergiam, ἄτεκνον. 2. Mariam, comitissam Oetingensem. Huius habet ambas VValsehæ. Georg. Dap. VValdpurgensis.

D. Georgij & Mariæ Progenies.

1. Dorothea.
2. Ludouicus.
3. Catharina.
4. Henricus. Vxor Fronspergia.
5. Filia N. Comiti Tybingensi Liechteneccio nupta.
6. Helena, Comitis Hohenlohensis Georgij coniux.
7. Iacobus, apud Tullum (Dolam) captus: ad Massiliam 1536. mortuus.
8. N. filia. D. Ioanni Marquardo Kinseccio maritata.
9. N. Filia. Vir eius, comes quidam Oetingensis.
10. Georgius. Huic nati sunt ex Rapoltstainia Dorothea hi filij.
    1. Iacobus. ὑπὸ σχολικῶν κατακεντηθείς.
    2. Ioannes obijt.

3. Philippus. Constantiæ Canonicus.

4. Georgius. κωφωθεὶς παιδαγωγῷ Canonicus & ipse Constantiæ.

Leonoræ Imperatricis obitus.

Obijt Imperatrix Leonora 3. Septemb. 1467. (cum nata fuisset 1437. Septemb. 8.) in noua ciuitate Austriæ, in Monasterio Cistert. nouo, sepulta. Factus est hoc anno, Sangelli Abbas, Sangall. Abbas Roeschius. Vlricus Roesch Wangensis: Der Rot Vli/ dictus. Pistore natus fuerat: homo astutissimus, Oeconomus vtilissimus, effector rerum felicissimus. Emit ad Monasterium, totum comitatum Dockenburgensem, & alia multa. Ædificator præposituræ Roschachianæ, de nomine eius dictæ, ad lacum Acronium, anno 1487. Ornauit Monasterium multis picturis. Obijt in oppido Wila 1491. post 28. annorum gubernationem, anno ætatis 65. Magnificentius, quam vllus decessorum, sepultus. Veste fuit Monachus: corde Monarcha fuit. Ein rechtschaffner Cop páberlin. Bruſch.

In vestibulo Caluensis Templi sepultus iacet 1467. Scultetus eius oppidi, id est, Consul. Argentorati, cum quidam equitator (ein raisiger Knecht.) decollaretur: carnifex, quoniam ab arte sua aberrauerat, à populo confossus est.

Carolus. Burgund Dux.

Hoc, & altero anno, quia Leodienses Episcopum suum expulerant: Burgundio Carolus, eis propinquus, bello illos premit: ac tandem crudeliter subigit.

Nauclerus Ioannes.

Erat hoc tempore Ioannes Nauclerus (chronographus ille celebris) Ecclesiæ collegiatæ apud Stutgardianos præpositus (vt ipse de se scribit) atq; ab inclyto comite Wirtembergensi Vlrico, ad eundem Ducem Carolum legatus. Sed propter bellicos terrores, apud superius Traiectum subsistit: collegam suum, virum Laicum, illo misit: expectans, donec is rediret. Supra modum autem Carolus in Leodium expugnatum, per suos milites sæuijt: non modo trucidatione hominum omnis generis: sed etiam virginum, post turpificationem occisione.

Aspiciunt oculis superi mortalia iustis.

Per Heluetios postea Deus, tantam immanitatem atrociter vltus est.

GEORGII DE EHINGEN NATIVITAS, VITA AVLICA, EQVESTRIS dignitatis assecutio, peregrinatio Hierosolymitana, in Hispaniam profectio. Duces Austriaci, Sigismundus & Albertus. Portugalliæ & Lusitaniæ felicitas.

CAPVT IIII.

ANTE QVAM ad 1468. annum progrediar: faciendum mihi videtur: vt, cum non multo ante de Ehingeno Rudolfo scripserim: nunc de filio eius, præclaro equite Georgio, non pauca cognitu digna commemorem: ex quibus non erit nihil, quod nobilitas in eo, tanquam pulchra statua, contemplari possit. Non autem tam copia, quam breuitas, ne nimium rebus eius gestis immorer, mihi consectanda erit. Vidit igitur primo vitalem lucem eques GEORGIVS ab Ehingen, Rudolphi F. anno Domini 1428. in arce Hohen Æntringa: Haimertingensi Truchsessia Agnete ipsum enixa. Puer missus fuit Oenipontum, in Aulam: in qua viuebat Dux Austriæ Sigismundus, ætate iuuenis: qui in matrimonio habebat Leonoram, Regis Scotiæ Iacobi II. filiam. Huius factus est minister ac mensæ structor.

Ehingeni Georgij natiuitas, & vitæ cursus.

In Aula Sigismundi Austrij viuit.

Cum iam ætate adultior esset: maluit alio se conferre: vbi laboribus potius exerceri, quã voluptatibus frui, posset: vt armorum scientiam disceret. Instructus igitur à patre tribus equis: ad Cæsaris Friderici fratrem Albertum Austriæ Ducem, transiuit: qui in Sueuiam veneral: & Rotenburgi Neccarici, atq; Friburgi Brisgoiæ (vbi & Academiam fundauit) quasi Regiam aulam habebat, ac multos insignes viros.

Ad Austrium Albertum se confert.

Cum autem anno 1453. Sigismundi ad Albertum aduentus expectaretur: Georgius non meliore adhuc conditione ibi erat: quã quiuis gregarius nobilis. Metuebat ergo, ne à Sigismundicis, vbi aduenissent: eo nomine vili penderetur: quod ab eis discedens, nihilo meliore loco esset. Quapropter ad patrẽ suum Rudolphũ venit: consilium petijt. Respondit is, sibi animũ eius placere: cum præsertim etiã valido corpore esset. Consulit ei, vt se munert alicui, quãuis paruo ab hero suo præficiendi petat: & id fideliter ac gnauiter gerat. Sic eum à sodalibus quoq; minus seductum iri. Interim tamen non debere honestas etiã sodalitates refugere. Hominẽ enim iuuenẽ, sibi dextre se gerentem, sic commendationem sui inuenire posse. Sed quia cũ aliqua offensione (inquit) à Duce Sigismundo abijsti (quia putant inniores principes, omnia optime apud se constituta esse) ideo cũ Principem Albertum, hilarem videris: pete ab eo, vt te alicui, minuto etiam, muneri, apud se præponat: quoniam ea spe reliqueris Aulam Sigismundi: quem nunc audias breui venturum. Ideo te pudore affectum iri: si ille & sui, te nullo adhuc numero esse videant. Te, fidelem & industrium ministrũ fore.

Consilium, ei à patre Rudolfo datum.

fore. Fecit sic Georgius. Cui Albertus ridens respondit: Boß hirckender Gans / das sol seyn. Fiat sic. Aestatim ei dandas curauit claues ad sua conclauia. Ita ipse in communionem cæterorum procerum & nobilium, quibus ea cura commendata erat, receptus est.

Breui post. cum aduenisset Princeps Sigismundus cum suis: multas claueis Georgius ostentans, diligenter nutus Domini sui obseruabat. Ita plus auctoritatis apud hospites habuit. Ridebat postea Albertus, cum huius in Aula tyronis, tantam curam & dexteritatem videret. Tandem præcipuus is Camerariorum vel cubiculariorum factus est.

Eodem 1433. Anno, cum Ladislaus Vngariæ Rex: esset Pragæ coronandus etiam Rex Bohemorum: Albertus hic cum 500. equitibus, & Brandenburgensis Albertus cum 300. eodem profecturi erant. Id Georgius patri suo indicauit, conditionemq; suam. Pater gauisus, filio scribit: vt se strenue gerat in omni equestri exercitio: ac, si qui creentur equites aurati, vt ipse quoque fiat eques. Itaque instruxit eum panoplia nobiliter, equis, & seruis. Placuit hoc heroi cius Alberto. Vngariæ R. Ladislaus.

Tum vterq; Albertus instructo præclare equitatu, Viennam descenderunt.

Ibi Ladislaum inuenerunt: ibi honorifice sunt excepti. Inde Ladislaus, equitibus circiter decies mille comitatus, Pragam ingressus est, coronamque Regni accepit. Multi ibi cohonestati sunt equestri dignitate. Inter quos, ex comitatu Alberti Austrij, quinque: quorum vnus noster Georgius erat: alter, Georgius Dapifer Waltzensis: tertius, Bernhardus à Bachd: quartus, Conradus à Ramstain: quintus, Sigismundus à Thun. Coronetur Praga. Equestri honore G. Ehingenus decoratus.

Inuecta est Pragam Regina quadam aurato pilento: cuius quatuor angulos tenuerunt, iussu Alberti Austriaci, totidem Cataphracti equites: ex quibus vnus, Georgius Ehingenus. Postea hi quatuor, lanceis duriter concurrerunt, honoris gratia.

Post hæc & alia, vterque Albertus domum discessit. Austrius aliquandiu Nicro Rotenburgi, cum familia sua mansit.

Tum pater meus (inquit Georgius eques) ad me Rotenburgum venit: honores mihi nouos gratulatus est: post aliquot dies me Kilbergam venire iussit. Ibi in hypocaustulo, quod supra portam est, longa oratione me de equestri ordine monuit, quid is virtutis requirat: & 400. me Aureis honorauit. Rotenburgi Necarici est.

Hortatus dehinc est, ne otiose in Aulis hunc ordinem contererem: sed sequenti proximo vere, Ioannitas equites in insulam Rhodon sequerer quam Turca obsessurus diceretur. Deinde, me ad S. sepulchrum Christi proficisci hortabatur: cuius rei facultas, sibi propter magnas causas nunquam contigisset. Se mihi omnem ad id paratum, pro viribus suppeditaturum: Respondebam, ipsi mihi hunc animum esse. Hæc, ipsi tunc inter sese. Tum bona cum gratia, à Principe Alberto Georgius discessit: venditis ei & alijs, equis: qui aliquid incommodi in Bohemica profectione acceperat. Princeps etiam, se ei, donec rediret, stationem suam promisit integram seruaturum. Pater, ab eo sibi vadem relinqui voluit, se certo ex oriente rediturum esse, S. Ioannem, Euangelistam & Apostolum. Sic solebat, quotiescunq; filius ab ipso abiret. Vadis loco, Ioannes Euangelista.

Vere igitur tempore, nemine ipsum ex Aula sequi volente, Venetias proficiscitur cum commendatoribus quibusdam Ioannitis. Inde, post Ascensionem Domini, Rhodum. Accepti fuere Magno ibi Magistro: sæpenumero in mari cum Turcis velitati sunt. Nec processit illa Turcica contra Rhodios expeditio: cum nouus in eorum Regno Sultanus priori successisset. Profectio Ehingeni G. in inf. Rhodum.

Clementer deinde Georgius, mensibus 11. exactis, à Magno Magistro dimissus (sicut ab eo petierat) & vna spina de Corona Christi donatus: Regiq; Cyprio literis, si à sepulcro Domini rediret, commendatus: Berytum venit: vt scilicet locum videret, vbi S. Georgius draconem interfecisset. Ea eius erat opinio. Inde aliquot magnis ciuitatibus transitis (quarum vna erat Tyrus) Nazaretam accessit: ac prætergressus Galilæicum lacum, Hierosolymam intrauit: & 15. dies in sanctis locis perlustrandis consumpsit. Sic & Damascei fecit, vrbe magna, & bene ædificata: consocietatus Mercatoribus & Monachis: inter quos erat Eremita, vir bonus: nominatus, Monachus Basiliensis. Ad montem S. Catharinæ peruenire non poterant: in via capti ab Arabibus, duriter tractati, damno 30. Ducatorũ dimissi. Alexandria itaq; petenda erat: vbi D. Catharina esset martyrio affecta. Sed antequã in Cyprum veniret D. Georgius: obijt ille eius comes itineris: qui ex familia Monachorum Basileæ erat (magno cum dolore Georgij) & in mare proiectus fuit. S. Georgij draco fabulosus. Tyrus. Ehingenus Hierosolyma.

In Cyprum cum venisset: comiter à Rege fuit exceptus, & muneribus affectus. Inde Rhodum reuersus: cum ægrotaret, à Medicis Magni Magistri est curatus.

Reditus eius in patriam.

Inde Venetias, & in arcem patris Kilbergensem redijt: quem reliquiarum apportatione exhilarauit, anno 1454. Tum ad Principem suum Albertum, adhuc Rotenburgi degentem, rediit. A quo benigne, tum oratione, tum donis, exceptus est: cumq; ipso totum annum mansit, alijs omnibus ante latus. Fuit & Friburgi cum suo Principe. Cogitabat semper maiora. Sed nusquam vllo bello apparente: ludis equestribus & choreis intererat. Nactus est in eadem Aula amicum, à

Ramsidenus Georgius, socius ipsius.

quo colebatur instar patris, vt plura expertus, Georgium de Ramsiden, nobilem iuuenem ex montanis Salisburgensibus ortum, robustum & procerum. Hi ambo cogitarunt extera Regna adire. Ad quam rem impetrarunt commendatitias literas à Principe Alberto: & per hunc ab Imperatore, atq; à Rege Ladislao: ad Reges, Franciæ Hispaniarum, Angliæ: & ad alios Principes. Dux etiam Albertus, virtutem eorum sibi honori ducens, hominem eis multarum linguarum peritum adiunxit. Ita decem equis iter ingressi sunt.

Ad Gall. Regem Carolum ambo proficiscuntur.

Primo, ad Francum Regem Carolum venere: qui eos honorifice habuit. Sed quia is senectute seuerior erat: non agebantur ibi ludi equestres. Cum ibi ad hebdomadas 6. essent: venit legatio ab Hispano Castellæ & Legionis Rege Henrico IV. quæ significabat, hunc susceptum grauem expeditionem, aduersus Regem Granatæ Saracenum: auxilia Tunetani, & aliorum Africa Regum habentem. Petere igitur, hoc per Gallias diuulgari: si forte aliqui fortes viri, in eandem expeditionem vellent nomina sua dare. Obtulere se hi Germani: quod Carolo R. placuit: qui singulis eorum donauit equum, armaturam, & CCC. coronatos: additis etiam commendatitijs ad Regem Hispanum.

Inde, in Hispaniam.

Ita discessere Tolosam versus, & in Regnum Nauarræ, atque Metropolin huius Pampiloniam, olim Pompeiopolin: inde Castellanum Regem adituri. Sed cum expeditio Saracenica non procederet: ad Nauarræum Regem Ioannem se contulerunt. Apud quem 2. menses manserunt: honorati voluptate venationis, chorearum, epulis.

Ad R. Alphonsum Portugalliæ.

Inde profecti sunt ad S Iacobum: & hinc Lisibonam Portugalliæ: Regiq; Alphonso, cui bellum esse contra Fessæ Regem audierant, de suo aduentu significarunt. Hic eos in diuersorio, dum ex itinere reficerentur, bene tractari iussit: cuius sororem Cæsar Fridericus vxorem habuit, Leonoram. Postea eos ad se vocauit: habens in Aula sua multos egregios & splendidos proceres. Significarunt se Maiestati eius aduersus Afros militare promptos esse. Placuit Regi: curauitque eos, dum regioni magis assuefierent, diutius in diuersorio honorifice habendos, nobilibus aduenis.

Nobilium studia.

Sæpe etiam in Gynæceum Reginæ formosissimum ducti sunt: adhibiti choreis, venationibus, luctationibus, saltationibus, digladiationibus, iaculationibus, equorum agitationibus. Exercebant se in omni genere ludorum equestrium, pedites & equites, ac certaminibus in Panoplijs. Oblectabatur his spectaculis Rex, vir humanus & pulcher. Ehingeni autem sodalis, maximarum virium erat, in disco vel saxo iaciendo: Ehingenus vero, in Panoplia exercitatior. Erat ad-

Portugalliæ & Lusitaniæ felicitas.

modum commodum, ibi viuere. Abundat enim Portugallia, & Lusitania, nobilibus & equestribus viris: animo fortibus, corpore agilibus. Ipsa porro terra, probe culta: optimorum & dulcissimorum fructuum ferax: Vini, frument, i olei, saccari, mellis, salis. In varia Regia loca ambo Georgij ducebantur: vrbes & arces eximias videbant: Monasterium quoq; adibant Dominicanum elegantissimum: vbi sepulturæ sunt Portugalliæ Regum. Quod appellatur, Ad pugnam, zu dem Streit: *propter victoriam ibi olim de Saracenis (opinor) obtentam. Sinamus illos aliquandiu hinc inde vagari: & ad aliud caput interim transeamus.*

PEREGRINATIO INCLYTI VVIRTEMBERG. COMITIS EBERHARDI, Hierosolymam, & domum reditus. Curia fonsq; Stutgardiæ. Cratonum seu Kraffiorum, patriciorum Vlmensium, genus. Ibidē de Remboldis, & de ciuitate Lauingana. Lorchensis Abbas Nicolaus. Caroli Burgundionis negotium, cum Sigismundo Austriaco & Heluetijs.

CAPVT V.

Eberhardi Com. VVirtemberg. peregrin. Hierosolymitana.

ANno 1468. die Mart. decimo Maij, incepit illustris comitis Wirtēbergici & Mompelgardici, *D. Eberhardi, transmarina profectio, ad sepulcrū Domini: Græcis, τὸν ζωπάφορον τάφον. Ad id autem venit octauo Iul. die Veneris. Inde Vlmam 22. Nouemb. die Martis ante S. Catharinæ, rediit, eodem anno. Quæ de peregrinatione, particulatim plusculum annotabo.*

Comitatus eius.

Profecti sunt cum eo 40. viri inter quos, hi 24. nobiles: omnes cū ipso facti illic aurati equites. Georgius Bombast, Ioannita Rhodiensis. Vitus de Rechberg. Stephanus Hessus. Hermannus de Sachsenheim. Ob. 1508. Ioan. Spæt. Ioan. Truchses Biechishusius. Wilhel. de Stadion. Ioan. de Absingedion, frater eius. Ob. 1591. Ioan. Nothaffi. Ioan. de Steten. Ioan. de Neuneck. Conrad. de Absingē.

Viricus

Vlricus de Rechberg in Hohenrechberg. Eberhardus de Rechberg. Vlricus de Westerstetten. Obijt 1503. Wilhelmus de Minchingen. Wilhelmus de Zylnhart. Wilhelmus de Wernovv. Iacobus Schenck. Dauid de Stain. Reinvvartus de Welvvart, Egenolphus de Rhiethaim. Iohannes Mynsinger à Frundeck, Med. Doctor, Vlmensibus turatus. Anshelmus de Eib. Christophorus Rusetus Capellanus. Priores 24. nobiles, omnes dignitate equestri apud Domini sepulcrū fuerunt ornati. Item cum eis erant: Raur, Sartor: & Conradus Schott, coquus.

Tempora profectionis.

Die Epimachi, nempe 10. Maij, D. Comes Eberhardus, benedictione ab Herrenalbensi Abbate accepta in Gutelstainensi Cœnobio, præsentibus cæteris quoq; Prælatis (συμπόμοις) iter ingressus est: eodēq; die Blabyræ pernoctauit. Maij 11. apud Comitē Eberhardū de Kerchberg. Dyssa. Maij 12. in Cœnobio Ottenbyrensi, 1. Milliari à Memminga. Maij 13. Campidoni in Monasterio. Maij 14. in Camopoli Rhytæ sub Ehrenberga. Maij 15. Zierlæ pernoctauit. Maij 16. per Oenipontum, Stertzingæ: vbi elegantissimam in Parochiali Templo tabulam pictam vidit. Maij 17. Brixnam & Clusam venit. Ibi, tres arces, alia supra aliam Noctem Gotzenæ mansit. Maij 18. Tridenti. Maij 19. Laiterę. Maij 20. Castel Franci pransus est: Maisterę noctem egit, 1. mill. ab vrbe Veneta, & 1. à Ternisio. Maij 21. Venetias peruenit: & in Toutrincam Basilicam diuertit. Distant autem Venetiæ ab Vraco 71. Germanica milliaria. Spectauit generosus Comes, & socij peregrinationis, Templa Venetijs, ac multorum sanctorum reliquias. Inter alias, caput & brachium S. Georgij: si credere fas est. Die Ascens. Christi, ciuis quidam ibi mortuus, reliquit quater centum millia Ducatorum, præsentis pecuniæ.

Ephemeris peregrinationis. Kirchberg. Comes. Memminga. Stertzinga. Tridentum. Venetiæ, ab Vraco.

Iunij 4. pridie Pentecostes, Venetijs discesserunt: & Parentium nauigarunt, quod 100. mill. Italicæ distat à Veneta vrbe. Iunij 11. Ragusium venere, distans à Parentio 400. milliaria. Turcis tributarium, & in Turcia negotians. Archiepiscopus ibi est. Viderunt in progressu vrbem Epidamnum, seu Dyrrhachium, quæ Durrazzo dicitur. A Ragusio, Corcyram vel Corfunam 300. milliaria: à Corcyra, Methonen vel Modonam, item 300. Inde, in Insulam Cythera vel Corigo 100. Die deinde Veneris post corp. Christi, Iunij 17. insulam Cretam vel Candiam assecuti sunt, distantem à Modona 300. milliaribus. Longa est 500. milliaria, lata vero 300. Et Ecclesiæ 350. inesse dicebantur. Rhodum delati sunt Iun. 21. die Martis ante S. Ioannis: qua distat milliar. 300. à Candia: habens ad mare positas 15. turres: in quarum 14. sunt totidem molæ, quæ ventis agitantur. A Rhodo 300. milliaribus in Cyprum venitur. Inde Iun. 28. die Martis, Ioppen vel Iapham peruenere. Fuerat ea quondam magna vrbs: tunc autem (vt & hodie) tantum duæ turres restabant: sub quibus, aliquot fornices: in quibus peregrinatores expectare solent: donec eis securitas viæ, ex oppido Hierosolyma afferatur. Abest Iapha 300. mill. à Cypro. Die Dominico, Iulij 3. noctu in villam Ramam accesserunt: & die Lunæ. S. Vlrici, ibi manserę. Distat 13. mill. ab Iapha.

Parentium. Ragusium. Dyrrhachium. Corcyra. Cythera. Cretainſ. Rhodus. Cyprus. Ioppe. Rama.

Die Iouis Iulij 7. è Rama 4. mill. Emmauntem equitarunt, Hierosolymam versus. Postridie, die Veneris, S. Chiliani, mane Hierosolymam ingressi sunt. Ibi Iulij 9. à Gardiano circumducebantur, ad contemplandum sancta loca & res, magno numero. Quis ea omnia recenseret? Legantur in aliorum peregrinatorum scriptis editis.

Emmaus. Hierosolyma.

Quinq; autem Italica milliaria, pro vno Germanico reputantur. Iulij 10. Bethlehemum profecti sunt.

Bethlehem.

Iulij 12. Comes Eberhardus, cum cæteris nobilibus, ordinem equestrem assumpsit.

Iulij 15. accessit ad flumen Iordanem.

Iordanes.

Cum iam 3. hebdomadas in terra S. vel Palæstina, consumpsissent: 19. Iulij redierunt ad naues: eaq; 21. Iulij conscenderunt, Italiam versus reuersuri.

Iulij itaq; 25. Cyprum appulerunt, ad pagum Salinensem: vbi magnus est lacus: vbi sal sua sponte elixatur: & instar lapidum exciditur ex aqua priusquam omnino indurescat. Inde Rhodum venerunt, die Dominico ante assumpt. S. Mariæ. Pridie Bartholomei, in Candiā. Ibi honorifice exceptus fuit Comes Eberhardus à Duce eius Insulæ: obuiam veniente cum fistulis & tubis. Idem 4. Septembris magnifice ad mare Comitem deduxit. Die Lunæ post natiuit. Mariæ, 12. Septemb. Modonam redierunt, validam Moreæ (Peloponesi) vrbem, à Turcis possessam.

Sal Cyprium.

Die Lunæ ante Matthæi, Septemb. 19. Corfurnam venerunt, firmissimam Venetorum vrbem: duas montanas ac celsas arces habentem: è cuius regione, Turcarum terra Albania est. Inde generosus Comes Eberhardus, Romam versus nauigauit: ducens secum comitem Hohenlo-

Albania. Roma.

henlohensem Craffionem (nescio, quomodo huc venientem) ac sequentes Dominos: Vitum Rechpergium, Hermannum Sachsenheimium, Vlricum Westerstettensem. Item 2. Iohannitas, Halfingerum, & Melchiorem de Rhin: nec non Magistr. Ioannem Mynsingerum, Medicinæ Doctorem. Præterea Christophorū Capellanum, Georg. Surum, Vitum Schererum, Ioannem Vellerum, & M. Ioannem Kynig coquum. Cæteri omnes, Venetias repetiuerunt pridie Matthæi mane. Eberhardum & suos tempestas Corcyram reiecit, ἀσπασίως διασωθέντας. Postridie, Matthæi die, rursus enauigarunt: ac 22. Septemb. Hydruntum, vel Otrantum, magnis procellis appulsi sunt. Postea Neapolin venere, die Oct. 5. Ibi montem lapideum transiuerunt equis perforamen: quod vna nocte à Virgilio arte magica fabulantur factum. Viderunt eiusdem tbi domum, vbi scholam habuisse ferebatur, multorum fornicum.

Hidruntum.
Neapolis.
Virgil. Poeta.

Neapoli Rex generosum Comitem epulo excepit Octobr. 10. aureoque torque donauit: & filius eius, duobus equis, Die Mercurij, Octob. 12. Capuam venere, magnam vrbem. Inde pridie S. Galli, 15. Octobr. ROMAM pergebant: quam & ipso die Galli ante meridiem intrarunt: ibiq; vsque ad 26. Octob. manserunt. Senas 29. Oct. die Dominico, iniuerunt. Hinc Florentiam, die Martis, pridie omnium Sanctorum. Inde, Bononiam: postea, Merindolam: vbi equi eis adempti. Inde Veronam, Neumarcktum, Meronam, Nouemb. 12. Hinc Landeckum, 17. Nouemb. Filsam, pridie S. Elisabetæ. Campidonum, die Dominico ante Catharinæ. Memmingam, 4. milliaria Germanica, die Lunæ. Vlmam. die Martis, Nouemb. 22. per mill. 6.

Capua.
Florentia.

Numerus omnium sanctorum locorum in Palestina, esse scribitur CXXI. Ex quibus, XXIX. vbi integra remissio peccatorum detur, à debitis & pœnis. Si scilicet ab Hierosolymis missis deuote adeantur. In cæteris, per septenos annos: & septenas Quadragenas, vel Carrenas. Apocatis mortiferis. Numerus primariarum Romæ Ecclesiarum, VII. scilicet Ioannis Lateran. Petri, Pauli, Mariæ maioris, Laurentij, S. Crucis (vbi, Sacellum Hierusalem) & Sebastiani. In singulis, annorum 48. & totidem Carrenarum, indulgentiæ. Vbi tu, Christe, manes, per quem, vel in cuius nomine, pater adorandus est. Ioann. 14. & 16. In omni loco, Ioann. 4. & 1. Timoth. 2. Fide, non ex operibus, vt ne quis glorietur. Ephes. 2. Nec partem peccatorum, vel ad tempus tantum aliquod definitum, peccata Dominus remittit. Proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. Esa. 38. Ego sum. ego sum ipse (non opera tua) qui deleo iniquitates tuas, propter me (non propter opera tua) & peccatorum tuorum, (omnium non tantummodo partis) non recordabor. Esa. 43.

Palæstinæ sancta loca.
Romæ Templa primaria.

Vixit Doctor Ioannes Mynsingerus adhuc anno 1502. Tunc annus ætatis eius erat LXXIX. Natus ergo 1426. Centum annis ante me. Illo genitus est Iosephus Mynsinger, qui obijt 1560. fuitque Cancellarius Cæsarum Caroli & Ferdinandi, in Ducatu Wirtembergico, quando Dux Vlricus exulabat. Ex Iosepho nati sunt multi vtriusque sexus liberi. Inter filios, Ioannes & VVernherus: qui Martis alites fuerunt: quorum posteriorem, in obsidione Metensi Ducem, pestis sustulit. Fratres horum, duo Hieronymi, pueri obierunt. Item, tertius Hieronymus, Regi Philippo Hispano contra Belgas militans, Ioachimus denique fuit Mynsinger, cum dente natus anno 1514. postea præfulgens Iurisc. qui 1588. obijt. Cuius filij sunt, Henricus Albertus, & Sigismundus Iulius.

Mynsinger Ioan. D.

Dicitur VVirtembergicus Comes Eberhardus, captus fuisse in Palæstina, proditione Zygenorum: sed rursus dimissus, & honoratus, a Soldano. Ideo non ferri hoc vagorum & furacium hominum genus, in VVirtembergia. Quoniam autem barbam Comes domum illinc attulit: cognomen ei Barbati hæsit. Nam & retinuit: quæ res tunc erat inusitata. Insignia eius tria ceruina cornua nigra, & duo barbati pisces: signum VVirtembergiæ & Mompelgardiæ. Cedri duæ, circum: vt qui fuerit in monte Libano, cedrifero. Symbolum eius, ATTENDITO, ich wags | Peregrinatio hæc, sic peracta.

Eberh. Barbatus.

Eodem 1468 anno Curia Senatus Stutgardiæ, lignis ædificata est, sed tenuius. Ideo 1580. splendidius est exornata: Imaginibus & insignibus additis veterum Comitū VVirtembergensium, & vxorum, ordine. Ante curiam, fons pulcherrimus, ac pictus. Cui insistit simulacrum S. Christophori, cum magna arbore, & puero Iesu in humeris: ad honorem illustrissimi Ducis Christophori, non parua propter Euangelicam Christi doctrinam periculapassi. Simulacra principum virorum, quando fontibus imponuntur, significant proculdubio τὸ ἐξ αὐτῶν πεπωκέναι: eos Reipub. plurimum profuisse: sicut a Pindaro commendatur τὸ ὕδωρ, ὅτι ἄριστον ὑπάρχει: aqua, tanquam necessarium & maxime vtile elementum.

Stutgardiæ curia.
Fons.

Basingæ

Balingæ oppido Magistratus erant: **Vogt**, Conradus Brendlinus: Keller, Thomas Loner. Vlmæ, VVengensi cœnobio datus est Præpositus Vlricus Krafft patricius: cui annos 12 præfuit, & paralysi obiit. Est autem Kraffionum, vel Cratonum, familia Vlmensis, antiquissima: quæ multos Reipub. vtiles Rectores, ac viros eruditos, protulit: qualis hodie etiã est vir nobilis, & Iurisc. excmius, D. Leo Krafftius: olim Academiæ Tubingensis, & noster indigni, auditor. Cratones illi, quondam cœnobia & fana apud Vlmenses extruxere: quæ postea, temporum conditione fuerunt diruta. Præsenti verò tempore, cum aliis nobilibus viris, Magistratum ibi gerunt: prudentia, cæterarumq; virtutum laude florentes. Habuit olim ea gens aliud nomen, nempe ab ITA (ethi- Ita, Stag, Cratonum antiquum nomen. cè non male, ab eundo, ac procedendo ad laudem: vel à constantia dictorum, ac promissorum) vulgò autem, de STEG. Habitauit eadem gens in regione ab agris nominata, **auff den Fil-dern** | in villa Scharenhusa, & castro ibi sito. Quam regionem perfluit amnis ex Schonbach, dictus Keusso: diuidens villam à castro: fuitq; (historicè tam loquendo) ITA, ponticulus, ac transitus de castro in villam. Et ita aratores ab ea Ita, etiam illud castrum Steg nominabant: ipsosq; incolas eius nobiles, **Die vom Steg**. Postmodum verò ea regione vastata, castroque combusto: nobiles illi se Vlmam contulerunt: ac diu nomen eis mansit, **Die vom Steg**. Cui nomini etiam Insignia Kraffionum respondere adhuc videntur: cum habeant Itam auream per obliquum rubei campi. Hæc, in M. Scr. F. F. F. Gabelcouerus verò, licet antiquissimam esse Krafftorum familiam concedat: tamẽ, num iidem de familia Staig sint, dubitat. Etsi enim Insignia, eadem modo dispositа sint: tamen sibi de coloribus Staigensis familiæ non constare. Certum tamen esse, Staigenses ex oppido Gamundia originem ducere: vel quondam ibi habitasse. Inde quosdam eorum, Hægnachum iuxta VVaiblingam, adeptos esse: & inde Hægnachios appellatos: licet in sigillis retinerent nomen de Staig. Quosdam Scharnhusam ad fluuium Kersam, possedisse. Eam tamen vix demum circiter 1400. annum, aut non multo ante, adeptos: cum Gamerschvvangum ducentis abhinc annis tenuissent Krafftii. In hanc sententiam, ille. Appellati autem Krafftii existimantur à prospero pugnæ exitu. Erat enim prisco tempore quidam nobilis: qui Insignia illis de Steg, omnino similia habebat. Ac quia superbia eum tumefecerat: putabat, neminì fas esse, illos colores in suis armis gestare, nisi sibi & suis. Hinc factum, vt capitales cum Stegiis inimicitias exerceret: eorumq; insignia, vbicunq; in ea inuideret, deiiceret, ac turpificaret. Quamobrem eum Stegii in iudicium Imperatorium adduxerunt. Vbi cum inter se contendere ac pertinaciter agerent: nec res vllo modo componi posset: autoritate Imperiali litem duello finiendam esse, decretum est: quod duellum subirent duo ex vtraq; parte strenuissimi. Ventum ad manus & pugnam est. Ibi ille, qui de Steg ortum ducebat, animosissimè pugnans: ad vnum quemq; ictum, quem hosti inferebat, atrociter (sui extimulandi gratia: sicut leo cauda sua se instat: quæ ideo ἀλκαία nominatur) ingeminabat verba, **Hie Krafft! da Krafft**: quasi diceret, ἐνθὰ ἐνθα, καὶ ἀλλὰ: Hic, viuida virtus. Erat res spectatu & auditu mirabilis. Staig. Monomachia Krafftonis cum altero nobili.

Præcipitem ille nimirum ardens agit æquore toto.
Nec mora, nec requies. Quam multa grandine nimbi
Culminibus crepitant: sic densus ictibus heros
Instans, creber eum pulsat, versatque superbum.

Sic cessit viro victoria: Insignia sibi fortiter sua vindicauit: Vlmamq; glorioſe reportauit. Hinc & ipsi, & omni posteritati eius, nomen Krafft remansit. M. Scr.

Cogitatione cogitationem trudente (τῆς ἀναμνήσεως, ἐκ τῆς συνεχοῦς γενομένης) de alia etiam Vlmensi familia scribam. Ea est Remboldorum: qui tunc Vlmæ, sed hodie Augustæ sunt. Habitauerant olim Lauingæ: quod oppidum ab Imperatore (fort. Carolo Magno: sicut Vlma Audiendis) donatum fuerat Abbati Fuldensi. Hic autem post multos annos, pro nuptiali dono dedit, Ducissæ Bauariæ: ita tamen, ne seruitute ciues grauarentur: præter 300. fl. annuatim Dicandos. Nec Ducem intromittere cogebantur. Ideo multi nobiles, hac libertate gaudentes, immigrabant. Sed ecce πειρατεία. Nocte quadam carnis priuii, ciuium & nobilium filij, vicos pertransibant cum musicis instrumentis, ob placendum bellis puellis. Sequebatur forte ouicula, balatu cantum interturbans. Quæ, quamuis sæpe percussa, semper redibat, ouile suum appetens. Ergo de consilio vnius mactata est, & apud cauponem comesa: sed tamen postridie, solutio facta pro ea. Re ad Senatum delata: magnæ extitere rixæ: ita, vt & Vlmenses & Augustani, se interponerent, sed frustra. Peruenit controuersia ad Ducem Bauariæ, & tandem ad Cæsarem. Quæ cum componi non posset: Cæsar singulari certamine finiendam præcepit. Sed quater comparente Remboldi. Lauingæ.

in arena, parte vna: altera toties abfuit, à Principibus impedita. Ita regimine ciuitatis dissoluto: ea in potestatem Bauariæ Ducis venit. Vnde factum est, vt præcipui ciues nouas sedes quæsiuerint: & Remboldi Vlmam transmigrauerint. Iisdem M.Scr.F.F.F.

Lorcha. *Controuersia erat hoc 1468. anno, inter Lorchensem Abbatem Nicolaum, & nobilẽ Petrum Nothafftum, de Ecclesia Hochdorffensi. Sed transacta est: arbitris, artium Magistro Bernhardo Mercklingero, Canonico Stutgardiano: Georgio Durnero de Durnovv: Ioanne Fronhofero, Præfecto Marpachensi: Ioanne Schradino, ciue & iudice Marpachensi. Actum die Mercurii post Michaelis.*

Eichenbrunna Monast. *Eodem anno Eichenbrunnensis Abbas erat Vlricus Lœckerlinus: qui sedilia Templi in eo loco fecit. Idem collapsum igne cœnobium suis facultatibus instauravit. Permutavit Abbatiam suam, cum Anhusensi Abbate Martino.*

Nordlingæ 1468. die S. Ioan. nundinis, pons fractus cecidit, à vestiaria vsq; ad vestiariam domum.

Vlmæ. Eodem anno, **starb der Erbar vnd vest Marquart von Seyfingen/an S. Peters eyen tag.** *Item die Mercurii post trium Regum, Georgius Rhot, Leonhardi beati F.*

De Carolo Burgundo, & Sigismundo Austrio. *Carolus Burgundus mutuo dat Sigismundo Austrio LXXX. millia Aureorum: pignori accipiens Phyrretanam vel Suntgoiensem regionem, Brisacum, Nevvenburgum, Rhinfeldam, Seckingam, Lauffenbergam, VValtshutum. Putatum est, Sigismundum, cum post bellum cum Heluetiis diutius non feliciter gestum, pacem parum ex animi sententia cum eis iniisset, ideo hæc ipsis vicina in Rauracis & Sequanis loca, Ducibus illi præpotenti ac superbo oppignorasse: vt, litibus forte aliquibus inter eos orituris, ἐμπόδισμα καὶ σφάλμα, offendiculum, magnanimæ illi Alemannicæ genti poneret. Sic & postea accidit. Cum enim Burgundus Petrum Hagenbachium, equitem,*

Petrus ab Hagenbach. *regioni prædictæ præfecisset: Helueticam is legationem (petituram, vt Dux Carolus pacem à Sigismundo cum Heluetiis initam, tanquam bonus vicinus, erga ipsos benignè conseruaret) nunquam ad Principem admittere voluit. Valde quoq; impotenter se aduersus subiectos gerebat. Vnde hi suppliciter à Domino suo, Duce Sigismundo, petebant: vt pignore suo redempto, ipsos in pristinam securitatem restitueret. Id cum benignus Princeps vellet facere: Carolus nec pecuniam recipere, nec pignus reddere, volebat. Ergo pecuniam apud sequestres Basilienses, deposuit Austrius. Hinc iam aditus ad discordiam: vt suo tempore scribetur.*

SEPTÆ IN AFRICA OBSIDIO SARACENICA. GEORGII DE Ehingen monomachia cum Saraceno, & victoria. Profectiones eius in plura Regna, & honores. Reditus eiusdem in patriam. Testimonia Regum Hispanorum de ipso.

CAPVT VI.

RVertor ad fortem equitem Sueuum, Georgium de Ehingen: cui, & socio eius, multum honoris in Portugallia declaratum esse scripsi. Nuntiatum interea est, Regem Fessanum, colligere magnas militum copias, ob recuperandam vrbem Septam ante aliquot annos sibi ereptam.

Septæ tuendæ causa à Portugal. Rege Alfonso exercitus contra Fessanum Regem missus. *Portugallus itaq; Rex Alphonsus, Ehingenum inter alios, cum exercitu firmo, armis benè instructo, contra illum misit. Traiecerunt hi Septam: cuius ciues metu Fessani, noctu cogebantur in armis esse. Sita est ea vrbs in Africa, prope fretum Herculeum: Hispanis Açeuta, Ptolomæo*

Septæ situs. *ἐξίλισσα, Exilissa, nominata. Dux generalis, siue capitaneus, qui eam tuebatur, intus versans, partitus est copias suas quadrifariam. Vni parti Ducem præfecit Ehingenum. Quisq; autem Dux, Insignia sua in vexillo infixa habebat. Post quatriduum capitaneus Ehingenum in mare secum duxit: vt exercitum barbarorum, quantus esset, probabiliter æstimarent. Videbantur*

Septæ magnitudo. *esse decies mille circiter tentoria: ac proinde innumerabilis multitudo inesse. Ipsi nihilominus tamen vrbem contra eos defendendam ducebant. Videbatur ea Ehingeno maior, quam Colonia Agrippina esset. Tres partes eius, terram respiciunt: quarta, mari obuersa est. Reuersi Capitaneus & Ehingenus è mari in eam sunt: ac postero die mane, plerique Christiani nominis omnes, Sacramenti Dominici perceptione se ad futuros casus præmuniebant, in Templo magno, quod antea Gentilibus seruierat.*

Cum autem eorum adhuc multi inibi essent: ecce hostium exercitus instructus, accedens de monte. Oppidani, lapides in eos eiaculari: ipsi vicissim lapides & sagittas retorquere. Deinde,

Septa à Saracenis impugnatio. *rante contentione totum diem: vtring; multi desiderati sunt, sed plures hostium. Noctu subeundo, & cuniculis agendis, propius accedebant: vario vtentes genere ligonum, securium, aliorum*

tum instrumentorum, & clypeorum. Oppugnabant murum per tres dies, à matutino tempore in noctem usq; continenter: plurimis suorum amissis. Attamen malè cum oppidanis actum fuisset, quibusdam in locis: nisi Capitaneus cum peditibus & equitibus suis, quos inter murum & antemurale tenebat, succurrisset. Fossam ante se antemurale habebat: ac magno numero hostium per hoc triduum interfecto, fætor extitit cadauerum teterrimus. Motis itaq; castris, soluerunt Barbari obsidionem. Quod conspicati oppidani: insecuti sunt eos equitibus CCCC. & peditibus M. fortissimis. Crebræ hinc velitationes: donec vtraq; pars montes duos, inter se oppositos, occupauit: relicta in medio pulcherrima valle. Tunc significatum fuit à quibusdam qui ex vrbe erant: esse inter hostes quendam fortissimum virum: qui cupiat cum aliquo Christianorum singulari certamine congredi. Ibi tum Georgius ab Ehingen, à Capitaneo sibi eas partes deposcit, atque obtinet. Erat ipse optimis armis, & equo, quem à Rege dono acceperat, generoso, præclarè paratus: iisq; dextrè & agiliter vti nouerat. Datum est iussu Capitanei signum pugnæ: vtrinque acies suis locis ad spectandum consistebant. Solutio obsidionis.

Tum Ehingenus, crucis signo ante se hasta sua facto: paulatim descendebat aduersus Saracenum. Ac Tubicine ad hostes misso, Capitaneus eis indicium futuri duelli fecerat. Extemplò Saracenus, egregio vehens equo, in planitiem vallis descendit. Huic sine mora se Christianus obuium fert. Ille clypeo protectus, hasta brachio imposita, omni impetu & clamore in aduersarium tendere. Georgius, non minus contra: hastam suam femori impositam habens. Qui iam propinquior factus: hastam vnco rapidi imponit: in clypeum alterius incurrit: ipsum & equum humi sternit: ictus vicissim illius hasta in loricæ manica. Quæ hasta dum ibi implicata hæret: Georgium q; impedit, quo minus statim de equo desilire posset: barbarus iam à suo equo in pedes assilierat. Stabant contra se cum ensibus in manu: punctim vterque alterum, vehementi impetu feriebat. Ehingenus ipsius latus, secus clypeum, cuspide gladii petebat, sed frustrà. Adeo armis ille bene inclusus erat. Sed nec alterius ictus, periculũ Ehingeno inferebant. Ergo brachiis in se inuicem ruere: alter alterum complecti: tantisper luctari, dum ambo concidèrẽt. Saracenus tamen, vt viribus mirè pollens, Georgio se eripit: ambo pectoribus erecti, genibus innituntur. Retrudit illum sinistra à se Ehingenus: vt spatium vibrandi in eum gladii caperet. Successit res. Nam in facie illum ita pupugit: vt caliginem oculis eius faceret. Iterum pupugit. Concidit alter: ense collum traiectus, animam multo cum sanguine fudit. Victor hoc modo factus Ehingenus, ensem illius rapit: ad equum suum redit: cui alter equus astabat: ambo admodum tam manu fueti: quia labore totius diei, ac fame, fatigati. Saraceni, victoria amissa, recesserunt. Portugallenses verò quidã venientes, caput interfecti præcidunt, & hastæ eius infigunt: armis eum ornatissimis dispoliãt. Accepto etiã clypeo & equo illius, Sueuũ ad Capitaneũ deducunt. Hic illum gratulabundus amplectitur: magno gaudio exercitus perfunditur. Perierunt eo die multi vtrinq;. G. Ehingeni duellum cum Saraceno. Saracenus, interfectus.

Mandauit dehinc Capitaneus: vt Saraceni caput, equus, clypeus & ensis, victori Alemanno præstarentur: ad eam rem nobilissimo quoque viro adhibito. Ehingenus adlatus Capitanei incedere iussus, Tubicinibus præcinentibus. Ita specie quadam triumphi, per vrbem Septam ductus est: summa cum populi gratulatione, & honore maximo. Deo acceptam vnicè hanc victoriam Ehingenus referebat. Quippe se nullo vnquam maiore in periculo fuisse profitebatur: eò quòd Saracenum, se viribus multo superiorem fuisse agnosceret. Perscripsit ad Regem de hac re Capitaneus. Rex gauisus est: Ehingenumq; ad se in Aulam redire iussit. Metu Saracenico sublato: trans mare redierunt Capitaneus & Duces, cæteriq;, in Portugalliam, ad Regem. Hic eos clementissime excepit: Georgioq; Ehingeno trullam auro plenã (ein Schewren voller Portugaleser gülden) donauit: quam is etiam in patriam secum detulit. Fuerat autẽ ipse, & alter Georgius, septem menses Septæ. Adierunt Regis quoq; fratrem, infantem Don Fernandum: & patruum eorum Don Henricum, potentes Principes: à quibus & ipsis, honorifice habiti fuerunt. Ehingeni triumphus.

Postea 1457. Rex Henricus Castellæ, bellum in Granatæ Regnũ, antea propter pestilentiã luem prætermissum, resumebat. Petita igitur missione à Portugallensi, literisq; commendatitiis, ambo Georgii ad illum Regem profecti sunt: qui bene ipsos excepit. Conduxit hic Rex copias 70. millium bellatorum: in quibus equites quoq; ordinis Iacobei erant, magno numero. Profecti itaque in Regnum Granatense, multa oppida & Castella expugnarunt: ac magnas cædes fecerunt. Cum propius Granatam, maximam vrbem, accessissent: oppidani, Tunetani & aliorum Africæ Regum auxiliis freti, eruperunt: ac biduum cum hostibus velitati sunt. Ehingenus & socius, ad Regiũ vexillum assistere iussi. Non potuit, ne multis quidem diebus, ad prælii venire: Saracenis com- G. Ehingenus, cũ socio Georgio, ad Castellæ Regem profectus. Contra Granatæ Regnum.

commoditate locorum se tuentibus. Interim tamen, multæ tumultuariæ fiebant pugnæ, multis vtrinq; cadentibus. Tum Hispanicus exercitus recessit: Regnumq; hostium, passim populationibus & cædibus euastauit. In expugnatione autem cuiusdam oppidi, ictu fundæ graniter sauciatus fuit Ehingeno tibia. Sanatum tamen benè id vulnus fuit: sed reuerso ei postea in Sueuiam, recruduit. Eam ob causam, manente perpetuo deinde minuto foramine, aliquid effluxit.

Disceditur, expugnatione non succedente.

Ehingeni vulnus.

Exacta quinta expeditionis hebdomade: cum exercitu domum reditio facta est. Ibi, frequens gaudium, venationes, equestres concertationes, choreæ. Munerati sunt Germani ab Rege Henrico, auro, equis, communione vel societate ordinum Hispanicorum: quorum Insignia memorantur hæc. Primi ordinis, torquis latus & squamatus. Alterius (de labanda, de Castilia) tunica vndulata rubra: cum fascia latitudinis duorum pollicum aurea: demissa ante à sinistra axilla transuerse, vsq; ad extremum tunicæ in dextra parte: & post à dextra eadem infra, sursum versus transuerse, rursum vsq; ad sinistram axillam ascendente. Tertii ordinis, qui Granatensis habebatur. Insigne, malum erat punicum hians, cum petiolo, & aliquot foliis.

Insignia Hispanicorum ordinum equestriũ.

Discesserunt ab hoc Rege, 1457. anno. Quo tempore nata sunt quædam bella in Germania. Vt, seditio Austriaca contra Cæs. Fridericum: vt, occupatio VVerdæ Sueuicæ per Bauarum. Accum rediissent ad Portugallensem Alphonsum: abierunt & ab ipso, 1458. mense Martio: donati aurata veste 200. Ducatorum, multo serico villoso, singulis Portugallensibus equis, & trecentis Ducatis.

Abitus amborũ Georgiorum.

Venerunt inde Saragosam (olim Cæsaraugustam) magnam Aragoniæ vrbem: ac vestes illas auro commutarunt. Redierunt ad Nauarræum Regem Ioannem. Deinde in Angliam ad Regem Henricum VI. nauigarunt: à quo & ipso honorati sodalitate ordinis sui sunt. Discessit ibi ab Ehingeno sodalis Georgius: ipse vero in Scotiam ad Regem Iacobum II. transit: cuius soror Leonora, cum Austrio Sigismundo erat nupta. Regina, Ducissa Geldriæ erat. Rex ei donauit duos equos, & nigrum pannum sericum villosum, ac seruis denos Ducatos. Regina donauit eum equo 100. Aureorum: & quodam 30. Aureorum ornamento. Nec decrat voluptas epulandi, venandi, tripudiandi. Rediit tandem in patriam Georgius anno 1459. exceptusq; est à patre Rudolpho, sene honorabili, Kilbergæ versante, summo cum gaudio. Sic & à tribus fratrib. suis.

In Angliam veniunt.

Ehingenus autem, in Scotiam.

Reditus ipsius in patriam.

Priuilegium Regis Castellæ, Georgio Ehingeno equiti, & posteris eius, datum, Insignia supradicta gestandi in vestitu.

Nos el Rey de Castillay de Leon, quiriendo honrar & noblessar, la persona & estado de vos Iorge d' Ehingen, cauallero dela casa del magnifico & inclito Duci Alberto, Hermanno del Emperador de Alemanna: por la presente vos damos lycentia & facultad: para che vos, & vuestra muger, podays traher, & trayades, en vuestras vopas & guarniciones, la nuestra deuisa, & la Vanda, & el colar del escama: segund che lo trahen, & acostumbran traher, los caualleros, & vuestros, & gentiles, &c. Data en la noble cibdad de Iaen, cinc dias de setiembre, anno de cinquanta & siete.

Commendatitiæ Regis Portugall. Alphonsi, ad Ducissam Bergæ & Brabantiæ, pro Georgio Ehingeno.

A la muyto honrrada iffante, dona Isabel, duquesa de Bergonha, & de Barbante, &c. minha muyto preçada & amadatya.

Muyto honrradatya, nos dom Afonso per gratia de Dios Rey de Portugal, e de Algarue, & Sennor de Cepta, vus enuiamus muyto saudar: como aquella, que muyto precamus, & amamus. O tempo, que em nossa cuorte andaron Iorge de Ehingen, e Iorge de Ransidera, caualleiros Alemannes, Camareiros de Duci Alberto Irmanno do Emperador: vsaron tam boos custumes: teneron em seu viuor tal temperança, assessego & graça em seu conuersar: que delles somos muyto contentes. E mentres em Cepta steueron assy quando: veo el Rey de Fetz mostrarom tam grãde sforço: como antes e despoys fezerom taees obras: que mercçedores nus parçcerom: que sua virtude vos notificassemus, & encommendassemus per nossas cartas. E porem vus regamus: que em todo, oque por elles poderdes, os aiaaes em vossa spicial encomenda, dandolche todo fauor & aiuda: em oque por sua honrra & acreçentamento de vos Ihes for neçessario. Scripta en Leyrea a 15. de Março, anno 1458.

El Rey.

Habitum istorum, & aliorum Regum in pictura hunc vidimus.

Habitus Regum

Omnes erant imberbes: sine torque vel collario (Kragen) in Camisiis: cum caligis non ampul-

ampulloſis, ſed ad femora & crura applicatis: cum calceis acutis, & latis pileis: cum pugione oblongo, ſupra vmbilicum dependente. De Georgio, poſthac rurſus. illiꝰ temporibus.

EBERHARDVS VVIRTEMBERG. COMES, CVM IMP. FRIDERICO in Italia. Epiſcopi, Conſtantienſis Hermannus, & Auguſtanus Ioannes. Abbates, Marthalenſis Iodocus, & Campidon. Ioannes. Monaſterium Dominicanum Stutgardiæ. Tybingenſe Templum S. Georgii. VValdpurgenſes Dapiferi, vſque ad noſtra tempora. Græci exules eruditi, in Italia.

CAPVT VII.

ANno 1469. Vlricus Comes VVirtemberg. ſe per literas excuſauit Abbati Lorchenſi Nicolao, de Tabellarijs & miniſtris ibi diuertentibus: ac vult, eos ab Abbate excludi: exceptis duobus iuratis nuntijs.

Eiuſdem anni die Ianu. 9. Auraco egreſſus Comes Eberh. cum 65. equitibus: comitatus eſt Imp. Fridericum: Romam denuo Religionis ergo proficiſcentẽ: ac Venetijs vſq; ad 19. Febr. manſit. Inde per Villacum, Salisburgum 1. Martij venit. Inde Martij 3. Oetingam Bauariæ: & 4. Landshutum. Tandem 10. Martij Auracum, cum gratulatione ſuorum hilaris rediit. Eberhardus VVirtemberg. cum Imp. Friderico in Italia.

Die Martis poſt Laurentij, Georgius de Ehingen, eques & Capitaneus: atq; Fridericus de Schawenburg. *Præfectus maior ante nigram ſyluam: ſcribunt Biberacum Ioanni Eſſendorffio de Horn, & Ioanni Schaden, ciuibus ibi: nec non VVernhero Saxoni, Senatori ibidem: quam in Senaculo Villingenſi, cum ipſis ſedentes, ſententiam tulerint, in controuerſia quarundam rerum: quæ fuerat inter Comitem VVirtemberg. Eberhardum, & inter Rotvveilenſes. Res enim fuerat commiſſa diiudicanda conſilio Heluetici fœderis, & Senatui Biberacenſi. Tandem prædictis duobus nobilibus, & tribus Biberacenſibus, mandata erat.* Cõtrouerſia inter VVirtemberg. & Rotvvilenſes.

Fuſa eſt Tybingæ Campana 40. centenariorũ, S. Mariæ (vnſer Frawen) *conſtans 400. Flor. Hermannus, Conſtantienſis Epiſcopus, dedicationis anniuerſariam celebrationẽ pagi Luſtnouienſis, die Dominica Lætare fieri ſolitam, tranſtulit in Dominicam Quaſimodogeniti: quod Dominica Lætare, ſalubriter peragi non poſſet: cum propter eius celebrationem, tunc ipſorum ſidelium, & potiſſime iuuenum, ad menſam diuiniſſimi corporis Chriſti ſe diebus ſtatim ſequentibus præparantium propter alienarum fœminarum confluxum, & varias tunc lubricitates, deuotio refrigeſceret, animarumq; ſalus magis impediretur.* Conſtant. Epiſc. Hermannus.

Eodem 1469. anno, Ioannes ſit Epiſcopus Auguſtanus: patre Comite VVerdenbergenſi matre comitiſſa VVirtembergenſi, natus. Intrauit Auguſtam 17. Iunii 1470. Comitatus M.D.CCC. equitibus. Præfuit cum laude 17. Annos. Renouauit & illuſtrauit Dillinganam arcem: in qua fere ſemper habitauit. Obiit 20. Ianuar. 1486. Francofurti in comitijs: quando Rex Rom. eligebatur Maximilianus Fridrici III. F. Reuectus eſt Auguſtam: & in cathedrali Eccleſia ſepultus. Auguſt. Epiſcopus Ioannes.

Bruſch. Viuebant Philippus & Georgius de Maſſenbach, atq; Ioannes de Frovvenberg. Maſſenbach.

Albæ Dominorum obiit XIII. Abbas, D. Ioannes de Horvva, 5. Kal. Aprilis. 1469.

Item Cal. Ianu. eiuſdem anni, generoſa Domina Margareta, nata comitiſſa de Eberſtain, vxor Domini Henrici Baronis...

Vlmæ. Anno 1469. den 29. Martii ſtarb Martha Rhötin / Doctor Peter Neitharts Haußfraw. *Et A. 1485.* ſtarb der fürnemb vnd hochgelert Herr Doctor Peter Neithart / den 28. tag. Julij.

GEIERI Halæ Sueuorum.

Anno Domini M. CCCC. LXIX. Da ſtarb der Erbar veſt Jörg Geier / am Sontag Lætare. *Scutum, rubrum: in quo, tranſuerſus piſcis lupus.* Geieri Halenſes.

Anno 1457. Ioan. Geier ſenior. Anno 1471. Ioan. Geier, pridie Paſchatis.

Naſcitur Saxoniæ Electꝰ Ioannes, Iun. 29.

Anno 1470. Eberhardus Comes VVirtemberg. & Mumpelg. miſſis ſatellitibus, cepit Marthalenſem Abbatem Iodocum Plancum, in ſua habitatione nudum: qui ſe M. Aureis Rhenenſ. redemit. Cætera felix Abbas: qui etiam Aleshuſam Buchouienſis lacus (teſte Bruſch.) vbi Hermanni contracti mater dormit, ad hoc Monaſterium emptione adiunxit. Mathal. Abbatis captiuitas. Aleshuſa.

Stauffenburgii Alſatiæ nobiles, & Badenſis Marchio, bellũ comiti VVirtembergenſi inferebãt 1470. & in Kintzingia valle, alibiq;, pecora abigebant, pagosq; exurebãt. Res, deinde tranſacta. Chron. Herizog. Stauffenburg.

Eiuſdem anni die Mercurii ante S. Thomæ, Eberhardus VVirtemberg. Comes ſenior, ad Caluenſes. Vnſern gruß zuuor. Liebe getrewen / Vogt / Richter / vnd alle Bürger gemeinlich / vnſer Stadt Calwe / ꝛc. *Sigillum ipſorum cum ſuo coniungi petit. Fore id eis indemne. De dote, ſorori data: & affine, comite Naſſouienſi. Vraci.*

Ab-

Campidon. Abbas Ioannes.

Abbatem agebat Campidoni Ioannes, nobilis VVerdnoius. Contendit is cum Campidonensibus corã Imp. Friderico. Sed hic illis fauens, multa priuilegia dedit: quæ postea sunt à Maximiliano confirmata. Sed ipsis iussum est, vicissim quotannis Abbati soluere CC. fl. ad S. Iacobi diem. Brusch.

Stutgard. Monast. Prædicatorum.

Stutgardiæ Monasterium prædicatorum, ædificari cœptum est: venientibus Norimbergatalibus eò. Postea in Xenodochium est mutatum. Epigramma ibi. Anno 1473. in vigilia assumptionis Mariæ virginis, venerunt fratres prædicatores de conuentu Nürnberg: & obtinuerũt aream istam à generoso Comite Vlrico de VVirtemberg. Nunc in hoc Hospitali, proprius concionator Christi est. Ibi in pariete cœnaculi æstiualis, hi quoq; versus.

Bis septingentis decies septem tribus annis:
Sol in virgineos postquam se contulit artus.
Lapsus: & Vlricus pater hic comitumque Ducumq;,
Hoc dedit esse sacrum Mariæ venerabile septum:
Ordinis & nostri, prædictum contulit esse.

Tybing. Templũ.

Tybingæ, Templum, S. Georgii hoc tempore instauratum est: cum quidem anteà quoq; fanum ibi fuisset: sicut angularis quidam lapis testatur, Academicam domum sapientiæ respicens: in quo Insigne Leonis alati est, & hæc verba: Der Stein ligt an der dritten Kirchen auff dieser Hofffstatt.

Sunt & hæc, ei Templo foris incisa.

Ad Orientem. Anno Domini M. CCCC. LXX. Jahr/den 28. des Mertzen/Da war der erst Stein gelegt an dem Chor.

Ad Occidentem. Anno Domini 1483. An sanct Vrbans tag/wardt gelegt der erste Stein an der Seiten.

Primus lapis in latere ad Nicrum, positus est 1478.

Bondorff.

Eodem 1470. anno, Antonius Lutz, ciuis Tubingen. vendidit D. Conrado Brunnigeno Ofterdingensi, Parocho Tybingæ, suam Bondorffæ curiam (sibi à matre sua Barbara VVellinadoti datam) & quosdam paruos census, 120. Aureis Rhenens. Signarunt Juncker Hans Herter von Newneck: *& frater Antonii Symeon Schnider, ciuis & Iudex Tubingæ.*

VVaiblingæ, ratio vinaria hoc anno erat pro Cado, 2. ℔. 18. ß. 8. h. Anno vero 1473. ℔. 1. ß. 6. h. o. Anno 1484. ℔. 1. ß. 1. h. 4. Anno 1486. ℔. 6. ß. 12. h. 6. Anno 1538. ℔. 8. ß. 12. h. o. Anno 1540. ℔. 4. ß. 16. h. o. Anno 1573. ℔. 12. ß. 10. h. o. Anno 1575. ℔. 7. ß. 8. h. 2. Anno 1589. ℔. 25. ß. 4. h. o. Für ein Aimer.

Eodem 1470. anno, Templum S. Stephani Augustæ iterum conflagrauit.

August. Episcop. Ioannes.

Eiusdem anni 17. Iunii, illa splendida, de qua supra scriptum, ingressio Augustani Episcopi Ioannis facta est: comitante Bauaro Alberto, aliisq; proceribus. Equitatu se tunc Augustani quoq; ostentabant, virorum circiter 350. inter quos Vlricus Arzat, Cæsaris Consiliarius, magnum vibrabat vexillum: cui simile iis temporibus visum non erat.

Sueuiæ Præfectus.

Ex familia Dapiferorum VValdpurgensium, Ioannes, D. Iacobi equitis F. (de quo Iacobo lib. 6. cap. 3. scripsimus) erat hoc tempore præfectus, nomine Imperii, in Sueuia. Obiit 1505. die S. Stephani.

Vxorem habuit Annam, Oetingensis Comitis VVilhelmi filiam: & Euphemiam Ducem Munsterbergicam. Fratrem idem habuit D. Itidem Ioannem: & sororem, quæ vxor erat D. Georgii Marescalci Pappenhaimensis: quæ obiit 1493. relicta filia, quam Künigseccius Margraduus eques, vxorem habuit.

Liberi prioris Ioannis.

VValdpurgenses Dapiferi.

1. *D. VVilhelmus senior. 17. Mart. 1557. vxor eius, Sibylla, Comitis Sonnenbergii Andreæ F.*

2. *D. Fridericus, ordinis Teutonici.*

3. *D. Iacobus. Obiit die Martis post inuocauit 1505. Vxor eius, VValdpurgis: D. Georgii de Gundelfingen vidua: Comitis Kirchbergensis Eberhardi, & comitissæ VVertheimensis Kynigundæ filia: quæ 1495. obiit, die conuers. S. Pauli.*

4. *N. Filia, vxor D. Casparis Nothaffii.*

5. *Vrsula: D. Thomæ Fronspergii vxor.*

6. & 7. *Filiæ duæ sanctimoniales: quarum vna, Kynigsfeldæ Abbatissa.*

VVil-

VVilhelmi & Sibyllæ liberi.

1. D. VVilhelmus iunior. 1566. Vxorem habuit Iohannam, Comitis Fyrſtembergii Friderici F. quæ obiit 1589.
2. Otho, Cardinalis, & Epiſcopus Auguſtanus.
3. Iacobus. Obiit ad Paſtum Vngariæ 9. Decemb. 1542. Rubea facie erat, & heroico corpore: ſicut eum vidimus, quando illa magna in Turcas ad Budam expeditio fiebat, Vlmæ luſtrantem milites in cœmeterio maximi eius vrbis Templi. Tunc cum Scholaſtici murum ibi aſcendiſſent ſpectandi cauſa: ipſe facetè ſclopum eis intentabat inanem: Fugite, pueri: niſi vultis auium inſtar iaculando à me deiici. Tum verò, magnus pauor: alio puerorum ſuper alium, picarum inſtar decidente. Vxor ei fuit Iohanna, Eitelfritzii Zollerenſis Comitis F.
4. Chriſtophorus. Obiit apud Mediolanum 23. Nouemb. 1535. ſepultus Pauiæ apud Auguſtinianos. Alius Obiit 1534. ante Tunetum.
5. N. Filia: nupta D. Ioanni Chriſtophoro de Falckenſtain.

VVilhelmi iunioris progenies.

1. Illuſtriſſimus Coloniæ Electo̅r Gebhardus.
2. Iacobus. Obiit.
3. Carolus.
4. Chriſtophorus.
5. Ferdinandus. Obiit.
6. Fridericus. Obiit.

Bebenhuſæ, Anno 1470. 8. Cal. Febr. Obiit Marquardus de Halſingen.

Noribergæ natus eſt Decemb. 14. VVilibaldus Pirckaimerus, vir doctiſſimus. *Pirckhaimer.*

Epiſcopatus Labacenſis in Carniola, circa hoc tempus à Friderico Imperatore fundatus eſt. *Labacum.*

Theodorus Gaza librum ſcripſit de Menſibus, Theſſalonicenſis. Eius tempore vixerunt alii quoq; Graci docti, exules in Italia: quibus docentibus, Græca & Latina ſtudia felices progreſſus habuerunt: Georgius Trapezuntius Cretenſis, Ioann. Argyropylus Conſtantinopolitanus, Demetrius Chalcocondyles Athenienſis, Ioan. Laſcaris item Conſtantinopolitanus. *Graci exules, in Italia.*

Eubœam ſubegit 1470 Turca: Chalcide, vrbe antiquiſſima, crudeliſſime expugnata. *Eubœa.*

OBITVS VVIRTEMBERGENSIS HEROINÆ ANNÆ. QVÆDAM VVaiblingenſia. Abbas Lorchenſis Nicolaus. Riedenſis & Ainkorniana peregrinatio religioſa. Itali, Pomponius Lætus, & Domitius Calderinus. Duæ ſtellæ crinitæ. Auguſtana tempeſtas. CAP. VIII.

ANno 1471. Comes VVirtembergica obiit Anna, Eberhardi & Henricæ F. quæ vltimo Catzenelenbogẽſi comiti Philippo nupta fuerat: cui quatuor filias pepererat. Sed ab ea Waiblingam diſceſſerat: ibiq; adhuc annum vixerat. Sepulta eſt in ſacello S. Mariæ, cum hoc ex orichalco in lapide Epitaphio: Anno Domini milleſimo, quadringenteſimo ſeptuageſimo primo, die ſecunda Aprilis, obiit illuſtris Domina, Domina Anna, Comitiſſa de Catzenelenbogen, nata de VVirtemberga: cuius anima requieſcat in pace. *VVirtemb. Comitiſſa Anna mors. VVaiblinga.*

Contulerat in hanc Eccleſiam, calicem aureum, & non parum pecuniæ. Habitaculum eius fuit domus ampla & ornata Caſpari VVælſlini, non procul à VVaiblingenſi priſci operis arce, Haapiorum de Haapenberg quondam domicilio. *Haapii.*

Fuit extructum illud Marianum ſacellum 1459. Sattleris etiam ſacellum erat, antiquo VVaiblingæ generi. Ibi humatus eſt Ioannes Sattler ſenior, mortuus 1520. cum fuiſſet Præfectus Vract. Humata ibidem, Barbara Gaisbergerina: quæ cum in Parthenone VVaiblingenſi (nunc vacuo) vixiſſet, mortua eſt 1512. *Sattleri.*

Habuerunt & Haapii ſuum ſacellum, 1489. ædificatum.

Erant hæ VVaiblingenſibus vetuſtæ familiæ: Haapia, Kühornia, Lidhornia, Gaisbergerina, VVolfhardina, & Sattlerina: ex qua poſtrema, quidam iam, Schorndorffæ, Gœppingæ, Stutgardiæ, Syndelfingæ.

Literas quaſdam ſigillis confirmarunt, Michael de Ovv in Oberndorff, & VVernherus Schœnck de Stouffenberg, Sabbato poſt Luciæ. *Ovv.*

Abbas Nicolaus Lorchenſis, quædam Hohenlohenſia in tractu, qui Hertfeld appellatur, vendidit D. Ioanni de Finſterlohe, Commendatori Kappenburgi Teutonici ordinis: comite Vlrico euictionem, ſi opus eſſet, pollicito: & Auguſtano Epiſcopo conſentiente. *Lorcha.*

Hirſaug. *Conſecrata ſunt Hirſaugiæ 2. altaria: multas reliquias Sanctorum vtriuſq; ſexus continentia, I. S. Benedicti, extra. I I. S. Stephani Protomartyris.*

Bebenhuſa. *Bebenhuſæ. Anno 1471. obiit 16. Kal. Octob. Craffto de Hefingen, Rector Eccleſiæ in Kirchentelesfurt. Iacet in 8. ſepulchro.*

Vogler. *Eiuſdem anni 5. nonas Octob. Conradus Vogler de Vrach, Monaſterii Prior, obyt.*

Senffr. *Halæ verò Sueuorum, nobilis Michael Senfft, die Sabbathi poſt inuentionem S. crucis.*

Peregrinatio Riedenſis. *Eodem 1471. anno, in agro quodam pagi Rieden, qui ſemimilliare diſtat ab Hala, in Roſengarto ſiti: terrea quædam rubri coloris crux, ſeſquiſpithamam circiter alta, ſpithamam (al. palmum) lata, in medio ſui incluſa oſsicula habens, tanquam ſanctas reliquias: reperta eſt. Eò igitur cateruæ hominum concurrere: pecuniam, ceram, veſtes, offerre. Ibi Templum D. virgini ornatiſsimum, conditum eſt: duo beneficia, ſeu præbendæ, conſtituta: & à nobili viro, Andrea Munckio, ante ſacramenti riſculum, perpetua lucerna ſuſpenſa. Ad hanc Eccleſiam, omni Sabbatino die præſertim poſtridie Dominicæ Iubilate, frequens hominum concurſus factus. Et hic cultus, luce puri Euangelii ſaluifica exorta, ceu lac vaccæ, exaruit. VVideman.*

Schola Halenſ. *Scholæ Latinæ apud Halenſes præeſſe 1471. cæpit M. Thomas Rupherus. Eum ſecuti ſunt, M. Ioannes Stutzelius 1505. Iodocus Breidnerus, 1506. M. Barthol. Stichius, 1513. M. Caſpar Speirer, 1515. M. Iacobus Schmidius, 1520. Poſtea, Ioan. Regulus Villingæus: Latinè, Græcè, & Hebraicè, perdoctus: ſequenti tempore, Doctor Medicinæ factus. Poſt eum, Sebaſtianus Coccyus Cantharopolita: qui bello ſub Carolo V. Germanico, Hala in VVirtembergiam diſceſsit: & Pædagogum egit eius Ducatus Principum, Eberhardi atque Ludouici. Secutus eum in Halenſi Schola eſt M. Bartholomæus Schmidius: condiſcipulus olim meus Argentinæ: hodie adhuc in patria ſua Campidono Archigrammateus. Poſt eum, M. Baſilius, & M. Hieronymus Spartanus Halenſis, ac M. Michael Kernerus Carinthius: & hodie iam diu, Ioannes VVeidnerus Lendſidelius, Poeta L.*

Circa hoc tempus fundata eſt Ingolſtadienſis Academia.

Pomponius Lætus. *In Italia, Pomponius Lætus viuebat, & Domitius Calderinus, viri doctiſsimi. Sedulo,*

Domit. Calderinus. *Romanæ linguæ adeo deditus: vt Græcam non attingeret, ne Latinam contaminaret: & Chriſtiano Petri nomine reiecto, ſe Pomponium nominaret. Hic verò ad Miſſam ire monitus ab amicis: Eamus ad communem, inquit, errorem.*

Buchole. ex Lud. Viue. Iſtis ſua muſæ tantum placuere: Religionis curam non habuere.

Pontifex max. factus eſt Sixtus, vel Xyſtus, IV. qui Iubilæum contraxit ad 25. annos.

Cometa. *Anno 1472. Cometa principio anni, circa feſtum S. Agnetis, apparuit: igne rutilans, crinibus longis nigriſq;: in Occidentalem vergens plagam: dies 80. durans. Eo nondum extincto: alter Cometa viſus eſt, caudam in Orientalem plagam porrigens. Sequenti ergo tempore ſiccitas & æſtus, peſtilentia & bella, extiterunt.*

Fulgura & tonitrua. *Auguſtæ 4. Februarii ingens tempeſtas accidit, fulguribus & tonitribus. Sed nocte circa horam octauam, longè maior. Nec cuiquam impunè plateam tranſire licebat. Eo anno ibidem cæpta eſt ædificari VVerdabruckera porta: & S. VVolfgangi fanum, prope Nouidocheum.*

Conſtant. Epiſc. Burcardus. *Conſtantiæ Epiſcopatum accepit Burcardus I I. nobilis à Randeck ex Hegæa: humili animo, tranquillus, optimus Oeconomus. Sic equidem Bruſchius. Sed apparuit ſupra ex quodam anni 1464. ſcripto, eum tunc etiam Epiſcopum fuiſſe. Sic & ſucceſſor eius Hermannus, nobilis Latolandenbergius, quem Bruſchius 1475. electum ſcribit, iam ante 1467. Epiſcopus erat.*

Magiſter Curiæ VVirtemberg. *Erat magnus in VVirtembergia Magiſter curiæ (Landhoffmeiſter) 1472. Georgius de Abſperg. Tranſegit is inter Abbatem Lorchenſem Nicolaum, & piſcatores Canſtadienſes, de ſpatio piſcationis in Nicro: viuente adhuc comite Vlrico.*

Peregrinatio Ainkornenſis. *Eodem hoc anno peregrinatio in ſylua Ainkornia, ad antiquam quercum ſcabram (teſte VVideman.) dimidio milliaris prope Chomburgum, exorta eſt, in vertice, vbi biuiũ ſit, Oberſchachum & Herdelbachũ verſus. In qua quercu, theca vel baſis ſimulacri (ein Bildheuſlin) excisa fuerat. In qua Sutor quidam Halenſis, Sigiſmundus VVeinbrænner nomine, plumbeum ſignum quatuordecim ſanctorum in neceſsitate auxiliantium (τῶν τεσσαρεσκαιδεκὰ ἀναγκαβοηθῶν ἁγίων) affixit. (qualein Bambergenſibus montanis dari peregrinatorib. ſolebat) ſingulis quaſdã ſibi facta apparitiones. Illos quatuordecim opitulatores velle, ſe in hoc loco honorari.*

Magnus

Magnus itaque concursus eo fieri: æstate præsertim (cum locus non nimis longe ab vrbe Hala distaret) cum lagenis vini, & cibariis (mit Fläschen guts Weins/ Küchlin vnd Hippen) magis scilicet conuiuandi, quam religionis ergo peregrinandi, gratia. Sub omni ligno frondoso, in omni colle sublimi, Hierem. 2. Sacellum ibi, ex asseribus excitatũ: vbi in tabulis portatilibus Missæ fabricabantur. Contentione autem de dominio huius loci, inter Lympurgicum & Chomburgicum Magnates coorta: ea tempestate hæc peregrinatio claudicauit. Anno deinde, 1506. Chomburgenses ædificarunt lapideum sacellum, in prima Ainkorniæ parte, Chomburgum versus spectante: quod nomini XIV. opitulatorum dedicatum est. Cum autem pauci opitulatoribus istis opitularentur: sacellum illud, in bubile commutatum est. Dignum patella, operculum.

ÆSTAS ÆSTVOSA. S. OTILIÆ MONS ALSATICVS. IMP. FRIDERICVS, Augustæ, Argentinæ, Treueri. Congressus Caroli Burgundiæ Ducis cum eo. Vxores Caroli huius. Profusio eius in nuptiis, & in Cæsareo conuiuio, splendidissima. Ioannis Capnionis studia, Lutetiæ.

CAPVT IX.

ANno 1473. tantus æstatis erat feruor: vt fluuii siccarentur: vt Danubius in Vngaria fieret permeabilis: vt sylvæ exardescerent, Hercynia, Turingica, Bohemica. Deflagrauit Alsatica Altitona, vel Hohenburgum, in monte S. Otiliæ: & in VVirtembergico oppido Nyrtinga, 60. domus. Frugum tamen, & fructuum, fertilitas erat. Etiam niuosus & frigidus, hic annus fuit. Æstas feruentissima. Nyrtinga.

Quia autem mentio Otiliani montis incidit: & ipsa Otilia olim lacrymis suis obtinuisse ferebatur: vt Dæmon per Petram iuxta id Monasterium, patrem eius sursum ex purgatore igne tecerit: conferatur huc similis ex penultima Cicer. Verrina locus, qui est hic. Enna (Siciliæ oppidam) inquit, est loco præcelso atque edito. Quo in summo est æquata agri planities, & aquæ perennes. Tota vero, omni aditu circumcisa atq; dirempta est. Quam circa lacus lucisq; sunt plurimi: & lectissimi flores omni tempore anni: locus vt ipse raptum illum virginis (Proserpinæ) quem tam à pueris accepimus, declarare videatur. Etenim propter est spelunca quædam: conuersa ad aquilonem infinita altitudine: qua Ditem patrem (den Rauw, sic olim, Vlmæ) ferunt repente cum curru extitisse: abreptamq; ex eo loco virginem secum asportasse: & subitò non longè à Syracusis penetrasse sub terras: lacumq; in eo loco repente extitisse. Vbi vsque ad hoc tempus, Syracusani festos dies anniuersarios (Jahrbegengnussen/ Kirchweihen) agũt: celeberrimo virorum mulierumq; conuentu. Hæc, ille. Videmus hic etiam, anniuersariorum dierum ortum ex religione Gentilium esse. S. Otiliæ lacrymæ. Proserpinæ raptus. Anniuersarii dies.

Venit hoc anno Imp. Fridericus Argentoratum: & cum eo Maximilianus F. adolescentulus: nec non aliquot Episcopi, Albertus & Lud. Duces Bauariæ, Carolus Marchio Badensis, Comes Eberhardus VVirtembergensis, & multi alii. Ibi quædam petebat à S. P. Q. Argentinensi: sed non obtinuit, quod ea contra suam esse libertatem existimabant. Abiit ergo animo minus æquo: & profectus Friburgum, Basileam, Colmariam, Tabernam, Treuiros descendit. Fuerat ante Augustæ cum filio: vbi Archiepiscopo Moguntino Regalia sua in foro vinario concessit: armatis 660. ex Tribubus, vrbem tuentibus. Donauerant ei Augustani craterem 135. Florenorum, & in 1000. nummos aureos: filio verò, poculum 100. Florenorum. Ciues sacramentum Cæsari dixerant: sed Argentinenses noluerunt facere. Fridericus Imp. erat Argentinæ, & in aliis ciuitatibus.

Cum Treueri Imp. esset: venit eodem Dux Burgundiæ Carolus, cum 5. millibus equitum instructissimorum, sub exitum Septembris: totus ipse cataphractus, cum tunica 80. millium, aut amplius, Aureorum. Qua de re Rodolphus Agricola, in Epist. scribit in hanc sententiam. Imperator vestiebatur textili auro: vestis, ad pedes profusa, & circum collum replicita: perq; humeros more Turcorum sparsa: limbo, circum pedes manusq;, ingentis precii margaritis picturato. Ipse, grandis natu: sed virente adhuc, atq; solida iuuenta. Dux autem, circa 40. natus annos, in ipso ætatis robore medio, rerum gloriæq; cursu conspicuus, armis se totum texerat. Fulgebat desuper chlamys: vnionibus, carbunculis, adamantibus, distincta. Quam qui parcissimè, CC. millium sentatorum æstimauerunt. TAM MVLTORVM PAVPERTATE constat, vt vnus vestiatur. Scias, necesse sibi esse: velut ex immenso, & inexplebili cupiditate, haurire: cui tantum libeat in re modica profundere. Tales hi erant in primo congressu: cum Imperator Ducem exciperet ante vrbem Treuerim, vltimo Septembr. Hæc, Agricola. Cæsarem conuiuio honorauit Carolus 36. ferculorum: expositis 500. insignibus per abacos poculis. Certarunt inter se vterque Caroli Burgundi cum illa congressu. Vestitus vtriusq;. Conuiuia.

honoribus habendis. Libenter autem Carolus se ab illo Regem creari vidisset (sicut antiquitus Burgundiæ Reges habuerat) sed nec dare hoc ei decus extra Principum comitia poterat Augustus: nec fortasse conducere putabat: verum clàm Treuirensi ex vrbe discessit.

Quam alias quoq; magnificus fuerit ille Burgundio: patet ex nuptiis eius tertiis: quas antehac cum Margarita, Regis Angliæ Eduardi sorore, Eboracensis Ducis Richardi filia, celebrauerat: quas Hadrianus Barlandus, satis splendidè in huius Caroli vita describit. Habuerat autem duas vxores: primò, Catharinam, Regis Franciæ Caroli VII. filiam. Deinde, Isabellam, filiam Ducis Borbonii Caroli: ex qua filiam Mariam susceperat: quæ postea Cæsari Maximiliano nupsit.

Vxores Caroli.

Si cui libet legere ματιμοτηχίαν & ματιμοπονίαν: apponam ex Chronicis Argentin. ea, quæ olim ibi excerpsi, de nuptiis Caroli tertiis.

Anno 1468. Hielt er Hochzeit mit der Königin auß Engelland / zu Brück in Flandern. Da ward viel köstlichs Prachts. Der Saal / mit güldenen Tüchern behängt. Hat er / vnd die Braut / ein gülden Stück an. (χρυσοῦφῆ ἐδῆτα) Auff den Tischen stunden XXX. köstliche Schiff / gemacht mit Menschen vnd Segeln: Die waren geladen mit Bratens. Vnd ein jeglichs hatte vier Botten (*scaphulas*) darinnen waren Beygemüeß. Vnd zwischen jedem Schiff / ein Tabernackel: Darunder stunden Pasteten. Da kam ein Pferd für den Tisch: Bereit / wie ein Einhorn. Darauff saß ein Knab / bereit / wie ein Bähr. Darnach kam ein Löw / darinn waren 4. Singer / die sangen auß dem Löwen. Den andern Abend / war die Königin nit da: Spielet man *Herculis fabulas*. Da kam ein Greiff: Darauß flogen allerley Vögel. Den dritten Abendt / hatte man ein grossen Thurn. In deß Fenster lagen 6. Bähren / vnd drummeten. Darnach kamen 12. Gaißböck vñ Wölff: die pfeifften / vnd flöteten. Darnach / viel Esel: Das waren köstliche Singer. (ὄμὲν ἔγνωσαν ὄνοι: μυσικοὶ δὲ ἦσυχοβάλοι.) Darnach pfeiff ein Aff / vnd die andern Affen tantzten vmb den Thurn / den Morisken Tantz. Es stunden auch auff den Tischen 48. seydene Gezelt / mit des Hertzogen Paner. Vnter etlichen waren Pasteten / vnd mancherley bossen. Item / ein Walfisch 18. schuh lang / vnd 16. hoch. In dem giengen 14. Mann. Vnd da er für die Königin kam: Da lieffen auß des Fisches mund 12. wilder Mann / die kämpfften / vnd sprungen: Vnd jagt je einer den andern wider hinein in den Fisch. Es ward auch gerennet vnd gestochen. Da muß man diesen Kosten haben 8. tag / täglich.

Nuptiarum illius cum Regina Angliæ descriptio.

800. Silberne Blatten. 16. Ochsen. 10. Schwein. 600. Pfund Specks. 100. ℔. Ochsenmarck. 250. Hämmel. 250. Junge Lämmer. 250. Junge Färlin. 100. Hassen. 800. Königlin. 300. Soalen / das sind Vögel. 200. Phasian. 200. Wasservögel. 800. Räbhüner. 400. Tauben. 200. Schwanen. 100. Pfawen. 400. Hännen. 1000. junge Hüner. 500. Capponen.

Hæc quotidie præstare debebant Archimageirus in coquinam.

Tanta molis erat, { *bellam deducere sponsam.* / *commendicare caduca.*

PLACET NE etiam, eiusdem Ducis Caroli magnificentiam cognoscere Treuirensem, 1473. anno Imperatori declaratam? Doceat nos eam Ioan. Stumpfius, lib. 3. cap. 110.

Accepturus Regalia sua Heros Carolus: Treueri in S. Maximini Monasterio diuertit. Eò inuitauit Cæsarem, cæterosq; Imperii Principes. Credo, VVirtembergensem quoque, quia cum Augusto Argentorati fuerat, adfuisse. Ducis tunica, auro margaritisq; interfertis ornata, à nonnullis æstimabatur centies mille Aureorum.

Templum Monasterii, peristromatibus decoratum: in quibus historiæ veteris Testamenti artificiosissimè textæ.

Magnificentia Ducis Caroli, Treueri, erga Cæsarem.

Chorus templi, velatus veste serica, & serica villosa (ἑξαμίτῳ, mit sammet) *auro intertexta.*

Ornamenta altaris.

24. Signa, singula sesquicubitalia, argentea inaurata, quatuor scabellis insistentia. 12. Apostolorum signa, argentea inaurata. 10. Signa ex puro auro: & multa argentea signa, auro illusa (ἐμπαισμένα χρυσῷ) iuxtà. 4. Signa cubitalia, argentea inaurata. 10. Cruces aureæ solidæ, gemmis interpunctæ: aliæ aliis maiores, miri artificii. Candelabra, quorum duo, ex auro solido: duo, ex argento inaurata: ac, duo argentea. 4. Angeli cum candelabris, cubitales, ex solido auro. 1. Sarcophagus, aut cista: in qua reliquiæ Sanctorum. 1. Tabernaculum aureum: in quo, multa

multæ preciosæ imagunculæ: multis cum gemmis vbiq;. 1. Lilium aureum, preciosis lapillis ornatum: in quo clauus esse dicebatur, quo Christus fuisset crucifixus. Insertus ibi adamas, duos digitos longus.

Sed & alia ornamenta aderant. Triclinium, vel locus conuiuii: vbi Augusto & Principibus epulum dandum erat. Ibi peripetasmata circum erant aurea. Abacus 20. spithamarum, longe lateq;: quo 10. gradibus ascendebatur. Ibi hæc erant. 24. Lagenæ, magnæ & paruæ: pleraq;, aureæ: quædam, argenteæ inauratæ. 70. Canthari, magni & parui, ex auro & argento. 100. Crateres cum operculis, ex puro auro. gemmis & margaritis interstincti. 40. Duodenæ magnarum paterarum. 6. Naues argenteæ, maiores & minores. 24. Lances, aureæ & argenteæ. 6. Vnicornes: inter quos, duos ternorum cubitorum alti. 1. Argentea almeria (nescio, quid sit) altitudinis trium cubitorum. 6. Argentea œnophora (silberine Gelten) vicenarum quaternarum circiter mensurarum capacia.

Quicquid deniq; in mensis erat, argenteum erat. Bibebat quisq; ex argentea patera. Bini habebant auream, aut argenteam, hydriam.

Primus missus, vel appositio ciborum. Ferculorum 14. ante quæ ibant decem Tubicines, quatuor fistulatores, duo tympanistæ, sedecim Comites aurata & gemmata veste.

Alter. Ferculorum 12.

Tertius. Ferculorum decem. Omnia cum prædicta pompa.

Post hæc, 30. patinæ aromatum, & confecturarum omnis generis: quarum patinarũ præcipua æstimabatur 60. millium Florenorum.

Ministri aulici. 600. Nobiles, & diuersi: pleriq; vestiti auro, argento, hexamito, & vndulato. Satellites deniq; 200. precioso vestitu.

Hic luxus, tũc quidem. Anno vero 1477. longe alia facies rerum. ἀντιτάσσεται γὰρ τοῖς ὑπερηφάνοις ὁ θεός. Stutgardiæ, Prædicatores, cum Noriberga eò pridie Assumpt. Mariæ venissent, auctoritate Papali: aream à Comite Vlrico, ad ædificandum sibi domicilium, acceperunt.

Halæ. Michael Senfft vxorem habebat Agnetem Dinckspülerinam. Senfft.

Augustæ 1473. in noua Templi Vlrichiani ædificatione, ligneæ constructionis erectio fiebat.

Fœdus perpetuum Vallesius populus cum Heluetiis iniit.

Ioan. Reuchlinus adolescens, Lutetiæ Parisiorũ erat: vbi discebat Græcam linguam ex discipulis Gregorii Tiphernatis. Tunc etiam Ioannem Lapidanũ Theol. D. in sacris Grammaticis, ad Serbonam: & Guilielmum Tardiuum Amiciensem, in vico S. Genouesæ: & Robertum Geguinum, apud Maturinos, in Rhetoricis præceptores, audiuit. Post aliquot autem annos, è Sueuia Parisios repetens, Georgium Hermonymum spartiatam, Græcè docentem, nactus est: Post hæc, Græcas & Hebraicas literas quasi primus in Germaniam introduxit, Reuchl. in Epist. Particeps huius laudis etiam Rod. Agricola fuit. Reuchlinus.

Abbas quidam Lorchensis, syluã quandam, quotannis 18. ß. vtendam dederat Vito Sturmlino, ciui Studgardiano. Huius filius Ioannes Sturmlinus, vsum eiusdem syluæ. eodem pretio per vitam suam obtinuit, per sententiam iudicum, contra aduersarium Magnum Cellarium Lorchensem Ioannem. Sturmlinus.

Feria 6. ante Dominicam Cantate.

Ioannes de Neuhusen, & Vlricus de Sæckach, duo nobiles, signarunt literas: quibus Abbati & Conuentui Lorchensi pratum vendiderat Ioannes Pratzler Stainebergensis, in VValdhusen situm. Excludit 1473. Ioannes Zainer Reutlingensis, Sueuicum librum Germanicum Vlmæ: in quo à Cæsare Curio initium fit: de quo iam dudum scripsimus. Henricus VVirtembergensis Comes, Henricæ filius, cognatorum consensu comitatum Montis Belgardi obtinet. Typographus Vlmæ. Mompelgard.

Schorndorffæ in sacrario Templi.

A.D. 1473. obiit nobilis & fortis vir, Ioannes Egen ab Egenshofen, die S. Bartholomæi.

Cypri Rex Iacobus obiit: relicto filio infante ex vxore Veneta: cuius puerili tutelæ nomine, postea mortui, Cyprus in potestatem Venetorum venit. Cypri R. Iacobus.

VENTI PROCELLA IN GERMANIA. NVPTIÆ ILLVSTRIS EBERhardi Barbati. Rhorhaldinum Monasterium. De Petro ab Hagenbach, equite & initiis belli inter Heluetios, & potentissimũ Burgundionem Carolum. Eberhardi VVirtemberg. ad Nussiam profectio cum Imperatore. Captiuitas VVirtemberg. comitis Henrici. Episcopi, Ioan. Augustanus, & Hermannus Constantiensis. Reformatio Parthenonis Vrspringensis. De Simone, Tridentino puero.

CAPVT X.

Venti impetu ædificia prostrata.

ANno 1474. ventus vehemẽtissimus vbiq; per Germaniam, die Petri & Pauli, circa vespertinam synaxin, coortus est: quo cum alibi multa ædificia detecta sunt: tum Augustæ, recens ædificatũ S. Vlrici Templum, & Asræ, concidit: oppressis simul ruina 32. hominibus (inter quos, ipse Parochus) ventorum inter se contrariorum collisione. Postea, aliquanta instauratione facta: Ioannes de Gyltlingen, Abbas huius cœnobii, reperiendo corpori S. Symperti curam intendit, cum sui conuentus fratribus. Qua de re, infrà ad annum 1491. dicetur.

Imp. Fridericus, Augustæ.

Imp. Fridericus, Regalia siue feuda contulit hoc tempore proceribus in vrbe Augusta. Quò & Daniæ Rex Christianus, qui Romam peregrinatus fuerat, inde eò venit. Consultabatur de bello contra Turcas.

Eberhardi C. VVntemberg. nuptiæ.

Eberhardus, excellens VVirtembergiæ comes, cum iam 29. annorum esset: vxorem accepit Barbaram illustrissimam: filiam Ludouici Mantuani Principis, Francisco nati: & Barbara, Brandenburgensis March. Ioannis filiæ. Celebratæ sunt nuptiæ Vraci in arce, die S. Vlrici: in quibus cibata sunt quatuordecim millia hominum: & ante penarium, tribus fistulis fons vinũ fundebat: iacentibus abiegnis in lacu fontis, poculis, quibus biberet, quicunq; vellet. Donati sunt ab Abbate Lorchensi 25. Floreni. Ioannes Grabisgadius Herbariũ, & plantas pinxit, comiti Eberhardo, folii magnitudine. Vide hic apud Herbariam mulierem, Bossanam vulgò dictam. Quæ 16. Octob. 1594. tempore pestis obiit Tybingæ, anus 90. ferè annorum Grabisgadius hic Monachum egit in Schonbuchensi cœnobio, Tybingæ vicino.

Herbarium.

S. Crucis particulæ.

Anno 1474. Indict. 7. die Mart. Feb. 1. Ioan. Episc. August. quòd notabilem particulã ligni S. Crucis, Laureaci conspexisset: cupiens id lignũ debita reuerentia venerari: et populi deuotionem apud id augere: omnib. verè pœnitentibus, qui officio vel Missæ, per Abbatẽ ibi celebratæ interfuissent: & pacẽ, aut benedictionem, cum S. Cruce ab eo recepissent, 40. dies: qui ab alio ibi fratre hæc accepissent cum Sanctorum reliquiis, 10. dies, de iniunctis eis pœnitentiis relaxauit.

Epitaphia Rhorhaldæ.

Ex Epitaphiis pluribus, quę in Rhorhaldæ eremitico Paulino Regulæ S. Augustini Monasterio, in fano sunt, hæc legebamus: M. Crusius, Vitus Myllerus, & G. VVeingemaierus, expatiati.

Anno Domini 1474. 4. Non. Octob. obiit reuerendus in Christo Pater, Prior Prouincialis frater Ioannes de Allenhaim, Priorq; huius loci: cuius anima requiescat in sancta pace. Amen. Optimè fuit de illo cœnobio, paupertate desolato, meritus.

Anno Dni. 1512. 7. Id. Iunii, obiit Scufridus Hans, Vicarius Prouincialis, Priorq; huius loci.

Anno Dni. 1515. obiit famosissimus Doctor Achacius Lingenhager de S. Gallo, Prior huius domus Rhorhaldensis. Sepultus in Monasterio S. Petri in Nigra sylua.

Anno Dni. 1550. Auff Mittwochen den 30. Decemb. starb der Ernvest Görg Kirchberger: Deß Seel der Allmächtig gnedig vnd barmhertzig seyn wölle. Fuit Consul Rotenburgi, & pater Andreæ, auusq; Georgii hodierni, Kirchpergerorum.

Nærdlingæ Templum & turris.

Nærdlingæ capta est, ædificari turris Templi S. Georgii, primo eius tunc lapide posito. Ipsum Templum inceptum est postea 1495. & 1505. absolutum: ad honorẽ S. Trinitatis, D. Mariæ, & Georgii equitis. Literas quasdam 1474. confirmarunt nobiles, VVolffgangus de Zullenhart, & Eberhardus de Vrbach.

Petri Hagenbachii mores illaudati.

Dictum est in superioribus: Petrum Hagenbachium, quẽ Burgundiæ Dux Carolus, oppignerat sibi à Sigismundo Austrio regioni præfecerit, se non humaniter erga ciues gessisse. Querelæ erant graues de tyrannide, & libidinib. eius. Ideo à Sigismundo pecunia, puinciæ redimendæ erat Basileæ sepositа. Igitur Ensishaimii seiã oppositurus Petro. Hic eorum oppidum nequicquã conatus est occupare. Die quoq; Paschatis huius 1474. an. Brisacensibus mandauit labores in fossa exirent oppidum. Quos, si egressi fuissent, excludere reditu volebat. Ipsi fraudẽ odorati, nõ exiuere: sed

Captus à Brisacensibus.

postridie in foro conuenientes armati, Petrum comprehendunt: biduum domi custodiunt: tertio die ferro vinciunt: quarto, in turri ponunt. Die 20. Apr. ab hora VII. matutina, vsq; ad VII. vespertinam, iudicio examinatus est, atq; capitis damnatus. Deinde, degradatus, suo honore equestri spoliatus. Tandem etiam Brisaci, ante Cuppferinam portam noctu ferro percussus.

Decollatus.

Quæ res causam belli dedit Duci Carolo. Verum, eo sibi vires adiungente: etiam Sigismundus fœdus cum Heluetiis fecit: renuntians ditionibus, quas Austriacis is populus ademerat. Accesserunt ad idem fœdus, Reinhardus Lotharingus, Basileæ & Argentinæ, vtriusq; vrbis Episcopi,

Hinc, Caroli Burgundi graue bellum.

Colmaria, Solestadium, Mompeligardum, & alii. Obsedit eodem anno Carolus oppidum Colmariensis ditionis Nouesium seu Nussiam: volens restitutum Episcopum Rupertum, à Capitulo expulsum. Obsessis Imp. Fridericus (à Colonienſibus ex diuersorio Augustano, trecentis millibus Florenorum liberatus) subuenit cum Imperii copiis, Duce Alberto Brandenburgensi.

Missus

Militabant inter alios, etiam Sueuici Comites: Montefortensis, Werdenbergensis, Hevvensis, Klingenbergius, Bodmanius. Ciuitas item Vlmensis (Duce Wilhelmo Besserero) ac Rauenspurgensis, & aliæ Sueuorum vrbes. Imprimis eum secutus est Eberhardus Wirtembergensis, cum 320. equitibus, & 300. peditibus, ac 120. curribus: Auraco 13. Ian. sequentis 1475. anni mouens. Deinde Maij 16. cum Cæsariano exercitu Coloniam attigit: atq; 23. Maij, ante Nussiam castra sunt facta. Iunij 27 fœdere facto, obsidionem soluit Carolus, in Belgasq; abijt. Imperator postridie etiam suas copias abduxit: Comes Eberhardus cum suis 23. Iulij feliciter Auracum est reuersus. Hac expeditione ipse multis Principibus ac nobilibus innotuit: prudentiam & auctoritatem ad maiora consecutus. Nam laboriosus erat, nec vnquam otiosus: semper prudentiam, actionum suarum ducem faciens. Nihil, vnde quid laudis esset, intentatum relinquebat. Inde illud eius, Attempto. Doctorum & prudentium virorum amator: inutilium sumptuum amputator: temperantiæ, castitatis, clementiæ, consectator. Ex quotidiana porro eruditorum familiaritate, eam eruditionem consecutus est: vt quamuis latinarum literarum ignarus esset: tamen de omnibus rebus differre posset: cum quidem ingenio memoriaq; valeret. Doctos inter se committebat ad disputandum: judicijs de rebus prudenter ferebat: coëmebat Germanicos de quibusuis rebus libros: quosdam Scriptores curabat Germanicè conuertendos, atq; in legendo frequens erat. Hinc & eloquenter ornateq; dicebat. Librum ipse eruditum de Aulica vita Germanicè scripsit, alijsq; castibus Mundi, tali Epigraphe, DE DICTIS SAPIENTVM: quem audio Latinè & Italicè conuersum esse. Talis, hic erat. Plura suo tempore, de ipso.

Copiæ contra eum.

Eberhardi VVirtemberg. laus eo tempore.

Reinart Fuchs, regnard.

Interim (vt inuenio) Henricus, comes Wirtembergicus, à Carolo illo Audace, vel bellatore (in cuius aula adolescens vixerat: sed inter Carolum, & Henrici patrem Vlricum, Heluetijs amicũ, dissensio fuerat orta) post interfectum ab Alemannis Petrum de Hagenbach, fuit captus non procul Lytzelburgo: & abductus ad arcem Mompelgardensem: quæ nisi dederetur, suppliciũ capitis euadendi ei metuendum erat. Nam aliquoties in monte, qui contra eã arcẽ iacet, iussus est in panno serico villoso (vt res probe cerni posset) genibus initi, tanquam iamiã decollandus. Castellanus, nihil eo terriculamento motus, respondit: suum herum contra ius esse captum. Si eum Dux occideret: non impune laturũ, quod plures superessent Wirtembergenses Comites. Se illis æque, ac comitii Henrico, iureiurando obstrictum esse. Ideo non traditurum oppidum, iniussu illorum. Qua constantia Carolus commotus, captiuum secum abduxit: breui tamen gratis dimisit. Qui terror nonnihil Comitis mentem loco dimouit. Cum autem Canonicus esset Moguntiæ: careremq; liberis duo Eberhardi, senior & iunior: duxit ipse postea Elisabetam, Comitissam de Zweybruck & Bitsch: è qua suscepit Ducem Vlricum. Ea defuncta, duxit Euam Salmensem: quæ peperit et comitem Georgium, & Mariam Jacobam. Deinde concessit Richevviram. Ab eo tempore, cũ esset iam senior, ac mente infirma: primo Stutgardiæ, deinde in arce Hohenuraco, liberaliter sustentatus est: ac diligens eius, vt boni Principis & Patris, custodia & cura est habita. Obijt tandẽ 1519. anno, April. 15. atq; Stutgardiæ in choro Templi, sepulcrum inuenit. De adolescentia quoq; huius Henrici, hæc alicubi legi. Eum cũ fratre suo Eberhardo, vixisse in aula Burgundionis Caroli & eorum Magistrum curiæ fuisse Petrum ab Hagenbach, equitẽ: prius quã à Carolo, prouinciæ à Sigismundo oppignoratæ præpositus fuisset. Verum cũ adolescentes de malis morib. Petri, ad Patrẽ Vlricum scripsissent: pro Petro eis suffectum esse Rectorẽ equitẽ Georgium de Ehingen: de quo multa in præcedentib. diximus: & eis quædã post hac addemus. Breui post, Vlricus lites habens cũ Palatino, vt scriptũ est, filios Nyrtingã reuocasse fertur: Ehingenumq; illũ, Eberh. consiliariũ præbuisse. Stutgardiæ, in Hospitali. Anno D. 1474. Jar/an S. Michels Tag/ starb Margareta Fünfferin/ Doctor Michels Glaß ehliche Gemahel: der Gott gnädig sey. Amen.

Henrici C. VVirtemberg. captiuitas.

Liberi eius.

Educatio, & reliqua vita.

Vlmæ, in Minorum cœnobio. An. 1474 starb der Ersam weiß Mang Krafft/ der älter/ am Montag vor S. Bartholomei: dem G. G.

Anno 1475. celebratus est Romæ Iubilæus VII. à Sixto IV. vulgo Zwibeliar nuncupatus.

Iubilæus VII.

Eodem anno natus est præclarissimus Heros, Georgius de Frundsberg (al. Fonspergius) in arce Myndelheimensi: patre Vlrico de Fronsberg, & matre Barbara de Rechberg. Fratrem habuit Adamum, equitem auratum. Vitam illius, & filij Caspari, libris 8. descripsit Adamus Reisnerus lectissimis, lingua Germanica: qui etiam Psal. 31. composuit Germanicis Rhythmis: In dich hab ich gehoffet Herr. Filius eius Ioannes Reisner hodie 1594. viuit, Secretarius apud Generosum D. Conradum Rappenhatmensem, hic Tybingæ.

Georgius Fronspergius.

Cum Nussiam, vti diximus, obsideret Carolus: Romanumq; illi Imperium contra eũ opitularetur (vbi equitũ Augustanorũ Hipparchus erat Stephanus Hangenor, Patricius: uni Imperator

exercitus imperialis Albertus Brandenburg. vexillum Rorariorum dedit) Palatinus Fridericus vectigal exigebat à nauibus, cõmeatũ Imperiali exercitui aduehentibus. Indigne tulit hoc Imp. Fridericus. Qui cum obsessurus eum Haidelberga diceretur: ille non curans, turrim extra oppidum ibi extruxit, quæ hodieq; Trutzkaiser appellatur. Transactum autem inter Carolum & Fridericũ Imperatorem ita est: vt illius filia Maria, huius filio Maximiliano, nuberet suo tẽpore.

Turris Trutzkaiser.

Argentinenses, propter belli à Carolo illuc venturi metum, quinq; extra suam vrbem sita Monasteria destruxerunt: Carmelitanũ, S. Marci, S. Agnetis, S. Ioannis in vndis, & pœnitentium mulierum, Deinde in Burgundia Blamontium & Granseium capiunt, ipsi & socy. Nam Caesaris hortatu Heluetij bellum indixerunt Carolo: Elicortium oppidũ obsederunt (quod & captũ est) ibiq; comitem Remontanum, Carolinum, vicerunt. Carolo Ducissa Saubaudia studebat. Ideo oppida quædam eius ab Heluetijs occupabantur. Vicissim postea Carolus Lotharingiam Duci Reinhardo eripuit.

Argentinensium aduersus Carolum Burgund. res gestæ.

Illustrissima mater comitis Wirtemberg. Eberhardi Senioris, Domina Mechtildis, quæ Rotemburgi Neccarici habitabat, Parthenonẽ Vrspringensem, cuius Magistra erat Gredamma Fribergensis nobilis, reformauit: coactis rebellibus Nonnis (quæ, domo occupata, repugnabant) per Rusticos conuocatos, ad officium: & pertinacibus, in exilium relegatis: donec quædam earum, ad sanitatem reuersæ, cum venia restitutæ sunt. Conciderat iam dudum disciplina Monastica vtriusq; sexus, ab anno circiter 1348. tempore pestis, & ante sub Lud. Bauaro.

Vrspring. cœnobij reform.

Stutgardiæ fanum S. Leonardi, 1475. ædificatum est. Stutgardiæ in parochiali Ecclesia.

Anno Domini 1475. Jahr starb der edel vnd vest Jost von Seckendorff / Nolt genennt / an S. Bastians abendt: Dem Gott gnädig sey.

Diuisa fuit hæc familia, vt numerosa, in Noldios, Rinhouios, Aberdararos: quemadmodũ apud nos Spætij, in Mageros, Funckios, &c. Quæ cognomina nomini familiæ adscribi solent.

Constantiæ Episcopatum gerebat Hermannus Braitelandebergius. Is, cum afflicta valetudine esset: adiutorem sibi Ludouicum, nobilem de Freiberg, callidum Doctorem, assumpsit: qui Romæ à Pont. Xysto successionem in locum illius sibi obtinuit. Cuius doloris impatientia, nõ multo post Hermanno mortem attulit.

Constant. Episcopus Hermannus.

Viuebat hoc tempore Vlricus Crafft Vlmensis: quẽ Scholarẽ Constantiensis dioeceseos, Clericũ creauerat præcedente anno Leonellus de Chierogatis, Decretorũ Doctor, Episcopus Arbensis: concessu Aquileiensis Patriarchæ Marci. Datum Augustæ in domibus huius Marci, Legati Apostolici.

Controuersias inter Lorchensem Abbatem Nicolaum, & Ioannem de Finsterlohe, Capsenburgensem Commendatorem propter Hohenlochum ortas, transegit Gamundiæ Georgius de Wolmershusen, Commendator Winidæ, Teutonici ordinis: cũ adiunctis essent sequestres: nomine Abbatis, Ioannes de Nuenhusen, præfectus Schorndorffensis: & M. Iacobus Hugo, Scholæ Gamundianæ moderator. Commendatoris vero nomine: Cunradus, de Ahelsingen, eques: & Horbertus Tielen de Alzei, Commendatoris Secretarius. Die Iouis post Cantate.

Lorcha.

Consules Gamundiæ, his annis.

1475. Ludouicus Herrer. 1476. Ioannes Rauch. 1478. Lud. Herrer. 1479. Ioannes Liebermann. 1480. N. de Winckenthal. 1481. Lud. Herrer. 1482. G. Maierhofer. 1483. Lud. Herrer. 1484. Georg. Maierhofer. 1485. Lud. Herrer.

Gamundiani consules.

Nobilis Burckhardus de Ehingen, quidam emit ad præbendam Aentringensem, à Rudolpho de Ehingen piæ memoriæ institutam. Sigillis suis firmarunt nobiles, Conradus Helfingius, & VVilhelmus Truchsessius Hoesingensis.

Ehingeni.

Halæ, Matthias florebat de Rinderbach: cum quo nupta erat Margareta Senfftina.

SIMON puer, Tridenti ab Iudæis excarnificatus.

In domo Samuelis, vbi Synagogã habebant, conueniunt 21. Mart. 1475. Tobias, Angelus, & Moses, die Martis. Nihil deest nobis (inquit Angelus) nec carnium, nec piscium. Tantummodo Christianus puer deest nobis. Nam moris ipsis est: in hebdomade Paschatis, Christianum puerũ si habere queant, cruciabiliter occidere, in Christi dedecus: & sanguine eius, in azymis vti, at vesci, contra factorem suum teterrimum. Qui sanguis, ab ipsis vocatur Ioel, gratiæ plenus sanguis.

Pueri Tridentini Simonis per Iudæos excarnificatio.

Die Mercurij, Samueli iubenti puerum furari, recusat seruus suus Lazarus, & abeo discedit.

Die Iouis Tobias, promissis (erat enim pauperior, & plures liberos habebat) & metu (ne recusans, à synagoga excluderetur) inductus, exit venatũ. Ibi blanditis puerũ quendã 29. mensis. Simonẽ nomine, elegantissimũ, sedentẽ ante patris sui domum, ad se pellicit: & in Samuelis domum rapit. Ibi pomis & vuis puerulum, ne clamaret, demulcent: donec mox præteriret dies.

Patuito

Parentes eum sui Maria & Andreas, dolenter quærunt vbiq;, sed frustra. Quæsituri etiam apud Iudæos (monitu aliorum puerorum) nisi nox interuenisset.

Ea nocte Moses & socij, plus vna hora puerum, sudario Samuelis obuolutum, excarnificāt & occidunt. Quomodo? Cultro glandē τοῦ αἰδοίου perforando: dexterā genarum, forcipe lacerando: dexterum crus itidem forcipe vellicando: totum corpusculū acubus & præmulis fodicando: atq; ita sanguinem excipiendo. Tanto scelere peracto, incredibiliter lætati sunt: tanquam Christianos vlti: tanquam Deo grato cultu præstito. Corpusculum inter amphoras vini abdiderunt, ac cœnatum descenderunt.

Die magno feriæ sextæ, siue die paresceues, Parentes & apparitores Magistratus puerum quærere: sed in vanum. Die Sabbathi, puero in mensa ante altare suum posito: cantus & ceremonias suas peregerunt Iudæi. Dominica resurrectionis Christi, Tobias de consilio sociorum indicat Episcopo Tridentino: infantem quendam rapiditate fluuij aduectum esse sub domum Synagogæ, & clathris inhæsisse. Induerant autem ei rursus amicula sua.

Fuerat hic puer 27. Octob. 1472. natus parentibus pauperibus: cum Episcopus Tridenti esset Ioannes Hinderbachius.

Deprehensa fuit, ac conuicta, fraus Iudæorum. Hi ergo, propter tantam crudelitatem in puerulum, & propter contumeliam in Christum, puniti pro dignitate sunt: Quomodo? Partim rotæ supplicio, partim exustione, partim candentium forcipum adhibitione. Qui tamen Christo se applicuerunt: gladio obtruncati sunt. Scripta fuit hæc historia Tridenti, 4. die April. Impressa vero Germanicè, Augustæ, per Gyntherum Zainerum, additis iconibus, An. hoc 1475. Inde hanc ego summam excerpsi. Brachia pueri expassa tenuerant Iudæi, ad figuram crucifixi Christi. Vaillis. *Supplicium illorum.*

REPETITIO HISTORIÆ HOHENSTAVFFENSIVM PROCERVM.

Ibi, ipsorum Genealogia, sepultura in Cœnobio Lorcha, exhumatio, & eulogium.

CAPVT XI.

NOndum absolui 1475. an. sed seorsim hic cōmemorabo rursum Lorchensia, & Hohenstauffensia: de quibus multa scripsi in secunda nostrorum Annalium parte: verum hic quædam etiam noua cognoscentur. Ea descripsi huc ex tabula quadam Lorchensis Monasterij: quā ibi ante paucos annos vidi, sed honesti adolescentes, apud nos bonis literis ac disciplinis dediti, iam ante mihi descriptam dederant: Ioannes Vdalius, Georgij Abbatis ibi, filius, 14. Decemb. 1575. Abel Vinarius, Abelis, qui in ea dignitate Vdalio successit, filius, 30. Maij, 1584. & Ioannes Angelus, Petri Angeli, ibi præfecti ac procuratoris, filius, 5. Ian. 1588. singuli diuersis temporibus, gratitudinis ergo mihi dantes (quem sciebant, cum alijs rebus Sueuicis, tum imprimis Hohenstaufficis, delectari) posterior quisq;, me iam à priore accepisse, ignorans. Huc igitur reponam, propter conditorum huius Monasterij ossa, hoc 1475. anno effossa, vt cognoscetur. Tabula proinde, prope ad verbum sic se habet: in qua tamen aliquid alicui desiderari queat. *Plures res Lorchenses.*

GENERAtionem præterire, aliamq; aduenire, testatur egregius ille Hebræorum Ecclesiastes: terram interim immobilem permanere: omniaq; tempus habere suum: & suis spacijs transire vniuersa sub cœlo. Quæ quam vera sint: non egent nostri styli declaratione. Nam eodem testante: non fit priorum memoria: sed nec eorum, quæ postea futura sunt, oritur recordatio apud eos, qui futuri sunt in nouissimo. Futura enim tempora, obliuione cuncta operient pariter. Ne autem hoc seculo nostro malo & nouissimo, posteris contingat, sicut etiam priorum: & obliuio pios, fideles, inclytos, ac fortissimos Duces Sueuiæ, postea Imperatores fundatores Monasterij Lorch, obruat: EGO FRATER IACOBVS SPINDLERVS, eiusdem Cœnobij seu Monasterij Lorch quondam cœnobita: nunc temporis Parochus ciuitatis Imperialis Gamundiæ: eorum Genealogiam, ex authenticis chronographorum scriptis: ad laudem & memoriam fundatorum: ad notitiam & vtilitatem fratrum, & legentium: nec non Monasterij decorem: in sequentem ordinem redegi, anno à Christo nato, quinquagesimo supra sesquimillesimum. *Alia ætas ex alia nascitur.* *Spindlerus Iacobus, harum rerum collector.*

Primo sciendum, quod ante Fridericum, qui ANTICVS dictus est, Baronem (vel, vt alij volunt, comitem) de HOHENSTAVFFEN, primum fundatorem Laureacensis Monasterij (quod è castro suo in cœnobium commutauit) nullius nomen nouimus: nisi quod prædicti Friderici antecessores, pij ac fideles: in allodio suo LORCH pago, collegiatam Ecclesiam, sex Vicarijs, sex Canonicis, & præposito, diuino cultui subseruientibus: in suorum successorumque defunctorum in Christo, piarum precum commendationem sepulturamque, fundauerint. Quā tamen sepulturam, post fundationem Monasterij, gloriosus Rex Romanorum ac Imperator *Fridericus Antiquus.*

Cunradus,

Cunradus, fundatoris filius, ex humatis in pago ossibus, transtulit in montem. Quod actum reperimus anno M. C. XXXX. post fundationem Monasterij XXXVIII. Quorum Genealogiæ tenor, à primo fundatore vsque ad vltimum huius stirpis talis est, vt sequitur.

PRIMI FVNDATORES.

FRIDERICVS, cognomento Anticus, Baro ex Hohenstauffen: primus ex hac prosapia Dux Sueuiæ, & Orientalis Franciæ: fundator Monasterij LORCH.

Vxor illius. *Vxor eiusdem, AGNES, filia Henrici quarti Imperatoris è prosapia Bauarorum.*

*Ambo sepeliuntur in corpore Ecclesiæ (*mitten in der Kirchen*) Monasterij Lorch.*

FRATRES fundatoris huius.

Fratres. *LVDOVICVS.*

WALTHERVS. In Lorch sepulti. De vxoribus & liberis ipsorum, nihil constat.

FRIDERICVS Ex Agnete genuit.

Liberi. 1. *CVNRADVM, postea Roman. Imperatorem.*

BEATRIX, vel (vt alij volunt) GERtrudis, eius vxor: quæ sepelitur in Monasterio, in dextro sepulchro ante sacristiam. Conradus vero iacet Bambergæ sepultus. Eligitur 1138. Moritur 1153.

2. *FRIDERICVM, secundo genitum, Vnoculum dictum, Ducem Sueuiæ: qui & apud S. Waltpurgam prope Hagenavven conditur.*

IVDITHA, filia Wolffgangi Nigri, Ducis Bauariæ filia, vxor eiusdem Friderici. Sepelitur in corpore Ecclesiæ apud fundatorem.

Conradi proles. CVNRADVS ex GERtrude genuit.

1. *Cunradum, Ducem Sueuiæ.*
2. *Henricum Regem Romanorum.*
3. *Remboldum Ducem.*
4. *Fridericum Ducem.*
5. *VVilhelmum Ducem.*
6. *Alterum Fridericum.*
7. *Beatricem filiam. Hi omnes pene in adolescentia mortui, in Lorch sepeliuntur.*

Et Friderici lusci. FRIDERICVS ex Iuditha genuit.

FRIDERICVM, postea Imperatorem, Barbarossam dictum.

Iuditha vero mortua, duxit in vxorem HAGNEN. Friderici Comitis de Zweybrück & Sarburg *filiam. Ex qua genuit CVNRADVM, quem fecit Fridericus Barbarossa Imp. comitem Palatinum ad Rhenum: & filiam CLEmentiam, quam duxit Ludouicus prouincialis comes Turingiæ.*

Frid. Barbarossa liberi. SEQVITVR FRIDERICI Barbarossæ progenies.

Huic in vxorem desponsata fuit filia Marchionis de Vogsperg: *sed diuortium inter eos latum est propter impedimentum consanguinitatis. Paulo post duxit filiam Rainaldi, Burgundiæ Comitis excellentissimi, nomine Beatricem. Perijt ipse in vndis apud Tyrum: anno Domini 1190. Imperij sui anno 38. In Tyro sepultus.*

Suscepit ex Beatrice filios.

1. *Henricum, Rom. Imperatorem, Regem Siciliæ & Sardiniæ. Iacet Panormi sepultus.*
2. *PHilippum, Ducem Sueuiæ. Qui vsq. ad maturiorem ætatem FRIderici, fratris sui Henrici filij, rexit potenter & sapienter imperium. Duxit in vxorem IRENEN, vel Græcam Mariam, filiam Isaacij Constantinopolitani Imp. Ipse Bambergæ occisus, ibidem conditus est anno 1208. Regnauit annis 9.*
3. *Fridericum, Ducem Sueuiæ. Qui cito mortuus, in Lorch sepelitur.*
4. *CVNRADVM, Ducem Sueuiæ. Quem pater fecit Ducem Orientalis Franciæ: qui secundum relationem antiquorum, in Lorch sepelitur.*
5. *Othonem, Comitem Burgundiæ & Bisantiæ.*
6. *Guilielmum: qui cito morte præuentus, Lorchæ sepelitur.*
7. *Fridericum: qui adolescens obijt, & in Lorch sepelitur.*
8. *Beatricem filiam. Quæ monialis facta, postea Abbatissa extitit Monasterij. Quentelberg. Ibidem iacet sepulta.*

LIBERI

LIBERI PHILIPPI, ROM. REGIS, SECVNDOGE-
niti Barbaroſſæ filij, ex Domina Irena. *Philippi Cæſaris progenies.*

1. *Reginoldus Dux.*
2. *Fridericus Dux. In iuuentute mortui, & Lorchæ humati.*
3. *Beatrix filia.*

Alij plures filias addunt.

Progenies Henrici VI. primogeniti Barbaroſſæ filij. *Et Henrici fratris.*

Henricus hic, thori conſortem adeptus eſt Conſtantiam: Rogerij, Regis vtriuſq; Siciliæ filiam: prius Abbatiſſam Monaſterij Beatæ Mariæ Virginis in Palermo. Eligitur anno 1189. Moritur anno 1198.

HORVM VNICVS F.

FRIDERICVS II. fuit.

Qui tertio ætatis ſuæ anno, Germanorum Rex eſt coronatus. Fuit ſub tutela matris & Philippi patrui, vſq; ad maturiorem ætatem. In Sicilia educatus. Electus ſmp. 1210. Obijt 1250. Sepelitur in Apulia.

Vxores Friderici II. *Friderici ſecundi coniuges & liberi.*

Habuit 1. *Mariam, Aragonum Regis filiam.*
2. *Helenam vel Iolen, filiam ſoannis Regis Hieruſalem.*
3. *Mechtildem Anglicam.*
4. *Non legitimam, Blancam, Marchioniſſam Montisferrati.*

Liberi ex tribus vxoribus.

Ex prima, Maria Aragonia. 1. HENRICVS: qui 12. anno ætatis ſuæ, Rex Roman. declaratus eſt. Poſtea rebellis patri incarceratur ab eo: & in carcere moritur: vel (vt quidam volunt) à patre necatur.

2. *CVNradus: quem, mortuo Henrico, curauit à principibus Regem Rom. eligi.*

Ex ſecunda, Iole. IORdanus: qui in iuuentute vitam cum morte commutauit.

Ex tertia, Mechtilde, nulla reperitur ſoboles.

Ex illegitima, Blanca.

1. *Entius. Quẽ Fridericus fecit Regẽ Sardiniæ. Bononiæ ſepelitur is in Eccleſia S. Dominici.*
2. *MANfredus. Hunc fecit Tarceti principem.*
3. *FRIDericus. Quem fecit Regem Antiochiæ.*

Manfredus vero, vir acerrimi ingenij, naturalis filius Friderici ex Blanca, Regna Siciliæ & Italiæ, tutorio nomine inuaſit: ſeq; Regem Sicilienſem fecit. Occiſus in bello eſt, quod geſſit contra Comitem Angeriæ: qui Regnum Siciliæ occupare intendebat. Reliquit duas filias. *Manfredus.*

1. *Conſtantiam: quæ nupta eſt Aragonum Regi Petro: qui poſt eius mortem Regnum Siciliæ obtinuit.*
2. *Mariam ſecundogenitã: quæ Monaſticen exercuit in Monaſterio B. Virginis Palermitano.*

Ex progenie autẽ Petri, Regna Siciliæ, Sardiniæ, Hieruſalẽ, Aragoniæ, tandẽ ad Reges Hiſpaniæ peruenerunt. Quæ regna inuictiſſimus ac clementiſ. ſmp. Carolus noſter V. nũc quiete gubernat.

CVNradus, ſecundogenitus Friderici II. ex Maria Aragonia. *Conradus Rex.*

Rex Rom. factus eſt: & conthoralem eſt nactus, Ducis Bauariæ filiam.

Hinc genitus eſt Cunradinus, vltimus Sueuicæ dynaſtiæ princeps. Hic cũ repeteret regna auita & paterna: Siciliam, Apuliã, Neapolin, Sardiniã: à Carolo Andegauiæ & prouinciæ comite, Regis Franciæ Ludouici fratre (per Papam vocato, vt Regnum Siciliæ occuparet) prælio victus eſt. Cepit hoſtis adoleſcentẽ 14. annorũ, vna cum duce Friderico Auſtria: & contra ius omni belli, compediũ Neapolin duci iuſſit. Ibi poſt multas oſtentationes & ludibria ad populum, eos decapitari imperauit. Cum quo excellentiſſima, Regalis ac ducalis Sueuorum dignitas, ab Aula deceſſit: ac dynaſtiam ſuo proprio ſanguine terminauit: anno M. CC. LXVIII. poſtquam vltra centum & viginti annos Romanum imperium gubernaſſent Sueui. *Conradinus.*

Quo iam ordine, & quot corpora Regũ ac Ducum Sueuiæ, in Monaſterio Lorch ſepulta ſint. *Sepultura pleroru̇mq; ex prædictis, in Monaſt. Lorcha.*

1. *Fridericus, Baro de Hohenſtauffen, primus ex hac progenie Dux Sueuiæ, Orientalisq; Franciæ (quas dotis vice à ſocero ſuo Henrico IV. Imp. acceperat: ac de ſuo caſtro Loricha fecerat Monaſterium & Abbatiam ordinis S. Benedicti, an. 1102. primus fundator) hic magnanimus princeps, rebus præclare geſtis, diem clauſit extremum: 2. ac cum ſua chariſſima Coniuge Agnete, Henrici quarti filia, in eleuato tumulo corporis Eccleſiæ ſepelitur.* *In corpore Eccleſiæ.*

INFRA

INFRA tumulum, in saxo tumulati.

3. *Fratres fundatoris, Ludouicus & VValtherus.*
4. *Duces Sueuiæ.*
5. *IVDITHA, Ducissa Bauariæ, vxor Friderici vnoculi, & Mater Friderici Imp.*
6. *Cunradus, Dux Bauariæ, Iudithæ frater.*

SEQVENTES conduntur in sanctuario, id est in choro eiusdem templi.

In Choro. *Sciendum, antiquitus fuisse tria sepulcra in pauimento chori, ante ingressum in sacristiam (vt à senioribus percepi) sed nunc vnum tantum ibidem est.*

IM MEDIO sepulcro iacent hæc corpora.

7. *Henricus, Rom. Rex, filius Cunradi tertij Imp.*
8. *Fridericus Dux Sueuiæ Barbarossæ filius.*

IN DEXTRO sepulchro.

9. *Cunradus, Dux Sueuiæ.*
10. *GERTRVDIS Regina, vxor Cunradi tertij Imperat.*
11. *Remboldus,*
12. *Fridericus,*
13. *Wilhelmus,*
14. *Alter Fridericus,*

} *Memorati Cunradi fratres, & filij Imp. Cunradi: cælibes & in iuuentute mortui.*

IN SINISTRO sepulchro tumulati.

Εἰρήνη. 15. *IRENE, vel Græca Maria, Regina, vxor Cæsaris Philippi.*

16. *Beatrix Regina filia eius. Innuptam obijsse ait Spindlerus. At Othoni Imp. nupta fuit. Nisi alius nominis filia ibi iacet.*

17. *Beatrix, filia Cunradi Cæsaris.*

Ante gradus Chori. ANTE GRADVS CHORI, vbi Epistola legitur, fuerunt ab antiquo duo sepulchra.

In vno.

18. *Reginoldus, Dux Sueuiæ, filius Philippi Imp.*

In altero.

19. *Frater eiusdem Fridericus.*
20. *Fridericus, Dux Sueuiæ, Barbarossæ, F. in iuuentute defunctus.*

Miror, quomodo duos Fridericos Spindlerus, Friderici Barbarossæ filios, Lorchæ sepeliat: cum etiam Fridericus, eiusdem filius, cum patre in Asia militarit, & ibi obierit. Sic tres habuisset filios Fridericos Barbarossa. Nam priores duos ait in adolescentia extinctos.

21. *Cunradus III. Imp. Sepelitur (inquit idem) in tumulo fundatoris, in corpore Eccles. iæ: cuius viscera sepulta iacent Bambergæ.*
22. *Guilielmus, Dux Sueuiæ, breui mortuus, Barbarossæ F.*

CATALOGVS omnium corporum.

CÆSAR.

Ratione dignitatis enumeratio mortuorum. *Cunradus III.*

REX.

Henricus, nepos Friderici fundatoris, Cunradi Cæsaris F.

DVCES.

Fridericus, Baro de Hohenstauffen.
Ludouicus.
VValtherus,

} *Fratres huius fundatoris.* } *Duces Sueuiæ.*

Cunradus, Dux Bauariæ, Iudithæ frater, vxoris Friderici vnoculi.
Et sequentes duces Sueuiæ.
Fridericus, frater Henrici Regis Rom.
Cunradus.
Remboldus,
VVilhelmus,
Alter Fridericus,

} *fratres eiusdem.*

Duo Friderici, & Guilielmus, Barbarossæ filij.
Reginoldus & Fridericus, Philippi filij.

CÆSARISSÆ, & Cæsareæ filiæ.

GERTRVDIS, Cunradi Cæs. coniux. *IRENE*

IRENE, Regis Philippi conthoralis.
Beatrix, Cæs. Conradi nata.
Beatrix, Irenes filia.

DVCISSÆ.

AGNES, fundatoris vxor.
Iuditha, Friderici vnoculi coniux.

NOTA sequentia, de apertione sepulchrorum: quæ (inquit Spindlerus) ab his patribus accepi, qui suis oculis viderunt.

Sepulcrorum apertio.

Anno Domini M.CCCC.LXXV. da ward der Stiffter Grab auffgethan: vnd mit dem Stein auffgehebt/ vnd new gemacht: vnter dem Ehrwürdigen Geistlichen Herrn/ Herrn Nicolaen von Arberg Schencken/ Abt deß würdigen Gotteshauß Lorch. Vnd zu der selbigen Zeit/ als Maria im Tempel geopffert ward: hat man funden viel Gebeins/ klein vnnd groß. Sind vnter solchen viel/ die drey Spannen lang gewesen seyen. Auch viel Haupscheilen. Vnd besonder/ als auffgethan sind worden die GRÆBER vor der Sacristey: hat man da funden Hauptscheilen/ an welchen noch hüpsch gelb Haar ist gewesen: vnd auch kleine Spörlin: auch ander ding/ das man vor Alter nicht hat können erkennen/ was es sey. Dabey sind gewesen die Alten deß Conuents/ glaubwürdige Vätter: Herr Caspar/ Prior: Herr Anßhelmus von Horckheim/ ein Edler/ Großkeller: Herr Oßwald/ nachmal Herr vnd Abt zu Murrhart. Welche solches alles beschrieben: vnd ich zum theil von jnen gehört: vñ solches den Nachkommen zuletzt gelassen. Es sind auch im Langmünster/ etliche Sachen in den Felsen gehauwen. Dann der Felß steigt allda auff biß zu dem Pauiment (Estereich) darinnen die Stiffter/ mit sampt den anderen seyen begraben worden.

Hæc omnia supradicta, Ego frater Iacobus Spindlerus ex Goeppingen, Conuentualis ibidem, conteſtor vera eſſe. Nam eadem anno 1519. ex antiquo libro deſcripſi: quem à ſenore patre Auguſtino, Priore, commodate acceperam: vt poſteris etiam memoriale Fundatorum relinquerem. Quia poſt iſtum annum, multa mala & damna Monaſterium Lorch expertum eſt: exuſtionem ſcilicet à ruſticis tumultuantib. ſpoliationem ẽlinodiorum abſtractionem priuilegiorum: & tandem profligationem perſonarum: quæ ex maiore parte in exilio defunctæ ſunt, vſq. ad annum reſtitutionis 1547. Da es etlicher massen wider erbauwet.

SEQVVNTVR ANTIQVI VERSVS VVLGARES de fundatoribus.

Eulogium defunctorum.

WIltu eben wöllen verſton/
Vnd vnſer Stiffter Namen hon/
Die bey vns ein Gruben gemein
Bedecken thut/ all jhr Gebein
Durchleſen: vernimm ſonderbar
Der nach geſchribnen Verßlein war.
Von Fürſten ſind ſie hochgeborn:
Ein Grub bey vns jhn außerkorn:
Auß denen der erſt ruwen thut/
Von Schwaben Hertzog Fridrich gut/
Ein Freyher: von Hohenſtauffen geborn/
Diß ſein Ort hat er außerkorn:
Als man zalte nach Chriſti leben/
Tauſent/ hundert/ vnd zwey darneben.
Das gmacht zu einer Clauſur fein/
Darinn zu dienen Gott allein/
Vnter Benedicti Regel/
Die erſten waren all Edel.
In dieſem Sarch nun ruwen thut/
Gott hab ſein Seel ewig in hut.
Dem ruwet ſein Gemahel Agnes by:
Jn der Mund Chriſt gelobet ſy.
Heinrich deß vierten Tochter zwar:
Von vns genommen zu der Engelſchar.
Zween Brüder/ ſeiner Mutter Kind/
Hie bey vns auch begraben ſind.
Darzu Gertrud ein Königin/
Küng Cunrads gar liebe Freundin.
Bey vns zur Aſchen worden iſt/
Künig Heinrich/ der edel Fürſt.
Darnach von Schwaben Friderich/
Der Hertzog hoch/ vnd löbelich:
Mit ſeinem Bruder Conrad ſchon/
Viel hoch gieng in der Himmel Thron.
Hienach damit jhr Brüder drey/
Merck/ wie eins jeden Name ſey.
Wilhelm/ vnd darzu Reinbolt/
Den drittn du Fridrich heiſſen ſolt.
Batrix jhr Schweſter hochgenand/
Ligt hie bey vns in dieſem Sand.
Gar Edel vnd gar miltesam/
Von Griechen (Maria iſt jr Nam) *Elphyn.*
Deß Kaiſers vō Cōſtantinopel tochter war:
Künig Philippen vermehelt gar offenbar.

Welch auch Irene würd genandt/
Beyn Griech vnd Teutschen wol bekandt:
Auch hie mit Aschen ist bekleit/
Als vns der Cronick Kundschafft seit.
Ihr Tochter Batrix ligt bey jhr:
Der Christus hie was all begier.

Wer fürgehnd/ liset diese Verßlein fein:
Der sprech/ Gott wöll jhn gnädig seyn:
Vnd jhn geben das ewig Liecht/
Mit dem sie jhn sehen ohn verdries.
Das wölle Gott auch vns verleichen/
Durch Christ das Leben lon gedeyen.

Sunt & latini versus eiusdem sententiæ. Sed iam claudendi hoc caput, & 1475. annum, tempus est. Vide plura infra 12. lib. cap. 35.

CLADES PRIMA ET SECVNDA, BVRGVNDIÆ DVCIS CAROLI. Eiusdem in tertia pugna interitus. Incendia Tybingæ & Herrenbergæ. Adelbergensium Non[illegible] transmigratio Lauffam. Pastor, S. Mariæ nuncius. VVilhelmi Herteri equitis virtus, & obitus. Eberhardus VVirtemb. Comes, Augustæ. Vittelij, patricij Augustani. Ecclesia parochialis Schorndorffæ. Ludouicus & Ottho, Constantienses Episcopi. Andronici Contoblacæ Græci epistolium.

CAPVT XII.

ANno 1476. Augustani Heluetijs auxilio miserunt Comitem Oetingensem Ludouicum, cum 50, equitibus: quoniam opem illi à ciuitatibus petierant.

Clades prima Caroli Burgundi, ad Gransium.

Carolus Burgundio, commisso ad Gransium prælio, superatur 3. die Martij Sabbato: atq; castris exuitur. Ibi ipse de suo tantum (vt aliorum procerum iactura taceatur) supra decies centena millia aureorũ amisit. Pecunia capta, non numerata est, sed pileis diuisa. Das heist gesenst. *Capti sunt bis mille currus: ac duo currus funium, ad hostes suspendendos: sed multa cadunt inter calicem, supremaq; labra. Captæ, octies mille claue cuspidatæ: maius & minus illius sigillũ: & viginti vexilla. Postea, fortes aliquot viri, equestri honore sunt donati. Carolus ante hac 250. Alemannos, siue Heluetios, suspenderet. Hac clade accepta, valde doluit idem: sed aberat desperatio, & vindictæ cupiditas aderat. Denuo igitur per mensem Martium, Aprilem, Maium, exercitum colligit: apud Lausannam quotidie lustrat: ex suggestu concionans animat. Non minus Heluetij, & fœdere coniuncti, se contra parant. Cum e[illegible]er alias erat Comes* Wecker de Bitsch: *atque Hipparchus, vir fortissimus & prudentissim[illegible]cis Austriaci præfectus,* Wilhelmus Herterus, *eques Sueuus. Relinquamus hos aliquandiu: & alia interponamus.*

Herter VVilhelmus.

Stutgardiæ Cancellaria.

Stutgardiæ ædificatum est hoc anno, ab illustri Comite Vlrico, Tabellarium, siue Cancellaria, iuxta arcem.

VVaiblingæ comessatores.

Waiblingæ erat maior præfectus, quidam Graueneckerus. Tunc noctu vagantes quidam κωμασταὶ iuuenes: inuento vigile ebrio & dormiente, in foro: currum quendã simarium, in platea inuentum, dissoluerunt: partes in Curiam sursum portarunt: iterum composuerunt: temonem per valuam porrexerunt. Mane, magna hominum admiratio tanti operis, & risus. Tunc, quod antea celeriter factum erat, iam longiorem in deportando laborem requisiuit. Conflagrarunt Tybingæ in foro ædificia 18. Inter quæ, das Staigerhauß: *hodie coronæ hospitium. Eiusdem anni 9. Iul. oppidum Herrenberga ita deflagrauit: vt ne quarta quidem eius pars remanserit. Consumpta tunc etiam flammis Curia cum literis est.*

Herrenberga.

Eodem 1476. (al. sequenti anno) regnante adhuc Comite Vlrico in Wirtembergia, *& Berchtoldo Dyrrhio Adelbergæ Abbatiam administrante: translatio facta est sanctimonialium, quæ hactenus præmonstratensis ordinis ibi seorsim vixerant, concessu Papæ in cœnobium Virginum prope opp. Lauffam. Discesserunt inuitæ: nec vlla sua culpa: verum tantum fauore Comitis, & Abbatis. Id cœnobium erat in tutela huius præsulis. Erant fœminæ 17. nobiles: quarum vna, ex genere comitum* Wirtembergensium, *inclyti Vlrici filia, Catharina nomine, Abbatissa. Quæ sepulta postea est (sic petens) Adelbergæ, secus ascensum summi altaris, anno 1497. iam nonagenaria. Alicui 1477. Iul. 5. defunctam inueni. Sed vere 1497. obijt. Causa translationis, in literis legitur: segregatim à Monachis, deuotius securiusq; Deo famulandi: cum sit valde periculosum, & ab omni honestate ac religione alienum, mulieres viris, præsertim religiosis, cohabitare: omnibus illis mortuis: ducis* Wirtembergensis *hoc Monasterium est factum.*

Adelberg. Moniales, translatæ.

Stutgardiæ, in fano S. Leonhardi.

Anno Domini 1476. Auff Sontag vor vnser Frawen Tag Geburt/ starb Adelheit Bichlin/ Hansen Bichels Haußfrauw gewesen: Der Gott gnädig sey. *Item, Gertrud Truliebin, proximo die Martis post Palmarum. D. G. G. S. Amen.*

Vlmæ. An. D. 1476. starb Jerg Besserer/ am nechsten Sontag vnd Abend S. Catharina. D. G. G. S.

In Templo

In Templo maiore Mundelshaimensi.

Anno 1476. ante Festum B. Pelagij, è vita hac excessit nobilis Theodoricus de Vrbach. Mundelshaim.

Viuebat D. Vlricus de VVesterstetten in Drackenstain, eques. VVolfius de VVesterstetten, tenuerat tam ante (vt & maiores eius) Altenbergum & Balhusam. VVesterstetten.

Redeo ad φιλοπόλεμον ὄτον ἄρηος Ducem Burgundiæ Carolum. Confligit hic secundum, cum τῷ ἄτλον ἀρηϊφίλῳ Helvetica gente, die Iun. 16. huius anni, ante op. Mortam: atq; iterũ succumbit: amissis amplius 18. millibus virorum: & circiter 1000. tentorijs. Præda, magna quidem ea, sed cum priore nequaquam conferenda. Interfuerunt strenuissimi bellatores, cum alij multi: tum Oetingensis Comes Ludouicus, ducens 400. equites Argentinensium: tum VVilhelmus Herter, & ipse ductor equitatus. Creauerat Comes Osualdus de Thierstain, 150. equites ante initiũ pugnæ: vt ab Vrstisio scribitur. Sed & Herterus, de quo modo dictum, multos Heluetios & alios (inter quos & Ducem Lotharingiæ Reinhardum) equestri dignitate illustrauit: Stumpfio lib. 13. cap. 18. testante. Hortationes ad fortitudinem, adhibitæ sunt: & exercitus prouolutione ingenua, preces ad Deũ fecit. Tunc diuina ope, & virtute exercitus, insignis hæc victoria est parta: ac post eã, Lotharingus in suã ditionem restitutus. Fecit hæc tanta clades Carolũ, tristissimum: vsq; eo, vt per aliquot dies lateret inclusus. Conabatur bellum Sixtus pont. componere: sed pertinacissime recusabat Carolus. Secunda Burgundionis Caroli clades, ad Mortam. Herter VVilhelmus.

Er ließ auch Fewreisen vnd Fewrstain / an die Fendlen mahlen: *ferrum & silices igniarios, in vexillis depingebat.*

Post hanc Caroli cladem, Geneua fœdus cum Bernatibus, & Vchtlandiæ Friburgensibus, iniit: ac postea 1528. pontificiam religionem abiecit. Geneua.

Cum autem Carolus Nanceium Lotharingiæ, iterum obsedisset (nam ei fuerat ereptum) ibi pauci Germani equites, è Mompelgardia erumpentes, profligarunt 300. Burgundicos equites, prædatum egressos: è quibus circiter 40. ceperunt. 13. Stumpff. 19.

VVirtembergici Comitis, cum aliquot ciuitatibus dissensio erat. Comiti Eberhardo Seniori, circa hæc tempora, & post, controuersiam fuisse inuenio, cum quibusdam Hegoiæ nobilibus. 1. VVilhelmo Fridingeno. 2. post mortem eius, cum filijs eiusdem Hansone, & Itelhanso: quod ab eis impediretur in suo apud Mulhusam iure, ad se solum pertinente. Eberhardi, VVirtemb. C. controuersia.

Palat. Philippus comitatum Lovvenstainensem, & ditionẽ Scharpfeneccensem, 1476. filio patrui sui Ludouico dedit: cuius posteritas adhuc tenet. Wideman. Eodem anno ad pagũ Niclashausam, in comitatu VVertheimensi, propter amnem Tubarum, concionatus est quidã pastor perditus, Tympanista, contra Magistratũ & Clerum: contra longos capillos, & acuminatos calceos. Dixit, omnia debere communia esse. flumina & syluas. Ad quem ingens est hominum concursus facti us ac pœnitentiæ causa, capilli calceiq; decurtati. Fingebat, sibi à S. Virgine Maria, hæc reuelatæ esse. Itaq; credulum vulgus cum appellitabat, Legatum nostræ Dominæ, vnser Frawen Botschafft. Tandem VVirceburgi ab Episcopo Rudolpho combustus est. Spectauerat enim res ad seditionem: Cum ille suos peregrinatores, ad certum tempus armatos esse voluisset. Quo anno etiam suarius quidã castrator, φιλοινος: vt pecunia sibi ab hominibus conferretur, vxorẽ suam simulauerat paralyticam: & per speciem miraculi, rectam fecerat, in eodem Niclashausano vico. Idẽ VVid. Lovvenstain & Scharpfeneck. Pastor seditiosus, S. Mariæ legatus.

Romæ mortuus est Ioan. Regiomontanus, insignis Astronomus: quem Germaniæ decus Palmerius vocat: & perpetuo stipendio, à Rege Vngariæ Noribergensibusq; donatum fuisse, ait. Regiomontanus.

Anno 1477. Carolus bellator, tandẽ finem facit bellandi. Nam 6. die Ian. nempe trium Regũ, tertio prælio victus ab Alemannis, cum viris 5678. ætate quadragenarius, occiditur, apud Nanceium. Tertio autẽ modo die, in fossa quadam glacie constrictus, & inde excisus, repertus est. Quẽ Dux Reinhardus, in tẽplo S. Georgij Nanceij, honorificè sepeliuit, atratus ipse etiã funus comitãs. Caroli Burg. tertia clades, & interitus, ad Nanceium.

Lud. Dringenbergius.

Oppida trina tibi, Dux Carole, dira fuere:
In rebus Gransen, grege Murten, corpore Nansen.

Ita Lotharingo ditio sua, tuta mansit. Austrius vero pecuniam suam, quam Basileæ deposuerat, recepit. Pars ditionis Carolinæ, Regi Franciæ Ludouico, cessit: maior vero pars, Maximiliano Austrio, propter Caroli filiam, ei desponsatam. Burgundiæ diuisio.

Paulus Iouius in libello, Impresse inscripto.

Il valoroso Carle, Duca di Borgogna, che fu ferocissimo in arme, volse portare la pietra focaia col focile: & con due tronconi di legno: volendo denotare, ch'egli haueua il modo d'eccitare grande incendio di guerra, come fu il vero. Ma questo suo ardente valore hebbe tristissimo successo: perche, prendendo egli la guerra contra Lorena & Suizzeri: fu doppo le due sconfitte, di Morat, & di Gran-

son, starattato, & morto sopra Nansi, la vigilia dell' Epiphania. Et questa impresa fu beffata da Renato, Ducati Lorena, vincitore di quella giornata. Alquale essendo presentata vna bandiera con l' impresta del focile: disse, per certo, questo sfortunato signore: quando hebbe bisogno discaldarsi: non hebbe tempo da operarei focili. Et tanto piu fu acuto quæsto Detto: quanto che quel della terra era coperto di neue rossegiante di sangue: & fu il maggior freddo, che si ricordasse mai à memoria d' huomo. Hæc, ille.

Realdus Columbus Cremonensis, Anatomicus Romanus, lib. 9. Anatom. cap. 16. vbi de situ vteri loquitur.

Humilitatis commendatio.

Huius situs est, inquit, in abdomine: inter vesicam, rectumq; intestinum. En, qui superbit, homuncio terra & cinis, inter excrementa natus. Nimis profecto miseri sumus: si rem ad vitam considereamus, neq; nos φιλαυτία cæcos efficiat. Sic, Realdus. DEVS autem HVmilibus dat gratiam.

VVilh. Herteri mors.

Die Dominico Reminiscere eiusdem 1477. anni, Basileæ diem suum obijt **Wilhelm Herter Ritter/von Tübingen bürtig** (*verba Christ. Vrstisij*) **ein notuester/kluger vñ wolberedter Mañ: welcher von Fürstē/vñ dem Adel/sehr vertrauret ward: als der durch sonderbare Kriegsgeschicklichkeit/zur gemeiner bundßgenossen Sieg wider den Burgundier/hochuerstandig gewesen: vnd in dreyen Schlachten/zu Granse/Murten/vnd Nanse/grosse Ehre eingelegt. Sein Leichnam ward gen Tübingen zubestatten geführet.**

Eberhardi C. pugna prope Rotvvilam.

Pugna quædam commissa est inter Wirtembergicum comitem, *& aliquot ciuitates, non procul à Rotvvila: vbi multi nobiles, & præcipui viri perierunt. 5. Stumpf. 39.*

Augustæ hastiludium.

Nouemb. 6. venit Augustam Eberhardus Barbatus, comes Wirtemberg. *In cuius honorem (teste Gassaro) celebratū in foro vinario hastiludiū est: in quo ipse comes, & alij comites, hastis cū currerunt. Seni item nobiles & ciues, inter se hoc certamen exercuerunt. Nobiles: duo à Velberg, vnus Reussius, vnus Dachenheuser, vnus Spætus, vnusq; Schenckius. Ciues: Eitelhans & Hartmannus Langenmantelij, Georgius Hofmaier, Marcus* Walther, *Lucas Rauenspurger, ac Ludouicus Meutingus. Brabeū, primū & alterū (qui erant duo annuli aurei) Reussio & Hofmaiero cessit. Antea vero, 19. Apr. eiusdē 1477. anni, duo patricij in perlerino foro ἀπεμαχέσαντο, Vittelius* Ioannes (*qui ter consulatū gesserat: ac quinq; annos, inter Imperatoris aulicos vixerat*) *& Leonhardus frater eius, senator: cum 12. Apri. cōprehensi fuissent: instinctu Cos. Vlrici Schuuartzij, ex fabrorum lignariorum tribu: quod verbis atrocioribus in eum inuecti fuissent. Leonhard: morturus, accusatorem in ambone curiæ stantem conspicatus: Tu, ὦ κλέπτα, exclamauit, altero anno penderis.* Liechtenberger. *Sic factum est. Quod & Ioannes Liechtenberger, Canonicus ad D. Mauricium, ei ex astris prædixerat. Fratres, post mortem suā, mox honeste in Maiorum monumentum illati sunt. Fratrem habuerunt Teutonici ordinis, regionis commendatorem in Austria. Is periculū iudicij postea euitauit ciuitati. Eam tamen 1482. April. 21. Cæsar absoluit. Nec amplius hodie Vitteliorum familia est. Cæptum est hoc anno Augustæ, ligna, quæ vendebantur, metiri.*

Schorndorffæ templum.

Schorndorffæ templum 1477. conditum est: quod adhuc videmus, parochiale: sed duodecim annis antea, pecunia ad ædificationem eius est collecta: sicut id ex quodā Diplomate patet. Guilhermus, Episcopus Ostiensis Alanus, tt. S. Praxedis: Bernardus tt. S. Sabinæ, &c. Cardinales, vniuersis & singulis, præsentes nostras inspecturis, salutem in domino sempiternam. Si populus Israeliticus, qui sub vmbra legis frequenter accedens, oraturus ad locum, quem Dominus elegerat: vota sua, & donaria plurima, ibidem offerebat: tanto frequentius populus Christianus, cui apparuit benignitas & humanitas Saluatoris: tenetur Ecclesias, in quibus Christus ad nostrorum abolendam criminum corruptelam immolatur, cotidie congruis honoribus frequentare: & offerre munera cum omni puritate: quanto certiora sunt experimenta rerum, quam ænigmata figurarum.

Gruenbach.

Cum igitur (sicut per Venerabilē virum, Magistrum Albertum Gruenbach, Rectorem parochialis Ecclesiæ in Schorndorff, nobis nuper significatum fuit) Ecclesia Parochialis sanctorum, Basilidis, Naboris, Cyrini, & Nazarij, oppidi in Schorndorff Constantiensis diocesis, &c. in suis structuris, campanis, ædificijs, & alijs ornamentis Ecclesiasticis, magnum defectum habeat: & ad reparationem præmissorum, dictæ Ecclesiæ facultates non sufficiant: sed ad hæc, Christi fidelium subfragia sint plurimum opportuna, &c. de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate, confisi: omnibus & singulis vtriusq; sexus hominibus, vere pœnitentibus, &c. & ad huiusmodi structuram manus porrigentibus adiutrices, singulis festiuitatibus, &c. centum dies indulgentiarum, de iniunctis eis pœnitentijs, misericorditer in Domino relaxamus, &c. Anno M. CCCC. LXV. Romæ, Maij 25. die Sabbati.

Sequun-

Sequentibus decem annis, collecta est etiam ad turris ibi ædificationem pecunia, ipsum Templum, ex quadris lapidibus præclare extructum est: fortibus cum pilis, intus & extra; ac cum tribus magnis portis, in totidem lateribus. Longitudo, 122. pedum: Latitudo, 68. altitudo, 45. Satis est luminis. Proiecturæ quoq; sunt quinq;, octonorum pedum. Duæ, Austrum versus; tres, Boreā versus. Habet duos choros, maiorem & minorem: sacrarium, tres ambones (Borkürchen) organum musicum, turrim & campanas. Maior chorus, in longitudinem extenditur 28. pedum: in latitudinem, 30. Sed in summo, iuxta aram, 35. pedum. In boreali Ecclesiæ parte, sacramentaria fuit ædicula, artificiosissime sculpta. In eadem parte nomen est hoc, Elisabeta Schreinerin, quæ sine dubio aliquid ad ædificandum contulit. Descriptio illius Templi.

In vtraq; parte chori, cathedræ ex quercu artificiosæ, denorum ternorum sedilium: ibi Diapsalmatibus decantari solitis. Factæ 1533. ab artificibus, Chiliano Schneidero, & Christophori Frey Vitrico Michaele Schreinero.

Ludouicus, nobilis Freibergius Stellifer, Legum D. vir callidus & strenuus: Episcopi Constantiensis Hermanni coadiutor, sed mox loci eius inuasor: eo mortuo, sedem occupauit: quoniam Papa fautore vtebatur. Sed collegium ei comitem Sonnenbergensem Othonem obduxit. Constantienses Episcopi.

Itaq; hic Constantiæ, alter Ratholphicellæ, sedebat: vterq; suum senatum & consistorium habens: nec Xysto Pont. cedere iubenti, cessit Otho. Moriente tandem Ludouico Romæ 1484. Othoni dignitas mansit: sed vtriusq; partis expensas, magno Episcopatus incommodo, soluere coactus est. Obijt 1491. Brusch. Ratholfscell.

Prima gratia Papalis Vracum venit: Carthusia in cœnobium Gietelstainum collata. Gietelstain.

Wir Degenhart von Gundelfingen/ Frey hoffrichter/ an statt vnnd in Namen deß wolgebornen Graffen Johansen von Sultz: von deß aller Durchleuchtigsten Herrens/ Herrn Friderich Keysers/ &c. *Henricus Ernestus, & Burckardus, de Gyltlingen, poscebant pecuniam quādam,* **von der Ersamen vnd Edlen Jungfrawen Endlin Herterin von Hertneck: deß Strengen Herren Wilhelm Herters ehelichen Tochter/ als seiner Erbin.** *Mentio etiam ibi Simonis, Sonnenbergensis Comitis. Feria 3. ante Sim. & Iudæ.* Herterina Anna.

In negotio cuiusdem Gamundiana ciuis, Annæ Krumpainiuæ, literas signarunt, die S. Mariæ Magdalenæ nobiles viri, Caspar Häck de Hoheneck, & Georgius de Horkom.

Progressus linguæ Græcæ in Germania.

Andronicus Contoblacas, vtriusque linguæ peritus, Ioanni Reuchlino. Contoblacas.

Tuum modo ingenium, literarumq; Græcarum experti doctrinam, magnopere optamus atq; hortamur: vt alios literas Græcas edoceas: quod multum conducet. Nam non modo tibi id muneris prodesse, sed etiam auditoribus honori fore, arbitramur. Quare tua doctrina, atq; nostra autoritate fretus, literas græcas audire volentes erudias: & vt ipsi doctiores indies euadant; tuipse in legendis autoribus clarior ac venustior sis. Vale. Basileæ, an. 1477. In Italia, Domitius Calderinus mortuus. Vngariæ Rex Matthias, Austriam Styriamq; ad Bauartam vsq; vastat: & Bohemiæ coronam Imperateri extorquet. Vxorem duxit, Neapolitani Regis Ferdinandi filiam. " Græca L. Doctor in Germania, Reuchlinus. " Matthias, R. Vngariæ.

PRINCIPIVM TYBINGENSIS ACADEMIÆ, ET COLLEGIATÆ IBI Ecclesiæ. Oppidi Tybingæ situs. Honoratæ personæ, professores, studiosi, Scholę Tybingensis. Primus Rector Ioan. Nauclerus. Scholasticæ sectæ Realium & Verbalium. Cancellarij eiusdem Academiæ.

CAPVT XIII.

Eodem 1477. an. Academia Tybingensis inclyta, ab illustrissimo Wirtembergiæ Mompelgardiaq; comite, Domino EBERhardo Barbato (quoquo versus literis suum institutum significante) tanquam fons quidam vitæ (sic ipse appellauit) matris etiam illustrissimæ Mechtildis hortatu, & patrui Vlrici auxilio feliciter fundata est: vt semper haberet ipse copiā eruditorum virorum: quos honorabat, & ijs impense delectabatur. Hunc enim sibi thesaurum, ac toti posteritati, ad honorem Dei, ad vtilitatem Ecclesiæ & Reipub. ad ornamentum celebritatemq; ditionis suæ, fore maximum existimabat. Parochialem etiam Ecclesiam S. Georgij (dignitatē è Syndelphinga Tybingā transferens) in collegiatam eleuauit: idoneis Canonicis, & præposito, cōstantem. Contra, seculares constituit Canonicos (Weltliche Chorherren) Syndelphingæ: permissu Sixti P. & Imp. Friderici. Priuilegia dedit vniuersitati. scripto cōprehensa, 1477. die S. Dionysij: quæ populo quotannis in Sangeorgiano Templo, Die Dominica S. Georgiū sequēte, ab Archigrammateo recitantur: vt sciatur ab omnibus, nulla re studiosæ iuuentuti nocendum, sed eius commoda promouenda, esse: Germanicis verbis alicubi sic legi de hac institutione. Tybingensis Vniuersitatis fundatio. Syndelfingensis collegij translatio Tybingam.

Anno 1477. Ist die hohe Schul zu Tüwingen/durch Graff Eberhart den Bartman gestifft: vnd durch Gabriel Bihel/einen Kapplins Münch/gepflantzt. *Collocauit autem Academiæ suæ sedem potissimum Tybingæ: quod id oppidum proximũ est dignitate post Stutgardiam, vbi aula est principum: & quod permagnam id habet amœnitatem circumquaq;.*

Gabriel Bihel.

Tybingæ descriptio.

Superiorem enim eius partem, vbi Scholæ collegia & auditoria sunt, nempe meridionalem, præterlabitur amnus Nicer, murum oppidi lambens. Ibi prata, horti, agri, campi, pulchra; qua, vallis Necarica vocatur: in qua vicini pagi sunt, si à meridie ad occasum ascendas, Deredingen, Wila, Bybela. & ad dextram trans Nicrum Hirsanuia. In eandem vallem, à meridie Tybingam versus descendit Stainachiana Vallis: & riuus Stainach in Nicrum influit. Ad dextram & sinistrã Tybingæ, montana sunt: inter quæ ipsum oppidum sedet: quia altius posita est pars, quæ Academiam habet: sed inferior pars ad Boream vergit, vbi Vinitores & opifices habitant. Mons, qui ad dextrã nempe orientem, est, Orientalis vel Anatolicus appellatur: qui vsq; ad vicum Lustnauiensem porrigitur, per sextam forte partem milliaris Germanici. Is mons satis altus, vbi cacumen eius est: ad meridiem, fere attingit Nicrum: & ibi cultissimis vineis, per totã sui longitudinem, vestitus est. In opposito, Boream spectante, latere, prata & vineas quasdam habet. Intertibus intermediis, hortos, prata, agros, latumias. Scaturigines fontium in montis lateribus sunt: Lepusculi in ipso capiuntur. Mons alter, qui ad occasum est oppidi: vbi arx principalis cõspicitur,

Oesterberg.

Kautzenbuhel.

Kautzenbühel *(quatenus iuxta eã situs)* vocatur. *Meridionalis vero eorundẽ montanorũ (valde longorũ) pars, infra quam Nicer fluit, perpetuo vineis exculta est: cuius cliuus quidam, arcu vocatior,* Pfaltzhalda *nuncupatur: sine dubio, ab hac ipsa arce, vel castello: quod Illustriũ Palatinorũ Tybingensium quondã sedes fuit. Pars septemtrionalis, hortos & prata habet. Mediã partem, qua longius ab oppido recedit, nemus amœnum occupat. Ad quorum montanorum finem, trans vallem occidentem versus,* Wurmlingensis *mons est, de quo dudum diximus. Inde, vno à Tybinga milliario, oppidũ Rotenburgũ, in planicie iacet. A Tybinga, occidentẽ, & pagum Iesingam, versus, vallis Ameranaest (à riuo Amera, qui eã perfluit, & iuxta murũ Tybingæ in Nicrũ defertur, nomen habens) amœna & ipsa: in qua, multa prata: ac trans vallẽ, Boreã versus vineta perpetua, in montanis oppositis. Rursus si Aquilonẽ versus, porta (meæ domui vicina) Lustnauiensi exeas, Eßlingã & Stutgardiã petiturus (quæ ternis à Tybinga milliaribus, & inter se vno milliari, absunt) nõ ita longe progredienti, vallis Bebenhusana occurrit: in qua Monasteriũ Bebenhusa, semimilliario à Tybinga situm est, valde amplũ. Ita montibus, vallibus, vineis, hortis, pratis, agris, cãpis, fluuijs, vicis, pulcherrimus oppidi & Academiæ Tybingẽsis situs est, idẽq; admodũ salubris.*

Amerthal.

Qui tunc primo in matricem, vel album Academiæ, inscripti fuerint.

Rectore primo, Ioanne Nauclero.

Rector Scholæ primus Nauclerus.

Ne personarum huius scholæ; varios per euentus transeat memoria (inquit de se Nauclerus) Nos Ioannes Vergenhans, Decret. Doct. Rector primæuus almæ vniuersitatis Tuvvingen (constantiensis dioces. prouinciæ Moguntinæ) anno à natiuitate Domini 1477. die festa sanctæ & viuificæ Crucis, anno Indictionis decimo, atq; sexto anno pontificatus Sixti quarti: anno vero inuictissimi Principis & Domini Dn. Friderici, Rom. Imp. semper Augusti, vigesimo quinto: nomina matrici nostræ incorporare cœpimus. Sunt autem hi.

Catalogus primo in Album Acad. Tybing. inscriptorum.

Reuer. in Christo pater & Dominus, Dominus Heinricus, Abbas Monasterij in Blahuren. Vener. vir, Mag. Ioan. Taegen: præpositus Ecclesiæ collegiatæ, beatissimæ virginis Mariæ, & Sancti Georij martiris, atq; cancellarius Apostolicus, Vniuersitatis Tuvvingensis. D. Antonius de Pforr, Rector Ecclesiæ parochialis in op Rotenburg prope Necarum. M. Ioan. Heghach, Decretorum Doctor, Canonicus Ecclesiæ collegiatæ supradictæ. M. Baltasar Meßnang, Decret. Doctor, consul Illustris & Magnifici Domini D. Eberh. Comitis in Wurtenberg & Mompelgardo. &c. patroni nostri. M. Lucas Spetzhart, Med. Doctor iam dictique Comitis Phylicus iuratus. M. Laurent. Mareachus, Nouanus, ciuis Genuensis, Iur. vtriusq; Doct. in dicta nostra vniuersitate Legum ordinarius. M. Ioan. Giltlinger, supramemoratæ Ecclesiæ Collegiatæ Canonicus. M. Ioan. Matus vtriusq; Medicinæ Doct. ordinarius. M. Lud. Truchsæß de Hæfingen, Doct. in iure Canonico. Renunciauit priuilegijs 1496. in Vigilia Vigiliæ Natiuitat. in conspectu vniuersitatis tunc conuocatæ. D. Albertus de Rehberg, præpositus in Elvvangen, &c. D. VVolfgang. de Zulnhart, præpositus in Gœppingen, &c. M. Ioan. Stein de Schorndorff: ipsius Vniuersitatis Collegiatus, atq; Facultatis artiũ Decanus primus. M. Vdalricus Freuel, Plebanus in Dorendingen. M. Ioan. Ræser. plebanus in Æntringen. M. Ioan. Han de Hærben, S. Theologiæ Baccal. formatus, Vniuersitatis Syndicus, & procurator primæuus, librorum sententiarum lector. M. Georius Harisæsser. M. Petrus Rumetsch de Bulach. M. Ioan. Liechtkammerer, plebanus in Oetlingen. M. Ioan.

M. Iohan. Vetter de Bernſtatt. M. Conradus Veſsler, eiuſdem vniuerſitatis collegiatus. M. Ioan. Marchtolff de Rotenburg. M. VVilhelmus Mitſchelin, ſimiliter collegiatus. M. Ioan. Buchler de Herenberg. M. Iohan. Hinf de VViſenſtaig. M. Conradus Schæferlin, item collegiatus. M. Georius Coci, Plebanus in Luſtnovv. M. Daniel Gienger de Vlma. M. Alexander Marchtolff de Rotenburg. M. Iacobus Lindlin. M. Conradus Huf de Minſingen. D. Henricus de Sax, Baro. Renuntiauit priuilegiis 1479. in præſentia Doctorum & Magiſtrorum de conſilio. M. Michael, & M. Iohannes, Brecklini, fratres, de Canſtat. M. VVendelinus Franck de Beſtken. M. Petrus Kraffi de Reutlingen. M. Andreas Silberer de VVila. M. Mangoldus, Canonicus huius Eccleſiæ. M. Iohan. Pfot Eſslingēſis. Cæterorum ſuppoſitorum nomina aliquot.

Aliorum inſcriptorum nomina.

Frater Vdalricus Pfœvvlin de Gamundia: Prior domus fratrum Heremitarum, ordinis S. Auguſtini in Tuvvingen. Dn. Conradus Brunig ſenior, Decanus ruralis & Plebanus in Tubingen. D. Conrad. Fabri, Pleb. in Boltringen, ipſius Decanatus ruralis, Decanus modernus. D. Ioh. Ernſt, Capellan Hoſpitalis in Tuvvingen: ac fabricæ ſupratactæ Eccleſiæ collegiatæ procurator. D. Iohan. Buchlin, Capell. caſtri in Tuvvingen. D. Matthias Horn, protonotarius, cauſarū matrimonialium Commiſſarius. D. Gregorius Maius, Notarius, & Rector Scholarū particularium in Tuvvingen. D. Iohan. Ainber, Capell. in Schuuartzloch. D. Caſpar Motzbeck, primiſſarius in Luſtnovv. D. Hainr. Breitenſtain, Capell. apud S. Iacobū in Tuvvingen. D. Iodocus VVidman de Ottlingen: Vicarius Eccleſiæ collegiatæ in Tuvvingē. D. Georgius Kenlin de Magſtatt, ipſius Eccleſiæ Vicarius. D. Iodocus Meder de VVila, eiuſdē Eccleſiæ Vicarius. D. Michael Cun de Rutlingen, ſocius diuinorum in Tuvvingen. D. Iohan. Adler, D. Rudolphus Kurner, presbyteri. D. Vdalricus Bruchſel, artium Baccalaureus, Capellanus in Tuvvingen. D. Michael Rucker, Vicarius perpetuus in Enningen. Iohan. Scharner (al. Bart.) de Tuvvingen: procurator foraneus Cameræ Epiſc. Conſtantienſis. Gabriel Ritter de Tuvvingen. Bernhardus Gruckler de Bulach. D. Iohan. de Houen prope Vrach, de armigerorum genere. Iohan. VVedelin, pedellus iuratus vniuerſitatis. Iacobus Herbrand de Giengen. Gregorius Lamparter de Bibraco, ſtudens Baſilienſis. Primam Lauream accepit 1477. Tubingæ. Vlricus & Hieronymus Kraffti, Vlmenſes. Iohan. Kunlin de Schorndorff. Ludouicus Krus de Herēnberg. Martinus Plantſch de Dornſtetten. Franciſcus Ehinger, Barthol. Guntzburgen, Andreas Streler, Matthæus Amman, Hieronymus Streicher, Vlmenſes. Iohannes Nægelin de Lipphain, Baccalaureus. Et alii plures docti, Baccalaureiq; multi.

Magiſtrorū primorum promotio.

Primos Magiſtros promouiſſe (multos opinor, ſupra numeratos) dicitur hoc 1477. anno, M. Ioan. Stein Schorndorffenſis.

Reales. Verbales. Quæſtionis de prædicamentis λύσις.

Extiterunt autem in philoſophica profeſſione duæ ſectæ (quæ diu poſtea durarūt) Reales & Verbales: id eſt, res ne, an verba, ponantur in prædicamentis. At neutra in eis ſola ponuntur: ſed τὰ νοήματα, intelligentiæ, intentiones, notiones: quæ ſunt τῶν πάντων, vniuerſales ſpecies, & vocabulis exprimuntur: id eſt, Res ponuntur in prædicamentis cauſa νοημάτων, vel intelligentiarum, per ſe: ac per accidens poſtea, cauſa ὀνομάτων, vocabulorum. Sed quia vocabulis accidit aquiuocatio propter quam ad plura prædicamēta poſſunt referri) ideo ea ſunt Dialectico aut philoſopho, diſtinguenda. Tum quod q; νόημα, vel ſignificatio, ad vnum genus ſeu prædicamentum, pertinebat. Auentinus lib. 6. Annal. Boiorum, circa annum Chriſti 1137. à Rucelino Brittanno, hæc Realium & Nominalium genera nata ſcribit. Illius generis, Thomam Aquinatem Italum, & Ioan. Dunſonem Scotum: huius, VVilhelmum Occomenſem Anglum, & Marſilium Haidelbergenſē Acad. inſtitutorem, anteſignanos fuiſſe.

Origo illarum duarum ſectarū.

Præpoſiti & Cancellarii Tybingenſis Eccleſiæ & Academiæ, vſque in hunc 8. diem Decemb. 1591. anni.

Præpoſitorum & Cancell. catalogus.

1. Iohannes Tagen.
2. Ioannes Vergenhans, vel Nauclerus, Decret. Doctor.
3. Ambroſius VVidemannus, Iur. Doctor.
4. Iacobus Beurlinus,
5. Iacobus Andreæ,
6. Iacobus Herbrandus,

} Theologiæ Doctores.

A. 1477. vltima die menſis Auguſti, die Veneris, teſtimoniū Baccalaureatus adepti, & probatorum morum, fratribus duobus Vlmenſibus, Vdalrico & Hieronymo Craffiis, dedit Melchior de Kunſpach, artium liberalium M. & S. Theol. Baccalarius formatus, Decanus facult. artium ornatiſſimi ſtudii Baſilienſis. Ex literis

Kraffiū.

MAXIMILIANI AVSTRIACI, CVM MARIA BVRGVNDA CONIVgium. Nonnarum Gnadencellensium reformatio laboriosa. Tybingensis Academiæ progressus. Exorcissatio vermium sacerdotalis. Argentinæ, Ioan. Kaisersbergensis.

CAPVT XIV.

SEquitur 1478. annus Christi: quo hæc gesta sunt.

Maximilianus, Imp. Friderici F. potenti cum exercitu Burgundiam ingressus: virgunculam Mariam, Caroli Bellatoris filiam, vxorem accepit: ac Burgundiæ Ducatum sibi vendicauit. Ex illa Philippum & Margaretam procreauit.

Maximiliani Austr. coniugiũ.

Vlricus, & Eberhardus F. Comites VVirtembergenses, instaurarunt Kirchoteccensem Parthenonem, exeunte mense Maio.

Kircheim.

Etiam illustris Eberhardus senior, in instaurandis Gnadencellensis Gynæcei bonis moribus elaborauit hoc circiter tempore. Cum enim valde dissolutè ibi (vt iampridem est dictum) viueretur: ipse fœminis disciplinam seuerè imperauit. Aliter eas è cœnobio exturbatum iri. Se non laturum amplius talia scandala in sua ditione. Illæ, ad genua eius accidentes, sollicitè orare veniam: emendationem sui polliceri. Iubet Dominus, ipsæ ostenderent Reformatrices aliquas, vnde adducendæ essent. Se eas huc curaturum. Respondent, se libenter passuras correctionem: modò ne Reformatrices venirent ex locis exteris. Illas Pfortzenses exhausisse optimum vinum: mactasse pecus omne: se ad egestatem redactas esse. Rebus deuoratis, Pfortzhaimum illas reuolasse. Si non admiseritis correctrices (inquit comes) quomodo sub obseruatione Regulæ viuetis? At illæ (inquiunt) luxui in sua obseruantia suetæ, non possunt nostram penuriam tolerare. Ergo (inquit Dominus) in alia cœnobia vos transferam: vt intercidat Monasterium Gnadencella: cum ea non possit Regulam sustinere. Nam licentiam, & propudiosam vitam, non feram. Petabant mulieres, sibi præfici aliquem bonum senem, patrem seu confessorem. Se huius præceptis obtemperaturas. Placuit Principi consilium. Cui suaserunt Consiliarii, sumere Ioannem Maierum, vt aptum futurum eis patrem. Hic erat patria Tigurinus: vbi & in prædicatorum ordinem adolescens venerat, ac professus in cœnobio irreformato, Basileam ad Reformatos prædicatores venerat: optime se gesserat: Iuniores Monachulos erudierat.

Gnadencellensiũ Sanctimonialium reformatio, proposita.

Ioan. Maier, illarum Magister, sed inutilis.

Deinde 1452. anno egressus, suos cognatos in patria visitauerat: ex iisq; Felicem secum Basileam duxerat (tum 15. annorum: postea Vlmæ apud prædicatores degentem) effeceratq;, vt ibi vestitum ordinis caperet: ac sequenti anno professionem faceret. Doctus vir erat Maierus: Chronica ordinis sui scripsit: cœnobiis vtriusque sexus reformandis interfuerat: multis in locis confessorem egerat. Comes Eberhardus, probato suorum consilio: mox in Brisgoiam misit: concessu patris prouincialis, hominem Gnadencellam adduxit. Qui nihil ad diligentiam reuocandæ disciplinæ sibi reliquum faciens: senex πέπειρος καὶ πρᾶος, mitis, non magni ab iuuenibus & indomitis fœminis fiebat. Attamen in Choro fani cum eis stans, diligenter docebat canare. Hæ vero in scalis ei ponebant veteres ollas aut catinos, aut mensarios orbiculos: vt gressibus eius impulsa, sonitum facerent: ipsæq; sibi à visitatione eius cauere possent. Intelligebat senex astutias muliebreis: sed susq; deq; ferens, officio fungebatur. Incidit in morbum postea: & suasu medicorum, in pristinum aerem rediit: ac benè exceptus in Brisgoia, conualuit. Successit in locum eius, VVimpina veniens, Pater Ioannes Butzenstengelius. A quo mulieres dissederunt: Crimini dantes (vere ne, an fictè?) ἐκφερεμυθίαν, enunciationem arcanorum ex confessionibus. Ita parum illarum correctio procedebat.

Post ipsum, Ioan. Butzenstengel.

Cogitabat igitur princeps Eberhardus: quomodo astutas & rebelles fœminas Dachenhusam traduceret: & capuciatos fratres Gnadencellam introduceret. Sed semper aliquid interueniebat. Tunc, Academia Tubingæ erecta, libenter ibi conuentum prædicatorum habuisset: in quem docti patres missi essent: & studiosi sacrarum literarum adolescentes. Ideo vocauit prouincialem, M. Iacobum Stubachium, & Vicarium Ioannem Bruserum, Magistrumq; Ludouicum Fuchsium Vlma, & alios patreis. Cum his consultabat de cœnobio prædicatorum erigendo: & de Augustinianis in eremum Gnadencellanam transmittendis: cum Eremitæ S. Augustini vocarentur, nec admodum docti essent. In eorum ergo locum prædicatores introducere, animus erat. Item, calcitrantes istas contra stimulum Moniales, in potestatem prædicatorum tradere: qui eas in diuersa Monasteria dissiparent. Sed ne hoc quidem successit: quia non videbantur Augustiniani, expellendi. Hoc tamen promiserunt illi patres: omnino se operam daturos: vt Gnadencellæ conuentum, correctum redderent.

Prædicatorum Monasterii irritum propositum Tybingæ condendi.

Perue-

Peruenit ea fama ad aureis mulierum. Tum eæ, vt præsidio se munirent aduersus impositionem iugi: filias primariorum hominum, quas antea recusarant, iam in ordinem suum adsciscere conabantur: dictitantes, suas res iam in vado esse. Comes vero, fraude animaduersa, eis hoc vetuit: illæ ira furere, & malum cogitare. Tandem tamen emendatio successum habuit. *Mulierum illarum conatus.*

Seuero namque Principis studio factum est: vt Vicarius Ioannes Bruserus, mulierum pater (habens omnem à prouinciali suo potestatem agendi arbitratu suo de parthenonibus VVirtembergiæ) hinc inde obequitans, quædam loca idonea deligeret: in quæ Gnadencellanæ dispescerentur. Quandiu enim hæ in antiqua sede manerent: nulli reformationi locum videbat esse. erant ipsæ numero tantum XI. quia diu non licuerat eis per Dominum, vllas capere puellas vestales. Illæ verò, cum resciuissent, se diuulsum alio à se inuicem iri: furenter discurrebant: propinquis suis de iniuria conquerebantur. Sibi & aliis molestias creabant. *Contra ipsas Ioan. Bruserus.*

Comes, re cognita, Vicario, & Cancellario suo, negotium dedit: vt è Sylo Selestadii probatas emendatrices adducerent. Dum hoc fiebat: Offenhusanæ ista, quicquid efferre poterant (vestes, lectos, vasa, & alia) suis propinquis transmittebant. Quæ non poterant transferre: in angulos tenebricosos intrudebant, aut in terra abstrudebant. Lebetes quoq; æneos vili vendebant: dulce vinum & frumentum emebant. Non latuit malitia Dominum. Quapropter, ne etiam sacros CALICES, & alia Ecclesiæ ornamenta, Diplomata, priuilegia, libros, remouerent: per nobiles viros prouidit: atque in Carthusiano contubernio Gieterstaino, in vsum reformatæ Gnadencellæ asseruanda curauit. *Furacitas illarū.*

Venit interea Gratiacellam probatus vir Pfortzemo, Iodocus Liebius: qui diu ibi conuentus Priorem egerat. Is à prouinciali, pro confessore missus erat. Non gaudere sorores aduentu eius. Venere quoq; curru vectæ, ex oppido Selestadio (difficulter superatis, in magna exundatione fluminum, aquis) sanctæ fœminæ, Reformatrices: adducentibus Vicario & Cancellario. Eas humiliter exceperunt Gratiacellenses: in genua prociderunt: electionem sui deprecabantur. Se enim obedientes fore filias. Venit eodem Comes Eberhardus, Mechtilda Ducissa Austriæ, & multa vtriusq; sexus nobilitas. Magnum excitauit concursum reformatio. *Iodoci Liebii aduentus, & Selestadianarū Reformatricum.*

Die igitur SS. Cosmæ & Damiani, anno 1480. curat Vicarius signum dari campana in capitularem domum. Ibi fœminæ comparent omnes: in primis proceres aderant, & Dominæ, omni cum nobilitate & famulitio: multis se aliis inferentibus. Tunc Vicarius orationem habebat de officiis veræ obseruantiæ, siue obedientiæ, legum: veteres fœminas priuabat omni munere: recipiebat clauem: faciebat nouam priorissam: maximam scilic. natu inter quinque Reformatrices, Vrsulam Zoerninam: Supprioriſſam, Annam Neuburgiam: procuratricem (Schaffnerin) Verenam Leuvinam, seu Lainam, Vlmensem: quæ 1519. obiit. Reliquis duabus, etiam sua munia commisit. *Hominum item illustrium.*

Hisce commendauit totius cœtus accuratam administrationem, & veteris disciplinæ restitutionem. Vicario deinde res omnes curæ & labori erant: Proceres & nobilitas discesserе. *Emendatio Parthenonis.*

Cum autem nullum vinum, nullum frumentum, ibi tum reperiretur: vbi olim copia fuerat rerum: Vicario, ex antiquatis mulieribus inquirenti, quædam mox ostenderunt, quæ nouerant: Cæteræ, obfirmatis animis, nihil fateri. Hæ in custodia tandiu detentæ sunt, dum confiterentur de furtis, & restitutionem omnium promitterent. Confessæ sunt hæc membraneis literis, & sigillis suis. Sed nihil restitutum est. Ipsæ, in alia cœnobia missæ: quarum nonnullæ se ibi correxerunt: aliæ in siluaticam & erraticam vitam excurrerunt. *Antiquatarum Monialium furta inquiruntur.*

Erat quidam eo tempore Sacellanus, Vlricus Belcer Esslingensis: qui in Hegæam currens, Engam, & Genstiklingam, quiritabatur Lupfensibus proceribus: parum humaniter cum veteribus cœnobii ipsorum sororibus agi: & se de sua Capellania periclitari. Dederunt ei Lupfenses ad generalem Magistrum ordinis literas: quibus petebant. Vt cum Prouinciali ageret, ne quid cum sororibus secus ageretur. Scripsit sanè Magister pro his, sed incassum: ac breui diem suum Belcerus obiit. *Vlrici Belceri pro eis machinatio ad Lupfenses. Enga op.*

Strenuè porrò se gesserunt nouæ illæ gubernatrices, ac constanter, etsi magna in paupertate, etsi in multis ærumnis.

Attamen res Gynæcei, paulatim rursus proficere: non quidem facultatibus, sed probitate. Nam capiebantur eò innocentes virgunculæ: Stuccardia, Vraco, Reuttlinga, Tettinga, Neuhausa, *Successus reformati collegii.*

hausa, Vlma, Noriberga. Ita factum, vt XX. præstantissimæ obseruatione morum & cultus existimarentur totius Sueuiæ, Gnadencellenses. Pauperes quidem erant: & cœnobium, instaurationis indigens: sed aderat patientia, & in paruo acquiescentia. Beneficentia erga pauperes benigna, Concentus laudatus, auscultatio Concionum diligens, silentium modestum, hebdomadatim ferè confessio & communicatio, exclusio sexus virilis, hilaritas tamen erga intromissos, humilitas, pax, charitas. Semper aderant Oeconomi, & patroni fideles. De his, in præsenti satis.

Socer Eberhardi Barbati, mortuus.

Diem suum obierat hoc 1478. anno, Mantuanus Princeps, socer generosi D. Eberhardi VVirtembergensis. Hic ergo Vraco literas consolatorias, Feria 6. post Iacobi Apostoli, ad Socrum suam scripsit Mantuam. **Hochgeborne Fürstin/ liebe fraw Mutter vnd Schwiger: Mein freundlich willig Dienst/vnd alles guts allzeit zuuor/ꝛc. Als der Mitleidendt/dem solcher Abgang schwerlich angelegen ist / klag ich darumb ewer Liebe auß gantzen getrewen/ꝛc.**

In Academia νεοκαταστάτῳ Tybingensi.

Acad. Tybingensis.

Rector II. erat spectabilis vir, artium liberalium Magister, Conradus Vessler, in artibus Collegiatus, Festo Philippi & Iacobi. Intitulati (sic loquebantur) inter multos. Viprechtus Ehinger de Vlma, dederit 6. ß. sic & sequentes. D. Georius de Emershofen, Canonicus in Backnang. Baccal. Petrus Bükhart, Canonicus in Mompeligardo. D. Georgius de Fridingen, Baccal. Basiliensis. Ioannes Steb de Tuvvingen. M. Ioannes de Lapide, S. Theol. professor, plebanus huius loci Tuvvingen. D. Thomas Rüß de Gemmingen, artium & Medic. D. & facultatis Med. Ordinarius. D. Iohan. Crutzlinger, de Constantia, V. I. Doctor. M. Christianus VVolman, S. Theol. Professor Ordinarius. D. Matthæus Ochsenbach, Decret. D. M. Cunrad. Summerhart de Calvv, Parisiensis Magister.

Rector III. Insignis vir.

M. Iohannes de Lapide, S. Theol. D. atque Ecclesiæ collegiatæ, B. Virginis Mariæ, ac SS. Georgii & Martini in Tuvvingen, Rector & Plebanus. à Festo Lucæ, vsque ad festum Phil. & Iacobi, 1479.

Inscripti.

D. Remigius, Capellanus in Klevvbrunn. Petrus VVielant de Tuttlingen.

Artium Decanus.

M. VVilhelmus Mütschelin de Rotenburg. Baccal. tunc creatus est Martinus Plantsch Dornstettensis.

Lustnouiæ.

Prædiorum grauatio.

Vendidit 10 ß. ad nouum ibi Altare, 10. libris, ex iugero agri cuiusdam proprio, Henricus Klæcklin, incola loci: quas 10. libras ei Conradus Schnider Lustnouiensis, Præfectus tunc altaris, persoluit. Sigillauit Michael Remus, ciuis & Iudex Tuuingensis. Talibus modis grauata sunt prædia, vt permulta quotannis aliquid pendant, nec libera amplius sint. Tybingæ, in superiore statione San Georgiani Templi, in muro positum est: **Hans Augstein Dreyer Steinmetz / von Wisenstaig.** *Ibi facies eius, & facies Angeli. 1478. Circa quod tempus, illud templum accessione amplificatum est.*

Herrenalbæ, morti concessit. 11. Kal. Iun. 14. Abbas Ioannes.

Ehingeri Vlmenses.

Iacobus I. Hartmanni I. filius (sup. 1428.) Vlmensium consul, obiit 1478. Aug. 21. Cuius vxor, Anna Kærgina, 1455. obiit. Ex his nati sunt 3. filii. Ioannes, consul, obiit 1503. Aug. 4. Vxor, Barbara Schemerina, obiit 1488. Septemb. 7. Secundus F. Iacobus II. fuit Consul: qui obiit 1505. Mart. 27. vxor, Magdalena Græckina, obiit 1519. His natus Christophorus, obiit 1511. Tertius F. Iacobi fuit VVilhelmus.

De Vitteliis, suprà cap. 12.

Ἐν αὐγούστῃ 19. *April. (die Sabati ante Iubilate.) ipso post Vitteliorum supplicium anno,* ἐκρεμάσθη ὕπατος ὁ μέλας. ἐγκληθεὶς δουροδοκίας, ὑφαίρεσιν παρακαταθηκῶν, καὶ χρημάτων δημοσίων: ἀπαλώψεις τῶν τοῦ νοσοδοχείου ὄντων, καὶ ἑαυτῷ ἐπιγραφὰς: καὶ ποίησιν ἰδίων ἐπὶ τὰς τῆς πόλεως πύλας κλειδῶν.

Basileæ excusus, vocabularius Breutloquus: Dictionarium, valde Barbarum. Nondum erat Germania linguis & artibus exculta, sicut posterius.

Vermium exorcissatio.

Eodem anno parochus quidam (vt videamus etiam sapientiam quorundam Sacerdotum eius temporis) Bernæ stans in suggestu: exorcissauit genus vermium, Inger vocatum (puto, apud nos appellari, **Wörren**) *quod sata & gramen sub terra corrumpit: Consilio ad id facien-*

faciendum vsus Lausamnatis Episcopi. Nisi desistitis, improbissimi vermes (inquit) ego vos cito VVislisburgum, ad Officialem Episcopi. Stumpff. lib. 8. cap. 8.

Argentinæ, officium prædicaturæ institutum est in summo templo: Ruperto Duce Bauariæ, Episcopo Argentoratensi: & Ioanne comite Helffenstainensi, Decano. Ei muneri præfectus est Ioannes Geyler Kayserspergensis, Theol. D. Cui 30. annos vtiliter præfuit, viuendo & docendo. Paraleip. Vrsperg. Ioan. Kaisersperg.

INVNDATIO AQVARVM. HASTILVDIVM XXVIII. GENERALE.

Mægtbergensis mons. Comites Sonnenbergenses, ex Dapiferis VValdpurgensibus. Familiæ nobiles, olim per Brisgoiam, Ergæam, Turgæam, & alias iuxta regiones. Rectores Acad. Tybingensis. Perturbatio Monasterii Ottenbyrensis.

CAPVT XV.

ANno 1479. Lycosthenes scribit, Inundationem Rheni fuisse periculosissimã: quæ Schafhusæ, Kaiserstulæ, Lauffenburgi, ac Rhinfeldiæ, pontes & ædificia, de Basiliensi autem ponte tria iuga, abstulerit. Alibi inuenio, sequenti anno fuisse tantam exundationem Rheni, Entii, Nicri, & aliorum fluuiorum: quanta nulla hominum memoria fuerit. Virceburgi celebratum est vigesimum octauum generale hastiludium, ab equitibus Franconiæ. Inundatio Rheni. Hastiludium XXVIII. VVirceburgi.

Reges.

Eberhardus de Grumbach. Georgius Fuchsius. Erckinger de Seinsheim. Sebastianus de Seckendorff.

Iudices armorum Sueui.

D. VVilhelmus de Rechberg in Hohen Rechberg. Magnus de Pappenheim, hæreditarius Marescalcus, eques. Conradus de Ahelfingen in Hohen Ahelfingen, eques. Ioannes VVesterttensis. Burckhardus de Stadion. Conradus de Stain in Staineck.

Aderant præterea Sueuigenæ.

Comites. VVerdenbergenses, Kirchbergenses, Gundelfingenses, Fyrstenbergenses, Oetingenses.

Nobiles.

Spati, Truchsæssii de Hæsingen, Marescalci Oberndorffenses, Freundspergenses, Fribergenses, Ritheimenses, Kungsekenses, VVelvvartii, Zylnharti, Dachenhusii, VVembdingenses, Neuhusenses, Liebensteinenses, VVernouuenses, Sachsenheimii, Knæringii, & alii.

Brabeum vxor Comitis VVilhelmi de Hennenberg, nata Comes Brunosuigia & Hennenbergia, comiti Fyrstenbergensi Henrico dedit.

In his ludis restituiæ sunt veteres equestrium ludorum leges: & aliæ nouæ, latæ, à Franconibus. Vt, de Moderatione vestibus: ne tenuior nobilis, aut domi manere propter preciosioris ornatus inopiam, aut nimio sumptu in eo comparando sese exhaurire, cogeretur.

Exiit Apologia D. Eberhardi senioris, Comitis VVirtemb. & Mompelig. ex oppido Tybinga, Feria 6. post Concept. Mariæ, ad Sigismundum Austriæ Archiducem: se profectione in Landgrauiatum Nellenburgensem, & munitione montis Mægtbergensis prope Hohenkreiam, nihil in despectum illius fecisse: sed iniuriis Fridinginorum, Hansonis & Itelhansi, sociorumq; prouocatum fuisse: qui ex Kreia, prædatum & captum suos homines exiuerint: & incendiis contra Cæsaream publicam pacem grassati fuerint: ac nuper bellum denunciauerint. Ideo se cum exercitu contra Kreiam venisse (sed re prius Archiduci, per præfectum suum Blaubeurensem, Vlricum VVesterstettensem equitem, significata) & tamen postea, conditionibus æquis propositis, obsidionem soluisse. Montem Mægtbergensem, ad se pertinere. Eberhardi Barbati apologia de monte Mægtbergensi.

Viuebant nobiles, Christoph. & VVilhelmus Nixen von Hochneck, *dicti Entzberger, fratres: quibus pecuniam debebat VVirtemberg. comes Eberhardus.* Nixii.

Obiit Sonnenbergensis Comes Eberhardus, Ioannis Truchsæssii VValdburg. filius (sup. lib. 6. cap. 3.) anno 1479. Filii eius. Sonnenbergenses comites, ex VValdpurgensibus Dapiferis.

1. Otho, Episcopus Constantiensis. 1484. qui obiit 1491.

2. Andreas, Comes Sonnenberg. qui periit 9. Maii 1511. Cuius vxor fuit Margareta, Baronissa Starnbergensis: vidua comitis cuiusdam Schomburgii ex Austria. Andreæ liberi, Adrianus (breui mortuus) & Sybilla, vxor senioris VVihelmi Dapiferi.

3. Eberhardus iunior, Comes Sonnenberg. qui obiit die Martis S. Georgii, 1483. Vxores eius, prima, Kynigundis, comitis VVilhelmi Montefortensis. F. in oppido Tetnang: & Kynigundæ in VVerdenberg, in Hailigenberg. Altera Anna: filia Comitis Conradi de Fyrstenberg: & Kynigundæ, comitissæ de Metsch in Tyrolensi comitatu. Eberhardi filiæ. Kynigũdis, nata ex Fyrstenber-

bergensi: Vxor Bernhardi, comitis Ebersteinii. Barbara, vxor comitis VVerdenbergici & Sarganſii Georgii, qui obiit 1504. Margareta, nata ex Fyrſtenbergia, comitis Sultzenſis Rudolphi vxor, quæ obiit 1546.

4. Ioannes, Comes Sonnenberg. Dominus in VVolffegg. Obijt die 5. Ioan. Bapt. 1510. Vxor eius Iohanna, Comitiſſa Salmenſis: quæ obiit die Veneris poſt Ioan. Bapt. eiuſdem 1510. anni. Ameho, VVolffecci humati. Erat ille 1489. Præfectus prouincialis Sueuiæ, progenies eius. Catharina, vxor Vlrici Helffenſteinii. Apollonia, coniux Georgii Dapiferi, Vicarii VVirtembergenſis. Maria & Fœlicitas, moniales Bopardiæ iuxta Coloniam.

Briſgoienſis olim nobilitas.

Familiæ nobiles olim Briſgoiæ: ex libro M. Ser. circa 1479. exarato.

Principes. Duces Zæringenſes. Marchiones Hochbergenſes.

Comites.

Friburgenſes, Neuenburgenſes, Suſenburgenſes, Malbergenſes, Ortenbergenſes.

Barones.

Stouffenſes. Suuartzenbergenſes. Iſenbergenſes. VVoffenvvilerenſes. Caltenbachenſes. Velbergenſes. Rœtenleinenſes. Entenburgenſes. Steineckenſes. VVielandingenſes. Zuntzengenſes.

Equites, & famuli nobiles, ſuperioris Briſgoiæ.

Badenſes. Steinenſes. VValdeckenſes. Mogenhartenſes. Hertenbergenſes. Tegenfeldenſes. Nollingenſes. VVælmlingenſes. VVærrenſes. Rinſpergenſes. Minfaldenſes. Bukheimenſes. Rockenbachenſes. VVarmbachenſes. Tegernovvenſes. Creutznachenſes. Schnuertzſtattenſes. Intzlingenſes. Lærrachenſes. Nortſchuuabenſes. Rieheinenſes. Varnovvenſes. VViechſii. Rattenbchii. Pfaffenbergenſes. Kirchauſenſes. Hamerſteinii. VViſſii. Keſlachii. Bintzheimii. Lenii. Renkenii. Rudlikouenſes. VVitlikouenſes. VValekeringenſes. Egringenſes. Banmachenſes. Schalbchenſes. Eiſtatnii. VValtmanshouenii. Rhinvveileri. Bellikouenti. Efringenti. Tennbergenſes. Schliengenii. Hertikouenii. Liclii. Haltingenſes. Tunſalii. Schalſtatii. Hinningenn, Statmſtatenſes. Buckingenſes.

Inferioris Briſgoiæ.

Stouffenſes. Schnevvlin de Landeck. Schnevvlin de VVeiſſeneck. Schn. **im Hoff. S. zum Weyer. S. von Bolßwiler. S. von Birckenberg. S. von Berulapp. S. von Cranzow. S. von Rotzen. S. von Schneeburg. S. von Küng.** *Ampringenſes. Malterii. Nevvenfelſii. Krotzingenſes. VViſvveileri. Mülhainii. Eſchbachenſes. Oggshauſer-ſes. Bottburgenſes. Hachii. Schlattii. Burenhuſenſes. Velthainii. Muggartenſes. Cappenbachſes. Elſtattii. Münzengenii. Rieglii. Valckenſteinii. Achornii. Guppfii. Tuſslingii. Sauterſvveilenſes. Tigeshainii. Narolſii. Kippenhainii. Harderii. VVeileri. Lintpergii. Küchlini. Aederlini. Sperlini. Stazenii. Zukmantelii. Kürmbergii. Endingenſes. Burckheimii. Spæneckii. Haidburgii. Ottſtettenſes. Kirchoſenii. Hohenfyrſtii. Pfovvenſes. Greineckii. Ringsheinii. Geirneſtii. Bollhauſii. Ebringenſes. Frieshainii. Nünarii. Hofvveileri. Offenhuſtenſes. Minvveileri. Vnkrothenhainii. Leuſſelhainii. Tenzlingenii. Ebneti. Maltertingenii. Vægersheinii. Rimſingenſes. Scharzingenſes. Reinkouenii. Vorchainii. Morſeri. Morderimorſeri. Rigenii. Grazhuſenſes. Meleri. VValtershouenii. Balgavvenſes. Nevvershuſani. Mundingenſes. Tachsvvaldenii. Tauchingenſes. Biengenſes. Schleiſtattii. Træſchenii. Seefeldenſes. Kienzingenſes. Elbenuenii. Norſingenſes. Vienbachenſes. Zeringeri. Vrachii. Caltenthalii. Eiſenhuetii. Ozeri. Breitii. Degenii. Hornbergenſes. Dreibergenſes. VVerrenſes. Bælſenhainenſes. Sigelmanni. Brenzii. Breiſgoii. Hüpſchmanni. Huldeni. Liebermanni. Turneri. Aichenſes. Loſeri. Heſeleri. Steinegeri. Richenbachii. Soleri. Lilchenii. Hauſeni.*

Mortenouia, & Kuntzgethala.

Stauffenbergii. Schouuenburgii. Nevvenſteinenſes, Gibichii. Kernbachenſes. Schnellingni. VVindekii. Bervvangeni. Boſſenſteinii. Tuttenſteinii. VValdſteinii. Ballenſteinii. Brunſchchii. Gengenbachii. Stolihofenſes. Lyzelharti. Ortenbergenſes. Schutterthalii. Bubenſteinii. Hirboltsheinii. VVildenbachenſes. Schnaitii. Eſelii. Storkhenii. Bernſteinii. Haſlachii. VVolfachii.

Ergoienſis, & vicina, nobilitas.

Principes, Comites, Domini, & nobiles: qui fuerunt in Ergoia, Turgoia, & Burgenthala.

Proceres regionis, Illuſtriſſimi Principes Auſtriaci. Illuſtriſſimi Principes & Duces de Lantzburg. Nobiliſſimi Duces Zæringiæ. Comites.

Landtgrauii de Bucheck. Comites Lantzburgenſes. Kyburgenſes. Froburgenſes. Nevvenburgenſes. Sternenbergenſes. VVeiſſenburgenſes. Nidouienſes. Strasbergenſes. Arbergenſes. Dicti de Vallendeiß. Valckenſteinenſes. Comites de Griers. de Honburg. de VVangen in Vr-

genthala. De Toggenburg. De Rappersvvila. De Elge. De Sargans. De VVasserstetten. De Sonnenberg. De Metz. De VVillesovv. De Farvvangen. De VVinterraur. De Gisbusstu. De Altenfravvenfelde. De Seedorff De Zigenhain. De Rotenburg. De Zigenburg. De Aichelberg. De VVeissenstain. Zu Obern Baden.

Barones, id est, Freien vnd Baner Herrn.

De Schnabelburg. De Signovv. De Eger. Ringenbergij. Schuueinbergij. Gangburgenses. Berchburgenses. Kienij. Minsingenses. Diessenbergij. Stouffenses. Karnij. De Palme. Schnevvelij de Grunenberg. De Ligers. Strettlingenses. Freienstleinij. De Brandis. Blauvvensteinij. Valkensteinij. Gutenburgij. Obergeskenij. Eppensteinij. De VVartta. Arvvangenses. Lophenij. Langensteinij. Kappenburgij. VVolhausenses. Rotenburgenses. De Schuuanden. De VVetzikon. De Kempten. De Tuffen. Arburgenses. Eschenbachenses. Vzingenses. Ramstainij. VVeissenbergij. Bonstettenij. Schuuarzēbergij. Regenspergij. Riesseckij. VVeischij. Thorbergij. Hosenburgij. Reutij. Mosslenij. Burglenij. Hohēsachsij zu Burglen. Busnangij. Muntaltij. Maringēses. Iochij. Kraij. Thiersbergenses. Krenckingenses, dicti de VVeissenburg. Hohenvvulflingenses. Iagersdorffenses. VVingenses. Bucheckij. De Grunach. Dalmessingenses. Liethainij. Kaisers Steinij. VVildenstainij. Ougspurgenses. Klingenses. VVodesvvilenses.

Ritter vnd Edelknecht.

Rudij. Tretburgenses. Liebeckij. Buttickenij. Reinachij. Halvveilij. Baldeckij. Kungstainij. Hunēbergij. Kussenbergij. Kienburgij. Issenthalij. Haideccij. De Lielle. De Irslicken. De Eschētz. De Bottenstain. Schernbergij. VVartēfelsij. Bubendorffij. Kriechen de Arburg. De Hackburg. De VVartenberg. Scheffienij. VVilēstainij. Mulinenses. Von der Mūle. De Greiffensevv. De Berrvveil. De Baurvveil. De Gunnesvveil. De Triengen. De Saursevv. Dannenfelsij. Sempachenses. Lauternouienses. Schenkenij. Rustouij. De VVolhausen. De Schvverischvvanden. De Hechingen. De Krientz. De Sovve. De Schen. De VVegeiß. Von Nunlistē. Von Wangen. Aufhausenij. Reichenseenses. Armenseenses. Hirtzkirchenses. Mossij. Grottē Mossij. De Veile. Sengenij. Hertensteinij. Hunvvilenses. Alten von Regen. Plankenbergij. De Kormos. Greinensteinenses. Friessenbergij. Burgensteinij. Brochthalij. Ortzenij. Haltenij. Altnachij. Sessingenses. Schupffenij. Die zum Stein. Gunensteinij. Bilersteinij. Hettlingenses. Tamersellenij. Cappebergij. Reidenij. Altenbyrenij. Tutt. VVilenses. Schlierbachenses. Regenvveilenses. Rudesvvilenses. Pfaffnachenses. Stainenbergenses. Niderhofenses. Bubenbergenses. Dunstettenses. Erlachenses. Eibergenses. Schamachenses. Von der Clauß. Von Hahnin. Maienbergij. De Gruningen. De Hilsteuten. De Langenben. Schencken von Boosenswell. De Verkirch. De Silmen. De Ospentalt. Schencken von Schenckenberg. Von der Nidergößken. De Besserstein. Von Affoltern. VVildenij de Wildenstein. Ettersvveilenses. Hailanij. Vnderschvvenij. Rimplitzij. Lantzhutij. VValdij de Glaris. VVindeckij. Grafpurgenses. De Schuuarzenburg. Blumeckij. De Vnderwald. Landenburgij. Rumlangij. VVeilbergenses. Munchsvveilenses. Vrickenij. Hunbrechtickenij. Sachnangenses. Schencken von Liebenberg. Maier von Maure. De Nenickē. De Volckensvveil. De Ebersperg. De Hunvveil. Schellenbergij. Helmsdorffij. Schencken von Beuren. Von Cädeck. Von Bleideck die Walther. Von Adlicken. Von Anweil. Von Roschach. Goldenbergij. Singenbergij. Spielbergij. Grunēbergij. Bichelseenses. Rechbergij. De Entlibuch. Stulingenses. Saurij. Grennenbergij. De Ort. De Kilchen. VValtersvveilēses. VVetervveilēses. VVangenses. Eroltzvvheienses. Truchsässen von Froburg. Mutzvveilenses. De Spine. De Spins. Ringoltingenses. Erglingenses. Kriegstettenses. Lindachenses. Kuntlingenses. De Ostern. De Elsaß. Rimsingenses. Schopelij. De Arp. De Rer. De VVeil. Ingvveilenses. Hattlingenses. Reitnovvenses. Kalnachens. VValdenbergenses. Degernovvenses. Rechenangenses. Von der wilden Eptingen. De Fridovv. De Freienvveiler. VVittingēses. Schœneckij. Schœnovvij. Mayer von Mörspera. Lotterbergij. VVinterbergij. Megenhaimij. Altingenses. Durnachenses. Schlattenses. Kovvilenses. Moyer von Altstetten. Von Bar. Truchsässen von Wildeck. Valkensteinij. VVeichselij. Steinathij. Bernsteinij. Cappelij. Mergenij. Reichenbachenses. VVeisskirchenses. Schencken von Keyserstuel. Truchsässen von Rapperswell. Beggenhouenij. Linguhouenij. Von Biber. Von Braunen. Von Schwenden. Die zum Thurn. Die Bürst. Buchenstainij. Grabenij. Von Wartensew. Greiffenstainij. Blochingenses. Von Strauß. Sultzbergenses. Zvvingensteinij. Sterneckij. Rosenbergij. Schuuandeckij. Haidelbergij. Reissenbergij. Mayer von Eyenberg.

berg. Von Windeck. VVagenbergij. Von Aych. *Liebenfelsij. Eberhartsvveilerenses. Mandachenses.* Die Geßler. Die Manessen. *Mylleri. Schefflini.* Truchsässen von Diessenhofen. Von Ringengen *Hausvveilenses. Dießij. Hegnovvij. Gundelisovvij. Bosvvilenses. Hactenus, hac Alemannica nobilitas.*

Tybing. Schola.

Rectores Academ. Tybingensis.

Rector 4. Phil. & Iacobi, M. Ludouicus Truchsæßius, Decretorum D.

Inscripti, inter multos.

Ioan. Crafft, & Georgius Nitthart, de Vlma. Martinus Motzer de Tuvvingen. Ioannes Iacobi de Helmsdorff, Canonicus in VVisenstaig. Ioan. & Volmarus Spæti.

Rector 5. die S. Lucæ.

M. Iohan. Stain Schorndorffensis. Decret. D.

Inscripti *Rudolfus VVesterstetter, armiger. Matthæus & Zachar. Giengeri, Vlmenses. Conradus Haid de Calvv, Baccal. Basiliensis. D. Conradus Manlius, V. I. D. Collegiatus Collegij Papiensis. Barthol. Lecher Gislingensis, artium M. studij Ertfortensis.*

Decanus Philosophici Collegij.

M. Iohannes Han de Honhen.

Magistri sub eo creati. Die Polycarpi. Vdalricus Crafft de Vlma.

Gregor. Lamparter de Bibraco. Sequenti tempore, Cancellarius VVirtembergensis. Et alij.

Viuebat hoc tempore nobilis, Martinus de Dengenfeld.

Nicolaus Schenk Arbergensis, Lorchens. Abbas, obijt.

Ottenbyra.

Ottenbyrensis Monasterij disciplinam collapsam, Episcopus Augustanus D. Petrus Cardinalis, Reformatores mittens, erigere conabatur: sed eos Monachi expulerunt. Veniente igitur Legato Apostolico ad reformandum: Monachi euagati sunt: sumptus magnos fecerunt: Suiceros adducere contrà nitebantur. Mortuo Abbate: successor ritè electus est: sed ipsi alium obduxerunt. Tum Bauariæ Dux Georgius, Episcopo infestus, Monasterium occupauit: &, expulso Abbate, reformata destruxit. Nouo autem Episcopo instituto Friderico de Hohenzorn Dux Monasterium restituit, & Abbas reductus est. Dicit F. F. F. sibi non visam esse preciosiorem infulam, nec pulchrius pedum pastorale, quam huius Abbatis; nec auditas maiores & meliores campanas, quàm huius Monasterij.

HASTILVDIVM XXIX. NEGOTIVM MÆGTBERGICI MONTIS. Obitus Vlrici, Amabilis Comitis Vxores & progenies eius. Georgij de Ehingen equitis, liberi, & quædam res gestæ. Scholæ Tybingensis Rectores. Peregrinatio Felicis Fabri Hierosolymitana. Meringensis pagi peregrinatio. Rheni, & aliorum fluminum, effusio. Monachæ nobiles Gyntherinæ vallis. Kirchbergeri nobiles. Nicolaus, Helueticus Anachoreta.

CAPVT XVI.

Hastiludium 29. Moguntiæ.

ANNO 1480. *Ludi vicesimi noni hastici ponuntur, quatuor Germaniæ prouinciarum: hebdomade post Bartolomæi, Moguntiæ celebrati. Reges eorum. Henricus, Comes Fyrstenbergius. Georgius Fravvenbergius, eques. Ioannes Flershaimius. Bleikardus Landschadius.*

Ad Septa.

Lucius Rotenhanius Franco eques. Gottscalcus de Harph Rhenensis, eques. Vlric. Braittenstainius, Bauarus. Eberhardus Hyrnhaimius, Sueuus. Secundum honorem virtute promeruit Sueuus de Bodman, Iacobus.

Quoniam Magnus de Habsperg Capitaneus, Comes Iacobus de Tengen, Ludouicus de Brandis Baro, & multi nobiles, ex Rhatholficella 2. Ianuar. scripto postulauerant, nomine Sigismundi, Archiducis Austrij: vt VVirtembergicus & Mompeligad. Comes Eberhardus senior, à munitione collapsæ arcis Mægtbergicæ desisteret, ac præsidium deduceret: ipse culpam in Fridingenos fratres iterum confert: à quibus contra publicam pacem, malo & igne vexatus fuerit. Munire montem, vt ante 120. annos ἀναντιλέκτως VVirtenbergensium: quo facilius illis resistere poßit. Si negetur hoc: ad iudicium Imperij, vel ad Episcopos & Principes, vel ad fœderatos Helueticos, vel ad præcipuas ciuitates, prouocat.

Mægtbergica arx.

Illustris C. VVirtemb. & Mompeligard. Vlric. Adamatus, inuitatus ab Eberhardo Barbato Lavvenbergũ seu Leonberg. ad venationem. vênit eò, vt ad charũ ex fratre Lud. nepotẽ, libenter.

Verùm

Verùm non diuturna fuit recreatio: sed ibi in morbum incidit: quo Calendis Septemb. diem suum obijt, in brachijs Eberhardi: Cùm 61. annos post patrem suum D. Eberhardum iuniorem vixisset. Princeps optimus, & omnibus charus. Itaque sæpè etiam solus viam ingressus tutò. Gesserat bella tria: Vnum, contra ciuitates: alterum, aduersus Palat. Frid. de dote: tertium, contra Mogunt. Archiepisc. Dietherum. Translatus est Stutgardiam: & in collegiato templo apud maiores suos humatus. Ibi hoc Epitaphium est. *Vlrici Amabilis obitus.*

Illustris Princeps & Dominus, Dominus Vdalricus, Comes VVirtembergæ & Montpeligardi, naturæ satisfecit Calen. Septemb. Anno salutis M. CCCC.LXXX. positus est iuxta tres vxores suas. Quarum prima fuit Margarita primi Cliuensis Ducis Adolfi filia: quæ obijt 13. Cal. Iul. (die SS. Gerualij & Protasij) Anno 1443. peperit ea Catharinam, Lauffæ Sanctimonialem. *Vxores eius.*

Secunda coniux D. Vlrici, Elisabeta fuit, Bauara, & Palatina. Henrici Bauari, & Annæ Alberti Austrij, filia. Obijt ea 1451. Ianuar. 17. die S. Antonij. Ex ea nati: Eberhardus iunior, & Henr. atq; Margareta: quæ vixit Sanctimonialis in Parthenone Liebenovvensi, & ibi sepulta est.

Eberhardum misit Vlricus in Galliam ad R. Ludouicum: Henricum verò, Moguntiam, virtute excolendos.

Tertia vxor, Margarita, Sabaudi Ducis Amedei. F. qui postea fuit Felix Papa. Fuit ea tribus Principibus nupta. 1. Duci Andegauensi Ludouico, Regi Siciliæ & Apuliæ: qui admodum iuuenis obijt: relicto fratri Renato Siculi Regni titulo. 2. Ludouico Miti, Palatino & Electori Rheni: Cui enixa est F. Philippum. 3. VVirtembergensi Vlrico Amabili, 1451. cui peperit 4. filias: Elisabetam, Helenam, Margaritam, & Philippum. Obijt 1479. die S. Michaelis. Nupserunt hæ: Elisabeta, Friderico Comiti Hennenbergio: Helena, Craffstoni Comiti Hohenloio, Oeringæ 1506. sepulta: Margarita, Philippo Comiti Kunigstainio, Domino Eppenstainio: quæ ex eo peperit Eberhardum, vltimum Comitem Klingenstainium. Philippa, Iacobo Comiti Hornio nupsit.

Cùm sic tres Ducissas Vlricus in matrimonio habuisset: hinc factum reperio, vt treis plumas (rubram, glaucam, & albam) in Ceruino cornu, quod supra galeam est, & ipse gestarit, & ad posteros transmiserit. *Plumæ tres Insignium VVirtembergensium.*

Supradicti duo ex Vlrico filij has sedes habebant. Eberhardus, cognomine iunior, Aulam suam Nurtingæ tenebat: tenens & Vuinidam, cum eius pertinentijs. Vxor ei erat Elisabeta, Marg. Brandenburgensis. Non habebant liberos. Obijt ipse 1504. Cùm secundus Dux VVirtenbergiæ, post primum Ducem Eberhardum seniorem, siue Barbatũ fuisset. Vxor, vidua habitabat 1516. Nurtingæ, loco suo dotali. Frater Eberhardi Henricus, curiam suam regebat Reichenvviræ in Alsatia, & Horburgi. Interdũ & Mompeligardi. Coniugem habebat Comitissam Bitschensem, Elisabetam: ex qua natus est 1487. tertius Dux, illustriss. Vlricus: Cuius auus maternus, Comes Simon, 1499. perijt in pugna Heluetica ad Dorneccum, prope Basileam. Duxit Henr. alteram vxorem, Iuam Comitissam Salmensem. Vnde nata est Maria, Henrico Iuniori Brunsuicensi 1512. nupta: & Comes Georgius VVirtemberg. 1498. Additur & Mechtildas. Landgrauio VVilhelmo collocata. Atqui vera fuit Eberhardi Barbati soror, Ludouici senioris filia. *Eberhardus iunior. Henricus frater eius. Vlrici Ducis natiuitas.*

Progenies Vlrici Adamati. Vide lib. 6. cap. 17.

Vlricus Adamatus, 1480.
Vxores. 1. Margar. Cliuensis.
2. Elisab. Palatina.
3. Marg. Sabauda.

- Eberhardus iunior, secundus Dux. Vx. Elisab. Alberti Brand. filia. Quæ vixit adhuc 1520. & sepulta est in cœnobio Nyrtingensi, πάχυσσος γενόμενο. Habitabant ambo Eberhardi, suo tempore: senior, vel Barbatus, Vracti: Iunior verò hic, Stutgardiæ. Vterq; se scribebat Comitem VVirtembergiæ & Mompeligardiæ. Obijt senior anno 1496. iunior, 1504.
- Henricus. Vxor 1. Elisabeta, quæ obijt 1487. Februar. 17. in puerperio——Vlricus, tertius Dux: Vxorem habens Sabinam Bauaram, 1511. sed obijt 1550. Vide infrà lib. 12. cap. 14.
- 2. Eua, { Maria Iacobi, Henrici Brunsuic. vxor, 1540. / Georgius. Vxor Landgrauia, Barbara, Philippi filia.
- Elisabeta, nupta Friderico Hohenbergio, 1482.
- Georg. breui mortuus.
- N. Puella, breuis vitæ.
- Helena, Hohenloio Craffroni nupta, 1500.
- Margarita, Philippi Com. Klingenst. vxor, 1472.
- Philippa (al. Philippina) Coniux Hornensis Com. Iacobi, 1464.
- Catharina, Lauffæ
- Margareta, Liebenoiæ } Moniales, 1470.

Vendidit 1480. Eberhardus iunior quasdam decimas vini, & torcularia, duob. Abbatibus: Iodoco Lorchensi, & Eberhardo dioces. Aistet. Haidenhaimensi: appensis suo, & Schorndorffensi Præfecti Consulis, & Iudicum, Sigillis.

Lorcha. Haidenheimum.

Nobilium de Karpfen, interitus: sed à Comite Eberhardo substitutio.

Karpfen.

Weinrechnung (*pro Cado vini*) 14. lb. 16. ß.

Eodem 1480. Georgius de Ehingen, eques ille strenuus, præfecturam oppidi Tubing. accepit: cui per aliquot annos benè præfuit. Habebat is vxorem, Annam de Richtenberg. Cuius frater Henr. ordinis Teutonici erat: ac postea 1470. factus fuerat Magister Prußiaci ordinis, & Imperij Princeps. Cum hac Kilbergæ consederat. Hinc nati erant Ehingeni filij 8.

Ehingenus Georgius.

Eberhardus, miles ordinis Teuton. qui obijt 1522. Hailprunnæ, in Teutonica domo. Rudolphus, eques.

Thomas. Coactus postea 1519 contra Ducem Vlricum à Sueuico fœdere agere.

VVolffgangus, vel VVolfius: { *Hugvvernherus.* / *Iohannes.* / *Christophorus.* } *M. Script. Ehingenorum. Gabelcouerus tamen hos duos, facit Burckhardi filios: licet is,* ἐλιγόβιος *& ἄπαιδ dicatur.*

Conradus. Georgius. Marquardus. Burckhardus. ἐλιγόβιος.

Filiæ 6.

Agnes. Nupta 1485. Consiliario VVirtembergensi. Baroni Hyrnhaimio. Magdalena. Brunoni Hohenstainio 1509. nupta. Dorothea. Vir eius, VVendelinus Halfingensis, præfectus Horbæ. Obijt ipsa 1527. sepulta Kilbergæ: Gabelc. verò nuptam ait non VVendelino de Halfingen. sua familiæ vltimo: sed VVolfg. de Ahelfingen, vltimo & ipsi sui generis. Catharina, in pueritia obijt.

Margareta, 1501. Anna, 1506. } *factæ Nonnæ in parthenone Rheuta prope VVildpergam: à Comite Burcardo Hohenbergensi 1318. & vxore eius Rutgarde Palatina 1309. fundato. Margaretæ dedit pater 200. Aureos.*

Curauit D. Georgius Insignia suæ vxoris, cuius genus ferè abolitum erat, per Imp. Fridericum renouanda. Educauit liberos diligenter & piè. Filios, pro more eorum temporum, in Aulas procerum mittebat. De Abbate Bebenhusano curiam Eckam 1482. emit. Item Anno 1500. de Ludouico ab Emershofen, Vrbachum: dans Rudolpho F. suo, caula tantum ouium sibi retenta. Emerunt deinde 1505. Ehingeni, à VVilhelmo de VVittingen omnia iura: quæ is habebat Berstingæ, VVittenburgi, & Sultzouiæ.

Erat controuersia quædam hoc 1480. anno, inter Mompeligard. Comitem Henricum, & Comitem Thiersteinensem Osualdum, propter sermones quosdam. Petente autem Com. Henrico: transacta prudenter in op. VVolfacho res est, per D. Georgium Ehingenum: à seniore Comite Eberhardo missum. Postea fuit idem Georgius, huius Comitis Camerarius, & intimus Consiliarius: sed laboribus degrauatus, redijt ad Tubingensem præfecturam.

Mompelgard. C. Henricus.

Viuebant tunc etiam, Vlricus von Hohenrechperg zu Hohenrechperg/*eques: & Henricus de Rechperg in* Hohenrechperg, Pfleger zu Haidenhaim.

Tubingensis Academiæ Rector. 6. Vernus erat M. Christianus, S. Theol. D.

Tybing. Academia.

Intitulati.

Ludouicus VVirtemberg. *Nihil ab eo acceptum, ob reuerentiam Dominæ Archiducissæ Austriæ. Georgius & Philippus Vergenhansij. Nihil dederunt, ob honorem* D D. *Ioan. Naucleri. Bernhardus Schenck de Landeck, Canonicus in Episcopali cella.*

Die Lucæ Recturam acceqit (iam septimus) M. Iohannes Crutzlinger, V. I. D.

Inscripti.

Frater Ioan. Fridinger, professus in Bebenhusen: VVolfgangus *Springinhafen de Sindelfingen.* ἐμβασίχυτρος.

Decanus artium.

M. Conradus Vesseler. Creati Magistri, Matthæus Amman Vlmensis, & Petrus de Pfullendorff. Iohannes Capnio Grammaticam Græcam Pictauij publicè docuit, à se conscriptam, titulo μικροπαιδείας.

Anno 1480. April. 9. suscepta fuit Hierosolymitana & Sinæa profectio fratris Felicis Fabri (prædicatoris Vlmæ in Monasterio Dominicanorum: Cuius ibi prior erat M. Ludouicus Fuchs.) sed tunc tantùm Hierosolymam venit: in montem S. Catharinæ venire non potuit. Socium peregrinationis inter alios habuit, Georgiũ de Stain, filium D. *Pupili de Stain, equitis, Gundelfingæ Præfecti.*

Felix Fabri Hierosolymã petit.

Præfecti. Multa pericula in mari passi sunt: metu præsertim Turcarum, qui proximo Anno Insulam Rhodum oppugnauerant, sed frustra. Iacebant adhuc in omnibus plateis & vijs eius Vrbis, globi bombardarij miræ magnitudinis. Redijt Vlmam Nouemb. 16.

Meringen, Esslingensium vicus.

In Virtembergia, Rustici cuiusdam puer, in pago Esslingensium Meringa (auff den Fildern) qui pagus à Tubinga Stutgardiam proficiscentibus transitur, in agrum propter mergites vehentis, de curru sub rotas delapsus, obtritus est. Ibi Rusticus ille statuam pueri erexit, tanquam martyris. Quò concurrerunt homines frequenter, qui corpore affecto erant: vt miraculis ibi factis. Ibi tandem etiam Templum est ædificatum pulchrum: quod tamen Anno 1526. in desperatum venit. Hodie ad ruinam tendit. Quod citò fit, citò perit.

Ibi, peregrinatio.

Parochialis Ecclesia extra VVaiblingam, ædificari 1480 cœpta est.

Forma absolutionis, hoc tempore.

Absolutio à peccatu.

D. noster Iesus Christus, per suam misericordiam dignetur te absoluere. Et ego auctoritate eiusdem, & Apostolica, mihi in hac parte concessa, absoluo te à vinculis excommunicationis, si ligatus, & à peccatis tuis, iuxta indultum Apostolicum tibi concessum: in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, Amen.

Inundatio circa Friburgum.

In Brisgoia (teste Brusch. in M. Scr.) inundatio quædam aquarum ingens (quæ in die Mariæ Magdalenæ, ex terra Pestilentes erumpebant) sustulit Friburgi pontes, telonêa, vicina plurima ædificia, & multa molendina. Stagnabat aqua in toto cœnobio Guntherinæ vallis (quod iam 1224. anno steterat) hominibus vmbilico tenus, in peristylio, in Templo. E cœmeterio saxa quoque sepulcralia rapiebat. Aufugerunt Moniales in vicinum Collem: vbi in casa Rustica, Deum & sanctos precibus onerabant. Cessauit tandem malum. Nomina earum erant. D. Verena Tegelina, posterius Abbatissa. D. Agnes de Gußlingen, Prioriss: postea 1487. Abbatissa. Anna Tegelina, Verenæ soror. Agnes de Mynchingen. Elisa Mergernißina de VViler. Sophia de Keppenbach. Vrsula de Bolsenhaim. Mathildis de Valckenstain. Susanna de Bossenstain. Beatrix de Blumneck. Margareta de Brennerin, eo tempore Prioriss. Elisa de Ertzingen. Magdalena Schneiblina. Vrsula de Landeck. Agatha de Bolsenhaim. Margareta de Stouffen. Anna Kochelerina. Veronica & Agnes de Summerovv, sorores. Agnes de Stouffenberg. Barbara de Eschebach. Veronica de Blumneck. Kunigundis zum Wiger / oder Weier. Beatrix Brennerina. Vrsula de Brumbach. Veronica de Mulnhaim, Procuratrix. Vrsula de Ertzingen. Elisa de Nuvvenfels. Margareta Rœderina. Margareta de Bolschvviler. Anna de Nuenieck. Amelia Tegelina.

Guntherini Parthenonis Moniales.

Laicæ sorores, vel Conuersæ.

Magdalena Fesenherrina. Gertrudis Leovvina. Vrsula Lampertina.

Scaphusæ Rhenus ita inundauit (S. Stumpf. 17.) vt in ponte aqua ex illo manu hauiretur. Quin tandem etiam impetu aquarum, vt plerique pontes Rheni, fractus fuit.

Kirchbergij nobiles.

Florebat 1480. Anno Andreas Kirchberger à Kirchberg senior, in Austria, vir apprimè nobilis familiæ: eodemque anno se contulit inde Rotenburgum ad Nicrum. Ab Andrea hoc, est Georgius, Consul Rotenburgi: qui vxorem nobilem habuit, Annam Reisserinam ab Hohen Entringen. Qua mortua: in vicinum cœnobium Rorhaldianum concessit. Reliquit filium Andream: qui vxorem habuit nobilem, Mariam à Frundeck: Iosephi Mynsingeri, Cæsaris Caroli & Ferdinandi Consiliarij ac Cancellarij, filiam. Huius filius est adhuc 1594. viuens) nobilis, & eruditione, prudentia, humanitate, præstans vir, Ebingæ ad Nicrum habitans, GEORGIVS iunior. Qui nati sunt ex nobili sua coniuge, Susanna à Lindenfels, hi quatuor filij: Otho Iosephus, Andreas, Ferdinandus, & Carolus.

Fiat tabella talis, & plenior.



Inuenitur etiam illius, de quo diximus initiò, Andreæ Kirchbergeri cognatus, Ludouicus à Kirchberg, inferior Austriæ Marescalcus, in arce Spitz habitans. De Kirchbergeris, hactenus.

Eremita Heluetiæ Nicolaus.

Redeo ad 1480. annum. Circa hæc tempora, in Heluetica Vnter vvaldina sylua viuebat Eremita, Bruder Claus: qui vxore, ex qua decem liberos genuerat, cum consensu relicta, eò se contulerat: ædificatâ sibi cellula, tres passus longa, sesquipassum lata, ad mensuram corporis eius altâ. Viuebat ferè tantùm aëre: hilaris, humanus, pietatis & virtutum adhortator. Heluetios præsertim à stipendijs externorum Regum, ad labores manuum suarum hortabatur. Sic libertatem suam retenturos. Nihilominus interim Ecclesiam suam frequentabat: &, Deus, me mihi adime, & tibi totum tribue, orabat. Benè etiam ex S. literis, quanquam idiota, loquebatur. Pantal. & alij.

Epitaphium Hirsaugiæ, post suggestum propè Capellam.

Anno Domini M. CCCC. LXXX. Obijt Steffan von Lindstetten: vnd sein eheliche Haußfrauw Elsa von Sachsenhaim 1465.

Eodem 1480. anno, die Veneris post S. Vlrici, starb der ehrsam vnnd weise Martin Greck/*Vlmæ apud nudipedes.*

HASTILVDIVM XXX. HAVSTETTER AVGVSTÆ. ACADEMIÆ Tybing. administratio. Eberhardus VVirtemberg. senior, Romæ. Matris eius Mechtildis obitus. Pestis & fames in Sueuia. Ædificationes quædam Tybingæ. Contubernium ibi studiosorum adolescentum. Abbas Hirsaug. Georgius.

CAPVT XVII.

Hastiludium 30. Haidelbergæ.

ANNO 1481. trigesimum equestre ludicrum agebatur Haidelbergæ, hebdomade post D. Bartholomæi, ad honorem Elect. Philippi Palatini.

Reges.

Magnus Marescalcus Bappenhaimius, eques. VVolfius de VValdeck. Ioan. Seckendorffius. Berthramus Nesselrodius, eques.

Intererant. *Albertus, Marchio Badensis. VVolfg. C. Oetingensis. VVilhelmus & Philippus Comites Kirchbergij. Ioan. C. Zollerensis. Lud. C. Helffenstainius. Bernhard. C. Eberstainius. Craffto, Com. Hohenloius. VVilh. & Georg. & Vitus de Rechberg. Conr. & Egenolphus de Rhietheim. Sigismundus & Michael de Freyberg. Ioan. de Giltling. Henr. de Zylnhard. Henr. & Albertus de Klingenberg. Georg. de Felberg. Henricus Schilling. Marquardus Conradus, & Bernhardus de Stain. VVolfius de Dachenhusen. Ioan. de Ahelfingen. Georg. de Neuhusen. Henricus Schenck de VVinterstetten. Ioan. Iacobus Bodenarius. Burcardus de Stadion. Vlricus de VVesterstetten. Dietrichus Spærus. Et alij.*

Sodalitates nobilium.

Solebant his temporibus nobiles, qui ad ludos tales veniebant, diuisi esse in sodalitates: vt, sub Insignibus aut tesseris Coronæ, asini, piscis, falconis, vnicornis, canis numellati, capricorni, lupi, rupicapræ.

Ehingenus Burcardus.

Tunc etiam florebat Fridericus, Comes de Helffenstain: qui die S. Margaretæ testatus est: Burcardum de Ehingen, præfectum Leonbergensem genus ducere ex antiqua nobilitate. Nam non ita dudum in Hastiludio VVirceburgensi decretum fuerat: admissum iri solùm ad equestres celebritates: qui per duos decertatores demonstraret: suos Maiores ijs interfuisse à 50. annis: & qui à 4. auis suis nobilis esset. Testificatus ergò est, Comitem Helffenstainium Vlricum, emisse 1309. Feriâ 6. post Corporis Christi, pagum VVesterhaimum de VVernhero ab Ehingen, equite: & fratre eius Conrado, nobili Ministro. Sed non ideo est 1481. ad hos Haidelberg. ludos admissus Burcard. eò quòd ab An. 1392. nemo ex ea familia Hasticæ decursioni interfuisset, plus 80. annis.

Viuebat hoc tempore VVernherus quoq; de VVernershusen.

Haustetter, vel Hæstetter, Augustæ.

Augustæ, Ciuis quidam Iacob. Haustetter, tantum impertiuit Hospitali S. spiritus: vt pauperes ibi posthac largius & melius cibarentur. Man nennets im Lin. *Contulit etiam certam pensionem: vt in fano S. Iacobi, vnoquoq; Sabbato per totum annum, & singulis S. Mariæ vesperis per sex Clericos cantaretur semel, salue Regina. Pugnabat contra hanc institutionẽ Colleg. Canonicorũ: eam in sua Eccles. vt matrice, debere esse. Verùm Haustetterus propositũ suum obtinuit.*

Eberhardus, C. VVirtembergicus, in literis ad Caluenses, meminit Margaretæ von Wingarten: der wirdigen vnd ehrsamen/geistlichen/seiner lieben besonders/Aebtissin deß Klosters Frow Albe/S. Benedicten Ordens/Spirer Bisthumbs.

Recto-

Rectores hoc anno in schola Tybing.

Die Philippi & Iacobi, Rector 8. M. Helias Flick, S. Theol. D. *Tybing. Academia.*

Inscripti.

Rudolphus Engelhart de Turego. Ioannes Geßler Vlmensis. Generosus dominus Erhardus Comes de Tengen. D. j. fl.

Die Lucæ, 9. Rector.

M. Conradus Schæferlin, &c. Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ Stutgardiensis.

Inscripti.

Conradus Schulmaister de Stockach, famulus Bursæ Modernorum. Nominales intelliget: de quibus supra dictum. D. Ioannes de Tegenfeld, armiger. D. Gabriel Chabotus de Chamberiaco, I. V. Doctor. M. Iohannes Rœchlin (ῥοεχλιν.) de Pforzen / legum licentiatus, 5. Idus Decemb.

Decanus Philosophiæ.

M. Conradus Plenderer Stutgardianus. Magistri creati, inter alios. Georgius Ezechielis de Tuvvingen. Iohan. Dinckel. de Vrach. Georgius Epp de Guglingen. Franciscus Schartlin de Nagolt.

Regentis VVirtembergiam & Mompelgardiam, Comitis Eberhardi iunioris, Consiliarii erant.

Sigismundus de Fribergin Isemberg, eques, Iudex Aulicus. Petrus præpositus Denckendorffensis. D. Ludouicus Vergenhans, Cancellarius. VVernherus de Ontzhaus, Theol. & Canonicus. I. Doctor Albertus Grunbach D. Rector Ecclesiæ Gamundianæ. Matthias Ochsenbach, Rector Ecclesiæ Nurtingensis. Georgius Dapifer de VValdeck, dictus de Haimertingen, Commendator VVinedæ Teutonici ordinis. Henricus de VVerdnavv. Conradus de Reischach. Iohannes Schilling. Martinus Nittel D. Nicolaus Beltz D. Iohannes Bleicher, Parochus Lorchensis. *Eberhardi Iunioris VVirtemb. Consiliarij.*

Nærdlingæ Sacramentum Domini effusum fuit: vbi Monasterium, zu vnserm HErren GOtt. *Nærdlingæ.*

Vlmæ, vbi Nudipedes erant.

A. 1481. obijt reuer. pater, frater Iohannes Sailer: quondam custos Sueuiæ Gardianus, electior huius conuentus.

Annus hic, valde pluuius erat: & vinum natum est austerissimum.

Friburgum Vchtlandiæ, accessit hoc anno ad fœdus Heluetiorum, die Sabbati post S. Thomæ: & factum est decimus eius fœderis pagus, das zehendt Ort. *Friburgum Vchtlandiæ.*

In Italia, Franciscus Philelphus, vir ille doctissimus, Bononiæ obijt, ferè nonagenarius: tanta ægestate, vt ad functa vi faciendum, suppellectilium venditione opus fuerit. *Franc. Philelphi mors.*

In Turcia, Mahometes, Constantinopolis expugnator, ἐπιφανὴς, obijt: Cui Baiazetes F. successit, Rex 8. Turcarum per A. 31.

Anno millesimo, quadringentesimo, octuagesimo secundo, D. Eberhardus VVirtembergensis Romam profectus est: vt impetraret à Pont. Xysto, potestatem noui cœnobij condendi: quam & accepit: ac posterius Monasterium S. Petri solitarij, in Schonbuchiana sylua, semimilliario fortè à Tubinga, condidit: vt suo loco dicetur. Papa ille, Dominica in albis, apud S. Petrum in confessores retulit Bonauenturam, præsenti hoc illustri Comite: quem & aurea Rosa (quales Dominicâ Lætare consecrari solent) donauit: alioq; vario honore affecit. Fortassis in hac profectione contigit illud: quod 1569. his versibus notaui. *Eberhardi senioris profectio Romam.* *Rosa aurea Papæ.*

Ἀυτανὶς ξάνθη τανύθ' ἑξῆς ὀλβία κἀχθὲ
Βιρτεμβεργαίοις τὴν ἐλεμάχοιο λιλάμ:
ἐμ θυμῷ γάθεα θυνύμενος, οἷά τι μῦθος:
πάλλιον οὐ τις ἰδοι τῶδε θέαμα χορῷ.

Aspiciens Itali stantem hospitis ordine prolem,
VVirtembergensis Dux Eberhardus, ait:
Quàm iucunda meam subit admiratio mentem!
Ordine quid tali pulchrius esse potest?

Eberhardorum amborum VVirtemb. transactio de regimine.

Post mortem autem illustris Comitis Vlrici Beneamati: ambo Eberhardi, senior & iunior: suis ambabus partibus ditionis coniunctis, vnum vtriq; commune regimen fecêre 1482. vt posthac maneret indiuisum: ea de re literis, die Sabbati post Luciæ, Mynsingæ conscriptis. Quod hæreditarium pactum, seu vnionem, Cæsar Fridericus postea Francofordiæ confirmauit. Ita erat vna Aula, vna Cancellaria, vnum Gymnæceum, & alia. Sed non potuit res stabilitatem successa tẽporis habere. Fœdus ambo 10. annorũ fecerũt cum Tigurinis, pridie S. Martini. 6. Stumph. 19.

Mynsinga.

Eodem 1482. anno, senior Eberhardus præfectum habebat ad Nigram syluam Ioannem de Neuneck equitem. Viuebat tunc etiam Conradus de Stain, Vtenvvileræ. Item, Helffenstainij Comites: Ludouicus, Fridericus, & Friderici huius filius Ludouicus iunior.

Generosus Comes VVirtemberg. Henricus, metuebat quasdam minaces literas Bernatum & Soloturiorum, propter receptos quosdam homines. Ideo consilium à seniore D. Eberhardo, per literas è Richenvvira, petebat.

Mechtildis, VVirtemb. Eberh. Barbati mater, obijt.

Defuncta est excellentis Comitis VVirtembergici Ludouici senioris coniux, Eberhardi Barbati genitrix, Palatina Mechtildis. Sepeliri eam vidit Gieterstaini, Ludouicus Maisterlinus Vratensis, qui annotauit. Longè post translata est in Chorum Templi Sangeorgiani Tybingensis.

Mariæ Imperatricis interitus.

Maria Burgunda, Maximiliani Coniux, grauida: dum nimio venandi studio delectatur, feramq; insequitur: de equo lapsa circa 26. Martij, & grauiter læsa, Medicorum ope nil proficiente expirauit. Hanc postea Ioannes Tritenh. Spanhaimensis Abbas, Regi Maximiliano ostendisse dicitur, qualis viua fuerat. Erat enim ille, Necromanticus. Vnde Rex tantopere territus fuerit: vt plurium mortuorum formas, quas ille monstraturus erat, videre noluerit. Sic longè post impius ille D. Faustus, studiosis aliquot formam Helenæ, Menelai vxoris, monstrasse perhibetur.

Necromantia.

Rector 10. Tybingensis Academiæ:

Tybing. Academia.

Die Philip. & Iacobi, vsq; ad eundem diem 1483. Decret. D. Georgius Hartsesser, Ideo autem Rectura eius annua fuit: quòd excedere coëgit Academiam, orta die S. Marci pestilentia: quæ sustulit ibi 1383. homines.

Exilium eius propter pestem.

Intitulati.

Burckardus de Knuil, de Cella Episcopali. Iacobus Kegel de Mengen. Georg. Vesperlenter Tybingensis, Dornstettæ inscriptus. Conradus de Hyrnhaim, nobilis, Vraci intitulatus. Ioannes Currificis de VVaiblingen, VVaiblingæ inscriptus. Conradus scriptoris de Hechingen, Rotenburgi intitulatus. Ita dissipata erat schola: studiosiq;, in diuersis locis inscripti, permissu vniuersitatis.

Artium Decanus, M. Ioannes Martolfus erat.

Creati sunt Feriâ 5. post Cinerum 1482. Magistri. Bernhardus de Plieningen. Georg. Vogt von Böblingen. Et alij.

Fames Sueuiæ.

Fuit etiam magna 1482. (al. 1483.) anno fames per Sueuiam. Vendebatur medimnus (maltrum) siliginis 3. Aureis Rhenanis: & oma vini Tybingens. 3. libris obolarijs. Contrà sequenti anno erat tanta vini copia: vt plenum vas pro vacuo vase daretur: & vnus cadus (ein Eymer) ouo vendaretur: multũ deniq; vini donaretur, aut Calx ad ædificãdum eo macerareatur.

Vini penuria & copia.

Aedificationes quædam hoc circiter tempore, per Tybingenses.

Briel, pars oppidi Tybingæ.

Cùm Tubinga fuisset olim tantùm ea pars: quæ depressior est, ad septentrionem vergens: quæ Briel appellatur, & à vinitoribus opificibusq; habitatur: successu temporis forum hodiernum, & quicquid vsq; ad meridiem Nicrum versus ascendit, arbustisq; & vepribus consitum erat, excoli ædificijs cæpit: ibi nunc domicilia vniuersitatis, & honoratorum hominum, sunt.

Præcipuè autem hæc quatuor, circa hoc tempus ædificabantur.

Tybingense Templum.

1. Templum S. Georgij: de quo antehac dictum est. Eius cùm patroni essent SS. Georgius & Martinus: & orta aliquando quæstio de præstantia sanctorum esset (alijs Ioannem Baptistam, alijs Petrum, alijs Paulum, præferentibus) quidam prædictos duos huius templi patronos cæteris prætulit: quòd, cùm cæteri pedibus, & pannis obsiti, incederent: hi in splendido vestitu equitarent.

Amerariui eductio in Nicrum.

2. Cùm vallis Amerana, aquis redundaret, quòd eæ non haberent sufficientem exitum: magno labore & sumptu (centum etiam Florenorum Candelis) mons Austriacus iuxta oppidi extremum perfossus est: riuusq; Amera cum omni alia aqua, in Neccarum deductus. Nunc igitur eò se exonerat aqua: priùs Molendinum in ea fossa multarum rotarum agitans: & Amerariæ vallis, iam pratis siccioribus amœna est.

3. Porta

3 Portæ inter se tota oppidi longitudine distantes, factæ sunt: ad ortum, Lustnauiensis: ad occasum verò, Hirschnauiensis iuxta Nicrum, & Hagensis in Ameranam vallem: inter quas est mons, cui arx illustris insistit. Antehac enim, cùm vallem Ameranam aquæ opertam tenerent: trans montem Austriacum & trans arcis montana, portæ & vecturæ fuerant. Portæ.

4. Constructus est hodiernus ante Neccaricam portam pons supra Nicrum lapideus firmissimus. Pons Nicri.

Anno autem hoc 1482. ædificatum est, beneficio Illustrissimi D. Eberhardi, Academiæ fundatoris, CONTVBERNIVM (Bursam vocant) infra domicilia superiora Academiæ: inter ipsum & murum oppidi, vna tantùm serie domorum intercedente. Locus is contubernij antea Vepretum fuerat, Rhotrain (rubeus cliuus) appellatus: Longum est ædificium hoc 78. meorum passuum: & habet quatuor contignationes (Sphæras nominant) quæ à studiosa iuuentute habitantur. Oeconomus ibi est, qui cibum per coquam eis præbet: & Rector, qui moribus eorum, & toti inspectioni, præest. His præsidet collegium philosophicum, sex professorum: quorum quisq; Decanatu per annum fungitur. Contubernij domus. Rhot-rain.

Supremi sunt inspectores, Academiæ Cancellarius, & Ecclesiæ Decanus. Suppeditat Illustriss. princeps, & senatus Academicus, certum quotannis frumenti numerum: quo aliquantò viliori impensa singuli adolescentes viuere queant. Hodie sanè (12. Decemb. 1591.) supputante me rationes conuictorum cum Rectore & Oeconomo: singulorum symbolum pro exacta hac hebdomade, vel debitum pro mensa sine vino, erat 13. solidorum, vel septem Baciorum. Erant autem adolescentes CIX. Infrà in hoc ædificio est maius quoddam Auditorium, Homericum iam à pluribus annis nuncupatum: in quo, hyberno tempore (à die Lucæ, vsq; ad Festum Paschatis) Homerum & Thucydidem, ac Ciceronem, Crusius explicat. Collegæ verò, Organon Aristotelis, Ethica & Physica eiusdem docent. Æstate autem docemus in superiore quodam Auditorio, vbi Doctorum domicilia sunt, Aula vetus dicto. Cæterùm, in Homerico Lectorio, ad parietem picta est Cynaneo colore (nigro & albo) tabula Cebetis Thebani. Imaginibus adscripta sunt hæc. Homericum auditorium. Cebetis tabula.

Porta vitæ. Fallacia. Fortuna.
Fortunati. Infortunati. Concupiscentia.
Voluptas. Opinio. Auaritia.

Hic vario vulgus ignauum voluitur æstu,
Affectus, sortis, criminis, atque doli.
Hos rapit affectus, hos sors, hos crimina: eosdem
Mox cruciat mœror, suppliciumque doli.

Ebrietas. Luxuria. Adulatio.
Vermis Conscientiæ. Luctus. Dolor.
Pœnitentia. Supplicium. Tristitia.

Deinde.

Incumbit Sophiæ studijs hic maxima turba:
Aptior excelsas inde meare vias.
Ad recti callem hæc nam certa viatica præstant:
Quamuis indoctus id patiatur iter.

Astronomus. Arithmeticus.
Geometer. Grammaticus.
Dialecticus. Rhetor. Musicus.
Iurisperitus. Medicus. Poëta, &c.

Hoc 1482. anno. Scholam Moguntinam Archiepiscopus Dietherus fundauit.

Hirsaugiæ Abbas XXXX. factus est Georgius: vir religioni deditus, probus, mitis, præsedit A. 2. minus 20. D. vtiliter. Renuntiauit huic muneri: cum antea fermè 13. A. præposituram in Rhot gessisset: Hirsaug. Abbas

Ioannes Oecolampadius (Haußschein) in oppido Winssperg natus est. Oecolampadius.

Augustæ 6. Febru. VVolfgangus & Christoph Duces Bauariæ, ac duo nobiles, hastis concurrerunt in cœmiterio collegiatæ Ecclesiæ (auffm Fronhoff) cum 4. patricijs: Georgio Langenmantelio, Marco Ridlero, Antonio Horvvarto, & Marco VValthero. Omnium ea virtus fuit: vt nulli brabeum adiudicari præ alio posset. Augustæ hastiludium.

PROLES

PROLES MAXIMILIANI AVSTRII. LORCHENSIA QVÆDAM, ET Tybingensia. De Cœlo tactum Gnadencellense Gynæceum. Eiusdem Prioriſſæ. Gynæceum ſacrum Rheutense. Altera peregrinatio Felicis Fabri in terram ſanctam. Indulgentiæ ex oſſibus S. Galli.

CAPVT XVIII.

Maximiliani liberi.

ANNO 1483. relicti erant illuſtriſſimo Maximiliano Auſtrio, ex Maria vxore bini liberi: Philipus, Caroli V. pater: & Margareta, trimula: quam Ludouicus Francorum R. ad mortem ægrotans, vnico filiolo ſuo Carolo deſponſauit hoc anno: vt ſuo tempore, cùm adoleuiſſent, nuptias vnà celebrarent. Verùm Carolus eam 1485. dimiſit.

Lorchenſibus cautum.

Eberhardi ambo, Comites VVirtembergici, patroni Lorchenſis Monaſterij, D. Georgio eius Abbati ſignificant literis: ſe non velle, vt ipſius Monaſterium hoſpitibus grauetur: Venatoribus, canibus, aucupibus, nobilibus hominibus. Ideo neminem intromitti debere: niſi qui literis ex Cancellaria præditus veniat, à prouinciali ſcriba Ioanne Kellero ſcriptis. Malè ipſum feciſſe, quòd hactenus quoſuis intromiſerit. Sic enim ipſorum facultates minui, eosq; auguſtè viuere. Fieri etiam contra ipſorum priuilegia. Epigraphe. Dem Ehrwürdigen Gaiſtlichen / vnſerm lieben andächtigen vnd getrewen / Herrn Jörgen / Apte zu Lorch.

Roſenfeld.

Viuebant Vlricus & Georgius Rechpergenſes in Hohenrechperg: & VVernherus, nobilis de Roſenfeld.

Cimbrenſes Comites.

Viuebat Ioannes VVernherus, VVernheri F. primus Cimbrenſis: qui in matrimonio habebat Margaritam Comitem Oetingenſem. Eorum filios Munſterus hos ponit: Ioannem VVernherum Comitem 1493. ei coniungens Catharinam, pincernam Erpachenſem. Gotfridum Comitem 1495. dans Apolloniam, Hennenbergicam Comitem, & VVilhelmum VVernherum Comitem: adiũgens Catharinam, Comitẽ Lupfeniam: & Amaleiam, Landgrauiã Leuchtenbergenſem.

Lorchenſis controuerſia.

Controuerſia erat inter Abbatem Lorchenſem Georg. & nobilem honeſtamq; matronam, Margaretam de Rechperg, ex Staffelijs ortam: olim D. Viti Rechbergenſis de Hohenrechperg, equitis, vxorem: ob decimas quaſdam in VVeſthenburen. Eam arbitri tranſegerunt nobiles, D. Albertus Rechperg. de Hohenrechperg. & Henricus de Zylnhart, præfectus Gappingæ. Signatores, Abbas, & præduta domina de Stouffeneck, ipſiq; arbitri.

Rectores Tybing. Scholæ.

Acad. Tybingenſis.

Kal. Maij, Rector II. M. Mangoldus, &c. Eccleſiæ Tubingenſis Collegiata Canonicus.

Inſcripti.

D. Georgius, Abbas in Zuifalden, D. fl. Conradus & Caſpar, Adelmanni de Adelmanfelden. D. Petrus Kempchin, præpoſitus ad S. Guidonem Spiræ.

Die Lucæ, 12. Rector, M. Conradus Plenderer Stuotgardienſis. Inſcripti. Frater Stephanus Ringler de Auguſta, ordinis Carmelit. S. Theolog. Lector. Sebaſt. Prunig de Tubingen. Remboldus Funck de Memmingen. Decanus Philoſophicus. M. Vdalricus Klingler de Stutgardia. Magiſtri creati die Martis poſt Iudica. Martinus Plantſch de Dornſtetten. Laurentius VVernheri de Ebingen. Matthias Schol de Nurtingen.

Tybingæ Monachi Auguſtiniani.

Eodem anno reformati ſunt Auguſtiniani Monachi Tubingæ, poſtridie S. Criſpini. Inid Monaſterium, ſequenti tempore conferens aliquid mulier quædam Tubingenſis, precibus illorum ſe apud Priorem commendauit. Sed breui reuerſa, rogauit: ne pro ſuo marito orarent. Namſe clam ipſo, id munus attuliſſe.

Fulmen Gratiacella.

Die Ioan. & Pauli, veſperi, horrendùm tonante Deo, in Parthenone Gnadencellenſi, fulmine per turrim in Chorum Templi delapſo, ſorores conciderunt exterritæ: atq; inter ſe alia alias pro mortuis extraxerunt. Vna earum, nomine Anna Fiſcherina, Auguſtana. fœmina proba, reperta eſt extincta genibus innixa, funem tenens manu. Nam campanam pulſauerat, ad propulſandam tempeſtatem. Ea, vna erat Reformatricum huius cœnobij. Quæ tunc exiſtimantes, Deo reformationem non probari: animis perculſæ, abitum cogitabant. Verùm animatæ à Supprioriſſa Neuburgenſi Anna. Ab eo tempore, meliora ſunt ſecutæ.

Confeſſores huius loci ſororum.

Plura de hoc pneumatico Gynæceo.

1. Iacobus Lieb Pfortzheimius. 2. Ioannes Zoller Neuburgenſis. 3. Iterum Liebius. 4. Ioannes Saurer Vlmenſis. 5. Pater Felix Fabri, lector S. literar. Vlmæ.

Prioriſſæ.

Priorissæ.

1. *Vrsula Zornina, equitis aurati F. ex cœnobio Selestad. Sylo. Quæ obijt 1529. sed per-multis annis ante, desierat esse Priorissa: sicut ex sequentis Priorissæ annis intelligitur.*

Ab ea receptæ sunt multæ sorores ad professionem hæ. Christina Behamina, conuersa Noribergensis. Obijt 1518. Barbara Truckenbiætina, Chori soror, Stutgardiana. obijt 1523. Dorothæa Dietermennina Stutgard. soror chori, cantatrix. obijt 1490. Anna Haßlachina Tubing. Conuersa. obijt 1522. Gertrudis Halsingerina Neuhusens. chori soror, procuratrix. obijt 1544. Barbara Philipsina. Ch. S. Vracens. ob. 1543. Elisabeta Reuterina Noriberg. chori soror, procuratrix. ob. 1533. Margareta Rorbechina Noriberg. Ch. S. ob. 1530.

2. *Anna Neuburgens. professa Schonensteinbachij Conuentus in Sylo soror. præfuit A. 22. Prioratui: & postea aliquot annos Supprioratui. ob. 1522.*

Ab ea velatæ sunt plures sorores. Anna Freundina Dettingensis Choralis. ob. 1511. Margareta Husberina Vrac. Choralis. ob. 1498. Margareta Ginzina Riedling. Conuersa. ob. 1532. VValtpurgis Gertznerina Vlmensis. Choralis. ob. 1536. Margareta VVæberina Vlm. Choral. obijt. 2544. Margareta Dietermennina Eßling. Rosina Hannerina Vracens. Chor. Suppriorissa. Barbara Rystina Riedling. Chor. ob. 1536. Martha Schvvæbina Riedling. Conuersa. obijt. 1537. Dorothæa Kyblina Stutgard. Conuersa. obijt 1533. Margareta Brunia Epfichensis ex Alsatia, conuersa. obijt 1532. Anna Brunia Reutling. chor. ob. 1531. Christina Brunia Reutl conuersa. obijt. 1537. Anna VVeckerina Vlmensis, Chor. Vrsula VVaberina Vlm. Coral. ob. 1499. Crescentia Offnerina Vlmensis. Barbara (al. Catharina) Haunerina Vracensis chor. Magdalena Burgerina Vrac. (al. Gepping.) Chor. Procuratrix. Anna Hafenbergerina Vrac. Chor. ob. 1548. Agnes Schytzia Horbensis, chor. ob. 1534. Cæcilia Dorothæa Millerina Vlm. chor. obijt, 1514. Vrsula Glaserina Vlm. ch. obijt 1543. Dorothea Sattlerina VVaybl. chor. Agatha Lanckina Munsing. conuersa. obijt 1543.

3. *Elisabeta Reitterina Noriberg. quæ ferè 10. An. præfuit. obijt. 1533.*

Sorores ab ea receptæ. Cordula Falckenmeierina Vlm. ob. 1543. Lucia Nallingerina Constantien. choralis. Magdalena Bartherina Biberac. Chor. ob. 1536. Catherina Bælerina. Vlm. chor. Appollina Kælerina Reutl. chor. Anna Rimmelina Husana, conuersa. ob. 1536.

4. *Agnes Hafenbergerina Vracens. 1533. Receptæ sub ea. Anna Iacobe Streicheuna Husens. conuersa. Mater Elisabeta Bustettensis. Hæc, postquam VVilera, παρθενῶν prope Eßlingam conflagrauerat, redijt Gnadencellam (vbi etiam ante reformationem fuerat) iussu Prouincialis Eberhardi de Cliuis. obijt. 1533.*

Salome Mællina Vlm. chor. vt & sequentes.
Cæcilia Dægina Vracensis.
Vrsula Viezina Vrac.
Kunigundis Spætina.
Amalia Stain.
Elisabeta Kriegina Vlm. conuersa. ob. 1534.
Anna Rothietina Augustan. Conuersa.
Anna Mællina Vlm. obijt 1543.

RVTI COENOBIVM FOEMINARVM SVB oppido VViltperga situm.

Erat tunc op. Nagolti præfectus, Burcardus de Ehingen: cuius frater VVolfius obierat, relictâ filia Elisabeta. Hæc recepta est certis literis in hoc Rheutense Monasterium, sub conditione obedientiæ: dando quotannis, si non faceret professionem, ad diem S. Martini, denos Florenos. Facta autem professione 150. fl. Rhenenses. Item, altero tanto persoluendo: si frater puellæ, sine literis moreretur, Christophorus ab Ehingen. Sigilla 3. Priorissæ, & Conuentus, & Burcardi Ehingeni. Reuta παρθενῶν.

Æstate huius 1483 anni, tantus æstus erat: vt arbores Nigræ syluæ exardescerent: & fauillæ inde Tubingam transuolarent. Hic erat diuinitus ardens ignis, Iliad. 20. θεσπιδίαι ἐπῦρ. Æstas calidissima.

Eodem

Felicis Fabri noua Hierosolymam peregrinatio.

Eodem anno, iterum peregrinatus est Hierosolymas, & postea in montem Sinæum, ad S. Catharinam, (veram ne?) Frater Felix Fabri. Vnà erant illustres, nobiles, & alij, viri: Ioannes VVerlius, Zimbrensis Baro: Henricus, Stæffelius Baro: Ioannes Truchsessius VValpurgensis: Berno Rechbergensis de Hohenrechberg. Hi sibi adsciuerant Ministros: Balthasarem Buchlerum nobilem, Artum tonsorem, & Citharædum, Ioannem Schmidium [illegible], Conradum Berckium Memmingensem, Petrum de VValdsee coquum, Ioannem Ludimagistrum Babenhusanum, Vlricum Kramerum interpretem. Quorum omnium Sacellanus erat frater Felix. Impetrauerant autem potestatem proficiscendi, bi domini, à sanctissimo D. Papa. Descripsit ipse Felix hanc peregrinationem Germanicâ lingua, prolixè: qui liber, dudùm editus est. Die 17. April. Vlmâ exiuerunt: 12. Iul. Hierosolymam intrarunt: 26. Septemb. reliquias S. Catharinæ viderũt: in reditu verò, 27. Ianu. 1484. Campidoni Missam audierunt: eodemq; die Memmingam equitarunt. Oppidum id, plenum tunc Augustanis erat, & Vlmensibus nobilibus: qui petituri erant equestres ludos, Stutgardiæ nimirum futuros. Eodem 1483. anno, etiam Bernhardus Breidenbachius, cum multis nobilibus, eandem sacram profectionem fecit: quæ latinè descripta extat.

Et Breidenbachij.

Venetorum triremes tunc singulis annis petebant hæc loca.

Ioppen, Alexandriam, Damascum, Barutum, Barbariam, Constantinopolin, Angliam, Flondrensem portum Flyß.

PATRONI MARIS: TANQVAM NEPTVNVS, Nereus, Tethys, Theris, Nereides, Homerici & Virgiliani.

Maris patroni.

Sanctus Christophorus, S. Nicolaus, S. Clemens, S. Andreas: S. Catharina, S. Barbara, S. Lucia, S. Mater Dei Maria.

Hierosolymis IX. genera Christiani nominis hominum: id est, variorum hæreticorum.

Hierosolymæ Christiani.

Græci, Suriani, Iacobitæ vel Nubiani, Maronitæ, Nestoriani, Armenij, Georgiani, Abassini vel Indiani, Latini pauci. Manserunt hæ nationes ibi: ex quo Saladinus Hierosolymam recepit, Christi 1187.

De S. Katharina.

S. Catharina.

Sarcophagus eius, à Priore & Monachis, cum Græcis Antiphonis, reuerenter referabatur. Caput deinde Catharinæ, ab eis osculabatur. Mox Felix Fabri, sua & aliorum clinodia vel ornamenta, ad S. reliquias affricabat, vt sanctiora fierent. Non multa autem ossa amplius aderant: ne manus quidem, nisi digiti ordine compositi, aureis annulis ornati.

Sic transit opinio mundi.

S. Galli ossa.

Papæ concessu, Abbas Sangallensis Vlricus, ossa S. Galli effodit (hats erhebt) & omnibus monstrauit: contignatione in loco chori facta. Magnis tunc datis indulgentijs, ius pecuniæ magna coniecta fuit. 5. Stumpf. 7.

Constantiæ exemplum agebat Otho, Sonnenbergius Comes. Obijt 1491. Sepultus in sacello cathedrali Basilicæ contiguo: quod ipse sibi viuus fecerat.

Viuebant hoc anno, Hans von Reischach/ Vogt zu Neuwenpyrg: *Comitis VVirtenberg. Eberhardi* Hoffmaister: *& Ioannes de Bubenhofen: qui liberarunt* Funffbrunnenses vom Landschaden: darein sie gezogen waren/ als sie 1. pfund heller an dem Becher hatten geben: der seinen gnaden/ als er vber Meer haim kommen: geschenckt worden.

Stutgardiæ in Hospitalario fano.

Anno domini 1483. tricesima die Augusti, obijt reuerendus pater, PETRVS *de Kurtzbach, sacræ Theol. Doctor, de conuentu VVirtenberg. ordinis prædicatorum: huius domus primus institutor. ac fabricæ eius Director, hîc sepultus.*

Anno Domini 1483. vmb S. Johannis Enthauptung tag/ da starb der Vest Junckher Hans vom Stain: dem Gott gnedig sey.

Memmingæ Typographia.

Antonini, Archiepiscopi Florentini, opus de eruditione confessorum, impressum est Memmingæ 1483.

Lutheri natiuitas.

Islebij. 10. Nouemb. paulò ante mediam noctem, natus est MARTINVS LVTHERVS, *ex Ioanne & Margareta.*

HASTE

HASTILVDIVM XXXI. ET XXXII. ANNONÆ VILITAS. RECTORES Tubing. Academiæ. Epistola Barbaræ Mantuanæ, VVirtembergensis Dominæ. Fortuna plurium ciuitatum. Abbas Hirsaug. Blasius. Correctio Parthenônis Sœflingensis. Generosa Fuggerorum familia.

CAPVT XIX.

ANNO 1484. *Cæsar Fridericus priuilegia confirmat Adelbergensibus liberæ curiæ, vel* Adelberga.
Asyli apud Esslingenses, quò confugerent malefici. Confirmauit etiam Maximilianus 1513.
& Carolus V. 1552. *& Ferdinandus* 1559.

XXXI.

Stutgardiæ certamen equestre celebrauit nobilitas Suenica, auspicijs illustriss. VVirten- Hastiludium 31.
berg. Comitis Eberhardi, hebdomade post trium Regum. Stutgardiæ.

REGES.

Ioan. Iacobus de Bodman, eques. Sigismundus de Laiming, eques. Erckinger de Stainshaim. Damus de Palant.

Intererant.

Principes. *Brandenburg. Fridericus, & VVilhelmus Hassus.* Comites. *Eberhardus VVirtenberg. senior. Georgius VVerdenbergensis. Heinricus Fyrstenbergius. Crasseo Hohenlobensis. Ludouicus Helffenstainius. Fridericus Zollerensis. Ioannes Sonnenbergensis.* Barones. *Christoph. & Fridericus Schenckij Lympurg. Georg. & Eberhardus Gundelfingij. Ioan. VVernher Zimbrensis. VVolffgangus Geroltzeccius. Ioan. Truchsessius* VValdpurgensis. *Ioan. Stæffelius.*

Equites.

Rasso Gundelshaimius. Conradus Knœringius. Georgius Ehingenus. VVilhel. Stadiomius. Conradus Halfingius. Vlricus Rechpergius. Ioan. & Vlricus VVesterstettij. Ioan. & Vlricus Freundspergij. Georg. Velbergius, & senior & iunior. Sigismundus Fribergius. Sigism. de VVelden.

Nobiles.

Philippus & Bernhardus Nippenburgij. Caspar Klingenbergius. Ioan. Gussius Saxenhaimius. Gerhardus Dalenhaimius. Ioan. Bubenhofius. Bernhardus Liebenstainius. Vlricus *Iungingensis. Ioan.* VVelvvartus. *Georgius Neuhausensis. Conradus de Stain, senior. Erchinger Hyrnhaimius. Bernhardus de Aurbach. Georg. VVernouius. Caspar & Georg. Spæti. Henricus Schillingus. Adamus Thum de Kyngen. Et alij multi.*

Interfuerunt quoque illustres, & nobiles fœminæ.

Comitis Eberhardi senioris Barbara. Comitis Eberh. Iunioris Elisabeta. Crafftonis Hohenlohensis vxor, nata ex VVirtenberg. prosapia. Nobiles Matronæ & Virgines. 126.

Omnia, magnificè & pacificè peracta: concertationes, conuiuia, choreæ.

Erat tunc ea vini vilitas, vt mensura quo emeretur: nonnunquam etiam, nisi vas vacuum Vini vilitas.
prope modo daretur, effunderetur. Schorndorffij ratio vinaria erat, für ein Eymer 1. ll. 6. ß. *Anno vero* 1589. *für* 1. *Eymer* 26. ll. 7. ß. *Campiduni autem* 1484. *vna cepa tanti valebat, quanti vnus Medimnus siliginis. Adeò abundè Deus annum beneficijs suis ornauerat.*

In Academia Tubing.

Rector 13. *erat Calend. Maij, M. Ioannes Summenhart de Calvv.* Schola Tybing.

Inscripti.

Nicolaus Rigler de VVolffach. Ioannes Capitel de Veldkirch.

Rector 14. *Conradus Bœmlin, Decanus Ecclesiæ collegiatæ huius loci, die Lucæ.*

Inscripti. *Andreas Kungspach Stutgardianus. Andreas Vodal de Bietiken. M. Gabriel* BIEL, *S. Theol. Licentiatus, in Vrach præpositus, & ordinarius Theologiæ in hac Vniuersitate. Generosus Dominus, Dominus Felix, Comes de VVerdenberg in profesto Epiphaniæ, D. 1. st. Georgius Truchsess de Ringingen. Simon de Rischach. Morquardus & Berchtoldus de lapide.* Omnes eodem die.

Generosus D. Dominus Ioannes Ludouicus, Comes de Nassavv & Sarbruck, D. 1. st.

Decanus artium.

M. Alexander Martolfus de Rotenburg.

Magistri promoti.

Conradus Kramer *de Syndelfingen. Leonhardus Dyrr de Zell infra Deck, ordinis præmonstrat. Postea factus Adelbergæ Abbas.*

Crafto Vlm. *In Papiensi Academia creatus est Doctor Iuris Canonici & ciuilis, Vlricus Crafftus Vlmensis, anno 1486. Indict. 2. Octob. 23. præsentibus egregijs viris, D. Gotfredo de Adelzhaim, & D. Friderico Yfflinger de Rotuil, & D. Iheronimo Vitem de Vlma, &c. Vt in literis.*

Hastiludium 32. Ingolstadij. *Eodem 1484. anno hastarum concertatio trigesima secunda peracta est Ingolstadij, honorandi causâ Illustriss. Palatinum & Bauarum Principem Georgium, hebdomade post S. Ægidij diem.*

Reges.

Ioannes VVolfstainius, eques. Georgius Eisenhofius. Ioan. Barspergius. Vlricus Braitenstainius.

Sueui interfuêre.

Conradus Ahelfingius. Alexander Maresc. Bappenhaimius. Burckhardus Stadionius, & alij.

EPISTOLA ILLVSTRISSIMAE VXORIS INCLYTI Comitis VVirtenberg. Eberhardi senioris, ad Cardinalem Mantuanum.

Inter Epistolas Renchlinianas.

VVirtemberg. Dominæ Barbaræ epistola. *Reuerendissime in Christo pater ac Domine frater mi singularissime: humili recommendatione, parataque semper obsequendi præmissa affectione. A. N. famulo meo fidelissimo percepi quomodo frater ipsius, nomine N. negotia aliqua erga sanctissimum expedire habeat: vt D. V. ab ipso latius intelligere habet. Et propterea me supplicauit, eum erga D. V. promotum habendo. Cum autem tempore vitæ suæ, mihi & legitimo meo, suis seruitijs semper diligentiam summam erga nos exercuit: ea de causa D. V. intimè implorando, eique fratri. N. in suis factu erga sanctissimum subuenire velitis. In hoc mihi rem gratissimam V. D. faciet: quam Christus feliciter & longeuè conseruet. Datum oppido meo Gruningen, secundâ feria post Bartholomæi Apostoli, anno, &c. LXXX. quarto.*

Barbara, filiâ & seruitrix vestra.

Hoc tempore Sibylla, Comitissa Helffenstainia, Tiguri Abbatiæ præerat.

Stutgardiæ Magistratus. *Viuebant circa hunc annum Stutgardiæ: M. Martinus Nyttel, Iuris canonici D. Ioannis ciuis F. atque iudices, Vlricus Voinger, Nicolaus Trutvvein, Ioan. Tiselin, Ioan. Hungo, VVernher Schmid, Lud. Stehelin, Vlricus Klinger, Nicolaus VValther Kuhorn, Laurentius Rittel.*

Præfectus Schorndorffæ erat nobilis & strenuus miles, Sigismundus de Friberg.

Hirsaug. Abbas Blasius. *Abbas Hirsaugiæ XXXXI. Blasius quidam Sueuus: vir & Ecclesiastica & ciuili prudentia præditus, probus vita, agendo strenuus. Ædificijs multis cœnobium decorauit. Præfuit 18. A. 9. M. 12. D.*

Sæflinga. *Sæflingensis cœnobij reformatio, per Vlmenses facta est, & ad Regulam redactio: quantumuis pro licentia sua reclamantibus, Nonnis petulantibus: ad quas à secularibus frequenter intratum fuerat. Reformatum fuit antea per Prædicatorum Priorem, Theol. Professorem M. Ludouicum Fuchs, collegium prædicatorium: cùm Plebanum haberet Vlmæ M. Henricum Nithardum. Tunc autem, consiliarijs Comitis etiam VVirtemberg. Eberhardi adhibitis, Gynæceum Sæflingense, sub Regulari disciplina viuere coactum est: nihil non, palàm & clàm, Abbatissâ Christina Strœlina Vlmensi, & sororibus, contrà molientibus. Quæ cùm biennium exulasset: precario reditum obtinuit. Alia autem erat Abbatissa constituta. F. F. F.*

Fuggeri. *Augustæ, in libello, nuptias Patriciorum nomine tenus, ab anno milleſimo, quadringenteſimo, octogeſimo quarto, vſque ad noſtra tempora, continente, reperitur: Fuggeris, è tribu Textorum eſſe tranſitum factum in album mercatorum: ipſoſque mercatoribus patricijsque, filios & filias ſuas in matrimonium collocaſſe. Vt anno milleſimo, quadringenteſimo, octogeſimo quinto, Mart. 9. Guilelmum Remum (tunc adhuc mercatorum contribulem) duxiſſe cuiusdam Fuggeri filiam VValdpurgam. Et anno milleſimo, quadringenteſimo, octogeſimo octauo, Lucam Fuggerum ſeniorem duxiſſe vxorem Claram, è vetere patriciorum Cuntzelmannorum familia.*

Eſſlinga

Eßlinga hoc circiter anno Hoßpitale igne conſumptum eſt.

Halæ conditum Schuppachiæ Mariæ templum: de quo dudùm, vbi de Vnmußio Ebervveinij interfectore, ſcriptum eſt.

Viuebat in Italia Bonifacius Palæologus, montis Ferrati Marchio: qui ex Maria Palæologina Græca, VVilhelmum filium procreauit. Alibi: ex filia Georgij Albani Scanderbergi. Palæologus Bonifacius.

In Gallia, Carolus VIII. Regnum Franciæ ſuſcepit, regnans 24. A.

ECCLIPSIS SOLIS. NOERDLINGÆ OBSIDIO. HASTILVDIVM 33. & 34. Eberhardi VVirtenberg. res geſtæ. Rectores Acad. Tybingenſis. Friderici Imper. Halam aduentus. Apud Romam, muliebris cadaueris effoſſio. Maximilianus, Rex Rom. creatus. De VVolffijs à VVolffithala teſtimonium. Gamundiæ Magiſtratus. Rockenburgenſis cœnobij perturbatio. Duo Epiſcopi Friderici, vnus Patauienſis, alter Auguſtanus. Vincentius Montefortius, Canonicus Tridentinus. Georg. Trapezuntius. Monomachia Itali & Sueui.

CAPVT XX.

ANNO 1485. die S. Gregorij (12. Martij) inter 4. & 5. horam veſperi, defectus luminis ſolaris fuit tantus: vt candelæ accenderentur: gallinæque & aues, tanquam nocte, ad ſua quietis locaſe reciperent. Magna poſteà die S. Vlrici, aquarum inundatio (circa Nordlingam quidem) ſecuta eſt. Menſura tum boni vini Neccarici, apud Nordlingenſes emebatur 2. nummis, & minoris: Franconici verò & Alſatici, 3. & pluribus nummis. Sed circa Barthol. diem, 8. nummis. Eodem anno Dux Bauariæ Georgius, Monachij habitans, Nordlingam obſedit: propter quendam olim ex ſuis cognatis, in porta quadam Nordlingenſi confoſſum: cùm inter principes & ciuitates diſſidium eſſet. Sed nihil effecit: verùm cùm difficultas in caſtris eius eſſet: commeatus ex ipſa ciuitate foràs eſt miſſus. Factæ ſunt primatium mutuæ ad conuiuia inuitationes: fides, vtrinq; ſeruata (ſicut inter Germanos decet) & interuentu Aichſtettenſis Epiſcopi (VVilhelmi nimirum, nobilis à Reichennavv) res compoſita eſt, obſidioq; ſoluta: nec modò tumultus, ſed etiam fames & peſtis, illam Eccliplin eſt ſecuta. Eccliplis ſolis. Nœrdlingæ obſidio.

Hebdomade poſt aſcenſionem Chriſti, celebratum eſt XXXIII. equeſtre certamen, Onolzpachij: Alberti, Brandenburgici Marchionis, honorandi gratiâ. Haſtiludium Onolzpachij.

Reges.

Ioan. Fuchs, eques. Alexander, Mareſcalcus Bappenheim. Conzo Auffſeßius. Adamus de Tæring, eques.

Aderat VVirtenberg. & Mompelgard. Comes Eberhardus ſenior, & ſequentes cum ipſo.

Comites.

Eberhardus & Vlricus VVerdenbergij. Andræas Sonnenbergius. Ludouicus Helffenſtainius. Botho Stolbergius.

Barones.

Ioan. VVernher Cimbrenſis. Eberhardus Gundelfingenſis.

Equites.

VVilhelmus & Vlricus Rechbergij. Vlricus VVeſterſtettius. Fridericus Fleckenſtainius. Vlricus Sohlandersbergius. Georgius, ſenior & iunior, de Velberg. Ludouicus de Hutten. Sigiſmundus de Freiberg. Conradus Schellenbergius. Sigiſmundus VVeldenius. VVilhelmus de Zylnhart.

Nobiles.

Philippus Dalbergius. Georgius & VVilhelmus Rechbergij. Sigiſmundus de Seckendorff. Rheinhofer. Heinricus de VValnrod. Ioan. de Gyltlingen. VVilhelmus de Rheiſchach. Reinhardus de Neuhauſen. Vlricus de Zungingen. Conradus de Stain. Michaël Freibergius. Ioannes & Bernhardus Hirnhaimij. VVilhelmus Schilling. Adam Thund de Kungen. Theodoricus Spætus. Ioannes Liebenſtainius. Ioan. VVeitingen. Vlricus de VVernavv. Friderici Schenck de Schenckenſtain.

Aderat & iunior Eberhardus, VVirtenberg. ac Mompelgard. Comes, cum hac ſua clientelâ.

Comites.

VVeckerus de Bitſch. Henricus de Fyrſtenberg. Krafftο Hochenlohenſis. Chriſtophorus VVerdenbergius. Baro, Ioan. Stæffelius.

Equites.

Ioan. Dapifer de VValtpurg. Leonhardus Mareſcalcus in Hohenriethen. Conradus Ahelſingius. Ioannes Spætus. Ioannes de Freundſperg.

Nobiles.

Philippus de Ahelfingen. Georgius de Schechingen. Ioan. de Flershaim. Conradus, & Rheinhardus, & Diepoldus, Spati. VValther & Erckinger de Hirnhaim. Otho de Seckendorff. Conradus Thum de Kungen. Georgius de Sunthaim. Henricus Schilling. Ioan. de Abenſperg. Ioan. Caſpar de Bubenhofen. Bernhardus Nippenburgius. Fridericus Iacobus de Awwel. VVilhelmus de Aurbach. Burckardus de Ellerbach. Vitus Rechbergius. VVernher Nothafftus. Ioannes de Sachſenhaim. Henricus de Zylnhart. Bernhardus de Stain. Albertus Truchſeſſius VVetzhuſenſis. Ernfridus de Velberg. Ioannes, & Ioan. Henricus, de Reiſchach. Eraſmus de VVeier. Frider. de Neuhauſen. VVilhelmus Boecklin. Melchior Sutzel Mergerheimius.

Inter fœminas illuſtres & nobiles præſentes, aderat etiam Eliſabeta, Comes VVirtenbergenſis, Eberhardi iunioris vxor.

Eberhardi Iunioris VVirt. loca.

Erat etiam alia quædam inter ipſos Comites Eberhardos compoſitio de regimine, Stutgardiæ facta, ante S. Georgij diem. Spectabant ad Iuniorem, Nyrtinga, Owa, VVeilhaimum, Kirchaimum, VVineda.

Oeniporti deinde pactum inter Illuſtriſſ. principes, Sigiſmundum Auſtrium, & Eberhardum ſeniorem, poſt Ioannis Baptiſtæ initum eſt: de mutuis auxilijs tempore inquieto ferendis, de iuſtitia & iure tempore pacis vtrobique adminiſtrandis.

Lorchenſibus iterum de moleſtis hoſpitibus cautum.

Iterum vetuit hoc anno Laureacenſi Abbati Comes Eberhardus ſenior: ne quem hoſpitem in ſuum cœnobium intromitteret: niſi ſi in anno ſemel aut bis, Comes Eberhardus iunior veniret. Adeò curæ erant ei Religioſi, ne moleſtarentur. Quid enim ſtudijs liberalibus, & curæ Eccleſiæ, ſæpius cum venatoribus & canibus? Rarius aliquod laxamentum doctis contingens, eſt charius. Domino autem ſuos doctos non curanti, det Deus meliorem mentem.

RECTORES TYBING.

Tybing. Academia.

Academiæ.

Kal. Maij 15. Rector, Vlricus Krafft de Vlma, V. I. Doctor.

Inſcripti.

Magnus Mareſcalcus de Bappenhaim.

Ioachimus de Ellerbach.

Die S. Lucæ 16. Rector, M. Gabriel BIEL, S. Theologiæ Licentiatus: nec non præpoſitus Eccleſiæ collegiatæ in Vrach.

Inſcripti.

VVilhelmus Truchſeß de VValdpurg.

Vdalricus Graffnegk.

Nicolaus Sigwart de Niderbaden, artium Magiſter. Ideo, remiſſa pecunia, ob Magiſterij honorem.

D. Hieronymus de Curwaria, V. I. Doctor.

Decanus Philoſophicus.

M. Ioannes de Dornſtetten.

Magiſtri creati.

Vlricus Schuler de Denckendorff.

Ioannes Tegen de Vrach.

Marcus Giſer de Veringen.

Bebenhuſæ.

Mortui quidam.

Anno Domini M. CCCC. LXXXV. in die S. Andreæ, obijt honeſtus Conradus LVTZ, præfectus in Tybingen, & poſt eum. 1506. 8. Kal. April. vxor eius legitima, Vrſula Bechtin Reutlingenſis. Humati in Eccleſia, ante altare S. Crucis.

Herrenalbæ.

Anno Domini M. CCCC. LXXXV. IIII. Kal. Aug. obijt venerabilis in Chriſto pater, Dominus Nicolaus VVagenlaiter de Obertzrote, XV. Abbas huius loci.

Vlmæ.

Vlmæ.

Obijt 1485. *Vlricus* 2. *Ehinger, Ioannis de Constantia F.* (*sup.*1381.) *Ianu.* 3. *cuius vxor, Beatrix Endorfferina*, 1466. *obijt. Horum filij fuêre*, Walther 4. von Kätz / *mortuus* 1492. *Ian.*21. *Et VVernherus de Kætz.*

Eodem anno, die Iouis post assumpt. Mariæ, desponsatio est facta (*per Illustrem Comitem VVirtenberg. & Mompelgard. Eberhardum seniorem*) *inter Bærum de Hirnhaim, VVirtenbergiæ Cameræ Magistrum: & virginem Agnetem, filium maioris præfecti Tybingensis, Georgij ab Ebingen, equitis aurati. Dos sponsæ*, 2. *millia fl. Rhenens. & posterius* 1000. *fl. ex hæreditate parentum. Hæc* 3. *millia, biennio danda. Sponsi* [illegible], 2000. *fl. & honesta dos. Hoc totum fideliter collocandum in censu, pariente annuatim* 250. *fl. Dote licebat sponsæ vti ex consuetudine, &c.* Sponsalia.

In Gallia, Carolus 8. *Rex Annam, minoris Britanniæ Ducis Francisci filiam, Maximiliano desponsatam, intercipit: & relictâ ipsius filia Margareta, antea sibi desponsata, vi in matrimonium ducit. Ipsa tamen postea semper in literis, Maximilianum appellauit suum sponsum. Re transacta, comitatus Burgundicus mansit Austriacis.* Sponsæ raptus.

Eodem 1485. *anno, die S. Michaëlis, Imp. Fridericus, cum F. Maximiliano, Halam Sueuorum venit. Postridie cùm exiret, vbi rubea turris est: & montem versus tenderet, vt Gamundiam Sueuicam peteret: currui eius aliquot tauri ardui ascensus superandi causâ, adiuncti sunt. Tum ipse, videte per Deum, facetè inquit: Romanum Imperium à bobus trahitur per regionem.* Taurus Cæsar Frider. vectus.

Eht durch Gott: man führt das Römisch Reich im Land mit Rühen vmb. *VVideman. Idem Cæsar Reutlingæ fuit, die S. Pelagij* 1485. *noctu curru inuectus: equitibus* 400. *comitatus: ab Archigrammateo Ioanne Stæhelino exceptus: atque* 2. *tauris donatus* 16. *florenorum, &c.*

Circa hæc tempora, Bohemi cæperunt linguam suam scribere: deinde, Vngari quoque. At antea, fieri non posse, putatum erat. Bohemi & Vngari.

In Italia, quinto lapide extra vrbem Romam, vbi porta Appia, muliebre cadauer est repertum, in sepulchro marmoreo pulcherrimo, planè integrum: idque virtute balsami, myrrhæ, cedrini olei, & aliorum liquorum: quibus munitum fuit corpus, duorum digitorum spissitudine. Fuit ea fœmina eximiæ pulchritudinis, speciem habent ridentis. Crines, in nodum torti: nexu colligati in occiput: aureâ infula caput tectum, aureo funiculo cinctum. Annulus aureus, in sinistro manus digito annulari. Sed rapta sunt hæc ornamenta. Oculi erant aperti: lineamenta corporis apparebant omnia. Corporis partes pressæ, surgebant. Aiunt, repertum fuisse Epitaphium, quod testetur: illam fuisse Iuliam Priscam secundam, Q. Clodij F. & inferius: NIHIL VNQVAM peccauit, nisi quòd mortua est. Muliebre cadauer, apud Romam repertum

Anno 1486. *Maximilianus, Friderici Imp. F. die Iouis post Inuocauit* (*Febru.*6. *al.*16.) *Francofurti coronatus est Rex Rom. præsentibus Electoribus omnibus: ex quibus Albertus, ille Germanorum Achilles, in ijs Comitijs,* 11. *Mart.* 72. *annorum, mortuus est. Coronam postea* 10. *April. Aquisgrani accepit.* Maximilianus, Rom. Rex creatus.

Coronationi interfuerunt, Albertus & Christophorus Marchiones Badenses: quos fecit Cæsar equites auratos: & Erasmum Hochfelderum, Andream Schnitzenbaumium, Ioannem Zinzendorffium, &c. Vitum de Rechberg, Adamum de Freundsperg, &c. Item Comites, Bernhardum de Eberstain, Ioan. de Montfort, VVolfgangum de Fyrstemberg, Ioannem de VVerdenberg, & Fridericum de Lympurg. Hochfelder.

Tricesimum quartum hastarum equestrium ludicrum, Bambergæ celebratum est hebdomade post D. Bartholomæi. Hastiludium 34. Bambergæ.

Reges.

Georgius de Gumpenberg, eques. Philippus Dalbergius. Conradus de Schellenberg. Ioan. Druchsæssius VVetzhusanus.

Interfuêre Sueui.

Ex sodalitate Falconis & Piscis. Henricus de Zylnhart. Erhardus de Kungseck. Caspar de Randeck.

Ex sodalitate numellaticanis. Conradus de Abelsingen in Hohenabelsingen, eques, Rex sodalitatis. Vlricus de VVesterstetten, eques. Conradus de Stain in Staineck. VVilhelmus de Rechberg in Dannenberg.

Ex sodalitate Coronæ. Magnus Mareschalcus in Hohenriethen (Hohenreichen) *equit. Alexander Maresc. Bappenhaimius. Burckardus de Stadion.*

Adfuerunt etiam.

Comites. *Eitelfridericus Zollerensis. Ioannes de Sonnenberg. Baro Lympurgensis Christoph. Schenck.* Equites. *Magnus Maresc. Bappenhaimius. Vlricus VVesterstettensis. Adamus Thum de Neuburg. VVolfius de Gyllingen. Diepoldus & Reinhardus Speti. Vlricus de Rechberg. VVilhelmus de Rechberg, iunior. Henricus de VVelvvart. VVolfius Dachenhausius. Philippus de Nippenburg. Burckardus de Aurbach. Ioan. de Neueck. Egenolphus de Riethaim. Et alij.*

Secundum brauium, à virgine nobili, Lucij Redvvitzij filia, Henrico Zylnharto *oblatum est.*

In VVirtembergia fuerat Magnus Magister Curiæ, sub Comite Vlrico, Georgius de Absperg, eques. Idem nunc etiam sub Eberhardo seniore viuebat.

De VVolfiorum nobilium conditione: ex quibus doctissimus piæ mem. vir

HIERONYMVS VVOLFIVS, ortum duxerat.

Wir Bürgermeister vnd Rath deß H. Reichßstatt Gemund/ bekennen/ vnd thun kundt mennigklich/ mit diesem offenen Brieff: daß auff heut den Tag/ Datum desselben/ für vns/ vñ vnserm Rath/ erschienen sind die frosñen vesten/ Otho von Rinderbach/ vnser Mitbürger: Marte von Degenfeld/ auusser vnser Statt/ auff seinem Schloß Ibach gesessen: Vlrich Flad/ ein Einwoner bey vns: Sixt vom Stainhaus/ auch vnser Mitbürger. Vnd haben vns zuerkennen geben: wie sie von wegen jhrer angebornen vnd gesipten Freund/ &c. *Petierant hi nomine absentium* VVolfiorum, *à quibus rogati fuerant, testimonium de statu ipsorum: qui fuerunt Nicolaus & Balthasar* VVolfij *fratres, de* VVolfsthal. *Hæc enim familia, olim contulerat dona quædam in cœnobium Ganundianum, &c. quia etiam in ea ciuitate habitauerat. Nunc verò recentiores* VVolfij, *quoniam in locis inde remotioribus consederant (Nicolaus, Noribergæ: Balthasar verò, Augustæ) ne genus ipsorum propter elongationem per matrimonia, in oblivionem veniret: testimonium petierant per supradictos propinquos suos, à Ganundiano Magistratu.* Solchs jhr anbringen vnnd begeren/ wir gütlich vernommen: vñ darauff den Gardian/ vñ seine Conuentbrüder/ S. Franciscen Ordens deß Klosters in vnser Statt gelegen/ erkündiget/ &c. *Cognouit Magistratus,* VVolfios de VVolfsthal, *non longè ab vrbe Gamundia habitasse: & supereße vestigia arcis* VVolfsthala, *in qua illi habitauerint: quæ ad Margaritam à Bartholomæo* VVolfio, *hæreditate peruenerint. Huius nominis tres equites auratos vixisse: quorum duo, & alij eiusdem stirpis, cum suis honestis & nobilibus vxoribus, in prænominato Monasterio sepulti sint: additis eorum nominibus, singulis mortis temporibus. Hoc modo.* Anno Domini tausent/ zwayhundert/ vnd zehen Jar/ auff S. Gilgen Tag/ starb der streng vest Her: Burckart Wolf vom Thal/ Ritter: dem Gott gnedig wöll sein. *Rursus.*

Anno tausend/ zwayhundert/ vnd viertzehen Jar/ auff Montag nach S. Simeon vnnd Judas Tag/ starb der streng vest Her: Peter Wolf vom Thal/ Ritter: dem Gott gnedig sein wöll.

Item, in deß gedachten Closters Salbuch vnd Register/ also geschrieben. *Anno Domini* tausend/ dreyhundert/ vnd im acht vnd achtzigsten Jar/ am Sontag nach S. Bartholomæus Tag/ ist Her: Joannes Wolf Ritter/ vor der Statt Weil/ in dem Streit erschlagen worden. Vnnd hat sein Mutter/ Fraw Anna von Sternenfels gehaissen. So ist deß benannten Burckarts Haußfraw/ Fraw Agnes von Vrbach geboren gewesen. Vnnd deß obgenannten Peter Wolfs Haußfraw/ Fraw Margret Berlerin/ von Hall gewest. *Reperiuntur in eodem Mortilogio,* oder Salbuch/ *hæ quoq; VVolfiorum vxores:* Fraw Catharina von Rinderbach/ Heinrich Wolfs Haußfraw. Eitel Wolfs Haußfraw/ Anna von Eßlingen. Eberhart Wolfs Haußfraw/ Anna von Sternenfels. Fraw Anna von Kanstat/ Heinrich Wolfs Haußfraw. Vnd Fraw Margret von Bolstetten/ Bartholomes Wolfs Haußfraw. Wir befinden auch/ daß die gedachte Wolfen/ ein ewige Meß auff vnser lieben Frawen Altar/ in jhr Closter/ vnd darzu ein ewige Spend/ nemlich mit drey pfund/ vnd fünff Schilling Heller/ vnser Statt wehrung/ gestifft habe: armen leuten weiß brot darumb zu kauffen: vñ vmb Gotts willen vnter sie auß zutheilen.

VVolfij à VVolfsthal, testimonium datum.

VVolfiorum vxores.

Facerent

Fatentur ijdem fratres Franciscani: daß sie eins jeden Jars/auff den H. grünen Donners tag/etwann manchen jrer Mitbrüder/in die Pfar-kirchen zu vnser lieben Frauwen bey vns senden: vnd da annemen jeden Menschen/der zu dem H. Sacrament geht/Erber Wein zu trincken geben. Es ist jnen auch von den Wolfen/ein Eßlinger Eymer Weingült in jhr Kloster/zu Opfferwein gestifft worden: also daß sie hinfürter keinen Opfferwein in die Statt schencken sollen. Wir finden auch in vnserm Spittal ein Eßlinger Eymer Weingült: den die gedachte Wölffe darein gestifft haben: der eins jeden Jahrs vnder die arme Leuth/in der Siechstuben/daselbst getheilt vnd gereicht sol werden.

Multa etiam alia contulerunt beneficia: als die da fest/alt/dapffer/ehrbar/redlich Leut gewesen/&c. *Dedit igitur petitoribus initio nominatis Gamundianus Magistratus hoc testimonium, de VVolfiorum honesta conditione, vt Propinqui ipsorum, sigillo vrbis suæ munitum:* das mit der Wolfen nachkommen/an frembden orten desto freundlicher gehalten: vnd jhren trefflichen ehrbarn Altvordern/desto fleissiger nachzufolgen/vervrsacht worden. *Datum* M.CCCC LXXXVI. *postridiæ Dominicæ Quasimodogeniti.*

Consules his annis, Gamundiæ.

1486. *Vlricus Hacher.* 1487. *Georgius Maierhofer.* 1488. *Ludouicus Herrer. Desideratur aliquot.* 1490. *Lud. Herrer.* 1500. *Georg. Maierhofer.* 1501. *Lud. Herrer.* 1502. *Laurentius Lieberman.* 1503 *Lud. Herrer.* 1504. *Caspar Taiber.* *Gamundiani Consules.*

Georgius, Bauariæ Dux, Ludouici F. ditionem Burgoniensem ad se redemit: sed anno 1492. *reddidit.*

Monasterium Rockenburgense habebat tutores, Imperatoris commissione, Vlmenses: quam curationem eis prædictus Dux Georgius, adimere 1479. *post patris sui mortem conabatur. Ideo multi conuentus sunt habiti. Sed anno* 1486. *die sanctificationis B. virginis, ascendit de VVeissenborn Ludouicus de Hasperg miles, cum multis nobilibus: Abbatemq; coegit, & Monachos, abnegatis Vlmensibus, Bauari tutelam assumere. Fecisse ideo existimatur, vt populo villarum Monasterij, in bello posset contra Vlmenses vti. Abbas verò noctu ad ordinarios suos patronos Vlmenses confugit, cum vasis aureis & argenteis: sed Monachi, ei contrarij, manserunt. Contra quos, & Ducem Bauariæ, ipse à Papa grauissimas censuras extulit: quas neutri curabant. Maledictionem ergo contra ipsum à Pontifice & contra inuasores atque ab Imp. Represalias, obtinuit. Hinc ab Abbate & fautoribus, in Bauariam irruptiones, castrorum propius Vlmam occupationes, & multa mala, &c. F. F. F.* Rockenburg. Monast.

Frid. C Oetingensis ex Sueuiæ particula Rhætæ, Guilielmi ex Beatrice Veronensi Scaligera F. Episcopus Patauiensis fit: iuuenis formâ corporis conspicuus: sed sacris non initiatus, nec Episcopatum curans. Mundani itaq; Principis more viuebat. Brusch. Patau. lib. 2.

Episcopatui Augustano præfectus est Friderico & Maximiliano Impp. promouentibus, Fridericus, Decanus summi Argentinæ Collegij: parentibus natus, Comite Zollerensi, & Comitissa VVerdenbergensi, decessoris Ioannis sorore. Præfuit A. 19. *vir mitis, castus, Episcopatus amplificator, eleemosynarius. Sed cum tandem insolitis exactionibus onerare et subditos: ingens bellum exoriturum fuisset: nisi eius & Augustanorum dissidium, quidam Monteforttius Comes composuisset. Leuauit de tumulo præsente Maximiliano, S. Sympertum Episcopum. Hohenzolleram, arcem Maiorum suorum, egregijs ædificijs illustrauit: Burladingum, arcem in Alpibus Sueuiæ, à fundamentis instauruit: op. Hechingam renouauit, arcem Dillinganam amplificauit, horeo adiacente exornans. Decessit* 8. *Mart.* 1505. *anno ætatis suæ* 55. *Sepultus Augustæ, in Basilica cathedralis sacello Gertrudino.* August. Episcop. Fridericus.

Anno millesimo, quadringentesimo, octuagesimo sexto, Innocentius anno sui Pontificatus 3. *consulit Vdalrico Crasst Vlmensi, canonico Augustensi, Decretorum Doctori, Canonicatum Augustensis & Constantiensis Ecclesiarum, &c. Kalend. Nouemb. Tunc etiam literis eum quibusdam commendauit: qui eum introduxerent in corporalem possessionem Canonicatuum, præbendarum, iurium, &c. Ex literis.* Crassto.

Dissidium fuit inter Austrium Sigismundum & VVirtemberg. Comitem Eberhardum, de Aduocatia Zuifaltensis cœnobij. Lite autem apud Constantiensem Episcopum Othonem pendente: Sigismundo & Imper. Friderico defunctis: res per Maximilianum composita est: Aduocatione tunc, apud Austriacos manente: vt à Bruschio scribitur. Zuifaltum.

Magnifico ac generoso Comiti, Domino Vlrico de Monfort, Domino & consanguineo charissimo, atque obseruando.

Montefortij Comites duo.

Magnifice ac generose Domine, ac consanguinee charissime, atque obseruande: posse debitæ commendationes, salutem. Dudum magnificentiæ vestræ, de conditione status mei, propter nuntiorum carentiam nihil intimaui. Sum enim valetudinarius & infirmus. Nam ante annum in principium paralysis incidi: & nauiter istis diebus mihi lapidem supra sepulchrum meum, vnà cum armis nostris, & literis Græcis & latinis desuper, prout à me petijstis, dum hîc apud me erutis sculpere feci. Ex animo desideraui magnificentiam vestram, vnà cum alijs amicis ac consanguineis nostris, ante finem dierum meorum videre. Attamen propter debilitatem, hanc gratiam non habui. Quæ omnia omnipotenti Deo recommittere decet: qui magnificentias vestras omnes omni tempore incolumes conseruare dignetur. Tridenti, vltimâ die mensis Augusti, anno Dom. 1486.

Græcum & Latinum Epitaphium.

Vincentius de Monfort de Moræa, Canonicus Ecclesiæ Tridentinæ.

Græcè & latinè hic vir doctus erat. Bonæ namq; literæ ac disciplinæ cum linguis, in Italia, Gallia, & Germania hoc tempore renascebantur, atq; plantabantur.

Moræa, in titulo Montefortiorum Comitum.

Habent Comites Montis fortis, titulum de Moræa: quòd Imperatorum militiam quondam in Achaiam, aut Peloponesum (quæ hodie Moræa dicitur) secuti, partem aliquam eius prouinciæ pro suis expensis obtinuerunt: teste Bruschio in M. Scr.

Rectores Tubingæ. Kal. Maij.

Schola Tubing.

17. *Rector, D. Petrus, Præpositus Ecclesiæ S. Guidonis Spirensis.*

Inscripti. *Benedictus Morder de Gruningen, M. Colonienses.*

Guilelmus Nydeck de Rauenspurg. Bernhardus Rorbach de Hailprun, Magister Viennenses.

Die S. Lucæ. 18 *Rector, D. Petrus Bopphart, V. I. D. Decanus Montispeligardi.*

Inscripti. *Ioan. Schegk de Tagershaim. Ioan. Lins. de Viniden. Volfg. de Zulnhart.*

Decanus artium. *M. Iacobus Kraus de Bæblingen.*

Creati Magistri post Dominicam Oculi.

Iacobus Lemp de Marbach. Georgius Maierhofer de Gamundia. Martinus Prunig de Tuvvingen.

Trapezuntius.

Romæ decessit Georgius Trapezuntius Cretensis: Aristotelicus Philosophus, nolens de laude Platonis audire, Poggium, in Theatro Pompeij sibi maledicentem, gemino colapho acriter cecidit. Longæuus factus, tandem omnium literarum oblitus est.

Geroltzeck.

Eodem 1486. anno, Hohengeroltzeccum à Palatino Philippo obsessum, & deditione captum est. In qua arce, inter alios nobiles erat Vvilhelmus Herter. Inter obsidentes, Comes Eberstainius, vterq; Bernhardus senior & iunior: Comes Albertus Hohenlohensis, & Pincerna Lympurg. Fridericus. Equites, Velbergij duo Georgij, senior & iunior: ac Burgmannus de Freiberg. Nobiles, Pleicardus & Orengel de Gemmingen: Carinus & Erpho Ehingeni, Ioannes de Gyltlingen, Ioannes de Nippenburg, Reinhardus de Neuhausen, Henricus de Stain, Chilianus de Stetten, Ernestus de Plieningen: Henricus, Ioannes, & Arnoldus, de Bubel: Bernhardus Schenck de Vvinterstetten, & Ioannes de Zyllenhart. Chron. Hertzog.

Monomachia Itali & Sueui.

Bellum erat inter Sigismundum Austrium, Friderici Imp. fratrem, & Venetos. In eo Georgius Sonnenbergius, qui turmæ equitum præerat, prouocatus ad Duellum ab Antonio Maria Seuerinate, hunc ad deditionem sui coëgit. Primò enim equis concurrerant: postea pedites facti, inter se luctati fuerant. Cùm ambo concidissent: Germanus iacens, arrepta sica, Antonij femori allegata, nates ei confodit. Tum Italus gloriam certaminis hosti dedit: eumq; victor plures dies honorificè secum ad exercitum habuit: & curato vulnere, donisq; additis, à se pacificè dimisit. Bembus lib. 1. Venetæ historiæ. *Iliad. 7.*

ἦ μὲν ἐμοὶ πάλαι ἐστὶ ξεῖνος περὶ δωμήτιος·
ἦλθε γὰρ εἰς ἐμὸν οἶκον ἐπὶ δεκάταισιν ἀνάσσων.

ξένος.

Tales vocantur ξένοι, qui in bello ex hostibus fiunt hospites: teste Vlpiano in Demosthenis Philippicis.

NORI-

NORIBERGÆ CÆSAREA COMITIA, ET EQVESTRIA EXERCITIA Maximiliani R. in Belgis fortuna. Postrema duo generalia Hastiludia, XXXV. & XXXVI. De Philippo ab Ehingen, & eius liberis. Tybing. Scholæ Rectores. Schulthaissij, nobiles Halenses. Natiuitas VVirtemberg. Ducis VLRICI. Granatensis in Hispania Regni recuperatio.

CAPVT XXI.

ANNO 1487. Comitia Noribergæ, pacis per imperium constituendæ causâ, à Cæs. Friderico acta sant. Quo sedente in foro magnificè (in solio cum corona, pomo, sceptro, ense) multi Principes beneficia, siue feuda, de more accipiebant: ac quotidie hastis concurrebatur. Fecit ibi Cæsar magnum ex stanno cornu, tanquam fistulam musici organi: quod etiam solle calcabatur: ac nonâ horâ prima, & manè hora secunda, inflatum sonabat, tanquam organica fistula. In Dominica crucis spectabat ex castro pueros crucis (die Kreutzkinder) infra in fossa: dabatq; singulis crustulum dulciarium, imagine Cæsaris impressum. *Noribergæ Comitia.* *Cornu stanneum.*

Aderant in Comitijs, Noribergæ. Cum Episcopo Augustano.

Comes Iobstus de Zollern, senior. Vlricus de Rechberg, Canonicorum Augustæ Decanus, Thumb Dechant. Conradus Harscher, supremus Scholæ magister: Canonicus, vt & sequentes duo. Georgius de Schwemberg. Georg. de Schwabsberg. Georg. de Rechberg, eques. Magnus Marescalcus de Hohenreichen, hæreditarius Maresc. sacri Imper. Ioan. VVesterstettensis, eques. Leonhardus Maresc. de Hohenreichen, eques hæredit. Maresc. S. Imperij. Gilg. (Ægidius) Maresc. de Dornsperg vel Oberndorff. Hainricus de Stain. VVilhelmus de Baldeck. VVilhelmus Guss. Melchior de Thierberg. Burcardus de Haimenhofen. Hainricus de Schwangow. Vitus de VVernow. Georgius de Vestenberg. Magnus Maresc. de Hohenreichen iunior, hæred. Maresc. S. Imp. Philippus de Landeck. Georgius Busch. Frisch Hanso Bodmanius. Groß Hanso Spæt. Burcardus Ioannes de Ellerbach. Ioannes de Schwasberg.

Nobiles cum VVirtemberg. Comite.

Vlricus de Flehingen, Aulæ magister. Raffo de Thalhaim. Ludouicus de Haimertingen. Mistelbeccius. Haman de Hagenbach. Hainricus de Goss. Michael de Panwell. VVolf & Herbipolensis de Flehingen. *VVirtemb. Comitis comitatus.*

Item die lunæ ante S. Iacobi, legatus senioris Comitis, Hermannus de Sachsenhaim, eques, cum quodam Doctore venit.

Hastiludia multorum illustrium & nobilium virorum. Vt,

Georgij de Ayblingen, & Vngelteri Vlmensis: qui ambo ceciderunt. Burckardi Sturmfæderi, & Ioannis Besserer Vlmensis, qui cecidit. Comitis Baltasari de Schwartzenburg: qui ambo vrsit manibus. *Equestres ludi.*

Die Ioannis Bapt. Marchiones, Frider. & Sigismundus Brandenburgenses, cœnam dederunt Electoribus, Principibus, Comitibus, & senioribus Noribergicis. *Cœna.*

Ante epulum quidam hastis concurrerunt. Deinde in prato fletæ tria tabernacula, siue tentoria. Immistæ & illustres fœminæ.

Sub primo tentorio, 4. mensæ.

In prima mensa. Elector Mogunt. & legatio Romani Regis, D. Bernhardinus de Polheim. Dux Bauariæ Christophorus.

In secunda. Elector Colonien sis. Episcopus Aichstettensis, legatio Sigismundi Austriaci Ducis. D. Vlricus de Slandersberg.

In tertia. Elector Sax. & Episcopus Augustanus. Legatio Episcopi Magdeburg. D. Albertus Glacensis, Thumdecanus Magd. & Hamburg.

In quarta. Comes Zollerens. Iobstus, nomine Marchionis Brandenburg. Dux Mechelburg. Balthasar. Comes VVerdenbergius Hugo.

Sub secundo tentorio, 2. mensæ.

In prima. Dux Bauariæ Otho. Misnens. D. & legatio Bambergens. D. Hartneid à Stain, Thumdecanus Babenbergæ.

In secunda. Dux Saxoniæ Albertus. Marchio Albertus de Baden. Legatio VVirtzburgens. Doctor Chilianus de Bibrach, Thumpræpositus Herbipoli.

Sub tertio tentorio, 3. mensæ.

In prima mensa. Dux Saxoniæ Ioan. C. VVirtemberg. Eberhardus. Legatio Alberti Bauari, Comes Georgius de Helffenstain.

In se-

In secunda. *Marchio Brandenburg. Sigismundus. Dux Munsterbergicus Georgius. Comes Ortenberg. Sebastianus.*

In tertia. *Comites Hennenbergenses, Georgius, & Otho, & Hermannus.*

Sed & aliæ mensæ erant: Comitum, Baronum, equitum, Heroidum, & Senatorum Noribergensium.

Post conuiuiũ cõcursus equestres multorũ. Vbi, Baro Comes de Helffenstain, & VVolf. de Lichau, ambo corruerũt. D. Ioan. de Schvvartzenberg, & Vngelter Vlmensis, ambo aberrarunt.

Tunc in vrbe Noriberga fuerunt etiam Capitanei. Comes Albertus de Sultz. Hiltebrandus de VVerdenstain. D. Ioannes de Neuhausen. Ioan. de Freiberg. D. Baro & Fridericus de Rechberg. D. Ioannes & Thomas de Frunsperg. Diepoldus Spæt.

Et cum VVirtemb. Comite, inter alios hi quoq. D. Sigismundus de Freiberg. Balthasar de Ovv. VVilhelmus de Auvverbach. Georgius Spæt. Ioan. Henricus de Bubenhofen. Philippus de Rechperg. Ioannes Lemblinus. Reinhardus de Neuhausen. Burckardus Schenck. Harder. Albertus Truchsæß de Bichishusen. VVernher Schenck de Stouffenberg. Pfostus de Nevveneck. Erckinger de Hirnhaim. Conradus de Stadion. VVolfius de Rosenfeld.

At alij etiam Sueui aderant.

Eberhardus de VVeiler. Vitus de Rechberg.

Ioannes, Albertus, Erhardus, } *de Kungseck.*

Michalel, Christoph. Georgius, } *de Freiberg.*

Rudolphus, Ioannes, } *de Hoheneck.*

Maximilianus R. in Belgio.

Eodem 1487. anno, R. Maximilianus, regiones Belgicas acquirere studens, sed Burgundionibus inuisus, capitur à Brugensibus: verùm non multò pòst, copijs à patre missis, liberatur. Quam ad rem, VVirtemberg. Eberhardus senior, CC. pedites, XXX. Cataphratos equites, & VI. profectitios currus præbuerat. In his bellis, hat Maximilianus die frommen Landsknecht auffbracht. *Eius temporibus* οἱ μιθοφόροι, *mercenarij milites exorti sunt, & morbus Gallicus. Olim apud* γαλάτας *(Gallos & Germanos) Gæsati vocabantur, qui mercede militabant, ante Christum 230. & antè.* διεπέμποντο πρὸς τοὺς κατὰ τὰς ἄλπεις, καὶ τὸν ῥοδανὸν ποταμὸν, κατοικοῦντας γαλάτας: προσαγορευομένους δὲ, διὰ τὸ μιθοῦ στρατεύειν, γαισάτους. Polyb. lib. 2.

Landsknecht.

Gallicus morbus. Gæsati.

Hoc etiam anno, duo adhuc, ijq; vltimi, equestres ludi nationum quatuor Germaniæ celebrati sunt: quorum commemoratione, & aliarum huius anni rerum annotatione, hunc octauum tandem tertiæ partis Sueuicæ librum concludam.

Hastiludium 35. Ratisbonæ.

Ludi hastici trigesimi quinti, Acti sunt hebdomade post purific. S. Mariæ, Ratisbonæ.

Reges.

VVilhelmus de VVolsstain, eques. Philippus de Cronberg. Henricus de Zylnhart. Hiltebrandus de Tungen, eques.

Sueui interfuêre, vel nomine Sueuiæ.

Comites. Vlrici duo de Montfort, senior & iunior. Ioan. de Montfort. Georgius Helffenstainius. VVolfius Oetingensis. Equites. Herman de Epting. VVilhelmus Stadionius. Egenolphus Rhierhaimius. Luitholdus Bernfelsius. Ludouicus de Reinach. Cui primus honos contigit. Ioannes de Reischach. VVernher Nothafftus. Vlricus Schlandersbergius. Nobiles. Georg. de Bappenhaim. VVilhel. de Freudenberg. Melchior Adelman de Adelmansfelden. Conradus de Rhiethaim. Henricus VVelvvartius. Laurentius de VVesterstetten.

Hastiludium 36. VVormaciæ expirans.

Ludi hastici trigesimi sexti, & vltimi. Hos VVormacia vidit celebrari, hebdomade post S. Bartholomæi.

Reges.

Ludouicus de Rheinach, eques. Christoph. de Kammer, eques. Otho de Liechtenstain. Fridericus de Dalberg, eques.

Interfuêre Sueuigenæ.

Comites. VVolfius Fyrstenbergensis. Bernhardus Eberstainius. Craffto Hohenlohensis. VVecker

VVerker de Bitsch. Baro, Fridericus Pincerna Lympurgius. Equites. Conradus de Abelsingen. Vlricus de Rechberg. Primum honorem adeptus. Nobiles. Ioannes & Reinhardus de Neunegk. Dietrichus Hummel de Stoussenberg. Ioannes & VVilhelmus de VVelvvart. Ioannes de Kaltenthal. Philippus de Ehingen. Ioann. Caspar de Bubenhofen. Bernh. de Nippenburg. Georg. de Rechberg. Diepoldus Spat.

Interfuêre 126. ornatæ & decoræ matronæ atque virgines. Quas Palatinus omnes, ac nobiles viros, die Martis cœna honorauit.

Ipsi Reges huius liberalis exercitij, & Abelsingius eques Conradus, cum tribus cæterarum nationum nobilibus, scindt zu Blat getragen worden. Quod quid sit, nullus adhuc mihi dicere potuit nobilis. Franciscus Modius in Pandectis triumphal. Insignia eorum circumlata per Pompam & sic honorata, intelligit.

Hactenus generalia XXXVI. Hastiludia (nationis Sueuicæ, Bauaricæ, Franconicæ, & Rhenanæ) facta 549. annorum curriculo. Principium enim eorum anno 938. Christi fuit.

Quamobrem verò hoc laudabile exercitium, hæc vtilis Schola cessauit?

Forsitan hæ causæ sunt. 1. Nimij sumptus, nimia magnificentia: quibus multi exhausti nobiles fuerunt. Exiccati itaque, coacti sunt vendere decimas, Curias, Pagos, præsertim Monachus, qui interea opibus creuerunt. 2. Quod nonnulli, honore indigni, & pœnas meriti, se munierunt multis propinquis sodalibus, clientibus: honestasque equestris disciplinæ leges ac statuta perfregerunt, & sic impunè abierunt. 3. Addantur dissensiones intestinæ, & variæ difficultates temporum. Ac profectò sicut quondam in Imperio Græco, & hodie in Regno Turcico, Scholæ armorum fuerunt & sunt: ita hodie in Romano quoque Imperio esse, prodesset. Fortassis etiam 4. causa sit, cur Hastiludia cessauerint: quòd in locum hastarum, magis iam sclopetæ bombardæq; successerunt. Cur Hastiludia cessauerint.

καὶ τάχα μὲν δὴ ἄλλα, τοιάδε τινα.

Philippus Ehingenus, qui vltimo Torneamento interfuit, natus fuerat Theobaldo, fratre D. Georgij equitis. Curator fuit 148. liberorum mortui VVolfij Ehingeni, patruelis sui. Vxorem duxit anno millesimo, quadringentesimo, nonagesimo quarto, Beatricem de Entzberg. Habitabat in Obernavv. vbi 1582. obijt. Ehingenus, Philippus, & eius progenies.

Progenies eius.

Philippi & Beatricis liberi 10.

- Sebast. eques, obijt 1559.
  - Sebast. πανῦν οἱ πατρομητόροι ἀπόλωλασι.
  - Beatrix. collocata 1559. Ioanni VVernhero de Kippenhaim.
  - Vrsula. nupsit Reischachero.
  - Agatha. Conrado Sunthaimio erat nupta. σύμιεσον οὐρωτεμπύργῳ φυλάσσεται.
- Dorothea.
- Vrsula.
- Clara.
- Catharina.
- Diepoldus.
  - Diepoldus.
  - Philippus.
  - Rudolphus.
  - Burcardus.
  - Ioan. VVernher.
  - Beatrix.
- Rudolphus.
- Burcardus.
- VVernerus.
- Ioannes.
- Iacobus.
  - Iacobus.
  - Margareta.
  - Dorothea. Nupta Christophoro VVendlero à Bregenrbot.

Sebastiani equitis vxor, fuit Vrsula de Hohenrechberg, nata ex Comitissa de Arch.

Dorothea, filia eius natu maxima, Priorissa fuit in cœnobio VVildtpergensi: & obijt 1570. septuagenaria circiter.

Vrsula, Priorissa in Parthenône Albæ Dominarum. obijt 1572. anno ætatis sexagesimo secundo.

Clara, etiam Monialis.

Catharina, virgo defuncta est.

Diepol-

Diepoldo vxor fuit Dorothea de Ratzenrued. Habitauit Berſtingæ & Sultzouiæ. Obijt 1532. filijs Diepoldo & Iacobo relictis.

Diepoldus vxorem duxit Annam Hagenmænninam, & habitauit Berſtingæ. Obierunt, ipſe 1560. ipſa 1575. ſepulta Rotenburgi apud Carmelitas.

Eius filius Diepoldus, Berſtingæ habitans, vxorem habebat Mariam Salomen de Itzlingen: quæ antea Remchingerum habuerat. Ex ea Diepoldo natus eſt Carolus Ludouicus.

Iacobus duxit Eliſabetam Kæchlerinam (Ioannis Caſp. Kechleri de Schwandorff filiam) anno 1556. Habitauit Sultouiæ. νὰ εἶε τὸν πεντακόσιον ἐμπεσὼν, πέντε νύγη, κ φ ξ γ. Obijt vxor 1566. relicto filio Iacobo Ehingeno: & duabus filiabus Dorothea & Margareta. Hactenus de bono & forti Philippo Ehingeno, & mulciplici progenie eius.

Cum autem ante biennium Bæro Hirnhaimio nupſiſſet Agnes de Ehingen, Georgij equitis filia: ipſa iam hoc 1487. anno, die Martis ante natiuit. Mariæ, more nobilitatis renunciauit omnibus paternis & maternis bonis Rotwilæ, in conſeſſu forenſi ſub Diuo: præſidente Comite Erhardo de Nellenburg, Domino in Tengen: loco Comitis Aluuici de Sultz, Aulici Iudicis Imp. Friderici vice. Aſtabat huic matronæ tunc, loco patris D. Georgij, nobilis ac doctus vir, Georgius de Fridingen: ipſaque ſumebat ſibi curatorem (zu eim Vogt) honeſtum & prudentem Adnocatum iudicij, Leonhardum Schappelium: agens omnia ſcienter ac prudenter, de conſenſu mariti ſui Bæri. Sigillum 1. Iudicij Aulici. 2. Schappelij Curatoris.

TVBINGAE RECTORES.

Acad. Tybingenſis.

Kalend. Maij, 19. Rector, ſpectabilis vir, M. Gregorius Lamparter de Bibraco, V. I. Licentiatus.

Inſcripti.

Iacobus de Andlowv nobilis. Iohannes Alberti de Kungseck, Canonicus Conſtantienſis. D. 1. ſt. Henricus VVæſelin de Schorndorff.

Die Lucæ, Rector 20. D. Ioannis Stainmaier de Lindowv. V. I. Doct.

Inſcripti.

Iohan. Stabel de Eſslingen. Iohan. Viſierer de Kouſburen.

Decanus Philoſophiæ. M. Georgius Ezechielis de Tubingen.

Magiſtri Creati.

Andreas Rempis de Gislingen. Heinricus Gremper de Vaihingen.

Vt Papiæ 1484. Vlricus Craſſt Vlmenſis: ita 1487. Indict. 5. Iul. 28. Cæſarei iuris Doctor creatus eſt Hieronymus Craſſt Alemannus Vlmenſis.

Halæ in æde S. Michaelis.

Schulthaiſſij, nobiles Halenſes.

Anno Domini 1487. die Dominicâ poſt Michael. obijt Ioannes Schulthais.

Anno 1533. pridie Petri & Pauli, obijt Heinricus Schulthais.

Anno 1551. Aug. 27. nobilis & fortis Ioannes Schulthais obijt.

Anno 1563. April. 10. (pridie paſchatis) obijt Philippus Schulthais.

Vlrici, VVirtemb. Ducis. natiuitas.

Eodem 1487. anno, Februar. 8. (al. die Iouis poſt purificat. Mariæ) horâ 5. (al. 7.) pomeridiana naſcitur ex Henrico VVirtemberg. Comite & Eliſab. Bipontina ac Bitſchia Comitiſſa, Reichenvveileræ, Henricus: poſtea in confirmatione ſui ſpiritali, VLRICVS nominatus, ter tius VVirtemberg. Dux futurus. Obijt mater 12. die poſt. Infans verò, 8. die poſt obitum matris, per Argentoratenſem vrbem, dorſo in corbe Stutgardiam portatus eſt. Ibi inſtillustris Dominus Eberhardi Barbati, educatus eſt ipſe, & multi nobiles pueri, ſub diſciplina Adami Hoffmanni (al. Figuli) Canonici. Ingenio & memoria valens. Profeciſſet multùm: ni proceres diſſent, ſufficere ei ſcire Germanicè ſcribere & legere: ac præeſſe ditioni, ex veteribus legibus, & Alemannicis inſtitutis. Latinè tamen benè intellexit: ſatis etiam loqui potuit. Tam porrò peritus Muſicæ (qua inſigniter delectabatur) vt nulla diſſonantia, ne in inſtrumentis quidem, lateret. Militaribus verò artibus ita inſtitutus, vt æquales ſuos earum ſcientia longè anteiret. De eo nunc ſatis. Iaceat interim in cunis: arundine longa equitet: literas, & principe dignas res, diſcat. Faciet ſuis temporibus, & patietur, multa & magna, cum laude & gloria.

Geroltzeccum à Palatino Comite, hoc anno euerſum fertur.

Hirſaugia.

Dedicatum eſt Hirſaugiæ, Oratorium omnium Sanctorum, ab Henrico, Thermopylonſi Epiſcopo, in honorem S. Trinitatis, & omnium Sanctorum. Erant intus multæ reliquiæ ſanctæ. Aqua-

Augustam venit Iohannes Gailer Kaisersbergensis, vocatu Friderici Episcopi Augustani: at multos menses in Ecclesia Cathedrali conciones habuit.

Deegus, VVaiblingæ præfectus (ὑπαρχος, vt in M. Scr.) balneolo eius noctu exardescente, ad mendicandum panem redactus fuit.

In Hispania, Saraceni è Regno Granatensi, quod circiter 780. annos tenuerant, prorsus expulsi sunt. Funccius quidem ad 1487. refert: alij verò, ad millesimum, quadringentesimum, nonagesimum secundum annum. Factum à Ferdinando & Elisabeta, Lusitaniæ, &c. Regibus. Vnde esse, Catholici Regis nomen à Papa promeruit. *Saracenorum ex Granatensi Regno expulsio.*

Successit illa victoria, strategemate Reginæ Elisabetæ hoc: quod Simo Furnarius, 27. canto Ariosti sic describit.

La Regina Isabella, moglie di Fernando, Re di Spagna: accioche i suoi cauallieri in quelle imprese diuenissero arditi & facessero il douere: conducea seco in fino al luogo, doue combatter si douea, quelle donne & donzelle: ch' ella sapea, que da que cauallieri erano sommamente amate: à cio, che combattendo essi in conspetto loro: sisforzassono di commettere cose marauiglioſe, & grandi. Satis, quiete opus est.

Finis Octaui libri, in tertia parte Annalium Sueuicorum.

MARTINI CRVSII, GRÆCÆ ET LATINAE LINGVAE IN ACADEMIA TYBINGENSI PROFESSORIS, ANNALIVM SVEVICORVM in tertia parte, Liber Nonus.

INsunt XXIII. annorum res gestæ huic libro, ab anno 1488. vsq; ad 1510. annum salutis. De fœdere Sueuico, de Cæsare Maximiliano, de VVirtembergici Ducatus ortu, de Eberhardo Barbato, de Duce Vlrico, de bello cum Heluetijs, de bello Bauarico, de bello cum Venetis. Præterea, Episcopi & Abbates, nobiles & patricij, viri docti, Academia Tybingensis, linguarum & studiorum liberalium incrementa. Quæ omnia, & alia multa, paulò particularius in Argumentis singulorum capitum notantur.

FOEDERIS SVEVICI PACTIO, ET ADMINISTRATIO. ACADEMIÆ Tybing. Rectores. Nobiles, Vlmensibus inseruientes. Literæ Imp. Friderici 3. ad Kraichgoienses nobiles: & huius regionis descriptio. Templorum aliquot Sueuicorum ædificatio. Præsentatio Sacerdotum ad munera Ecclesiastica. Lupfenses Comitissæ. Collegij sacerdotalis institutio Hechingæ. Coniugia nobilis familiæ Augustanæ Fuggerorum.

CAPVT I.

Fœderis Suenici pactio.

ANNO 1488. *Sueui, impulsu Regis Maximiliani (quem Moguntinensis Archiepiscopus Berchtoldus impulerat) ob tuendam mutuam pacem & quietem fœdus quoddam Norbergæ (al. Augustæ) ineunt inter se decennale (al. octennale) ad imitationem Heluetiorum fœderis fœdus dictum Clypei Georgianæ societatis: in quo fœdere potentissimi quiq; Principes, non modò ciuitates Imperij fuerunt. Inueni tamen in quibusdam literis per Imp. Fridericum procuratum esse, post pacem in Imperio comitijs Francofordianis firmatam. Profuit id fœdus plurimùm, ad publicam tranquillitatem & felicitatem: in quo etiam amplius 140. arces prædonum, destructæ sunt: & itinera, viatoribus reddita tuta. Cùm itaq; vexationes & spoliationes eo fœdere tollerentur: malis & irrequietis terribile erat. Sed tamen 1533. anno cessauit. Stumpfius lib. 13. cap. 21. id contra Heluetios spectasse, scribit, Alicubi in hanc sententiam de eo scriptum reperi. Anno 1488. Cæsar Fridericus Augustæ fecit communem in Suevia pacem, omnium ordinum confœderatione: quæ vocabatur, Die Gesellschafft Sanct Görgen Schilte. Nam omnes, qui ad comprehendebantur (Electores, Principes, Comites Barones, equites, nobiles: item Prælati, ac ciuitates) debebant gestare clypeum S. Georgij, modò ex nobilitate essent. Diuisa autem hæc sodalitas erat quadrifariam. Vna societas erat in Hegæa. & ad lacum Podamicum: altera, ad Danubium: tertia, ad Kocheram: quarta, ad Neccarum & Nigram syluam. Harum cuiq; suus ex equestri ordine Dux præerat. Sed & ciuitates habebant Ducem. Hi quinque Ducibus, vnus communi vel generalis Dux præerat, ceu Imperator, Comes Hugo à VVerdenberg. Primæ Quartæ, vel Quadrantis, Dux in Hegæa & Podamico tractu, Iacobus erat Bodmanius, eques. Kocheranæ partis Dux, Albertus Lympurgensis. Neccaricæ & Hercyniæ, Georgius ab Ehingen, eques illustris. Danubiani quadrantis, Vlricus Fronspergius, eques. Vrbium Dux, VVilhelmus Besserer Vlmensis. Cuique Duci sui consiliarij erant, ex ordine equestri. Georgio itaque Ehingeno, hi erant attributi. Ludouicus Nippenburgius. VVilhelmus Nenneccius. Ludouicus Emmerhofius.*

Georgiani Clypei societas.

Quadripartita.

Duces eius.

Hyeme quatuor additi sunt. Ioannes de Neuneck.
Ioannes de Reischach, Præfectus Neopyrgensis.
Martinus de Neuneck.
Ioannes de Ovv, in VVachendorff.

Si qua

Si quæ grauiores inciderent res: adiungebantur plures: vt, Ludouicus Truchsæssius de Hæsingen. Conradus Schanck de VVinterstetten. VVilhelmus de Vrbach. VVolfius de Dachenhausen senior. Burckardus de Ehingen, Dom. Georgij frater. Petrus Schvveler. Baltasar de Bibel.

Confirmata est hæc Ducum ratio postea Esslingæ à Cæs. Friderico: præsertimque Ehingenopareri iussum: qui etiam præclarè se in hoc munere gessit. Vt, quòd sequenti 1489. anno, cum Rotvvilenses, duos viros in agri VVirtembergici Hurzelbergo cæpissent (altero ibi interfecto, altero postea capitis damnato) sepemâne sylvestrem, & VVirtembergico, & Rotvvilæ seruien tem, discidissent: ac res in iudicium deducta esset: post multasque actiones, delegatum esset diiudicandi munus ab vtrâque parte certis viris, quorum vnus, D. Georgius erat: tunc secundum VVirtembergicum sententia lata est: quæ Rotvvilenses satisfacere comiti coegit. *Rotvvilenſium cõtrouerſia cum VVirtemberg. Comite.*

Inter VVirtembergenses Dominos Eberhardos, cùm Regio totain vnum esset collata, postea conuenerat: vt administratio tota penes Seniorem, per dies vitæ esset: Iunior verò cum vxore Elisabeta, certam pecuniæ summam ab eo acciperet: habens oppida quoque, Kircheimum, VVeilheimum, Ovvam, VVinidam cum arce: Nyrtingam denique, vbi Aulam teneret, cum aliquot pagis. Interim nihil erat alienandum: nec homines, præter debita munia grauandi. Alioqui oppida ad seniorem Eberhardum recidebant. Sic etiam Maximiliano R. postea placuit. Et 1492. Moguntinus Berchtoldus, inter ipsos ambos, & Comitem Henricum, ordinauit de hæreditate: quid post decessum eorum fieri deberet. *Rurſus tranſactio inter duos Eberhardos.*

Rectores Tybingæ.

Kal. Maij. Rector 21. M. Iohannes Hiller de Dornstetten, S. Theol. Baccalaureus. *Schola Tybingenſis.*

Inscripti.

Matthæus Bubenhofer de Bubenhofen. D. Iacobus de Clingenberg, Canonicus Augustensis, & Studens Basiliensis.

Die Lucæ, Rector 22. M. Iohannes Stain de Schorndorff, Decret. D.

Inscripti.

Frater Laur. Ziegler de Meugen, Professus Monasterij Augiæ minoris. Georgius de Zafflain. Ioannes Mercatoris de Asperg, artium M. Studij VViennensis.

Decanus artium. M. Conradus Summenhart de Calvv.

Promoti Magistri.

Iohannes Bart de Tusslingen. Thomas Rimmelin de Stockach. Viuebant tunc hi: Abbas Adelbergæ, Berchtoldus. Schorndorffij Præfectus, D. Sigismundus de Friberg, eques. Vlricus & Albertus Rechbergij de Hohenrechberg, & Reinhart de VVelvvart, equites. Item, Tubingæ ciues: Conrad Grulich, & Ludouicus Keller Iudex.

Vlma, sicut ab antiquo nobilium & fortium virorum operâ vtebatur, conducens stipendijs largis: ita hoc anno habebat generosos Comites: Philippum de Kirchberg, cum eius ministris armigeris, & Ludouicum de Helffenstain. Item, D. VVilhelmum de Rechberg, de Hohenrechberg: ac D. Iacobum de Landovv, comitibus generosis exortum. Præterea nobiles, VVilhelmum Einsedlin, Magnum Vetzerum, Conradum de Zulnhart. Arnoldum de Rosenberg, Georgium de Berg, Bernhardum Schenck, Conradum Pfalhasmar, cum ipsorum armigeris. Denique nobiles proprios: vt, Leonhardum Vetterum: qui vsq; ad S. Patricij purgatorium venerat. F. F. F. Vixerat hic Patricius olim circ. 430. Christi: & Hyberniam ad fidem conuerterat. *Vlmenſium miniſtri nobiles.* *Hybernia.*

Erant eminentiores iam tunc familiæ in Vlmense ciuitate: Krafftones, Ehingeri, Besserer, Rhotij, Strælingi, Gosleri, Leones vel Laij, Vngelteri, Vetteri, Remi, Stamleri, Remboldi, Diethamij, Guntzburgenses, Haidenses, Haintzleri, Schærmaieri, Zuckeri, Mæslingenses, Herrvarti, Harscheri, Schutzij, Rudolfenses, Besingeri, VVespachij. At etiam Vlmeri, Græckij, Rentzij, Bitterlani, Schleicheri, Rotengatteri, Lupij, VVickmanni, Dalsingeri, & alij. *Vlmenſes Patricij.* *Lupij.*

Schvvabenberg.

Cæptæ sunt hoc millesimo, quadringentesimo, octogesimo octauo anno ædificari Noribergæ domus Sueuorum super vetere vrbis fossa (qui nunc Sueuus mons nominatur) ob pannos ex lino & lana ibi texendos. *Sueui textores.*

Albertus Dux Bauariæ tentabat subijcere sibi Ratisbonam: sed obstabat Fridericus Augustus, & Sueuicum fœdus.

Sponsalia nobilium.

Sponsalia facta sunt, pridie Dominicæ Misericord. Domini, à nobilibus virís: Burckardo de Ehingen, Nagoltensi Præfecto: & Georgio ab Ovv in Hurningen: inter nobilem honestam virginem Sophiam: nobilis & strenui equitis Ioannis de Neuneck F. & nobilem Rudolfum ab Ehingen: Georgij equitis, Tybingæ præfecti maioris, filium. Altera Neunecij filia, Barbara, Burckardi de Ehingen vxor erat.

Friderici Imp. litera ad Sueuos.

Die 17. Septemb. eiusdem 1488. anni Imp. Fridericus, anno Imperij sui 37. Antuerpiæ scriptum dedit ad ordines Sueuiæ: qui nondum se ad id fœdus adiunxerant: cùm in comitijs Francofurtensibus, pax per totum Imperium seruanda decreta fuisset: ideoque hoc fœdus, institutum, ce vbiq; publicata. Eapropter mandat, vt ad fœdus se conferant, certo tempore: sub comminatione inclementiæ Cæsareæ & Imperialis (cui obedientiam debeant) pœnarumq; antea editarum: malefactæ insuper denuntiatione centum Marcarum puri puti auri, ab vnoquoque inobediente persoluendæ: ac proscriptionis in corpore & bonis: absolutione denique à pactis, aut fœderibus, huic fœderi contrarijs. Harum literarum Transumptum seu Vidimus (exemplar) Vlmenses dederunt generoso Comiti Hugoni VVerdenbergico & Hailigenbergico, Sueuici fœderis Imperatori, petenti.

Dem wolgebornen Graff Hugen: gemeinem Hauptmann der Gesellschafft Sanct Gorgen Schilts deß Lands Schwaben. *Approbarunt hoc exemplar, manu & signo suo, Vlmæ, duo Cæsarei Notarij publici: Gallus Bader, & Ioannes Schappenler cognomine Knenssmæ: testibus ingenuis & honestis viris: Ioanne de Stotzingen, Ioanne Harschero, & Ioanne Esslingero, Laicis Constantiensis diœcesis. Appensum sigillum secretum Vlmensis ciuitatis, cerâ rubra.*

Auch ein Gewaltbrieff à Comite Hugone, Herrn Görgen von Ehingen desselben geben. Gehört der Ritterschafft am Necker vnnd Schwartzwaldt. *Die Iouis post Catharinæ, Vlmæ.*

Etiam ad Kraichgoios.

Eiusdem 1488. anni 11. Decembr. Vlmæ, literæ Friderici erant: anno Regnorum eius, Romani 49. Imperij 37. Vngarici 30. per quas imperabat equitibus & nobilibus Kraichgæ, in Sueuia Sitæ, & ad eam pertinentijs, cunctantibus: vt se ad fœdus Sueuicum aggregarent: sicut ex fide & obedientiæ erga Imperatorem & Imperium deberent: comminationibus supradictis additis. Sigillum rubeæ ceræ, in quo biceps aquila.

Nomina eorum, quibus hoc mandabatur.

Engelhart von Nippergzu Wisenlach. Peter Lämblin zu Horckein. Philips von Ehrenberg zu Ehrenberg. Jörg von Massenbach zu Massenbach. Hans von Gemmingen/der alt zu Gemmingen. Cunrad von Helmstatt zu Grußneck. Hans von Vemmingen zu Zutzenhausen. Philips Sturmfeder zu Schadhausen. Cunrad von Thatheim zu Wisenloch. Dietrich von Angelach zu Angelach. Georg Göler von Rauensperg. Eberhart von Sternenfels zu Kürnbach. Itel von Sickingen. Cunrat von Lamersheim zu Isigsheim. Neithart Horneck zu Hochhausen. Matthias Ramung zu Dospach. Hans von Nippenburg zu Mur. Philips Bettendorff zu Gowangelach. Weiland Hansen von Gemmingen Wittib/ vnd Sohn/ zu Michelsfeldt. Hans Völinger zu Hilspach. Hans von Osthofen zu Richen. Itelshelm von Bergem zu Nibsheim. Holtzhoferin Wittib/vnd jr Son/ zu Nibsheim. Vlrich von Flehingen zu Flehingen. Hans Thalacker zu Bruchsal. Hans von Bergwang. Hans Hofwart zu Münchehew. Peter Flammer zu Suichheim.

DE GREICHGAEA, nobili Sueuiæ parte, clarissimi viri, Rostochium illustrantis, D. Danidis Chytræi, oratio extat. Inde hæc.

Craichgaæ descriptio.

Greichgæa nomen, à gente Græca ortum esse, similitudo literarum indicio est, quasi γραικία. Nec mirum videri debet, Græcos olim alicubi in Germania consedisse: cùm in Caroli V. exercitu, bellum quando in Germania gerebat, Græcos equites Epeirotas fuisse sciamus. Sic & Spiræ nomen, Græcum est. Nam σπείρα cohortem significat. Fuit enim locus castrorum, & sedes Prætorij vel Aula Constantij Imp. cùm aduersus Alemannos bella in ijs locis gereret. Potuit ergo cohorte Imperatoris colonia Græcorum militum in Greichgæam deduci. Limites eius. Orientalis, op. VVimpina, aut potius infertis Obrica, Hailprunnam vsq; Heuchelum montem versus.

Australis, ferè vsq; ad Portam Hareyniæ (Pfortzemum) ditio VVirtembergensis, Pfolzmæo Charitinorum.

Occidentalis, ferè vsq; ad Rhenum, & ripam Spiræ aduersam.

Longitudo diametri Greichgæ, sex milliaria Germanica, ab Haidelberga Hailprunnã vsq;

Vmbo-

Vmbilicus ferè eius, opp. Sinshemiã: distans ab æquinoctiali circulo 49. gradus, & 20. scrupula: à primo autem Meridiano, per insulas Fortunatas transeunte, circiter 26. gradus. Neccaro, Rheno, & iugis Harcynijs definitur: ac maximam eius partem hodie Palatinus possidet. Irrigatur amnibus Graico, Salsa, Ilysso, Nigro, & alijs riuis: oppida habet viginti, ac plurimas familias nobiles. Inter quas eminet Mentzingensis, Sickingia, Gemmingensis, Helmstettensis, Massenbuchia, Venningensis. Sunt & aliæ Claræ. Neipergensis, Ehrenbergia, Flechingensis, Sternefelsia, Habernensis, Angelochia. Neukirchia, Rossauuia, Nippenburgia, Horneccia, Seckendorffia, Sturmfederica, Thalheimia.

Habet Ecclesias quoq; Euangelicas Greichgææ: & Scholas mediocres, in quibus Græcæ & latinæ literæ, artesq; dicendi, traduntur: inter quas Scholas Eppingensis est: & fundata à Principe Ruperto, patre Ruperti Cæsarij, Haidelbergensis Academia: cuius primus Rector 1387. fuit Marsilius de Inghen Parisiensis. Greichgæus quoque Brettanus, insignis ille Philippus Melanchthon fuit. Greichgæus Haidelshaimius, Hieronymus Gerhardus D. VVirtemberg. Ducis Vicecancellarius: quo Præceptore quondã D. Dauid Chytræus Tybingæ vsus fuit. De Greichgæa, hactenus.

Nunc ad alia quædam huius 1488. anni transeo. VVaiblingæ Parochialis Ecclesia, pulchra & fortis, cum campanaria turri, ædificata hoc tempore est, lapide quadrato: ita aptè, vt omnia vnius lapidis esse videantur. Itaque ne deijci quidem potuisset ea turris, absque reliqui ædificij incommodo: si lapidibus illius postea 1538. ad Schorndorffensem munitionem, Dux inclytus Vlricus uti voluisset. Lapicidæ artificis nomen fuit, Ioannes de Vlma & Landauio: qui filium eiusdem artis & nominis reliquit. *VVaiblingæ Templum.*

Schorndorffæ, turris campanarum in Templo parochiali S S. Basilidis, Cyrini, Naboris, & Nazarij, hoc 1488. anno condi cœpta est: altissima nunc, & artificiosissima: cum per decennium ante (promissione Indulgentiarum à Cardinalibus, Guilielmo Ostiensi, Roderico Portuensi, & alijs, omni fideliter contribuenti) pecuniæ collectæ fuissent. *Schorndorffæ campanile.*

Templum illud Marianum immanis magnitudinis Vlmensium, CXI. tandem anno absolutum est: amplius nouies centenis Aureorum millibus constans. Nullum eo in Germania amplius: nec, post Argentoratense, magnificentius. *Templi Vlmensis absolutio.*

Animarum cura.

Abbas Lorchensis, & hereditarius Lympurgensis Pincerna, alternatim constituendi Capellanum in Gebenvvilera ius habebant. Constituerat D. Albertus Lympurgensis (sodalitatis Sangeorgianæ Clypei ad Cocheram Dux) Georgium quendam: qui VVeltzæ habitare debebat: vt Parochio adesset legendo, canendo, missificando, in Festis solennibus: & hebdomadatim bis Gebenvvilerã Missam celebraret, ac semel VVeltzæ: deniq; ipsemet Gebvvilericam præbendam possideret. Hæc verò licet ab Abbate admonitus, nondum fecerat. Rogat igitur Albertum Abbas, eum eò adigat, ne miseri incolæ, & animæ, à quibus orta sit ea Capellania, debita ope & intercessione ad Deum, priuentur. *Gebenvvilera Capellania.*

Forma præsentandi Presbyterum ad beneficium Episcopo: beneficio aliquo, vel per mortem, vel per liberam resignationem, vacante.

Reuerendo in Christo patri & Domino, Domino Friderico, Dei gratiã Episc. Augustensi: aut eius in Spiritualibus Vicario generali: Georius Abbas Monasterij S. Marie in Lorich, ordinis S. Benedicti, diocesis prefate: cum orationibus humilibus, reuerentiam ac obedientiam, tam debitam, quam condignam. Ad Rectoriam perpetuam Ecclesie Parochialis in Frickhouen, per resignationem Domini Georij Muck, notissimi eiusdem Rectoris, nunc vacantis (cuius quidem Ecclesie ius presentandi ad nos pleno iure pertinere dinoscitur) discretum virum Iohannem Leonis, presbiterum Herbipolensis Diocesis, presentium exhibitorem, vestre reuerende paternitati, pro perpetuo Rectore prenominate Ecclesie presentamus: supplicantes pro & cum eo humiliter & deuote: quatenus prefatum Dominum Iohannem dignemini inuestire: adhibitis circa hoc solennitatibus debitis & consuetis. In cuius presentationis euidens testimonium, sigillum nostre Abbatie presentibus est appensum. Pridie idus Augusti, anno Domini 1488. *Præsentatio Presbyteri ad munus Ecclesiasticum.*

Iuramentum, præstandum in collatione beneficiorum. Collatio purè fiat, & propter Deum, absque simonia.

Domino meo collatori, & eius successoribus, & conuentui, & Monasterio, ero fidelis & obediens: eorum bona promouendo, & dampna premuniendo: ac alia faciam, quæ iuris ordo veris collatoribus fieri poscit, atq; dictat. *Iuramentum præsentati & recepti.*

Item, prædicto beneficio (parochiæ, & eius filiabus) satisfaciam: secundum consuetudinem Parochialis Ecclesiæ, subditis eius Sacramenta administrando, diuina celebrando: ac alia, prout iuris est, impendendo: sicut Altissimo reddam rationem.

Item, in eodem beneficio personalem residentiam faciam: nec me sine consensu collatoris absentabo.

Item, ipsum beneficium non permutabo: nec aliquid inde alienabo: nisi de consensu Domini mei collatoris.

Item, ipsum nulli resignabo, nisi ad manus Domini mei collatoris: & hoc sine dolo & fraude (κἀνευ δόλου καὶ ἀπάτης, apud Athenienses.)

Item si contigerit, me causam habere cum aliquo: qui subiectus sit Domino meo collatori: velo recipere iustitiam coram Iudicibus Domini mei: nisi talis esset causa, vel casus: qui superiorem, vel aliud forum, requireret.

Item, honestatem clericalem obseruabo, nullam mecum vnquam tenebo concubinam: prout sacrorum canonum edicto, Synodalibusque constitutionibus, sub debitis censuris & penis palàm prohibetur.

Contentus ité ero prouentibus, quib. hactenus antecessores. Omnem dolũ & fraudem remouebo.

Iuramentum. Ita promitto, vt me Deus adiuuet, & sancta Dei Euangelia.

Lupfenses Comitissæ aliquot.

Elisabeta, Comes Fyrstenbergia, nata ex Lupfensibus. Sigismunda Comitissa Lupfensis. Catharina, Comitissa Lupf. nata de Meisch. Anna Tubing. nata de Lupfen. Magdalena Gundelfingensis, nata Lupfensis. Agnes, nata 1488. Helena, nata & mortua 24. Nouemb. 1502. Catharina, nata de Lupfen obijt 8. Iul. 1521. anno 35. ætatis. Amalia & Helena. Iustina, Abbatissa Colonia ad Rhenum. Iuliana, libert Collegij Remelspergensis, Choralis, Comitis Itel Friderici pia mem soror. Vide 2. part lib. 3. cap. 9. Margareta, Marchionissa Badensis, Abbatissa in Lucida valle, 27. Nouemb. 1488. scripsit ad Ioannem, Abbatem Cistertij.

Zollerenses Comites.

Hoc 1488. An. Februar. 9. obijt Iodocus Nicolaus, Comes Zollerensis. Eius filij erant, Fridericus Episcopus Augustanus, & Eitelfritzius Comes Zollerensis. Habuit in animo, collegium sacrum erigere & dotare in fano Hechingæ D. virginis: ad Honorem Dei, & cœlestis Reginæ virginis Mariæ, ac militiæ cœlestis totius. Filij autem eius, modò dicti, id collegium erexerunt ac dotarunt: vt 12. presbyteri ibi sustentarentur: emptis decimis ex pago Bisinga, Stainhofa, & Tanhaimo. Contulit ad idem mille Florenos illustrissima Marchionissa Brandeburg. Magdalena, Comitis Eitelfritzij vxor. Sed & alia multa donata eò sunt, ex varijs locis. Vicissim est Sacerdotibus iniunctum: Missas agere diebus Sabbatinis: ac post rem diuinam, sepulcra familiæ Zollerensis obire, ad remedium animarum eius. Duodecim autem illæ personæ, sunt hæ. 1. Decanus. 1. Parochus. 8. Capellani, & 2. Diaconi, vel Adiutores. *Primus eius loci Decanus fuit M. Michael Zimmermannus Ostdorffensis. Parochus, M. Ioannes Vœgelinus. M. Vilhelmus Balldecker, Capellanus altaris ad S. Lucium. Henricus Zimmermannus, Capellanus altaris XI. milium virginum. Martinus Pfluger Rosenfeldensis. Capellanus altaris S. Martini, &c. Vide infrà lib. 10. cap 2.*

Hechingensis Collegij erectio.

Chomburgense Monast.

Eodem 1488. anno, Monasterium Chomburgense, in collegium liberum vel seculare mutatum est: postquam 30. Abbates in eo fuissent.

Fuggerorum matrimonia.

Augustæ, Lucas Fuggerus senior, in matrimonium duxit Claram Cuntzelmannam patriciam. Georgius, Vlrici & Iacobi frater, Raimundi & Antonij pater, Marci Ioan. & Iacobi auus, nuptias peregit cum Regina im Hof: cuius gentiles è Mercatoribus, iam in patricios minorum gentium per connubia erant traducti. Eodem anno, pestilentia Nordlingæ sæuijt.

Solodurum.

In Heluetia Soludurũ die Sabbati post S. Thomæ, fit XI. pagus perennis Helueticis fœderib.

HVGO DE VVERDENBERG. MAXIMILIANVS R. HALÆ. TYBING. Scholæ Rectores. Confraternitas Monasteriorum. Raimundus Pyraudi, Lorchæ. Schorndorffæ & Augustæ ædificia. Epitaphia Stutgardiæ. Nasstgerus eutrapelus.

CAPVT II.

ANNO 1489. circa trium Regum, omnino confirmatum fuit Sueuicum fœdus, auctore Bauarie Duce Georgio.

Di

Die Iouis post Sebastiani Comes Hugo de VVerdenberg & Hailgenberg, generalis Dux Sangeorgianis cum in Sueuico fœdere: quia cogebatur arduis negotijs ad Cæsarem proficisci; nobili & strenuo viro, Georgio Ehingeno equiti, capitaneo partium ad Hercyniam & Nicrum, demandat totam potestatem, agendi ex Cæsareo mandato: pertinente ad reuer. D. Reinhartum Neiperg, Teutonici ordinis Magistrum: & ad equites ac nobiles Craichgoiæ. VVerdenberg. C. Hugo.

Maximilianus R. 1489. Halam Sueuorum venit. Ibi cum de Palmarum, Christus asino insidens, à porta Langensalderina (vt ex VVidemanno didici) comitante clero, & S. P. Q. Halensi, more solenni in S. Michaëlis Templum deduceretur: ipse quoque Rex cum ea pompa processit. Videns autem Christum à lictoribus in Templum deduci: ad Dominum Turnemsem conuersus, Ecce per Deum, inquit. Neminem ne Hala habet, qui optimum virum ducat, nisi lictores? Ideo Senatus deinceps curauit: non amplius per lictores ducendum, sed per duos Senatores. Asinus palmarius Hala.

RECTORES SCHOLAE TYBING.

Rector 23. Cal. Maij, M. Gabriel Biel, S. Theol. Licentiatus. Tybing. Schola.

Inscripti.

D. Thomas de Falckenstain, Baro. D. I. fl. Frater Martinus Alvveg, ordinis S. sepulcri Hierosolymitani, Professus in Denckendorff. Iohan. Kefer, artium M. studij Colomensis, Canonicus Ecclesiæ Tuvvingens.

Rector 24. Festo Lucæ, M. Martinus Planisch de Dornstetten, S. Theol. Baccalaur. formatus, siue promotus.

Inscripti. Melchior Stapff de Vnterturcken. Stephanus & Schvvickerus de Gundelfingen, Barones.

Ioannes Mack de Hohenstatt.

Decanus Philosophiæ. M. Martinus Planisch de Dornstetten.

Magistri creati.

Iacobus Sartoris de Zuifalten, postrid. Matthiæ. Bonifacius Dinckmut Gœppingensis, Aug. 12.

Lapideo ponte Neccarus Tybingæ iunctus: vt eius antehac mentio facta est.

Ibidem in monetaria platea, duæ domus & horreum Conradi de Fyrst conflagrauêre, die S. Theodori.

Plaustrum vini 9. Florenis vendebatur.

Denckendorffiæ Præpositus viuebat quidam Petrus.

LORCHENSIVM ET NORIBERGENSIVM cœnobiorum confraternitas his verbis.

Vos & quemlibet vestrum, ad confraternitatem nostram, ad vniuersa & singula nostre obseruantie suffragia, & diuinorum officia in vita recipio (ego frater Oliuerius Maillardi: omnium fratrum minorum de obseruantia Cismontanorum, humilis seruus, & generalis Vicarius) pariter, & in morte: plenam & specialem participationem omnium Carismatum, & spiritualium donorum: videlicet Missarum, orationum suffragiorum, officiorum diuinorum, ieiuniorum, abstinentiarum, disciplinarum, prædicationum laborum, obseruantiarum: ceterorumq; operum virtuosorum, ac Deo acceptorum: tenore presentium gratiosè conferendo: que per fratres mihi subditos, sorores sancte Clare, & operari & acceptare dignabitur clementia Saluatoris: vt multiplici suffragiorum adiuti presidio: & hic augmentum gratie, & in futuro mereamini eterne vite premia possidere. Addens insuper de dono & gratia singulari quòd, cum diuine placuerit voluntati, de exilio presentis miserie vos vocare: vestrúmq; obitus (annuente Deo, multo tempore ad merita cumulanda differendus) nostro capitulo fuerit nuntiatus: eedem pro vobis fiant orationes, ac officia: que pro precipuis benefactoribus in nostro ordine sunt hactenus laudabiliter fieri consuete. Confraternitas Monastica.

Hæreticorum coniecit. (Hæc, Oliuerius.

Coniuncti isti equis ad communem currum, omni vi in cœlum subuolare conabantur: vbicunque alij Christiani manerent.

Congruenter scil. Dicto illi: Fulgebunt, qui multos erudierunt ad iustitiam. Item: Ego sum, ego sum ipse (Esa. 43.) qui deleo iniquitates tuas, PROPTER ME. Ergo, non propter humana opera. Et: non ex operibus, ne quis glorietur. Et: omnia nostra, pannus menstruatus. Et: Donum Dei, est vita æterna. Denique: Iustus sua fide viuet.

Piraudius Raimundus.

Raimundus Piraudi, Archidiaconus Alnisiensis, Papæ Protonotarius, &c. vetuit: ne de

Reliquiæ Sanctorum.

vllis Lorchensibus Sanctorum reliquijs, cuiquam extraneo (ne principi quidem Ecclesiastico, aut seculari) quicquam daretur, absque speciali Apostolicæ sedis licentia. Decere enim, Sanctorum & Sanctarum reliquias, in sua integritatis plenitudine consistere.

Sicut scil. quando circumforaneus ἀγύρτης, aliquod medicamentum peculiariter scit: alijs non impertit, nisi pecuniâ ad voluntatem suam data. Secundum illud: Docete omnes gentes. Et: venientem ad me, non ejiciam forâs.

S. Mariæ laudes.

IDEM Pyraudius Raimundus, Dum precelsa, inquit, meritorum insignia: quibus Regina COELORVM, virgo Dei genitrix gloriosa, sedibus prelata fidereis, quasi stella matutina preretulat, deuote considerationis indagine perscrutamur: dum etiam intra pectoris arcana reuoluimus: quòd ipsa, vtpote mater misericordiæ, & pietatis amica, humani generis consolatrix, pro salute fidelium, qui delictorum onere premuntur, sedula oratrix, & peruigil, ad Regem, quem genuit, intercedit: dignum, quinpotius debitum, arbitramur: vt Ecclesias, & loca Ecclesiastica, in honorem sui nominis instituta, glorioſis remissionum impendijs, & indulgentiarum muneribus, decoremus, &c. Ecclesiam Monasterij Lorchensis deuote visitantibus, die dedicationis, & alijs diebus, indulgentias centum dierum dedit. 1489. Iun. 10.

Vbinam S. literæ faciunt aliquam Reginam cælorum? Ergo est Dea: sicut vxor Iouis Iuno. At deus ait: Me inuoca. Gloriam meam alteri non dabo.

Altaria viatica.

IDEM postridie Lorchensi Abbati viatica erigere altaria concessit: in quibus Missas apud infirmos, & alios, ad Ecclesiam accedere non valentes, celebrare posset. At vna oblatione, qui sanctificantur, perfecti sunt. Heb. 10.

Ciborum indulgentia.

Idem eodem tempore, quòd oleum oliuarum in his locis non sit multum, permisit: vt hominibus aduersa valetudine grauatis, liceret tum Quadragesimalibus, tum alijs diebus, quibus interdictum esset, butyro & alijs lacticinijs vesci: auctoritate Apostolica Innocentij 8. P. At prohibere certos cibos, 1. Timoth. 4. eorum est, qui à fide desciuerunt.

Feurbach.

Fyrbachenses duo, Matthias Linck, & Baltas. Kopp, vendidêre Lorchensibus cœnobitis, 55. ingera syluæ 105. libris obolorum. Signarunt, Ios Vogler Vogt/ *Balt. VVælstinus, & Melchior Haimlin, Coss. Canstadij.*

Reustem.

Capellaniam Reustensem fundauit Bebenhusanus Abbas, Scultetus & Iudices eius loci. Capellaniam verò VVanckensem, Missamque perrennem, D. Georgius Ebingenus eques: concedente Bebenhus. Abbate, & Episcopo Constant. consecrante.

Schorndorffa.

Schorndorffæ ædificata est 1489. frumentaria domus, insula, super palis alneis: ligniis in magna exundatione Remsæ, eò vectis. Ibi, libripendium: ibi, magna copia frumenti: ex alpibus, Tubari Rotemburgo, Nordlinga, Bauaria. Superior contignatio, nymphæum est: id est, locus nuptijs celebrandis dicatus.

Viuebat hoc tempore D. Conradus Adelman von Adelmansfelden.

Turris Mariana Augustæ.

Augustæ renouata fuit turris D. virginis, Berlacum versus. Nodus turris, seu Colophon, pendet (vnà cum cruce, & gallo gallinaceo) cupri CCCIX. libras. Fasset der knopff ein viertling Korns/ minder zway schafft. *Constant hæc ornamenta 278. Aureis, & 30. crucigeris.*

Lucas Fugger iunior, Iustinam Ridlerinam, ciuem, è Mercatorum tribu, sed tamen gentilium matrimonijs iam patriciam, duxit.

Landau.

Obijt Georgius de Sachsenhaim. Item Lucius de Landau eques, Conradi 1436 defuncti filius, die Veneris ante S. Margaretæ obijt 1489. Humatus apud S. Crucis vallem. Vxorem habuit Emmeleiam vel Homiliam Bessererinam, Lautrachi ad Ilerum sepultam. Eam Gabelcouerus rectius Barbaram nominari putat. Nam & filiam eius sic nominatam fuisse: nuptam primò anni à VVerdenstain, equiti in Cronburg: deinde, Georgio à Rechberg in Kelmuntz. Fratrem hic Lucius habuit Eberhardum, cui vxor nulla fuit. Lucij filius Henricus 1510. obijt M. Scr. Lazius verò plures facit Lucio liberos: Eberhardum, Iacobum, Ioannem, Henricum, Barbaram, & Feronicam. Barbaram, Georgio à Rechperg: Feronicam autem, Vdalrico à Riethaim, nuptas fuisse. Filiam denique N. addit, Monialem in S. Crucis valle.

Stutgardiæ in Hospitalario Templo.

Epitaphium Stutgardiæ.

Maria reine Magt/ Mein Laid sey dir klagt.
Ich hab verzehrt in lust/ Mein junge tag vmb sust.
O Welt/ nach dir gebült/ Ist hie mein Helm vnd Schilt:

Dit

Die nun verlassen mich. Daran gedenck vnd sich/
Vom Adel hie geborn: Hüt dich vor Gotts Zorn.
Bist je gewesen werd: So wirst doch staub vnd Erdt.
War ich je jung vnd frey: Mein alter ist herbey.
Ich hab gelebt fürwar/ Jetzt 62. Jahr/
Der Welt zu lieb in Sünd. Maria bitt dein Kind/
In seiner Maiestat/ Für all mein Missethat.
Für auß/ als lang ich leb/ Mich deine gunst vmbgeb.
Hernach/ wenn ich gestürb/ Mir ewig frewd erwürb.

Anno 1489. starb Jörg von Sachsenhaim/ Stiffter diß Altars: dem GOTT gnädig sey.

Vnus mediator Dei & hominum, homo Iesus Christus. 1. Tim. 2.

Natus est Ingelhemi Sebastianus Munsterus, Hebræus & Cosmographus. Munsterus Sebast.
Obiit 1489. (al. 1490.) Vngariæ Rex Matthias, successore Vladislao Polono. Descenderat autem quodam tempore (teste VVidemanno) ad Matthiam, homo quidam facetus, Conradus Nasitsgerus: qui maiorem vitæ partem, apud Lympurgenses Dominos transegerat. Audiuerat enim, illi Regi acceptos esse τὰς γελοιοποιούς, scurras: ac sperabat aliquod maius premium. Primo itaq; die, cùm salibus Regem, mensæ assidentem, delectaret (non ignarus linguæ Latinæ) ecce tibi carnifex, cum duobus sanguinem stillantibus capitibus: quorum alterum ad dextram, alterum ad sinistram, Regi apposuit. Conradus, existimans Procerum capita esse: astuare, facetiarum oblitus, ingemiscere. Cum à Rege causam interrogaretur: ipse sollicitus, ne quid ingratum Regi responderet: dixit, sibi videri, hæc capita duorum Procerum insignium fuisse. Sibi ergo dolere, eos ita sui oblitos, vt Regem suum clementissimum offenderent, & in hanc pœnam incurrerent. Tacuit Rex Matthias. Prandio autem peracto: Nasitsgerus se in pedes coniecit: malens inanis redire, quàm cum periculo illic esse. Nasitsgerus, homo facetus.

RECTORES TYBING. SCHOLÆ. VIRI ALIQVOT DOCTI: VT, Marsilius Ficinus. Sylchæ gynæceum sacrum. Elisabeta de Ehingen, Monacha. De Rudolpho & Georgio Ehingenis. Controuersiæ Adelbergenses transactio. Quædam Bebenhusana, scripta pictaque. Sacerdos parricida. Augustanæ quædam ædificationes.

CAPVT III.

ANNO 1490. *turris noua Templi Stutgardiani cœpta est ædificari.*

Strenam noui anni, Comiti VVirtembergico, vt patrono, Lorchensis Abbas mittebat, & consiliarijs ac Ministris, pisces & pecuniam, aut pugiones. Weinrechnung zu Stutgart/ 37. ß. 12. ß. Strena.

Rectores Tybingæ.

Rector 25. Cal. Maij, D. VVendelinus Steinbach, S. Theol. Professor. Acad. Tybingana.

Inscripti.

Iohannes Stuchel de Stutgardia. D. Albertus, Comes de Hohenloh. Frider. & Caspar Fribergeri. Ambrosius VVidman de Tuvvingen.

Rector 26. die Lucæ, M. Conradus Vesseler, in Decret. Licentiatus.

Inscripti. *Baltasar Mutschelin. D. Martinus Prenninger, V. I. Doctor, Ordinarius. Gratis, ex Statuto. Vlricus, & Bernh. & Vitus Rinderbachij, Halenses Sueui.*

Decanus artium. *M. Iohannes Lupfdich.*

Ioannes Behem Vlmensis, primus omnium in Germania Hebr. Lexicon, & libros aliquot Grãmaticos, à Iudæis comparauit: quibus Capnioni, Pellicano, & alijs, profuit. Gesn. in Biblioth. Hebraicum Lexicon.

Bernhardi Adelmanni de Adelmansfelden Epistola, Aichstadio 4. non. Nouemb. 1490. scripta, extat. Incipit: Salue, amicorum optime. Nuper literas tuas accepi: quibus me, quòd nihil in lucem, neq; scribendo, neq; dicendo, tanquam Monachus inglorioſus proferam, satyrico more, vt scribis, arguis, &c. Quòd translationem Vallæ in Iliade Homeri petis: libentissimè tibi pro meo in te amore operam nauarem meam: modò apud me translatio illa esset. Ne tamen omnino me desiderium neglexisse existimes: mitto tibi traductionem Nicolai de Valle: quam iampridem Romæ emi, in nonnullis libris Homeri, &c. Nondum vidi. erat tunc tanta bonorum, in tribus principibus linguis, copia librorum, quanta nostro tempore. Deo ergo gratias agamus. Adelmannus Adelmansfeldensis.

MARSI-

MARSILIVS FICINVS, MARTINO VRANIO Prenningero Constantiensi, S. D.

Marsilij Ficini epistola.

Liber de vita noster, est expressus. Accepi his diebus ab impressoribus vnum, ad te missurus, &c. Accepi nuper tuo nomine thecam cultellariam, manubrijs gemmeis & aureis ornatam: munus non philosophicum tantùm, sed & Regium, &c. In agro Caregio, 10. April. 1490.

Murrharti Abbas erat Ioan. Schradinus.

Volckmarina Mechtildis.

Mechtildis Volckmarina, Priorissa conuentus iuxta Sulchericam Rotenburgi Neccari ei portam, Apocham de pecunia sibi persoluta dedit tribus filijs Rudolphi de Ehingen, propinquis sui: Theobaldo, Burcardo, & VVolfio: sigillis nobilis viri Henrici de Gyltlingen, & Cos. Rotemburg. Ioannis Hippi, roboratam. Si Tybingâ Rotenburgum ascendas: παρὰ τὴν Sylcha tibi ad dextram, non longè à porta occurrit.

Sylcha cœnobium.

Reuta iuxta VVildpergam.

Elisabeta de Ehingen, VVolfij Ehingeni piæmem. F. cœnobij Rutheusis apud VVildpergam, prædicatorij ordinis, dioces. Constantiensis, conuentualis soror: renuntiat patrimonio parentum & fratrum suorum: acceptis 150. fl. ab equite D. Georgio, & conuentui traditis, &c. Apocham, à M. Iacobo Sprengero Theologo, generali prouinciæ Germanicæ prouinciali approbatam, Priorissa & conuentus viridi cera, Prouincialis rubrâ, confirmarunt.

Ehing. Georgius.

Georgius Ehingenus eques, in arce Kilpergensi proprium sibi sacellum ædificauit: quod postea Daniel (Episcopus) Bellinus consecrauit. Emit quoque, sibi & vxori Annæ, diem Anniuersarium Rotenburgi à Carmelitis, vtrique seorsim vnum. Quorum alter diei S. Matthiæ tributus est: alter, diei S. Matthæi. Mulier enim illo die, ipse hoc, obierunt. Obijt autem D. Georgius 1508. anno, octogenarius.

Habuit ipse in vico suo Sacerdotem, cui nomen VVendelino fuit. Quem accusantes apud nobilem Rustici, petebant, alium Sacerdotem sibi dari. Sacerdos contrà, alios sibi Rusticos dari. Sibi illos æque intolerabiles esse, ac se illis. Accusatus, quòd rarò diuina officia celebraret, respondit, ideo rarò: ne etiam Rustici discerent celebrare: ac sibi commodum suum eriperetur. At etiam rarò domi es? Semper foris prandes? At mures etiam in meo panario mortui sunt. Quid in domo inani facerem? Apud Bebelium. Ille verò eques, rerum sacrarum ita studiosus erat: vt cùm sæpe propter legationes ijs interesse non posset: consecratum lapidem secum ferret, in quo missificaretur, Constantiensis Episcopi concessu.

Rudolphus Ehingenus.

Georgius Iunior Ehingenus.

Vxor eius, & liberi.

Filius Georgij & Annæ Rudolphus, natus erat 1465. & ex hoc Rudolpho, 1490. Georgius de Ehingen. Qui, vt pater, ita & ipse, Tybingæ studuerunt.

Euasit hic Georgius insignis in literis concipiendis, siue artificiosè componendis. Anno 1516. minister factus est Ernesti, Marchionis Badensis. Vbi cùm se benè gessisset: vxorem duxit 1518. de voluntate patris, formosam virginem Elisabetam de Sunchingen: Iacobi Staufferi Sunchingij, & Vrsulæ Gyltlingiæ, filiam: cum qua Neunecca habitauit.

Hinc nati.

1. *Iacobus, circ. 1520. cuius filij sunt nobis noti, Burcardus & Georgius: quorum & patrem, & auum, noueramus,*

2. *Rudolphus. Obijt 1550.*

3. *Vrsula. Nupta Itelio (ἰνθελίῳ) Theodorico Gemmingensi, 1558.*

4. *Agnes. Desponsa Truchsæsio ab Hæfingen, ante nuptias defuncta est.*

Schadius Ioan.

Obijt eorum mater Elisabeta 1531. Duxit Georgius alterâ vxorem 1536. Apolloniam: filiam D. Ioannis Schadij equitis, de Mittelbiberach in VVarthausen, Cæs. Maiestatis consiliarij intimi, Doctoris: natam ex Otilia genus ducente ex Langijs VVallenburgijs. Fuerat ante nupta cum Friderico de Entzburg. Prudens, animosa, diserta, benè morata. Cuius fratres erant: D. Ioannes Schad, Canonicorum Constantiæ Præpositus: & D. Ioan. Philippus Schad eques. Ferdinandi R. consiliarius. Denique, Marcus & Lucas.

Rechberg.

Hoc 1490. anno, erat Albertus de Rechberg in Hohenrechberg, eques, Præfectus Gæppingæ. Viuebat tunc etiam Craffto de Liechteneck: & Ioannes de VVerdnau, Innhaber zu Wendlingen.

Adelbergæ sacellum S. Vlrici.

Controuersia erat inter Vdalricum de Rechberg Decanum, & capitulum Ecclesiæ Augustensis, Abbatemque Lorch. Georgium, ex vna parte: ac Berchtoldum, Abbatem Adelberg ex altera: de possessione sacelli S. Vdalrici in curia monast. Adelbergensis. Ea composita est per arbitros generosi Domini, Domini Eberhardi, Comitis de VVirtemb. & Mompelig. seniores: Ludwicum

vicum Vergenhans, V. I. D. Cancellarium ipsius Comitis, ac Præpositum Stutgardiæ: D. Petrum Hofhartum, Ecclesiæ Montispelig. Decanum: & D. Bernhardum Schæferlinum, Doctores. Ratam habuit transactionem, Augustensis Episcopus D. Fridericus: per Henricum de Liechtenau, V. I. D. Canonicum, & huius Episcopi in spiritualibus Vicarium generalem.

Tybingæ, in Templi S. Georgij muro infimo prope campanas, hæc verba sunt. ✣ Albrecht. Hurnus. der. alt. vnd Irmel. sein Haußfraw. vnd Albrecht. Hurnus. der junge. vnd Adelheit. Keßlerin. von. Bondorf. Agnes. von. Husen. vnd Adelheit. Schniderin. all sein Haußfrawen. Anno Domini M.CCCC.LXXXX.

Bebenhusæ in fenestris Peristylij, sub imaginibus scripta & picta.

Sanguine, doctrina, specie excellens, mihi Christum
Propitium meritis fac Catharinæ tuis.

Bebenhusanæ quædam.

Fridericus de Nippenburg, virtusque iuris Doctor, Canonicus Spirensis.
Anno 1490. hoc opus procurauit expleri Fridericus de Nippenburg.
Ioannes de Nippenburg, & vxor eius Agnes de Giltlingen.
Palatinus Tuvvingensis, procumbens in genua, prætendens signum suum læuâ, dextra sentum pillus est.
liem, Hans von Bubenhofen/ Landhoffmeister.

In conuentus veteris circuitu, sub suis figuris hæc leguntur: scil.

τὰ ἐν ἀγίοις διηγήσεται τὰδε' ἀρχὴ ἀγρεύεται.

Hie stieht/ wie S. Bernhart geborn wirdt.
Hie erschien die geburt vnsers HErren S. Bernhart.
Hie ward S. Bernhart eins mit seinen Brüdern.
Hie kam S. Bernhart gen Cistertz.
Hie lag nieder Gerhardus/ S. Bernharts Bruder.
Hie kam er zu jhm/ als er gefangen war.
Hie ward S. Bernhart eingeschleifft mit seinen Brüdern.
Hie ward S. Bernhart außgeschickt gen Auinion.
Hie bawet S. Bernhart Clarevall.
Hie predigt S. Bernhart seinen Brüdern.
Hie kompt S. Bernhart mit den seinigen/ wider den vngehorsamen Grafen.
Hie beschwert S. Bernhart die besessene Leut.
Hie macht gesundt S. Bernhart mancherley Siechen.
Hie vmbfieng S. Bernhart vnsern HErren.
Hie kömpt S. Bernhart gen Speir/ vnd wird empfangen von Welschen.
S. Bernhart kranck: vnd erschien jhm die Mutter Gottes/ vnd S. Benedictus/ vnd S. Laurentius.
Hie schnitten (*metebant*) die Brüder S. Bernharts: vnd erschien jhn die Mutter Gottes/ vnd S. Catharina/ vnd S. Barbara.
Hie fuhr S. Bernhart gen Pariß: vñ bracht viel Studentē mit jm in den Orden.
Hie stirbt S. Bernhart: vnd fehrt sein Seel in Himmel. *Hæc, ibi.*

S. Bernhardi pictura.

Addamus eo miraculum, quod Hailsprunnæ inter alia S. Bernhardi facta, in tabellis scriptum est Cambrensis, ei à Poëta Monacho tributum.

Zu Basel S. Bernhart eins reitt/
Vber ein Bruck/ gen eim Freyheit/
Mit jhm vmbs Pferdt zuspielen an.
S. Bernhart sprach: was setzstu dran?
Mein Leib vnd Seel/ sprach er: vnd warff
Drey seß/ sam dran gesetzet scharff:
Vnd greifft da nach dem Pferd mit eil.
S. Bernhart sprach: verzeuch ein weil:
Vnd warff den ein Würffel entzwey:
Das macht drey seß/ ein eß darbey.
Also er vom Freyheit gewann:
Macht jhn zum frommen Ordensmann. *Eeee.*

De

Sepulcrorum dimensio.

De sepulchrorum Christi, & S. Mariæ, dimensione, in muro Bebenhusano inciſa.



Wir Prior vnd Conuent gemeinlich der Ainsidler Brůder *Sancti Augustini ordinis* zu Tuwingen / bekennen offentlich / ꝛc. So wir vnser Closter von grundt auff new erbawen / ꝛc. *Die S. Martini, 1490.* *Tybingæ, Eremitæ Augustiniani.*

Eodem anno Sacerdos quidam (Ioan. Heroldo teste) Halæ iuxta S. Catharinæ Templum habitans, mente captus, patrem suum occidit. Eum Senatus carro vinctũ misit VVirceburgum. Ibi pro Dæmoniaco habitus, in balneo positus, & virgis (Dæmonis expellendi causa) cæsus, interijt. Anno deinde 1503. Sacerdos quidam Leonhardus, Sartorem interfecit Munclæ: qui carro ad Episcopum missus, dimissus est. *Sacerdos parricida.*

A. circiter 1490. Gilg & Daniel Senfftii fratres, fecerunt leporinũ sepimentũ (ein Hasenheg) *quod à Schenchiano Venatore destructũ est. Eũ postea Senfftii, Hala egressum, interfecerũt.* *Senfftii.*

Anno 1490. Augustæ, cœnobium S. Catharinæ de nouo ædificatum est, ab Anna VValtherina, ibi Priorissa. *Augustana quadam.*

Eodem anno, S. Vlrici Templum lapidibus stratum est: & fenestris primum instructum, im Garten am Hohenschiessen. *Etiam S. Annæ Monasterium, amplificatum est. Fuggerus denique supra forum boarium ædificauit domum.*

Hoc 1490. anno, aut circiter, natus est Martinus Kraus Bottensteini, oppido πετρώδει Babenbergensis Episcopi: Parentibus, Petro Krausio, & vxore eius Margareta Schallerina, illius oppidi ciuibus. Quo Martino, & coniuge eius legitima Maria Magdalena Trummerina, natus est 1526. Septemb. 19. horum Annalium Scriptor, Martinus Crusius, docens iam 33. annum in Acad. Tybing. Sophoclem, Homerum, Thucydidem, Ciceronem, Oratoriam. *Kraus.*

Eodem 1490. anno, Venetiis triumphalis inuectio facta est Catharinæ Corneliæ, Reginæ Cypri: quæ habebat fratrem Georgium Cornelium.

Constantinopoli tempestas grandis erat: quæ partem columnæ Constantini deiecit. Tunc etiam circiter 800. domus conflagrarunt: vnoq; in loco 3. millia hominum perierunt. *Constantinopoli tempestas.*

RAPTVS SPONSÆ GALLICVS. FRIGVS, FAMES, BELLVM RVSTICUM. Rectores Acad. Tybing. Constantiensis Episcopus Thomas. Sangallensis Abbas Gotthardus. Epistola Martini Vranii. Rossauia nobilis familia. Leuatio & Canonizatio. S. Zymperti, Augustani Episcopi. Martini Clæssii Vhingeri natiuitas.

CAPVT IV.

ANno 1491. Carolus Franciæ Rex rapuisse scribitur Britannicã sponsam Maximiliani R. ne Ducatus is ad Maximilianum veniret. Postea, superato pugna Duce eius regionis Francisco, eam occupabat. Ideo comitia Noribergæ acta sunt. Hyems erat tanti frigoris: vt Mercatores Noribergenses, carpentis per Heluetiam veherẽtur Geneuam: & Tigurinus lacus (quod antehac factum non erat) totus congelaret: Calendisq; Maii per triduum ningeret. Liquente postea niue: domus, quæ Tybingæ trans riuum Ameram erant (im Briel) *inundatæ sunt aquis omnes: quæ per Haggeniam portam influebant. Itaq; nauiculis ad mutuos accessus opus erat.* *Sponsæ raptus.* *Hyems frigidissima.* *Briel.*

Valuerat antea medimnus frumenti (ein Scheffel) *4. ß. Sed eiusmodi fames est secuta per VVirtembergiam, & alias terras vt medimnus valeret 6. ℔. & 4. ß. Durauit malum per triennium: in Sueuia, Bauaria, aliisq; regionibus.* Ist Kinderwerck gegen heut zurechnen. *Fames.*

Ne bellum quidem defuit.

Nam seditione commoti sunt Almangauici agricolæ (grauati exactionibus, quas putabant nimias esse) aduersus Campidonensem Abbatem, ad Lubasum amnem. Succurrens verò Sueuicum fœdus, quinq; millia illorum oppressit. *Rusticana seditio in Algoia.*

Occupauerat superiore tempore Ratisbonam Bauarus Albertus. Ideo Sueuici fœderis ciuitates, campo Lyci fluuii occupato: ipsum eam Imperio restituere coegerunt. *Ratisbona & Bauarus.*

Rectores Tybingenses. *Schola Tybingensis.*

Kal. Maij XXVII. Rector M. Conradus Summenhart, S. Theologiæ Professor.

Inscripti. Georgius Mestlin de Ersingen. Othmarus Vœgelin de Memmingen. Iacobus Summerhart de Calvv.

Rector XXVIII. D. Mangoldus VVidman, Decret. D. die S. Lucæ.

Inscripti. Albertus de Rechberg. D. Fridericus, Comes de Helffenstain. Melchior *Senfft, & Philippus Schletz, Halenses. Georg. VVeselin de Schorndorff.*

Decanus artium. M. Iohannes Geich Francofordianus.

Magistri creati. Hermannus Rhot Vlmensis.

Simon de Reischach. Georgius Truchseß de Ringengen.

In Bibliotheca stipendii Martiniani Tybingæ, opus est Franc. Petrarchæ de remediis vtriusq; fortunæ: quod fuit M. Georgii Hartsesseri, Decret. Doctoris, & Decani in Stuggarten.

Hartsæsser.

Constant. Episc. Perlouer.

Anno 1491. Constantiensis Episcopatus mandatus est Thomæ Perlouero: qui ei 5. A. optimè præfuit. Fuerat ex Ciliensi inferioris Pannoniæ oppido natus, V. I. Doctor, vir eloquens & prudens: Imperatoris Friderici Consiliarius intimus: cuius filium Maximilianum, latinis literis benè instituerat. Ante Episcopatum autem, fuerat Præpositus summi collegii Constantiensis. Episcopatum mediocriter instaurauit. Sepultus ibi in summo templo. Brusch. Huic Episcopo, qui, vt Episcopatus incommoda attenuati resarciret, à Papa impetrauerat, recusabant Sacerdotes & Prælati dare ad aliquot annos, quintam partem suorum redituum, prouocantes ad Concilium generale. Egit igitur Sueuicum fœdus, & Comes VVirtembergensis, cum eis, vt vigesimum nummum darent 13. Stumpff. 22.

S. Galli Abbas Glattburgius.

Gotthardus à Glattburg, familia vetustißima, eodem anno Abbatiam Sangallensem accepit: humanitate (vt Brusch. scribit) & corporis proceritate, egregius. Qui statim profectus Romam, confirmationem à Pontifice adeptus est. Bellator erat: & equorum, conuiuiorum, pomparum, ac phlegmatici sexus, amantißimus. Nescio, num perinde S. Bibliorum.

Roschianum cœnobium, aliquando à ciuibus Sangallensibus exustum, reædificauit. Interiit morbo Gallico, in oppido VVilensi, anno 1504. Sangalli sepultus.

IOHANNI REVCHLIN PHORCENSI, PRÆCLARO TVM philosopho, tum Iurisconsulto, Martinus Vranius S.D.P.

Vranius Martinus.

Mitto ad te humanißime vir, non solum diuinum Iamblichum: sed etiam quædam Proculi
„ in Alcibiadem, atq; Synesium de Insomniis: ea tamen lege, vt breui ad Dominum reuertantur.
„ Eßet namq; longa ipsorum absentia, mihi admodum grauis futura. Feliciter vale, & te in eis ob-
„ lecta. Ex Tybinga, prima Decemb. die, anni. M. CCCC. XCI.

Florebat Doctor Martinus Nittel, Præfectus Stutgardiæ.

Russauius Philippus.

Eod. 1491. anno, viuebat nobilis vir, Philippus de RVSSAVVE: qui ex vetere libro curauit in libellum membraneum in scribendos aliquot suorũ Maiorum: additis iconibus eorum, cum singulorum vxoribus, & vtrorumq; Insignibus. Habitarunt in Creichgoia: quidam & alibi in Sueuia. Ex qua familia, ratione matris, eximius nobilis, VVirtembergici hodie Consilii, ortum ducit. Christophorus Engelshœferus, nobis è studiis liberalibus notus. Plæriq;. a. Russauii, armati (ἐν πανοπλίᾳ) picti erant, cum calceis cuspidatis: alias rubris, alias nigris, alias ferreis. Mulieres, stolatæ (ἑλκεσίπεπλοι) cum calanticis in capite: collis nudis (sine collariis) & interdum pileatæ. Sub calantica, ad vtranq; aurem, viride aut rubeum quid: infula, seu vitta, opinor: sub qua, flaui crines contorti. Insignia Russauiorum, vel Rossauiorum.

Scuto insistit galea oculata: supra eam, corona: supra coronam, duo cornua: quorum dimidia pars superior, flaua est: inferior verò, rubra. Iidem colores, fasciarum vel lemniscorum.

Rossauii nobiles.

1. Herr Hans von Russaw/ *eques auratus. Vxor eius*, ein Wölffin von Walttorff an der Vernaw. *Sic legebam* τὸ ἀμυδρόν. *Habitarunt Rotenstain, & VVildpergæ.*

2. *Antonius, Ioannis præcedentis F. Vxor eius, ex familia Bartdreys. Etiam Rotenstainum incoluerunt.*

3. *D. Albertus, Antonii F. eques. Vxor eius, quædam Kynigshofia. Habitarunt Rotenstaini & Lauringæ.*

4. *D. Lucius, eques, Alberti F. Vxor eius, quædam VVolckenstainia*, von dem Birg bey Ißbruck. *Habitarunt Lauringæ & Zabelstaini.*

5. *Henricus, Lucii F. Vxor I.* Knœthina *de Rotenstain. II. Truchseßia de VVetzhusen. Lauringæ habitauit, & Præfectum VVildpergæ egit.*

6. *Vincentius, Heinrici F. Vxor*, von Köntze. *Incoluit Lauringam & Hasfurtam.*

7. *Henricus, Vincentii F. Vxor*, von Lorbach. *Domicilium eius, Lauringæ & Franckenbergæ.*

8. *Bernhardus, Henrici F. Vxor*, ein Gyrin von Gibelstatt. *Erhardus, Bernhardi frater. Vxor I.* eine von Elm/ Künigundis. *II.* eine von Hedishaim / die man nendt von Gulpen/ *Gertrudis.* 9. *Bernhardus, Bernhardi F. Philippus, Erhardi F. ex Künigunde. Erhardus, Philippi frater, natus ex Gertrude. Vxor Erhardi, quædam Liebenstainia.*

10. *Fridericus, Erhardi huius F. Vxor*, eine vom Newenhaus bey Sinsen.

11. Erhar-

11. Erhardus, Friderico natus. Vxor eius, eine vom Stain/vom Reichenstain. Habitauit Neuuenburgi ad Neccarum.

LEVATIO S. SYMPERTI (qui 780. Domini, Episcopus Augustanus fuerat) Augustæ in Ecclesia S. Vlrici.

Anno 1491. sub Episcopo Friderico Zollerensi, habito potestatis ordinariæ consensu, res sic est acta.

S. Zymperti, August. Episcopi, leuatio.

Quatuor de conuentu fratres, iussu Vlrichiani Abbatis Ioan. Gyltlingensis (adiunctis etiam 4. Latcis honestis: quia labor, difficilis) fodientes (prius inuocato S. spiritus auxilio) clausis Ecclesiæ valuis, circa undecimam horam noctis, lapidem sarcophago B. Symperti impositum inuenerunt. Sed apertio eius, ad solemniorem ritum reseruabatur, de communi consilio. Hinc mox firmiter est clausus, sarcophagus: & quæ ad debitũ honorem congruebant, diligenter præparata.

In B. deinde Andreæ festiuitate (fama tam celebris actus, diuulgata) processio fit (maximo hominum utriusq; sexus numero) ad sepulchrũ Symperti. Qualis fortè Deo pro S. Bibliis datis, nunquã facta est processio: nec ij libri, de tenebris leuati. Tunc D. Abbas huius loci, tribus fecit ictibus, in S. Trinitatis nomine, rei initium: virisq;, quibus negotium datum fuerat, fodiendi dedit potestatem: præmissa tamen, de mandato Augustensis Episcopi, excommunicatione: ne quis temerè aliquid de tanti patroni reliquiis auferret. Secundum scil. illud: Tu Deus, pater noster es. Abrahamus nescit nos. Tunc, effosso sarcophago, reliquiæ sancti palàm sunt repertæ: & cum canticis decantatis, in ligneo loculo positæ: tum de suggestu populo demonstratæ. Inde, à Canonicis Cathedralis Ecclesiæ, in altari D. Vlrici reuerenter collocatæ, cum processione. Post hæc, officium cum exultatione celebratum solenne. Deinde, totum diem in illo altari, ob communem populi deuotionem relictæ. Finito eius diei completorio: Abbas, omni cum reuerentia processionis, reliquias in prædicto loculo ad sacrarium deportauit: sarcophagum clausit: coram omnibus suo sigillo muniuit. Translatio S. Symperti, iterata. Nam primum, 1064. ab Embricone Episc. facta.

Elapsis aliquot diebus: reliquiarum membra, per fratres huius cœnobii sunt optimo lotario: & singula ossa, per Medicũ peritissimũ (præsentibus Prælatis, totoq; conuentu) pulcherrimo ordine collocata: integro eorum reperto numero: scil. 119. additis 32. dentibus, in sarcophago. (sunt hominis dentes, triginta duo comedentes) De tumulo prospectum est huic ornatissimo corpori, absq; tamen fastus nota. Translatio dilata est ad Feriam tertiam S. Paschatis. Cautè post lotionem, reliquiæ sunt sigillis munitæ, & reuerenter asseruatæ. Publicabatur vbiq; huius dies festiuitatis: exspectabaturq; Rom. Regis aduentus: cum pluribus S. Imperii Principibus, & secularibus & spiritualibus. Tunc igitur, iis Augustã venientibus, an. 1492. Feria Paschatis 3. (quæ erat 23. April.) translatio hæc Symperti est solenniter incepta, & feliciter peracta magna cũ latitia. Nam Frider. Episc. altare in honore illius consecrauit, ortosole. Postea (præsentibus R. Maximiliano & Principibus) in eam tumbam, Confessoris Christi sunt ossa translata, vbi nũc sunt: reseruatis extra quibusdam, in maiorẽ Sancti venerationem. Accepit caput Episc. cum reuerentia, adiuuante Rom. Rege. Cæteræ reliquiæ, in cupreum impositæ sunt Mausoleum: multis Abbatibus adiuuantibus, Ducibusq; Bauariæ Christophoro & VVolfgango. Sic ea sunt magna cum processione, nomen Domini inuocante, per septa cœnobii, ad præparatum portatæ sarcophagum, firmissimis repagulis obseratum. Foris reseruata sunt, integrum eius caput, in argenteo repositorio. Item, costa vna. Sed & Rom. Regi particula donata fuit, atq; Episcopo Augustano.

DE EODEM, Achilles Gassarus in M. Ser. Τῶ αὐτῶ ἐνιαυτῶ.

Rursus, de Zymperti leuatione, Peutinger.

A. 1491. Nouemb. 30. S. Zympertus, Episc. quondã hic, è tumba sua lapidea leuatus est. In ea duæ erãt literæ, D. M. vulgus existimabat, tumulum esse alicuius sancti. Donec Doctor CONRADVS PEVTINGERVS I.C. (cuius hoc anno prima fit mentio) errore demonstrato, occasionem dedit: vt è Templo tumba illa amoueretur. Gedenck/er hab gelesen/Diis Manibus. Ist also/gleich so bald eins alten Haidnischen Römers/als S. Zymprechts tumba, gewest.

Postea in feriis Paschalibus anni 1492. S. Zympertus in cereum sarcophagum, præsente Maximiliano, impositus, DIVVS vocatus est: & festus ei dies, permissu Papæ Innocentii VIII. & confirmatione Friderici Episcopi, constitutus.

Eodem 1491. anno, deiecta est S. Mauricii turris, & rursum instaurata. Sed inter erectionẽ contignationis, in turrim quidã operarius decidit, ac periit. Stutgardiæ apud S. Leonhar dũ.

Anno Domini 1491. Jar/starb der erbar Johannes Lorcher/Bürger zu Stutgarten/auff Crucis exalt. dem Gott G. S.

Claessius Martinus. Vhingen.

Eodem anno natus est Stutgardiæ MARTINVS CLAESSIVS, die Conradi Episcopi. Dictus fuit hic Martinus, VHINGER, à pago Vhingen propè Gœppingã. Stutgardia erat ei Bethlehem: Vhinga verò, Nazareth. Factus est is 1509 Baccalaureus Friburgi Brisgoiæ: Magister verò 1514. Tubingæ. Deinde 1516. Presbyter creatus est Constantiæ, in summa Basilica. Mox die Dominico iubilate, Gœppingæ primam suam Missam cecinit, in parochiali Templo Oberhofen. Anno 1521. Parochus factus est Leonbergæ, in Ducatu VVirtenbergico, Spirẽsis Diœceseos. Deinde 1524. Prædicator & Canonicus, in Collegio Obernhofen Gœppingensi: ac post paucos annos, sub Regio dominatu, inuisus Collegis suis, & despectus. ἐλουθηρίζεγάρ. *De quo, suo tempore plura.*

COMITIA R. MAXIMILIANI CONSTANTIÆ. EBERHARDVS SEnior VVirtemb. ei charus. Ioan. Capnio, comes Palatinus ab Imp. Friderico factus. Tybing. Acad. Rectores. Stillmess zu Lorch. Cœnobii Schonbuchiani fundatio. Papa egregius, Alexander VI. Obitus Imp. Friderici III. IMP. XIII. MAXIMILIANVS. Turris Marianæ Vlmensis suffrenatio. Reutlingensia quædam. Sic & Halensia. Insignia Halæ Sueuicæ. Hartliebii, ciues Augustani. Italica quædam.

CAPVT V.

Comitia Constantiæ.

ANno 1492. Maximilianus R. Vlmam venit: ac Templum illud magnificum, turrimq; magnam, admiratus est. Idem Constantiæ Comitia habuit: in quibus conquestus est de contumelia Caroli, Franciæ Regis, sponsæ suæ raptoris: & auxilium ad vindicandum requisiuit. Sed nihil inde secutum est. 13. Stumpff. 22.

Eberhardus Barbatus, Maximiliano R. charus.

Die Ioan. Baptistæ, Eberhardus VVirtemberg. senior, dilectus Regi Maximiliano, cohonestatus est receptione in sodalitatem aurei velleris: Des güldenen Lämblins/oder Scheppers. *Sic in Germanico inuenio. Diligebat hic Comes, vt religiosus, homines religiosos: sed ei displicebant mores mendicantium Monachorum. Proinde permissu sanctissimi Romæ (absq; quo nihil licebat mouere, ne rectè quidem) multum laboris & impensarum, in illis corrigendis adhibuit.*

Rursus, inter duos Eberhardos transactio.

Esslingæ, Dominica post Ægidii, rursus transactum est inter vtrumq; comitem Eberhardum, per Electorem Moguntinum Berchtoldum, & Marchionem Fridericum Brandenburg. In quam compositionem, Domini & ordines ditionis iurarunt. Debebat ea, coniuncta manere, & ad seniorem hæredem transire.

Comes Palat. Ioannes Reuchlinus.

Octob. 24. huius anni, Fridericus Imp. Ioannem Reuchlinum (τὸν καπνίωνα) fecit sacri Laterani Palatii, Aulæq; suæ, & Imperialis consistorii, comitem: creauit, erexit, nobilitauit: potestate data Notarios creandi, & spurios legitimandi. Scutum dedit coloris cæsii (aliter Lasurii appellati) in cuius medio ara esset aurea, cum accensis carbonibus & fumo: inscripta in quadro his literis, ARA Capnionis. Scuti summo imposita, galea torneamenti, viridis lauri sexto coronata: & cæsiis tæniis redimita: citream molendini rotam continens. Imperatori eidem, hoc anno alter pedum abscissus est, gangrena correptus, ætate & labore. Nam eo pede (vt scribitur à Cuspin.) sæpissimè claustra & portas fregerat, ac disiecerat.

Schola Tybing.

Rectores Tybingæ. Kal. Maii, Rector XXIX. D. Hieronymus de Crouaria, V. I. Doctor.

Inscripti. Iohannes Stamler de Augusta. Dauid de Hürnhaim. Erkinger de Rechberg, de Hohenrechberg. Kilianus Vogler de Canstat. Simon de Arsperg.

Die S. Lucæ, Rector XXX. M. Dietmarus Aschman de Vaihingen.

Inscripti. VVendelinus Ochsenbach de Tuvvingen. Georgius Sibolt de Grezingen. Paulus Meger de Esslingen, & Michael Kuntz Eberlin, Canonici: hic in Dettingen, ille in Tachenhusen. Berchtoldus Sartoris de Neckervvihingen.

Decanus Philosophiæ. M. Simon Leonis de Biel.

Promoti Magistri. Petrus Brun de Kirchen. Postea Theologiæ Doctor. VVolfgangus Stæhelin de Ergenzingen. VVilhelmus de Nidegk. Iohan. Stahel de Esslingen.

Bebenhusana Tybingæ domus.

Tybingæ habitabat M. D. Iohannes VVidmannus, cognomento Mœchinger: cui potestatem itandi per atriolium ipsorum, in domum suam, Henricus Abbas & Conuentus Blabyrensis, quadam conditione dederunt. Aedificatus fuit quadrangulus Tybingæ murus Abbatis Bebenhusani, oppidum versus, cum duabus altis turriculis (quarum altera, proxima domui meæ) manente frumentaria domo, quæ vetus & vitiosa erat: quæ 1501. die S. Elisabetæ conflagrauit: loco cuius, noua ædificata est. Ibi sacellũ est curiæ Bebenhusanæ: in quo altè scripta sunt hæc verba: BERNHARDVS Abbas de Magstat, M. CCCC. XCII. Der wirt es gebawet haben.

Innocent. VIII. Lugduni 3. Kal. April. Pontificatus sui an. 8. Abbati & Conuentui Monasterii Lorchen.

Lorchensis indulsit: vt, cum generale interdictum terræ esset: liceret eis, clausis ianuis, non pulsatis Campanis, sed excommunicatis & interdictis exclusis (dum modo ipsi causam non dederint interdicto: nec id inhibeatur specialiter) submissa voce, diuina officia celebrare. Missa, voce submissa, Lorcha.

Cum 1492. Ratisbona Imperio restitueretur: Augustani miserant pedites 250. Duce Ioanne Langenmantelio: equites 40. Magistro Marescalco VVilhelmo Rappenhaimio: & 40. currus bellicos.

Viuebat Comes Crafto Hohenlohensis: cui contentio erat cum Halensibus de iure venandi. Cepit comes Aegidium Senfftium: sed dimisit ea conditione: vt omnem per vitam, veste cannabina, & cornu venatorio, sicuti captus fuerat, equitaret. Tandem res inter partes est transacta: vt Halensibus liceat intra sepimentum suum venari. Iohan. Herold. Venationis contentio, Hala.

Ægidius Senfftius Halæ viuebat, vxorem habens Margaretam Rinderbachiam.

Eodem 1492. anno, Repertorium Nicolai super Bibliam (sic inscriptio est) Memmingæ excudit Albertus Kunne de Duderstatt. Fundatum est à generoso Comite Eberhardo seniore, in Schonbuchio nemore, cœnobium S. Petri ad Eremitas: in quo viuerent Sacerdotes, nobiles, & ciues, VVirtembergiæ & Sueuiæ. De quo libellus Germanice 1493. Vlmæ excusus est. Cœnobiũ Schonbuchianum.

In LIBRO Parthenonis Kirchaim. scriptum, vt vidimus.

Diß Buch hat vns Meister Johannes Wielant (Caplan zu Stutgart) geben/vnserm Closter zu sanct Johannes Baptista zu Kirchain vnter Teck/ das sollen wir jn gegen Gott gedencken. 1492. Ex eo, hæc.

1. Das Vatter vnser/ ist dem Allmechtigen Gott/ für die andern Gebet gefälliger. Zum ersten/ daß wir darmit allein solche heylsame vñ nütze ding bitten: Die da dem Göttlichen Willen gar wol gefallen. Zum andern/ daß das Gebet gedicht vnd gemacht ist worden von dem allerliebsten Kindt Gottes: Dem da sein Himlischer Vatter nichts mag versagen/ &c. Pater noster.

2. Welcher Mensch begeret/ daß er stettiglichen wolgeschickt sey zu dem dienst Gottes/ vnd zu den guten Wercken: Der lese gern/ oder höre gern lesen/ oder predigen das Gottes Wort. Dann die heilige Schrifft hat ein solche krafft: Daß sie dem Menschen sein Verständnus erleuchtet/ &c. Ergo non est obscura, nec materia litis. Vide 2. Cor. 4. & 2. Tim. 3. S. literæ.

Esslingæ 1492. die S. Michaelis, obiit nobilis Georgius Ebingerus.

Anno 1493. Papa erat Alexander VI. Hispanus, antea Rodericus Borgia dictus. Hic dæmonas in rebus auspicandis consulebat: filium Valentinum spurium ad potentiam, qua is Italiæ Proceres fustulit, extulit: de futura vita, & articulis fidei, dixit: Est nobis bona persuasio. Perfidia in eo plus quã punica, sauitia immanis, auaritia immensa, oblectatio comœdias Plauti spectandi: teste Onuphrio Panuinio. Antonio Mancinello, viro doctissimo, vtramꝫ manum & linguam abscindi iussit: quod in mores eius impios, & inaudita scelera, orationem scripsisset. Filiæ eius fecit hoc Epitaphium Iouianus Pontanus. Alexander VI. Pontifex. Mancinellus.

Hic iaceo in tumulo, Lucretia nomine, sed re
Thais: Alexandri filia, sponsa, nurus. Lucretia.

Obiit ipse 1503. hoc modo. Inuitauerat aliquot magnos Sacerdotes & Cardinales, honoris specie: quos venenato potu de medio tollendos decreuerat. Sed errore pocillatoris, ei & filio poculum exitiabile contigit. Ita ipse κακῷ κάκως periit: filius vix tandem euasit: sed postea is quoꝫ propter scelera sua sublatus est.

April. 13. huius anni, Imp. Frider. scripto Germanico renouauit Vlmensibus ius illud: quo possint capere, iure accusatos damnare, & plectere, omnes latrones, fures, incendiarios, & alios maleficos: ita vt, nemo omnium principum, & aliorum, eos in hoc iure impediat, sed potius adiuuet. Actum Lincii, anno Regni eius Romani 54. Imperii 42. & Vngarici Regni 35. Distant Vlmensium comitatus ab vrbe ipsorum, Helffenstainius tria, Albeccensis & Leipheimensis bina, milliaria. Obiit diem suum Imp. Frideric. post pedem sibi abscissum (daran er das wild Fewr gehabt. 13. Stumpff. 22.) Viennæ Aug. 25. anno ætatis suæ 80. & in Templo D. Stephani sepultus est. Successit ei decimustertius (post Hohenstauffenses) IMP. CAES. MAXIMILIANVS AVSTRIACVS, P. F. Aug. qui A. 25. & serè 5. M. imperauit. Phorcæ sepultus in Nudipedum cœnobio. Nobilis & constans Ioannes de Risach à Reichenstein, Præfectus Michenburgi. Item, nobilis VVilhelmus ab Vrbach, administer ditionis Altensteigensis. Vlmensium ius. Friderici Imp. obitus. Maximil. Imp. XIII.

Acad. Tybing. *Tybingæ Rectores. Philip. & Iacobi die, Rector XXXI. M. Gregorius Lamparter, V. I. Doct. Inscripti. Hieronymus Emser de Geldorff. Conradus Schvvenck de Dentzlingen.*

Die Lucæ, Rector XXXII. Vitus de Furst, V. I. Doctor.

Inscripti. D. Melchior Baro, Imperii Pincerna de Lympurg. D. Hieronymus, frater eius. Georgius de Vchenstain.

Decanus artium. M. Andreas Trostel.

Magistri promoti. Cyriacus Textoris ex VVissenhorn. Ioan. Riser ex Tuvvingen. Bestus VVidman ex Baden. Postea, Regius Cancellarius. Ioan. Kæl. (al. Brassicanus) ex Constantia.

Alperspachii.

Alperspach. Sturmonis Ludouici hæc sunt monumenta, thorique
Consortis Annæ, ex Endisa stirpe satæ.

Leonhardo Sturm Argentinensi, Sacerdoti & Monacho integerrimo, hic sepulto: Ludouicus Sturm, viuens, fratri charissimo mestus posuit. Obiit 14. Octob. anno 1506.

Viator, opta quietem.

Turris ingentis apud Vlmenses sustentatio. *Vlmæ minabatur ruinam turris Templi S. Mariæ πυλωείν: in quo tunc stabant 52. altaria bene dotata, cum totidem Sacrificis. Vndiquaq; igitur vocati sunt 28. Architecti, magnis sumptibus. Nemo verò eorum spem ædificii mansuri facere poterat: præterquã Burckardus Ensgelberg, ciuis et latomus vrbis Augustanæ. Hic 30. Octob. Vlmã venit: veteriq; fundamẽto nouas pilas subterraneas substruxit: ac basin circumcirca adstruxit: & ita totam molem confirmauit. Donarunt igitur ei prudentes & grati Proceres Vlmenses, 400. fl. & per dies vitæ, 50. fl. ei constituerunt.*

Maximiliani Imp. nuptiæ cum Blanca Maria. *Anno 1494. Mart. 16. Blancam* Mariam *R.* Maximilianus *ducit, Oeniponti, virginem illustrissimam: Galeatii* Mediol. *Vicecomitis & Principis F. Tunc Eberhardus quoq; VVirtemberg. Barbatus, honoris causa comparuit, cum aliis Principibus & Comitibus.*

Reutlingæ fulmen. *Eodem anno, die Veneris ante Petri & Pauli, media nocte, de cælo tacta est Reutlingæ Templi S. Mariæ turris, VVeidelstain dicta: & vsq; ad superiorem circuitum confracta. Sed refecta est 1496. primo die* Martis *post Dominicam Lætare. Adiiciam & hæc de Reutlingensi oppido Imperiali. Fuit aliquando ibi (testantibus veterum fundationum literis) in præfectura pauperum (in der Armen pfleg) honesta & præcipua familia, quæ multum contulit ad eam elemosynam, Eitelschelmen nominata: quasi dicas, παμπόνηρος. Item familia,* Teuffel *dicta, Zabuli vel Diaboli.*

Amplitudo quarundam vrbium: olim à ciue Reutlingensi, Michaele Reutero, dimensa, & in consignationibus relicta.

Ciuitatum quarundam amplitudo. *Reutlingæ ambitus intra mœnia, 2600. passus. Nœrdlingæ, itidem intus, 3100. passus. Norbergæ, extra mœnia, circum & iuxta fossam, 7000. passus: numerato tamen probabiliter eculo eo spatio, vbi Pegnesus vrbem influit, pro 500. pasibus. Ingolstadii, intus, 3500. passus. Monaci, 500. passus. Viennæ (interioris vrbis, præter suburbium) 5300. passus. Hagenoæ, circumambulatione in muro, 4200. P.*

Halensia quædã. *Circa Halam Sueuicam fuisse olim magnã solitudinem, & ferarũ ad lambendum ibi salsum humorem accurrẽdi consuetudinem, hinc colligi existimat VVidemannus: quod circa 1494. an. (quo tempore Halenses monetã suam mutabant: & nummos, qui adhuc vsitati sunt, per monetarium suum* Martinum Lerchium *cudebant) cum sub noua curia foderetur: repertum est lon-*

Monocerotis cornu. *gũ, sine ramis, monocerotis cornu: res ante in his locis inusitata. Quod* Monetarius *ab operariis redemit tribus Florenis nouorum Halensium nummorũ: ac partitus, aliis inde partes donauit.*

Lemures. *Lemures quoq; circa hunc salis fontem fuisse perhibentur. Vnde cum reliquiis sanctorũ multos per annos, semper die Martis post Dominicam vocem Iucunditatis, supplicatio vel processio circa hunc fontem fiebat. Fabula etiam narratur, hæc. Noctu Dæmonem cuidam elixatori salis apparuisse: eiq; per rimam parietis in lignaria domo, luculentum nasum ostendisse, ac dixisse: Ecquid tibi placet hic nasus? Alterum, vas feruentis aquæ superfudisse naso, & interrogasse: Ecquid tibi videtur de hac superfusione? Dæmonem vero, elixatore comprehenso, & transfluuium Cocham in montem Gensbühel protecto, ἀμοιβαίως quæsiuisse: Ecquid tibi de tanto ictu videtur?*

Moneta Halensis. *Cum autẽ 1494. anno, nummi Halenses, qui hodie in vsu sunt, cuderentur: & die S. Thomæ publicarentur: quidam incola ciuitatis, Tabellarius eius, Sigismundus VVeinbrenner, cantilenam de ea moneta composuit (veterum scil. Teutonum more: de quo, lib. 1. totius operis nostri, ex Corn. Tacito scriptum est) vbi Insignium Halensium fecit interpretationem. Quam priusquam exponam: ipsa Insignia, quæ fuerint, ante dicendum est.*

Cum

Cum primum Hala, Imperio Rom. attributa esset: duo erant ibi senatorum, vel Iudicum genera. Vnum, ex nobilibus & patricijs: quorũ vsus erat tantũ in magnis Reip. negotijs. Hi nõ tantum in vrbe, sed extra etiã, in prædijs & castellis, habitabant: ac se solos, ciues Halæ nominabant: cæteros non item, qui de plebe erant. Hic nominabatur, superior senatus. Sigillum eorum, manus erat: vt qui superiorem mandandi potestatem (Oberhand) haberent. Feruntur, in eo consessu nouem equites aurati fuisse. Ideo nouies campana peculiari signum, ad eũ congregandum dari solitũ esse. Vnde postea etiã is pulsationis numerus, in congregando senatu seruatus est. Alter Senatus, vel Iudicium, inferioris dignitatis erat: ex plebeio ordine constitutus. Eorum munus erat, cognoscere de ciuilibus causis: vt, hæreditate, ære alieno, conuicijs. In horum sigillo crux erat: vt, qui sub potestate superiorũ essent: Curiã habebant, vbi nunc frumentarium emporium est. Cum autẽ an. 1340. magna incidisset discordia inter vtrumq; senatum (vnde seditio metuenda erat) per Cæsareos commissarios (quorũ primus, comes Wirtemberg. Vlricus erat) res ita composita est: vt ex vtroq; Senatu, vnum corpus 26. personarum fieret: ac semper pridie S. Magdalenæ, consul eligeretur. Ita etiam ex vtroq; Sigillo, vnum sigillum factum est (ἀεὶ τὸ ἓν, σωστικὸν) manu & cruce, in campo rotundo posita: vtraq; in cera rubra seorsim, seu in proprio scuto, apparente: quemadmodum in Halensium moneta conspicitur.

Senatores ipsorum.

Et Insignia.

Discordia, & reconciliatio.

Sic igitur iam supradictus Sigismundus (vt ad propositum redeam) Insignia hæc interpretatus est: tanquam Deus prouidentia sua peculiariter huic Reipub. ad bene & feliciter gubernandum, consulat. Manus (inquit) Deum patrem significat: crux, Christum redemptorem: aquila, quæ in hac moneta vtrumq; scutum complectitur, bonos afflatus spiritus sancti. Ibi iam, Trinitas personarum: sed rotunditate monetæ, vnitas innuitur æternæ Deitatis. Hoc, ciuitati perpetuo memoria tenendum.

Insignium interpretatio.

Rectores Tybingæ. Kal. Maij, Rector XXXIII. D. Wendelinus Stainbach, S. Theol. Professor.

Tybing. Schola.

Inscripti. Iohannes Reber de Zuifalten. Conradus Blarer de Constantia.

Die Lucæ, Rector XXXIV. M. Iacobus Lemp de Marpach.

Inscripti. Ludouicus Sturmlin de Bietigken. Georgius de Rot, nobilis. Wilhelmus Schilling, nobilis. Ioannes & Martinus Brunig de Tuvvingen.

Decanus Philosophiæ. M. Iacobus Lemp.

Magistri facti. Dionysius Reuchlin de Pforzen, frater Iohannis Capnionis. Wernher Mitschelin de Herrenberg. Ioannes Epp de Nagolt. Gregorius Tegen de Vrach. Lud. Hafner de Balingen, sacerdos. Michael Kochlin de Tuvvingen. Coccinium se nominat 1511. in Historia.

Bebenhusæ. Anno 1494. 4. K. Nouemb. obijt Conradus de Halfingen, in arce Æntringen. In Ambitu sepultus, in 4. sepulcro.

Halfinger.

Ioannes Hartliebius, factus est Abbas Thirhauptensis. 28. Familia. a. Hartliebia, ex vrbe Memminga Augustam migrauerat. Qui primus aduenerat: sororem habuit vxoris D. Pauli Heintzelij consulis: ex qua Doctorem Iuris genuit Ioannem Hartliebium, aliquando Spiræ Assessorem: postea, palatini Casimiri consiliarium. Item Paulum, Concionatorem: & quendam, Mercatorem: alium denique, militem.

Hartliebij.

Apud Rotvvilenses natus est infans cum duobus capitibus, duobus pedibus, & 4. manibus. Carolus R. Galliarum, vt Græciam recuperaret à Turcis: prius Neapolitanum regnum occupandum statuit. Ergo cum validissimo exercitu in Italiam transcendit: Romam occupauit: Regnum Neapoleos in potestatem cepit. Legatur Philip. Cominæus. Græcia sub Turcis manet.

Carolus Gall. R. Neapolin occupat.

Mortui sunt in Italia, summæ eruditionis viri: Hermolaus Barbarus Venetus, Patriarcha Aquileiensis, anno ætatis 41.

Doctorum Italiæ obitus.

Angelus Politianus, 40. annorum.

Ioannes Picus, Comes Mirandulanus, anno ætatis 32.

COMITIA VVORMATIÆ. EBERHARDVS BARBATVS, DVX VVIRtembergensis primus creatus. Ritus creationis talis, & Feudorum acceptionis. Descriptio modica VVirtembergici Ducatus. Litteræ Marsilij Ficini ad Ducem Eberhardum. De Tailackeri controuersia. Ius venandi Abbatis Lorchensis. Rectores Tybing. scholæ. Ecclesiæ Lustnouiensis instauratio. Sacelli Sampetrini Ovvensis indulgentiæ. Origo maleferiatorum militum, & morbi Gallici. Natiuitas clarorum virorum.

CAPVT VI.

ANno 1495. Comitia sunt à Cæs. Maximiliano Wormatiæ habita. Quibus cum ipso interfuere comites Sueui: Eitelfridericus Zollerensis, Henricus Fyrstembergius, Ioannes &

Comitia VVormaciæ.

Christophorus Werdenbergij, Pincerna Lympurg. Christophorus, Wilhelmus de Bappenhaim, & alij. Ibi 7. August. paci communi (dem Landfrieden) opera data est. Consultatum de resistendo Turcis, nimium rem Christianam imminuentibus: consultatum de Carolo R. Francia inhibendo, Italiam vexante, & quædam loca Imperio ibi detrahente: consultatum de iudicio Cameræ recte constituendo. His comitijs etiam Wirtembergensis comes interfuit, Eberhardus senior barbatus, Acad. Tybing. fundator. In cuius comitatu ad illum conuentum, hi fuere. Præpositus Elvvangensis. Hugo & Vlricus, Comites VVerdenbergenses. Comes Fyrstemberg. VVolfius. Comes Stolburgius Henricus. C. Otho de VVallenburg, Dominus Altzhusæ. C. Bitschensis Simon Wecker. C. Sönnenbergensis Andreas. VVilhelmus, comes Rappolstainius. Comes quidam Bitschensis adolescens. Stephanus, Baro Gundelfingensis. Dominus Ioannes Truchsessius. D. Fridericus Kappler. D. Ioannes Vergenhansius, præpositus Tuvvingensis. D. Hermannus Sacksenhaimius. D. Ioannes Spæt. D. Ioan. Caspar Bubenhouius. Doct. Ludouicus Truchsassius. Doctor Gregorius Lamparter. Doctor Vlricus de Westerstetten. Doctor Ioan. VVidmannus Meechanger. Doctor Ioannes Roechlin. ὁ χαπνίων. VVilhelmus Sperbersbeccius. Conradus Thum de Neuburg. Ioannes Rechbergius. Rudolphus & VVolfius Ehingeni. VVilhelmus de VVinzingen. Reinhardus de Zimeck. Heinricus de Gensin. Adolphus Hochfeld. Conradus de Bich. Ioannes de Reichenbach. Theodoricus de Gemmingen. Georgius Geltsdorffius. Kraffio de Thalheim. Ioannes de Lienavv. Theodoricus Spæt. VVolfius de Stain. Matthias de Stain, senior. Erhardus de Sternberg. Georgius Stouffer.

Eberhardi B. ad illa comitet.

Eberhardus, primus Dux VVirt. & Teccensis ibi creatus.

In illis comitijs, deinde, R. Maximilianus sua manu Eberhardum (non petentem, sed vltro) creauit Ducem VVirtembergensem & Teccensem, die Iul. 21. pridie S. Magdalenæ. Hac modo Ducatus Teccensis, qui iam diutius prostratus iacuerat, iterum erectus est.

Ritum creationis, Ioannes Linturius & alij, in hunc fere modum descripserunt.

Ducis creandi ritus.

Die huic rei destinato, ducitur ipse à duobus VVilhelmis Landgrauijs Hassiæ, dextra: & à Rudolpho principe Anhaltino, sinistra parte: qui ad pedes Regis Rom. in conspectu Electorum, caterorumq; principum, acciderunt. Hic comitem, ex ordine comitum eximens, promouit in Ducem: dans. 1. pallium Ducale. 2. pileum Ducalem. 3. gladium Ducalem, & arma titulumq; Ducis. INDE Itelfritzius Zollerensis, & Ioannes à VVerdenberg, & Crato Hohenlohensis, petierunt ei beneficia (feuda & Regalia) à Cæsare. Iussum est, soliũ Cæsaris cum nigro & flauo circũ equitari vexillo. Tum Dux Eberhardus venit cum 5. Vexillis, ac 200. equitibus, suorum clientum & nobilium: tegentibus latera eius: dextrum Landgrauijs: sinistre, Anhaltino. Horum vexillorum primum, fuit VVirtembergensis Ducatus: portatum à Simone VVeckero, comite in Zvveibruck & Bitsch. Secundum, Ducatus Teccensis: quod portauit comes VVolfius à Fyrstemberg, Dominus Hauseræ in valle Kinzingensi. Tertium, comitatus Mompelgardici: portatum à Simone, Domino Falckenstain. Quartum, flauum vexillum, cũ nigra aquila: quod erat militare & Martiale Imperij vexillum: portatum à comite Bernhardo Eberstainio. Postremum, totum rubeum, vel sanguineum significans Regalia: quod Gundelfingensis Baro Stephanus portauit. Ita honorificentissime fuit Eberhardus princeps, ad Ducalem eminentiam euectus, beneficijsq; dotatus.

Feudorum & Regalium acceptio.

Eodem die, sua feuda & Regalia ibidem acceperunt duo Hennenbergici comites, Otho & VVilhelmus.

Pro Othone orarunt Cæs. Maiestatem: Hugo, comes VVerdenbergius. Ioan. Comes Ischengius. Eberhardus, Dominus Kynigstainius. Thomas Rudius, Magister Aulæ.

Cursim postea adequitauit Otho: cui portata sunt tria vexilla. 1. principatus Hennenbergici. 2. album, comitatus Hennenbergensis. 3. Rubrum, Regalia significans.

Pro VVilhelmo orarunt: Philippus princeps Anhaltinus, Otho, comes Solmensis, Dominus Muntzenbergensis. Thomas Rud, Aulæ Magister. Georgius Rosembergius eques.

Postea, ad solium cæsaris adequitatio VVilhelmi, & trium vexillorum portatio.

Debebat porro VVirtembergensis Ducatus, integer manere: nec diuelli partes eius. Sic, magis Imperio profuturus.

Cum etiam VVirtembergici comites, iam antea priuilegium haberent: ne in aliud iudicium vocarentur: quam ad Imperatorem, aut quibus ipse causam delegaret: cum item subditos, qui alio arcesserentur, possent auocare: Rex Maximilianus, in his comitijs hæc denuo confirmauit, propter

propter fidelia Ducis Eberhardi merita: ita, vt domi per nobiles & doctos iuratos, res iudicari possent. Hæc, Wormaciæ.

Ingressus est autem post hæc Tybingam, nouus Dux Eberhardus, die S. Pelagij.

De VVirtembergensi Ducatu, paucula quædam.

Nomen habet à Wirtemberga, veteri castello, in vmbilico eius sito, loco satis edito & amœno: infra quem sunt feraces vitium colles: inferius vero, Nicer, per viridia prata fluens. Id Castellum, veluti speculam quandam, multis retro seculis Wirtembergici Comites incoluere. Hi autem (vt scribit Ioan. Pedius Tubing.) num è Tuscis, an Rhætis, aut Francis occiduis, oriundi sint (sicut scil. aliud alijs videtur) incertum est. Hoc satis constat, eos à minoribus initijs, progressu temporum, prudentia, iustitia, & industria, in maius creuisse: donec tandem hoc 1495. anno, ad Ducalem dignitatem sublimati fuerunt. VVirtembergensis Ducatus aliquantula descriptio.

Limites porro Wirtembergiæ, hi fere sunt: quod 1. ad Orientem, Elvvangum & Giengam versus extenditur. 2. ad Occidentem, Marchionatum Badensem, & iuga Nigræ syluæ, spectat. 3. ad Meridiem, Danubium, montes Arbonæ, Sueuicas Alpeis, versus porrigitur. 4. ad Septentrionem, Wimpinam, Palatinatum, Franconiam, respicit. Limites eius.

Eius initium (inquit idem Pedius) commode sumitur ab ortu Neccari: qui est è montosis Arbonæ iugis, inter occasum & meridiem, è fonticulo ad vicum Schvvenningen, oppido Villingæ vicinum: à fontibus Danubij, quingentos passus. Ab origine autem sua, circiter quinq; dierum itinere flexuoso meatu VVirtembergicum agrum perfluens, crebris riuis auctus, & nauigabilis factus, apud Haidelbergam in Rhenum incurrit. Sita sunt iuxta ipsum, deorsum versus progrediendo, oppida multa: vt, Rotvvila, Oberndorffum, Sultza, Horba, Rotenburgum, Tybinga, Nyrtinga, VVendlinga, Eßlinga, Canstadium, Marpachum, Lauffa, Hailprunnum, Neckers Vlma, VVimpina. VVirtembergia autem, vbi Nicer oritur: & vbi Hercyniæ syluæ, Sueuicisq; Alpibus, est contermina, asperior est, sine vineis, sed pascuis prædita. Ager Alpiũ, lapidosus, sed frugifer. Per cacumina Nigræ syluæ, terra rubida & arenosa est, & frumenti satis ferax. Nicer fl. Terra VVirtembergica.

Ad Hercynios saltus (πρὸς ἑρκυνίου δρυμοῖο ὀρόγκους: vt Dionysius Afer nuncupat) præfecturæ sunt: Hornbergia, Schiltachum, Dornstadium, Nagoltum, VVildberga, Calua, Thermæ ferinæ, Neustadium. Præfecturæ.

Per Alpeis, aut propter, præfecturæ: Tutlinga, Balinga, Vracum, Blaubeura, Haidenhaimum, Goeppinga.

Vbi Campestria Neccari sunt: ibi aer mitior est & melior agricultura, piscosi amnes, fonticuli salubres, lacus amœni, iucundæ valles, herbida prata, fertiles agri, nemora densa (vbi plurima quercus & fagus, feræq; innumeræ) florea pascua, copia pecoris. Copiosus vbiq; vini, frumenti, pomorum prouentus. Aer, æstate commodus, hyeme temperatus. In superiore Nicri regione: oppida multa sunt: Herrenberga, Tybinga, Nyrtinga, Kirchemum, Stutgardia (quasi in medio Ducatus, Regia Ducum) prope quam, Bebelinga, Leonberga, Canstadium. In inferiore plaga, itidem multa oppida, Schorndorffium, Weiblinga, Winecla, Backnangum, Bracknangum, Binica, Bessigkainũ, Bietica, VVinsperga, Mockmyla, Lauffa, Grieninga, Vaihinga. Ciuitatibus his suæ præfecturæ sunt: sub quibus singulis, multi vici & villæ. Multitudo vbiq; bellicosorum virorũ, armis bene instructorum. Duæ principes ciuitates Stutgardia & Tybinga. Cætera oppida, etsi non ita magna, tamen bene ædificata. Multi insignes vici, instar oppidorum. Domus, maiore ex parte ligneæ, sed bonæ. Arces, multæ hinc inde, natura manuq; munitæ, captu haud faciles. Oppida regionis Neccaricæ. Viri fortes.

De Alpibus prædictis, Pedij versus.

Inter Danubium & Nicrum sic incola montes
Nominat, auroram versus, mediocriter altos.

De VVirtembergia, modo satis. De qua generatim sciatur hoc: & montosam, & planam, esse: affluere vino, frumento, fructibus, amnibus, riuis, lacubus. Habere feras, pisces, aues, pecora: & alia plura, ad hominum sustentationem commodam sufficientia. Habitari à viris fortibus, laboriosis, obedientibus, humanitate præditis. Regi deniq; à pijs & sapientibus Principibus: cõsiliarijs & Magistratibus, prudentia, diligentia, fide, præclaris. Quibus omnibus duo excellentißima Dei dona, tanquã lumina vitæ, accedunt: veræ religionis, ex verbo Dei, doctrina aßidua: & Tybingensis, præstantißimorum in omni genere artium ac disciplinarum Doctorum, Academia. Fruges & fructus. VVirtembergia duo thesauri.

Redeo nunc ad illustrißimum Ducem nostrum Eberhardum: vt ostendã, Italis quoq; doctis, notas eius virtutes fuisse. Vt, Marsilio Ficino: cuius libro XI. duæ ad ipsum Epistolæ extant.

MARSILIVS

MARSILIVS Ficinus, Eberhardo Duci VVirtembergensi, & montis Peligardi, seniori, S. P. D.

Principis Eberhardi Laudes.

» *Multa iam pridem de singulari virtutum tuarum excellentia, ex multis audiuimus. Pla-*
» *rima nuper accepimus à Martino Vranio nostro: teste quidem, & fideiussore apud nos, locupletis-*
simo: laudumq; tuarũ præcone, apud omnes fide dignissimo. Quamobrẽ ingens admirabiliũ vir-
tutum tuarum, quasi stellarũ splendor, ad nos vsq; refulgens, incredebilem in nobis iam accendit
» *ardorem, ad te vehementer amandum, & colendum inprimis, atq; venerandum. Desiderabam*
» *equidem iam diu (quod & Plato optare se prædicabat) cognoscere principem: in quo quemadmodũ*
» *in Pallade, vna cum potentia, pariter sapientia conspiraret: nec non, vt in Cæsare magnanimitas*
» *cum clementia, sicut in Scipione grauitas cũ comitate, concurreret. In quo præterea floreret iu-*
» *stitia Minois, & religio Numæ: sub quo pax illa rediret Octauiani: qui denique pacis studia rebus*
» *bellicis anteponeret, Templa fundaret, publica literarum Gymnasia faceret: quem subditi non tã*
» *metuant, quam ament, & obseruent, atq; mirentur. Eiusmodi quidem est legitimi principis idea,*
» *& optata quondam à Platone, & à nobis inprimis desiderata: atq;, vt constans iam fama perbi-*
» *bet, in te præcipue ingens: vt nõ mirum sit, me iam, meosq; Academicos omnes, tot virtutum tua-*
» *rum radijs inflammatos, te, quasi cœleste numen, colere ante alios principes, atq; venerari, &c.*

IDEM AD EVNDEM.

» *Martinus noster Vranius, id est, cœlestis, re vera cœlestium contemplator, longo mecum*
» *sermone tractauit: qualis sol est inter sidera: talem, extra controuersiam, te esse inter omnes Ger-*
» *maniæ Principes, &c. Quamobrẽ, vt aliquando uberius, & summæ dignitati tuæ, & meo satis*
» *desiderio faciam: ad ipsum Germaniæ solẽ nunc Platonicum & Dionysiacum solem mitto: mirum*
» *in te amorem nostrum, splendore passim declaraturum, &c. per Ioannem Strelerum, librum de*
» *sole & lumine Duci misit.*

Tailackeri controuersia.

His temporibus quidam Tailackerus controuersiam habebat cum Marchione Badensi. Quã illius postulationem Dux Wirtemb. *Eberhardus transegit. Conquerens deinde Tailackerus, sibi promissa nõ fieri,* Wirtẽbergiã *vexauit, hominib. capiendis & mulctandis. Oppositi sibi fautores Sueuicũ. Itaq; in hos ille etiam grassatus est: tenens se trans Rhenũ, in Palatinatu: in arcibus* Wartenberg, Trachenfels, *& alijs: quæ postea in bello contra Franciscum de Sickingen, à Palatino, & Treuerico & Hasso, combustæ sunt. Opera vtebatur cuiusdã equitis, serui sui: cui* Heselschwuerto *nomen erat. Quæ res offensionem peperit inter Palatinatum, & Sueuicum fœdus, quod subinde vexabatur. Iste* Heselschwuertus, *Sueuos quoq; Halenses adortus est: ministro ipsorum capto, equite Petro Træschero. Vnde factum est: vt postea 1504. cupide, qui à Tailackero læsi fuerant, contra Palatinos Philippum, filiumq; eius Rupertum bellauerint.*

Venationis lis inter VVirtemb. Eberhardum, & Lorch. Abbatem.

Eodem 1495. an. Hugo, comes VVerdenberg. & Hailigenbergensis, Imperator Sueuici fœderis, controuersiã transegit: quæ inter Eberhardũ VVirtenberg. (priusquã dux esset factus) & Abbatẽ Lorchensem Georgiũ, erat de iure venandi, & potestate Forestariorũ, ac de facultate agendi sues in pastũ glandium. Actũ, literis Tuuingæ datis de hac transactione, die Martis post innuit. Abbati ergo licebat venari in his locis D. Comitis. A Walckerßbach *vsq; ad* Kemmenbach. *Inde sursum ad viam, quæ ducit à Pfalbrun Braitenfyrstam: inde VVeltzhaimũ ad oule. Inde, Kaiserspuchum: inde Rottam vsq;. Inde ad Oettelpachum. Postea, ad Remsam, & trans Remsam Hohenstauffam versus: atq; à Betuleto inter Kynerbach & Aridum lignum, ad Hetzenbuam versus. Inde, Byronã: & secundum riuum descendendo, Krettenpachum ad molendinum. Inde, ascendendo Lerchenbergã: ac flectẽdo circũ Stauffenbergã, vsq; ad filorũ ferreorũ (σεμάνων) offi-*
nas, zu den Dratschmitten. *Deniq; ad Remsam deorsum, rursus vsq; ad Betuletum supra dictã.*

Occupatio Historici.

Videantur tales locorum notationes, quia recentiores, alicui nihili esse. At si in vetusto aliquo scriptore (vt, Corn. Tacito, aut Ammiano Marcellino) reperirentur, de Hercynia sylua, aut alia parte Germaniæ: bone Deus, quanti à Doctis fierent! Quam inde conarentur, nescio quæ, de vetere Germania demonstrare! Ergo ne sordeant, quæso: si qua etiam minora à me literis mandantur. Omnia, aut habent, aut habere possunt aliquem vsum.

Tybing. Schola.

Rectores Scholæ Tybingensis.

Kal. Maij, Rector. XXXV. M. *Ioannes Lupfdich de Blaburen. V. I. Licentiatus.*

Inscripti. Ioannes Ræslin de Botwar. Ludouicus Hipp de Balingen.

Die S. Lucæ, Rector XXXVI. M. *Andreas Rumpis de Gislingen, S. Theol. Baccal. formatus.*

Inscripti, Burckhardus & Thomas de Ehingen. Vlricus & Diethelmus de VVesterstetten. Henricus Bebel de Iustingen, April. 2.

Magistri

Decanus Philosophicus. M. *Bernh. Rorbach de Beckingen.*

Magistri renunciati. Ioannes Sitz de Rauenspurg. Vitus Lutz de Tuvvingen. Ioannes Fergenhans de Tuvvingen. Ioannes Lorcher de Stutgardia. Ieorius Osvvald ex Vlma. Sic loquebantur tunc, in sua barbaria.

Eiusdem anni Mart. 22. nomine Thomæ, Constantiensis Episcopi, scribitur ad plebanum Luschenoiensem: vt si Ecclesiã destruat (id quod ei permittitur, si opus sit) totam, aut ex maiore parte, aut parietes simul: eam instauratã, curet de nouo reconsecrandã. Alioqui, si parietes successiue reparati fuerint: reconciliari debere aqua exorcissata, antequam sacra ibi celebrentur. *Lustnoiensis Ecclesiæ instauratio.*

Eiusdem anni die 3. Octob Thomas Constantiensis Episcopus, ad instaurationẽ ruinosæ, & funditus destruendæ reædificandæq; Lustnoiensis Ecclesiæ, propter vetustatem eius, colligi permittit ab emissis pagi huius eleemosynas: hortans Ecclesiasticas personas, vt suos ad contribuendum excitent: vt etiam Missalia, codices, libri & alia, reparari possint: datq; vere contritis & confessis, 40. dierum indulgentias, de iniunctis pœnitentijs. Literas has, à die Dati, ad vnum annum valituras. Postea, si Quæstuarijs vendantur, omni carituras effectu.

Hæc Ecclesia consecrata est in honore beatæ virginis Mariæ, & S. Martini ac Fridolini: deniq; Katharinæ & Barbaræ virginum.

Iulianus Ostiensis, & Ieronimus Prænestinus, Episcopi, &c. multi Cardinales: omnibus has literas inspecturis, &c. cupientes nos, vt Capella S. Petri, sita extra muros oppidi Ovven, Constãt. Ovvensis dioecesis (apud quã, vt accepimus, quoddam venerabile Monasterium Monalium Canonissarum regularium, ordinis S. Augustini ex Apostolica licentia de nouo construitur & ædificatur) congruis frequentetur honoribus: & à Christi fidelibus iugiter veneretur: ac in suis structuris & ædificijs debite reparetur, &c. vere pœnitentibus & confessis, Capellam visitantibus, &c. Centũ dies de iniunctis eis pœnitentijs, misericorditer in Domino relaxamus, &c. Datum Romæ in domibus nostris, an. à Nat. D. M.CCCC.XCV. Die XVI. Maij: põtificatus sanctissimi in Christo patris & Domini nostri, Dn. Alexandri (deß frommen Bůblins) diuina prouidẽtia Papæ, sexti, An 3. *Ovvensis Capella S. Petri indulgentiæ.*

Ioan. Colardi. Hailsbrunnæ, in Capitolij feneſtra, sub imagine Mariæ.

Hic ego multorum collectrix sum Monachorum:
Qui nostri donantur: continue & falerantur,
Hoc sub mantello: neque eorum quemque repello:
Seruo præ dira venturi Iudicis ira.
Attendas, frater: Hæc est Reginaque mater:
Cui tam lætantur serui, constanter amantur.

1495. En idololatriam.

Alpersbachij.

Anno Domini M.CCCC. nonagesimo quinto, XVI. Kal. Iunij, obijt reuerendus in Christo Pater ac Dominus, D. Ieronimus, huius Monasterij Abbas.

Nyrtingæ.

Anno Domini M.CCCC.LXXXV. Am Mittwoch/ nach dem weissen Sontag/ starb der edel vnd vest Wolff von Tachenhusen/ der Alt: dem Gott G. vnd B. S. W. *Aliquot mortui.*

Schorndorffæ. An. D. 1495. starb der edel vnd vest Hans von Seckach/ an S. Magdalena Tag. D. G. G. S.

Engen in Parochiali Templo S. Mariæ, in lapide incisum.

In diesem Stain ligt begraben ein Kindlein/ ein Knab bey fünff jaren alt/ das vor CC. jaren lebt/ ꝛc. *Significatur, eum puerum ab impijs Iudæis necatum fuisse: sed 1495. Nouemb. 7. per* *Puer, à Iudæis necatus.*

generosum Dominum, Dominũ Henricum, Comitem Lupfensem, Landgrauium Stuelingensem, & dominum Hevvensem præsentibus Sacerdotibus, Sculteto, consule & Senatu, alijsq; honestis hominibus, inspectum fuisse ..... vnuerwesen ..... deß Gebains darinn ligende.

Noerdlingæ, fanum S. Georgij, & Mariæ Magd. cæptũ est ædificari: & an. 1505. absolutũ est. *Militum impiorum origo.*

Impij milites (de quibus superius meminimus) hoc tempore orti sunt: laborare nolentes, suos deferentes, otiose diuagantes, miseris hominibus incubantes. A quibus & blasphemiæ diræ in Deum homines q;, & horrendus morbus Gallicus, in Germaniã, ac Noerdlingam hoc 1495. anno, importata fuere, pessimæ merces. Eæ redeant ad istos Mercatores.

Nati hoc anno, clari viri. Erhardus Sneppfius, Hailprunnæ. Matthaus Aulberus, Blaubira: postremo, ibi Abbas. *Natiuitas insignium virorum.*

Sebastianus Schertlinus Sueuus, Ianuar. 17. eques postea auratus, vir strenuus & clarus.

Ioannes

Ioannes Forsterus, Augustæ. Postea, Doctor Witembergæ factus, & Hebraicæ Linguæ Professor: cuius linguæ Dictionarium, ab illo conscriptum, 1556. editum est.

Pridie Natalis Christi, oratio de ipso Tybingæ.

Huc vsque, nocte 24. Decemb. 1591. pridie lætissimi Natalis Domini nostri Iesu Christi, perueni: cum ante, hora 9. antemeridiana, in Aula noua domus Sapientiæ, concionem de cantico Angelorum latinam, piam & disertissimam, παμπληθεῖς, recitari ab Iacobo Heerbrando, reuer. & dignissimo Ecclesiæ Tybingensis præposito, & inclytæ Academiæ Cancellario (iam maiore septuagenario) salutariter & iucunde, ad ipsam vsque decimam audiuissemus. Dominus Deus proroget ei, imo nobis omnibus, vitam eius diutius. τὶ ἀνταποδώσω τῷ κυρίῳ περὶ πάντων, ὧν ἀνταπέδωκέ μοι; θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἐν ὀνόματι αὐτοῦ ἐπίκλησιν. Αὐτῷ, δόξα καὶ τιμὴ, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

OBITVS DVCIS VVIRTEMBERG. EBERHARDI BARBATI. ORAtio super eo funebris. EBERHARDVS IVNIOR, secundus VVirtemberg. Dux. Rectores Tybingenses. Constantiensis Episcopus Hugo. Medici quidam Augustani. Ædificationes quædam Halæ Sueuicæ.

CAPVT VII.

Σὺν χριστῷ, incipimus hodie 1592. annum ingredi saluificæ natiuitatis ipsius, 25. Decemb. post 1591. annum: qui nouus annus, Reipub. Christianæ, omnibusq; membris eius, fœlix & faustus sit. Amen.

Anno 1496. hæc facta sunt.

Eberhardi, Ducis 1. VVirtembergiæ, mors.

Illustrissimus Dux Wirtemberg. & Teccensis, Comes Mompelgardensis, &c. D. Eberhardus, diem suum obijt Tybingæ, in Palatina arce, 24. Februarij (die S. Matthiæ) hora media quarta pomeridiana, anno ætatis suæ 51, & aliquot hebdomadum, extinctus febri, diarrhœa, calculo. Sepultus est, vestitus clauca cuculla in nouo Schonbuchensi Monasterio (zum Einsideln/ oder zum Blawen Münchshaus/ vt vulgo nominabatur: vbi etiam Gabriel Biel, humatus) huius Monachis sic procurantibus. Ita tantum. 13. septimanas Ducali eminentia gauisus fuit. Corpore non erat magno, sed neruoso, ac barbam alebat. Symbolo vsus est, Attempto (vt alias etiam dictum est) quod Experiri significabat. Nisi fortasse eam habuit significationem, quam verbum attentare: quod 12. lib. Corn. Taciti, pro Expectare accipitur. Quod intelligo pro ἐπέχω: id est (vt Cicero vertit) sustinere se ab assensu & assensus lubricos sustinere. μέμνης, ἀπιστεῖν. ἄρθρα γὰρ, τοῦτο, φρενῶν. *Erat iustus & prudens princeps. Ideo etiam iura quædam suæ ditionis, quæ minus commoda videbatur, emendauit: adhibito maturo doctorum virorum iudicio. Pacificus erat, iniurias etiam ferens. Interdum tamen, impatientior, præcipitantior, & propositi tenacior. Si quid consilij nonnunquam frangere statim non posset: dilationem & moram interponebat. Interdum & parcior, exceptis honoris habendi temporibus. Tunc enim, magnificus & splendidus. Ædificandi, & arces muniendi, studiosus. Sic Stutgardiam, caput Ducatus (quam Patruus ipsius Vlricus Adamatus, post Hastiludium anni 1436. amplificare cœperat, adiuncto Torneamenti (vt appellatur) agro, amplificando absoluit, plateis pulchre decussatis. Quin & ædificantibus sibi domos ibi, adiumenta attulit. Aulicam familiam non facile mutauit. Consiliario quoq; non cito confisus, nisi longis experimentis probato. Quapropter seniores consiliarios suos dilexit. Nec facile quid promisit, sed prudenter: ac tunc constanter præstitit. Cætera eius encomia, ante hac posuimus. Extat autem oratio funebris de ipso: excusa Tuvvingæ per M. Ioannem Othmarum 1498. habita ad Vniuersitatem Tuvvingensem, à M. Conrado Summenhart de Calvv, S. Theologiæ Professore, 9. die Martij, 1496. quo Vniuersitas officium harum exequiarum, pro suo fundatore & patrono peregit: qui Princeps, in Festo B. Matthiæ Apostoli, intra tertiam & quartam vesperi, Feria quarta, defunctus erat.*

Attempto.

Eulogium illius.

Funebris oratio.

Ex qua Oratione has ego sententias excerpsi.

„ *Incipit sic. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum: & plorabo die ac nocte? Ait Hieremias. Et quæ nobis tantæ tristitiæ causa? Sane cum Sol nobis occidit: cum adhuc dies esset in meridie: ait Amos, atq; idem Hieremias. Sol, inquam, nobis occidit: quando illustris princeps noster, Dux inclytus atq; patronus, veluti coruscus Sol, hanc nostram prouinciam, imo Germaniam vniuersam, virtutum suarum maiestate, excelsaq; fama, illustrans: heu nostris sublatus oculis, viam ingressus est carnis vniuersæ: adhuc ea in ætate constitutus: qua ratio eius, ad totius Microcosmi illuminandum Machinam, extrema virtute vigebat: vtpote, iam iam passionum sedato turbine, exactisq; ignorantiæ tenebris, virtutis suæ gradum nacta celsio-*

Princeps bonus, Sol.

celsiorem: sicuti corporalis ille Sol, in meridie clarissimos de se fundit in Microcosmum radios: & tam matutina abstersa caligine, necdū tetra nocte veniente, fortiores suæ virtutis exhibet actus. "
Deinde. Ergo erumpant lacrymæ, vt dilatentur præcordia. Lacrymæ enim mentem adleuant, & fletus pectus refrigerant, mæstumq; solantur affectum. "

Laudatur deinde princeps hic præcipue ab his donis.

1. A sapientia. Veteris & noui Testamenti Canonem (in quo solo, vt in FONTE, omnis literarum sapientia residet: inquit Summenhartus) legendo compleuit sapius: tamq; tenaci memoriæ commendauit: vt eum quasi Bibliæ defensorem censuisses. Item, Augustini libellum, qui meditationes inscribitur: Summenharto illius iussu, interpretato. Sic & Soliloquia. Legit & Iosephi Hebræi Antiquitates, ac Iudaicum bellum. Proverbia Solomonis, & similis sapientiæ, Summenharti interpretatione didicit. Etiam Physicæ, Chirurgiæ, & Mathematicæ, libros, sibi traducendos curauit. Sic & Salustium. Antiquitatis amantissimus fuit. Literas vetustas, Magnatum monumentis & numismatibus insculptas, legendi artem habuit. Itaq; ex Comite Dux creatus, natalium suorum florem illustrem reddidit. S. Biblia, fons omnis sapientiæ.

2. A religionis studio. Alpes Rhæticas transiens, bis Romam adijt: vbi & rosa singulari munificentia honoratus fuit: & S. Bonauenturæ Canonizationi interfuit. Bis Venetias profectus est: & dulcissimam ciuitatem Hierusalem, visionem pacis: typum matris nostræ, quæ in cælis est: æterni Regis olim in terris solium: corporalibus contemplatus est oculis. Pro S. Petri Religione (quæ Canonicorum regularium secularium dicitur) domum fundauit: ac pinguibus muniuit, dotis nomine, redditibus, prædijs, allodijs. Huius nostri Ecclesiastici atq; Catholici Gymnasij fundamenta primus iecit omnium, atq; patronus extitit. Hanc vniuersalem plantando scholam Ecclesiæ, vineam plantauit electam: omne semen verum, quo impleuit terram: cuius vmbra operuit montes & arbusta, cedros Dei: extendens palmites suos vsq; ad mare: & vsque ad flumen propagines eius. Theologicis ita interfuit disputationibus publicis: vt, quanquam hæ productiores essent admodum: & ipse Latini expers esset sermonis: etiam Scholasticis viris discedentibus, non discederet: dicens, se profecto nullam neglecturum talium: si Latinæ linguæ haberet copiam. Diuini officij erat indefessus auditor: & bonorum Verbi Dei præconum sagacissimus explorator. Incomparabili arsit desiderio, vt EO viueret: quo adusque vniuersale concilium, ad REFORMATIONEM Ecclesiæ fieret, in membris atq; capite. Schola, vinea electa.

(Bone Deus, quam hic princeps fuit φιλομαθὴς! Quam φιλαλήθης! Quam φιλέθνος! Nondum tunc ita lucebat Euangelium, vt hodie.)

3. A prudentia ciuili. Cum prudentissimis vallatus esset consulibus: nullo tamen ipse inferior fuit. Vera in eo prudentia fuit: non serpentina astutia, & vulpina dolositas.

4. Ab humilitate animi. Non curauit Mimos & histriones. Morturus, pompam interdixit funebrem.

5. A patientia. Nunquam murmurauit in atroci dolore dentium, crebris febribus, dysenteria, & calculo. Expectauit certamina, vt bonus athleta coronam inueniret: quam non suis viribus, sed Domini auxilio, nouerat sibi esse donatam. Corona certantium, à Deo.

6. A studio pacis, ab iustitia, à fortitudine, ab obedientia. Adijt conuentus: Ratisbonensem, Noribergensem, Treuirensem, Francofurtensem, Augustensem, Wormaciensem: neq; expersis parcens, neq; corpori.

7. A donis naturalibus: nempe à viuacitate sensuum, & memoriæ tenacitate, & promptitudine solertiæ. Nussiensi obsidioni soluendæ (quo Germanicus exercitus ab Imperio missus erat) interfuit: ibi & alibi, donis illis & fortitudine vsus.

Sequuntur tandem Epilogica.

Vnius delicto mors transiuit in omnes: ita, vt etiam sanctis non parceret. Attamen vertamur, oro: ne forte nostris demeritis, tanquam tali Principe indigni, eum citius amiserimus. Ergo depone ornamentum capitis tui, filia Sion: induere Cilicio & cinere, accincta sacco: quoniam magna est, velut mare, contritio tua. Et quis consolabitur te?

Amisisti Principem, in quo duo pariter acerbant dolorem: annorum nondum naturæ maturitas, & consiliorum senectus. Recordare dierum adolescentiæ tuæ, & paternæ charitatis eius: quæ te, velut pater, in sinu amplectebatur filium.

Spargant alij plenis lilia Calathis.
Nobis LILIVM est Christus. Hoc reliquias eius sacremus. Christus, lilium.

Qui cum non longe ante finem, de fide tenenda Catholica moneretur: tam constanti, quam pia confirmatione respondit, tanquam tetragonus immobilis: quinimo se sine cuiusquam dubio, tanquam Catholicum Principem decessurum.

EIVS EPITAPHIVM.

Epitaphia Ducis Eberhardi.

Eberhardus probus, Wirtembergensium Dux primus, Tecciorumq;. tum montis Peligardi Comes, atq; Collegij S. Petri in Schonbuch, vbi sepultus, fundator, obijt 6. Kal. Martias, anno Domini M. CCCC. XCVI.

Epitaphium, ad tumbam eius per Henricum Bebelium positum:

Qui fueram quondam Sueuorum gloria prima: Suntq; procul pulsi, quos scelera atra fouēt.
Hac iaceo tristi contumulatus humo, Pacis at imprimis studiosus, tristia bella
Ceruigeræ genti merūi virtute Ducatum: Teutonicis pepuli sæpius ipse plagis.
Signiferum Imperij Cæsar & esse dedit. Relligionis amās, Tēplū hoc fundasse iuuabat:
Martis opus tractans, nō victus ab hostibus vllis: Hic, vbi post obitum corpus inane cubet.

De eodem, Michael Augustus VVirtembergensis.

Et Eulogia.

Ingenuas habuit magnis in honoribus artes: Inclytus extinxit, stipendia multa subornans:
Expensisq; suis per pulchra palatia Musis Hic, vbi formosæ Nicer irrigat arua Tubingæ.

Sequenti tempore Imp. Maximilianus, peragrans Ducatum, sepulchrum eius inuisit, ac suspirans dixit: ibi iacere talem Principem, ea prudentia & virtute ornatum: quali nullum in Imperio habuerit. Se consilijs eius sæpe vtiliter vsum esse. Postea 1538. (al. 1537.) Templo ibi deiecto: à Duce tertio illustrissimo D. Vlrico, Tybingā in Sangeorgionæ Ecclesiæ chorum (in quo lectiones Theologicæ haberi solitæ erant) ad Mausolea Wirtembergicorum procerum translatus est. Non reliquit liberos: quia, quos genuerat, Ludouicus & Elisabetha, in pueritia ætate mortui erant.

Sepultura.

Eberhardus Iunior, VVirtemberg. Dux II.

Succesßit in Ducatum patruelis EBErhardus iuntor, tam SECundus Dux: natus Vlrico Bentamato ex Elisabetha Palatina & Bauara, Stutgardiæ 1447. Qui pueritiæ annos, & vitā scholastică, egressus, in aulas externas missus fuit: præsertimq; Gallicæ viuendi rationi assueuit. Exotē, vbi redierat, de voluntate patris duxit Elisabetham, filiā Alberti Marchionis Brandenburg. Achillis cognomento Germanici: natam ex Marchionis Badensis Iacobi filia. Nuptiæ fuere Stutgardiæ celebratæ. Insecutis temporibus, cū ei nō omnia in transactione de ditione placuissent: itegrū in terras exteras abierat: vxore, apud patrē versante. Seniore. a. Eberhardo defuncto: rediit, & Ducatū accepit, vt senior iam hæres: & omnia iura ac Regalia fuerunt ei à Cæs. Maximiliano confirmata. Tunc magnifice intrauit Stutgardiam: præsentibus honoris causā, Friderico Episcopo Augustano, Bauaris, & aliis Principibus, ac Dominis. Deinde mox in fidem eius adactus est Ducatus. Coniux quoq; Elisabetha, ad eum remissa.

Iuramenti formula.

Formula iurandi obedientiam & fidem erat, digitis 3. erectis.

Wie mir vor verlesen ist/dem wil ich nachkommen: vnd das trewlich halten/ohn alle geferde. Also bitt ich mir Gott zuhelffen/ vnd die Heiligen.

Belli Turcici causa, contributio.

Stutgardiæ 1496. die Mercurij post Michaelis, Germanicū mandatū exijt excusum: vt paucis in Imperio, præsertim contra Turcas, tuendæ causa (ex decreto Regis Maximiliani & principum, in Comitijs Wormac.) συνεισφορὰ fieret, contributio. De D. florenis (bonorum siue mobilium, siue immobilium) pendendo dimidiatum Aureum Rhenensem: de mille, vnum Rhenensem: de infra D. florenis, si homo esset. 15. annorum vigesimam quartam partem vnius Rhenensis. Quæque Iudæum, cuiusuis ætatis & sexus, 1. Rhenensem. Hæc omnia, ad quadriennium.

Tybing. Schola.

Rectores studij Tybingensis.

Maij 1. Rector XXXVII. D. Ieronimus de Croaria. I. V. D.
Inscripti. M. Georgius Scradi de Hailprunn.
Octob. 18. Rector XXXVIII. M. Conradus Summenhart de Calvv, S. Theol. professor.
Inscripti. Nicolaus Arnolt de Bondorff, octob. 26. Henricus Nithart ex Vlma, Ianu. 28.
Decanus S. Catharinæ. M. Iohannes Aquila, V. I. Licentiatus, de Hallis.
Magistri creati. Conradus Lutz ex Tuvvingen. Michael Coci (Coccinius) de Tuvvingen. Iohannes Küngspach *ex Stutgarten.*

Reisch.

Margarita Philosophica Gregorij Reischij, qui fuit generosi comitis Zollerensis alumnus, exijt 1496. incitatu Adami Wernheri Temarensis. Continet 7. artes liberales, Physicam, Ethicam, compendio. Emergebant studia magis magisq;.

Constantiæ Episcopatum, Thoma Perlouero, mortuo, excepit Hugo. Landenbergensis Heros, Decanus summi Collegij: ἀνὴρ ὑπερομίας, proceritate staturæ omnes Germaniæ principes exuperans.

Non

Non quidem admodum doctus: sed tamen prudens, humanus, doctorum amans. Præfuit perquam feliciter 33. An. Restituit, & de nouo construxit, arces Mœrsenburgensem, Arbonensem, Constantiæ Episcopu Hugo.
& Martorffensem. Petershusense Cœnobium (S. Petri, vel ignis voraginem) ita iuuit: vt eius secundus conditor dici potuerit. Parthenones etiam vrbis reformauit, auxit, ædificijs illustrauit. Anno vero 1527. propter mutatam Constantiæ Religionem, Yberlingam concessit: vbi honorifice fuit exceptus. Territus tamen difficultate suorum temporum, Episcopatum sequenti anno, senatui Canonicorum restituit, quieti suæ consulens. Brusch.

Obijt hoc 1496. anno, Illustrissima D. Magdalena Brandenburgensis, vxor Zolerensis Comitis Eitelfriderici.

Augustæ, Archigrammateus erat Doct. Conradus Peutinger: cui Emblemata dedicauit Alciatus. Eum fertur ab Augustanis ho: anno Lindauium missum fuisse, ad conuentum procerum. Peutinger.

Tunc, mense Octobri, Iosephus Grunnenbeccus, Med. Doctor Augustæ, Burckhausa Bauariæ oriundus, primus Medicorum librum scripsit de causis, origine, & curatione, Morbi Gallici (quem vocat scorram) dedicauitq; Bernhardo de Waldkirch, Canonico Augustano. Gassar. Gallici morbi curatio.

Tunc ibidem vixit inter Medicos, Doct. Sigismundus Grimmus. Habuit. 1513. vxorem Magdalenam VVelserinam. Habebat proprium Pharmacopolium, & propriam Typographiam. Varijs autem aduersitatibus (præsertim Chymicis, & similibus artibus) bona sua insumpsit. Et erit ille, cui Ioannes Aubanus Teutonicus Bohemus, librum suum de moribus omnium gentium dicauit. Idem. Grimmus.

Salina Halensis, quia vetus ædificium, 1309. factum, subsederat, magnis sumptibus de nouo ædificata est. Sed & 1521. & 1540. in ædificando plus ibi sumptus factum. VVideman. Halensia quædam.

Die S. Georgij, magna Cochæ fluuij inundatione facta: ligna magna, ædificationibus destinata, circiter sexcenta, Halensib. per vndas abrepta sunt: truncig, aliquot, apud Colonienses excepti.

Chorus Ecclesiæ Parochialis Halensium 1496. destructus est: & 9. Mart. (al. die S. Gregorij, die Martis) primus lapis noui Chori, qui adhuc est, positus: operig, finis, 1525. impositus. Hunc autem primum lapidem posuerunt (ad 10. vlnas in fundamento) Ioannes Hofmannus, Schonthalæ Abbas: & Michael Molitoris, Parochus S. Michaelis Alabatschius dictus: vna cum duobus Diaconis. Adiuuerunt & Laici, hi. Nobilis vir, Fridericus Schlatz. Nobilis Michael Senfftius. Qui erant Consules, Stettmaister. Item Burckardus Eberhardus. Et Eberhardus Nagel. Qui erant duo Senatores. Idem VVideman.

DE STATV VVIRTEMBERGICI DVCATVS. TYBINGENSIS ACAD.

Rectores. Ciues Augustani, Fuggeri, Meutingi, & alij. Peregrinatio apud Halam Enslingenses. Comœdiarum in Alemanniam introductio VLRICI, tertij VVirtemberg. Ducis, auspicia. Paulus Scriptoris Tybing. Συγγνώστης. Confraternitas inter Lorcham, & S. Viricum Augustensem. Clarorum virorum natiuitas.

CAPVT VIII.

ANNO 1497. mutante Duce Eberhardo quædam in Ducatu, & nouos officiales constituente: Ministri & consiliarij Senioris piæ memoriæ Eberhardi, receserunt: Magnus curiæ Magister comes Hugo de VVerdenberg: & Cancellarius, D. Ludouicus Vergenhans, Præpositus Sturgardianus. Præterea equites aurati, Georgius de Ehingen, & Hermannus de Saxinhaim. Denig, B. de Hyrnhaim, domesticæ rei Magister. VVirtembergiæ officialium mutatio.

Rectores Tybingenses. Die Philippi & Iacobi.

Rector XXXIX. Magister Conradus Vesseler, Decret. D.

Inscripti. Iohannes Vdalricus de Eßlingen. Johan. Kunig de Mindelhaim. D. VVolffgangus de Heyven, Baro: Canonicus Ecclesiarum Cathedralium, Argentinensis, Treuirensis, & Curiensis. D. 1. ſl. & Pedello 7. ß. Nicolaus Prentlin, artium Baccalarius, Pædagogus eiusdem. Doctor Lud. Truchsæß de Hæfingen, denuo. Nihil D. Acad. Tybing.

Die S. Lucæ. M. Iohannes Aquila de Hallis, V. I. D. Rector XL.

Inscripti. Marsilius & Virgilius Vranij, filij Doctoris Martini Preunningeri, Nouemb. 4. Iacobus Heinrichman de Blabiren. Vitus Hertler de Rheut.

Decanus artium. M. Andreas Rintpiß de Gislingen. S. Theol. Baccal. formatus.

Magistri facti. Iacobus Heß de Pfullingen. Valerius Anshelmi de Rot vvil. Doctor Medicus, qui historias scripsit.

Augustæ Fratres tres Fuggeri, Vlricus, Georgius & Iacobus, Textorum contribules, negotiationum Fuggeri, August.

tiationum successu crescentes: Pauli Coleri, Canonici ad D. Mauricium, Pont. Alexandro VI. familiaris, beneficia ecclesiastica emerunt: eaq; magno cum fructu reuendiderunt. Gassar.

Ibidem, Vlrici Fuggeri filia Anna, Georgio Thurzoni, comiti Cameræ, seu Quæstori, Vladislai Regis Vngariæ, natione Polono Cracouiensi, nupsit. Celebratæ sunt nuptiæ 10. Octob. 1497. Eum, primum Fuggerorũ vigorem Gassarus dicit. Idem Vlricus, prima vxore viduatus, secundam 1516. duxit, Veronicam Gaßnerinam, è maiore patriciorum contubernio.

Meutingi. Eodẽ 1497. an. Aug. 19. Conrad. Meutingus nuptias celebrauit cũ quadã Fuggerina Barbara. Meitingi autẽ, ex aurifabris iã Mercatores facti, etiã in maius Patriciorũ sodalitiũ peruenerant.

Volmarius Melchior. Natus est Rotvvilæ, Melchior Volmarius. Studijs etiam Parisijs operam dedit: inter ceteros Magistros designatos primum locum obtinuit: Doctor Iuris euasit: Græce & Latine Tubingæ docuit. Tandem Isnam profectus, ibi 1561. obijt, ἀπαπαλυμένος. Pantal. parte German. vir. illustr. Lupus piscis, hoc 1497. an. in stagno Hailprunnensi captus est: quẽ Fridericus II. Imp. 1230. in eo demersérat. Ibi 267. annos vixerat: circulo circa collum eius teste.

Lupus piscu.

Hic, MIRI SANCTI. Pauper vbique iacet.

Peregrinatio Enslingensis. Infra Sueuicam Halam, ad amnem Cocham pagus est Enslinga. Ibi fanum trium altarium erat. Vnum, in choro, S. Brixio dicatum: duo, in corpore fani: quorum sinistrum, 14. Opitulatoribus sacrum dextrum, S. Gunthero, Victori, & Quirino Rusticis inusitata erant (Widemanno teste) hæc nomina, καὶ δυσμνημόνευτα. Ideo hos tres sanctos vocabant, GVnther, Victer, Quiter: Crassissimi vero, qui prorsus nõ poterant nominare, nominabant eos, TRES mitros sanctos, Zun dreyen seltzamen Hailigen. Anno autem 1497. visere cœperunt homines hoc fanum. Vbi cum non inuenirent ornatum aliquem in ara horum trium: nisi tres imagunculas eorum alabastrinas albas: in altero vero altari, tabulam pictam 14. opitulatorum: Scopum peregrinationis non in ara inornata, sed ornata, positum existimantes, munera sua ibi deponebant. Ita trium minorum gentium Sanctorum nomina, viltora alga putata sunt, & obliuioni tradita. Opitulatoribus vero quæ donata fuit pecunia, magna erat. Ea postea Choro S. Michaelis, Halæ ædificando, bene opitulata fertur. Peregrinatum sic illuc est ad 28. annos: & post Agricolarum tumultum 1525. Templum illud aliquandiu clausum manlit, peregrinatioq; cessauit.

Der Luther hat solchen Wahlfahrten eine böse Schalckheit gethan.

Comœdia Germaniæ prima. Prima Comœdia (vt Bucholcer ait) cuius scriptor fuit Reuchlinus, in Germania est acta in honorem Ioannis, nobilis à Dalburg, Episcopi Wormacensis: magno cum plausu, à Germano tale quid scriptum esse. Hodie si ipse veniat Homerus, aut Demosthenes, aut Euripides, fere non curabitur. Sordere propemodũ incipiunt bonæ literæ & disciplinæ. Man gehet dariñen/wie ein Kuh in der Strewe: vt Teutonico prouerbio dici solet. Id est, copia eruditorum hominum, iam desiderio prope est. Metuendum, ne cum in summo steterit, rursus ad barbariem decidat. Etiam sane nuper, nouum atq; affectatum scribendi genus, ex antiquissimis & obscurissimis sordibus exortum est: Ciceronis dilucida & hilari puritate eis sordente. Eulogium eius, cuius iam mentio facta est, Dalburgij, tale apud Bruschium extat. Virtute & doctrina longè præstantissimum fuisse virum linguarum egregie peritum: renascentium in Germanijs, humanitatis ac Philosophiæ studiorum summũ fautorem ac Mæcœnatẽ. Habuit (inquit) summũ amicum ac Præceptorem, Rodolphũ Agricolam: qui primus fere barbariem vndiquaq; oppugnans, Latinarum ac Græcarũ literarum studia, in Germani, s exuscitauit. Reuchlinũ itẽ, qui Hebræas literas primus apud Germanos professus est: & Latinas Comœdias huic ipsi Episc. exhibuit (à se scriptas) dedicauit, egit, publicauit.

Dalburg. Ioannes. Rodolphus Agricola.

Summenharti scripta. Exijt Tractatulus bipartitus Summenharti Caluensis professoris Tuvvingensis, de Decimis: defensiuus opinionis Theologorũ aduersus communiter Canonistas, &c. 1497. Idem edidit de contractibus pro foro conscientiæ, 1513. Vidi hic in Bibliotheca Martiniana: vbi & liber cum hac inscriptione erat elegans: Vocabularius breuiloquus, cum arte diphthongandi, punctandi, & accentuandi. Ibidem, in libro quodam scriptum.

Wann nicht weren Teuffel/ Wölff/ vnd Ratzen:
Was dörfft man dann Pfaffen/ Hund/ vnd Katzen?

Melanchthonis natiuitas. Natus est hoc anno, in oppido Bretta, Febru. 16. (die Iouis post Inuocauit) Philippus Schwartzerdt/ Melanchthon: barbariei & ipse expurgator, & artium excultor.

Brandus. Floruit tunc etiam Sebastianus Brand, Iohan. Tritenhemius, Baptista Mantuanus, Iouianus Pontanus, Raphael Volaterranus.

An. 1497. Feria 3. post Iubilate, obijt Nobilis Conradus ab Entzberg. Sepultus Phorcæ apud Vlmam.

Nudipedes.

Vlmæ. Hermannus Rhot senior, die Sabbati ante Bacchanalia Dominorum obijt.

Die Parasceuæ duæ turres Gamundiæ in Templo S. Mariæ conciderunt.

Argentinæ, caupona Spanbett conflagrauit media nocte, cum 24. hominibus. In nundinis, si bene memini.

Anno 1498. cum VVirtemberg. Duci Eberhardo, non cederent res ex sententia (sicut ex literis comitis Henrici Fyrstembergij, ad Com. Ioannẽ Werdenbergensem, die Lunæ post Ascens. Christi, 1498. Reutlingæ datis, intellexi) Vlmam initio Aprilis concessit. Deinde initio Iun. se administratione Ducatus abdicauit, certis conditionibus. Postea se ad Palat. Philippum Haidelbergam contulit. Mansit Domina Ducissa (cum qua illi non conuenerat) in regione: Nyrtingam sibi dotalem incolens, & huic benigne faciens. Eberhardo Duci successorem dedit (cum Senatu Aristocratico) Cæsar Maximilianus, Vlricum, comitis Henrici F. Vlrici Adamati N. puerum XI. annorũ. Tunc edita est ordinatio, quomodo Ducatus esset regendus: cui ordinationi obseruandæ, iureiurando se subditi astrinxerunt. Erit hic Vlricus posterius, TERTIVS Wirtembergiæ Dux. *VVirtemberg. Dux III. Vlricus.*

Tunc vero adhuc præceptorem habebat: cui quotidie quatuor horas operam dabat. Vt autem illa ordinatio feliciter procederet: iubebantur homines pro concione diebus Dominicis, preces ad cælestes fundere: Germanice. **Gott den Allmechtigen/ die allerhailigsten Jungfrawen Mariam/ vnd alles Himlisch Heer/ mit jnnigkeit zu bitten vnd anzuruffen.** *Inter optimates autem, qui cum futuro Duce Vlrico (Regalia iam à R. Maximiliano habente) Ducatum administrabant, non postremus fuit strenuus ille, de quo multa scripsimus, Eques Georgius Ab Ehingen. Erat tunc magnus Curiæ Magister, comes* Wolfgangus à Fyrstemberg: *cutus frater Henricus, Regis Marescallus erat. M. autem Gregorius Lamparter, V. I. Doctor, Cancellarius.* *Officiales eius.*

His adiuncti in consilio erant.

D. Albertus, Præpositus Elvvangensis. D. Georgius, Abbas Zuifaltensis. D. Ioannes, Abbas Bebenhusanus. D. Barthol. abbas Herrenalbensis. **Alle Schirmßverwandten Prælaten.** *D. Georgius Ehingenus, eques. D. Caspar Bubenhofius, eques. Theodoricus de VVeiler, curiæ Magister. Conradus Thum de Neuburg; Camerarius: Iohannes Haller, & Conradus Breuning, Secretarij, Patriæ Tybingensis. Sebastianus VVelling Stutgardianus. Comes de Sonnenberg Andreas, capitaneus. Dietrichus de VVesterstetten, domesticus Curiæ Magister.*

Cuique suum officium assignatum. Vt, **Herr Jörg von Ehingen Ritter/ soll stäths am Hoff mit 4. oder 5. gerüsten Pferden/ in allen Geschäfften/ darzu er bräuchig ist/ gehalten werden.** *Georgius Ehingenus.*

Ipse, vsq; ad extremum vitæ suæ, fidem Ducatui præstitit: eoq; filios etiam suos cohortatus est. Pacta eidem Duci Vlrico est à R. Maximiliano, Bauariæ Dux Sabina: nata ex sorore ipsius Kunigunde, Alberto q. Duce Boiorum.

Alberti & Kunigundis liberi:
- *filij,*
  - *VVilhelmus.*
  - *Ludouicus.*
  - *Ernestus.*
- *filiæ,*
  - *Sidonia.*
  - *Sibylla.*
  - *Sabina.*
  - *Susanna.*

Tybingensis Academiæ Rectores Kal. Maij. *Tybing. Schola.*

Rector XLI. M. Simon Leonis de Biel, S. Theol. Baccal. formatus.

Inscripti. Ludouicus VValch de Navv. M. Michael Siguardus de Etlingen. Bernhardus Durr de Schorndorff.

Octob. 18. Rector XLII. M. Andreas **Doschtel** *de Oßwil/ V. I. Doctor.*

Inscripti. VVolffgangus Sperbersecker. Hainricus Aichman de Schorndorff. M. Erasmus Hericius ex Bohemia, Magister Colonienſis.

Decanus artium. M. Iacobus **Kurlin** *ex Tegerlach, Med. Licentiatus.*

Magister factus. Caspar Nothelffer ex Biberaco.

Et post Kurlinum Decanus, M. VVolffgangus Stachelin Rotemburgensis.

Magistri creati. Ludouicus **Päß** *de* **Tüwingen**. *Lucas* **Götz** *de* **Minsyngen**. *Postea Abbas Monasterij Albæ Dominorum.*

Typographia, hoc anno prima Tybingæ. Itaq; Pauli Scriptoris, VVilensis Sueui Minoritæ, explanatio in primum Sententiarum Scoti, Tybingæ 1498. excusa est. *Typographia, Tybingæ.*

Paulus Scriptoris. Paulus Scriptoris Tubingensis (inquit Illyricus de Test. Verit.) cum Tybingæ Scotum perlegeret, & ad decimam quarti libri distinctionem veniret: Transsubstantiationē negauit: asserens, omnia Dei verbo, seu Lydio lapide, probanda: cætera omnia, erronea esse. Solitus est prædicere mutationem religionis. Hic habuit auditores, Augustinianos: Discipulos & subditos Ioannis Staupicij prouincialis, &c. Ideo à Minoritis in exilium pulsus, Kaisersbergæ obijt. Ex 1. Tomo Gesneri.

Confraternitas Monastica. Confraternitas Lorchensium, cum S. Vdalrico & Afra Augustanis.

Venerabilibus ac religiosis in Christo patribus & fratribus, Domino Georgio Abbati, Augustino priori, totiq; conuentui, Monasterij beatæ Mariæ virginis in Lorch, ordinis S. Benedicti, Augustensis dioceſis: nos fratres Conradus Abbas, Petrus prior, totusq; Conuentus Monasterij Sanctorum Vdalrici & Afræ in Augusta, eiusdem ordinis & dioceſis, cum sincero caritatis affectu, salutem in Domino perhenniter adipisci. Quia mediante caritate, quæ vinculum perfectionis ab Apostolo prædicatur, membra singula in corpore S. Ecclesiæ sibi inuicē coniunguntur, &c. nos vestrarum caritatum precibus & religiositate moti: matura deliberatione prehabita, plene confraternitatis, bonorum scil. omnium, consortium & communionem: in Missis, orationibus, elemosynis, abstinentijs, vigilijs, &c. vobis, ac successoribus vestris, tenore presentium libere concedimus, &c. Datum 1498. septimo Kal. Aprilis.

Calua. Eodem 1498. anno, Caluæ drama Bibliorum in foro, quod ibi longum est, agebatur: de Protoplastis, Patriarchis, pijs Regibus, & Prophetis. De genitrice Dei Maria, Parentibus eius, sanctis matronis, tribus Magis, pueri Iesu fuga in Ægyptum, passione Domini. De Apostolis, Euangelistis, S. Martyribus, Doctoribus Ecclesiæ. De S. Helena, Catharina, Barbara, & alijs sanctis virginibus. Vidi hos Rhythmos Germanicos, manuscriptos.

Leonberg. Reutlinga. Leonbergæ, pridie Simonis & Iudæ, circiter 46. domus conflagrarunt.

Reutlingæ erat die Sabbati Ascens. Domini ad triduum, Cæsar Maximilianus: Elector Saxoniæ Fridericus, frater eius Ioannes, Albertus Saxoniæ Dux, Mechelbelburgensis Dux, Episcopus August. & Brixensis VVirtembergici curatores, & alij: à M. Iacobo Becher digne excepti. Equi circiter 500. Idem Cæsar, alterius anni die Mercurij ante natiuit. Mariæ, iterum ibi cum 400. equis, in quartum diem fuit. Deniq; 1504. die Mariæ Magdal. ibidem cum plus 200. equis, in eandem ciuitate, in quintum diem.

Augustæ, Turris [illegible], lugins Land/ fulmine exusta est noctu, die Veneris in den vier Tagen.

Nuptiæ Augustanorum. Iacobus, Vlrichi & Georgij Fuggerorum frater natu minimus, Sibyllam duxit: ex Artzatorum, mercatoriæ tribus, familia natam: sed per coniugia, in patricios minorum gentium adsciscitur. Conradus Peutinger I.C. nuptias celebrauit cum Margareta Welserina. Iulius Comes à Lodrin, cum Apollonia Langia patricia. Et anno 1500. Comes Christophorus Frangepanius, cum Apollonia Langia.

Vlmæ, conuentus Sueuicus. Conuentus Sueuici fœderis agebatur Vlmæ: in quo Ioannes Langenmantelius, eques auratus, sæpius Augustæ Consul, Capitaneus eius fœderis factus est. Eo Duce, postea Augustani Cæsari Maximiliano, anno 1499. auxilio miserunt contra Heluetios, CCCC. pedites, & LXXII. equites. Fuit ipse Legatus quoq; 1500. Sueuici fœderis, vna cum Cos. Augustano Gossenbrot, & Matthæo Neithardo Vlmensi, ad comitia Augustæ magna, à Cæsare habita. Obijt hic Langenmantel, iam decimumquartum Consul, 20. Maij 1502. Sed filius eius, postea 1525. in prælio Pauiensi, Gallorum partes sequens, tormento ictus occubuit. Ex Gassaro & Henningo. Langenmantel.

Mompelg. C. Georgius. Anno hoc 1498. Februarij 4. Mompelgard. Comes Georgius natus est, Ducis Wirtemberg: Vlrici frater.

Osiander. Natus eiusdem anni 19. Decemb. est Andreas Osiander Theologus.

Nata est in Werdenbergica ditione, fœmella duorum capitum, & quatuor brachiorum: pectore & ventre vno, pedibus duobus. Lycosth.

Zygmus comes. Pforzæ an. 1498. Auff Montag nach Vrbani/ starb der wolgeborn Herr Johann/ Freygraff auß kleinern Aegypten: deß Seel Gott gnedig vnd barmh. wöll seyn.

Eodem anno Turca eripuit Bohemo Regi homines & bona, ad quinq; milliaria longe lateque. Misit ergo Rex Legatos Caluam ad Marchionem Fridericum Brandenburgensem: quia thermis ferinis erat, & ad eos Caluam venerat.

Rhæti Grisones, fœdere perpetuo se 13. Decemb. cum Heluetijs coniunxerunt.

In Gallia, Ludouicus XII. factus est Rex Franciæ: qui regnauit an. 17.

MAXIMI-

MAXIMILIANI CÆSARIS BELLVM HELVETICVM. LVPORVM rabies in carnem humanam. Academica quædam Tybingenſia. Inſtauratio Templi Gratiæcellenſis. Theologorum aliquot clarorum natiuitas. Græcorum librorum impreſſio. CAP. IX.

ANno 1499. ortum & geſtum eſt dirum R. Maximiliani, adiuuante ipſum Sueuico fœdere, contra Heluetios bellum: propter iura quædam, quæ vtrig, ſibi vendicabant, Oenipontenſe regimen, & Rhæti Griſones: præſertim etiã, de aduocatia cœnobii, Münſterthalæ: & quòd Heluetii (vt ferebatur) nollent libertatem ſuam tentari, reformatione aliqua Imperiali. Ianuarii ergo 20. die, Conſtantiæ conuentus Sueuicorum fœderatorum actus eſt: & cuiq, ordini certus locus præfinitus, vbi cum exercitu ſuo paratus eſſe deberet. Interea Griſones Münſterthalenſe Monaſterium occuparant, aliquot præſidiariis ibi occiſis. Contra ipſos igitur Regiorum exercitus veniebat. Ideo auxilium Heluetiorum, cum quibus nuper fœdus inierant, poſcebant: Tigurinorum, Lucernatium, Vriorum, Suitenſium, Vnterwaldenſium, Tugiorũ, & Glaronenſium: vt qui partes quaſdã finitimarum regionum haberẽt. Ita Sueuici proceres, contra modò dictos erant Alemannos: qui olim (vt ſæpe in hoc opere demonſtratum eſt) ipſi etiam ad Sueuicum Ducatum pertinuerant: ſed nunc Heluetii nominantur. Conabantur Epiſcopi, Conſtantienſis & Curienſis, pacem inter parteis facere. ſed fruſtra. Helueticum à Maximil. Cæſare bellum.

Interea Ludouicus Franciæ R. Ludouicum Sfortiam, Mediolanenſem Ducem, quòd antehac expeditioni Neapolitanæ Gallorum offecerat, expulit in Germaniã: & ſic Mediolano potitus eſt: ſed tantum ſex menſes tenuit. Vſus fuit occaſione: quod Maximilianus bello Sicambrico, contra Geldriæ Ducem, occupatus erat: & ciuili bello Sueui Heluetiq, diſtinebantur.

Acciderunt poſthæc Auſtriis & Sueuis, multæ ab Heluetiis clades.

Prima, poſtridie Bacchanalium Dominorum, ad S. Lucii aſcenſum: vbi 400. circiter Regiorum cæſi ſunt. Cladiũ, ab Heluetiis illatarum, enumeratio.

Secunda, apud pagum Treiſum: vbi, circiter 350. Ibi captus D. Ludouicus Brandiſius, Bernam miſſus eſt: capti Domini Turingus & Sigiſmundus, cum 200. militibus, in oppido Maienfeld, Curiam miſſi ſunt.

Tertia, apud Hardum: vbi cir. 5000. Regiorum perierunt. Ex quibus, 500. frigore noctu: no, cum ſe in arundineto abdidiſſent. Multi præſertim Vlmenſium interierũt. Sueuorũ, omnino 1400. deſiderati. Ceperunt victores multa vexilla & bombardas. Eſt autem Hardum pagus inter Fuſſachum (arcem & pagum) ac Brigantiam, ſupra lacum Podamicum.

Quarta, prope Baſileam in Bruderholtzio. Ibi 80. viri occubuere: inter quos, Comes quidam Thierſteinius.

Quinta, apud Fraſtentiam: vbi 3000. occiſi, & 1300. in fluuio Illo ſummerſi: Heluetiorum non vltra 12. interfecti. Poſtea, Ermatingæ 72. Heluetii, improuiſo aduentu conciſi.

Sexta, apud vicinam oppido Conſtantienſi ſyluam Suaderlochum. Magiſter equitum erat Regiorum, Comes VVolfius de Fyrſtenberg, iuxta peditatum inſtructus. Cæſis autem Burckardo & Henrico Randecciis, Ioanne Neuneccio, Henrico Langenſteinio, aliis: cæteri ceſſerunt. Interaperierunt 1300. viri: apud Gottliebum, & natando Reichnoiam verſus, 1000. in aquis ſuffocati ſunt. Bombardæ in manus Heluetiorum venerunt. Duæ magnæ, & ferreæ ſerpentaria, cum ſigno Regis Romani. VVirtembergenſes 4. Serpentariæ: Conſtantienſes 2. nouæ viccnorum binorum centenariorum pondere. Item, 2. Tberlingenſes. 1. Rauenſpurgenſis. 2. Vlmenſes, cum vno vexillo. 1. Serpentaria & vexillum VVangenſium. Deniq, ſingula tormenta Biberacenſium, Memmingenſium, Iſnenſium, VValdſeenſium: & currus cum ſclopis, ac plauſtra commeatus.

Septima, in Malſerico campo vallis venuſtæ (auff Malſerhaid in Vinſtgöw) vbi 4000. Regiorum occubuerunt: & aliquot centuriæ virorum, aquis hauſtæ ſunt. Fœderati amiſerunt 220. viros. Factum in feriis Pentecoſtes. Reuerſus eſt deinde Cæſar è Belgio, cum exercitu valido (4. millib. peditum, & 60. equitibus, à ſolo VVirtembergico ſummiſſis) perq, Hercyniã ſyluam, in ciuitatem Conſtantiã profectus, & Veldkircham: cum præliari cum Heluetiis vellet: ſenſit, animos hominum non eſſe alacres ad periculũ. Ergo Vlmam diſceſſit nec amplius ad bellũ rediit. Vallis venuſta.

Octaua clades, ante arcem Dorneckum accidit: quam Cæſariani 22. Iulii obſederant, in agro Baſilienſium. Ibi cum Ductor copiarum, Henricus Fyrſtembergius Comes, VVolfii frater, moneretur de excubiis, contra repentinas irruptiones diligẽter conſtituendis: reſpondit, putasne Heluetiis pluere? Qui timet, Loricam induat. Incurrerũt ſubitò Heluetii: orta eſt acerrima pugna: victi tandem, Regii.

Helueticorum cæsi, 150. viri, plerique Bernates, quia primum impetum deuorantes. Ex altera parte, 3. millia: in quibus, Fyrstembergius Henricus, Simon VVecker Bitschius, Comites. Item, Matthias Castelvvartius Baro, Conradus Vtenhaimius, & Sculletus Ensisheimius, aliique insignes viri.

Simonis VVeckeri interitus.

Tot pugnas recenset in Basil. histor. Vrstisius: de quibus & Stumpfius legatur. Inter quas interim multæ quoque velitationes factæ sunt, semper aliquid virorum absumentes. Addam, quæ à Stumpfio lib. 11. cap. 2. scribuntur.

In Hardensi pugna, ad Podamicum lacum (inquit) Febru. 20. decertabant 400. fœderati, cum 10000. Cæsarianorum: quorum occiderunt ad 5000. Postridie repererunt Hardi, quendam simplicem hominem, natione Sueuum, sub tecto latentem. Hic protractus, ad pedes eorum accidit: &, Ah proba vaccina ora (optimi vaccimulgi) inquit, parcite mihi per Deum. Alteris verba hæc mirantibus: & conuicium ei opprobrantibus: testabatur ille Deum, se nullo alio nomine eos omnes appellari, vnquam apud suam gentem audiuisse, quam vaccina ora. Risus est obortus: ipse, dimissus, & pacifice deductus.

Simplicitas cuiusdam Sueuici militis.

Eodem in bello, in conflictu non longè ab arce Saxo, sub arce VVerdenbergensi, Ioannes VVal Vrius, deprehensus pedes, se contra 20. equites, fortissimè lanceatus tutatus est, ad arborem consistens: quorum tres ἐξεσάλλισαν, è sellis vel ephippiis deturbauit.

VVali Ioannis fortitudo.

Hortanti autem generoso Domino Nicolao de Brandis, vt se impunè dederet (Nō dignum esse interitu, tantum bellatorem) paruit. Tum Heros ille literarium ei testimonium huius virtutis, Veldkirchæ dedit. Veldkircha autem, Campus S. Petri, oppidū & arx in VValgoia Rhætiæ est.

VValgoia.

Tandem verò (quia nulla salus bello, præsertim ciuili) illustribus viris se interponentibus, & certis conditionibus vtring. præscriptis, compositio & pax est facta. **Wer ritt/der ritt: Wer lag/der lag. So gehts.**

Senfftius.

Interfuit etiam Michael Senfftius, ab Halensi Repub. missus, huic bello, diu absens domo. Eum Cæsar Maximilianus pulchrè phalerato donauit equo.

Fuit autem valde acerbum bellum. Nemo enim ἐζωγρεῖτο, viuus capiebatur, vtring.: sed occidebantur omnes. Tunc multa cadauera, circa Constantiam insepulta iacebant: quæ à lupis deuorabantur. Vnde tanta voluptas humanæ carnis vorandæ, in lupis orta est: vt in pagos etiā, & villas, incurrerent: nec in Hegoia solum, sed inferius etiam: in Hercynia sylua, Gamundiana sylua, Algoia, & aliis locis. Πεῖσι χαῦνον καὶ κατεδώδυμον, deuorabant, homines laceros in campis: pueruulos ante ianuas domorum rapiebant. Noctu fodientes oribus suis, domos subire conabātur: nec refugiebant illos, qui armis eos pellebant: sed in ipsos infesto victu irruebant. Ideo appellati sunt lupi rapidi. In Rustici cuiusdam (quem D. VVidemannus, tunc puer fortè 11. annorū, notum sibi fuisse ait) venientes chortem trans sepem, in sylua Cochana habitantis, tres lupi: fodiendo sibi viam in cubiculum facere conati sunt: vbi parui eius liberi iacebant. Tūc ipse & seruus excitati, ambo nudi: in bestias tandiu pugnarunt, donec duos occiderunt. Tertius lupus, saltu trans sepem se dedit, & euasit. Inciderūt frigore ambo viri in morbum (quoniā etiam à bestiis lasi) ac postridie seruus mortuus est. Vt igitur lupi profligarentur: imperatum est, quoties aliquis in campo conspiceretur: signo campanis dato παυδημεὶ, cateruatim, in eos excurri, quo auida vis eorum extirparetur. De bello Helvetico, & de Lupis satis dictū est. Transeamus ad pacis, et mitiora studia.

Luporum auiditas in carnem humanam.

Academ. Tybing. Rectores Academiæ Tybingensis.

Kal. Maii, Rector XLIII. Laurentius Hornstain, V. I. Doctor.
Inscripti. Baro VVilhelmus VVernher de Zimmern. Heinricus Lai ex Vlma.
Octob. 18. Rector XLIV. VVendelinus Stainbach, S. Theologiæ Professor.
Inscripti. Iohan. Drechsel de Gundelsingen. D. Vlricus, Comes de Helffenstain.
Decanus Philosophicus. Licentiatus Hemsuger.
Promoti Magistri. Thomas Pruner ex Logingen. Michael Hofmeister ex Rotenburg.

Baccalaureorū creatio.

Ritus creandi Baccalaureos tunc hic erat: vt vidi ex δυσαγγώστῳ oratione M. Ser.

1. Exordiolum ponebatur, seu partitio faciendorum.
2. Candidati Quæstiones proponebant, & eas explicabant: vt eo honore digni viderentur.
3. Recitabatur à Pedello iuramentum.
4. Attributio honoris, vel gradus.
5. Oratio de miseria generis humani, quæ rectis studiis emendaretur. Et in alia diuersi temporis oratione, Laus eloquentiæ, iuuenibus comparandæ.

6. Eiusf-

6. Eiusdem promotoris gratiarum actio ad cœtum præsentem, hoc modo, ad verbum. Nondum scribebantur diphthongi.

Equum esse, honoratissimi viri, censeo: vt iis, qui de nobis sunt quam optime meriti, gratitudinem tam exhibeamus. Cum primis ergo gratias referimus pro virili, quãtum scire & posse nobis donatum est, excellentissimo ac maximo Deum hominumq; Rectori: in quo, & per quem, & à quo sunt omnia, mouentur, & viuunt. Impollutissime quoq; virgini Marie: Dei, imò nostre potius, matri indulgentissime: & comiti sue pudicissime Katharine. Reliquis pariter celitibus. Ipsis siquidem aspirantibus, laborem hunc cepimus, prosecuti sumus, & terminauimus. Ingentes itaq; habemus gratias vobis viris grauissimis: quocunq; virtutis & dignitatis genere preditis: vobisq; adolescentibus, scientiarum cupidis: qui his per nos actis assensi estis: ac aures prestitistis benevolas: nos ad queuis, quæ vobis voluptati fore cognouerimus, per quam morigeros ac libentes offerentes. Dixi.

Celebrat Conradus Pellicanus, præfat. in Biblia, duos celeberrimos viros: à quibus multum adiutus sit in studiis, Tybingæ, præsertim linguæ Hebrææ: Paulum, cognomento Scriptoris (quo nihil vnquam habuerit præstantius Ordo Minorum: & Conradum Summerhart, quem votat Theologorũ decus, & Tubingensis Scholæ tunc columen. Erant hoc tempore, in Maulbrunnensi cœnobio, XCV. Monachi & conuersi professi. Olim CXXX. professi ibi fuerant. Pellicanus.

A. hoc 1499. & sequenti biennio, sorores Gnadencellenses Templum suum, omnibus lignis dejectis (vt & alia ædificia) magnis instaurarunt impensis: lignis ex Hercynia sylua, Dentzlingam vsq; ratibus per Nicrum deuectis. De quibus tamen fluminis exundatio, hoc anno multa abripuit: cætera, ad longam recollectionem dispersit. Multum profuit ad Templi instaurationem (fabris lignariis mercedem de suo persoluens) primarius Vraci vir, Michael Schytzius, Agnetis Sanctimonialis pater. Annis sequentibus duobus (cum vno, inundatio Luteræ impleuisset aquis Templum: altero verò, fames incidisset) ædificatio cæterarum rerum impedita fuit: sed tamen postea, absoluta. Etsi autem pauperes erant hæ Monachæ: tamen ius patronatus habebant in tribus his Ecclesiis: Oneslettensi, Kolstettensi, Gummedingensi. Gummedingam obtinuerãt, vt plurimum commodi sentirent, precibus: à miti patrono Ecclesiarũ Eberhardo, Duce VVirtembergensi: & à Doctore Iuris Ioanne Stain, Gummedingæ Rectore & pastore: nec non ab Hugone Landenbergio Episc. Constantiensi. Ideo debebant (suasu F.F.F.) idoneos Presbyteros præficere. Gratiæcellense Templum.

Cum autem frater Fœlix legisset omnes literas eius Parthenonis: nec reperisset in vllis, consecratum esse id Templum: nec etiam characteres videret in muris: quos solet dedicans Episcopus, duodecim chrismate pingere: anxius fuit, an fuisset dedicatum: & ne sacra, quæ in non dedicato fierent, pro nihilo essent, hominesq; deciperentur. Sæpe enim non dedicatur Templum: priusquam omnia eius necessaria & honoraria, comparata sunt. Postea res nonnunquam in oblitionem venit. Cogitabat, frustra non ita pridem reconciliatum esse Templũ à suffraganeo Constantiensi Daniele. Postea tamen ipse, & frater Ioannes Hornvvachs, radentes tectorium Templi, repererunt signa dedicationis, circulos flauos. Satis de Gratiæcella. Dedicatio Templi.

Bebenhusæ A. 1499. obiit Bartholomæus Heubach, Prior. Sub quo extructum est Refectorium hyemale: & Tybingæ, magna domus lapidea cum cella.

Vlmæ. A. 1499. den 12. April. starb die erbar ersam Fraw Magdalena Kräfftin: Die Doctor Mattheus Neidharts Bürgermeisters Haußfraw war. Et 1501. Maii 16. Die erbar ersam Fraw Barbara Ehingerin/ eiusdem Doct. Matthæi Neithardi Cos. vxor. Item 1499. Am montag vnsers Herrn Fronleichnams / der ersam weise Antoni Rhot / Pauli Rhoten ehlicher Sohn.

Pro Sueuico fœdere supplicationes, circa hæc tempora.

1. Vnoquoq; die Mercurii, vesperi post Aue Mariæ, signo campana dato: aut, si minus ea hora, alicubi commodum, alia eius diei hora, habebantur preces. Preces.
2. Diebus Dominicis, de suggestu grauiter homines ad precandum excitabantur.
3. Quotannis die S. Georgii, deuotum officium cantabatur, ac missificabatur.

Ad quem eæ preces fiebant?

Ad Deum omnipotentem, & virginem Mariam, atq; omnes Dei Sanctos. Secundum formulam scil. Christi: Pater noster, qui es in cælis.

Quare?

Ob Cæsaream per Imperium conseruandã pacem, & iustitiam: ob honorem & vtilitatem omnium fœderatorum: ob tuendos subditos & regiones, viduas & pupillos.

Nati

Nati sunt hoc 1499. anno.

Brentii natiuitas. *Ioannes Brentius, in oppido Sueuico VVila, 30. Iunii: parentibus, Martino Brentio, & Catharina Hennichia.*

Hieronymus VVellerus, die Iouis post Aegidii, Fribergi in Misnia.

Iustus Menius, Decemb. 13.

Ioannes Carion Mathematicus, Mart. 22.

Augustæ, Ambrosius Inugius. Med. D. in matrimonio habebat Elisabetam Langinetrinam patriciam.

Etymologicon magnum. *Venetiis excusum est, Magno Hieratico folio, Magnum Etymologicum Græcum: impensis Nicolai Blasti Cretensis, hortatu illustrissimæ Dominæ Annæ Notarenæ Constantinopolitanæ, & artificio Zachariæ Calliergi Cretensis.*

Græcum studiū. *Antea verò 1493. Ian. 24. impressus fuerat Mediolani Isocrates, folii magnitudine, ab Henrico Germano, & Sebastiano Pontremolensi: sumptibus scribarum illustrissimi Ducis: nempe Bartholomæi Scyasi, Vincentii Aliprantis, & Barthol. Rhozonis. Correxerat Demetrius Chalcondyles. Ita animis hominum, tunc cordi erant studia Græca.*

IVBILÆVS PAPÆ ALEXANDRI VI. ANNVS. DE SIGILLO PAPALI. Comitia Cæsaris Maximil. Augustæ. Mediolanum à Gallis occupatum. Fœdus VVirtembergicum cum Heluetiis. Rectores Tybingenses. Henricus Bebelius, barbariei expurgator ex Latinitate. Græcæ linguæ necessitas. Priuilegia, Lorchensibus confirmata. Sacerdotis Iselini reliquiæ. Ioannis Naucleri genus. Pagi Heluetiorum fœderati. Americanæ Portugallensium nauigationes.

CAPVT X.

Cometa. *ANno 1500. Cometa visus est in Septentrione, sub signo Capricorni, per dies 18. magnus & horrendus.*

Iubilæus VIII. *Iubilæus VIII. à pont. Alexandro celebratus est: ac multi Romam profecti sunt: Romanorum ipsorum permultis non curantibus. Vnde Fœlix Fabri, tunc adhuc viuens, ait:* Wir haben eben ein weiß/als die Römer/die den Ablaß vor jrer Thür haben/vnd achten sein nicht viel. Aber Leut von CCC. Meilen her/suchen jhn mit andacht/ kosten vnd arbeit/ sorg vnd angst. Also haben wir auch den Ablaß in vnsern Kirchen/ vnd achten seyn nichts.

Paulus verò 1. Tim. 2. dicit. Volo, vt viri orent IN OMNI LOCO, leuandis ad Deum puris manibus. Et Ioel. 2. Quicunq; inuocauerit nomen Domini, saluus erit.

Sigillum Papæ, expositum. Interpretatio sigilli Papalis, per eundem fratrem Felicem.

Vt bulla habeat æternum robur: plumbeo sigillo eam firmat Papa: quo sigillo solus vtitur ipse, vt summus Christiani orbis Prælatus.

Caput Petri in eo significat: cœlum clauibus Petri aperiri obseruatoribus bullæ. Pauli caput significat: gladio Pauli, neglectores bullæ pulsum ad inferos iri. Hanc, Papæ sententiam esse, significatur eius in altera sigilli parte nomine. Non cannabino vinculo (cuius vsus est in sigillandis rebus bellicis, & tristibus) sed serico (leni & misericorde) sigillum appenditur, cum coloreflauo & rubro.

Subscriptio.

Ego Alexander, Catholice Ecclesie Episcopus. Diß gibt viel krafft vnd macht der Bull: Dann so viel wil die Geschrifft: Ich Alexander/ der gantzen Welt einiger Monarch/ vnd Bischoff der gantzen Christlichen Kirchen/hab die Bull geben/besieglet: Vnd bin Persönlich dabey gewesen/ das bezeugt vnser eigen Handtschrifft.

Nach dem Tittel/ so hat *Sanctissimus noster Dominus* gemacht zwo Figur mit der Feder: Eine vor/vnd eine darnach. Was die bedeuten/ weiß niemandt/ dann seine Heyligkeit: Der in dem schreyn seiner Brust alle gerecht/ Göttlich vnd Menschlich/ hat geschrieben.

Hæc, Felix, ille Vlmensis Prædicator, in libello M. Scr. Offenhusensi, vel Gnadencellano.

Claues Petri. *At Iohan. 20. claues Petri omnibus Apostolis, sine cuiusquam prærogatiua data sunt à Domino: Quorum peccata remiseritis, remittuntur eis.*

Bullæ obseruatio, hæc est Ioan. 1. Quicunq; susceperunt filium Dei: eis potestatem dedit fiendi filios Dei, credentibus duntaxat in nomen eius.

Mona-

Monarcha Mundi vnicus, est ille in eodem Ioan. 1. per quem omnia facta sunt: &, per quem mundus factus est. Papæ verò, & omnibus Doctoribus, dicitur Luc. 22. non de Patrimonio Petri, non de calcandis pede Barbaros: sed vos autem non sic.

Deinde 1. Cor. 1. Christus factus est nobis sapientia à Deo, iustitia, sanctificatio, & redemptio. Hanc sapientiam si habet Papa in scrinio pectoris sui: potest certe gloriari.

Num verò is sit Christi τοποτηρητὴς, Vicarius: potest ex hoc prudenter colligi: quod cum Christus, in summa paupertate natus sit, Regnum mundanum Ioan. 6. fugerit: impio etiam Magistratui tributum soluerit: gratis accepta spiritualia dona, gratis dari hominibus voluerit: denique, ne puluinum quidem, vbi caput reclinaret, habuerit: Papa opes & facultates maximas habet: vrbes & regiones luculentas possidet: pro illis, quãdo res eius postulat, bella gerit: in deliciis exquisitis viuit: per Iubilæos grandem pecuniam conficit: ab omnibus reuerentiam sibi exhiberi vult, ipse nemini exhibet, tanquam Deus ἀντικρυς. Verus autem & vnicus Iubilæus annus, est exhibitio Christi, ex Maria virgine nati: de quo S. Angeli Luc. 2. Gloria in altissimis Deo, in terra pax, hominibus acquiescentia, canunt.

Comitia celebrabat Augustæ Cæsar Maximil. Ibi chorea celebrata est, auff dem Fronhoff. *Ducebat Cæsar in chorea virginem Neithardinam: quæ funali, quod manu gestabat, inter saltandum, ignem triumphalem accendit:* Ein wol zugerüsts Frewdenfewr. Comitia, Augusta.

Volfgangus Aitinger, sacerdos Augustæ, commentarium scripsit in Prophetiam Methodii: vbi asserit, Antichristum Romæ nasciturum & regnaturum. Gassar.

Ludouicus Sforcia, qui Mediolanensi Ducatu à Francis exutus fuerat, cum exercitu Heluetico & Sueuico recuperauit. Sequenti tempore, ipse & Sueui aliquot primates, capti sunt, & in Galliam abducti. Ibi ipse mortuus est. Habuerat enim Gallus quog. Heluetios in exercitu. Ideo Sforciani Heluetii, pugnare contra eum noluerant. Dux Virtembergicus Vlricus fœdus iniit cum Heluetiis (Tiguro, Berna, Lucerna, Vra, Suitia, Vntervvalda, Tugio, Glaro, Friburgo, Soloduro) in A. 12. περὶ συμβολαίων πρὸς ἀλλήλους, καὶ περὶ συμμαχίας excepto contra Papam, Imperium, & Priores fœderatos. Actum Tiguri, die Mercurii post Pancratii, anno 1500. Mediolanum, à Sforcia recuperatum, & amissum. VVirtemberg. Vlrici fœdus cum Heluetiis.

Idem Dux cum ordinario tunc regimine, Regi Maximiliano iura quædam expelli Achalmæ, quæ id in ciuitate Reutlingẽsi habebat (Schulthaiß ampt/ Zoll/ Vngelt/ Freuel/ Mahlmülinen) *tradidit libera voluntate. Quæ mox illa Cæsar Reutlingensibus certa pecunia tradidit: & Carolus V. 1520. eis confirmauit.*

Huius 1500. anni 24. Feb. natus est Carolus ille postea potentissimus Imperator, in vrbe Flandriæ Gandauo: Regis Hispan. Philippi F. Maximiliani Cæs. N. Caroli V. natiuitas.

Natus est & Ioachimus Camerarius (vir in vtraq. lingua, Græca & Latina, doctissimus) Bambergæ, April. 12. Camerarique Ioachimi.

Administratio Scholæ Tybing. Schola Tybing.

Kal. Maii, Rector XLV. Conradus Summenhart Calvvensis, S. Theol. Professor.
Inscripti. M. Iohannes Grati de Villa Gigantis, ex Scotia. Baccal. Theol. formatus.
Frater Iodocus Stralius de Besika, conuentus Eßlingen. ordinis Carmelitarum.
Octob. 18. Rector XLVI. Iacobus Lemp de Stainheim, Decr. ac S. Theol. D.
Inscripti. Iodocus Vogler de Constantia. Stephanus Bartenschlag de Stutgardia.
Decanus sancto Catharinius. M. Caspar ex Kircheim. V.I. Licentiatus.
Magistri creati. VVendelinus Ochsenbach ex Tubingen. Ioan. Zervveck ex Marpach.
Vlricus Crafft, V.I. Doctor, Vlmensis, Basileæ in Acolytum promotus est à fratre Tilemanno, Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopo Tripolitano, Episcopi Basilienſis Casparis in Pontificalibus Vicario, Generale ordinis fratrum Heremitarum S. Augustini, 1500. Dominica inuocauit, in Sacristia fratrum August. Idem ab eodem promotus est in Subdiaconum sabbato Pasce. Ex literis. Idem Craffto 1504. erat Parochialis Ecclesiæ Vlmensis Rector. Et adhuc etiam 1515. anno. Craffto.

Preciarerum Tybingæ.

Pro vlna Lundinensis panni, 22. ß. Pro pari calceorum 3. ß. Pro vlna lintei panni 10. pf.

Ex M. Ser. Libello Simonis Lamparteri: qui hoc anno vxorem duxit Tybingæ Apolloniã (die Mercurii ante S. Matthiæ) Ioannis Schœnleberi Forestarii (Waldvogts) filiam. Postea Calvvæ vixit: deinde, VVila. Obiit 1537.

Henri-

Bebelius Henricus, contra Barbariem L. Latinæ.

Henricus Bebelius Iusting. Commentaria Epistolarum conficiendarum dedicat Principi Huldricho VVirtenberg. 4. Idus Iulii. Sed nec tunc nobilibus placebat: vt princeps aliquis Germanus, Latinis literis admodum operam daret, ne otio mollesceret. Venationi & armis operam dare, id verò præferebant. Attamen ille Latina intelligere, satis in puerili ætate didicit. Postea verò, Aulica vita, & politicis negotiis, impediebatur.

Simler Georgius. Heinrichmannus.

Vixit tunc Georgius Simler, Ludimagister Phorcensis. Item, Franciscus Comes de Zollern, generosus & studiosus adolescẽs. Item, Iacobus Heinrichmannus, Philosophiæ Magister: & Benedictus Farner Iurisc. & Canonicus Stutgardianus: ac Leonhardus Clemens Vlmensis, Zvvifalten. Ecclesiæ paræcianus.

Michael Coccinius, (al. Kochlin) ad studiosam iuuentutem.

Bebelii laus.

Pleriq; viri docti & eloquentes, passim per germaniam versantur: quæ nostram Germanicam nationem, Romanæ linguæ splendore ornare, ac illustrare, cœperunt. Et quos sane, numero Henricus Bebel. Iusting. Poeta Laureatus, inter primos, meo iudicio, venit connumerandus. Nam docendo quid rei literariæ contulerit: Tybingense Gymnasium satis superq; testatur: ad quod omnium primus, mansuetiores Musas, tersamq; latinitatem, sanis persuasionibus inuexit. Hic iam annos fermè octo publice, ac frequenti auditorio, Poetas, Oratores, ac Historicos legit, & fœdam Barbariem pellit, &c. Tubingæ 5. Kal. Maii, A. 1505.

Græca L. necessitas.

In veteri & Nouo Testamento, cum qua dubitatio nascitur, ad fontes linguarum recurrendum. Nam Iodocus Gallus Rubeaquensis, literis 12. Kal. Febr. Spiræ datis, quærit ex Ioanne Reuchlino, vt rudis literarum Græcarum: num Matth. 2. in his verbis: vidimus Stellam eius, & venimus adorare.

Τὸ, venimus, sit præsentis, an præteriti temporis? Petit, vt ex Græco ibi verbo sibi rem aperiat. Se quidem contendisse contra quendam: esse potius præteriti temporis, ex quibusdam coniecturis. Rectè sensit, etsi Græcè nesciens. In Græco enim est, ἤλθομεν, præteritæ significationis.

Zainer Typographus.

Vlmæ Typographus erat Ioan Zainer: qui Germanica multa excudit.

Lorchæ bona.

Confirmauit Lorchensibus R. Maximilianus Augustæ, omnia ipsorum priuilegia, Iun. 9. Eius cœnobii erant tunc: mons, horti, agri, prata, syluæ, &c. Vici, Lorch/ Brück/ Bräch/ Pfalbrunn/ Renharts & Eberhartsweiler. Aistrut/ Taferott/ Göckingen/ Mulafingen/ Frickenhofen/ Legnat/ Ripprecht. Die Dorff vnd Hoff zu Münster/ *cum pertinentiis. Aquæ Nicri & Entii. Bona Bissingæ, Schmidhaimi, Oßvvilæ, Grunbachi, Schornbachi. Vicus* Wiler/ Eschelbronn/ Röterspurg/ Necklinsperg/ Oppelsborn/ Gretzenacker/ Steinach/ Buch/ Brunigswiler/ Kürneck/ & Wigman.

Et capitalia iudicia.

Antea etiam 5. Iun. idem Cæsar permisit Abbati Lorchensi Georgio: vt rursus capitalia iudicia contra Sceleratos, in sua ditione exerceret: sicut antehac id iuris ibi fuisset (testante adhuc patibulo) antequam priuilegiales eius rei literæ conflagrassent, cum templo, & plerisque domibus, pagi Lorchæ. Sed iussit Cæsar, vt Blabyrensi Abbati Gregorio (qui loco Cæsaris iusiurandum accepturus esset) promitteret: se iustitiam ἄνευ προσωπολημψίας, sine respectu diuitum & pauperum, exerciturum.

Hirsaug.

In Monasterio Hirsaug. consecratum est altare S. Mariæ Magdalenæ, ab Episcopo Thermopolensi Henrico, Ludouici Spirensis Episcopi suffraganeo in honorem S. Trinitatis, & D. Iesu Christi, ac D. Mariæ, aliorumq; plurimorum sanctorum. In eo, magna vis reliquiarum.

Iselini reliquiæ.

Circa hoc tempus vixit Missifex quidam, nomine Iselinus: qui Altingæ reliquias & indulgentias suas, venales exponens: se ex ala S. Archangeli Michaelis, pennam habere iactabat. Interim vero, dum ipse in caupona genium commessando & potando curat: noctu ei reliquiæ surripiuntur. Quo mane cognito: prompto animo in stabulum decurrit: fœnum in Monstrantiam indit: hoc sibi pro reliquiis fore, prædicat. Hospita, cum qua diuersabatur, ridere. Ego vero (inquit ille) tantum efficiam in Ecclesia: vt, velis nolis, has reliquias osculari cogaris. Negat ipsa, hoc vnquam futurum.

Sponsio inter ambos fit, deposito conuiuii præcio. Ventum est in Templum. Ecce, charissimi Christiani (inquit nundinator) hoc est fœnũ, in quo Dominus noster Christus Bethlehemi cubuit. Eius ea vis est, vt pestilentiam ab homine auertat: quæ nunc Tuvvingæ, & passim in VVirtembergia grassatur. Nullos etiam admittit adulteros, adulteras, & meretrices. Qua prædicatione auribus percepta: accesserunt osculandi gratia multi, viri & fœminæ. Etiam

Etiam ipsa hospita: ne, nisi sic faceret, pro turpi & infami muliere vulgò haberetur. Ecce (inquit in summissa voce Stationarius) jetiã tu venis. Sponsionem vici. Tecelij nimirũ hic præcursor erat.

Laurentius Esniger Villingensis, non longè à fontibus Danubij natus. Abbatiam Monasterij Ethonis propter nigrã sylvã suscepit. 1500. quã plus. 43 annos cũ laude administrauit. obijt. 1544.

Gyltlingen. Erant hoc 1500. anno, Burckhardi de Gyltlingen filij tres: Fabianus, Henricus, & Caspar. Prioribus duobus fratribus in diuisione hæreditatis obtigit Obernavv & Nellingsen. Fabiano, Mortuus aliquot. etiam Berneccum. Caspari quoq; sua pars.

Esselingæ in altero cœmeterio Templi S. Agnetis.

Anno Domini 1500. da starb die Edel Frow Marina von Rippenburg.

Halæ in æde S. Michaëlis.

A. M. D. Calendis Ian. obijt der vest vnd hochgelahrt Ludouicus Volandus.

VVaiblingæ.

Obijt Nobilis vir Bartholomæus Hap de Hapenberg, Camerarius Oenipontanus.

Obijt Stutgardiæ die Iouis ante S. Vrsulæ, Margareta Rubina. D. Martini Nittelij vxor.

Nordlingæ in Templo Carmelit. Anno Dom. M. V. starb der Edel vnd vest Vlrich von Riecham/von Kaltenburg/der Elter. Hoc Epitaphion, Cancellis ferreis munitum, & circa simulacrum illius nobilis, est. Puto, numerum annorum significare millesimum quingentesimum annum non quintum.

Ioannes Naulerus, Chronica sua vsq; ad hunc 1500. annum perduxit.

Genus eius. Ex præfar. Reuchlinii in ea Chronica.

Nauclerina familia.

Ioan. Verg. vel Nauclerus, vir equestris ordinis, apud Ludouicum VVirtemberg. Vraci Comitem.
- Ioannes, Ecclesiæ Tubing. præpositus, Academiæ Cancellarius, Chronographus.
- Ludouicus, Ecclesiæ Stutgard. præpositus. & VVirtenberg. Ducatus Cancellarius.
- Filia N. cuius filij huic nomen Nauclerorum transierunt.
  - Ioannes, Iuris Doctor, Gæppingensis præpositus.
  - Georgius, Iuris Doctor, Ecclesiæ Constantiensis Metropolitanæ Vicarius: cum magnificentiã Chronica D. Ioannis exiuerunt.

Ioannem alterũ, Georgij fratrẽ, Ioannes, von Gottes verhenckнuß Abbas Bebenhusanus, & conuentus, receperunt in curiam suam Esslingensi, in perpetuum victum, in cubiculo etiam hypocausto, quotannis 30. Florenorum precio: quos habiturus erat ex censu Gæppingensi Doctoris Georgij fratris. Qui si moreretur ante: gratis Ioanni victũ daturi erant. Ipse vicissim illis omnia sua bona, & libros, post mortem suam relicturus erat. Quæ omnia literis ab eo confirmata sunt.

Bebenhusæ, in veteris conuentus hypocausto fenestris insertum.

Herr Hieronymus Winckelhouer von Ehingen/Priester 1500. Præcedit versiculus:

O Iesu, fili Dei, miserere mei.

Basilea, cùm sibi multas molestias exhiberi à quibusdam videret, concessit hoc, aut sequenti anno, in fœdus Heluetiorum. Sic & Schafhusa.

Hodie itaque pagi illorum sunt 13.

Heluetiorum pagi fœderati. Veteres 8. Tigurum, Berna, Lucerna, Vria, Suitta, Vnterwalda, Tugium, Glarona. Recentiores 5. Basilea, Friburgum, Solodurum, Appencella, Schafhusa.

In eodem cum ipsis fœdere, comprehensi.

Episcopi: Constantiensis, Curiensis, Seduensis, Basiliensis. Abbas Sangallensis. Oppida: Sangallum, Curia, Mylhusa, Biela, Rotvvila, Genena, Vallesium.

Rollenbatzij. Bernæ Helueticorum, primùm moneta cusa est, Rollenbacij dicta: à Batz, id est, Vrso, appellati. Inde, alij etiam Bacij cusi. 8. Stumpf. 8.

Modona C. In Peloponneso Modonã, [illegible], Turca expugnauit: & Andreã Falconẽ Episcopũ decollauit.

America terræ repertio. Huius XV. seculi postrema decade, & inde nauigationib. ex Hispania ad occasum versus, & orientem, atq; Indias, nouæ terræ sunt repertæ: & America, quarto loco continenti Europæ, Asiæ, Africæ, annumeratur. Nauigationum principes maximè ex Portugallia fuerunt hi. Christophorus Columbus, videl. Admiranti, Genuensis, 1492. enectus. Americus Vesputius, 1497. & 1500. atq; 1503. Magellanus, 1519 Hispali egressus. Variæ in illis locis insulæ: vt, Iohanna, Hispana, Dominica, Cuba, Molucca, Malacha. Item, Zamara vel Sumatra, olim Taprobana. Hominem

illis in locis inculti moribus: & alicubi Anthropophagi, vt Canibali. Placebant tales nouarum terrarum inquisitiones, Portugalliæ Regi Emmanuelo, & Carolo quinto.

CRVCICVLÆ, IN VESTIMENTIS HOMINVM. VVIRTEMBERGIÆ fames. Studia Tybingensium eruditorum. Monastica quædam Lorchensia & Rheutensia. Matthæi Langij Augustensis successus. Frigus in æstate. Indulgentiales merces in Sueuia. Abbates quidam Murrhartenses. Iudicium Cameræ Cæsarium, Augustæ. Clades Norimbergica. Academiæ VVitenbergensis principium.

CAPVT XI.

Crucicula, in vestimentis.

ANNO 1501. *cruces apparebant in vestibus hominum: nigræ, rubræ, cineritiæ. In Ducatu VVirtenbergico, notæ omnium instrumentorum, quibus Christus fuerat vexatus, in virgine quadam conspiciebantur, coloribus iam dictis. Seruus verò cuiusdam molitorij prope Biberacum, sibi pinxit tales notas: quibus hominibus metum iniecit: & voces quasdam diuinas sibi auditas finxit. Verùm dolo patefacto à Sonnenbergensi Comite Andreæ combustus est.* 13. Stumpf. 30.

Herrenbergæ, *cruces & aliæ figuræ, in homines cecidêre. Primam crucem vidit Simon Lamparter (cuius antehac mentionem fecimus) in Iacobi Dachtleri vxore Barbara. Ioan. Reuterparter (cuius antehac mentionem fecimus) in Iacobi Dachtleri vxore Barbara. Ioan. Reuter Herrẽbergæ filia, pridie Encæniorũ ibi. Idẽ vidit pridie Pẽtecostes, in quadã puella 20. an. Dorothea nomine, Cõradi Holtzij F. (quæ ancilla erat apud Cabiẽsem senatorem Henr. Volcin) varia signa. Vt, in vitta alba 30. flaua puncta, latitudine nummi, crucemq; glaucã. In peplo, longem lineam flauam: in eiusq; summitate, spongiã: cum cruce flaua, viridi, & cærulea. Scalam & præsepe violacei coloris. Gallum gallinaceum flauum, euidentibus cum pedibus & alis. Manum flauam, forcipem viridem, clauum glaucum, malleum flauum: cum muleis crucibus, flauis, viridibus, cæruleis. Viderunt alij multi. Ipse in libello Germanicè sic annotauit.*

Fames VVirtembergiæ.

Eodem anno erat magna frumenti penuria per totam VVirtembergiam. Ideo fruges ex vrbe Argentina importari, necesse erat: & à sylua Bohemica, Stutgardiam: in amplissimis pannis, vti plaustris. Pestilentia Phortzemi erat, Syndelfingæ, VVilpergæ, Caluæ, & alibi. Vestigalium onere grauabantur Tybingenses.

Tybing. Schola.

Rectores ibi Academiæ. *Kal. Maij, Rector 47. Andreas Gaulinger, S. paginæ professor doctissimus.*

Inscriptus. Henricus de Stotzingen.

Octob. 18. Rector 48. Andreas Trostel de Osswil, V. I. Doctor: vsq; ad diem Veneris ante Dominicam Remissionis.

Inscripti. Ioannes VVirtzburger ex Burgdorff. Febru. 5. Martinus Aichman ex Schorndorff.

Decanus Philosophiæ. M. Michael Pa. 6. Tubing. Magistri creati. VVernerus Lutz ex Tybingen. Conradus Sindlinger ex Altingen. Iacobus Kratzer ex VVolfach. Inscriptus est in festo conceptionis Mariæ, consortio Magistrorum, Basiliensis Magister Hieronymus Schurphius Sangallensis, sub sequenti decano Seb. VVid. 1501.

Schurphius.

Elcison.

Henricus Bebelius, professor politioris literaturæ Tybingæ, per literas 5. Mart scriptas, quærit ex Ioanne Reuchlino: num verbum eleison sit trisyllabum, an quatuor syllabarum.

Respondet Reuchlinus, esse quadrisyllabum: quia Græcum ει & ν non constituant Diphthongum vnquam. Græcè etiam dici ἐλεήσειε, penultimâ acutâ: Latinè verò, Dorothea, acutâ antepenultima.

Bebelij scripta.

Idem Bebelius Oeniponti oratione hoc anno scripsit de laudibus Imp. Maximiliani, & de laudibus Germaniæ ad eundẽ: quoniã ab eo poëtica laurea donatus erat. Tybingæ postridie S. Elisabetæ, domus Abbatis Bebehusij cõflagrauit.

Venditio quædã.

M. Georgius Ezechiel Tubing. parochus Metzingæ, vendidit suam Bondorffæ curiam (cuius antehac quoq; 1435. & 1470 mentio extat) 120. Aureis probis, Ioanni Ebero, Doliario & ciui Tybingensi. Signauit ipse, & Tyb. Arabergrammaticus Ioan. Zuisel. Eodem feliciter precio eadem bona, sæpius dominum suum mutarunt: sicuti poëta quidam dicit:

χρυσὸς δ' ἀνθρώπων ἄλοχος καὶ ἄλοχος ἐχρυ.

Lorchensia loca.

Alexander 6. confirmauit 3. Nonas Maij, anno pontificatus sui 9. Lorchensib. omnia sua bona. Ibi nominantur loca: Taffenrot, capella filialis villæ rot, & Tonoltzlarum, Vdstetten, Tinerhapten, Kuprechtshofen, Steinbach, Ertica: VValtzen, Munster, Ruringen, Grunbach, Stutgart, capellæ villarum Aichdorff, & VVaschenburen & Hochdorff.

Reutense gynæceum.

Margareta de Ehingen, soror conuentus in cœnobio Rhutensi, filia nobilis & strenui equitis D. Georgij, renunciauit omni hereditati parentum & fratrum: acceptis 200. aureis Rhenensibus: & Priorissa conuentuiq; datis. Sigilla. 1. Priorissæ. 2. Conuentus. 3. Prouincialis M. Petri Siberi Theologi.

Fuchsij Leonh. natiuitas.

Natus est VVembingæ Leonhardus Fuchsius, clarissimus postea Tybingæ professor Medicus.

Lutherus.

Martinus Lutherus ad Erfordiensem Academiam studiorum causâ profectus est, anno ætatis 18.

Matthæus Lang.

Matthæus Lang, patricius Augustanus primò Cæsaris Maximil. Amarulensis latinus, Sabbato Palmarum 1501. à Raimundo Peraudi Cardinale tit. S. Mariæ nouæ, Legato Pontificis apud Georgij diuitis, Ducis Bauariæ, & Saxoniæ Ducis Alberti, inuestitus est cathedrali præpositura Augustensi (scribente Gassaro) quam à præcessore suo Cardinale Sabello 5600. circiter aureis emerat: contradicentibus acerrimè (sed nec quicquam) & quiritantibus Romæ, Canonicis Augustanis. His victis, Langius dignitatem hanc purè obtinuit 1503. die ascens. Domini. Et præterea, Cæsaris per Italiam Vicarius factus est: ac paulò pòst, Episcopus Gurcensis.

Bebenhusa.

Bebenhusæ. Anno 1501. die 28. Mart. obijt Martinus Prenninger, V. I. Doctor Famosissimus. Cui eodem anno successit moriens 20. die April. Vxor sua legitima, Barbara Rottengatterin ex Vlma. Sepulti in Ecclesia, ante altare S. Ioannis Apostoli.

Nordlingæ, in templo carmelit. in clypeo suspenso. Anno M.V. vñ im Jahr/an S. Johañes Enthauptung Tag/starb der Edel vnnd vest Bernhart von Emershofen: dem Gott G. Emershofen.

Anno 1502. ingens frigus in ferijs Pentecostes erat: ita vt aues ex aëre in terram mortuæ deciderent. Mense Iunio, circa Tigurum & Bernam, grando tantorum lapidum præcipitauit ex alto, qui ouam Gallinarum superarent. Frigus in æstate.

Rectores Tybingæ.

Die Iouis ante cathedram Petri, vsq; ad festum Philipp. & Iacobi, Rector 49. Conradus Fessler, Iuris Pont. D. Inscriptus. Dauid vom Stain. Acad. Tybing.

Kal. Maij, idem Rector continuatus est in Rectura vsq; ad Kal. sequentis 1503. anni.

Inscripti. Conradus Dolmetsch ex Gryningen. Ieorius Nittel ex Stutgardia.

Decanus Philosophicus. M. Sebast. VVidmer ex Frickingen, S. Theol. Baccalaureus.

Promoti Magistri. Ioannes Abenstaig ex Mindelheim. Paulus Rœttinger ex Nordlingen. Michaël Huber ex Entringen. Martinus Bruninus ex Tuvvingen.

Eodem anno die Dominico Lætare, kam die Römisch gnad gen Calw/ id est, nundinæ indulgentiarum. Die Dominico post corporis Christi, ludus Paschalis agebatur Caluæ, ab Osualdo Kastenmanno: spectante etiam legato Rom. Cardinale Raimundo, & Elisabeta Marchionissa Brandenburgensi, atq; Abbate Hirsaugiensi Blasio. Tragœdia benè peracta, Legatus benedicebat omni præsenti populo; dans indulgentias 240. annorum, de impositis pœnitentijs. Multitudo, quæ spectauerat, æstimata fuit decem millium hominum. Epulo exceptus est Abbas cum suis, in Curia: sed Cardinalis, propter inualetudinem interesse non potuit: verùm indulgentias dedit. Eæ tunc etiam datæ sunt illis: qui visitarent certis diebus capellam S. virginis, sitam ante muras op. Caluæ, vbi cœmeterium est, iuxta fl. Nagoltum. Mortui sunt eodem anno ibidem peste circiter 500. homines. Sæuijt eadem lues etiam Nordlingæ, & alibi vbiq;. Indulgentiæ, & passionis Christi drama, Caluæ.

Hyeme venit Halam quoq; Suevorum, missus à Pont. Alexandro, Cardinalis Rainmundus, magnis cum indulgentijs: id est, cum Sampetrino auri piscatorio reti.

Murrharti Abbas erat Laurentius Gaulus: qui 1508. obijt. cum anno 17. præfuisset. Ante quem Abbatiam gesserat VVilhelmus Egenus: ante quem, Ioan. Schradius: & ante hũc, Herbol. dus. Gaulo Ioãnes Vaius successit, qui obijt 1510. Vaio, Philippus, qui obijt 1512. Philippo, Osvvaldus, qui obijt 1527. Deinde Martinus, qui obijt 1548. Schradius ex vetere Comopoli Murrharto, murum circa fossam ducens, magis iam, quam priores Abbates, oppidum effecerat. Gaulus, cæcus ante obitũ suum factus est. Interim Philippus Renner, qui dignitate prior erat, rẽ gubernabat: & Abbatiã postea cõsecutus est. Ipse & Monachi conabantur cucullã abijcere. Itaq; decimas Ost vveilenses. pro multis aureorũ centurijs oppignerarũt. Missus est, prior VVilhelmus, eũ Oringensi Decano Osvvaldo Bacero, eâ pecunia Romã, ad Pont. Leonẽ X. vt cœnobiũ Murrhartense in seculare collegiũ conuerteretur: tralato Ecclesiastico & seculari feudo, ad VVirtenbergicam domum: sed recusabat Papa Leo: Murrharticis Romæ hærentibus, pecunia consumebatur. Ne tamẽ vacui redirent: ordinis tãtùm conuersionẽ impetrarunt, absq; VVirtenbergico feudo. Defecti autem pecunia, Bullam conuersionis pro aliquot à Fuggeris Aureorum centurijs pignori dederunt. Quam VVirtenbergicus à Fuggerana mensa redemit: & priorem diutius biennio in turri Aspergensi detinuit: ac precariò postea dimisit. Qui in Monasterium reuersus est: & vt Monachus, iterum receptus est: sed non mansit vsq; ad finem vitæ. Principe autem impetratæ mutationi non assentiente: Murrhartum mansit Monasterium, vt antea. Murrharti Abbas. Gaulus, Murrharticæ plura.

Stutgardiæ in primario templo.

Anno Dom. M. D. II. 4. Non. Octob. obijt D. Henr. Heller, huius Ecclesiæ Canonic. R. I. P.

Afflixit eam vrbem ita pestilens morbus: vt ad quatuor hominũ millia sustulerit. Baselius. Stutgardiæ pestis.

Bebenhusæ. A. 1502. 9. Cal. Decemb. obijt Albertus de Hesingen, Monachus & Sacerdos huius cœnobij. Sepultus in cœmiterio. Mortui aliquot.

Schorndorffij. Anno 1502. vltimo Martij, Iacobus Henricus Aichman: & 1510. circa Mauricij, Caspar filius eius.

Esselingæ, in paruo fano iuxta Orphanotropheium.

Anno 1502. starb der Erbar vñ vest Cyriacus von Renckenberg. Et 1533. die natali Christi, Cyriacus de Renckenberg.

Augustanus patricius, Georgius Gossenbrotus, Maximil. Cæsaris Quæstor extraordinarius

Cameræ iudicium, Augustæ.

Fiessæ (oppido Episcopatus Augustani) obijt, eius stirpis vltimus. Cuius exequiæ, 20. Iul. Augustæ sunt celebratæ, apud carmelitas ad S. Annam: cui celebrationi Cæsar ipse interfuit. Idem Augustus, cum filio suo R. Philippo Hispaniæ Legatione Veneta, & aliquot Iurisconsultis, in Comitijs Augustanis, iudicio Cameræ præsedit: vnamq; & alteram causam auscultauit ipse: vt sic plus autoritatis huic tribunali conciliaret. Tunc D. Conradus Pentinger, Fiscalis erat, & perorabat. Cæsar deinde illud Reginoburgum transtulit. Gassar. Marchio Onolzpachensis Casimirus, ex-

Noriberg. clades.

ercitu in Sylua Noribergica abdito, Duce nobili Paulo Absbergio, die Sabbati ante Ioannis Baptistæ, Noribergenses cum 3. millib. peditum ad Encænia quædam (auff ein Kirchweih) Duce Vlmanno Stromero egressos, & minus cautè agentes, clade amplius CCC. virorum affecit.

VVitemberg. Academia.

In Saxonia Academiam VVittemberg. Frider. Elector Saxoniæ, 18. Octob. qui Martis erat, solenni ritu introduxit. Cuius rector 1. Martin. Polichius Mellerstadius, artium & Med. D. fuit.

Cephalenia.

Neapolim iterũ Galli occuparũt. In Græcia Cephalentã insepit, Cõsalu⁹ Hisp. Venetis donauit.

RVRSVS CRVCES IN VESTIBVS. MAXIMILIANVS CÆSAR, HALÆ. VLRICus VVirtenbergicus, iam sui iuris Dux. Ducissa Barbaræ obitus. Coniuges numerosæ prolis. Tybing. Acad. Rectores. Lingua Sueuicorum Sacerdotum. Segetis conculcatio, fulmine vindicata. Abbas Hirsaug. Ioannes Leonbergensis, vel Caluensis. De Rudolpho ab Ehingen. Patricij Vlmenses. Cruentæ Depositi ereptionis & homicidij vindicta diuina. Natiuitas illustrium procerum.

CAPVT XII.

Cruces, iterum in vestibus.

ANNO 1503. cùm fuisset frigidissima hyems: secuta est feruidissima æstas. Iterum notæ crucis, in vestitu hominũ, & in pane similaceo, apparuerunt: eæq; nigellæ & tanquã exbutyro, sed & aliorum colorũ. Haidelbergæ equidem, die Mercurij ante ascens. Christi, dum homines in templis erant, vestes eorum albæ: sed cùm egrederentur, crucibus notatæ.

Seq. Autumno Bauarico bello inter Pal. Rupertũ, & Bauar. Albertũ: Rupertini nigra cruce, Albertini rubra, pro signo militari vtebantur. Qui non ita signabantur, spoliabantur.

Æstas æstuosa.

De æstate illa æstuosa, etiã hæc reperio: eã duraſſe amplius vnũ mẽsem (à crucis hebdomade, vsq; ad Domi. corporis Christi) imò per quadrimestre (vt apud Baseliũ inuenitur) nulla cadente pluuia, & sylua hinc inde exardescẽtib. Supplicationes ergo cũ crucib. factas esse pridie corporis Christi.

Viuebat hoc tẽpore Eitelfridericus, Comes Zollerensis: cui sic scribebatur. Dem Wolgebornen Herrn Eitelfriedrichen / Graffen zu Zollern: deß heiligen Römischen Reichß Erbkämmerer / Käys. Maiest. Hoffmeister / vñ Haubtmañ der Herrschafft Hohenburg / ꝛc.

Maximil. Cæsar, Halæ.

Halam Sueuorum venit R. Maximil. hoc 1503. anno, (sicut & 1495.) & in domo Michaëlis Senffij diuertit. Ibi cùm abiturus equum conscenderet, (scribente M. Ioanne Heroldo) quidã erro, vel aruscator (πλάνος, ἢ ἀγύρτης) petens, nescio quid magni dixit. se fratrem esse. Interrogatus, vnde? respondit, iam inde ab homine primo Adamo. Cæsar et vnum cruciatum dedit. Ah frater (inquit alter) hoc tantùm, ita exiguum? Acquiesce (respondit Cæsar) mi frater. Vade circum caeteros fratres. Si quis tibi cruciatum dederit: ditior me eris. Idem Augustus Halensibus, & vetera priuilegia confirmauit, & noua clementissimè dedit. Idem alio tempore, cùm

Iocus eius. Iulius 2. Papa.

dorcadis causã in altissimum scopulum ascendisset: ita, vt difficilimè inde libgrari potuerit: dixit, videte per Deum, quam benè prospectum sit Rom. Imperio. Innititur scansori dorcadis, & Sacerdoti ebrioso. Se, & Papam Iulium 2. innuens: qui & ipse ad ebrietatem bibebat, & ebriosos cum voluptate spectabat: qui hoc 1503. anno Pontificatum ceperat, quem ad 10. Aug. tenuit: natione Ligur, de Ruuere. obijt. 1512. septuagenarius: melior miles, quam Sacerdos.

Vlricus, VVirtemberg. Dux, iam sui iuris.

Maximilianus Vlricum VVirtenbergensem, ætate iam 16. annorum, hactenus sub Tutoribus detentum, hoc abrogatis, Ducem suæ potestatis fecit, in VVormaciano conuentu. Placebat enim is Cæsari: vt impiger adolescens: equestribus & venatorijs exercitijs strenuus, Musica non imposterum studiosus. Idem cùm auleis delicijs pinguescere corpore: id laboribus vehementioribus gracilius reddidit: & athleticum robur adeptus est.

Barbaræ Ducissæ mors.

Illustrissima Dux Barbara, Ducis Eberhardi Barbati vidua, in viduitate diem extremum clausit Beblingæ, 3. Kal. nouembr. (al. 31.) Maij 1503. & Kirchæ in cœnobio sanctimonialiũ humata est: et si nihil amplius de lapide apparet. Fuerat magna eius prudentia, & rei familiaris peritia: vnicè re pecuaria delectata. Ideo plerũq; VVaitenbuchi, vbi nitidos greges habebat, versata est: quæ in senectute oppido quam crassa pinguit. Fuerant autem eius dotalia oppida, Beblinga & VVaitenbuchum. Stutgardiæ apud S. Leonhardum. A. Dom. 1503. starb der Ehrnvest vnnd fürnehm Jacob Kühorn von Fewrfeld / der Elter: qui ipse & vxor Clara, sepulturã eam fudarant.

VVaitenbuch.

Coniuges γονεῖς ἐμφυεῖς.

Binicæ in Templo. Adam Straßmañ mit 38. Ehlichẽ Söhnẽ: Barbara Straßmañin mit 15. jren Ehlichẽ Töchtern. A. Do 1503. starb die Erbar Fraw Barbara Schmagerin: der Gott gnedig vñ barmhertzig sey.

Durchgang alle Land vnd Königreich: Vnd liß alle Historien deß gleich.
So wirstu vnter allen Frawen / Die von wunders wegen ist an zuschawen.

(Sach

(*Scil.* keine finden)
Als diese/die so viel Kinder hat geborn:
Die GOTT von König Karln hat ausserkorn:
Der durch sein geburt von einer Jungfrawen/
Dieser Frawen Kinder das Himmelreich läst schawen.
Von Christus geburt *M. CCCC. XCVIII.* ist es geschehen.
Wir werden der Frawen gleich kein mehr sehen.

Vide infrà lib. XI. cap. 23.

Rectores Tybing.

Maij 1. Rector 50. Petrus Bronn, Præpositus ad S. Petrũ in sylua, S. Theol Licentiatus. Acad. Tybing.
Inscripti. *Iohannes de Ornberg, nobilis. Iohan. Goldischmid, conuentualis in Murrhart.*
Octob. 18. Rector 51. Doctor Caspar Forestarius ex Kirchen, V. I. interpres.
Inscripti. *Nicolaus Gaisberger de Schorndorff. Marcus & Lucas Rhot de Vlma.*
Decanus Philosophiæ. *M. Iohan. Achzinit, ὁ κάλεγον.*
Magistri creati. *Ludouicus Rentz ex Horb. Martinus Stump ex Dornstetten. Michael Mægling ex Vrach.*

Bebenhusæ. A. 1503. 7. id. Maij, obijt Marquardus de Halfingen: qui contulit monasterio 100 aureos cum funere: quos dedit VVandalinus, hæres eius. Sepultus in sexto sepulchro. Halfingen.

Editus est hoc anno libellus Iacobi VVimpfelingij, viri eruditi, contra ineptias concionantium Sacerdotum, præsertim in Sueuia: quando dicere solebant pro hoc, Iesus dicebat, der HErr was sagen/ Iesus erat dicens. Sanabat, Er was heilen. Vnde Didymus Au. (forte Obrechtus) Argentinens. in tales. VVimpfelingus. Sueuicorum Sacerdotum lingua.

Aduena Sueue, solo cupiens hîc viuere nostro:
Alsatici dulcis captus amore meri:
Quæso tua nostram noli corrumpere terram:
Lingua: sed patrio desine more loqui.

Hæc, tunc. At nunc magna dicendi puritas, elegantia, copia, Theologorum est, præsertim hîc Tybingæ. Testantur eorum etiam scripta.

Episcopo Constantiensi Hugone, cum suis equitante per segetes aratorum: equus cuiusdam ex comitatu ipsius, fulmine necatus est: & circiter septem viri cum equis, humi prostrati sunt: illæsâ tamen vita ipsorum. Factum in Kletgæa pago olim Latabrico. Segetum conculcatio, fulmine vindicata.

Blasio, Hirsaugiensi Abbate, 11. Kal. Aug. mortuo: Abbatiam accepit 4. nonas Aug. XXXXII. Abbas, Iohannes 2. Sueuus Leonbergensis: plebeijs, sed honestis parentib. natus. Appellatur Iohannes de Leonberg, & Iohannes de Calua, & Iohan. Hantzman de Calua. Hic 14. anno regiminis sui, petentibus fratribus suis, picturæ opus, quod in æstiuali Refectorio conspicitur, posteritati faciendum curauit. Obijt anno 1524. Kal. Iul. 16. sepultus in sacello Mariano, quod ipse fundauerat. Hirsaug. Abbates.

Viuebant hoc tempore hi nobiles. Bærus de Hyrnhaim: & fratres eius, VValther, Iohannes, & Melchior: nec non cognati, Iohannes & Heerdegus, Hyrnhaimij. Erat ille Bærus, procurator Hurspergæ, & gener D. Georgij ab Ehingen, equitis: cuius filiam duxerat Agnetem: quæ fratrem habebat Rudolfum, Præfectum Balingensem. Nobiles huius temporis.

Quoniam Rudolfi huius Ehingeni mentio incidit: non ab re fuerit, plusculum de ipso dicere. Natus est is ex D. Georgio equite, & Anna Richtenbergia, anno 1465. &, cum primas literas didicisset, in Tybingensem Academiam missus est. Sed quia magis re equestri delectabatur (cuius eum sæpe postea pœnituit) vt & fratres eius: à patre in Aulas est transmissus. Duxit 1488. vxorem, Sophiam à Neuneck, Iohannis equitis aurati filiam. Nati sunt ei liberi. Filij 4. Georgius, Iohannes, Burckhardus, & Rudolphus. Filiæ 2. Margareta, quæ nupsit 1537. & Anna, quæ nupsit 1540. Iacobo à Stæffel zu Hohenstöffeln. Ehingenus Rudolphus.

Anno deinde 1503 factus est maior præfectus oppidi Balingæ, & consiliarius VVirtembergicus, vir satis sicuti pater, procerus & pulcher: animo fortis, voce magna, quæ trans plateam audiretur, plura de eo alio tempore scribenda. Balinga.

Augustæ, Iohannes Langenmantel, eques auratus, & tunc tertium decimùm Cos. Imperatrici Blancæ mense Iunio exhibuit amœnissimam venationem in campo Meringensi non longè ab vrbe: ac duo magni cerui capti sunt. In eadem vrbe, Philippus à Stain, eques, vxorem duxit, Vrsulam quandam Fuggerinam. Augustana quædam.

Augustæ in Sacello Monast. S. Georgij.

Hervvart. *Honesto & integro viro Antonio* Hervvardo, *Lucæ* Hervvardi *senioris, patricij Augustani filio: qui anno ætatis suæ XLI. dum peregrinatur Hierosolymam, & ad montana S. Catharinæ: in Alchyro, mense Aprili anni M. D. III. obijt, relicti fratres & Testamentarij, memoriæ ergò hoc monumentum posuêrunt.*

Vlmensium aliquot obitus. *In æstate huius anni, tres obierunt præstantes viri Vlmenses consulares, benè de Rep. meriti: VVilhelmus Besserer, eques auratus: Sueuici fœderis per 12. annos Dux. Iohannes Ehinger, vir dicendo disertus & copiosus. Magnus deniq; Crafftо, prudentia & auctoritate nemine ibi inferior. Consules tunc erant, Matthæus Neithardus, Doctor Iuris. Iacobus Ehinger, Iohannis F. Deniq; VValther Ehinger.*

Epitaphia illustrium Hohenloënsium comitum, erichalco inscripta, Oringæ, lingua populari: quorum sententia hæc est:

Hohenlohenses Comites, defuncti. *Obijt, 1503. Aug. 2. Generosus D. Crafftо: cui Deus propitius sit. 1506. Feb. 19. D. Helena, nata de VVirtemberg, Crafftionis vxor. 1521. Ap. 14. D. Præxedis, comitissa Sultzensis, Comitis Hohenloënsis Georgij coniux. 1567. Ap. 3. D. Helena, hæreditaria imperij Dapifera, domina in VValdpurg. Hohenloensis Com. Georgij vxor. 1568. Aug. 24. D. Ludouicus Casimirus, Comes Hohenlob. dominus in Langenburg. 1570. Mart. 5. generosus Comes Tubing. Georgius, Dominus in Liechteneck. 1570. Mart. 9. generosus Comes Eberhardus Hohenlobensis, dominus in Langenburg. Vide sup. lib. 5. cap. 4.*

VValtzen. *In oppido Algouiæ VValtzen obijt 1503. Lucas Horberg, Præpositus 11. annos Canonicorum in collegio S. Augustini, quod in eo oppido est. Fuerat vir doctus & prudens, Cæsari Maximiliano à consilijs. Pantal. 3. parte virorum illust. Germaniæ.*

Senfftius Mich. *Halæ, die dominico post assumpt. S. Mariæ, obijt nobilis Michael Senfftius, Gabrielis frater.*

Rusticorum seditio. *In Spirensi agro seditio rusticorum 1503. extitit, se in libertatem, qualis Helueticorum, vindicare conantium. sed frustrà. Vocabatur* der Bundschuch.

Depositi ereptionis pœna. *Tigurі erat caupo quidã Buggerlinus nomine. Apud quem cùm pauper quidam mercenarius peculium deposuisset: eum ille interfecit in sylua, ibiq; sepelijt. Verùm cum is forte fortuna repertus esset: suspicio cædis in cauponem cecidit. Data est ei falcicula pauperis illius (apud eũ reperta sub cingulo eius) & quæsitũ, num eã agnosceret. Sumpsit falciculã in manus: statim sudauit ex sanguine. Ideò licet antea tortus negasset, cædem iam fassus est, & rotæ supplicio affectus.*

Vxoris necatæ vltio. *Sic Iohãnes Spies miles Etus VVeilæ apud Lucernates, vxorẽ puluinari suffocauerat. Quæstionibus subiectus, nihil cõfessus est. Igitur iudicũ sententia exutus est, & rasus: atq; à carnifice adeo dauer, 10. die post mortẽ effossum, adductus. Quo appropinquante, mulier sudare cœpit. Propius accedens, iuraturus erat impositione digitorum se insontem esse. Sed quid fit? sanguis è cadauere per feretrum destillauit. De scelere igitur confessus est: pœnitentiam egit: ac membra contusa rotâ, perijt. Sebast. Franc.*

Depositi abnegatio, quantum scelus. *Depositum abnegare, iniustius est quam mutuũ. Quod multis nominibus demonstrat Aristoteles, sect. 29. probl. 2. quarũ postrema, hæc est: quod miseri ferè, aut qui insidias patiuntur, deponunt: ditiores verò, & fortunatiores, mutuò dant.* πλεονακις δε ἀδικουμενοι μεν ὡς επι το πολυ οι ενδεεστεροι τυγχανουσι, πλουσιωτεροι δε οι ενεργουντες. *Amplè verò ille defraudationi depositi, etiam homicidium adiunxit. Extinctum est quondam cuiusdam Spartani Glausi totũ genus: cùm is non quidẽ abnegasset depositum: sed tãtùm in animo habuisset negare.* Herodot. ἱστοριῶν lib. 6. κὐδρὸς Ἀνηρ γενεὴ, μεγιστὸς ἀρετὴν.

Ferdinandi Austrij natiuitas. *In Hispania nascitur 10. Mart. 1503. Medinæ, in Regno Castiliæ, Caroli V. frater, Cæsar Ferdinandus, Vngariæ & Bohemiæ Rex.*

Nascitur & Ioannes Fridericus, Ioannis F. Elector Saxoniæ, Iun. 30. cum aurei caloris cruce in dorso: & mater Sophia 12. die pòst extincta est. Bucholcer.

Augustæ, Doctor Ioannes Schad nuptias celebrauit cum Otilia Langia patricia. Et Iohannes Philippus de Stain, eques, cum Vrsula Fuggerina.

Huc cum 31. Decemb. peruenissem: nocte appetente, mihi donum pium & eruditum affertur, ENCHIRIDION de passione, morte, & resurrectione, Redemptoris nostri Iesu Christi: editum & missum à magnifico & clarissimo viro, V. I. Doctore & Cancellario VVirtẽbergico D. MARTINO AICHMANNO, τῷ κυριῳ μου.

EBERHARDI

EBERHARDI, DVCIS VVIRTEMBERG. II. MORS. BAVARICVM bellum inter Rupertum & Albertum. Vlrici Ducis VVirtemberg. res in eo gestæ. Deditio Beckhaimi obsessi. Rectores studiorum Tybingenses. Nobiles, Bærus de Hyrnhaim, & Iacobus a Liebenstain. Georgij Lorchensis Abbatis Procurator, Moguntiam. Parochi Halenses S. Michaelis.

CAPVT XIII.

ANno 1504. in arce Othonicæ syluæ Lindenfelsia, Febr. 17. aut tempore verno, mortuus est Dux 2. VVirtemberg. Eberhardus iunior, & inuer. Inde Heidelbergam translatus est: & in templo S. Spiritus humatus. Fuerat ætas eius annorum circiter 57. Superstitem reliquit vxorem, Elisabetam Brandeburgicam. *Eberhardi iunioris VVirtemberg. mors.*

Exortum est hoc anno, & gestum, bellum Bauaricum: quod copiosè à Basilio, & alijs, describitur. Sententia, hæc est. Mortuus erat Georgius Diues, Bauariæ Princeps inferioris, Landshutæ, Georgij F. relicta vnica filia Elisabeta: quæ ipso viuente, nupserat Ruperto Palatino, Philippi Electoris filio: ex qua genuit Philippum & Otthainricum. Rupertum autem testamento fecerat socer heredem omnium suorum bonorum. In ea igitur gener, hoc testamento fretus, inuadebat. Ei verò se opposuit Dux Bauariæ superioris Albertus: hoc argumẽto nitens, quòd factũ dicebat patrium hereditarium, vel vnionem (ἕνωσιν appellabant) vt, mortuo aliquo Duce sine liberis: eius regio & omnia, ad reliquos Bauariæ Duces peruenirent. Alicubi hanc rationẽ inuenio, quod inter Principes, tantũ pecuniæ, non immobilia bona, filias sequi debeant. Tentauit Imp. Maximil. (Esslingæ, Vlmæ, Augustæ) eos pacificè inter se cõponere: sed nolebat obedire Rupertus. Ideo proscriptus est. Cuius defensionem pater Philippus, amore naturali erga filium impulsus, suscipiens, in eandẽ proscriptionem incurrit: quia debortanti Cæsari non paruerat. Ideo Principes, aduersus eos excitati sunt: imprimis, ipse Cæsar: deinde, Fridericus Marchio Brandenburgensis: Albertus & VVolfgang. fratres, cum sædere Suenico: Landgrauius Hassiæ Guilielmus: Vdalricus, Dux VVirtembergensis: Alexand. C. Palat. Dux Bauariæ, & Validentiæ C. Vlricus itaq; VVirtembergensis, ætatis 17. annor. belli appetens (præsertim promissione facta recipiendæ pro bellicis impensis, ditionis Haidenhaimensis: quæ à VVirtembergicis proceribus, ante ann. 53. ad Bauaros venerat: quod promissum etiam ab Alberto postea præstitum est) bellicæ laudis, inquam, adolescens Vlricus cupidus: bellum prompte indicit Electori Palat. literis Haidelbergã missis. Educit ad 20. millia peditũ & D. CCC. circiter equites, cũ necessario belli apparatu & instructu. Obsidet Maulbrunnam, Monasterium illud famosum Cisterc. ordinis, ad tuitionem Palatini spectans, muro & turribus validum, præsidio 300. virorum firmatũ. Ibi primò munitionem quandam, in colle ad defensionem Monasterij à Palatino factam tormentis expugnat ac disiecit. Mox ipsum Monasterium grandibus machinis verbe rans, ad deditionem cogit. Abbas & conuentus, præter paucos seniores, in vrbem Nemetum fecesserunt: quos victor reuocauit, & in tutelam suam recepit. Magna vis clauorũ, in hoc cœnobio reperta fuit. Inde Knitlingã (patriam Stephani Gerlachij) & agrũ eius, ad Maulbrunnenses pertinentem, subegit. Brettam post hæc exercitu petijt (patriam Philippi Melanchth.) & obsedit: quod oppidum, Electricis dotale munus erat. Defendit id se strenua eruptione: complurib. VVirtembergensium occisis: & aliquot bombardarum incensoriis spiraculis clauo obturatis. Sanè viri vtring, plus minus ducenti ciderunt. Verùm Ludouico, Philippi Palatini maiore filio nato, veniente: & honorificè à Duce Vlrico excepto: amica transactio facta est, & obsidio soluta. Mouit Vlricus exercitum ad munitissimam arcem oppidi Bæseckhaimi: quod iam inde ab anno 1463. ob Carolum Badensem captum, redimendum cum vicis Læchgkheim, VValheim, & Freudenthal, Palat. Electori pro certa pecuniæ summa adhuc oppigneratum stabat. Quo obtento: Leofstainum oppidum & arcem obsedit (quòd C. Ludouicus Palat. tenuerat) omnia circum ferro & igne populatus: atq; quarto obsidionis die obtinuit. cũ vicis, groß vnd klein Ingersheim. Inde vlterius mouens, arcem & oppidum VVeinspergam, Neustatum ad Cocham, Meckmylam op. & arcem ad Iaxtum amnem (ipsa, & res eo pertinentes) in potestatem redegit, ac præsidijs firmauit. Cæteri etiam Principes, quos Cæsar ad bellum excitauerat, plurimum damni regionib. Monasterijs, sanis, intulêre. Bohemi verò, qui Ruperto auxilio venerant, à Maximiliano ad Ratisbonam victi, 1500 suorũ amiserunt. Copfstainũ quoq; arcem Palatini, Cæsar cepit: Castellanumq; Benzenouerum, cum alijs 17. circiter viris, decollauit: de quo gemanica exstat cantilena. Kuefstainum (inquit Conradus Peuringer) oppidum munitissimum super Oenum flumen, in Boiarico Ducatu, non longè à Tyrolensi Comitatu, toti mensis per dies 10. quassans, 5. idus Octob. ad deditionem coegit: & ad 17. Calen. Nouemb. arcem quasi inexpugnabilem, muris dilaceratis, cepit. *Bauaricum bellum, & eius descriptio.* *Haidenhaim. dictio.* *Maulbrun. cœnobium, ab Vlrico VVirt. captũ.* *Beseckaimum.* *Leofstainum.* *VVeinspergam.* *Meckmylam.*

Superato sic Ruperto (vt alibi, ita & in Bauaria inferiore) ab Alberto atq; Maximiliano, & Electore Philippo, magnam iacturam passo, & admodum humiliato: Imp. Maximilianus, suis hæreditarijs ditionibus benè consulto, pacem tandem vtrobique mandauit. Cui Principes obedientes, rebus benè gestis, domum reuersi sunt: cùm expeditio bellica 17. hebdomadas duraussset. Ru-

Exitus belli, tristis.

pertus Dux, dolore calamitatum victus, mortuus est, anno 23. ætatis suæ: quem non multò post vxor, mœrore consumta, etiam est secuta. Comitijs exinde Coloniæ 1505. habitis: transegit Cæsar inter Ducem Vlricum, & Electorem Palat. ita: vt Vlricus retineret Maulbrunnam, Vvinspergam, Neostatum, Meckmylam, cum adiunctis locis, hominibus, & commodis. Vicissim relinqueret idem Palatino thesauros: quos ibi moriens Dux Eberhardus Vvirtemberg. reliquisset. Vlrico etiam, ob compensandos bellicos sumtus, concessit Augustus teloneum singulorum Aursorum. Oppidum & arcem Leostainum cũ præfectura, Castellum Vvildeck, maius & minus Ingersheimum,

Leostainum, Vvirtembergensium feudũ.

& cætera comitatus, Dux Vlricus Comiti Ludouico, magnæ intercessionis interuentu, anno 1510. reddidit: ita tamen, vt ille & posteri eius, eum comitatum in beneficij loco posthac à Vvirtembergica domo acciperent: conditionibus & alijs additis. Ita bellum hoc, feliciter à principe Vdalrico gestum est: & cum gaudio, reditio domum facta. Descriptum extat carmine Heroico, multis Austriados libris, à Ricardo Bartolino Italo Perusino, quod alij Bauaricum, ipse Noricum, bellum vocat.

Æneadũm Decius Dux sanguine cretus auorum. Sic lib. 6. de Vlrico loquitur: quem Decium vocat, id est, Teccium: tanquam à Decijs Romanis genus ducentem. Cepere Noribergenses

Hersbruck. Alttorff.

eo bello Herspruccum & Alttorffium oppida, arcesq; plures. Hoc bello enituit Georgij Frosperg-

Georg Frösperg. eques auratus factus.

gij generosi Domini Myndelheimensis virtus ita: vt illum Maximilianus Imp. equitem auratum creauerit. Nam etiam Heluetica antè bella, cum Sueuis fœderatis interfuerat strennus. Posteà eundem Cæsarem, contra Geldrienſem Ducem, & contra Venetos, iuuit: ibi 1800. tantum militibus, prostigauit. 9. millia Venetorum. Quantæ autem fuerint opes Bauari Georgij, qui Ruperto filiam collocauerat: inde æstimari potest: quòd turrim fertur reliquisse pecuniæ plenam: & 12. ar-

Knacken.

genteos Apostolos κὰ Αγρμάνεις: Saluatorem deniq; χρυσοῦν λον αὐθεοφορητὸν, aureum, viris magnitudine, sicut Apostoli erant. Verùm omnia hæc bellum igne conflauit. Waren gute Knacken (genant monetæ) darauß gemacht: *in quibus expressi erant bini pueruli, leoni os diducentes. Ita felix fuisset Dux Rupertus: si nõ vmbram captando, carnem simul amisisset. At nec Monacensis Albertus diu superstes fuit: sed obijt repentino. Obseruetur autem* περιπετεια πραγμάτων λίκε ἐις ναυμαχίαν ἄλλων ἐναντίων, *mira doloris ad gaudium conuersio. Hæc sunt παίγνια, lusus, rerum humanarum: vt meritò immere Deum, & pietatem colere debeamus: nec exultare rebus ad voluntatem fluentibus: neq; incerta, cum periculo certorum captare. Reliquit Albertus Monacensis filiam, quæ Marchioni Cas-*

Bellum, Letitia tandem secuta.

simiro: &, eo mortuo, Othoni Henrico, superioris Ruperti filio, nupsit. Ita exitiosum parentum bellum, vertit in amplexus & basiationes liberũm. ἔτως ἄρα ἐνδέχεται γενέσεως ἀεὶ φθορὰς, λύπας καὶ δακρύα, ἀλλὰ ὁδὸς ἐκ λόγου.

Besigkaimi deditio.

Adijciam nonnihil ex germanico scripto, de Bæsigkheimi obsidione & deditione. Es begab sich vngefehrlich vor S. Vlrichs tag: als der Durchleuchtige Hochgeborne Fürst vnd Herr: Herr Vlrich/ Hertzog zu Wirtemberg vnd Teck/ Graff zu Mümpelgart/ etc. mit dem Heer zu Bretten abzogen war: vnd die Statt Besigkheim mit Volck vmblegte: da lieffen die Feindt alle tag ein mal oder zwey im Niderberg vmbher/ im Stich/ vnnd auff dem Schalckstain: vnd schossen mit Schlangen/ Hacken/ vnd Handbüchsen/ hinein in die Statt: ehe man dann mit Heerskrafft darfür gezogen war. Darnach drey oder vier tag vor S. Margreten tag/ hub man an zu schantzen auff dem Niderberg/ im Stich/ vnd auff dem Schalckstain: vnd schossen mit Schlangen hinein. Aber an S. Margreten tag/ da hub man mit Kartaunen an zu schiessen: vnd schossen Tag vnd Nacht ohn vnterlaß hinein: vnd theten grossen schaden in Häusern: vnd mußte man sich in Kellern behelffen: darinn kochen vnd liegen: vnd dorfft niemands fröhlich vber die Gassen gehen. Als nun von der Pfaltz kein rettung kam: vnnd man mit Hauptleuten/ Büchsenmeistern/ Volck vnd Knechten/ Bley/ vnd anders zu solchem schimpff gehörig/ vbel versehen war: versamblete sich ein gantze Gemein/ Besigkheim/ Walheim/ vñ Weinsperg/ auff Freytag nach Maria Magdalena tag (der da auff den Montag gefallen war) in der Kirchen: vnd durch vnderhandlung Graff Wolffen von Fürstenberg/ Herr Friderich Kapplers/ Herr Görg von Felberg Ritters/ vnd Conrad Thumb Marschalcks (die auff deß Herr-

gogen

zogen seiten waren) ergaben sie sich in gnaden deß Morgens am Sambstag / blieben bey Haab vnd Gut / vnd bey jhren alten herkommen: welche jhnen auch bestättiget vnnd gemehret sind worden: vnd wardt Hertzog Vlrich jhr gnädiger Herr. *A die autem S. Margaretæ, vsq; ad diem deditionis, iactus circiter 1840. facti tãtùm Colubrinis & Cartunis in oppidum erant: Præter eos, qui minoribus & manuarijs bombardis acciderant. De bellicis rebus, modò satis: ad studia pacis transeamus.*

Rectores Acad. Tybing.

Tybing. Scholæ.

Kal. Maij, Rector 52. Renhardus Gaisser S. Theol. Professor.

Inscriptus. Gregorius Greck Vlmensis.

Octob. 18. Rector 53. Sigismundus Eppius, S. Theol. D.

Inscripti. Philippus Senfft de Hallis. Christophorus & VVolfgang. Mareschalki ex Bappenhaim.

Decanus artium. M. Martinus ex Lustnovv, S. Theol. Baccal.

Magistri promoti. Marsilius Vranius, Martini Icti. F. Iacobus Lorcher ex Stutgardia.

Decretum sub hoc Decano, cum Martinus disceßisset, à Facultate factum est: & à Senatu Academ. approbatum: vt deinceps Decanus, sicut Rector, tantummodo sex menses præesset.

Hyrnhaim.

Bærus de Hyrnhaim, Præfectus Elvvangensis erat. Cuius vxor, Ehingena Agnes, vt antea Parentum, ita nunc fratrum & sororum, bonis renunciauit, in confessu Alberti, Præpositi Elvvangensis: sciens & prudens, vt moris: confitendi spatio, cum Aduocato suo, sumto: ore, manu, attactu iudicialis baculi. Postea Sultzensis Comes Rudolphus, Aulicus, Rotvvilæ iudex, & Assessores, literas, Præpositi sigillo munitas, confirmarunt.

Liechtenstain.

Iacobus, nobilis Sueuus à Liebenstain, Decanus Cathedralis Basilicæ Moguntinæ, factus est ibi Archiepiscop. quem Pont. Iulius 2. confirmauit: Præfuit non integros 4 A. quia valetudinarius. Interfuit Coloniensibus Maximiliani Comitijs, 1505. Obijt 1508. Brusch.

Sangallensi Abbatiæ præfectus est, Franciscus Gaisberger Constantiensis, Λεύχιος καὶ φιλοχρήματος. Secessit 1529. Roschachium, propter religionis à Zuinglianis mutationem: quo anno & hydrope obijt. Idem.

Constituendi Procuratoris ad capitulum prouinciale Moguntinæ diocesis forma.

Procuratoris cõstitutio Moguntiam.

Reuerendis in Christo patribus, Dominis præsidentibus prouinciæ Moguntinæ, & diocesis Bamberg. missorum Monachorum S. Benedicti, in Monasterio S S. Vdalrici & Afre Augustensis dioces. Dominica Iubilate proximè celebrandi. GEORIVS vocatus Abbas in Lorch, eiusdem ordinis & dioces. obedientiam, reuerentiam, & honorem. Venerandi Patres & Domini, quia secundum laudabilia Patrum statuta, Capitulum prouinciale venit celebrandum: ad quod, prout debeo & teneor, personaliter accedere non possum, propter debilitatem corporalem ex senio natabiliter præpeditus: nec non alijs negotijs Monasterij mei ingruentibus: hinc est, quòd venerabilem patrem, Dom. Gregorium Abbatem Monasterij S. Iohannis Baptistæ in Blaburen, in meum indubitatum Procuratorem constituo, in meliore forma, cum pleno mandato, vice mea in prædicto Capitulo comparendi, tractandi, vocandi, concludendi: aliaque singula faciendi, quæ ipsemet facere possem & deberem, si personaliter interessem: cum potestate iurandi in animam meam, si opus fuerit: causam meæ absentationis allegatam, esse veram. Insuper si contigerit, collectam pecunialem imponi per capitulum: in personam meam acceptandi: quam etiam legaliter, cùm requisitus fuero, soluam: promittens, me sub testimonio præsentium literarum, rata & grata habiturum: quæcunque in eodem capitulo statuta fuerint, & ordinata: & tàm per me, quam mihi subiectos, pro posse obseruaturum. In quorum omnium fidem & testimonium, sigillum meum Abbatiale præsentibus est subimpressum. Datum in Monasterio meo prædicto, anno Domini millesimo, quingentesimo quarto sabbato post Quasimodogeniti.

Fagij Pauli natiuitas.

Paulus Fagius, eximius Hæbreæ linguæ peritiâ vir (quem olim Argentinæ in templo & Academia docentem audiuimus) natus est hoc 1504. anno. Tabernis Rhenensibus, oppido Palatinatus non longè ab oppido Bretta. Factus est 1527. Isnæ Ludimoderator: fautore vsus celebri Mæcenate, Petro Buflero Senatore.

Philip Landgrauij natalis.

Natus est Landgrauius Philippus Nouemb. 13.

Obijt Stutgardiæ die Mercurij ante Reminiscere. Clariß. I. C. Martinus Nittel. Item ad dominicam Lætare, honestus vir Iohannes VVirtemberger.

Halæ,

Halenses Parochi.

Halæ, Michael Mullerus erat Parochus ad S. Michaelē qui hoc anno moriens, Parochiam Senatui resignauit. Extitit diuturna contentio inter Halenses & Comburgenses de collatura illius Ecclesiæ. Sed Halenses, quod ius Romæ non obtinuissent, domi transactione prudenti obtinuerunt. Parochi deinceps in ea Ecclesia. M. Conradus Roter. Doctor Sebastianus Brennysen, probus & doctus. Primus etiam Prædicator, post prædicaturam Halæ fundatam. Obijt 1513. M. Ioannes Tolchus, Hessus. Obijt 1523. M. Ioannes Eisenmanger, vir eruditus: qui vnà cum M. Ioanne Brentio, Ecclesiam Halensem reformauit 1524. Docebant ibi adhuc 1541. Brentio successit M. Iacobus Græter. Huic, Ioannes Rœßler, Saxo Halensis. Huic, M. Iacobus Grater, Iacobi modò dicti F. Ex Ioan. Heroldo.

Augustana quædam.

Augustæ, VValther Ehinger duxit Feronicam Fuggerinam, 1504.

Conradus Peutinger edidit conuiuales sermones de mirandis Germaniæ antiquitatibus.

Puellula, latinè loquens.

Iuliana Peutingerina, Conradi F. puellula quadriennis, Maximilianum Cæsarem, cùm Augustam veniisset, latina acclamatione, vt Reip. nomine salutauit: quam ipsemet Cæsar humanissimè audiuit perorantem.

VVeissenhorna. Kirchberg. vltimus Comes.

Eodem anno Maximilianus idem Vianam, seu VVeissenhornam, Kirchbergensemque comitatum, ad se iure fiscali translatum (viuo adhuc, sed sine liberis, vltimo ibi Comite, Philippo: certâ ei per vitæ tempus pensione assignata) triennio post, anno sc. 1507. Vlrico, Georgio, & Iacobo, Fuggeris, pro 70. sl. millibus ad annos 10. oppignerauit. Ad quam oppignerationem cum ampliores sors accessisset: tandem illa pignora ad Georgij Filios, Raimundum & Antonium, deoluta sunt: & ijsdem vnà cum Insignibus & titulo Baronum, priuilegioq; cudendi auri & argenti, hæreditariò 14. Nouemb. 1530. in Comitijs confirmata. Gassan. & Heningus.

Styrtzelbrunn.

Epitaphium in Monasterio Styrtzelbrunna: quod 1143. à Lotharingiæ Duce Sigismundo fundatum est.

Anno M. D. IIII. obijt generosus Comes Simon VVecker, die Simonis & Iudæ, hora 6. post meridiem, Dominus in Bitis & Lichtenberg.

Stutgardiæ. 1504. ad Lætare, der ehrbar Mann Hans Wirtemberger: dem Gott gnad/Amen. Insignia, cum trinis decussatim cornibus ceruinis: & binis decussatim lineam interscißis piscibus.

Græcorum excusio librorum.

Græca, modò hoc XVI. seculo in Germania excudi cœpta sunt. Antea, vbi Græcæ sententiæ libris insperse erant, omittebantur, spatijs vacuis. Idem, in Hebraicis factum.

REVTLINGENSIVM PATRONVS, DVX VVIRTEMB. VLRICVS.

Reutlingæ incendium. Scholæ Tubing. administratio, & viri docti. Augustanus Episcopus, Henricus Liechtenouius. Abbatum & nobilium aliquot obitus. Vlricus Munckius Halensis. Scripta, præsertim Grammatica Brassicani, & Heinrichmanni, & Bebelij, & Captionis. Obitus Austrij Philippi, Hispanensis Regis.

CAPVT XIIII.

Reutlingensium patronus, VVirt. Dux Vlricus.

ANNO 1505. die Martis post S. Michaëlis, Stutgardia scriptum exijt: Ducem Vlricum recepisse ciuitatem Reutlingensem in suum patrocinium, in A. 51. commercijs mutuò exercendis, mutuo auxilio ferendo: & certâ pecunia quotannis à Reutlingensibus soluenda: nec exulibus VVirtembergicis recipiendis, &c.

Rectores Tybing. Scholæ.

Tybing. Acad.

Die Philippi & Iacobi Rector 54. M. Iohannes Vehenmaiger ex Donsdorff, Tuwing. Ecclesiæ Collegiatæ Decanus.

Inscripti. Ieorius & Iohan. de Ehingen. Ludouicus Schlicher ex Vlma.

Die Lucæ, R. 55. Iohannes Halierus, V. I. D.

Inscripti. Bernhardin. de Stauffen, Baro in Ebrenfels, Nou. 20. sl. 1. Erhard. de Karpffen.

Decani Philosophiæ.

1. M. Leonhardus VVernher Stadiensis, S. Theol. Baccal.

Magistri facti. Leonhardus Clemens plebanus de Zuifalt. Laurentius Sun ex Haigerloch.

2. M. Michael Kochlin Tubingensis.

Magistri facti. Marcus Burger ex Nurtingen. Caspar Sießkind ex Eßlingen.

Plantschius. Comitia, Colonia.

Occasione cuiusdam Sagæ, Tubingæ exustæ, Mart. Plantschius librū de Veneficijs scripsit. Comitia Coloniæ habita sunt hoc anno. In quibus cùm transigeretur bellum Bauaricum: etiam

etiam Rudolphus ab Ehingen, Georgij equitis F. cum principe suo Vlrico VVartembergensi eò equitauit. Interim præfecto suo fideli, Vlrico, liberos suos commisit educandos. Mortuum deinde, in Templo sepelijt. Domum à comitijs reuersus, pro Balingensi præfecto, minister Duci domesticus factus est.

Liechtenouius Henricus.

Augustæ, Kal. Maij, Henricus nobilis à Liechtenau, vltimus suæ gentis, V. I. D. vir sapientia & virtute præstans: ex Canonico & Vicario summi collegij factus est Episc. Augustanus. Qui cum præfuisset 12. Cl. laudabiliter: obijt 12. Ap. 1517. ætatis anno 77. Absoluit arcem Dillingensem: ædificauit in eodem oppido magnificum templum S. Vlrici, minori Monialium congregationi contiguum: quod Monasteriolum claudi iussit. Restituit à fundamentis ferè arces, Killenthalensem & Zusmarhusanam. Illustrauit nouis ædificijs Episcopale Palatium, quod Augustæ est. Obijt rationis optimè compos: singulis consiliarijs porrecta manu valedicens. Humatus Augustæ in cathedralis Ecclesiæ San Gertrudino sacello est, post aram summam. Brusch.

Fuggerorum nauigatio.

Fuggeri, & quidam alij negotiatores Augustani, collatis 31. millibus Ducatorum, triana vigia Lusitanæ classi, in Indiam abeunti, adiunxère. Redierunt ea 1506. Calecutio Vlyssiponem: & relictâ Regi quarta parte mercium de more, anno 1509. demum Antuerpiam appulerunt. Ibi distractis omnibus mercibus, & sumptibus omnibus detractis: tamen centeni Ducati, lucrum centenorum septuagenûm quinûm Ducatorum attulerunt. Gassar.

Obitus honoratorum virorum.

A. Dom. 1505. 4. Kal. Febr. obijt D. Gerhardus, Abbas Alperspachensis.

A. Dom. M. D. V. Kal. IX. Septemb. obijt venerabilis in Christo pater & D. Bartholomæus, XVI. Abbas Herrenalbensis: cuius anima R. I. P.

Bebenhusæ A. 1505. obijt Iohannes Kusneck prid. id. Martij: qui contulit Monasterio CC. fl. in cœmeterio sepultus, Venator, Windmaister.

A. 1505. 7. id. Iul. obijt notissimus Astrologiæ Doctor, & vaticinator præteritorum, Hainricus Ritter ex Thalen, Starrenvradel cognominatus. Sepultus in cœmeterio.

Starrenvradel Stouffenburg.

Nyrtingæ. Der Edel vnd Vest Sixt Schenck von Stouffenburg / ist gestorben auff Freytag nach S Matthis tag / im Jahr 1505. Gott sey seiner Seelen gnädig.

Schorndorffij. A. 1505. die Egidij, obijt M. Albertus Grumbach, V. I. Doctor, Ecclesiæque parochialis oppidi Schorndorff Pastor: cuius anima R. I. P. In orichalco: super quo, calix: infra quem franatum equi caput.

Stutgardiæ. Ad Misericord. Domini, mortuus est honestus Matthias Horn, notarius & Exarchigrammateus.

Vlmæ. VValtherus 5. Ehinger Austrius, Consul, Vlrici 2. F. obijt 1505. Mart. 30. Vxor eius, Christina Crafftina, 1519. Vide sup. 1445.

Filij eorum: Heinricus, confossus ab Ambrosio Crafft, 1439.

VValther 6. obijt 1519. April. 29. — VValther 7. Vlricus 1586. Ioannes 1583.

VValther Vlricus.

Augustæ obijt 1. Ian. 1505. nocte Vlricus VValther, patricius, qui vixerat 86. A. relicta v. Dore Rieglerina, cum qua 60. A. in matrimonio exegerat. Idem CXXXIII. liberos, nepotes, & pronepotes, vnus viderat ac post se reliquerat. Gassar. & Henningus.

Halæ obijt 1505. Vlricus Munckius, vltimus huius familiæ nobilis: & in cœmeterio S. Michaelis est humatus.

Munckius Vlricus.

Habuit hortum prope Langenfelderam portam. Eius horti humum, in altitudinem 5. pedum effodiendam curauit, & cribrandam: vt, quicquid lapillorum, aut crassæ terræ, in cribro subsideret, ex horto egereretur. Arbores etiam loricis ferreis fricari & glabrari iussit. Curauit tegumentum quoq; lecti, vel tegetem, ex mollissimis plumis fieri, hoc modo. Conducti tres operarij senis quotidie crucigeris, & cibo diebus dominicis ac festis, detrahebant in hypocausto feruefacto stylos vel scapos de plumis, totam per æstatem, vini abundè bibentes. Constitit opus amplius centum florenis: quod post mortem eius, in æstimatione inter hæredes, tantum X. Florenorum fuit. Fecisse duos ex plumis ita concerptis lectos, album & nigrum, dicitur. Ideo autem talia facienda curauisse, ne pauperes otiarentur. Cùm iam moriturus esset: accersiuit sacerdotem. Quo venire cunctante: dixit: Ah non venit Sacerdos; Veni tu, Deus. Ita misericordiâ sola Dei per Christum confisus, absq; Sacramentis Sacerdotis diem obiuit. VVideman. & Heroldus in M. Scr.

Arborum cultura.

Anno

Anno 1505. ἀπὸ τῶν Ἁλιτζιῶν ὀνομάζεται. *Halensium armamentarium, ædificari cœptum est, &* 1527. *absolutum.*

Esslingæ, in D. virginis fano.

Anno 1505. auff Mitwoch nach S. Matthæus Tag deß Apostels/ starb der fromb vnd Vest Hans Truchsäß von Steten/ der Edelknecht.

Lutherus. *Lutherus, Magister artium creatus, cùm Iuri studere vellet: fulmine deterritus, Erfordiæ in cœnobium Augustinianorum se contulit.*

Liebenstainius Iacobus. *Iacobus, nobilis à Liebenstain, Sueuus, electus est Moguntinensis Archiepiscopus: antea Decanus Basilicæ ibi Cathedralis. Semper aduersa laborans valetudine, obijt* 1508. *Cui successit.* 6. *Calend. Octob. Vriel à Gemmingen.*

Reutlingæ incendium. *Anno* 1506. *die S. Sebastiani, incendium ẽxortum est Reutlingæ in foro: quo tecta circiter* 150. *feruntur absumpta. Quæ domus cùm postea (Duce VVirtembergico gratis ligna suppeditante) reparata fuêre: ea pars, noua ciuitas dici cœpit, die Newestatt. Vici & villæ circa Reutlingam, pleraq; huius ciuitatis. Gomeringen, vnà cum arce: quam nobiles incoluerunt, Rempen dicti.*

Vmmenhausen. VVannvveil. Betzingen. Braunvveil.

Villæ, oder Weiler/ *Hindervveiler. Stockach.*

Rector Tybingæ.

Tybing. Schola. *Maij* 1. *Rector* 56. *Iacobus Lemp. S. Canonum atque Theolog. D. vsque ad eundem diem sequentis anni.*

Inscripti. *Christoph. Langenmantel Augustanus. Frater Iohan. Kruß de Tuvvingen, ord. Eremitarum. Iohan VVeling Stutgardianus. Caspar & Iohan. de Kaltenthal, nobiles, Iohan. & Rudolfus de Fridingen. Christoph. de Schvvartzenberg, Baro. Christoph. Croizinger, nobilis.*

Decani artium.

1. M. Iohannes Munner Kornvvestensis. 2. M. Iohan. Schurer Offerdingensis.

Magistri creati. Leonhardus Hutz Tæslingensis. VVolfgangus Bœbel Iustingensis. Postea, Med. Doctor.

Brassicani Grammatica. *Pforzæ excusa est à Thoma Anshelmo Grammatica Latina Ioannis Brassicani Tubingensis: commendata Epigrammatibus Henrici Bebelij, Dionysij Reuchlini sacerdotis: & Vdalrici Rustici, concionatoris Nyrtingensis. Libellum de arte versificandi, H. Bebelius auctor dedicat* 15. *Cal. Iulij* 1506. *Iohanni Saliceto (VVidemanno) principis Vlrici Medico: & filijs eius, V. I. Doctoribus: Beato, Ducali Senatori & Ambrosio, ordinario Professori Iuris Tubingæ. Gregorius autem Lamparter, Ducis Vlrici Archigrammateus, Salicetti gener erat: sicut & Iacobus Cutser Doctor, Cancellarius Badensis. Commendatus est libellus ab Vlmensi Presbytero M. Leonhardo clemente.*

Heinrichmanni item. *Eodem* 1506. *anno* 10 *Cal. April. Iacobus Heinrichmannus Sindelfingensis, Grammaticas suas institutiones, Epistolâ dedicatoria ad H. Bebelium, vt Præceptorem scripta, denuò elaboratas edidit: quas antea Discipulos Tubingæ docuerat. Non sequitur (inquit) vt hic, qui Doctor faculatis alicuius est, ideò benè loquatur Latinè: vt nec ego rectè à Rustico reprehensus aliquando fui: quòd, cùm Magister essem Philosophiæ: hyeme quadam in alta niue à via aberrassem.*

His igitur temporibus, cùm cultiora ederentur Grammatica: Alexandri Galli Grammatica, quæ diu in Scholis, Monasticis præsertim, dominata fuerat, euanescere cœpit. Paulatim enim per viros doctos, expurgari sordes, & nitidiora fieri literarum studia cœpta sunt.

Bebelij facetiæ. *Dedicauit hoc anno Bebelius suum libellum Facetiarum Petro Iacobo Arluensi Iurisc. Præposito Backnangensi, Canonico Stutgardiano, Ducali Senatori. Quales interdum illis temporibus fuerint curatores animarum: vel hinc colligi potest: quòd* 1506. *in die Resurrectionis Domini frater quidam ordinis Prædicatorum (sicut antè Sacerdos quidam VVaiblingensis) mandauit incipiendum triumphale carmen Christi, Christ ist erstanden / illi viro, qui domi suæ imperium teneret, non vxor. Vbi cùm nemo virorum inciperet: mulieribus iussit, quæ imperarent domi. Illæ statim omnes cecinerunt.*

Hebraica. *Hoc anno Ioannes Capnio, Hebraicam Grammaticam primus Latinè scripsit, & edidit, cum Lexico Hebraico.*

Stutgardiæ apud S. Leonhardum. An. D. 1506. auff den H. Pfingstag starb der ehrbar Her: Jörg Pfawenschwantz/ Vicarier H. Creutz: dem Gott gnad.

Epita-

Epitaphium VVaiblingæ. Da man zahlt *M.D.VI.* am Sambstag vor S. Matthæus tag/ starb der Edel vnnd Ehrnvest Herr Michael Haap von Haapenberg/ weilandt Amptmann vnd Keller zu Tyrol. *Haap. Mich.*

Augustæ, inter Conradum de Rosa, & Felicitatem Greßlerinam, matrimonium initum est. Sic & inter Iohannem Heintzelium Cos. (qui Ioannis Bapt. & fratrum, pater fuit) Catharinamq; VVelserinam. Ibidem in D. Annæ Templo D. IMMORT. S. Georgius Fugger August. munifica benemerendi virtute insignis, in vtramq; fortunam æquanimus, amicorum & patr. studiosiss. bonorum omnium in primis mœrore, hic situs est. S. T. T. L. Vixit Ann. LII. M. III. D. VIII. Obijt M. D. VI. *Matrimonia, Augustæ.*

Dominus Castellæ & Legionis, Archidux Austriæ, Maximiliani F. & Caroli V. pater, R. Philippus, hoc anno Burgis in Hispania moritur mense Septembri anno ætatis suæ 28. Liberos reliquit, Carolum, Ferdinandum, Leonoram, Isabellam, Mariam, & Catharinam: ex Ioanna, Ferdinandi Hispan. Regis F. natos. Mariti Reges harum Reginarum: Leonoræ, Emanuel Lusitanus, & Franciscus Gallus: Isabellæ, Christiernus Danus: Mariæ, Ludouicus Vngarus & Bohemus: Catharinæ, Ioannes Lusitanus. *Philippi, Hispani Regis, mors, & liberi.*

Academia Francoforti ad Viadrum vel Oderam, à Brandenburgensi Electore Ioachimo 1506. fundata est. *Francoford. Oderana Academia.*

COMITIA CONSTANTIENSIA, ET IN HIS VVIRTEMB. DVX VLricus. συάγγος πελώριος. Studia Tybingensia. Georgius, Tybing. Comes. Grando & turbo in VVirtembergia. Consecratio altarium VValthusæ. Precationes Sanctimonialium, Aurea Corona, & Psalterium S. Mariæ. πνεύματος ἁγίου χάρις ἐπταειδής. Natiuitas & studia Ioannis Sturmij, & Ioannis Oporini.

CAPVT XV.

ANno 1507. habebantur Comitia Constantiæ ab Imp. Maximiliano, & omnibus Imperij ordinibus, ad quatuor menses. Deliberatum inter alia ibi est (sicut etiam antea VVormatiæ) de Imperiali iudicio, in loco Germaniæ certo constituendo: sicuti tunc quoque constitutum & inchoatum est. Antea enim Cæsaris Aulam secutum erat, magna cum litigantium molestia. Primus, qui huic iudicio, seu Cameræ, præfuit, Itel Fridericus erat Zollerensis, vir prudentissimus. Tractabatur etiam à Cæsare de expeditione in Venetos: quòd fœdus cum Ludouico 12. Galliarum Rege, contra eius Maiestatem fecissent. Item, de profectione Romam, Imperialis coronæ accipiendæ gratiâ. Adfuit Dux quoq; VVirtemberg. Vlricus, cũ CCC. apparatissimis cataphractis equitibus, hastatis & balitarijs: cumque ornatissimo comitatu Aulico. Ibi cùm omnem obedientiam erga Cæsarem, & erga cæteros Principes comitatem, declarasset: gratiâ & auctoritate valuit. Postea, Tridentum tantummodo, illa cum expeditione ventum est: ac res in aliud tempus reiecta nec cætera, quæ proposita erant, omnia effectum sortita sunt. *Comitia, Constantiæ. Cameræ iudicij locus. Vlrici VVirt. præsentia.*

Eodem anno, Pont. Iulius misit Cardinalem S. Crucis Bernhardinum, in Germaniam cum Indulgentijs. Cui Cæsar Maximilianus, tunc Augustæ, obuiàm exiuit: eumq; maximo cum honore excepit. Habebat Cardinalis multos doctos omnium facultatum viros secum: cum quibus & superiorem, & inferiorem Germaniam, peragrauit. Multùm fuit disceptatum: prodesset, nec ne, eius præsentia Germanis. Videbatur enim magis κελτίζειν, partes Galli R. fouere. Baselius. *Indulgentia apportatio. Apri ingenti mulacrum.*

Vraci factus est aper ligneus, figuram veri apri referens, à Duce Vlrico confossi: & est ita factus, vt, si pede paruum lignum deprimatur, aper ad astantes accurrat. Tabulæ hoc inscriptum est. Anno 1507. Fieng der Durchleuchtige Hochgeborne Fürst Vlrich: Hertzog zu Wirtemberg/ ꝛc. das wild Schwein/ auff dem Roßfeld zu Vrach. Die lenge 7. Schuch/ drey Zöll: die höhe/ 5. Schuch/ 2. Zöll: Kopffslänge/ 23. Zöll: die dicke/ 3. Schuch/ 2. Zöll.

Tybingæ cœpta est ædificari in arce turris alta, & antemurale, oppidi partem depressiorem versus, gegen dem Briel.

Rector Tybingæ.

A Calendis Maij, rursus vsq; ad Cal. Maij, per integrum annum, Rector 57. erat VVendelinus Stainbach, S. Theol. Professor. *Tybing. Gymnasium.*

Inscripti.

Martinus Siguart de VVeltzen. Ludouicus Kynig de Kauffbyren. VVilhelmus Besserer, Bartholomæus Stræler, & artium Iurisq; D. Conradus Crafft, Vlmenses. Ioan. Brasperger Vracensis. Andreas Blattenhartus Eßlingensis.

Decani artium.

1. M. Gregorius VVaselinus ex Schorndorff.

Inter alios Magister factus. Thomas Berner Feringensis.

2. M. Iohannes Altenstaig ex Mindelheim, S. Theol. Baccalaureus.

Magistri creati. Ludouicus Rentz ex VVisenstaig. Ludouicus Schlicher Vlmensis.

Argent. Episcop.

Episcopus Argentinensis, VVilhelmus ab Honstain, priore anno creatus, hoc 1507. anno Argentinam ingressus est: comitatus multis Principibus, Comitibus, nobilib. Inter quos à VVirtembergensi Duce Simon Baro Fleckenstainius cum 13. equis erat: & Marchio Badensis Philippus: Leoq; cum eo Stauffensis Baro, Blicardus Landtschad Landtvogt/ Conradus Nippenburgius, Conradus de Venningen, &c. Ingressi etiam sunt, Felix Comes VVerdenbergius, VVilhelmus C. Fyrstenbergius, &c.

Tybing. Comitũ propagatio.

Obijt illustris Comes Tybingensis Georgius: qui in Aula Friderici Imp. educatus, postea fidelem operam Cæsari Maximiliano præstitit castra eius in Belgis sequẽs. Cùm autem, præter eum nemo ex hac antiquissima familia (vt à Pantaleone scribitur) restaret: D. Georgio hic Cæsar, ne laudatissimum hoc genus intercideret, in matrimoniũ dedit ex familia illustri Comitum ab Aich, venustissimam puellam Agatham. Cum qua Georgius in arce pulcherrima Liechteneck habitans, Conradum procreauit, hæredemq; post se reliquit.

Nobiles, defuncti.

Obijt die S. Stephani mensis Augusti nobilis Melchior Begter von Phiber. Stutgardiæ in Hospitalis fano sepultus.

Obijt die S. Laurent. proba Matrona Margareta Dagersemia, Ioannis Lorcheri vxor. Ibidem in Leonhardino.

A. Domini 1507. Feria 6 ante S. Matthæi diem, defunctus est nobilis Theodoricus de VVyler. Sepultus in hospitali.

Anno 1507. Lauffæ pridie idus Decembr. obijt venerabilis vir Magister Ludouicus Eppelebanus huius oppidi.

Caluæ, tragœdia Christi.

Eodem 1507. anno, die Dominico post octauas corporis Christi, drama paschale agebatur in oppido Calua: spectante etiam illustrissima Heroide Brandenburgensi: quæ multas preciosas vestes ad eum ludum commodauerat.

Tempestas.

Grandine, & sæua tempestate, Rotenburgum in tectis ac fenestris vehementer est afflictum: agriq; & vineæ in Hohenbergia & VVirtembergia, corruptæ. Baselius. Idem, simile malum aliud his ferè verbis describit, tanquam ante factum. Tertio Kal. Iul. inquit, intempestæ noctis silentio, turbo vehemens tantam inopinatò tempestatem excitauit: vt ventorum magnitudine, arbores radicitus euellerentur: atq; à suis locis longè proijcerentur. Tecta quoq; domorum, & tegulas fustulit: domos & horrea concussit: plurima deniq; arboribus, domesticis & syluestribus, damna intulit. Senatus Augustanus principio Martij, quasdam consuetudines correxit Iudicij, & Iumenta veritatis ac calumniæ, præsertim Procuratorum & Notariorum.

VValthusæ conformis consecratio Altarium.

" In nomine Domini, Amen, &c. Nos Henricus, Dei & Apostolice sedis gratia Episc. Adri-
" mitanus: reuerendiq; in Christo patris & Domini, Domini Henrici, eâdem gratia Episcopi Augu-
" stensis, Vicarius in Pontificalibus, & Suffraganeus generalis: cooperante nobis spiritus sancti gra-
" tiâ, consecrauimus Ecclesiam in VValthausen, in honore beate Marie, SVMMÆ PATRONÆ: & tria altaria, in eadem Ecclesia. Primum altare, in sinistro latere, in honore
" Sanctorum, Georgij Martyris, Martini Confessoris, Anne matris Marie, Katharine, virginum
" & matrum. Secundum verò altare, in Choro & summum, in honore sanctorum, B. Marie virgi-
" nis: Ieronimi, Vdalrici, Confessorum: Marie Magdalene & Barbare, virginis & matris. Terti-
" um verò altare, in dextro latere, in honore sanctorum, Christofferi Martyris, Anthonij Confessoris, & VVendelini. Cuius Ecclesiæ consecrationem, Dominicâ proxima ante Viti Martiris insti-
" tuimus celebrandam, &c. Relaxatio verò pœnitentibus, & manus adiutrices porrigentibus, XC.
" dies criminalium, & 1. annus venialium. Actum 9. Ianu. 1507. de consensu reuer. patris, Domini
" Georgij Abbatis in Lorch: cui Parochiani in VValthausen spoponderunt, & recognouerunt se esse subditos.

SVMMA PATRONA vocatur hic ὡ θεομήτωρ, &c.

Considerentur etiam hæ apud Gnadenzellenses Monachas precationes: virginem Mariam, tanquam Deam, extollentes: & opere suo gratiam Dei captantes.

Sequitur

Χρυσᾶ γέφυρα.

Die güldene Cron von vnser lieben Frawen/vermischt mit den 7. Blutvergiessungen vnsers HERRN/vnd mit den 7. Hertzleidt/auch 7. Irrdischer vnd 7. Himmlischer Frewd/so Maria gehabt hat:begreifft 63. Aue Maria,vnd 7. Pater noster,täglich zu betten. Vnnd weil dann Johannes im Buch der heimlichen Offenbahrung/sahe in dem Himmel ein schöne männigliche Jungfrauw/mit einem hübschen Kindt:vnd hett den Mon vnter den Füssen:war vmbgeben mit der Sonnen:vnnd hett auff dem Haupt ein schöne güldene Cron von 12. Sternen:ist die obgemeldt gemein Cron vermischt mit den 12. Sternen/Sonn vnd Mon. Modus postea orandi hanc coronam sequebatur: quem omisi propter prolixitatem. Ad singulas stellas,precatio. O ir gerüsset seystu aller heiligste Jungfraw Maria/ein Mutter Gottes/ein Königin der Himmeln/ein Pfort deß Paradeiß/ein Fraw der Welt. Du bist ein sonderliche Jungfrauw rein. Du bist empfangen ohn Erbsünd allein. Du hast empfangen Jesum on mackel. Du hast geborn den Schöpffer vnd Erlöser der Welt: in dem ich nicht zweiffle. Bitt für mich Jesum deinen Sohn: vnd erlöß mich von allem Vbel/Amen. Ablaß/quoties illa orantur,10. tausent Jar. *Precationes Monachorum.*

Χαλτήριον τῆς παρθένου.

Der Psalter Sanct Mariæ/ hat drey Rosenkräntz.

Primum sertum rosaceum,albarum rosarum. Sunt 5. Pater noster,& 50. Aue Maria,hoc ordine.

1. *Pater noster,de incarnatione Domini.* Zehen Aue Maria/*de gaudio Mariæ ex Angelica salutatione.*
2. *Pater noster,de 9. mensibus, quibus in vtero matris Dominus fuit: & gaudio Ioannis de eius præsentia.* Zehen Aue Maria/*gaudij Mariæ inde.*
3. *Pater noster,natiuitatis & circumcisionis Christi.* Zehen *A.M. gaudente ipsa de natiuitate,& dolente in circumcisione eius.*
4. *Pater noster,ob honorem à tribus Regibus: & quòd in Templo Symeon eum complexus fuit.* Zehen *A.M. gaudij ex oblatione Domini: & tristitiæ ex vaticinio Symeonis.*
5. *Pater noster,fuga in Ægyptum,& inopiæ ibi per 7. annos, & amissionis pueri per triduum in Templo,omnium q; actionum & laborum eius.* Zehen *A.M. gaudij ex actionibus Domini, & doloris de amissione.*

Secundum sertum,ex rubeis rosis, totidem habens Pater noster & Aue Maria.

1. *De cœna Domini,exitu in oliuetum,captiuitate,cruciatibus totius noctis.*
2. *De flagellatione acerba eiusdem.*
3. *De coronatione dolorifica, detractione purpuræ.*
4. *De eductione Domini,vestium detractione.*
5. *De crucifixione,verbis 7. & morte. In singulis,grauissimus Deiparæ dolor.*

Tertium sertum rosaceum,aureum.

1. *De victrice resurrectione Christi,& consolatione Discipulorum.*
2. *De latissima in cœlum ascensione,& cœli apertione pijs.*
3. *De missione Spiritus sancti.*
4. *De Christo,matrem ad cœlestia gaudia subuehente.*
5. *De Domino sedente ad dextram Dei patris:apud quem Maria pro te intercedat. In singulis,lætitia Mariæ.*

Ablaß/ von dem Psalter 86. tausent/vnd von den geweiheten Körnlein deß Pater nosters 28. tausent Jar/Summa 114. tausent Jar Ablaß. Hæc hactenus.

Religio Pontificia,qualis.

De Ioanne, *Præsule Misnensi.* 1508. *Domini creato,G. Fabricius lib. 3. Annal Misnens.* scribens,*in superstitionem suorum temporum,inquit sæpe iocabatur. Dixit al quando. SI SACRA BIBLIA LEGO:aliam inuenio religionẽ,quam quæ nostra hodie est: & illam nostris moribus & institutis, valdè dissimilem. Cœpit attollere oculos hic vir. Paulus certè,vnum tantùm ponit Mediatorem siue Patronum,Christum. Et Christus nos venire immediatè,sine matre sua, adsentiebat. Sancta quidem Maria, non tamen Dea(inquit Epiphanius) virgo quidem honorabilis,Maria,non tamen ad adorandum nobis data.* Καὶ μὴν ἔσεσθαι πρὸ τοῦ μαστὸς τὴν Μαρίαν, ἀ μὴν θεὸς, καὶ ἀ μὴν ἐμπεφυκὸς ἡ παρθένος, καὶ τιμωμένην: ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τῷ προσκυνεῖσθαι ἡμῖν δεδόσθαι τὴν Λαβίδαν: ἀλλὰ προσκυνοῦσι τὸν ἐξ αὐτῆς σεσαρκωμένον θεὸν, καὶ ἀνθρωπον. *Haref. 59.*

SEPTIFORMIS SPIRITVS GRATIAE, ex Esa. 9.

Sapientia,		*luxuriam.*
Intellectus,		*gulam.*
Consilium,		*auaritiam.*
Fortitudo,	*expellens*	*acediam,* ἀκηδίαν.
Scientia,		*iram.*
Pietas,		*inuidiam.*
Timor Dom.		*superbiam.*

Conradus de Zyllenhart, vicum Sonstettensem Monasterio Kynigsbrunnensi, cum omnibus attinentijs, hoc 1507. anno 2050. Rhenens. Aureis vendidit.

Sturmij Ioannis Natiuitas.

Iohannes Sturmius, Argentoratensis Gymnasij Rector, noster in studio Eloquentiæ Præceptor multorum annorum, natus est hoc 1507. anno, Octob. 1. hora pomerid. 2. Sleidæ: parentibus VVilhelmo, Questore Comitum Manderscheitensi, & Gertrude Hulsana. Initiò literis in patria informatus fuit: postea, Leodij: & 1524. Louanij: vbi tres annos didicit, & duos docuit. Socios habuit studiorum, Iohannem Sleidanum Historicum, Guintherium Andernacum, Barthol. Latomum, Andream Vesalium, & Iacobum Omphalium. Cum Græco Doctore Rudigero Reschio, officinam Typographicam instituit, sumptibus paternis adiutus: & inter alia Homerum Græce impreßit. Lutetiam deinde 1529. conceßit: vbi progressus est in discendo longius. Professor dehinc factus est publicus, cum Andernaco & Latomo: docuitq; vtramq; linguam, & artes Logicas. Vbi duxit vxorem, Iohannam Pisoniam virginem, & conuictores aluit: ac notus Iacobo Fabro Stapulensi, Gulielmoq; Budæo, fuit, summæ eruditionis viris. De quo, in præsenti satis.

Ioan. Sleidanus.

Eodem anno natus est Erasmus, Baro semper liber Lympurgensis, patre Christophoro, matre VVerdenbergensi Comitissa Agnete. Postea, Episcopus Argentinensis.

Oporini Ioann. natiuitas.

Natus est Ioannes quoq; Oporinus, Basileæ Typographus celeberrimus & laboriosissimus, 1507. Ianuar. 25. Hic etiam de Hieronymo VVolfio, & de me, libris nostris excudendis, benè meritus est.

Lutherus Erdfordiæ cantat primam Missam, Dominica Cantate, Maij 2. ætatis suæ anno 24. Bucholc.

BELLI ORIGO INTER MAXIMILIANVM CÆSAREM, ET VENETOS. Rectores Tybing. Academiæ. Epistola, D. Theodorici à Pleningen. Grammatici aliquot VVirtembergenses. Inundatio Stutgardiana. Ecclesiæ Lustnouiensis consecratio. Aliquot clarorum virorum mortes. Terræmotus Constantinopoli, & alibi. Quædam Augustana. De Patre Achillis Gassari. Conradi Celtis mors. Monachi, Bernæ cremati. Comitia Τῦ παγγερμανίυ Augustana. Herculis Alemannici statua. Reuchlinicæ Epistolæ obscurorum virorum, Cædis occultæ reuelatio, & punitio.

CAPVT XVI.

Venetum bellum Maximiliani.

ANno 1508. Cæsar Maximilianus, Pont. Iulius, Ludouicus Gallus, Ferdinandus Hispanus, fœdere inter se Cameraci inito, communibus opibus bellum Venetis inferunt: quod ij ditionem suam, aliorum subinde incommodo augerent: & iter Maximiliani antehac, Romam solennis renunciationis consequendæ causâ institutum, interclusissent. Id bellum, variâ fortuna ad decem annos gestum est.

Rector Acad. Tybing.

Tybing. Acad.

A die Phil. & Iacobi, per integrum annum, Rector 58. Petrus Brun, S. Theol. D.

Inscripti.

Gerbelius.

Nicolaus Gerbel ex Pfortzen, Magister artium, Maij, 2. Michael Ritter Tuvvingensis. Gabriel Rottengatter Vlmensis. Stephanus VVolfius de Oetingen. Magnus & Georg. VVaselini, Schorndorffenses.

Decani artium.

1. Michael Huber Entringensis.
Magistri facti ex Hallis. Marcus Roth Vlmensis.
2. M. Andreas Lemp.
Magistri facti. Albertus Gesell ex Harthusen. Martinus Læblin ex Dornstetten.

THEO-

THEODORICVS A PLIENINGEN, Doctor & Miles auratus, Ioanni Reuchlin Phorcensi. S. D. P.

Accepi pridem tuas elegantissimas literas, eruditissimúsque sententijs plenas: &, vt paucis concludam, erga Plinium humanas, ac Reuchlino dignas. In quibus mihi summopere gratularis: fausteque vt fit, optas: quòd à diuo Cæsare nostro clarissimo, militiæ cingulo ornatus, & equestri ordini inscriptus, sim. Addis, & verè quidem: etiamsi magna sint, facilè tamen cæsura: nisi Homerum & Ennium aliquem amore prosequar: qui facta mea (alioquin, vt cætera Germanorum præconia, quotidie morituta) perpetuæ memoriæ ac immortalitati donet, &c. Tibi igitur, qui & indicio & auctoritate inter Germanos polles, hoc onus iniungo: vt tibi Plinios tuos, ob veterem consuetudinem nostram, & maximè clarissimum Germanum meum IOANNEM Plinium, pauca Scripta posteritati commendes: de me quid agendum, quoque sim dignus, tuo iudicio relegas. Nam tu inter Germanos nostros, hodie (vera loquar) Homerus ac Ennius noster, meritò censendus es, &c. Ob principia mei negotia, quibus profectò singulis horis obruor, literis horum incumbere non valeo, &c. Ideo barbariei huic, & rusticæ Epistolæ, veniam da, &c. Te veterem amicum meum, ex animo meo nunquam delebo: sed illustrissimo Principi meo, EX TVIS VIRTVTIBVS atq; BENEMERITIS diligentissimè commendabo, &c. Pridie Nonas Febr. 1508. Certè non est barbara & rustica, hæc Epistola: sed nobili viro, Doctore & Equite (quod genus, hodie rarum, in tanta licet doctrinarum luce) digna. Plieningeni Theodorici exempla. Plinium vocat fratrem suum. Bebelij Apologia.

H. Bebelius, Poeticæ & Oratoriæ in Schola Tubing. Professor, Gregorio Lampartero Iurisc. VVirtembergico dedicat Apologiam: quam contra Leonhardum Iustinianum Venetum scripserat: qui insectatus fuerat coronationem Regum Germanorum: ideoque Germanos barbariei insimulauerat.

Professor in eadem Acad. tunc erat Iohannes Altenstaig Mindelheimensis, in Contubernio, sectator Modernorum, vel Recentiorum. Qui scripsit interpretationem vocum, in Grammaticis contentarum: qui libellus Hagenoæ expressus est ab Henrico Gran. Eodem anno, Vraci Pædotubarat Ioan. Alex. Brassicanus. Altenstaigius.

Stutgardiæ, circa principium Aug. ἐξαίφνης accidit, grauis inundatio, ceu subitò ruptis nubibus, Perierunt aquis tunc 13. homines: qui vno sepulchro coniunctè humati sunt: corruerunt alii quot domus: cellæ vinariæ aquâ redundabant: mutuo prohibebantur aditu homines: Experstamen horum incommodorum suburbium erat: cui à torneamentis, seu equestribus concertationibus, nomen est, meminit Basilius, & alij. Inundatio Stutgardiæ.

Tybingæ primum ponticulus est ante Hirschenouiam portam trans Nicrum factus.

Æstas fuit (vt ab eodem Basilio scribitur) tota pluuialis: cuius humiditate factum est, vt multis in locis boues & sues, intercute quadam lue pestilente morerentur. Æstas humidissima.

Eiusdem anni die purific. B. Mariæ (eodem auctore) igne fortuito Monasterium Albæ Dominarum, ordinis S. Benedicti, correptum, maximam iacturam fecit: Dormitorio, Refectorio, Abbatiali Domo, & alijs habitaculis, flamma consumptis. Frawen Alb.

Stutgardiæ in Paroch. Ecclesia.

Anno Dom. M. D. VIII. Da starb der Streng vnnd Vest Herr Herman von Sachsenhaim/ Landthofmeister deß alten Herren Hermans Son/ an Sanct Othmaro Abendt: Dem Gott gnädig sey/ Amen. Sachsenhaimij.

Et in Hospit. fano.

Anno Dom. M. D. VIII. Jar/ Da starb der Edel vnd Vest Juncker Jörg von Sachsenhaim/ deß alten Herrn Hermans Sohn/ an S. Jacobs tag deß grossern: Dem Gott gnädig sey/ Amen.

Backnangæ in chori cathedra sculptum.

Petrus Iacobi Arlunensis, I. V. Doctor, beneficio Illustrissimi principis Eberhardi Probi, cognomento Barbati, primi Ducis VVirtembergensis, & in Teck, Comitis Montispeligardi, &c. huius Ecclesiæ S. Pancratij in Backnang Præpositus, Ecclesiarum S. Stephani Treuerensis, & S. Crucis Stutgardiensis, Canonicus, Rector Ecclesiæ Parochialis in VVaiblingen, F. I. anno 1508. Backnanga.

Eiusdem anni Indict. XI. Aug. 30. Episcopus Troianus, Episcopi Constantiensis Hugonis in Pontificalibus Vicarius generalis, Ecclesiam Parochialem Lustnouiensem, Capituli ruralis Tubing. in honore beatissimæ virginis Mariæ, & S. Martini Episcopi, consecrauit: cum duobus eius altaribus, dextro & sinistro: statuens diem anniuersarium dedicationis, Dominicam proxi- Lustnouiensis Ecclesia.

mam post Festum S. Bartholomæi. Indulgentias dedit, C. dies, venialium peccatorum. XL. aitem, criminalium.

Consules Gamundiæ, his annis.

Gamundiani Consules. 1508. *Laurentius Lieberman.* 1509. *Thomas VVarbeck.* 1510. *Caspar Taiber.* 1511. *Laur. Lieberman.* 1512. *Iohannes Scheurer.* 1513. *Thomas VVarbeck.* 1514. *Caspar Taiber.* 1515. *Leonhardus Maierhofer.*

Gemmingenus Vriel. *Moguntinum Archiepiscopatum capit Vriel à Gemmingen, nobilis Sueuus, 6. Kal. Octob.* 1508. *Doctor legum. Præfuit 5. A. prudentissimè. 4. M. 12. D. Obijt 3. Febr.* 1514. *Eius tempore, cùm tumultuaretur Erdfordiæ plebs aduersus Senatum (propter insolitas nimirum exactiones) Vriel hic, & Elector Saxoniæ Fridericus, ad ciuile bellum concurrissent: nisi Maximiliani Imp. missu, Herbipolensis Episc. Laurentius totum dissidium composuisset. Brusch.*

Gengenbach. *Erat Gengenbachensis cœnobij Abbas, Philippus de Eselberg: vir doctus & prudens, sed non perinde felix Oeconomus. Obijt* 1531. *Fuerat ter Romæ, conans ex suo Monasterio seculare Canonicorum facere Collegium. Ob quam causam à VVilhelmo, Comite Fyrstembergio, celebri bellatore, Monasterij huius Aduocato, captus fuit. Idem in M. Scr.*

Engelbergius, Augustæ. *Burckardus Engelberg (de quo suprà scriptum est, eum turri Vlmensi subuenisse) hoc* 1508. *anno, aquarium lapideum* (den steinen Röhrkasten) *cùm* 12. *angulis, &* 4. *canalibus, in foro vinario Augustæ architectatus est. Gassar.*

Augustæ, in sacello Monasterij Sangeorgiani.

Heervvortus. *Georgio Heervvort, Lucæ filio, patricio Augustano, Pontificij & Cæsarij Iuris Doctori, Ratisbonensis Ecclesiæ Canonico: qui vixit annos XLVII. menses IX. dies XII. obijt ad Aquam pendentem IIII. Nonarum Augusti, anno salutis M. D. VIII. Christophorus Heervvort, patricius Augustanus fratri charissimo, & de se benè merito faciendum curauit.*

Stamler. *Iohannes Stamler Augustanus, Rissingæ parochus, Saltzburgensi Episcopo Matthæo Lango Augustano, Dialogum de diuersarum gentium sectis, Mundiq; religionibus dedicauit. Excudit* 1508. *Augustæ Erhardus Ratholdus: qui* 20 *annos antea Venetijs typographiâ claruerat.*

Gassarus Vlricus. *Gassar. Qui hæc quoq; de patre suo Vlrico scribit. Vlricus Gassarus, à Lindauiensibus cum* 24. *peditibus ad Cæsarem missus Dux satellitibus eius est additus cum ipsis: quòd singuli albo & viridi amictu essent: quos colores Lindoij in suis insignibus habent. Venit Cæsar cum copijs Tridentum. Eò profectus quidam Cardinalis, ei nuntiauit titulum Imperatoris: quo possit vti, tanquam iam coronatus: idq; per castra est promulgatum. Tũc Vlricus (rerum capitaliũ præfectus creatus ad Romanum iter: & clauium ad portas Tridenti custos) argillâ inscripsit nomine suo addito, in porta, qua Romam versus itur, Rhythmum in hanc sententiam:*

Si Tridentum pro Roma est electum:
Est & iter meum Romam confectum.

Quos Rhythmos quibusdam proteruos, alijs famosos, existimantibus: Cæsar paucis post horis illuc veniens, cùm eos legisset, risit. Quadriennio post cùm hic Vlricus esset Maiestatis eius chirurgus, & in Aula viueret: Augustus statim primo aspectu virum agnouit: eiq; omnem gratiam pollicitus est: non solum, quod bonus chirurgus sed etiam quòd animosus miles, esset. Henning.

Halæ discordia. *Halæ, dissensio fuit propter quendam symposiorum locum: quæ tamen per Comitem Oetingensem Ioachimum, Præpositum Chomburgensem Petrum Auffsæssium, & alios proceres, Cæsaris Legatos, amicè transacta est: eaq; transactio,* 1512. *circa Galli, publicè in foro recitata. Dehinc, aliquot patriciorum ex vrbe discessus.*

Terræmotus in Italia & Germania accidit: & hyems asperrima fuit.

Apud S. Stephanum, Viennæ.

DEO OPT. MAX.

Celtis Poëtæ mors. *Con. Celti Pertucio, Poëtæ Ostrofranco, ex Testamento piè positum.*

Obijt anno Christi M. D. VIII. 2. Nou. Febr. vixit A. 58. D. 3. addita est laurea.

Lutherus. *Lutherus in Academia VVitemberg. Logicen & Physicen Aristot. docet, anno ætatis* 25.

Venetorum damna. *Anno* 1509. *fœderati Venetis multa eripiunt: vt Maximilianus Veronam, Teruisium, Patauium: Papa Rauennam, & alias Ecclesiæ ereptas ciuitates: Francus, Bergomum, Cremonam, Cremam, Brixiam. Per Cæsarem etiam negotiatio Venetis minuitur, Antuerpiam traducta.*

Tybing.

Tybing. Cal. Maij, per annum creatus est Rector 59. Henricus VVinckelhofer Ehingensis, V.I. Doctor. Tybing. Schola.

Inscripti. Gallus Myller de Fyrstenberg. Gregorius & Iohannes Lamparteri, filij Cancellarij D. Gregorij. Albertus Krus de Melchingen. Iohan. Knoder de Rotenburg.

Decanus S. Katharinæ. Venerab. vir M. Michaël Mægling ex Vrach.

Creati Magistri. VVolfgangus Richart ex Gislingen. Iohannes Kunig Oetingensis. Postea, hic Professor Iuris.

Missus est Rudolfus Ehingenus, & Mompelgardiæ Præses Caspar à Bubenhofen eques, Tigurum ad conuentum fœderatorum: ob veterem inter VVirtembergicos & Heluetios concordiam confirmandam. Tigurum.

Eodē anno, transacta est inter ipsum, & VVolfium Rosenbergiū controuersia de curia Eck.

Bebenhusæ. A. 1509. 1. die Mart. obijt nobilis & validus Georgius de VVerenvvag: quem anno priore præcessit 7. die Maij, vxor sua, D. Margareta, nata de Vrbach. Sepulti in capella D. Abbatis, iuxta cœmiteriū. Obijt eodem 1509. anno, in cœna sedens, honestus vir, Meister Hans Schärer/ præbendarius, in Festo Paschæ. Post completorium, in cœmeterio humatus. VVerenvvag.

Grando, deijciens lapides instar ouorum gallinaceorum, fruges grauiter læsit in Sueuia: præsertim Leonbergæ Eltingæ, Ditzingæ. Baselius. Grando.

Terra Constantinopoli mouit, & circùm, in Festo exaltationis S. Crucis: qua perturbatione perierunt multi homines, multa ædificia. In Carinthia quoq; Styria, Tyrolensi comitatu, Sueuia, alijsq; locis Germaniæ, terræmotus noctu factus, plurimum damni intulit. Terræmotus Constantinopoli.

Augustæ, in S. Vlrici Monasterio viuebat Monachus quidā, nomine Leonhardus VVyrstlinus: qui centum latinas scriptiones, characteribus & apicibus notabiliter inter se differentes, pulcherrimè exarare poterat: quarū latina nomina (Rotunda, Rotundalis alta media, Poëtica vera, &c.) recenset Bruschius in Abbate 44. Vlriciani Monasterij, Ioanne Schroto. Qui Schrotus, aliàs homo luxuriosus & rapax, tamen Monachis suis alebat doctum hominem, Græcæ L. Professorem Ottomarum Luscinium Argentoratensem: cuius Progymnasmata Græcæ literaturæ, à Knoblucho 1522. Argentinæ excusa, mihi olim adolescenti chara erant. VVyrstlinus, scriptor varius, Augustæ. Luscinius Ottomarus.

Iohannes Tritenhemius, in gratiam Prouincialis Carmelitarum, Augustæ tunc residentis, scripsit sequentiam de S. Anna Deiperæ matre: Augustamq; misit decantandam. Gassar.

Ibidem, in Rosenouia, die S. Vlrici, certamen sagittariorum celeberrimum erat: victoriq; primum præmium, centum Florenorum constitutum. Deinde, certamen sclopetariorum, eodem brabéo. Cursus item equorum, lapidibus valdè oneratorum. Etiam lusus virorum & fœminarum, cursu certantium. Lapidum deniq; iactus, trusio, & alia ludicra. Rosenouia. Sagittariorum certamen.

Ex varijs annotatis Matthæi Oporini Theologi.

Eodem 1509. anno, castellum lapideum, vel canales (ὀ ἐννεάπρουνος, der hübsch Brunnenkast) cum pulchris simulacris, Halæ Sueuicæ in foro piscario factum est. Halæ fons.

Bernæ Heluetiorum, vltimo Maij, Dominicani 4. Monachi exusti sunt: Prior, Lector supprior, & custos: quòd varijs technis, & arte magica, per iuuenem quendam opificio sartorem, populo persuadere conati fuerant: B. Mariam esse in peccato à matre conceptam: cùm melioribus argumentis probare debuissent. Vt, per vnum hominem peccatum in Mundum intrauit: & per peccatum, mors: ac proinde in omnes homines mors peruasit, eò quòd omnes peccauerant. Rom. 5. Antea autem à quibusdam vniuersitatibus (vt Parisina, Coloniensi, Basiliensi, Moguntina) constitutum fuerat: virginem Mariam, absq; peccato originali conceptam esse, singulari quodam priuilegio: quod ignoro, vbi in S. literis extet. Bernensium Monachorum exustio.

Obijt Vlmæ hoc anno, die S. Pancratij, der from̄/ Erbar/ vnd Weiß Heinrich Neithart/ der zeit der Elter.

Anno 1510. terræmotus in Italia, Venetijs, Rauennæ, Florentiæ. Terræmotus.

Comitia Cæsaris & Principum, Augustæ: petente Maximiliano auxilia contra Venetos sed non obtinente. Pax ibi, quæ VVormaciæ 1495. fuerat facta publica Imperij, renouata est. Interfuerunt Comitijs his, inter alios, cum Cæsare. Eitelfridericus. Comes Zollerensis, Cæs. Maiestatis Aulicus Magister Consiliarius, & Camerarius. Georgius, Comes Montis fortis. Carolus VVolfgangus, Comes Oetingensis. Ioannes, Comes VVerdenbergensis. Franciscus, Comes Zollerensis. Christophorus, Pincera Lympurgensis. VVilhelmus, Dapifer VValdpurgensis, eques. Comitia, Augustæ.

Cum Palatino VVilhelmo. Theodoricus à Plieningen, eques & Doctor.

Vlrici VVirtēb. Consiliarij.

Cum Vlrico D. VVirtembergico, consiliarij & nobiles. Henricus, Dux Brunsuigiæ. Reinhardus, Comes Bitschensis. Rudolfus, C. Sultzensis. Emicho, C. Leiningensis. Vlricus, C. Helffenstainius. Franc. C. Zollerensis. VVilhelmus, C. Fyrstembergius. Georg. C. Hohenlohensis. Vilhelmus. C. Eberstainius. Schwicherus, Baro Gundelfing. Georgius, Dapifer VValdpurgensis. Ernestus Schenck. Dominus Tautenbergius. Doctor Gregorius Lamparter, Cancell. Conradus Thum, Marescalcus. Philippus de Nippenburg, Aulæ Magister. Caspar Spæt, eques. Theodoricus Spæt hæreditarius Camerarius.

Hercules Alemannicus.

Hoc anno simulacrum Herculis Alemannici, quod in Ecclesia Nidercellensi Diuitiis Augiæ steterat: antiquissimisq; temporibus fuerat ab Alemannis cultum: Oenipontem transferendum curauit Cæsar Maximilianus. Initio huius operis, part. 1. lib. 1. cap. 1. in numero Genealogico 23. Alemanem posuimus XI. Regem Tuisconum, Herculem Alemannicum dictum. Herculem, primum virorum fortium, ituri in prælia canunt: de Germanis & Sueuis Corn. Tacitus inquit.

Rhotvvila.

Dissidium erat inter Ducem Vlricum & Rhotvvilenses: quòd hi vicum VVileram, & Herrenbergensem Præfectum Eccardum, ceperant. Sed interuentu Heluetiorum, & aliorum, sedatum & transactum est.

Reuchlini epistolæ obscurorum virorum,

Bellum etiam inter Iohan. Reuchlinum, & Colonienses doctos, natum est. Cùm enim Imp. Maximilianus mandasset Reuchlino: vt suam sententiam de Iudæorum libris scripto explicaret: num omnes (sicut quidam faciendum instarent) nec ne, cremandi essent: Archiepiscopoq; Moguntino id scriptum transmitteret, Cæsari reddendum: fecit id Reuchlinus: sententiamq; suam aperuit in libro, quem oculare speculum inscripsit. Igni autem adiudicabat, non omnia Iudaica scripta; sed tantùm quæ blasphema, hæretica, famosa & reprobatæ lectionis, essent. Hoc displicuit Iudæo cuidam baptizato, Pfefferkorn dicto, Coloniæ viuenti: qui postea 1514. propter panem Eucharistiæ profanatum, Halæ Saxonicæ carptus ignitis forcipibus, & crematus est. Hic omnes Hebraeorum libros, præter sola Biblia, comburi volebat. Sperabat fortè lucrum si pecuniâ hoc malum à suis libris redimerent Iudæi. Huic suo consilio aduersari videns Reuchlinum, famosos libellos in eum eiaculatus est: & Colonienses, Capnionis librum combusserunt. Res ita exagitata fuit, vt ad Parisienses etiam deduceretur: qui & ipsi Reuchlino infesti erant. Pontifex verò Rom. & Cardinales, qui fauebant eruditioni Reuchlini, non acceptabant accusationem Iacobi Hochstrati: qui Coloniâ Romam, ob illum oppugnandum profectus erat. Hinc natus est facetus ille libellus: qui inscribitur, Epistolæ obscurorum virorum: quibus mirificè barbaries Colonienſium Professorum exagitatur. Ac tandem maiore negotio Lutherano, hoc minus dissidium extinctum est: Reuchliniq; existimatio & auctoritas, tantò magis creuit. Describit rem Sleidanus diserte libro de Relig. & Repub. 2. Incipit libellus ille: Thomas Langschneiderius, Baccalaurius Theol. formatus, Quamuis indignus: Sal. D. superexcellenti, nec non scientificissimo viro, D. Ortuino Gratio Dauentriensi, Poëtæ, oratori, & Philosopho, nec non Theologo: & plus si vellet. De talibus nimirum viris, illud Nestoris Iliad. 1. accipi potest:

Ἀγορὴν τοίσι λιπαρὰν ἀγέρεσκε, θεὸς ἰδυίῃσι.

Iudaicis de scriptis iudicium eius.

Rector. Tybing 60. Phil. & Iac. per annum.

Acad. Tybingensis.

Doctor Iacobus Lemp.

Inscripti. Iacobus Lamerscher de Lamerschen. Baltasar Himelberger, & Ioan. Heser, Campidonenses, Iun. 29. Nicolaus Kenlin de Tuvvingen. Baltas. Kesle de VVilperg. Henricus & Engelhardus, Comites de Liningen, fratres. Thomas & Iohan. Anshelmi.

Decani Philosophiæ.

1. *M. Simon Caldeator ex Bibraco.*

Magister creatus. Iohannes Schytz ex VVaiblingen.

2. *M. Baltasar de Canstat.*

Magistri facti. Georgius Simler de VVimpina. Postea Iurisc. Gallus Myller de Fyrstemberg. Postea Theol. Professor, pastor Tubingensis.

Sodalitas fratrum Iacobitarum Galilæorum, auxilio aliorum ciuium, Tybingæ cæpta.

Campidoni cædes comperta, & vindicata.

Cædis occultæ deprehensio, & vindicatio.

Hoc 1510. anno, in Bacchanalibus, die Martis, interfectus est Ioannes Albusser (apud Albussam in Mosbachensi parochia) in Sultzbergo, punctione non magna supra genu: nec percussor sciri potuit. Quatuor postea septimanis exactis, iterum die Martis, fratres & propinqui illius, duos

Cæcopes

Auctipei ex Kelenbergo, in prouinciale iudicium Campidonum adduxerunt, ac de cæde accusarũt. Illi se innocentes affirmare. Sententia lata est, vt iureiurando se purgarent: duobus digitis, inter quos alba lana, in vulnus impositis: an non aliqua mutatio vulneris secutura esset. Primo iurante nihil noui secutum. Altero autem iurante: rubere cœpit vulnus, & sanguis exire, per pedem defluens, populo cernente numeroso. Tunc Iudices illum, vt cædis auctorem, capitis damnarunt: quo etiam supplicio affectus est publica in via, iuxta prouinciæ tribunal ac fanum. Ex M. Scr.

Obijt hoc 1510. anno diem suum Henricus Landauius, D. Lucij 1489. mortui F. qui coniugem habuit Magdalenam Altmanshofiam. Sepulti ambo Lautrachi, ad ſt. Ilarum. Fratres habuit, Iacobum 1519 & Ioan. 1513. defunctos. Filios autem, Eberhardum & Philippum. Eberhardus Canonicus fuit Constantiæ & Bruxellis. Obijt 1543. Humatus Ratelficellæ, ad inferiorem latum. Philippus autem 21. Octob. 1559. obijt: sed vxor, Margareta de VVeiler, 26. Ianu. 1563. Humati ambo in Parochiali Lautrachi Ecclesia. M. Scr. Fratrem eũ Henricum Lazius addit: & Eberhardum, Canonicum Moguntinum facit. Landau.

Obijt quoq; Philippus, Kirchbergæ Comes suæ stirpis postremus: Biblingæ in cœmeterio humatus. Miles præstans, & qui digito tantùm, poterat in pariete ferreum clauum infigere.

Surgardiæ, die Martis ante purificat. Mariæ, obijt D. Georgius Schmid, Sacellanus. Et 1. Maij, D. Iacobus Hornbach, Parochialis Ecclesiæ Vicarius.

Augustæ, Lucas Lang eques patricius, duxit Margaretham Hoferinam Monacensem.

Ibi ad D. Annam. DEO. OPT. MAX. Vdalricus Fugger Augustanus, aurea mediocritate munificus Georgio & Iacobo germa. fratribus non postbabendus; Oeconomiæ, atq; omnis æquitatis sacrorumq; rituum seruantissimus. H.S.E. Fugger Vdalri. cus.

Vixit an. LXXII. M. III.

Obijt M. D. X.

Doctor Argentoratensis Theologus, Ioannes Gailer Kaisersbergius, 10. Mart. 1510. defunctus est.

Finis Noni libri, in tertia parte Annalium Sueuicorum.

MARTI-

MARTINI CRVSII, GRÆCÆ ET LATINAE LINGVAE IN ACADEMIA TYBINGENSI PROFESSORIS, ANNALIVM SVEVICORVM, in tertia parte, Liber Decimus.

CONTINET hic liber illa, quæ à 1511. anno, vsque ad 1525. gesta sunt: extremis annis Cæs. Maximiliani, & primis annis Caroli V. eaque, multa & magna. Vt est prælium Rauennanũ: res gestæ Vlrici, Ducis VVirtembergensis, & eius exilium: Seditio paupericonradina: Ioannis Reuchlini dimicatio cum inuidis æmulis: origo actionum Martini Lutheri, & emendatio religionis: politia Austriaca in VVirtembergensi DVCATV: nobilium Franconicorum castigatio: tumultus seruilis, id est, bellum Rusticum: in his denique periculis, virtus & fortitudo fœderis Sueuici.

NVPTIÆ DVCIS VVIRTEMBERG. VLRICI CVM SABINA BAVARA. Studia Tybingensia. Cædes Comitis Sonnenbergij Andreæ. VVerdenbergenses Comites. Cæsar Maximilianus, Kaufbeuræ. Arcis Hohenkrecæ deiectio. Quædam Constantiensia. Ioan. & Georgius ab Vrbach. Nobilis Magdalena de Ovv. Matthæus Langius Cardinalis. Hypocrisis cuiusdam Annæ: & huic opposita veritas Alpaidis.

CAPVT I.

Nuptiæ VVirtemberg. Ducis Vlrici cum Sabina Bauara.

ANNO 1511. *Feb.* 23. *Ludouicus, Palatinus Elector, nuptias cum filia Alberti Bauari, Haidelbergæ celebrauit. Deinde* 2. *die Martij (Dominicâ Esto mihi) Vdalricus Dux VVirtembergensis, anno ætatis* 24. *nuptias celeberrimas Stutgardiæ habuit, cum Sabina, eiusdem Ducis Alberti filia, vxoris Ludouici Palatini soror.*

Fridericus 3. Imp.
- *Maximil. I. Imp.* —— *Philippus.*
  - *Leonora, Francisci Galliarum R. vxor.*
  - *Carolus V. Imp.*
  - *Ferdinand. Rex, postea VVirtembergiæ Rector.*
- *Kynigundis, Bauari Alberti cõiux.*
  - *Sabina, Vlrico VVirtemb. Duci nupta.* —— *Christoph. Dux* —— *Lud. Dux.*
  - *VVilhelmus Bauar. Dux* —— *Albertus.*

Intererant nuptijs. Guilielmus, Dux Bauariæ, frater sponsæ. Fridericus, SAXONIÆ Elector. Ludouicus, Palatinus Elector. Fridericus, eius Germanus. Fridericus, Marchio Brandeburgens. & vxor Sophia, Regina Poloniæ. Henricus, Dux Megalopolis: & soror eius, Landgrauia Hassiæ. Henricus, Dux Brunsuicensis, sponsi sororius. Guilielmus, Hassiæ Landgrauius. Christophorus, Marchio Badensis, & filius eius Ernestus. Guilielmus, Comes Hennenbergensis. Eitelfridericus, Comes de Zollern: & filius eius Franciscus, personam Cæsaris representans. Andreas, Comes de Sonnenberg. Nicolaus, Comes de Salm.

Alij multi, Nobilis & equestris ordinis viri. Item, Episcopi (Herbipol. & Augustanus, & Argentoratensis) prælatiq. & ciuitates. Quibus omnibus intuentibus, Episcopus Constantiensis HVGO, ad valuas collegiatæ Ecclesiæ τὸν γάμον ἐυλόγησε, coniugium consecrauit: Nympha gus loco Cæsaris, Comes Felix de VVerdenberg fuit. Feruntur adfuisse equitum septem circiter millia: tantâ, tam sumptuosa, magnificentia: quanta vix cogitari possit. Adfuerunt amplius 150. fœminæ illustres, & nobiles: eo ornatu, ea pulchritudine, cuiusmodi nunquam hominum memoriâ quisquam in his terris viderat. Duæ fistulæ fontanæ die nocteq. fluebant vino: vna albo, altera rubeo. Bibere cuius licebat, sed nihil asportare. Quid de regio luxu epularum dicatur? quid de cis, auro argentoq. oneratis? quid de precioso vestitu, torquibus aureis, monilibus, margaritis & gemmis? quid de choreis, de hastiludijs, de omni pompa, & decoro, splendore? Calliope Homeri mihi

Fons vino fluens.

quantus

quamuis eloquens, ad explicandum non sufficeret. Marpachij quoq; multi ludi: sagittarij, curſus, olla fortunæ, & alia: magnificentißimè denique, amicè, hilarè, proſperè, pleraque omnia hactenus peracta. Lorchensis Abbas Sebast. C. Aureos obtulit: Eßlinga, craterem splendidum: in cuius operculo, armatus signifer: cum scuto in sinistra, in quo nigra aquila. Alij multi, magnificè has nuptias honorarunt. Dux deinde, tranquillitatem nactus, consilijs, iurique dicundo, frequens adesse: sequenti tempore, venatione mirificè delectari, ac splendidam aulam attere. Sed eamus iam ex aula ad scholam, & ad alia.

RECTOR TYBINGENSIS 61. MAII.

1. per integrum annum.

VVendelinus Steinbach. S. Theologiæ Magister. — *Schola Tybingensis.*

Inscripti.

M. Iacobus Spiegel Seleſtad. 7. Aug. Cæſ. poſtea Maieſtatis Secretarius. Is 1531. Scholia in Guntheri Ligurinum ſcripſit. Vlricus VVieland ex Vlma, Sept. 27. Huius boni concionatoris Euangelici in Xenodochio Vlmæ ego anno 1540. conuictor eram, Scholam viſitans. D. Albertus Schenck, ſemper liber B. Lympurgenſis, Eccleſiarum Argent: & Bamberg. Canonicus. D. VVilhelmus Schenck, frater eius. Antonius Langemantel Auguſtanus. Sebaſtianus Schertlin Schorndorff: 9. Ian. Anno 1512. — *Schertlinus.*

DECANI ARTIVM.

1. M. Amandus Mægling.
Magiſtri Vrachij promoti. Vdalricus Rochenburgus ex Vlma. Nicolaus Fabri ex Stauffen.

2. M. Iohannes Sigmar ex Gamundia.
Magiſter promotus. Georgius Gottbrot Eßlingenſis.

Horologium, illu horas notans, Tybingæ in Curia oppidana, 1511. factum eſt. Migrauit Tybingam alter Typographus (Anshelmum intelligo) Pforizemio. Odium erat grande Felicis, VVerdenbergij Comitis, in Sonnenbergium Comitem Andream: ab eo die, quo Felix fuerat illuſtriß. Sponſæ Sabinæ ductor, conatus eſt equidem Dux Vlricus, die præſtituto, inter ipſos transigere. Sed anteuertit bono proposito, perniciosus Genius. Cùm enim Comes Felix, vir parous, die illo sponsam elatè duceret: Comes Andreas de fenestra clamauit: Altè satis, VVerdenbergi. Hanc vocem hic, vt ab altero despectus, ægerrimè ferre: ac post rem diuinam peractam, eminari. Sonnenbergius, vir corpore ingens, Quid verò efficeres, inquit, tu studentule? si digitum ego inter dentes tuos ponerem, non auderes mordere. Felix rem interea dißimulat: postea inermem armatus obseruans, ad venationem egressum, & nihil tale metuentem, in agro Riedlingensi 4. Maij 1511. occidit: testibus Baselio & Tettingero. Hæc cædes VVerdenbergio, per gratiam ab Imperatore Maximiliano remissa fuit. Obijt deinde 1530. in Comitijs Augustanis, repentinò: & cum eo extincta est hæc antiquæ celebritatis familia. Hæres eius fuit Comes Fürſteinbergius Fridericus (VVilhelmi, qui Proteſtantibus poſtea 1546. aduersus Carolum V. militauit, frater) ad quem fratris illius Christophori filia Anna, pro dote VVerdenbergensem (Comitatum attulit, vt vnica huius hæres. Possidebant VVerdenbergam (oppidum & arcem in Rhætia) Comites antiqui VVerdenbergenses. Qui cùm essent multi: diuisi sunt in Sarganſam (oppidum & arcem, quasi sanam casam: vel à fluuio Sara) & Veldkirchum, & Heiligebergam, & Herrenbergam arcem in comitatu VVerdenbergensi, prope pagum Seuolam: ædificatam ab Herrico, Comite Montisfortis: qui curiæ Episcopus quinquagesimus tertius, ab anno milleſimo, ducenteſimo, quinquageſimo ſecundo, vſq; ad milleſimum, ducenteſimum, ſeptuageſimum ſecùdum annum fuit. Qui VVerdenbergenses, oppidum VVirtenbergiæ Herrenbergam ædificasse dicuntur. Quorum Insigne, plerunque fuerit vexillum nigrum. Vixit Rudolphus de VVerdenberg circa annum nongenteſimum, triceſimum quintum, VVolfgangus, nongenteſimo quadrageſimo. Henricus, nongenteſimo, quadrageſimo octauo, Rudolphus, milleſimo, octingenteſimo, Ludouicus, 1165. Henricus, 1197. Rudolphus, milleſimo, ducenteſimo nono, Hugo, milleſimo, ducenteſimo, trigeſimo quinto, Albertus, 1311. Hartmannus & Rudolphus, milleſimo, trecenteſimo, quinquageſimo primo. Iohannes, 1374. Hartman, Iohannitarum Magiſter, 1377. Albertus, 1392. Rudolphus, 1405. Eberhardus, Vlricus, & Chriſtophorus, 1485. Rudolphus Iohannita, 1500. Stumpf. lib. 10. cap. 29. — *Sonnenbergius C. Andreas, à Felice VVerdenbergio interemptus. VVerdenberg. Sargans. Herrenberg. VVerdenbergenses Comites.*

D. verò

D. verò Gabelcouerus, duas fuisse ait VVerdenbergiorum Comitum lineas. Vnam, in Heluetijs, Saraganſiam: alteram autem, circa Bodamicum lacum. Ex poſteriore natum fuiſſe Felicem: Georgij ex Catharina Badenſi Marchioniſſa F. Ioannis, qui Eliſabetam VVirtemberg. Comitiſſam vxorem habuerit, N.

Kaufbeura, Cæſar Maximilianus.

Erat hoc anno Kaufbeuræ Cæſar Maximilianus: qui 10. Maij, horâ ſeptima antemeridiana, valetudinis causâ lauit in Parthenône S. Claræ. Poſtea in refectorium conuocauit ſorores, & ſalutauit clementiſsimè: ac ſingulis, quoad viueret, dandos eis decreuit ex Oeniponte 25. aureos. Deinde, Magiſtræ Annæ Linderinæ, ſingulisq; Nonnis, manu data: ſe eis fore clementiſsimum pollicitus, valedixit. Bruſch. M. Scr.

Hohenkrea grciu deiectio.

Arx Hegouienſis Hohenkrea, 1511. (alij 1512.) iuſſu Cæſaris, quòd prædones & proſcriptos ibi exciperentur, menſe Nouembri, à fœdere obſeſſa eſt: triduoq; quamuis inuicta videretur, bombardis decuſſa, & deſtructa. Hinc Nobiles aliquot, Noribergenſibus infeſti redditi. Qui arcis illius defenſores, aut fautores, fuerant: ſcripſerant ſe: Gottes Freund/ vñ aller Menſchen Feind.

Schlætz.

Priuſquam autem Halenſes eò venirent; arx iam erat capta. Eorum enim DVX Philippus Schlætz, cuius vxor erat Langemantelina, Auguſtam ad affines equitârat. Itaq; multauit pecunia Halenſes fœdus. Ait Reißnerus, interfuiſſe huic bello G. Fronſpergium: & G. Liechtenſteinium, Ducem exercitus fuiſſe. Fuerat illa arx (inquit) Fridingerorum: ſed tunc ad Trebitzerum pertinebat: Chriſtophorus Hauſer eò duxerat aliquot Kauffbeurenſes captiuos.

Conſtantia C. conatus.

Meditabatur Senatus Conſtantienſis (Baſelio teſte) defectionem ab Imperio ad Heluetios. Hoc ciuibus, præſertim Piſcatoribus, diſplicuit. Qui effecerunt, vt trecẽtis â Cæſare equitibus ſubſidio miſsis, vrbs in fide retineretur: ſupplicio de maleuolis aliquot ſumpto, ac quibuſdã expulſis.

Turribus Conſtantiæ igne conſumptis: decidens ingens CX. centenariorum campana, confracta eſt.

Vrbuſen. Vrbach.

Fridericus de Vrbuſen, & vxor eius Euphemia de VValdthuſen, huiusq; fratris filius Conradus, vendiderunt Ioanni & Georgio de Vrbach, bona ſua in caſtro Lineck (domos, muros, foſſas, molendina, prata, ſyluas, hortos, &c.) CL. aureis Rheuenſibus iuſti ponderis. Signatores, D. Ioannes Sturmfeder eques, & Conradus de Henberiet: conſentiente quoq; Agnete, ſupradicti Conradi ſorore. Die Iouis ante omnium Sanctorum. Circa Lorcham. Euſtachyus à Tungen, præ-

Tungen. Ovv. Feldorff. Neuneck.

dam egit de Schenckio Gottfrido, & Ruſticos abduxit circa Halam. Magdalena de Ovv, nata ex genere Neunecciorum, filium habebat Philippum Mægezerum de Feldorf. Ea, cùm ſibi à patre ſuo Ioanne Neuneccio pecunia debita non perſolueretur, ſponſori Rudolpho de Ebingen obſtagium denunciauit. Ich ermane dich in krafft deiner Verſchreibung: daß du in den nechſten acht tagen/nach dieſes mahnung / wolleſt gehn Tüwingen in deß Stältzers Hauß mit deim ſelbs Leib/vnd einem räyſigen Pferd/infahren/ vñ in Leyſtung ziehen: oder, wo du nit ſelbs leiſten/einen räyſigen Knecht/mit einem leiſtbaren Pferd/ dahin an dein ſtat ſchicken: vnd alda leiſten/ꝛc. biß mir volkomme bezahlung beſchehen iſt/ꝛc.

Langius Cardinalis.

Matthæus Lang, Epiſcopus Gurcenſis & Salisburgenſis, ac Cardinalis ab Iulio 2. factus: vt ſibi demereretur capitulum cathedrale Auguſtanum, cuius Præpoſitus inuiti fuerat: hoc ei priuilegium à Papa impetrauit: vt poteſtatem in poſterum liberam haberet (ſcribente Gaſſaro) eligendi ſibi maioris præpoſiti quouis tempore. Item, à Cæſare impetrauit Cathedrali Præpoſituræ Auguſtenſi noua Inſignia. Idem Pontificali indulgentia, Canonicos Salizbulgenſes abſoluit ab habitu poſthac Canonicorum D. Auguſtini: quem totis annis 400. geſtauerant. Idem emit 1507. Arcem VVellenburg, non procul Auguſta, à ciue Antonio Haugengero, inſtauraurat permiſſu Cæſaris: nobilitatem ſibi, & ſuo generi, in eam comparauerat. Itaq; Langij de VVellenburg appellabantur. Sed non amplius ea familia ſupereſt. Henning.

Auguſtæ, Iacobus Fillinger, Imperij Theſaurarius (Schatzmeiſter) Vrſulam Adlerinam patriciam duxit.

Hypocriſis fœminæ Auguſtanæ.

Virgo quædam (ſic putabatur) nomine Anna, quadragenaria circiter: cibo & potu, ſomno, abſtinere ſe fingens Auguſtæ: ſanctitatis nomine mirè celebrabatur.

Qua hypocriſi, & Imperatorem & Principes decepit. Tandem ſimulatio hæc, deprehenſa eſt: ipſaq;, in exilium ejecta. Cùm autem Fribergum Voronciorum (Vchtlandiæ) veniſſet: in manus iudicum incidit, & aquis ſuffocata eſt. Melior fuit olim mulier.

Alpaidis inedia.

cui nomen Alpais: ſicut Vincentius lib. 30. cap. 23. ſcribit. Hæc circa Annum Chriſti 1180. Nata ex infimo genere hominum, bubulca. Ea verò nihil comedebat: ſed toto corpore miſera, propter

propter saniem effluentem, semper iacebat, sui impotens. Sæpe verò extra se rapta, cœlestia videbat, atq; inferna. Dicebat, terram cœli comparatione esse punctum: futura prædicabat: bona consilia dabat.

Obijt Conradus Summenhart, Tubingæ D. & Professor Theologiæ. *Summenharti obitus.*
Stutgardiæ obijt 1511. Barbara Beilina, vxor Martini Ramingeri: qui eã 1513. secutus est.

TREVERICA CÆSARIS MAXIMILIANI COMITIA. VARIÆ RES in Italia gestæ: Brixiæ dira expugnatio: & Pontificij exercitus apud Rauennam clades. Particula Genealogiæ nobilium à Friberg. Scholastica, & alia, Tybingensia. S. Otilia Altitonensis Ophthalmica. Antiquitas Regelianæ familiæ nobilis. Fortuna Monasterij Murrhardensis. Lorchensia quædam. Eitelfriderici, Comitis Zollerani, obitus. Discordia Halæ Sueuicæ. De hodiernis Generosis Fuggeris.

CAPVT II.

ANNO 1512. mense Aprili, Comitia Cæsaris & Principum, ac multorum exterorum legatorum, Treueri acta sunt. De bello Veneto: de Papæ declinatione ab Imperatore. Item, varia contra grauamina, atque etiam blasphemias. His quoque interfuit Vlricus, Dux VVirtembergensis. Qui à Zuifaltensi Abbate non impetrans, quæ voluerat, domum properauit, atque cepit eum: & Neuffam deductum, ibi custodiuit. Ideo Constantiensem Episcopum habuit aduersantem sed Papam fauentem. Biennio pòst liber factus est Abbas: & res, composita. *Comitia Treuerensia.* *Zuifalt. Abbas, captus.*

Erat hoc tempore Pontifex Iulius, Venetis amicus, & Galliæ aduersarius: ac Cæsar voluit, cùm videret parum seruari fœdus: ne quis Germanorum ad Gallos militatum iret. Emicho verò, Comes Leiningensis, contra interdictum militet Gallis conduxit. Ideo iussu Imperatoris, ei Ludouicus Palatinus arces aliquot eripuit: & Vlricus VVirtemberg. arcem Hartenburgum. Basilius. *Leining. Emicho.*

Clarebat eodem tempore Michaël Kochlin, vel Coccinius, Tybingensis: cuius suprà mentionem fecimus. Is fuerat profectus in Italiam: eratque Viti de Furst. Gubernatoris & Vicarij Ducatus Mutinensis, Cancellarius. Eius libellus de rebus gestis in Italia, ab anni 1511. Maio, vsque ad Cal. Maij 1512. Tubingæ editus est. Ex quo, de hoc temporis spacio, breuius quædam commemorabo, præsertim de clade Papalis exercitus ad Rauennam. *Coccinius Michaël.*

Cum Matthæus Lang Augustensis, Episcopus Gurcensis, 1511. nomine Cæsaris Maximiliani esset ad Papam missus: quo efficeret, vt Veneti omnibus, quæ in continenti Italiæ possiderent, cederent (dempto Teruisio & Patauio, quæ ambo in feudum ab Imperio recognoscerent: certam Cæsari pecuniam pro eisdem quotannis pensuri) propositum non obtinuit. *Res Italicæ.*

Gallis suppetias vênit Georgius de Fronsperg, cum mille peditib. Germanis. Et ante eum, Diepoldus do Stain, cum 800. peditibus. Aderat Gallis etiam Iacobus de Embs, cum plus 2200. peditibus. Bononia se Cæsari dedidit: & Bentiuoli, antea à Papa electi, sunt restituti. Coccinius his rebus interfuit. Cessit Ecclesiasticus exercitus. *Fronspergius Georgius.* *Bentiuoli.*

Ioan. Franciscus Picus, Mirandulæ Comes, hoc oppidum Cæsarianis tradidit, nempe Iacobo Triultio. Ipse Florentiam se contulit, vt instituto patrui sui ibi philosopharetur. Sic & oppidum Carpi ab Alphonso, Ferrariæ Duce, Cæsariano, captum fuit. Cum concilium à Cæsare & Gallo, 1511. Pisis indictum fuisset, contra Pont. Iulium: hic contrà concilium indixit ROMÆ, celebrandum ad Festum Paschatis 1512. œcumenicum. Atque, vt magis impediret illud Pisanum: Regem Arragoniæ Ferdinandum (qui bellum habuerat cum Tunetano seu Numida Rege Saraceno, eumque sibi tributarium fecerat) in fœdus suum asciuit. Bononiam Hispani obsidebant: sed Galli contra eos subsidio currebant. Brixiam Veneti occuparunt, attractis iunctis à ciuibus: Gallis præsidiarijs in arcem fugientibus. Horum vnus à ciue captus, salutem suam 500. Ducatis ab eo pactus, & rustico habitu indutus, cùm pecuniam tradidisset: ab eodem ciue proditus est. Rustici ventrem eius aperuerunt: atque corde in plurimas particulas dissecto, alius alij portiunculam virgâ porrexit. Crassiorem ventris partem in os eius inferentes, dixerunt: Tu te ex nobis saturasti, & crassum fecisti: nunc tua te pinguedine pasce. Etiam mulieris Gallicæ, quam occiderant, naturam ciues & rustici in virga detulerunt. Sic Brixienses, quoscunque Gallos nacti sunt, miserabiliter prodiderunt. Breui pòst terræmotu vrbs tota contremuit. Facta hæc Brixiæ 1512. circa exitum Ianuarij sunt. Feb. 12. præsidium, quod VENETI Brixiam versus mittebant, *Mirandula.* *Carpi op.* *Bononia.* *Brixia.* *Crudelia.* *Terræmotus.*

mittebant, circa locum insulæ della Scala, dissipatum à Gallis est: plurimis cæsis, captis, in Athesim flumine submersis. Postridie Philippus de Friberg, Veronâ cum 1800. peditibus Germanis egressus, hostes fugientes persecutus est: & eorum bombardas minores abstulit, maiores pulvere incenso dissipauit. Postea se cum copijs Gallorum coniunxit.

Fribergius Philippus.

Parabatur obsidio Brixiæ à Gosthio Foiso Gallo, Duce Nemorosio. A quo missus Leonhardus Ruch Sueuus, cum mille sub Iacobo Embsio Germanis, Monasterium quoddam in monte post arcem Brixiensem (à Venetis munitum, ne Galli arcem ibi inuadere possent) expugnat: & præsidiarios Rusticos mille, occidione occidit. Proclamatione deinde facta à Gosthio: quinam volent esse primi ad portam arcis, per quam via ad vrbem est: iuerunt trecenti pedites Germani: inter quos ex Sueuiæ nobilibus erant: Ioannes Spæt de Pflumer. Burckardus de Embs. Ioannes Harder. VVolfgangus de Ehingen. Georgius de Vfenloch. Ioan. Sigismundus de Friberg. Ex Saxonibus: Fabius de Schlaberdorf. Gotthardus de End.

Gosthius. Foii.

Sequebantur 300 Vascones: & 500. equites grauis armaturæ, qui pedibus erant ciuitatem ingressuri: inter quos, Gosthius. Postea, vniuersus peditatus Germanicus & Francicus. Incedebat agmine, Iacobus Embsius, & Philippus Fribergius, cum 3800. Germanis. Intra vrbem erant equites grauis armaturæ 400. Velites balistarij 1000. Stratiotæ (ex Epiro) 800. & 2000 pedites. Rustici & ciues amplius 6000. Gosthius cum ordinibus ad quartam horam diei 18. Febr. contra arcem stabat. Eius iussu, Iacobus Embsius, & Philippus de Friberg, Alemannos ad fortitudinem cohortati sunt.

" Commilitones optimi (inquit Fribergius) Galli statuerunt oppugnare Brixiam, quia deditionem facere recusat. Sperant autem vestris eam se viribus expugnaturos. Ergo pristinæ gloriæ & Germanicæ virtutis, memores: estote strenui, firmi, constantes. Dux, & nobilissimus quisq; totius regni, statuerunt aut mori vobiscum, aut victoria potiri. Populo Citadellæ parcite: quia Gallis fauet: sed per reliquas vrbis partes, ferro & prædando grassamini.

Brixiæ funestatio.

Ex arce deinde irruptione in vrbem facta: & vbiq; Venetis ciuibus q; pulsis, ea capta est 18. Febr. 1512. ac miserandum in modum funestata: occisis ipsorum, in plateis & domibus, plus vndecim millibus. Pauci ex Germanis & Gallis interierunt. Postridie, parci iussum. Vehementer territus hac clade Pontifex est, ac de pace cogitauit.

Belgium interim Cæsar petebat: vexante Holandiam (Ludouici Francorum Regis auspicijs) Geldrienſi Duce Carolo: Comitatus exercitu Ludouici Palat. & VVirtemberg. Ducum Vdalrici.

Rauennæ obsidio.

Redegerat antebac Rauennam in potestatem suam P. Iulius. Ea cæpit 8. April. à victoribus Brixiæ obsideri: exercitu amplius 22. millium peditum & equitum. Hispani succursum perrogebant obsessis: dicebanturq; 18. millia peditum esse, duo millia equitum, grauis leuisq; armaturæ. Sed non tot fuerunt.

Prælij præparatio.

Postea 11. die April. qui erat dies Paschatis, ad manus prælium que ventum est. Primus autem, iubente Gosthio, Embsius & Fribergius suos Alemannos tali cohortatione animarunt.

Militaris exhortatio.

Strenui fratres, commilitones charissimi: destinatus est hic dies pugnæ Gallorum & Hispanorum. Ac, quia Galli spem in vestra virtute ponunt: vos, memores pristinæ virtutis, & gloriæ Germanici nominis, fortiter vos gerite: ne à maiorum gloria deficiuisse videamini, neue nostrum dedecori simus. Proinde tanquam soli, pro vita & gloria vestra pugnate. Id nisi feceritis: de manibus Rusticorum non euadetis. Ergo constantiam adhibete: propositam habete aut victoriam, aut mortem. Verùm vt vincamus: votum facite singuli: nos proximo die Sabbati, ad honorem Dei, & beatissimæ virginis Mariæ, pane & aqua ieiunium acturos.

Acies Gallica.

Primi agminis Dux (Anteguardiæ) Alphonsus, Ferrariæ Dux. Robur exercitus ducebat Gosthius. Postremo agmini (retroguardiæ) Ductor erat Gallus, cui nomen, Grandis BOLVS.

Acies Hispanica.

Primum agmen ducebat Fabricius de Columna. Robur exercitus, Vice Rex Neapolis. Raimundus de Cardone, & Petrus de Nauarra. Vltimum, Comes Romæus de populo Bononiensi.

Prælium ad Rauennam atrox.

Tum verò, prælij inceptio facta est: pugnatumque horribilem in modum. Vnus globus Hispanici tormenti, XL. Germanos ordine sustulit. In quorum locum alij sunt à Germanis statim substituti. Vascones, globorum populationem non amplius ferre valentes, ad Germanos se re-

gere: sed hi eos lanceis, & alijs armis, repellere: ne sua acies turbaretur. Lanceis gladijsque deficientibus: res glebis terræ, ac morsu dentium, gerebatur. Victoria tamen penes Francos & Germanos mansit. Galli Germanis potestatem faciebant, lucri causa excursiones faciendi. At nos (inquiunt Germani) hîc stetimus pro honore & gloria, non pro præda & lucro. Tum genibus flexis, suppliciter Deo gratias agebant pro victoria parta.

Occubuerunt ex Hispanis ad 9. millia: ex Germanis, mille: ex Italis & Gallis, duo millia. Ex Gallis, Gosthius, Comes de Foix (non multò amplius XX. annos natus) à peditibus Hispanis occisus est, cùm in foueam incidisset. Ex Germanis perierunt, Philippus de Friberg, ante conflictum, eodem globo, quo Molardus Gallus: Iacobus de Embs, in conflictu: ac Fabius de Schlabersdorf. Item, Ioannes Sigismundus de Friberg, Gotthardus de End, Nicolaus VVies, Georg. Empser, Dux Linser. Nempe ex 12. Germanorum Ducibus, nouem: cum nobilibus circiter XL. Postea Rauennates deditionem fecerunt. Funus Gosthij, per vrbes Bononiam, Mutinam, Parmam, & Longobardiam in Galliam translatum est: præcedentibus feretrum 18. Vexillis Hispanorum, quæ eis erepta fuerant. Prælato item gladio aureo proregis Neapolitani Raimundi (qui aufugerat: sed Petrus de Nauarra captus erat) quem Pontif. Iulius eidem donomiserat. Præcessit & crux legati. Ita Gosthius, qui vinus non triumphauerat, exanimis triũfauit.

Gosthij interitu.

Et Fribergensium duorum nobilium.

Triumphus Gosthij mortui.

In hanc sententiam, Coccinius. Quibus de Hardero supradicto hæc addo ex viro fidedigno. Erat hic Harderus, Signifer. Ad cuius vsq; vexillum, in pugnando peruenerunt hostes. Horum vnus, cum extenta manu, illud ei eripere conaretur. Harderus id sinistrâ tenens, mox dextrâ gladium suum (more illorum temporum breuem & latum. Seinen Landtsknechtischen Dägen) è vagina eripit: hosti caput ita amputat: vt id in sinum vexilli incideret. Mirus profectò, miri mitro in reti mugilis, piscator.

Harderus signifer.

Simon Fornar. 33. cantu Ariosti, de eodem prælio.

In quella battaglia, che fu sopra ogni altra sanguinosa, tutto il fatto per via dell' artiglierie auenne: le quali Cosi dell' vna, come dell' altra parte scoccando, miseramente abbateuano La torme.

Ibidem Ariostus de P. Iulio.

Si morde il Papa per dolor le labbia.

Cùm deinde Cæsar Maximilianus, inito fœdere cum Hispano & Anglo, Francum domi nouo bello implicaret: Papa, excitis auxilio nouis Heluetiorum cohortibus (quæ Venetis fuêre copijs auctæ) Gallos rursum expulit: Bononiam, Bentiuolis iterum ejectis, recepit. Restitutus est Maximilianus quoque Sfortia in Ducatum Mediolanensem, quem Galli tenuerant. De Papa sic Heluetios excitante, ab Ariosto dicitur:

Papæ Iulij successu.

E fa da monti, à qui sa di tempesta,
Scendere in fretta, vna Tedesca rabbia:
Ch' ogni Francese, seroza mai far testa,
Di qua dal' Alpe par che cacciat' habbia.

Genealogia supradictorum Fribergorum, ex genere Eisenbergensium & Steuslingensium.

Fribergenses nobiles.

1. Thomas, anno 1030. eques auratus. Vx. Margareta Gundelfingensis.
2. Burckardus, eques. Vx. Leonora, Baronissa de Rieden.

Posteri quos multi desiderantur.

1. Burckardus, 1350. Vx. Cordula, Baronissa de VVinterstetten. *Insignia hactenus cum 9. Vitellii.* Sequentium iam, cum tribus.
2. Henricus, eques, Angelbergæ. Vx. Regina ab Hohenlandenberg.
3. Fridericus eques, Steußlingæ. Vx. Sidonia de Hoheneck.
4. Petrus, Eisenbergæ. Vx. Sibylla de Klingenstain.
5. Sigismundus, eques. Vx. Dorothea Thummia de Thummenburg.
6. Ex Sigismundo & Dorothea, liberi sex.

Philippus, Dux exercitus, qui 1512. ad Rauennam perijt.
Fridericus. Vx. Helena de Senge: cum qua natus est dimidium ditionis Kisleccia.
Caspar. Vx. 1. Apollonia: cum qua accepit Althein. 2. Catharina de Rechberg.
Ioan. Sigismundus, Dux peditatus, cum fratre Philippo interijt.
Amelia, nupta Vlrico Schlandenbergio in Radun.
Veronica, nupta Baltasaro Schellenbergio in Kisleck.

Satis, de rebus in Italia factis. Redeamus in Germaniam.

Eodem 1512. anno, Sueuica nobilitas, misso Comite Vlrico Montefortensi ad Cæsarem, impetrauit confirmationem fœderis Sangeorgiani clypei. Tunc factus est Rudolphus de Ehingen, Vicarius (Statthalter) ordinis equestris ad Nicrum & Nigram syluam.

Viuebat Paulus à Liechtenstein, Capitaneus fœderis Sueuici.

Rector Acad. Tybing. 62.

Doctor Iohannes Schemer ex Offterdingen, die Phil. & Iac. per annum.

Tybing. Schola.

Inscripti.

Michaël Heß Noribergensis. Sebastianus Sperberseck. Sigismundus Herter. Philippus Schwartzerd ex Pretten, Septemb. 17. Est Melanchthon. Iacobus Krafft Vlmensis. Theodoricus Spæt, Præpositus Stutgardianus.

Decani Philosophici.

1. M. *Sebastianus Loner Balingensis. Creatus Magister, Ioan. VVidman, Nordlingensis.*

2. M. *Simon Keßler Bibracensis.*

Creati Magistri. Iohan. Brastperger Vracensis. Iohan. Herolt ex Hallis. Petrus Hablyzel ex Kilberg.

Baccalaurei. *Martinus Klaß ex Vhingen. Frater Ambrosius Plarer ex Constantia. Iacobus Dachtler ex Herrenberg. Vlricus VVieland ex Vlma.*

Ziegler.

Die Mercurij post S. Crucis, Gregorius Ziegler, Capellanus Reutlingensis, stipendium Tybingæ fundauit binorum adolescentum, ad studium Theol. in Realistarum contubernio educendorum: Reutlingensibus Consulibus Senatuque, eius stipendij custodibus.

Asinus Palmarius Tubingensis, quem antea pueri traxerant, mandatus 1512. est trahendus Pistoribus & Lanijs. Item, gestifft ein Seelhauß (valetudinarium) am Kornhauß. Item, 14. Octob. incepta turris in cœmeterio S. Iacobi.

Reuchlini defensio contra Sophistas.

Hoc tẽpore Ioannes Reuchlinus à Coloniensib. barbaris tũc Doctorib. exagitatus, haud ignauè se defendit. Moriendũ enim (inquit in quadã Epistola) semel: infamiã verò patiendũ nunquam.

Lamparter Simon.

Simon Lamparter, & vxor eius Apollonia Tybingensis, Caluæ habitantes, filiũ anniculũ habebant Leonhardũ: natum 1511. pridie Lætare, mediâ quarta antemeridiana. Hunc ancilla ipsorum, Ioannis Freuelij Tybing. filia, importunè in cellam penuariã, quò ab hera missa erat, portatũ, fortefortunâ parieti illisit. Inde puer visu priuatus est. Quẽ cùm pater Schorndorffã, ad conductũ à Duce Vlrico Ophthalmicũ tulisset: respõdit is, oculos nũquã amplius curabiles esse, vtpote collisione fractos. Tãtùm à Deo salutẽ esse poscendam. Ipse igitur eodẽ anno, die Visitationis Mariæ (pro superstitione, quæ animos hominum occupauerat) peregrinatus est in mõtem S. Otiliæ iuxta Obernæham: voto facto, puerum, vbi visum recepisset, atq; adoleuisset: gratitudinis ergò ad S. illam virginem profecturum. Sed obijt is die S. Matthæi, eiusdem 1512. anni.

Ophthalmicus Schorndorffæ.

S. Otiliæ mons.

Schechingen.

Nobilis vir viuebat, Vlricus de Schechingen: & Schorndorffæ Cellarius Hainricus Belshain: qui literas quasdam signarunt.

Die Mercurij post S. Sebastiani hoc 1512. anno, Conradus Abbas Casariensis (zu Kaißheim) Georgijs duob. patri & filio, VVerdæ habitantib. ex familia nobili antiqua Regeliorum ortis, testimonium de hac nobilitate, ex literis, quæ in hoc Monasterio essent, petentib. humaniter dedit. Ibi ergo hæc reperiuntur de Maioribus illorum: qui olim circa hoc cœnobium habitauerant.

Regelianæ familiæ antiquitas.

In dem Namen deß HErrn/Amen. Ich Friderich/ genannt Regel/ Truchseß vnd Hoffdiener deß erleuchten Herrns/Graff Berchtolds von Greißpach/ꝛc. Zu welches alles vestigung/hab ich diesen Brieff/ durch meines vorgemelten Herrn Sigil verordnet vnd versichert. Zeugen/ Herr Hainrich/ der Ehrwirdig Apt von Kaißhaim: Bernolt/ genañt von Aßlabingen/Schenckmeister: Otto/sein Jeger/ꝛc. *Datũ 1289. Idib. Ianuarij.*

Et adducuntur antiquiores Regelij.

A. 1188. Indict. 5. testis in literis Othonis, Episcopi Aichstettensis, inter alios Marquardus Regel: cùm Papa esset Clemens 3. & Fridericus Imp. anno Imperij eius 37. als sein Sohn Hainrich/deß Reichß Statthalter war.

A. 1193. Testes literarum, Otho Episcopus Bambergensis: Conradus, Dux Sueuiæ: Philippus, Imperatoris frater: Gotfridus, Comes Rordorffensis: Fridericus Truhendingensis: Henricus de Spilberg, Berchtoldus de Heben, Berchtoldus de VVeissenborn, Berchtoldus de Kunigsperg, Otho de VVerdin, VVolf (al. Gevvolfus) de Funffstat, Regel von Altißhaim/ꝛc.

Heben.

A. 1194

*A.*1194. *Imp. Henricus literas dedit. Ibi:* Vnser treuwer Graff Berchtold von Lechsgmünd/ vnd Agatha sein Ehliche Haußfraw/ vnser liebe Mumen. *Testes: Henricus de Spitberg: VVickmannus & frater eius VVolframus, de Rorbach; VVolf, & frater eius Marquardus, de Funffstatt: Regel, & omnes fratres eius. Renouauit deinde Agatha rem. Testes: Regel de Altúhaim, &c. & confirmauit, assentiente filio Berchtoldo. Subscripserunt: Otho, Episcopus Babenbergensis: Conradus, Dux Sueuiæ: Philippus, Cæsaris frater, &c. Regel de Altuhaim.*

*A.*1244. *in literis Berchtoldi, Lechsgmundani Comitis, testes ponuntur: Regel de Althaim, Berchtold de Harburg, Heinricus de Vogelsberg, Heinricus de Schvvinsbeind, &c.*

*A.*1279. *Berchtoldus, Comes Greisspachensis, transactionem quorundam bonorum inter Abbatem Cæsariensem, & fidelem suum Regelium de Gansbaim, literis firmauit. Testes: D. Marquadus de Funffstatt: D. Fridericus Truchsæss, genannt Regel: D. Albertus, dictus VValter, &c. equites aurati.*

Hoc testimonium, ab Abbate Cæsariensi, Rigeliorum duorum Georgiorum petitioni benignè concessum est: vt ipsorum etiam posteri, quocunque terrarum venirent, tantò humanius haberentur. Quorum petitionem nobilis quoque, & strenuus eques, D. Balthasar VVolfius de VVolfsthal: Cæs. Maiestatis Consiliarius, Camerarius, & Præfectus VVerdæ & VVeissenburgi, adiuuerat. In Regelianis Insignibus, est recuruus piscis (lupum puto) capite & cauta sinistrorsum conuersis. Habuit in matrimonio Georgius Regel, VVolfiam VVolfsthalensem. *Testimonij illius vtilitas.*

Eodem 1512. *anno, pro Philippo, qui hactenus Abbas Murrhartensis fuerat, Abbas adscitus est nouus, ex cœnobio Lorchensi, Osualdus. Sed, cùm id obæratum esset, excessit: & Monachi dispersi in alia cœnobia sunt: duobus tantummodo Oeconomis relictis: si fortè sic ab ægritudine Monasterium conualescere posset. At nihil aris alieni dissolutum est: sed plus interim pecuniæ, mutuum sumptum: ac* 1519. *demum anno, fratres Principi Vlrico ante Reutlingam in castris supplices facti, postliminio restituti fuerunt: & hospitum ibi diuertentium numerus, imminutus est. Ipse Osualdus, ex Abbate rursum conuentualis est factus: ac Martinus Mærlinus, vir prudens & strenuus, ex Magno Cellario Abbatiam postea cepit.* *Murrhartenses Abbates.*

Datur 1512. *die Lunæ post Reminiscere, testimonium à Præposito Elvvangensi Alberto, Abbati Lorchensi Sebastiano: quòd anno secundo sui regiminis, instauraverit anno dicto Christi, castrum Monasterij Lorchæ Lineck: propter cœnobij sui vtilitatem, vel ius feodale conservandum: & in atrio eius sacellum fecerit, ac consecrandum curauerit.* *Lorchenses. Lineck.*

Consecratum autem id est 26. *Aug.* 1512. *ab Henrico, Episcopo Adrimitano, Augustensis Episcopi Henrici in Pontificalibus Vicario generali: in honore B. virginis Mariæ, & S. Nicolai Confessoris: sacelli verò altare, in honore S. Annæ matris Mariæ: & post alios, etiam Quatuordecim auxiliatorum: quorum* αὐκγνοβόλων, *siue* ἀλεξικάκων, *nomina sunt: Georgius, Blasius, Erasmus, Pantaleon, Vitus, Christophorus, Dionysius, Cyriacus, Eustachyus, Acacius, Ægidius, Leonhardus, Katharina, Margareta, Barbara. Idem suffraganeus* τοῖς ἐπὶ ἐκκλησίαις, καὶ τὰ ἀγιώτατα ποιοῦσι, μετ' ἀληθοῦς μετανοίας, *largitus est (vt moris) indulgentias criminalium per* 40. *D. & venialium per* 1. *A.*

*A.*1512. *Iun.* 18. *obijt Comes Itelfridericus de Zollern, S. Imperij Archicamerarius, Cæs. Maiestatis Curiæ Magister, Capitaneus ditionis Hohenbergensis. Omnia orta, occidunt: & aucta, senescunt sola virtus manet.* *Zollerensis Eitelfritzius obyt.*

Jch Eitelfridrich/ Graff zu Zollern geborn:
Deß Heiligen Römischen Reichß Erbkämmerer erkorn/
Ward ich bey König Maximilian/
Als sein Hoffmeister/ allzeit vnderthan:
Vnd Hauptmann deß Hohenberger Land:
Hett ich im widerkauff zu vnderpfand:
Vnd darzu die Herrschafft Haigerloch erblich.
Mit meinem Bruder Bischoff Friderich/
Macht ich diesen Stifft meiner Seel zu heil. (*sup. lib.* 9. *cap.* 1. Hechingæ)
Ein Marggräffin Ehlich mir ward zutheil/
Von Brandenburg/ deß Churfürsten Stammen.
Fünff Töchter/ vnd sechs Söhn/ hetten wir zusammen:
Vnd ligen hie tod. Gott helff vns auß aller Not.

Liberi eius.

Eitelfridericus V. (inquit Lazius) progenuit ex Magdalena, Friderici March. Brandeburg. filia, Ioachimum, Eitel Ioachimum, Fridericum nonum, VVolfgangum, Franciscum VVolfgangum, & Eitelfridericum VI. Tulit & filias: Salomen, Ludouici Comitis Oeting. coniugem: VVandelabram, Comiti Hohenlohensi nuptam: & Annam, sanctimonialem.

Episcopus Augustanus Fridericus, non fuit, vt à Lazio dicitur, Eitelfriderici filius, sed frater: vt ex præcedentibus Rhythmis patet: & vt etiam Godefridus à Rammingen mihi dixit, à quo sequentia quoq; habeo. Eitelfridericus VI. obijt ante Pauiam. Vxorem habuit Iohannam, Dominam de Bersel (in Belgio, summerso aquis nostro tempore) quæ postea Comiti VVerdenbergensi Christophoro nupsit.

Ex hoc Eitelfriderico natus est Comes Carolus, pater hodiernorum: omnium quorum nomina sunt: Carolus, Simmeringæ habitans. Eitelfridericus, Hechingæ. Christophorus, Haigerlochi. Filiæ duæ: quarum vna, nupta Oetingensi Comiti: altera, Domino Austriaco ab Harrach. Ioachimus mortuus Perlini Marchiæ: cui vxor fuit Comitissa de Honstein.

Stutgardiæ in Parochiali Templo.

Nauclerus Ludouicus.

Anno Domini 1512. Jar/Ludouicus Vergen Hans, V.I.D. Præpositus Stutgardiæ, fundauit hanc capellam. Obijt anno eodem, 15. die Decembris. Effigies ipsius, rubro marmori insculpta, & in hac capella erecta, est.

Halæ Sueuicæ dissidium.

Nobiles antiqui Halæ Sueuorum, habebant proprium symposiorum locum ([illegible] Trinckstuben*) plus 100. annos (vt Heroldus annotauit) in turri (veterum castellorum septem vno) in foro: quò neminem admittebant, nisi esset ex antiqua familia: etiamsi esset ciuitatum Magister, vel consul, aut alius senator. Tunc autem Hermannus Puschtler consulatum hunc gerebat, ex familia eo tempore adhuc noua. Hic cùm se quoque in societatem huius hypocausti, siue Prytanei, recipi peteret, repulsam tulit: licet vnà conuiuandi potestas facta esset. Ipse igitur, assentiente minore senatu, hypocaustum simile in Xenodochio faciendum curauit: vbi conuiuia non minus ipsi quoque agitare possent. Re ad Cæsarem (quòd aliquid Hospitali decedere videretur) à nobilibus delata: Commissarij venerunt, Doctor Matthæus Neithardus Vlmensis, Caspar Nutzel Noribergensis, & Georgius Langenmantel Augustanus. Decreta est noui Xenodochialis Prytanei abrogatio: decretum, in posterum ex veteribus familijs legẽdum esse ciuitatum Magistrum: & duodecim ex eis, in senatum: deniq; tres eorũ, in secretos Quinq; viros. Aduersabatur hæc transactio illi veteri, à Cæsare Ludouico 1340. facta. Sparsæ etiam voces erant, breui fore: vt in foro capitibus, tanquam globis ad conos, luderetur. Ideo Puschtlerus vrbe excedens, Cæsarem diu secutus est: sed identidem interclusus ad illum ei fuit aditus. Quamobrem hoc excogitauit. Paruulam rotam alligauit pectori: cinerem & terram inspersit nudo capiti: laqueum de collo suspendit: altera manu gladium nudum, altera supplicationem, tenuit. Hoc habitu se obiecit Imp. Maximiliano. Satellites eum repellere, vt insanum. Cæsar verò ad se vocauit. Quid tibi vis, mi homo? Supplices has literas vt tua Maiestas accipiat, subiectissimè oro. Summa erat supplicationis, vt Cæsar causam ipsius cognoscere dignaretur. Si meritus esset ensem, rotam, funem: se æquo animo passurum. Tunc Imperator nouos constituit Legatos: inter quos, Comitem Ioachimum Oetingensem, & Abbatem Rockenburgensem. Hi die S. Galli, hoc 1512. anno Halam profecti, operam transactioni dederunt. Res erat perquàm periculosa: spectabat ad seditionem: centum circiter armati quotidiè circumibant. Cùm actio amplius octo dies durauisset: quidam in armis ad senaculum venerunt: transactionem tandem fieri, atrociter postularunt. Pacati sunt promisso, postridie extremam latum iri sententiam. Tunc postero die, omnis controuersia, sine cæde & sanguine composita est: abrogatâ illa noua transactione: priuilegio Cæs. Ludouici, ad pristinum vigorem reuocato. Hoc non omnibus placuit Patricijs: sed aliquot eorum, renuntiantes iuri ciuitatis, alius aliò excessêre. Inter quos fuit Rudolphus Eltershofius, cum filijs. Qui cùm se Eltershofam contulissent: ex eo loco cognomen postea vsurparunt. Filij, patre à Rusticis postea VVeinspergi interfecto, arcem vendiderunt: se in seruitia Principum contulerunt. Inter excedentes, Rinderbachij etiam fuêre, Vitus & Bernhardus.*

Bischleri strategema.

Patriciorum aliquot ex C. Hala excessus.

Remanserunt Mærstainij, Berleri, Senfftij plures, Schlæzij, Vzo Rinderbachius, Volco Roßdorffius, Henricus Spießius, Schvvabij, Henricus Schultheiß/Puschtleri, Sultzeri, Halbergeri, Ammani, Mangoldi, Plancij, & Kemmereri.

Etiam alij, qui nondum suis scutis erant insigniti, sed posterius.

Eodem

Eodem tempore, quidam ibi iurium Licentiatus, magnæ vir dignationis, sanis consilijs non vtebatur, in carcerem ducebatur. Tum doleñter exclamabat, ad hominem quendam facetũ: O Zimmer Gærgline hodie Consul: cras, nunquam amplius. Absit (respondit alter) mi Domine: quia sæpe ego in carcere fui: & tamen adhuc sum Zimmer Gærglinus. Abrogato sibi Senatorio munere, exasperatus alter: & infeliciter hinc inde vagando, vitam consumpsit. *Pertinacia mercei.*

Augustæ 1512. D. Ioannes Marcus à Bubenhofen, nuptias cum Sibylla Fuggerina celebrauit.

Eodem anno nuptias peregit cum Catharina Turtzonide, D. Raimundus Fuggerus; Georgij filius. sed Antonij frater (cum quo in ordinem illustrium relatus est) Ioannis Iacobi verò, & Georgij, & Christophori (Cælibis & ditissimi illius, qui an. 1579. mortuus est) & Vlrici (qui Haidelbergæ obijt) pater: Philippi Eduardi autem, & Octauij Secundi, & Antonij, atq; Raimundi (qui hodie viuunt) & Ioannis Georgij (non ante multum temporis defuncti) auus.

Eodem 1512. an. Vlricus, Georg. & Iacob. Fuggeri fratres, sacellum (der Fugger Capell) & musicum organum, in D. Annæ Templo (vbi Fuggerorum Mausolêa, & Epitaphia aurea) construxerunt. *Fuggerorum incrementum.*

VViteberga, Lutherus 19. Octobr. ætatis 29. Doctor Theologiæ renuntiatus est à D. Andrea Carolostadio, in Templo arcis. *Lutheri Doctor.*

In Oriente Selimus, Baiazete patre fugato, IX. Imp. Turcarum fit. Præfuit ℔ 7. *Selimus.*

LEONIS X. PAPÆ EPISTOLA, AD VVIRTEMB. DVCEM VLRICVM.

Eiusdem Ducis pacta cum alijs Principibus hæreditaria. Expeditio Cæsariana in Burgundiam. Alia Ducis Vlrici gesta. Gœppingentis nobilium Sueuorum conuentus. Tybingentia studia. Damna ex aqua & igne. Pueri cuiusdam Augustani vexatio. Othonis 3. Imp. Epitaphium Augustæ.

CAPVT III.

ANNO 1513. maximum frigus erat, circa diem etiam Sancti Georgij: ita, vt de vineis in VVirtembergia desperaretur. Attamen postea ex paucioribus etiam racemis, copia vini collecta est.

Leo X. Florentinus, Ioannes Medices, Laurentij F. creatur 5. Nonas. Mart. (al. 5. Idus) Papa: consecratur 14. Kal. April. plus 8 A. sedet. Hic ad Ducem VVirtemberg. Vlricum, mox ipso 14 Kal. April. dedit literas.

Dilecto Filio, Nobili viro, Vdalrico Duci Deckensi.

Leo Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio, nobili viro, Vdalrico Duci Deckensi salutem & Apostolicam benedictionẽ. Saluator noster D. Iesus Christus, vt ab æterna morte liberaret humanum genus, mortalitatem nostræ carnis assumpsit: sacrosanctamq; vniuersalem Ecclesiam, sua passione fundatam in terris, vsq; ad consummationem seculi perpetuari voluit: & gregis sui ouues pascendas, per variam successionem Pastorum, quibus eam verbo & opere ad æternam gloriam traderet, disposuit. Sanè cùm felicis recordationis Iulius Papa secundus, prædecessor noster, vigesima Februarum, sicut Domino placuit, ex hac mortali vita ad immortalem migrasset: posq; funeris ipsius, ac solennium exequiarum, vt moris est, celebrationem, venerabiles fratres nostri, S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales, de quorum numero tunc eramus, Romæ in Palatio Apostolico, apud Basilicam beati Petri, Apostolorum Principis (in quo idem Prædecessor noster, dũ viueret, habitabat: & cursum præsentis vitæ finierat) in conclaui pro electione futuri Pontificis celebranda, modo & tempore congruis, virtute Altissimi conuenerunt. Vbi varijs consilijs, & maturis deliberationibus, præhabitis: facta celebratione Missæ in honorem Spiritus sancti: post diligentem tractatum (prout tantæ rei, qua non maior in terris, grauitas exigebat) tandem prædicti fratres, eum, qui inuocatus fuit, gratiâ cordibus eorum infusa: licet in alios, maioribus meritis insignes, conuenire potuissent: certo tamen Dei iudicio (cuius iudicia, inscrutabilia sunt) nos, tunc S. Ecclesiæ Rom. Cardinalem, in sponsum Pastoremq; Ecclesiæ suæ sanctæ 5. idus Martij, vnanimi voluntate & concordia elegerunt. Quoniam verò sicut Dom. placuit, ita factum fuit: quamuis nos habere humeros imbecilles ad perferendũ tantum onus, quantũ est vniuersalis Ecclesiæ sarcina, sentiremus: tamẽ, ne reluctari videremur diuinæ voluntati: colla subiecimus iugo Apostolicæ seruitutis: sperãtes *Leonis X. epistolam Sueuicam. Iulij P. mors.*

" in eo, qui infirma eligit Mundi, vt confundat fortia (cùm Rom. Pontifex, licet per ministerium
" huiusmodi eligatur: ex cœlesti tamen inspiratione procedat) quod fragilitati nostræ, robur suæ gra-
" tiæ inspirabit: & vires contra hostes fidei suggeret: vt perfidi Turci, non solùm à suis ausibus retra-
" hantur: sed ope diuini auxilij, & præsidio nostro, ac Catholicorum Regum & Principum, penitus
" concidantur. Hanc autem assumptionem nostram, ad tuam consolationem, significandam duxi-
" mus nobilitati tuæ: quem, vti peculiarem nostrum & Ecclesiæ filium, singulari complectimur cha-
ritate: hortantes eandem in Domino: primùm, vt porrigi facias preces solennes ad Dominũ Deum
Causa huius epistolæ. nostrũ: vt nobis suâ gratia assistat: vt Ecclesiam suam sanctam, ad gloriam & honorem eius, exal-
" tationem fidei, & extirpationem hæresum, ac pacem & quietem populi Christiani, feliciter in Do-
" mino gubernare valeamus. Tua igitur nobilitas (vt etiam Duces decet: à quibus benè viuendi
" exempla debent assumi) fidem Catholicam nostram, & Apostolicæ sedis auctoritatem, honorem &
" libertatem Ecclesiasticam, protegere & defendere velit: vt cateri fideles, exemplo tui ad simila
" inuitentur. Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ millesimo, quingente-
" simo, duodecimo (Onuph. tertiodecimo) quartodecimo Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno pri-
" mo. Ia Queflenberg.

Illustriss. Duci Vlrico nata est ex D. coniuge Sabina, Ian. 30. filia Anna.

Eodem anno, inter Ludouicum Electorem, & Fridericum fratrem eius, Comites Palatinos
Hæreditarium fœdus inter Principes. Rheni, Bauariæq; Duces, & inter Ducem VVirtemberg. Vdalricum, fœdus hæreditarium & per-
petuum (vt apud Basilium inuenitur) certis conditionibus initum est: & ab Imp. Maximiliano
confirmatum. Simile pactum, hoc anno inter Philippum Marchionem Badensem, & Ducem Vl-
ricum, conuênit; vt vtrique iisdem periculis & negotijs continerentur. Tantæ hic Dux auctori-
tatis erat.

Burgundiam altam (vt vocatur) Gallus Cæsari ferè totam ademerat. Hic ergo validum
exercitum, cùm ex alijs, tum ex Heluetijs, conflatum, ad regionis recuperationem misit: equitatum
Burgundica Cæsarij expeditio. VVirtembergensi Vlrico ducente: cùm egressus esset die Martis post Bartholomæi. Multa rica-
perata sunt: & vrbs opulentissima Digio, siue Diuio, obsessa. Quæ cum iamiam capienda esset, di-
cuntur oppidani pactione certa pecuniæ cum Heluetijs 13. Septembr. facta, obsidionem à se remo-
uisse: inuito Duce Vlrico, cæterisq; Proceribus Germanis. Ita nihil magnopere effectum est: sed
Fraus Gallorum. nec Heluetijs (vt apud Basilium legitur) à Gallo pecunia, quæ promissa fuerat, reddita est. Quin-
imò viles milites, ritu Principum vestiti, eis pignori dati fuerant, vt sic deluderentur. Ita magnis
expensis inutiliter factis VVirtembergensi populo aliquid exactionis imponendum videbatur.

Georgius Rheni Palatinus, Philippi Electoris F. Episcopus Spirensis est factus 1513. Qui
Madenburgum. castrum Madenburgum, cum adiacente territorio, emit à VVirtemberg. Duce Vlrico: & id, cùm
à seditiosis Rusticis anno millesimo, quingentesimo, vicesimo quinto, vastatum & prostratum fu-
isset, pulcherrimè restituit. Brusch.

Idem Dux Vlricus, fratris suo Georgio, Comiti Mompelgardensi, tradidit Harburgensem
Richenvvilera. Comitatum, oppidum Richenvvileram, arcem Bilsteinum cum eorum pagis, villis, pertinentijs, iuri-
bus: ipsi, & hæredibus eius legitimis, &c.

Conuentus quidam Gœppingam indictus fuit ad Dominicam Cantate: quo Rudolphus ab
Gœppingam conuentus nobilium. Ehingen, Vicarius Sueuici fœderis ad Neccarum, & Hercynios saltus, nobilibus conuenire insti-
tuis, vênit. Sed multi, cùm venire non possent, per literas ei causam suam commiserunt. Inter quos
hi erant. Ludouicus Truchsæs de Hæsingen. Georgius, Hansius, & VVendelinus de Ovv. Ge-
org. de Ovv in VVachendorff. Otho, Dietrichus, & Otho iunior, de Gemming. Conradus de
VVallstein. Henricus Schilling, Præfectus Vaihingensis. VVendelinus de Halsingen, Præfe-
ctus Horbæ. VVolfius de Gyltlingen, Præfectus VVildpergæ, eques. VVild Hansius de Neuneck.
Sebastianus de Gyltlingen in Sindlingen. Ioannes Rudolphus de Thierberg. Conradus de Nip-
penburg. Ioannes de Karpfen, Præfectus Tutlingensis. Ioan. Rauch de VVittenden, Locumte-
nens Rotenburgi. Theodoricus Spætus.

Rector 63. Scholæ Tybing. per integrum annum.
Tybing. Acad.

M. Petrus Brun, Theol. D.

Inscripti.

Georgius Dantiscus de Dantisco. Georgius Schvvartzard de Bretten. Ludouicus Hirter
de Rutlingen.

Dece-

Decanus Philosophiæ.

Ioannes Astman.

Magistri facti. Ambrosius Blarer Constantiensis. Balthasar Keslin VVildpergensis. Postea, celebris Professor Theol. in hac Academia. Ioannes Gruner Vlmensis. Keselinus.

Erat hoc tempore, Ambrosius VVidman, Præpositus & Cancellarius Tubingæ. VVidmannus.

Vlmæ florebat Ioannes Strœler, V. I. Doctor: ad quem H. Bebelius tunc Tybingâ scripsit.

Inundatio aquarum, nube rupta, Stutgardiæ grandis: quæ ciuitas, nisi murus impetu vndarum fuisset ruptus, magnum periculum sensisset. Inundatio Stutgardiæ.

Monasteria duo conflagrarunt. Vnum, Prioratus Kniebis, de obedientia Cœnobij Alberspachensis, Ordinis S. Benedicti, Constantiensis diœcesis, 3. April. cum Templo & domibus, præter vnam. Alterum, erat Deckingense, Augustanæ diœceseos, 27. Octob. Kniebis.

Stutgardiæ, in Xenodochiali sano. Anno 1513. obijt 20. Aug. Iohannes, Doctoris Iohannis Vischeri F.

Bebenhusæ. Anno 1513. pridie nonas Mart. obijt D. Caspar Rockenbauch de Magstat, Canonicus Ecclesiæ collegiate Stutgardiæ. Hic in Ecclesia post chorum sepultus.

Eodem 1513. anno, circa initium Septembr. Caluæ muliercula quædam (magnitudine certè non mulier) tres pueros enixa est, eodem partu: quorum tertio altera manus deerat. Caluæ.

Augustæ, puer quidam nondum sex annorum, parentibus natus honestis & pauperibus, mutus, miros gestus agebat: loquentes intelligebat, sed nihil respondebat. Cùm post inclusionem fuit, emitteretur: sole velocius super & subscamnum saltabat. Videbatur alijs, damonio agitari: alijs secus. Gracili admodum, & extenuato, corpore erat. Basilius. Pueri Augustani vexatio.

Suspensus Augustæ in Quadrigesima, Tribunus plebis Sartorum, Martinus Huter, propter furtum 416. Aureorum Rhenensium.

Augustæ, ad D. Virginem.

IMP. CÆS. OTTONI AVG. III. Ex gente Magni VVitekindi, Saxon. Rex. Cæs. Ottonis Aug. II. Fil. Cæs. Ottonis Aug. Magni Nep. Reg. Heinrici Aug. Aucupis Pronep. Ottonis Ducis Saxon. & Rom. Imperij Gubernatoris, Abnep. Luitolfi Saxon. D. Atnep. Brunonis q. Saxon. D. & VVitekindi fratr. Trinepoti. Ob. X. Kal. Febr. Anno M. II. Regni XIX. Imp. V. Quòd viscera eius hîc condita iacent, FRIDERICVS III. Dux Saxoniæ, Princeps Elector, Comes Prouincialis Turingiæ, March. Misniæ, & sacri Rom. Imperij Locumtenens generalis, progenitoribus dulciss. faciendum curauit. Sal. anno M. D. XIII. V. idus Maij. Othonis 3. Imp. Epitaphium.

Discessit ex hac vita D. Ioannes Landauensis, eques Bluembergæ. Sepultus ibi in Ecclesia suburbana. Frater fuit Henrici qui 1510. obijt. Consiliarius fuit Maximil. I. Cæsaris, & Rom. Imperij Quæstor. Vxorem habuit Margaretam, Marescalcam Bappenheimensem, Huffingæ sepultam. Filios reliquit Georgium & Lucium. Georgius 1552. Lucius 1549. obierunt. Vide suis annis. Filijs duobus addit filiam Omeliam Lazius, circ. 1480. matrem eorum dicens filiam fuisse Marescalci ab Hohenreichen. Landau.

In Heluetia, Appencella, tertius decimus pagus fœderis facta est.

In Italia, non longè à Vincentia, Cæsarianus Ductor Georgius Fronspergius, magnum exercitum Venetorum cecidit parua manu, Octob. 17. Ipse in tali pugna, singulis ictibus singulos viros, ingenti gladio conscidit: post singulos ictus, vir grandis corporis, grauiter spirans, sicuti fissores lignorum: despectus amicis hostibus. Fronspergius, Venetorum Victor.

PARELII IN VVIRTEMBERGIA. SEDITIO IBI, PAVPERIS CONRADI appellata. Eius sedatio, & vindicatio. Oppidi Tybingensis, & Conradi Breuningi, virtus atque honos. Ducis Vlrici VVirtemb. pro Reuchlino Lutetiam scriptio. Perduellis Hansostraussius. Ioannes & Simon Eccij. Ioachimus Mynsinger Iurisconsult.

CAPVT IIII.

ANno 1514. circa initium, valde sæua fuit hyems. Halæ quidem Sueuorum, conglaciatis omnibus fontibus, aqua vtendum ex amne Cocha fuit. Hyems sæua.

Pridie idus Ian. in Ducatu VVirtembergensi (inquit Lycosthenes) circa tertiam horam diei, tres Soles in cœlo visi sunt: quorum medius sua magnitudine reliquos superabat. In ijs autẽ omnibus gladij sanguinolenti atq; candentis figura erat. Idib. Ian. circa horam octauam pomeridianam,

Rotvvilæ

Rotvvilæ Sol horrenda specie visus est, semicirculis diuersi coloris circundatus. Alio die, iterum tres Soles: alio, tres lunæ. Quarum omnium significationes per Iacobum Stopelium, artium ac Medicinæ D. Medicumq; Memmingensem, editæ sunt.

Pauperis Conradi seditio contra VVirt. Ducem Vlricum.

Non longè pòst, hoc anno, Duce VVirtemberg. Vlrico in Hassiam profecto: circa Schorndorffium coniuratio aratorum extitit. Ægrè scil. ferebant, post fruges exiguè per biennium natas, imminutionem factam esse ponderum in bilance, & mensurarum: atq; aliquid de singulis Flarenis exigi: nummum puto. Certè exiguum quid erat. Itaque Rusticus quidam Beutelspachensis, Conradus nomine: facetè dixit: Ich bin nicht Conrad/ sondern kein Raht. Der arm Conrad heiß ich/ bin ich/ bleib ich. Mox palâ fecit circulum in campo, dixitq;: Qui non vult dare istum malum nummum: mecum ingrediatur hunc circulum. Videbatur quidem initiò res ludicra: & fuit hæc per iocum. Sed vide, quid malus Dæmon aduersus legitimum Magistratum effecerit. Addunt millia Rusticorum coierunt: qui & alios ex Remsana valle attraxerunt. Quo tempore Rusticus quidam, ex eodem Beutelspachensi pago, Gais Petrus nomine, noua illa ponderis socijs multis commitatus, pridie Paschatis, ad sonum tympani & fistulæ, in fluuium Remsam iniecit, addens. Sinos agricolæ iustè agimus: petite fundum. Sin Princeps noster: natate sursum. Deciderunt naturali granitate sua, ad fundum. Hi breui sibi metuentes (vulnerauerant quippe conscientiam suam) nunquidem resipuerunt: sed ad maiora progredientes, permultos oppidi Schorndorffensis ciues ad arma concitarunt. Hos tamen Principi suo fidi Præfecti, amica oratione demulserunt: pane & vino sedauerunt. Arrigebant etiam Tybingæ quidam animos, rerum nouarum cupiditate.

Plantschius.

Sed ab Ecclesiaste, Doctore Martino Plantschio, & prudente Magistratu, non difficulter in officio retenti sunt, cohortatione ad eos in Senaculo facta. Redijt interea Dux Vlricus. Qui clementi oratione seditiosos Remsæuallenses de officio admonens, & à rebellione iniusta dehortans, effecit tandem, vt veniam errato suo suppliciter peterent: obedientiamq; in posterum promitterent. Nã Tybingæ transactio concepta erat, consultatione insignium procerum: qui varijs è locis amicè succurrerant: quos postea nominabimus. Quieuit malum sed vsq; ad Pentecosten tantummodò.

Interspiratio seditionis.

Eiusdem renouatio.

Tunc enim rursum se commouebant homines, circa Leobergam & Schorndorffam. Volebat quidem Dux Vlricus eos mitigare: Sed coactus est vitæ suæ prospicere. Adeo infestos illos ècperiebatur. Ipsi Schorndorffam capiunt (recusata transigendi ratione: quæ ipsis etiam, non modò Duci, profuisset) portas occludunt: se, tanquam ad bellum, parant. Tum ferè M. D. CCC. seditiosorum, in monte Cappelbergensi (qui supra Beutelspachum est, quasi mediâ inter Schorndorffum & Stutgardiam via) considunt. Quibus in animo erat, occidere Prælatos, & nobiles, aliosq; bonestos viros. Ad quos in dies singulos, aggregabant se plures, qui hactenus quieuerant. Vinum & commeatum, ex Monasterio Adelbergensi, atq; aliunde, conuexerunt. Leobergenses tamen breui ab eis recesserunt: & ad pristinam obedientiam redierunt: prudenter certè, & salutariter sibi. Remsæuallenses verò, fortiter insanire pergentes, iurant in fidem Pauperis Conradi. Attamen cum eis tractatio, per bonos mediatores suscepta fuerat: & ostendebatur alleuamentum grauaminum, si qua demonstrarentur. Egerant cum eis, Stutgardiâ venientes, Ioannes Gaysbergius Præfectus, & Burckardus Kybornius. Metuebatur, vt satis dextrè concitato populo occursum esset. Factum tamen est, quod factum bonum videbatur.

Cappelberg.

Coniuratorum fuga.

Tum Ernestus à Eyrst, industrius vir nobilis, educit 500. Tybingenses: ac Dux, 100. alios. Cùm quo magnus præterea subditorum numerus: & equites 1800. Fugit, hac vi appropinquante, exercitus Pauperis Conradi. Patuit Principi Schorndorffium. Actum est cum per duellibus in loco extra id oppidum, vt res cognitioni permitteretur. Exitus hic fuit. Capti, non pauci, quorum culpâ insanitum erat: complures excesserunt Ducatu: præsentes 1600. deprecati sunt: se nolle iudicio cum Domino suo contendere, sed se permittere clementi eius castigationi. Annuit petitioni Dux per Cancellarium, Doctorem Georgium Lamparterum. Populo in gratiam recepto: sententia Stutgardiæ ab ordinibus Ducatus lata est: capite mulctandum esse, Capitaneum rebellium Beutelspachensem Hanso Volmarium, cum alijs duobus antesignanis. Cæteri, in carcerem reducti. E quibus die Martis post Sixti, rursus septem gladio percussi sunt. Inter quos, Duttel Iacobi Schlechibachensis caput, in turri fori in exemplum defixum. Postridie, alij Sex decollati. Inter quos duorum capita, Hansoschoneckenij & Petervvolfij, longis contis infixa, in duabus turribus (extremo angulari turri, iuxta locum capitalem: & superiore propter Hospitale turri) exempli terrificæ causâ proposita fuêre.

Supplicia Antesignanorum coniurationis.

Multi, in perpetuum exilium missi. Qui excesserant peremptoriè ad causam die Veneris post Lau-

Laurentij Stutgardiæ dicendam citati sunt: missis in ciuitates Imperij viciniores literis. Sed non stiterunt. Itaq; proscripti de Cæs. Maiest. sententia fuerunt: orti ex Pagis, VVinterbacho, Heppacho maiore & minore, Ruderspergo, Oberdorffio, Necklingspergo, Schlechtbacho, Grunbacho, Krummenharto, Schornbacho, Hauperspruno, Vrbacho, Hohengerna, Geratstetta, Beutelspacho, Schlichta: & ex oppido Schorndorffio. Ita pristina pax & tranquillitas feliciter restituta est. Principibus, qui huic malo tollendo, diligenter operam nauauerant, gratiæ pro meritis actæ sunt.

Fugitiuorum proscriptio.

Miserat autem mox initiò nati mali, Cæs. Maximil. Georg. Comitem à Monteforti: Georg. & Christoph. Schenckios à Lympurg: & Doct. Ioan. Schadium. Miserat Palatinus Comes Valentinum Schenckium de Erpach, cum tribus nobilibus: miserat Christophorus, Marchio Badensis, Vlricum Landschadium: miserat Episc. Herbipolensis Ludouicum ab Hutten. Venerant αὐτοκρατῶνες, Episc. Argentoratensis VVilh. & Constantiensis Hugo. Venerant Ioannes & Christophorus, Comites VVerdenbergenses: Georgius, Com. Hohenlohensis: VVolfgangus & Ioachimus, Comites Zollerenses fratres: C. Vlricus ab Helffenstain: C. Ludouicus à Lœvvenstain: & C. Rudolfus à Sultz: VVilhelmus & Georgius Truchsæssij Legati deniq; Heluetiorum. Hi omnes Tybingam venerant, & quidem tempestiuè, consultandi de opprimendo periculo causâ: consultatoque plus duas hebdomadas ibi, tandẽ pacificarunt subditos cũ Duce. Nisi quod postea Remsani, rursum in Cappelbergo tumultuati fuerunt, vt dictum est. Sic amicos adesse amicis, in necessitate decet.

Auxiliares nobiles Duci Vlrico, & Principes.

Versus de hac seditione sedata, Michaëlis Augusti.

Vincere non armis, sed cum ratione, volebat.
Vt pater in nati peccato concipit iram:
Corrigat vt mores, non pœna perdat acerba:
Hic etiam sic fert errores plebis inanes:
Prospiciens, quantum prosit: non, quantus in ira
Vlcisci possit: virtus quæ est Principe digna.

Eodem anno subditi Sebastiani Lorchensis Abbatis, qui participes seditionis fuerant, vltrò ad obedientiam illius redierunt: se nihil contra cœnobium amplius facturos: nec sine permissu eius, aliò migraturos, præsertim qui mancipia sint: pensionem de corporibus suis annuatim persoluturos: nulla conuenticula contra ipsum instituturos: nec signum campanis ad concurrendum daturos: mulctam propter rebellionem patratam soluturos: commoda eius aucturos, incommoda depulsuros. Formula Iuramenti.

Lorchenses Rustici, ad obedientiam Abbatis reuersi.

Als mir von Artickel zu Artickel lauter vorgelesen/ vnd ich mit worten entscheiden bin: Auch mir vorgesagt ist: dem allem wil ich getrewlich nachkom̃en/ das halten vnd vollziehen. Das bitt ich Gott vnd die Heiligen. Ita deprecari, quàm iudicium subire, maluerunt.

Hæc, de hac Paupericonradina commotione quæ omnia typis, nec vno Scripto tantùm comprehensa, euulgata fuerunt. Hunc autem quasi Padromum, annis 12. post maiores tumultus belli seruilis secuti sunt: vt aliquando dicemus, quando ad id tempus peruenerimus.

Tempore autem hoc VVirtembergiæ periculoso, Præfectus erat Tybingæ Conradus Breuningus (Ioannis hodie, viri Consularis, proauus) qui singulari prudentia, fide, paterna admonitione, procurauit: vt & oppidum Tybinga, & tota Tybingensis Præfectura, omni contagione intestinillius morbi, intacta & sana permaneret: nec vlla huc hostilis fieret irruptio. Cumq; hæc ciuitas, illius ductu, sic constans ac fidelis mansisset: placuit ea res ita illustrissimo Duci Vlrico: vt hanc ciuitatem clementer honoris causâ donaret nouo Sigillo, Insignibus, & vexillo (quæ indicio essent: fidelitate Tybingensium factum esse, vt Principi constaret sua ditio & honor) itemq; trib. tormentis serpentarijs: deniq; hoc ornamento, vt post hac semper iudicium siue consistorium Aulicum, Tybingæ haberetur: nec sine grauissima causa transferretur: testãtibus id literis & Sigillo Celsit. eius. Quoniam autem hæc omnia Tybingensib. contigerant virtute Conradi Breuningi (qui & ipse, & Maiores eius, de ciuitate benè meriti erãt) idcirco hi gratiam quoq; ei, posterisq; eius, referendã duxerunt. Anniuersarium diem, ad honorẽ eius, animæq; vtilitatẽ, in perpetuum suis impensis agendũ in Templo primario, adhuc viuenti polliciti sunt: cantu, vigilijs, sacro officio, suffitu: vino, pane & cereis, apponẽdis. Deinde si quis ex posteritate Breuningia, inopiâ premeretur: ac de consilio duorũ natu maximorũ ex hac familia, peteret: aut his deficientib. cæterorũ cognatorũ volũtate: ei (sed vni tantũ, nec alijs post) liberalẽ victũ perpetuo in Hospitali (sicut olim in Prytaneo Atheniensiũ, benè de Repub. meritis) datum iri. Tũ si quis ex hac familia idoneus ad Presbyteriũ esset: ei similiter præbendã seu beneficiũ, de ijs, quæ apud Tybingenses essent, rogãti per cognatos, cõcedendum

Breuningi Conradi virtus.

Tybingensium constantia.

Honores ei ciuitati à Duce Vlrico habiti.

Breuningius, à Tybingensibus honoratus.

dum esse: vni duntaxat, nemini verò alij posthac. Postremò, stirpem hanc, propter Conradi & Madorum promerita, beneuolis vsuram esse Tybingensibus in perpetuum: nec illorum beneficia, obliuioni traditum iri. Literæ, sigillo à Magistratu Tybingensi firmatæ, proipso & posteris, die Conuersionis S. Pauli, anno M. D. XIX. Adscitus fuit hic Conradus postmodum in consiliarios Ducis: vir corpore procerus, facie pulcher, ore disertus: quem post fata tales honores secuti sunt. Insignia autem Tybingensium, sic ornata sunt à Principe Vlrico: quòd antehac solum vexillum rubeum in scuto flauo fuerat: Nunc verò, duo brachia decussata scuto insistunt: habentia in manibus singula ceruina cornua.

Insignia Tybingensium.

Vlricus Dux in VVirtemberg & Tecke, comes montis Beligarti, ad Facultatem Theol. Parisiensem.

Ducis Vlrici literæ Lutetiam per Capnionē.

Egregij & eximij sacræ Theologiæ Professores: ciuis noster, vir consularis Ioan. Reuchlin Phorcensis, legum Doctor, controuersiam habuit cum quibusdam Colonien sibus: concernentem Scripta cuiusdã libri, OCVLARE SPECVLVM nominati quæ authoritate sedis Apostolicæ, "per sententiam diffinitiuam est terminata. Nihilominus tamen relatum accepimus: quosdam Re- "ligiosos eandem materiam sopitam, apud vos velle resuscitare: petentes, vt in eadem causa dignita- "tes vestræ conentur, contra præfatum ciuem nostrum aliquid machinari. Nos igitur considerantes sanctissimum Dominum nostrum Papam manus apposuisse cũ inhibitione, quibusuis aliis lu- "dicibus & personis facta: oramus, causam istam, Oculari speculo motam: quam magis esse puta- "mus inuidiæ, quàm fidei: à vobis abdicetis: & vel nostri quaq; contemplatione vos exoneretis: per- "mittentes, commissionem sedis Apostolicæ, cui præfatus Doctor Io. Reuchlin se semper subiecit fu- "um retinere vigorem. Qua in re nihil facietis gratius: pari, vel vberiore, gratitudine compensan- "dum. Feliciter valete. Ex Stutgarten XIII. Kal. Iulias, anno M. D. XIIII.

Gymnasium Tybingense.

Rector Tubing. Academiæ 64. Iacobus Lemp, per annum.

Inscripti.

Erhardus de Gumpenberg, Canonicus Frisingensis. Georg. Sigismundus de Embs, Ecclesiarum Canonicus Constant. & Basilien sis, Friburgensis Studens.

Decanus artium. Ioan. Kreß.

Magistri promoti. Philippus Schwartzerdt (Melanchthon) ex Bretten. Sebast. VVeber ex Memmingen. Alexander Martolf ex Spira. Sebastianus de SPERBERSECK nobilis. Cl. Sperbersegel.

Keßleri oratio.

Orattunculam habuit Magister S. K. (Simon Keßler, aut Seb. K.) in Templo D. Georgij (in choro, existimo) Tubingæ, 1514. incipiente nouo studio hyemali, de hoc: Extra Vniuersitatem non est vita.

Ibi inter alia, hæc. Thales Milesius (ante Christum 580.) gratias Deo, omnium rerum conditori, agebat: quòd homo esset, non bestia: mas, non fœmina: Græcus, & non barbarus. Numquid Dominus noster, laudandus: quòd rationales sumus, & non bruta: mares, & non mulieres: studentes, & non barbari bacchantes: qui plerunq; sunt, velut equus & mulus, quibus non est intellectus, &c. Domicilium vrbis huius, venustissimum est: in qua est aër saluberrimus. Tres fluuij alunt eam piscibus: Amera, Stainachia, Neccarus. Montes frugiferi circũdant, præcipuè mons Austriacus. Qui ab orientali vrbis plaga situs, & in loco, qui Neccarum respicit, vndiq; vineis est consitus: qui verò Ameram, partim syluosus, partim vitifer. Septem ibi aquæ limpidissimæ. Matoris ex parte, horti arboribus consiti. Hac ergo loci fertilitate & salubritate, Dux VVirtemberg. plurimùm delectatus est: quam sibi etiam sedem, relictâ Stutgardia, elegerat, &c.

Tybingensis situs descriptio.

Straussius, Halensium perduellis.

Circa hoc tempus, Carrutarius quidam, Salis vector, paupertate & malitia pressus, improba postulata (εὐχαν ἄθεσμον) habens ad Sueuo Halenses: hostem se ipsis declarauit, literis notatis VVeilerportam affixis. Igne igitur grassabatur: & spoliabat, quos poterat. Halensium aurigæ, fundis vasorum extundendis, virum effundebat, apud Grindpubelam. Sperabat se hoc modo Halenses ad transactionem adacturum. Quinetiam cuiusdam Calcarificis manum præcidit: de cuius eius suspendit: eum sic Halam remisit. Nomen ei Ioanni Straussio erat, Newwenstainensi. Halenses 200. Florenos promiserunt viuum adducenti: 100. verò, mortuum. Ac multi quidem spe laceri insidiabantur homini: sed audacissimum latronem adoriri nemo audebat. Equitabat enim armatus, socijs comitatus: quorum aliquot postea Halæ ἐπτὰ κλίβανον, quadripartiti sunt fasti. Tandem autem, cum maturitatem consecutum esset Pyrum, cecidit. Nam Brettachi sub Oringa comprehensus est: Neustadium Cocha in Ducatu VVirtembergico ductus: sententiaq; iudicum, capite

dimun-

diminutus. Antehac 1465. etiam quidam Straußius vixerat: qui Chonburgensibus incendio nocuerat. Obijt vt excommunicatus, Lendsidelij sepultus, q̃ est ad muri cœmeterialis latus exterius.

Anno 1514. & 1515. in Academijs, quibusdam Germaniæ, Bononiæ in Italia, Lutetiæ in Gallia, Viennæ in Austria sumptibus Fuggerorum ab Ioanne Maioris Eccio, Ingolstadiensi Theologo, acutißimæ disputationes habitæ sunt de licitis vsuris & Monopoliorum contractibus: quas tamen Leo X. Papa authenticas pronuntiare noluit. Henning. *Eccij duo.*

Frater Ioannis Eccij Simon, natus est 1514. (vt apud Pantal. lib. 3. virorum illustr. Germaniæ est) mense Octobri, in Suevia. Creatus 1538. Doctor Legum Ingolstadij est: & 1546. Bauariæ Cancellarius factus.

Natus est hoc 1514. anno, Stutgardiæ ex Iosepho Mynsingero à Frundeck, & Agnete Breuningia, nobilis vir Ioachimus, Iurisc. insignis. Qui 7. anno ætatis literas in patria didicit sub Alexandro Marcoleone, Præceptore ibi Latino. Anno ætatis 13. Dolam Burgundiæ missus est, cum duobus Dapiferis de VValdpurg. Contulit se ad studium Iuris & Poëseos operam dedit. A. D. 1535. mortuo Friburgi Vdalrico Zasio: successit, primò Institutionum, deinde Ordinarius, Professor. Renuntiatus est anno ætatis 21. Iurium Doctor. Sopito protestantium bello 1548. anno Assessor in iudicio Cameræ Imperialis instaurato fit. Acceptus erat generosis comitibus ibi: VVilhelmo VVernhero Cymbrensi, VVilhelmo Eberstainio, Vlrico Montefortio. Tandē 1556. Cancellarius Brunsuicensis est factus. Obijt vxor eius Barbara Cellaria 27. Nouemb. eiusdem anni: post quam duxit Agnetem Oldershausiam. Obijt pater Ioachimi Iosephus 20. Sept. 1560. Ebingæ trans Nicrum: & ibidem in Templo sepultus est. Mater verò Agnes posterius decessit: cùm An. 65. & menses aliquot, vixisset. Minsingerorum Insignia. Insciti dextro dimidio flauo, accipiter: & in sinistro dimidio rubro, itē accipiter: ambo insistentes ligno transuerso, inter se intuentes. Galea cancellata & coronata. Accipiter inter duo vri cornua, flauum & rubrum. Inter cornibus extant pauoniæ pennæ singulæ, cum ternis oculis. Sic, in meo Musæo picta. Nam Minsinger cum Breuningia ibi habitauit. *Mynsingeri Ioach.*

Halæ 1514. die Veneris ante S. Michaëlis, obijt laudata mulier nobilis Elisabeta Senfftia, Caspari Eberharti piæ mem. vxor, Gabrielis Senfftij soror. *Senfftij.*

Eiusdē an. S. Andreæ, starb der ehrbar vnd Vest Gilg Senfft: & an. 1516. Dan. Senfft.

Vlmæ An. 1514. obijt Hieronymus Gienger.

Barbara Lexica excusa.

An. 1512. Argentinæ excusus Vocabularius rerum, per Martinum Flachium.

An. 1514. Vocabularius Gemma Gemmarum, Hagenoæ, per Henricum Gran, sumptibus Archibibliopolæ Ioannis Rinman de Oringavv. *Dictionaria Barbara.*

In Italia 1514. Contra Venetos Cæsari Maxim. militabant copiarū ductores G. Liechtenstainius, G. Frundspergius, & Ioan. Iacobus Landauus. Hi Venetum Ducem Barthol. Alutanum, 7. Octob. 1515. prælio iuxta Vicentiam superarunt: occisis 5000. peditib. 400. Cataphractis equitibus, 26. ducibus & signiferis: Captis 24. magnis tormentis. *Venetorum cladis.*

NVPTIÆ MARIÆ VVIRTEMBERGICÆ, CVM HENRICO IVNIORE Brunsuicensi. Natiuitas Christophori, Ducis VVirtembergensis. Studia doctrinarum in Suevia. Mathematicus Tybing. Ioan. Stœfflerus. Schorndorfij, quidam insigniores viri mortui. Ioan. Mader, eruditus vir Augustæ. Catharinicæ ibidem Moniales. Austriorum Archiducum, Ferd. & Caroli, Hispaniæ Regum, initium.

CAPVT V.

ANno 1515. cum lites fuissent inter D. Vlricum & Rotvvilenses, de venatione, & iurisdictione capitali, in Nigra sylua: res tota die Martis post. S. Sebastiani, amice composita est.

Maria, Henrici & Euæ filia, comitissa VVirtemb. & Mompelgardica, nupsit Henrico iuniori, Duci Brunsuicensi: ac nuptiæ sunt celebratæ Vraci Bacchanalib. Ea peperit Carolum Victorem, & Philippum Magnum (qui ambo 1553. Iul. 9. in campo Luneburgensi, prælio Mauricij & Alberti, tormentis occubuêre) item Iulium, Euangelicæ doctrinæ receptorem, 1589. mortuum. *VVirtemb. Maria, Henrico Iuniori Brunsuicensi nupta.*

Præterea filias, Catharinam, Margaritam, & Claram. Quarum primam duxit Ioannes Kistrinensis Marchio: secundam, Mynsterberg. Dux Henricus: tertiam, Philippus Princeps Grubenhagius. Etsi hanc alicubi inueni, Gandersheimensem Abbatissam. Obijt D. Maria (al. Maria Iacobe) 1542. & Gandersheimi sepulta est. Post quam Henricus Sophiam duxit, Regis Poloniæ Sigismundi filiam. Obijt ipse 1568.

Christophori VVirtemberg. D. natiuitas.

Hoc 1515. anno, natus Vraci est Principi Vlrico filius, nomine Christophorus, ex coniuge Sabina, die 12. Maij: minutis 18. (vt in Calend. P. Eberi est) ante secundam horam matutinam. Euasit is postea quartus Dux VVirtembergensis, etsi natu primus Dux. Quem Præpositus Petrus Denckendorffensis, nomine ordinum Ducatus è S. baptismate tulit.

Rector Tybingæ 65. Ad Phil. & Iacobi.

Tybing. Gymnasium.

Baltasar Sellarius Canstatensis.

Inscriptus. Ioan. Knobloch Francofordianus.

Rector 66. Die Lucæ.

VVendelinus Stainbach, S. Theol. Professor.

Inscripti.

Anastasius Herpst, Nouemb. 26. Martinus Nittel Stutgardianus. Ioan. Kruß, in Mait. Decanus artium. VVolfgangus Bebel Instingensis.

Magistri facti. Dominus Petrus Biecheler ex Plieningen. Iacobus Dachtler de Tubingen. D. Nicolaus Vogler ex Canstat.

Sueui docti.

Docti Sueuiæ viri, hoc & antecedente tempore: renascentibus bonis literis, linguis & disciplinis.

Ioannes Reuchlinus. Gabriel Biel, Canonicus Schonbuchensis. Conradus Summenhart, modestus, gloriæ fugiens. Martinus Plantschius. Ambrosius VVidman Iurisc. Præpositus Tybing. Academiæ. Gregor. Lamparter, Ducis Cancellarius. Ioan. Stæffler Instingensis. Ioan. Hiltebrandus superiore anno defunctus. Emendauerat bonos auctores, à Tvoma Anshelmo impressos. Henricus Bebelius, Poëta L. & alij.

Crasso.

Bononiæ creatus est Iuris Canonici Doctor, Antonius Crasso Vlmensis, 1515. die Lunæ 19. Martij. Quæ Academia instituta fuit ab Imp. Theodosio, precibus Episcopi in ea ciuitate Petronij, anno Christi 423. Ex literis.

Eiusdem anni 17. Cal. Februar. Vdalrico Crasso, Vlmensis Ecclesiæ Rectori, potestatem fecit audiendi confitentes peccata, & absoluendi, Leonardus H. S. Susannæ Presbiter Cardinalis, Florentiæ: literis his tantùm ad quinquennium valituris.

Stutgardiæ in fano S. Leonhardi.

Anno Domini 1515. An vnser Frawen Geburts abendt / starb der ehrbar Magister Hans Vether / Lateinischer Schulmaister zu Stutgart: dem Gott gnad.

Sebast. Munsterus.

Sebastianus Munsterus, anno 1515. ad Tubingenses Franciscanos concedens, Mathematicas artes, quas celebris artifex Stæffler profitebatur, exactius capessendi occasionem habuit. Vbi etiam summa diligentia hunc ita sibi conciliauit: vt is nihil non eorum, quæ ingeniosè elaborauerat, ei describendum daret. Quod Stæfflero profuit. Omnibus enim libris instrumentisq; eius forte

Stæfflerus Mathemat.

Tybingæ, Domus Sapientiæ combusta.

tuito igne (cum domo Sapientiæ 1534.) consumptis: nihil illarum lucubrationum euasisset: nisi multa Munsterus inde descripta, asseruasset. Vrsis.

Schorndorffæ Præfectus erat Baltasar Adelman de Adelmansfelden.

Ibidem, in solo minoris Chori in Templo. An. 1515. in die S. Gertrudis virginis, obijt egregius vir, M. Georg. Maierhofer de Gmind, S. Theol. D. hic sepultus: cuius anima requiescat in pace.

Georg. Maier.

In Orichalco: super quo, calix, sartagunculæ glutinus insistens: quòd pater eius fuisset Scribanarius Gamundiæ.

Venatio Halensium.

Inter Halenses, & D. Gottfr. Schenckium, transactio facta est: vbi, & quousq; vtriq; venandum esset. Concessit etiam hic illis: vt fossam & è vepribus septum, apud Sultzdorffium facerent.

Mader Ioannes.

Augustæ viuebat vir perdoctus, Ioannes Mader, siue Fœnisica: qui scripsit commentaria in perspectiuam Petri Iacobi, in Quadratum sapientiæ & alia, quæ in Biblioth. Gesneri sunt. Ex cuius familia, tempore Gassari supererat VVilboldus Mader Augustæ, nani penè statura, Mercator, antiquis numismatibus & alijs gaudens.

Eodem anno, Vrbis erat Syndicus Ioannes Rechlinger Patricius, V. I. D.

Ibidem VVeigandus de Dinavv, in matrimonium duxit Barbaram de Argavv.

Stigelius.

Ioannes Stigelius Poëta, Gothæ 13. Maij natus. Bucholc.

Hohenfelderi. Anna Vngara.

Cæsaris, & Regum (Vladislai, Vngariæ Bohemiæq; & Sigismundi, Poloniæ) conuentus erat Viennæ: cui etiam VVirtemberg. Dux Vlricus interfuit. Item, Rudolfus & Sebast. fratres de Hohenfeld. Anna Vladislai F. vehebatur deaurato curru pulcherrimo, à candidis equis octo tracto. A latere equitabat Marchio Brandeburg. Georgius, & Petrus Comes de Pusingen. Currum antecibat

D. Pro-

D Protesilaus de Sinbau, Magister domus, cum fratre. Sequebatur alius currus deauratus, cum sex niueis equis. Item alij 4. currus, à quaternis equis concoloribus tracti: pleni virginibus & matronis, Reginæ ministrantibus. Multi equites, ante & post Gynæceum.

Ferdinandus autem Austriacus, postea Annam duxit: prædicti Ladislai Regis, filiam: Ludouicus verò, Ladislai F. & Regnorum eius successor, Mariam, Philippi Austriaci filiam, Caroli & Ferdinandi sororem. Nuptias anno 1522. celebrarunt: Ferd. Lincij Maij 26. Sed Ludou. Budæ. *Ferdinandus Austrius. Nuptiæ Regum, Vngariâ adhuc incolum.*

In Gallia, Ludouico 12. succesßit Franciscus Valesius: qui A. 33. regnat.

Eodem anno, per octo ferè menses pluit. Tũ Sol per sesquidiem modò visus est. Tunc, rursus pluit. Qua de re Magni Erasmi, tunc Basileam repetentis, Epigramma extat.

Anno 1516 argentifodinæ, in valle Ioachimica inuentæ sunt. Fune. Inde cusi sunt argentei nummi vnciales, Taleri à valle dicti. Horum primus, vno in latere erat S. Ioachimi effigies: in altero, Stephani Schlickij: deinde, Regis Ludouici Bohem. & Vng. nomen. D. Chytr. Chron. Sax. Hodie plus Talerorum in Turcia est, quàm in Germania. Etiam Graci τάλαντα (sic vocant) fitiunt. *Ioachimica vallis. Talerorum origo.*

In VVirtembergia, rerum turbatio erat. Transactæ verò sunt controuersiæ, quæ inter Ducem Vlricum, & aduersarios eius erant, Blabeuræ, circa diem S. Matthæi, per Cardinalem Matthæum Langium, de sententia Cæsaris Maximiliani.

Hilteburgum à Duce Vlrico combustum est, arx Helffenstainensis: quòd in suo à Blabeura quieto recessu (cùm plura millia bellatorum secum haberet) illinc iactu bombardæ, sui petiti essent. Grauitas ea huius Principis erat: vt nollet suam auctoritatem ab alijs contemni. Deinde compositioni rerum motarum amplius consultum est, quoad fieri potuit. *Hilteburgum arx.*

Eodem anno, die lunæ Vincul. Petri, transactio facta est inter Vlr. VVirt. & Philippũ Badensem deß Geleits halben certorũ locorum, deß Gejägs halben/Leibeigenschafften/Kirchspiler Spän in Wälden (inter March. Phil. & equitem VVolfg. de Gultlingen) & de alijs reb.

Rector Acad. Tybing.

Rector 67. Phil. & Iacobi. Venerabilis M. Ioannes Kreuß. *Tybing. Schola.*

Inscriptus. M. Philippus Erer Heilprunnensis.

Rector 68. die Lucæ. M. Gallus Myller.

Inscripti. Georgius VVacker de Marpach. Stephanus Lindenfels, & Petrus Andler, de Herrenberg.

Decanus artium. Doctor Bartholomæus Klee.

Magistri Creati. Sebastianus Schærtlin Schorndorffensis. Postea pius & insignis miles. Hugo Spæt de Kirchen. Fridericus de Ovv.

Tybingæ excusa sunt Chronica Ioan. Naucleri per Thomam Ansbelmum: impensis ornatissimorum virorum, Conradi Breuningi, Chiliani Veßleri, & Ioan. Zyveifelij, ciuium Tybing. mense Martio. Ibidem incepta est turris ædificari, vineam despiciens, in arce, Maij 9. *Naucleri Chronica.*

Priuilegium, seu dispensatio, contigit à Leonhardo Cardinale Susannino, Iohanni, Abbati Monasterij Hirsaug. vt ei, & duobus eius Monachis, cum illustribus nobilibus aut hospitalibus (quia pauci ibi pisces) liceat prohibitis diebus, vesci carnibus: extra tamẽ commune Refectorium, ne scandalum exemplúmve alijs detur. Leonis X. anno quarto, 6. Idus Nouembr.

Nyrtingæ. Anno Domini M. D. XVI. am 10. Tag deß Monats/starb der Edel vnnd fromb Wilhelm von Sperbereck: dem Gott gnade.

Hirsaugiæ, in lapide parieti prope ianuam, qua itur ad Monachorum cœmeterium, incluso, hæc leguntur: *Hirsaug.*

HON. OM. D. BEATISS. VIRG. MARIÆ SS. APPL. P. P. AC POST. BENE MERENTI. IO. AB. DE. LEONBERG. HOC. OPVS. A FVNDAMENTIS. ERIGEBAT. M. D. IX. IX. A. CONSECRA. XI. KAL. AVG. AN. M. D. XVI. Quæ sic legi possunt: Honori omnipotenti Deo, beatissimæ virgini Mariæ, sanctis Apostolis, Petro & Paulo, ac posteritati benemerenti, Iohannes Abbas de Leonberg, hoc opus à fundamentis erigebat 1509. 9. Aprilis, Consecratum 11. Kal. Aug. anno 1516.

Augustæ erat Ioannes Fabri, Theol. D. Prior apud Dominicanos: & à Confessionib. Nonnis D. Catharinæ: qui eas à peccato sequenti absoluit. Cùm, instaurantibus Ædilibus Templum D. Catharinæ, orta esset inter hos, & Priorissam Nonnasq; huius cœnobij, controuersia: vtrùm superior Templi pars, lateritia testudine, an ligneo laqueari, claudenda esset: vtra structura, *Ioan. Fabri. Catharinicæ Moniales.*

salubrior, & magis sonora, esset futura: Monachæ omnes noctis horâ secunda, sequentis diei festi Dominicæ ascensionis, ex suo cœnobio in Templum D. Dominici iuerunt: expertura, num echo sub concamerato choro, exilioribus mulierum vocibus obesset. Ibi cùm primam decantassent: evestigio in suum cœnobium redierunt: accurrente tamen iam populo, & hanc natiuitatem demirante. Tum in se reuersæ, ac pœnitentiâ exitus ductæ: prociderunt in Refectorio in genua cuncta, ordine: ac peccatum suum confitebantur, veniam orantes. Ioannes ergo Fabri eas absoluit. Gassar & Henning.

Stettensis Georgius.

Georgius à Stetten (è tribu Mercatorum, & Patriciatu minorum gentium) Susannam quandã Fuggerinam duxit. Item Nicolaus Ziegler, dominus in Bavv, Barbaram Hærlerinam.

G. Adelman.

Schorndorffij in Templo, in tabula magna Præfectus eius oppidi pictus est, Georgius Adelman von Adelmansfelden/ *genibus innitens ante imaginem Crucifixi Christi. Post illum, filij 14. armati, bini coniuncti: inter quos, quatuor equites in armis auratis (quorum primus, Teutonici ordinis) & 3. Canonici in albis choralibus vestimentis. Ex aduerso picta est vxor eius, genibus nitens: & ante eam, tres filiæ.*

Suprascriptum.

O Menschheit bloß/ O Marter groß:
O Wunden tieff/ O Blutes Christ:
O Gottes bitterkeit: Hilff vns lieber HERR/
Daß wir alle werden bereyt/
Zu deiner Göttlichen Barmhertzigkeyt. Amen/1516.

Augiæ diuitis Abbas 1516. est factus Georgius: qui 1474. Zuifaltæ Abbatiam adeptus fuerat: humili quidem loco natus, sed virtute & prudentia magnus. Passus est captiuitatem Vlrici VVirtemb. Ducis 1512. circiter. Obijt verò pridie Nonarum Nouemb. 1519.

Optimum vinum in Sueuia, hoc anno natum est. Emebatur Halæ 1. plaustrum 8. Florenis.

Seldius. Gesnerus. G. Fabricius.

Nati sunt. Georgius Sigismundus Seldius, Augustæ Ianuar. 21. parentibus, Georgio Seldio, & prisca Schallerina: Iurisconf. Caroli V. Consiliarius. Item, Conradus Gesnerus, Medicus & Philosophus, Tiguri. Georgius Fabricius Chemnic. April. 24. Pantal. & Bucholc.

Mediolanum, à Galliarum R. Francisco captum.

Ferdinandus, Hispan. R. Catholici titulus.

In Hispania defunctus est 1516. anno, Ferdinandus, Aragoniæ & Neapol. R. qui (vt & vxor eius Isabella) Mauros ex Hispania Bætica expulerat: & titulum Catholici R. primus acceperat: ac nouum orbem repererat: bonisque moribus, cum religione, informauerat. Obijt ei filius vnicus Ioannes. Filiæ eius, ex Isabella. 1. Isabella, vxor Alfonsi Lusitaniæ R. & postea Emmanuelis. 2. Iohanna, Philippo Austrio nupta. 3. Maria, post obitum Isabellæ, eidem Emmanueli desponsata. 4. Catharina Arturo Britanno data: & post eum, fratri eius Henrico 8. Regi.

Carolus V.

Carolus iam, Archidux Austriæ, Regnum Hispaniæ acceperat: quem postea Rectorem sui, Imperium Romanum accepit.

INDVLGENTIÆ, IN ILLVSTREM DOMVM VVIRTEMBERGICAM concessæ. Interdictum contra furtiuos venatores. Studiorum Tybingæ progressus. Concionandi in Sueuia mos. Legendarum de Sanctis auctores, Monachi. Martini Lutheri scriptio contra saccum Indulgentiarum inexplebilem. Terræmotus, & alia mala, per Sueuiam. Christophorus Stadionius, Augustanus Episcopus.

CAPVT VI.

Mirandulanus C. Franc. Picus.

ANNO 1517. Ioann. Franciscus Picus, Mirandulæ Comes, Papam Leonem, & Concilium Lateranense, ad religionem & mores corrigenda hortatur, sed frustrà. Cygno illo, de quo centum annis antè Ioannes Hussus fuerat vaticinatus, opus erat.

Supplicatio VVirt. D. Vlrici ad Papam.

Hoc 1517. anno, Indictio. 5. die 10. April. multa petenti indulsit VVirtembergico Duci Vlrico Pontif. Leo X. Beatissime pater, vt animarum saluti deuotorum Oratorum vestrorum, Illustrissimi Vdalrici, Ducis VVirtembergensis & Deck, ac Comitis montis Peligardi, Constantiensis dioc. ac duodecim aliarum personarum, per eum semel duntaxat nominandarum, coniugatorumque, vxorum, ac vtriusque sexus liberorum, salubrius consulatur: supplicant humiliter sanctitati vestræ Oratores Præfati: quatenus eis, & eorum cuilibet, specialem gratiam faciatis, &c.

De

De Confessore eligendo, qui ipsos à quibusuis peccatis absoluat: & vt à peregrinationibus longinquis, præsertim transmarina, liberentur: exceptis tantùm religionis & castitatis votis: De altari portatili habendo. De vescendo per Quadragesimam, & alia prohibita tempora ouis, butyro, caseo, alijs lacticinijs, & carnibus: libere, & absque conscientiæ scrupulo. Item, vt singulæ Oratrices, cum alijs 4. honestis mulieribus, quater in anno Monasteria ingredi Monialium possint: dum modo ibi non pernoctent. De corporibus Oratorum, tempore etiam Interdicti, Ecclesiasticæ sepulturæ tradendis, &c. Erat tunc cum alijs Romæ, vt testis, Ernestus quoq; Bamf. Ecclesiæ Collegiatæ Georgij & Martini in Tuvvingen Canonicus. *Ipsæ petitiones.*

Dux Vlricus, die Lunæ post Iacobi, Interdicto Stutgardiæ edito, vetat: ne quis cum sclopo aut balista oberret in syluis, extra viam legitimam, vel publicam. Se intelligere, insidias fieri non solùm feris, sed suæ etiam vitæ. Cùm ergo mitioribus pœnis nihil proficiatur: cogi se improbitate hominum, ad maiores vsurpandas. Oculorum periculum fore ἀπαραπτῶτον illis: qui sic in nemoribus deprehensi fuerint. *Venationes furtiuæ, à Duce Vlrico prohibitæ.*

Concesserat coniux illius, D. Sabina, in Bauariam. Habebat ipse graues aduersarios.

Tybing. Academiæ Rectores. *Acad. Tybing.*

Cal. Maij, Rector 69. M. Alexander Rieger ex Vaingen.

Inscripti: Philippus Lang ex Gartach. Simon Vogler ex Ellerbach.

Octob. 18. Rector 70. Doctor Iacobus Brun.

Inscripti. Iacobus de Rechberg, Canonicus Elvvangensis. Ioan. Sigvvart de Etlingen. Philippus, Comes de Eberstain. Ioan. Glauburg de Francofordia.

Decanus Philosophicus. M. Iohannes VVeber VVeissenhornensis.

Magistri facti. Iohannes Vischerus ex Thalsingen. Postea, Med. D.

Iohannes Vessler ex Tuvvingen. Postea, Cancellarius VVirtembergensis. Anno 1559. erga me, sibi à D. Nicolao Vambylero Iurisc. Professore Tybing. Patrono meo honorando, commendatum, per quam Stutgardiæ humanus. Ζῆν. *Vessler Ioannes.*

Alexander Brassicanus, ex Tuvvinga Excusa est 1510. & 1517. Grammatica Ioan. Brassicani, Tubingensis Pædotribæ. Sic & Ioannis Stæffleri Tabulæ Astronomicæ, Professoris huius Academiæ, à Thoma Anshelmo. *Brassicanus. Stæffleri Tabulæ.*

Stutgardiæ ad S. Leonhardum humata est honesta matrona, Adelhaidis Mussnerina, Sabbato post annunt. Mariæ mortua.

Quales fuerint his temporibus pleriq; qui in Sueuia, & alibi, in Ecclesia docuerunt: vel ex his intelligi potest: quæ Bebelius in suis Latinæ linguæ comment. scribit. Aniles fabulas, inquit, detestor: quòd plures inueniantur, qui has populo prædicando: non solùm inducunt homines ad earum fidem: verùm etiam in ijs demorantes, ea, quæ vera sunt, & in salutem animarum dici possunt, omittunt. Sunt enim plures, & præsertim aliqui Monachi: qui dum concionantur ad imperitã plebem: vt phaleratis & ampullosis verbis populum demulceant: vt famam eruditionis & disertudinis consequantur: & vt culinam suam, vel fratrum, lautius instruant (vel potissimùm, dũ Euangelijs, tanquam consuetis, atq; rebus quotidianis, pudet esse contentos) non verentur excogitare nunc somnia, nunc reuelationes (vt ipsi aiunt) sanctorum patrũ: quibus in Christum, nedum Sanctos falsa & mendacia aliquando comminiscuntur: dum non credunt satis placere se: nisi exotica aliqua, atq; peregrina, in medium afferant: vt plebs postea gloriabunda iactet: se audisse à D. Sixto, vel fratre Iohannutio: quæ antea nunquã audiuerit à quoquã. Ac dum Dom. Sixtulus, vel frater Lolhardus, in nigra barba, sic famã suam illustrauit: ne existimationem suam in posterũ extenuet: aut plebem, in laudem suam lepidiorem reddat: nõ dubitat dies atq; noctes somniare, & figmenta cõponere: quò semper clariorẽ se reddat. Tandem eò progreditur: vt fabulis (quas ipsi exempla vocant) totos dies consumat (quas ipse pro sua existimatione magnificanda satis admirabiles iã primùm excogitauit) & nihil vel parũ de sacris literis proferat: parum dicat, quod sit animæ salutiferũ. Nec reformido, illa eorum exempla fabulas nuncupare: quæ scil. non sunt illorum Doctorum scripta: quæ S. Rom. Eccles. annumerat inter Canonica: quoniã (vt vult Hieronymus) quod absq; certo auctore, vel ratione, dicitur: eâdem facilitate cõtemnitur, qua profertur, &c. Nemo igitur mihi persuadebit: Veronicam venisse Romam, ad Vespasianum Imp. & illum sudario liberasse à vespis: quæ intra nares eius nidificasse dicũtur: indeq; Vespasianum esse nuncupatum: & ob miracula & passionem Christi, cuius beneficio sanatus esset, & factum Christianũ, & expeditionem suscepisse Iudaicam, &c. Ma-Nifestarijs mendacijs velle astruere, aut illustrare, fidem nostram, & diuina miracula: cùm Euan- *Concionatores Sueuici. Monachorum poësis. Veronicæ fabula.*

" gelicâ historiæ atq; veritate possis firmissimè. INSANIA est, &c. Illud etiam mihi ridendum
" videtur: quòd Concionatores illi, cuiuscunq; Sancti Festum celebrant, concionando clamant: fuisse
" illum super omnes alios Sanctos, virtutibus & vitæ Sanctimonia: vel singulari sanctitatis privile-
" gio dotatum persuadent. Postquam ad alium venerint Sanctum: itidem faciunt: semper præferen-
" super omnes alios extollendo. Taceo de laudibus: quas aliquando præter fidem tutelarib. Sanctis,
" quos PATRONOS vocant, Sacerdoces in dedicationib. adscribunt, &c. Ortũ Mariæ virginis, simul

Apocrypha scripta.

& nativitatem, atq; infantiam Domini nostri Iesu Christi (inquit S. Hieron.) in Apocryphorum
" venimus libros: in quibus, multa contraria nostræ fidei considerantes scripta, recusauimus vniuersa:
" ne per occasionem Christi, lætitiam Antichristo traderemus, &c. Dubitatur etiam de assumptione

Purgatorium Patricij.

" B. virginis Mariæ. Fabulantur item de Legenda Traditionis: de Purgatorio Patricij: de Legen-
" Constant. Magni: quæ apud nullum Græcum nec Latinum, Scriptorem inuenitur. Item, de Colle-
" quio Sibyllæ cum Augusto. Noui quendam, qui ex Theodorico Veronensi, concioni suæ testimoni-
" um adhibuit: cùm merum sit commentum: sicut aliæ omnes (more antiquissimo Teutonum) cane-

Dietrich von Bern.

" tiones vernaculæ de gigantibus (de Fasoldo, Hiltebrando, Duce Ernesto) mera commenta sunt.
" Satis, ex bono Bebelio: qui in densissimis adhuc religionis tenebris viuens, tamen hæc scripsit.

Venit hoc 1517. anno, generalis peccatorum remissio, vel Indulgentiarum mercatus à Pon-
tif. Leone in Germaniam: quæ res Moguntino etiam Archiepiscopo Alberto commendata fuit.

Tetzelius, Indulgentiarum mercator.

Nundinator erat inter alios quidam Iohannes Tetzelius, Misnius Pirnensis: qui Francofordiæ
ad Viadrum, Crucem in Templo erexit, cum Papæ Insignib. (teste Ioan. Pomario) quam eiusdem
efficaciæ & dignitatis cum cruce Christi affirmauit. Idem, vt plurimum auri colligeret pro literis
Indulgentialibus, dicebat: animas hominum, qui cruciarentur igne purgatorio, ad sonitum Auri,
in arculam Indulgentiarum conjecti, extemplò liberari omni cruciatu, & subuolare in cælum. Ea
impudentia hominis, Præsuli Misnensi Ioanni ita displicuit: vt diceret (teste G. Fabricio Chemnit.)
ipsum fore Indulgentiarum vltimum instítorem: sicut & de Monachu dixit: nullum animal au-

Monachorum audacia.

dacius esse eo, quod è cuculla prospiceret. Eadem Tetzelij audacia ita commouit animum MAR-
TINI LVTHERI: vt VVitembergæ vltimo die Octob. qui Sabbati erat, affigeret propos-

Indulgentiarum oppugnator, M. Lutherus.

tiones ad valuas Templi omnium Sanctorum, contra illas Indulgentias: & à Moguntino per li-
teras peteret: pro Indulgentijs Euangelium potius doceri iuberet. Hinc iam occasio & principium
corrigendæ Christianorum religionis: hinc multorum principum & vrbium à Pontificia doctrina

Hinc, maximæ turbæ contra Papatum.

recessus: hinc multi & maximi labores, pericula, calamitates: Pontificibus Romanis errores ipse
non agnoscentibus: sed ferro, flamma, & omni genere machinationis, profusis dogmatibus contra
Euangelicos propugnantibus. De quibus rebus omnibus, legatur Ioannes Sleidanus: cuius histo-
ria de Statu Religionis & Reip. ab hoc 1517. anno initium sumit.

Eiusdem anni nocte Natalis Christi, Saxoniæ Duces (Fridericus & Ioannes atque huius
filius Ioannes Fridericus, magno cum comitatu è Monasterio VVeimariæ exeuntes, supra arcem
cælo sereno conspexêre crucem instar sanguinis rubentem, clarè & euidenter, Iudicarunt duo fra-
tres: portendi Religionis dissidium, & domui Saxoniæ periculum.

Terræmotus.

Eodem 1517. anno, pridie Palmarum, inter horam 4. & 5. vesperi, Caluæ & Tybingæ ma-
gnopere terra mouit: hominibus, dum in Templis essent, tumultuantibus. Secuta sunt hæc
Κεφαλωδύνια (dolor capitum) frequens, & à mente alienatio: non tamen ita multis mortalibus.
Frigore interierunt vites in VVirtembergia: circa oppidum VVilam, grandine segetes sunt per-

Caritas vini & frumenti.

dita & apud vicinos. Secuta est caritas vini & frumenti. Plaustrum vini, Esslingæ LXX.
Florenis venibat. Frumentum ex Alpibus, Yberlinga, atque adeo ex Austria, Tybingam vehe-
batur. Halæ, plaustrum vini XXVIII. fl. valebat. Vbi itidem ingens annonæ caritas erat. Ma-

Halensium bonitas erga ciues.

gistratus verò Halensis (paterne agens, non deglubens) vili fruges suis ciuibus vendebat. Sed &
exteris pauperibus, sicut Ciuibus, eleemosynâ subuenit. Abusi ante fuerant ad lixum homines pa-

Ventorum vis.

ne & vino. Tunc verò tristitiâ diuites iuxta ac pauperes premebantur. Sæuierunt flatus ven-
torum. Backnangæ turris prostrata est. Halæ, in planicie inferiore, tiliæ XL. magnæ concre-
derunt. In Rhiasa, 26. Iunij, plus centum domus & horrea: pro quo numero, Lycostheneslia
lia domorum & stabulorum ponit. Deiecta est etiam vetus Ecclesia parochialis, extra ciuitatem
Nærdlingensem in monte sita, ad S. Emeranum dicta, turri remanente. In hortis denique, & sylua
arbores radicitus euulsæ.

Ius patronatus Mauriciani Templi Augustæ, Iacobus Fugger, Vlrici & Georgij frater, à
Leone X. non paruo ære obtinuit.

Augu-

Augustano Episcopatui praefectus est Christophorus à Stadion, Decanus summi Collegij, V.I. Doctor, vir doctissimus, & Doctorum fautor. Praefuit 25. A magna cum laude. Secesserat Augustâ Dillingam cum Clero, propter mutatam ab Augustanis religionem. Fundauit & construxit Xenodochium Zusmerhusanum, tribus milliar. ab vrbe. Obijt Norimbergæ 1543. in Comitijs, à Rege Ferdinando habitis. Sepultus est ipse Dillingæ in collegiata Ecclesia: intestina verò eius, Norimbergæ in Monast. Ægidiano. *August. Episcopus, Christ. Stadionius.*

Memorantur inter concionatores (teste Gassaro) Templi cathedralis ab Episcopo hoc vocatos, anno 1517 Ioannes Oecolampadius, Vrbanus Regius: & Scholæ ibi Moderator Ioan. Vægelinus Hailfrunnensis. Laudatur Guilielmi Remi, ciuis Augustani (cuius posteri, anno postea 1528. in Patricios relati) liberalitas: quam hoc 1517. anno in pauperes, in annonæ difficultate, declarauerit: modimnus 300. in eos gratis diuisit. Dreyhundert Schaff. *Concionatores Augustæ.*

Rudolphus ab Ehingen factus est curiæ Mompelgardicæ Magister, à Duce VVirtemb. Vlrico, in locum Caspari Bubenhofij. Ibi multum negotij habuit in vindicando quorundam locorum iure, ab alijs inuasorum. Quarum rerum rationem, filius eius iam mortui, modo sub Duce Christophoro fideliter reddidit. Sic fidelitate omni, munia vocationis suæ cuiq; obeunda sunt: tum, vt bonâ gaudeat conscientia: tum, vt molestijs extrinsecus careat. *Ehingerus Rudolphus.*

Cauſtella scloporum incensoria artificiosa, Norimbergæ 1517. excogitata sunt.

In Oriente & Meridie, Turc. Rex Selimus, Ægyptum cum Syria sibi subiecit hoc anno. Ita Saracenis Sultanis interitus accidit. *Ægyptus, sub Turcu.*

COMITIA MAXIMILIANI, AVGVSTÆ. LVTHERVS, IBIDEM.

Monachi eôdem profecti Indiani. Lutheri Epistola ad Reuchlinum. Academiæ Tybing. Rectura. Philippus Melanchthon, VVitembergæ. Rudolphus de Ehingen, & alij Sueui nobiles. De Caspato Bruschio Egrano.

CAPVT VII.

ANNO 1518. Comitia Augustæ habebantur. Principibus electoribus omnibus præsentibus. Ibi, de successione Caroli actum: dicente Maximiliano, se breui moriturum: nec amplius in comitijs visum iri. Itaq; Proceribus valedixit. Addidit fore magnas turbas Subditorum, & Religionis. Eis ergo vigilandum esse. Actum de bello cum Turcis gerendo, qui nuper Sultanum Ægypti deiecissent. Actum de rebus in VVirtembergia turbatis, & de Lutheri doctrina. Hæc enim multos offendebat: sed & multos iam habebat fautores. Venit is, citatus, Augustam: vbi cum Cardinale Caietano confert de Papæ potestate, & de fide iustificante. Cùm errores suos reuocare iuberetur: eos sibi demonstrari petebat: ac re infecta in Saxoniam rediit. In ijsdem Comitijs (volente sic Leone Papa) Moguntinus Archimystes Albertus, Cardinalis inauguratus est, caremonijs & sacris in ea re consuetis: ac muneratus tum à Cæsare, tum à Pontifice: vt scil. esset præclarus alijs, qui Papæ autoritatem tueretur, apud Germanos. Nanque *Comitia Augusta. Turcici belli deliberatio. Lutherus, in ijsdem Comitijs. Moguntinus Albertus, Cardinalis.*

τὴν μὲν αὐτὴν ἀσεβείαν μέγα ἀεὶ σέβειν ἐστὶν ἀνοσίαν.

Die S. Georgij 1518. nobilis vir Bernhardus Kirchberger (Rotenburgi Neccarici genus suum habens) emit de generoso Comite Zollerensi Ioachimo, duo dominia, Spitz & Schellenberg in Austria. Signauit frater D. Comitis, Comes Eitelfridericus Zollerensis. Testificatus est 1572. Indict. 15. in nobili sede Georgij Kirchbergeri Ebingæ ad Nicrum, M. Stephanus Gencæingerus, Ludi rector Ebingæ. Sic & M. Ioannes Dummingerus, publicus Notarius, ex Originali Vidimus translatum confirmauit. *Kirchbergeri.*

Anno autem 1549. (mortuis iam Comite Ioachimo, & nobili Bernhardo) Comes Iodocus Nicolaus, Haigerlocho 9. April. ad nobilem Ludouicum Kirchbergerum (qui fratrem habebat Leonhardum) scripsit: se ei documenta quæsiturum, ad possessionem ditionis Spitz, ob quam Bauariæ Dux VVilhelmus controuersiam mouerat, tuendam. Erat hic Comes, illius D. Ioachimi filius: Ludouicus autem Kirchberger / Landvndermarschalck in Oſterreich: cuius frater Leonhardus, etiam in arce Spitz habitabat.

Stutgardiæ, in Parochiali Templo. Elisabeth / von Gottes gnaden Marggräffin zu Baden vnd Hochberg / geborne Marggräffin zu Brandenburg / ist gestorben 1518. an dem 31. tag deß May: der Gott gnad.

Dux VVirtemberg. Vlricus, delectus suorum ciuium habebat circa S. Margaretæ diem: fruges triturari, ad casus incidentes, iubebat.

Augustana quædam.

Die S. Bartholomæi, nuptiæ celebratæ sunt Augustæ à Marchione Casimiro, cum Bauara. in quibus, equestres ludi, choreæ, iaculantium certamina, omni cum magnificentia & splendore peracta.

Eodem anno, Henricus Tachs (ex tribu Mercatoria, & inferiore patriciatu) Felicitatem Fuggerinam sibi despondit. Gassar.

Indicini Monachi.

Venerant ex India oriundi, χειροτιν Augustam, duo Monachi Dominicani, & duo Franciscani, facie nigri. Qui cùm Româ, ob Europam videndam, huc appulissent: tunc in Templo Cathedrali præsente Imp. Maximiliano, Liturgiam Chaldaicis lingua & ceremonijs celebrarunt. Deinde, ad propositum suum persequendum, saluum conductum ab Imp. acceperunt. Idem.

MART. LVTHER AVGVSTINENSIS, Ioanni Reuchlino Phorcensi.

Lutherus ad Reuchlinum.

Dominus tecum, vir fortissime. Gratulor misericordiæ Dei, quæ in te est, vir & eruditissime, & humanissime: qua tandem prævaluisti obstruere os loquentium iniqua. Fuisti tu sanè ornamentum consilij Diuini: sicut tibi ipsi incognitum, ita omnibus puræ Theologiæ studiosis expectatissimum. Adeo longè alia fiebant à Deo: & alia videbantur geri per nos, &c. Inuadunt dentes ipsis: longè quidem minoribus ingenij & eruditionis viribus, quàm tu occurristi, & prostrauisti: sed non minore animi fiducia. Congredi mihi detrectant, respondere recusant: sed mera vi & violentia in me viam affectant. Viuit verò Christus: & ego perdere nihil possum, quia nihil habeo. Fracta sunt in tua firmitate, non parum quidem cornua horum taurorum. Hoc enim in te egit Dominus: vt tyrannus Sophistarum, aliquando & tardius & mitius disceret veris Theologæ studijs resistere: ac respirare inciperet Germania: Scripturarum doctrinâ tot (heu) annorum centenarijs, non tam oppressa, quàm extincta, &c. Vitembergæ, alterâ die Luciæ, anno 1518.

Rectores Tybingæ.

Tybing. Academia.

Kal. Maij, Rector 71. Petrus Brun.

Inscriptus. Andreas Althamer Gundelfingensis, Maij 8.

Althamer.

Octob. 18. Rector 72. M. Franciscus Stadianus.

Inscripti. Andreas Rischacher de Riet. Christoph. Truchsæß, Baro de Waltpurg. Sebastianus Hormolt de Bietica. Conradus Benslin de Tuwingen.

Hormolt.

Decanus artium. Balthasar Sellarius Canstattensis.

Promoti Magistri. Matthæus Aulber ex Rutlingen. Postea, Theol. Doctor. Ioan. Rourbach Tuwingensis. Præpositus Vracensis. D. D. Bernhardi F. Vlricus Rucker de Wisenstaig. Iurisc.

Exijt hoc anno, Mart. 24. Kalendarium Romanum magnum Ioannis Stæffleri Iustingensis Alemanni: Maximiliano Augusto dedicatum: Oppenhaimi per Iacobum Kæbelium excusum. Quod carmine Latino commendauit Augusto, ex inclyta Tubingæ Academia (incipiebant tum alicubi Diphthongi scribi: quod antehac fuerat tot seculis inusitatum) Ioannes Alexander Brassicanus, Philosophus, Poëta & Orator laureatus, ætatis suæ anno XVIII. Præposuerunt etiam Epigrammata suo, hi duo.

Stæffleri Calend. Romanum.

Diphthongorum scriptio.

Brentius.

Ioannes Brentius Wilensis.

Si excellens facinus peregerit quis,
Virtute ingenij: nihil cupiscit
Plus, nil gratius assequi vel ardet,
Quàm laudem. Hoc precium, hic scopus laboris, &c.

Frechtus.

Martinus Frechtus Vlmensis.

Huc animum tradas vigilem, doctissime Lector.
Sunt hic, quæ poteris docta videre noua, &c.

Vterque Leonis X. Pont. beneuolam facit mentionem. Postea modò, doctrinam Dei ex Luthero assecuti.

Melanchthon, Vitenberga. Græca lingua.

Philippus Melanchthon Sueuus Bretanus, anno ætatis suæ 22. (vt Bucholcer scribit) Vitebergam Aug. 25. venit (decennio post Lutheri aduentum) ob docendas literas Græcas, ab Electore Friderico accersitus. Cœpit hoc anno explicare publicè Homerum, & Epistolam Pauli ad Titum, Græcè. Publicauit, 1519. Rhetoricam. 1520. Dialecticen. 1524. Grammaticam.

Rudolphus

Rudolphus de Ebingen, Aulæ VVirtemberg. Magister erat: inter cuius filium Georgium & Vrsulam natæ Gyltlingensis de Sunchingen filiam Elisabetam viduam, matrimonium contractum est. Elisabetæ auia, fuit Dorothea de Buchel: Dorotheæ patruus, Georgius de Rosenfeld. Approbauit hunc contractum Sebastianus Gyltlingensis, vt cognatus. Sigillis firmarunt, Philippus Ebingenus, Praefectus maior Comitatus Zollerensis: Henricus de Rischach, Rudolphus Ebingenus, & praedictus Sebastianus. Ebingenus Rudolphus.

Natus est 1518. Nouemb. 7. die Dominico, noctis ferè hora 2. Comes Georgius de Helffenstain.

Et Georgius Fuggerus, Kirchbergæ VVeissenhorniq; Baro, natus mense Ianuario est: parentibus Raimundo Fuggero, & Catharina Turtzonia: nobilis in Vngaria & Polonia familiæ fœminâ. Ingolstadij & alibi, bonas literas sectatus est: omni genere armorum exercitatus. Potens ingrandem equum, iam coniugatus, sine stapedum adminiculo insilire armatus. Mathematicis studijs vnicè deditus: Petro Apiano, & Cypriano Leonino, familiariter vsus. Ex Vrsula Liechtenstainia multos liberos procreauit. Ex quibus filia Isabella, Baroni Sueno Villingerano nupta, exactissimè latinâ lingua loqui poterat. Henric. Pantal. Fuggerius Georg.

Die Mariæ Magdalenæ, huius 1518. anni, Praefectus Vracensis Stephanus Myller, consôdit quendam Reutlingensium, & duos vulnerauit. Ideo ciues in Ducatum irruere cupiebant: verum Senatus eos retinuit. Hinc, inter ipsos discordia. Reutlingensium offensio.

Nyrtingæ defunctus est die Veneris post Mariæ Magdalenæ, der Edel vnd Vest Christoph von Walienfels. Defuncti aliquot.

Caluæ, die Lunæ post Martini, mortuus est nobilis vir, VVilhelmus de VVelvvart.

Stutgardiæ obijt honesta mulier Margareta Beibelina, Maij 18.

Nærdlingæ, in Templo Carmelitano. A. 1518. Ianu. 1. ist verschieden der Edel vnd Vest Mang von Wernaw: dem G. G. S.

Bebenhusæ. Anno 1518. obijt Ioannes Lupfdich, V. I. Doctor eloquentissimus, & lumen totius Germaniæ, apud multos Principes, &c. Post quem obijt vxor sua legitima, Vrsula Luzin, 7. Cal. Octob. 1527.

Vilitas erat hoc anno, vini & frumenti: sed pestis, Tybingæ, hoc & sequenti anno.

Turris illa magnifica, quæ Templo Lauingano contigua est, ædificari cœpit 1518. sed propter varia Reipub. impedimenta, modò 1578. perfectionem accepit. Lauinga.

Caspar Bruschius Egranus, Poëta Laur. & Comes Palat. (quem toties in hoc opere citaui) natus est 19. Aug. 1518. matre Barbara, Casparis Kurtzelij filia. Maiores eius non appellabantur Bruschij, sed Peisseri. Proauus verò eius vocatus fuit Brustius, propter corporis pinguedinem: vt ipse Bruschius in collectaneis M. Scr. scribit. Occisus est 1559. vir doctissimus, antiquitatis eruendæ studiosissimus sclopo, inter Rotenburgum Tubari, & VVinsheimum in sylua Schlingenbach: insidijs exceptus, nescio quorum Nobilium: in quos Scriptum editurus erat. Sed dei sic nunc ereptum fuit: vt ante multos annos ex amicis audiui. Bruschij natiuitas.

Natus est & Ioannes Funccius Chronographus, mense Febru. 1518. in suburbio Noribergensi VVerda. Occidit 28. Octob. 1566. Regiomonte, aduersatus Principi Alberto. Et Ioannis Funccij.

CÆS. MAXIMILIANI MORS. REVTLINGÆ OCCVPATIO PER Ducem VVirtembergicum. Ducis expulsio per Sueuicum fœdus, & VVirtembergiæ occupatio. Obsidio & deditio Tybingæ. Comitis VVirtembergensis Georgij fortuna. Scholæ Tybing. administratio. IMP. XIIII Rom. à Rudolpho I. CAROLVS V. Austriacus. Conatus Ducis Vlrici, recuperandi status amissi, irritus. Domini de Landau. Fuggerinum Augustæ oppidum. Disputatio Lutheri Lipsiæ.

CAPVT VIII.

ANNO 1519. Maximilianus Imp. cùm Principibus vltimum Vale dixisset Augustæ: vt non amplius ipsis videndus: profectus est in Austriam: & apud oppidum Valentiam, seu VVelsam, obijt 12. Ianu. vbi sine maiore pompa, vt voluit, ei funus factum est: in loculo ligneo ex cisso (VVidemanno teste) quem diu ante suum obitum sibi præparauerat: & alijs arcæ [illegible] inclusum, secum circumuexerat: nemine, nisi vno fidelissimo homine sciente. Vixerat A. 59. M. 9. D. 19. Imperauerat A. 31. M. 11. D. 21. Cui Michael Humelbergius Rauenspurgensis prolixum Epitaphium fecit: quod in Antiquis inscriptionibus P. Apiani, & Barth. Amantij, extat. Eidem magnas exequias etiam Dux VVirtemberg. Vlricus Stutgardiæ celebrauit. Prælatis omnibus præsentibus, missificatione & cantu, Ianu. 20. Maximiliani Imp. obitus. Præparatio ad mortem.

Eodem

Henrici, Mompelg. Comitis, obitus.

Eodem anno, illustris Princeps & Dominus, Dominus Henricus, Comes VVirtembergiæ & Montispeligardi, fatis concessit in vigilia Palmarum, ætatis 73. anno. Fuit pater Principis Vlrici: & cùm Vraci obijsset: Stutgardiæ in Cathedrali Ecclesia sepultus est.

Exponam nunc calamitates VVirtembergenses; quas cùm alij, tum Ioannes Tettinger Tubingensis carmine descripsit, & edidit.

Reutlingæ, Achalmensis Præfectus occisus.

Die Veneris ante S. Sebastiani, Præfectus vel Saltuarius Achalmæ, arcis VVirtembergicæ cùm in oppidum subiacens Reutlingam descendisset: fuit ibi (ciuibus, opinor, ex præcedente anno, propter ciuem Reutlingensem ab Vracensi Præfecto interfectum, irritatis) occisus: vir Duci Vlrico charus. Cumque in dissensione ciuium & Senatus oppidi, percussor non sisteretur Duci ad iudicium: cùm etiam is contra se agi ab illis in piscatu & venatu, profugorumque ex Ducatu venatorum occultorum receptione, existimaret: ipse die Veneris post Sebastiani, cum 1000. peditibus, & 100. equitibus Stutgardia egressus, vires passim auxit: & contra Reutlingenses perrexit. Circa quos dies terra mouisse fertur. Eripuit ipse eis vicos 7. vrbem illorum obsedit: fontes & fluuium inde auertit: murum amplius 700. ictibus maiorum tormentorum verberauit: ipsis vsum bombardarum, quas contra locauerant, decussit. Erat nix tunc, & frigus magnum: cuius specimus Herterus: vt salutis rationem haberent, ac deditionem facerent. Quæ & die Veneris post S. Agnetis facta est. Intromissus cum parte exercitus, Dux: cui obuiam processit Clerus ordinis, & in Ecclesiam deduxit. Tum sacramentum victori ciues dixêre: Præfectusq; eis, & in consilijs Ducatus, proximus ab Vracensibus locus, datus est.

Dux Vlricus Reutlingam capit.

Ideo bellum ei à Sueuico fœdere indicitur.

Hæc fama cum percrebuisset: commotum est ad arma Sueuicum fœdus: tanquam pax in Imperio seruari, nec Imperialis vrbs occupari, debuisset. Vlmæ igitur conuentu habito: die 16. Martij bellum VVirtembergico indicunt per Feciales de more: nobiles scilicet pueros duodecim: qui præfixas equestribus hastis ad Principem literas ferebant, singulatim ab hostibus subscriptas. Quos Princeps humaniter acceptos, & aureis nummis donatos, à se dimisit. Tunc vtrinq; conferebantur copiæ. Dux per Ioannem Leonhardum de Rischach, virum fidelem & imperitum, eduxit XV. millia Heluetiorum: quibus suorum adiungit XVI. millia: & apud Blabyram castrametatur. Fœderatis erant XXX. millia peditum, & VIII. millia equitum. Dux VVilhelmus Dux Bauariæ, & Georgius à Frounsperg. Effecerunt hi, vt Heluetij à suis Magistratibus domum reuocarentur: tanquam iniussu ipsorum ad hanc militiam egressi. Hi ergo Esslingam, Blochingam, Cellam versus abeuntes, in patriam discesserunt. Ita Princeps, præter spem miserè viribus suis imminutus est, ac cedere coactus. Ludouicus quidem Palat. vt Imperij per Interregnum curator, ab armis abstineri, & controuersias iudicio finiri, iusserat: cæterùm Electores, literis ad fœderatos interceserant: sed nihil est effectum.

Ab Heluetijs, Vlricus desertus.

Occupatio VVirtembergiæ per fœderatos.

Hi enim in cursu instituto perrexerunt: nec prius finem fecerunt, quàm totius Ducatus potiti sunt, de loco ad locum gradientes. Occupata sunt hæc. Haidenhaimum: cuius arcem senex quidam nobilis tenebat, Stephanus à Lichtvv. Gæppinga: cui præerat Philippus à Rechberg, cognomine Longus. Defendit se oppidum diem & noctem, præsertim taculando strenuè in hostes. Sed cùm Princeps per internuntium monitus, auxilio venire non posset: iuberet q; eos saluti suæ consulere: deditionem fecit. Occupata est Blabyra, quam regebat VVolfgangus à Rechberg. VVeila oppidulum etiam se dedit. Nyrtingæ parsum est: quia dotalis erat Brandenburgensi Ducis Eberhardi Iunioris viduæ. Cæterorum quæ corradebantur, nomina sunt. Tecca, Kircheimum, Vrcum, Herrenberga, Bebelinga, Syndelpbinga, Sutgardia metropolis, Leonberga, Grieninga, Aspergum (cui præerat Ioannes Leonh. Rischachius) Cansladium, VVaiblinga, arx VVirtembergica, Beutelspachum, Schorndorffa, VVineda, Backnanga, Bracknanga, Binica, Besica, Bietica, Marpachum, Lauffa, Meckmyla, VVinspergum, Maulbrunna, Vaihinga, Haimsum, Calua, Hirsaugia, Thermæ sylvestres, Hernalba, VVildperga, Nagoltum, Dornstadium, Schiltachium, Hornberga, Tutlinga, Balinga, Ebinga. At etiam Tybinga in potestatem venit: de quare mox dicemus. Hæc oppida, hæ arces, hæ præfecturæ, & cætera cuncta VVirtembergiæ, tunc infelici fato correpta & possessa sunt.

Tybingæ relictis in arce liberis cũ præsidio, Dux Vlricus in Mõpelgardiã excedit.

Imposuerat quidem Dux Vlricus præsidia locis firmioribus, sed frustrà: Inuit Tybingam: in arce præsidium habebat: ibi charos liberos relinquebat, Christophorum & Annam, ætate puerili. Valedixit his, & Ducatui, cum Lacrymis, 7. circiter April. & per Hercyniam syluam, se in Mompelgardensem Comitatum contulit, cum paucis nobilibus & fidis hominibus.

Itum

hum expeditè à Sueuico fœdere, per syluam Schonbuchiens. m: obsessa est Tybinga, oppidum & arx, à parte riui Ameræ: castrus in cliuo riuuli Caseobachi positis. Arx se fortiter defendebat: & 14. April. eruptione trans Nicrum facta: pugnarunt cum fœderatis: eos in fugam coniecerunt: occiderunt iuxta Deredingensem pagum, & ceperunt, aliquot Stratiotas: qui ex Albania, vel Epeiro, oriundi tunc in illis castris militabant. Equis hi pernicibus dextrè vtentes, modò incurrebant, modò se recipiebant. Eorum Ducem Georgium Samaren, ex Corona Albaniæ ciuitate ortum, vulneratum in ventre, atque captum, in oppidum Tybingense adduxêre viuum: qui postridie obijt: & vt nobilis vir, in Templo S. Georgij humatus est, studio Ernesti Bamfi Canonici qui Italicè sciebat. Pendet etiamnum tabella in Templo, cum Epigrammate: Strenuus hic miles, Græcis oriundus ab oris, &c. De quo plura libro 5. Germano Græciæ nostræ. Debinc autem deditio Tybingensium secuta est: oppidi, magnâ feria 5. (am Grünen Donnerstag) arcis verò, die Martis post Pascha. Omnino, deditionis diem, 28. April. factam inuenio. Dedita est & Neissa. Vtrumq; oppidum & arx, ea conditione: vt suo tempore Duci Christophoro, & sorori eius Annæ (quorum amborum pueritia, tunc in Tybingensi arce nutriebatur) restituerentur. Ac puero huic fidem iurarunt ciues. Nec Asperga statim deditionem fecit: sed prius tormentorum impetum & vim experta. Hoc modo Reutlingensis ciuitas, ad Imperium redijt.

Tybingæ obsidio.

Eruptio ex arce eius.

Georgij Samaræ interitus.

Dedita fœderatis, Tybinga.

Et Neissa.

Atq; Asperga.

Tunc fœderati, magna cum præda domum reuersi sunt: Præside Ducatui relicto Christophoro, Barone de Schwartzenberg: damno dato (vt æstimabatur) per sex hebdomadas non minore: quàm quantum postea triennio ab Hispanis datum fuit. Ducis liberi, ambo è Ducatu abducti: Christophorus, auunculo Vvilhelmo Bauaro educandus est datus. Fuit quadrimus: & anno 1533 inscripto quodam (quo Ducatum à Legatis Sueuici fœderis, Augustæ tunc versantibus, repetijt) conquestus est charum patrem suum à se nunquam visum esse.

Ducatui præfectus. Christ. de Schwartzenberg B.

Christophori Vvirt. pueri abductio.

Frater autem Vlrici Georgius, Comes Vvirtemberg. & Mompeligardensis (qui fuerat sub eius regimine educatus) Argentinam concessit. Cum quo postea transactum est à Regimine Austriaco Vvirtembergiæ: vt ei singulis angarijs 1050. fl. Badenam mitterentur: ipseq; Rei chenvveiræ in dote materna habitaret. Ibi splendidè vixit: donec post 15. annos, Dux Vlricus restitutus fuit. Tunc reuersus: aliàs Tybingæ, aliàs Vraci, aut alibi fuit. Dux etiam Christophorus, Georgio 1553. Neupyrgum, Horburgum, Mompeligardum, hæreditariò concessit.

Georgij, Comitis Mompelg. fortuna.

Rectores Tybing. Scholæ.

Tybing. Schola.

Calend. Maij. Rector 73. Balthasar Cansladiensis.
Inscripti. Iohannes, Baro de Haideck, Ecclesiæ Cathed. Bambergensis Canonicus, Iul. 1.
Ioan. Scheublin Esslingensis.
Octob. 18. Rector 74. Gallus Muller, Theol. D.
Inscriptus. Hugo Theodorus de Ovv.
Decanus Philosophicus. M. Matthæus Ort de Vvildpaden, ad Festum Iohan. Bapt.
Magistri facti. Ieorius (Georgius) Renz de Vvaiblingen. Med. D. Michaël Brotbeck de Bernhusa.

Reuersa in Ducatum illustrissima Domina Sabina, Stutgardiam venit: ibiq; à tribus ordinibus (Prælatis, nobilitate, & primatibus regionis) petijt: vt vnico suo filio Christophoro, Ducatus restitueretur integer, non distractus. Se & filium operam daturos: vt ipsis refunderent ali quatenus sumptus & damna belli.

Sabinæ Ducissæ reditus Stutgardiam.

Cum Imperium Rom. ambirent duo Reges: Carolus Austrius, Hispaniæ: & Franciscus, Galliæ: electus est Francofordiæ in comitijs Carolus, die 28. Iun. annos vndeuiginti natus. Recusabat enim Saxoniæ Elector Fridericus. Carolo electionem Fridericus Palat. in Hispaniam nuntiauit. Ita nunc decimumquartum post Hohenstauffense genus habemus, IMP. CÆS. CAROLVM V. AVSTRIVM, P. F. Aug. qui imperauit A. 38. M. 8. D. 14.

Carolus V. Austrius, Imp. Rom.

Cogitabat Vlricus (cùm præsertim liberis eius non redderentur Tybinga & Neissa) de vindicta. Rediens igitur cum suis, qui vnà exulabant, occultè, recipit Haimsum & Leobergam. Sic & in medio Augusto, horum auxilio Stutgardiam. Habebat secum Bur cardum Stadionium, & Philippum Rechbergum Longum. Exercitum autem X. millium peditum, & bis mille mercenariorum militum atq; CC. equites. Kirchaimum quoq; eum recipiebat, sed Ovv i recusabat. Sic Neissa etiam, Vracum, & Tybinga, coactu præsidiorum. Multi ex Ducatu in ciuitates Imperiales metu ipsius cesserant, præsertim Esslingam. Qui cùm reuocati non redirent: vxores etiam & liberos, ad eos expulit: Esslingam autem sub exitu Augusti obsedit (die Lamperti, vt alicubi lego) castris

Ducis Vlrici conatus recipiendi Ducatum.

Esselingæ per eum obsidio, in cassum.

castris in Ebershalda factis. Vidi foramina in domo vna & altera, bombardis ab illo tunc facta. Vineas afflixit, pagos depradatus est, Mettingam combussit. Oppidani vicissim erumpunt: exurunt VVeileram Parthenonem, Hadelsingam, Ruitam, superius Tyrckhaimum. Quodam die, per Neccarum inuasione facta: vrbs eis per portam aquatoriam (durch das Trinckthor) fere fuisset erepta. Sed fortissimè pugnantes, multis suorum amissis, patriam conseruarunt. Soluit obsidionem Princeps die Iouis, post Dominicum diem captæ obsidionis proximo. Redière fœderati, Duce VVilhelmo Bauaro: arcem VVirtembergam igne corruperunt: spectante Principe Vlrico, & exercitu. Tum, velitationes crebræ factæ, eaq; violentæ. Tandem autem apud Tyrckhaimum Dux pugnâ quadam victus, ac bombardis cedens, ciues suos iussit quenq; sibi consulere: atq; Duca-

Rursus in exilium ire cogitur.

tu rursus excessit, mense medio Octobri. Venerat enim primò, Ioannes Vngelter die Mauricij, Vlmâ Goppingam versus, per Blasij cliuum (Bliensbaldam) descendens Esslingam, cum 700. peditibus, contra Ducem. Deinde, die S. Fidis virginis, Bauarus ipse cum 16000. millibus peditum & equitum. Valebat ouum 2. nummis. Die 14. Octob. Callisti, multos agricolas Ducis Vlrici confecerunt bombardæ iuxta VVangam. Ita ergo cessit. Fœderati, Pontifici Rom. per Legatum eius, rationem factorum suorum reddiderunt: misso Lucernam Heluetiorum Barone Schwartzenbergensi Christophoro, Porphyrio Riethero Boxpergio in Boxperg, Consule Vberlingensi Ioanne Freiburgero, Leonhardo Iungio Prætore Vlmensi. Dehinc, ab omnibus Præfecturis Ducatus magnæ pecuniæ, exactæ. Militum præsidiariorum, ingens petulantia, blasphemiæ, libidines, violentia. Ex frumento & vino pecunia vendendo conficiebatur. Ita magnæ Ducatum miseria occupauerant.

Miseria Ducatus, sub alieno imperio.

Pestilentia.

Pestis ad hæc sæuissima erat, & Vlmæ, & in VVirtembergia: quæ incepit mense Septembri: ac progressa est vsq; ad diem conuersionis S. Pauli, anni sequentis.

Sustulit ea VVaiblingæ tantùm, 1300 homines.

Stutgardiæ, in fano Hospitalis.

Anno Domini 1519. an S. Gallen tag / starb der Edel vnd Vest Juncker Eberhart von Rosenberg: dem G. G.

Pfortzhaimi, extra chorum Templi.

A. Domini 1519. auff aller Heiligen abend / starb der E. vnd V. Hans von Neuneck.

Item, die Edel vnd Ehrsam Frawe / Margareth von Sachsenhaim / starb A. 1519.

Præterea, die S. Martini Episcopi, honestus adolescens Henricus Slackn, Cracouiæ Poloniæ.

Hechingæ obijt Hainricus Sacks, Canonicus Constantiensis, pridie S. Otmarij. Insignia, duo Sacci.

Viennæ Austriæ.

Landau.

D. Iacobus de Landau, eques, die S. Margaretæ obijt 1519. Viennæ apud Austrios. Sepultus ibi in Monasterio Scotorum. Prouincialis fuit præses Sueuiæ, superioris & inferioris: Pfandher: der Herrschafft Walckerßdorff in Austria. Coniux eius, fuit Reigardis de Kirchheim: humata in cœnobio Riesæ Mamingen. Domini Landauienses, ab anno 1280. vsq; huc enumerati, quando mortui sint, hoc ordine natiuitatis.

1. Hartmannus, mortuus 1280.
2. Eberhardus, 1321.
3. Eberhardus, 1368.
4. Conradus, 1374.
5. Eberhardus, 1378.
6. Lucius, 1398.
7. Conradus Halbritter, 1436. & frater eius Eberhard. 1444.
8. Lucius, 1489. cui frater fuit Eberhardus.
9. Ioannes, 1513. cuius frater, Henricus, 1510. & Iacobus, 1519. obijt. Reperiuntur singuli suprà in suis, iam posit. annis. Insequentes quære infrà ad annum 1552. & 1559. &c.

Insequuntur autem hi, ordine natiuitatis.

10. Georgius, Ioannis filius, mortuus 1552.
11. Lucius, natus. 1541.
12. Hainricus, natus 1582. vterq; hodie viuens.

Ita sunt duodecim gradus, ordine directo, ab anno 1280. vsq; ad 1582. annum.

Rotvvilenses

Rotvvilenſes ſuum cum Heluetijs fœdus, ad perpetuitatem renouarunt.

Auguſtæ, fortunatiſſimi Domini Fuggeri, humaniſſimo conſilio vtentes, condiderunt de ſuo apud Iacobeam portam, intra vrbem ſuburbium centum & ſex habitaculorum, portis 4. per viam decuſſatam diuiſum (quibus & claudi poteſt) in vſum tenuium, ſed frugi, ciuium. Nomen oppido, Fuggeria eſt: Fundatoribus autem, Vlrico, & Georgio, atq; Iacobo, fratribus. Ibidem, & pro exteris vtriuſq; ſexus 32. Gallico morbo infectis, Noſocomion ligni Guaiaci curatione, paulò poſt ab iiſdem Fuggeris fundatum eſt. Cum hac inſcriptione. M. D. XIX. Vdalr. Georg. Iacob. Fuggeri, germani fratres: quà bono Reipub. ſe natos, quà fortunam maximarum opum D. O. M. acceptam inprimis referendam rati: ob pietatem, & eximiam in exemplum largitatem, ædes CVI. municipibus ſuis frugi, ſed pauperie laborantibus. D. D. D. Fuggeria, Auguſta.

Lipſiæ diſputatio Theologica eſt acta inter Lutherum & Eccium, de primatu Rom. Pontificis, & de Indulgentijs: incepta 4. Iulij & finita 14. Iulij. Auſcultauit & pater meus: ex quo ſæpe audiui: cùm Eccius, ſuam ſententiam ſæpe probaturus teſtimonio aliquo, poſtea locum non poſſet monſtrare: Lutherum dixiſſe, Eſt citatio Ecciana. Quibus diebus & Ioannes Tetzelius, ille magnificus Indulgentiarum præco, in Lipſiaco Dominicanorum cœnobio obijt. Diſputatio Lutheri cum Eccio. Tetzelij obitus.

DVCATVS VVIRTEMBERG. CÆSARI CAROLO VENDITVS. ARX Hohentvviel, à Duce Vlrico empta. Thomas Ehingenus, captus. Scholæ Tybing. Rectura. Conſules Gamundiani. Natiuitas Iacobi Ehingeni. Inundatio apud Halenſes. Lutheri excommunicatio Papalis. Coronatio Caroli V. Aquiſgrani. Deſcriptio ritus coronandi, & prandij Cæſarei. Regalia Caroli Magni ornamenta.

CAPVT IX.

ANNO 1520. è cancellaria Stutgardiana, vel conſilio, literæ emittebantur: vt ſupplicationes, cruce circumferenda, fierent pro pace, & ſedanda peſtilentia. Poſt Dominicam Remiſcere, agebatur Stutgardiæ, ex Ducatu conuentus. Ducatus, venditus eſt Auguſtæ Febr. 6. Cæſari Carolo, à fœderatis Sueuicis, ſumptus bellici ab eo recipiendi causâ. Inter multas conditiones etiam erat: vt is omne æs alienum Ducatus diſſolueret; nihil vxori Ducis Vlrici, & Marggraniæ Brandenburgicæ (quæ Nyrtingæ habitabat) de ipſarum iure decederet. Tybingenſes, iuramento pueri Chriſtophori ſoluti, Cæſarique addicti. Eiuſdem pueri, & ſororis Annæ, educationi prouiſum: tutore Duce Bauariæ Vvilhelmo: Tybingenſi oppido, arce, & præfectura, Niſſenſiq; arce, illis deſtinatâ. Tranſigendum Cæſari cum Comite Georgio de Ducatu: danda vxori Ducis Brunſuic. Henrici dos, à fratre Vlrico promiſſa. Omnia ita, vt ne quid amplius negotij exhiberetur fœderatis. Prouinciæ toti impoſitum: ne quem Vvirtembergenſem, pro Principe ſuo amplius agnoſceret: ſed tantummodò Archiducem Auſtriæ. Tota ditio, iureiurando Cæſari obligata, & domui Auſtriacæ inſerta. Iurauit primò omnium, Stutgardia, Febru. die vltimo: poſtea, prouinciales cæteri. Accepit ea iuramenta nomine Cæſaris, Maximilianus de Berg. Dominus in ſeptemmontibus. Mandatum exijt, impunè cædendi eius: qui vocem aduerſus Caſ. Maieſtatem pro Duce Vlrico mitteret. Itaque Cæſar iam erat Dominus huius Ducatus: eâ tamen clementia, vt vetera ciuium inſtituta & conſuetudines non mutaret. Poterat conſtituere Præpoſitum & Cancellarium Academiæ Tubing. quandocunque locus vacaret. Vſurpabat montanam huius oppidi arcem, cum vineæ ſubiecta, in cliuo Neccarum deſpiciente. Collocabat Tubingenſis Magiſtratus ab antiquo, quatuor excubitores in arce. Id verò Cæſar poſtea fecit, accipiens pecuniam ab illis pro eis: quæ erat ab ipſis & præfectura, 50. ll. & 10. ß. obolarij. Supplicationes ad Deum. Vvirtembergicus Ducatus, Cæſari venditus. Interdictum in Ducem Vlricum.

Vlricus autem exul, non vno in loco ſemper hærebat: ſed profectus eſt ad Palatinum: ſuſcepit iter ad Lotharingum: ſi quid conſilij, ſi minus auxilij, rebus ſuis fractis inuenire poſſet: verum nihil opis reperiebat. Non etiam Mompelgardiam reuerti tutum erat: quòd Comes Vvilhelmus de Fyrſtenberg fœderatorum vnus, ibi iam Elicurtum occupauerat, oppidum & arcem. Lucernam igitur ad Heluetios conceſſit. Sed nec ibi ſe ſatis tutò eſſe vidit. Mox caſtrum Duellium, ſiue Tuela (quod Klingenbergica tenebat vidua) fit venale. Rapuit occaſionem prudens Vlricus, & emit: ſi fortè in Hegouia, cum ſuis ſecurus & tutus eſſet, anno 1520. Non placebat fœderi emptio. At ipſe tum commeatu, tum quibuſuis rebus neceſſarijs, caſtrum inſtruxit: omnes pecunias ſuas eò conuertit. Is, vagus, non erat tutus. Duellium ipſe caſtrum emit.

Eodem anno, paulò ante Michaëlis diem, Thomas de Ehingen, Rudolfi frater, Georgij equitis filius, in Boruſſiam profecturus: permiſſu Legati (Locitenentis) Gœppingæ Cæſarei,

Ehingenus Thomas, captus, & ad Ducem Vlricum missus.

exijt ex arce sua Reichberghusa cum seruulo: & prope arcem VVeideck apud Halam Sueuicam, à VVilhelmo Velbergio, Erasmoq; Hegelino, Ducis Vlrici adiutoribus, captus est. Cùm enim paucis annis ante beneficij loco à fœdere Sueuico arcem illam prope Gœppingam accepisset: coactus fuerat contrarius esse Duci Vlrico, ratione iuramenti: etsi Duci literis se purgauit. Captus igitur, quemadmodùm est dictum, cum seruulo Mompelgardiam missus est, ad ipsum Ducem. Conquesto ea de re apud fœderatos Rudolpho: Vlricus dimittere Thomam noluit: nisi vicissim à fœderatis dimitteretur Gœzzo (Gottefridus) Berlichingenus. Cùm R. Carolus consilium seu Regimen, in Ducatu constitueret: fieri vnus ex Consiliarijs & Rectoribus Rudolfus recusauit, nisi frater liberaretur. Post aliquot actiones, Vlrico non dimittente Thomam, nisi Berlichingeno dimisso: 1521. & sequenti anno, vterq; dimissus est, exultionis literis datis. Sed Rudolfus Duci Vlrico 2000. quoq; fl. addere coactus est. Dedit Argentorati, annuo spatio, Vlrici Magistro Curiæ, Iacobo de Oberkirch. Obijt autem Thomas 1523. ex vulneribus: quæ ab Erasmo Hegelino acceperat. Post longam deinde solicitationem fœderati Rudolfo in conuentu quodam Augustæ, reddiderunt 1524. anno illam pecuniam, per fœderis Duces: Marchiones Brandenburgenses Casimirum & Georgium, atq; Bambergensem Episcopum VVigandum. Actus est Rudolfus primò 1520. Cæsaris Caroli, deinde 1522. Archiducis Ferdinandi, VVirtembergiam obtinentis, consiliarius & corrector. Legatus verò, siue Vicarius, Ferdinandi, erat VVilhelmus Dapifer de VValdburg. Anno 1522. pro capitaneo fœderis in triennium conductus est, in singulos annos 200. Florenis. Quo anno etiam controuersiam quandam transegit Rotenburgi, inter Ferdinandum & Rotvvilenses: qui pagos aliquot Archiduci eripuerant.

Pro Berlichingeno Gottefrido dimissus.

Ehingeni Rudolphi dignitas.

Scholæ Tybingensis Rectura.

Tybing. Schola. Migratio eius propter pestem.

Kal. Maij per totum annum, Rector 75. Baltasar Kefelin de VVildperg, S. Theol. D.

Inscripti.

Erhardus Styckel de Stutgardia. Melchior Iæger de Lenberg. Intitulatus Rotenburgi, propter pestem Tubingæ ingruentem. Andreas Rittel de Rotenburg, Aug. 22.

Decanus artium. Iohannes Rexinger D.

Tischelin.

Magistri facti. Iohan. Tischelin de Kirchen. Iurisc. Caspar Voland de Græningen. Professor huius Scholæ. Matthæus Neser de Fyrstenberg. Iurisc. Georg. Ebinger Tubing. Med. Doctor.

Consules Gamundiæ.

Gamundiani Consules.

1520. Ioannes Blezger. 1522. VVilhelmus Egen. 1523. Ioan. Breunlin.
1524. VVilh. Egen. 1525. Ioan. Brauch. Obijt 1544. 1526. Bernhardus Meiler.
1527. VVilh. Egen. 1528. Bernh. Meiler. 1529. VVilh. Egen.
1530. VVolf. Blezger. Qui duo sequenti etiam sexennio alternis consulatum gesserunt.
1537. Ioan. Rauchbain.
1541. Vitus Ieger. Vir procerus & bonus: apud quem Parentes mei, præcedente 1540. anno, & ego, D. 6. diuersati circa Natalitia Domini sumus. Obijt ipse 1546.

Ehingenus Iacobus.

Natus est hoc 1520. circiter anno, Iacobus de Ehingen, ex Georgio Ehingeno (Rudolphi filio) & Elisabeta Sunchingena. Tybingæ studuit mediocriter: viuens cum erudito Professore, M. Michaële Vaio. Sed re equestri magis delectatus, missus est in Aulam Simmerianam, auff den Hundts Ruck: vbi aliquot annos vixit. Deinde 1544. Febru. 18. duxit virginem Magdalenam Gemmingenam: quæ ei, Neunecciæ habitationem à patre accipienti, peperit plures liberos, de quibus, suo loco.

Stutgardiæ, in Ecclesia Parochiali.

Stutgardiæ mortui.

Anno Domini 1520. starb der Edel vnd Vest Wilhelm von Degenfeld/der jung: dem GOTT G.S.

Ich bin die Aufferstehung/vnd das Leben. Wer an mich glaubet: der wird leben/ob er gleich stürbe. Ioan. 11.

In Hospitalaria.

Anno Domini 1520. starb der Edel vnnd Vest Juncker Bernhardt von Nuenhuß/auff S. Lorentz Märterers tag: dem G.G.S.

In

In Leonhardina Ecclesia.

Anno Domini 1520. am 29. Tag Augusti / starb der Ersam vnd Fürnehm Johan. Lorcher / in Wirtemberg Landschreiber gewesen: dem G. G. vnd Barmh. S.

Bebenhusæ. *Anno Domini M. D. XX. obijt die S. Margaretæ nobilis Margareta de Bubenhofen, vidua, nata ex Klingenbergijs.*

Eodem anno, pridie natiuitatis Mariæ, apud Halenses Cocha tantopere increuit, vt nemo transire posset. Abrepta sunt plurima ligna, ad ædificandum comparata: chordum & salina damnum acceperunt. Sacramentum, magna cum deuotione, multis cum cautelis, portatum: præsentibus omnibus Senatoribus, Presbyteris, Scholasticis. Vouit Senatus peregrinationem, ad formosam Ratisbonæ Mariam. Hoc enim anno, furioso impetu ad eam, quæ in destructæ Iudæorum Synagogæ loco posita erat, à Bauaris & alijs currebatur. Curauit postea Senatus Halensis, hanc inundationem & ligna, depingenda in tabula: quam promisso cum sacrificio Ratisbonam miserunt. M. Ioan. Herold. Halæ inundatio. Formosa Maria, Ratisbonæ.

Lutherus hoc anno, quia desistere à sua sententia nolebat, diris deuotus à Leone X. est. Romæ 15. Iun. Bullâ edita. Ipse contrà prouocat ad concilium: Papam appellat Antichristum: Ius Canonicum, vnà cum Bulla Leonis, Vvitebergæ publicè 10. Decemb. comburit: multis deniq; Scriptis editis, Papatum oppugnat. Lutherus, excommunicatus à P. Leone X.

Oecolampadius, in Monasterio prope Augustam Brigittano, Monachus est factus April. 23. Buchole.

Augustæ cæptum est recipi Euangelium, sicut à Luthero detegebatur. Augustæ, Religionis reformatio.

In Oriente, Rex Turcarum erat X. Solimannus: qui regnauit A. 46. Solimannus.

Apud nos (in Occidente) in vrbe Aquis, coronatus est 23. Octob. (die Seuerini) Carolus V. quam coronationem descripsit copiosissimè Hartmannus Maurus, Archiepiscopi Coloniensis consiliarius. Quos ritus propter iuniores breuius ego commemorabo. Aquisgrani coronatio Caroli V.

In Templum, cum magna pompa introitus Procerum.

Res diuina, multæ ceremoniæ, multa cantatio, Regis cubitus humi, postea sessio. Post litaniam interrogauit Latinè Archiepiscopus Coloniensis Regem: an vellet fidem catholicam iustis operibus seruare? An Ecclesiarum tutor & defensor esse? An Regnum efficaciter secundum iustitiam defendere? An iura Regni dispersa congregare? An viduarum, miserabilium q; personarum, pius defensor & iudex esse? Ipse ductus ad altare, positis q; super dextrum cornu duobus digitis, conceptis verbis hoc modo iurauit: SIC VOLO, & in quantum diuino fultus fuero adiutorio, precibus q; Christianorum fidelium valuero: omnia præmissa, fideliter adimplebo. Sic me Deus adiuuet, & Sancti eius. Regresso Rege, Coloniensis circumstantes Principes Latinè interrogauit: An vellent tali Principi ac Rectori se subijcere, ipsius q; Regnum firmare, fide stabilire, iussionibus q; illius obtemperare, iuxta Apostoli præceptum, dicentis: omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit? Eadem etiam Germanicè interrogauit. Assenserunt. Iterum, post faustam precationem, cæremoniæ: & vnctio Regis per Coloniensem, oleo Catechumenorum, in capite, in pectore, inter scapulas, ambis iunctur is brachiorum, & palmis manuum. Postea, mundissimâ lana oleum detersum. Coronationis ritus. Iuramentum coronandi.

Aderant Imperialia Caroli Magni ornamenta, à Noribergensibus missa: quæ postea rursus ab eis asseruantur. Imperialia Insignia.

Dalmatica alba holoserica, preciosissimis margaritis gemmis q; distincta.

Aurea stola, margaritis quoq; adornata. Cappa holoserica violacei coloris: cui aurum in modum aquilæ intextum.

Amiculum rubei coloris, contextum pari modo magnâ aurea aquila.

Corona Caroli, non ferrea (vt falsò putat vulgus, & Iureconsulti in commentarijs suis) sed ex puro puto auro fabrefacta, pro parcitate tamen laudabili antiqua.

Pomum & Sceptrum aurea.

Gladius Caroli admodum grauis, vt à viro robustissimo versatus: non tamen prodigiosa perinde magnitudinis.

Duæ Dalmaticæ: vna violacei, altera nigri, coloris.

Duæ Chirothecæ, vnionibus & lapidibus preciosis ornatæ.

Socculi duo aurei, stola, zona coriacea, retinaculum eius aureum; omnia preciosis gemmis exornata.

Promotio Regis Rom.

Deinde, post faustas precationes (vt Reges quoque de lumbis Imperatoris, per futurorum successiones temporum egrederentur) Colonienſis, associatis sibi Moguntino & Treuirenſi, gladium ei dedit: quo iustitiam Ecclesiamque defenderet, & falsam fidem destrueret. Eo gladio Rex, in vaginam recondito, se accinxit.

Solus Colonienſis annulum digito Regis indidit.

Pallium Caroli M. & Regale insigne aurei velleris (loco armillarum, quod ornamentum desijt) collo Regis adaptauit.

Inde, Sceptrum & aureum pomum, additis ad singula certis admonitionibus.

Coronam, & Regni diadema, Prædicti tres Archiepiscopi ei simul imposuerunt, cum certa admonitione: Accipe coronam Regiam Regni: quæ licet ab indignis, Episcoporum tamen manibus, capiti tuo imponitur, &c.

Iuramentum aliud.

Tunc Regia maiestas aram accedens, & more Maiorum, Sacramentum super altare, sacrumque librum Euangeliorum, è Scripto legens, in hanc sententiam præstitit Latinè: PROMITTO & profiteor coram Deo, & Angelis eius, leges seruare, iustitiam facere, iura Regni conseruare, debitum honorem Romano alijsque Pontificibus atque vasallis exhibere, donata Ecclesijs conseruare: Christo mihi præstante auxilium fortitudinem & decorem.

Positus deinde est ab illis in saxea sede, ante altare Simonis & Iudæ Apostolorum, additâ inuestitura: ITA retine amodò locum Regium, &c.

Postea Regi, in solio maiestatis sedenti, Moguntinus nomine Collegarum gratulatus est. Germanicè. Canonici etiam gratulati sunt.

Inde, Te Deum laudamus: per chorum, Tubicines, & organa alternatim.

Equitum auratorum creatio.

Creauit postea Cæsar gladio D. Caroli prægraui, plurimos equestris ordinis viros variarum nationum, summa cum solennitate. Horum perpauci, Germani fuerunt. Nonscil. amplius Germani nobiles, hunc amplissimum ordinem (vt nec Docturam & Magisterium: quæ tamen & ipsa olim ab eis assumebantur) magnificiunt: cùm etiam Mercatoribus & humilibus aditum eò videant patere. Malunt scil. hoc decus strage hostium promereri: vt, in Ponte Tiberino. At idem & Mercatores, & humili genere orti, præstare possunt.

Deinde, dona in altari oblata sunt: vt, à Rege nummus aureus decem Coronatorum.

Cæremoniæ dehinc aliæ: & Sacramenti eucharistici sumptio per Regem.

Spectata sunt omnia hæc à maxima multitudine mortalium: Principibus, Proceribus, nobilibus, & alijs, Etiam ab illustrissimis matronis, ac virginibus.

Flagra frumentaria duo, Coloniæ,

Comes Georgius de VVitgenstain, Capellarius Colonienſis: & VVilhelmus de Nuenar, Magister Curiæ: humeris ante Archiepiscopum Colonienſem gestabant duo flagra (zween Pfleegel) quibus frumentum excutitur, albi viridisque coloris. Quibus significatur, Colon. Archiepiscopum, veluti prouinciæ præsidem, ab Rom. Imperatore vtile dominium ciuitatis Colonienſis obtinere. Colonia enim Agrippina, hoc tempore inter vrbes rusticas Imperij numeratur.

INDE CELEBRATVM EST CONVIVIVM MAgnificentissimum, in superiore Palatij Aula.

Conuiuium.

Primum ferculum Palatinus, cum tubarum cantu, ascendens septem gradus, cooperrum, Regiæ Maiestati reuerentissimè apposuit.

Marchio Casimirus, prægustator Regiæ Maiestatis erat.

Post alium quendam, Fridericus Palat. pocillator fuit.

Deinde, Electorum mensæ erant: etiam ipsæ stragulis aureis constratæ.

Quinquies dena fercula, appositа: inter quæ multa tamen, spectandi tantùm causâ: specie castellorum, arborum, leonum, aquilarum: vnde Rom. Imperij, Regnorumq; Hispaniæ, vexilla dependebant. Inde aliæ mensæ erant.

Cibi, & quæ spectationis gratiâ apposita fuerant, postea, vbi satis spectata fuissent, per fenestras in populum deiecta sunt.

Tandem, à singulis in diuersoria sua discessum.

Postero die, Cæsar Principes Electores magnificentissimâ cœna excepit.

Post coronationem, per totum diem, vinum duabus cannis, specie aquilæ & leonis, columellæ ligneæ impositis, ante Palatium regis, ductu subterraneo publicè fundebatur.

Magnus

Magnus etiam bos, multis alijs minoribus animalibus fartus, ligneo veru ante Palatium Illustrissimæ Dominæ Margaritæ tostus: rescissâ Regi portiuncula Carnis, à plebe multifariam direptus fuit: veru etiam ipso non amplius conspecto, tanquam ab aliquibus deuorato. Bos Troianus.

VVORMACIENSIA CAROLI CÆS. COMITIA. TYBING. ACAdemiæ Professor, Ioannes Reuchlinus. Ioan. Thomas Abspergensis. Sueui, alij nati, alij mortui.

CAPVT X.

ANNO 1521. *Cæsar Carolus Comitia VVormaciæ habuit; vbi publica pax per Germaniam decreta est. Ad quæ Lutherus, publicâ fide citatus venit: ac 17. & 18. April. de sua religione constanter respondit. Ideo 8. die Maij proscriptus à Cæsare est: & libri eius, tanquam nouatoris, & Hæretici, ante Palatium, ad Tubicinum concentum cremati. Ipse verò, ab Electore Friderico, in arce VVartberg prope Isenacum fuit abditus. Ibi, tanquam in eremo & Pathmo, multa scripsit. Eum Pont. Leo,* τῇ μεγάλῃ πέμπτῃ *(die cœnæ Domini) iterum è communione Ecclesiæ exterminauit: Parisienses, libros eius damnarunt: Henricus Anglus R. scripto infestauit: Ideoque à Papa, Catholicæ fidei defensor appellatus est. Sed peruicit diuina in Luthero, qui acriter respondit, gratia. Hunc si vterque Imperator, Fridericus Sueuus & Hohenstauffensis, scriptorem habuisset: non profectò ita à Pontificibus calcati pedibus fuissent. Sed nondum erat tempus:* οὔπω ἐληλύθει τοῦ θεοῦ προθεσμιά, ἢ πλήρωμα τοῦ χρόνου. Comitia Caroli Cæs. VVormaciæ. Lutheri ibi confessio, & damnatio. Catholicæ fidei defensor, Rex Angliæ.

His Comitijs, per Conradum Peutingerum I. C. impetrarunt Augustani, ius signandi auream & argenteam monetam (cùm Episcopus antea solus in ea vrbe nummos cuderet) à Cæs. Carolo. Gassar. Augustana moneta.

Interfuit ijsdem Comitijs Episcopus Augustanus, Christophorus: & sub eo Petrus ac Paulus de Gyltlingen, Bernhardus Schenck de VVinterstetten, Ioannes de Ovve, Sebastianus de Bulach. Item, Philippus Marchio Badensis: sub quo, VVilhelmus & Christoph. Comites Eberstainij, Sebast. de Gyltlingen, Theodoricus de Gemmingen, &c. Item, Comes Georgius de VVirtemberg & Mompelgart. Comites Eberstainij, Bernhardus, VVilhelmus, & Christophorus. Comites Zollerenses, Ioachimus & Itelfridericus. Comites, Ioannes de VVerdenberg, Ioannes & VVolfgangus de Montfort. Comites Frystembergij, Hainricus, & Felix, & VVolfg. Landgrauius Borensis.

Stutgardiæ quoque interdum hoc anno conuentus fiebant: bonæ gubernationis, & pecuniæ conferendæ, causâ: Prælatis, nobilitate, & Politicis cæteris, comparentibus.

Regimen Academiæ Tybingensis.

Calend. Maij, Rector 76. Iacobus Lemp, S. Theolog. D. Acad. Tybing.

Inscripti.

Fridericus Nuenarius Comes. 1. fl. Michael Rucker de VVisenstaig. Aug. 15. ß. 1. Gebhardus Brasperger de Vrach.

Die Lucæ, Rector 77. Ioannes Epp, Iurium Licentiatus.

Inscripti.

Ioan. { Marquardus, Georgius, Iacobus. } fratres: Barones in Alendorff de Kunigsseck. 3. fl.

Erasmus, Baro de Lympurg, Rom. Imp. hæreditarius Pincerna, Canonicus Bambergensis.

Iohan. Theodoricus de Plieningen. ß. 1.

Decanus Philosophicus.

Ioannes Siglinus, V. I. Doctor.

Magistri creati. Benedictus Gretzinger Reutlingensis. Iacobus Gruer Tubingensis.

Cùm hoc anno Ioannes Reuchlinus, in Boiorum Angelopoli, vel Ingolstadij, principales linguas docens, vi sæuæ pestilentiæ coactus fuisset redire in patriam: velletque, annis fessus, iam quietè viuere: Tubingensis Academia, amore politioris literaturæ misit ad eum legatos: viros & numero & dignitate spectabiles: qui orabant: vt, quod in Boijs Hebraicè Græceque nuper cœpisset; deinceps inter suos conterraneos Sueuos continuaret: promisso ei salario quotannis honorifico. Vênit igitur Tubingam: docuitque Grammatica Hebraica Rabi Mosæ Kimhi, & Græca Manuelis Chrysoloræ. His fundamentis iactis: explicaturum se pollicitus est Biblia Hebræa: Reuchlinus, Tybingæ Hebr. & Græcus Professor.

idque fecit, Exemplaribus ex Venetâ vrbe, à Typographo Daniele Bombergo, magno numero missis. A Thoma autem Anshelmo, Haganoæ iam habitante, literis ad Idus Ianuar. 1522. Tubingæ scriptis, petijt: vt duas aduersarias Demosthenis & Æschinis orationes excuderet, & Tubingam mitteret. Fecit ille, ac mox mense Aprili exemplaria misit: statimque pro eis pecuniam accepit. Ita Capnio, quantum video, primus fuit publicus Doctor Græcus in hac schola. Antequam autem Angelopoli diss. essisset: literas 3. idus April. 1521. inde ad Ioannem Forsterum Augustanum Philosophiæ Magistrum, dedit: quibus significauit, quam molestum sibi fuerit, discedere ab ipso, & alijs studiosissimis auditoribus suis, Hebrææ & Græcæ linguæ. Laudat Forsterum, vt qui vnus omnium in Hebraica lingua plurimum sudauerit: ita, vt dignus fuerit visus: cui publici auditorij pulpitum concesserit. Itaque virum ad diligentiam amplius hortatur.

Pestis Augusta. Augustæ quoq; dira pestis erat: qua à die S. Iacobi, vsq; ad diem conuers. Pauli, sequentis anni, quatuor millia hominum sublata sunt.

Thomas Absbergensis, grassator. Ioachimus Comes Oetingensis, Georgij Truchsessij VValdpurg. socer, à quibusdam Franconibus, Duce Ioanne Thoma Absbergensi, ita vulneratus est, vt indè posteà mortuus sit. Erat enim Thomas, Sueuici fœderis hostis: ac multos capiebat: quibusdam & manus amputabat. Albertum Scheurlium in custodia tenuit, donec ibi mortuus est. Repertus tandem est ipse 1531. anno mortuus, in agro nondum demesso, prope Zeitliciam: & apud eum, annuli pollicares Scheurlij. De quo Thoma, posteà plura.

Exercitus conseruatio à Fronsperg. Cum Franciscus R. Gallorũ, bellum in Picardia inferret Cæsari Carolo: militum duce etiam G. Fronspergio vsus est. Hic prudenter apud Valesinam, ex præsentissimo periculo (sperata concessionis, vt hostem ex loco commodissimo eliceret) exercitum abduxit, confligere non volens. Dixit enim collegis (Henrico Nassouio, Floriano, Isselstainio, Francisco Sickingensi) Gretissen wir an So verschlagen wir dem Käyser Land vnd Leut. Cum periculum euasissent: cunctus exercitus iussu Fronspergij in genua procidens, gratias Deo pro salute egit, nullum aliud posteà Fronspergius factum sibi maiori gloriæ duxit. Reisnerus lib. 2.

Otho Henricus, Palatinus Rheni, Dux Bauariæ, hoc anno Hierosolymis sepulchrum Domini visens, benè domum redijt.

Hala Sueuiæ. Emit Senatus Halensis, permissu Herbipolensis Episcopi, quædam de Chomburgensibus: inter quæ & pagum Remoltzbergam, quibusdam exceptis.

Gabler Venerandus. Natus est Stutgardiæ 24. April. 1521. Venerandus Gabler, Medicinæ posteà Doctor. Vxorem 1544. mense Septemb. duxit, Margaretam Peisinam, sermone disertissimam & copiosam: sicut sæpe eam hîc Tubingæ audiuimus.

Marbach. Ioan. Natus Lindauij est Ioannes Marbachius. Qui VVitembergæ Doctor Theol. creatus, posteà Isnæ, deinde Argentinæ, Verbum Dei fideliter docuit. Vide Pantal. parte German. 3.

Nata est Catharina, Comitissa de Helffenstain, D. Georgij soror, die S. Matthæi, manè paulò plus mediâ quartâ.

Obijt Stutgardiæ. M. Caspar Nothelffer Canonicus: & Catharinæ Hallerinæ Noribergensis, Conradi Bauschij vxor.

Dachenhausen. Nurtingæ. Anno 1521. auff S. Matthis abend / da starb der Gestreng vnnd Vest Herr Auberhardt von Dachenhausen: D. G. G. V. B. S.

Obijt præfectus VVaiblingensis Ioannes Kraus, Doctorij Ioannis Iurisconsulti & consiliarij VVirtemberg. pater.

Brandeck. Alperspachij. Hie liegt begraben der Edel vnd Vest Volmer / der zeit der legt von Brandeck / mit sampt seinen beyden Haußfrawen: denen Gott G. V. B. sey / Amen. 1521.

Basileæ poni decretum erat à quibusdam hoc Epitaphium: etsi positum posteà non est: vt in M. Scr. Bruschij reperi.

DEO OPT. MAX. SACR. ET MEMORIÆ ÆTERNÆ.

Anna Imperatrix, Rudolphi I. Cæs. vxor. Diuæ Annæ Augustæ, Coniugi Rodolphi Cæsaris, ex generosa Comitum de Hohenberg familiâ prognatæ: & Hartmanno F. Comiti prouinciali Alsatiæ, magnæ spei adolescenti; dum patrem, Comitia Rom. Imperij in Oppenheimio celebraturum, festinantius adiret: in vorticibus Rheni iuxta oppidum Rhinovve, cum omni clientela infeliciter extincto: Canonici huius sacræ ædis, antiqua donationis memores: quò iam vetustate abolitam, Principum memoriã posthuminio reducerent, vnanimi consensu posuerũt, A. 1521. Carolo Cæsare Augusto Romanorũ Imperatore.

Obierunt anno M. CC. LXXXI.

Doctor

Doctor Iohannes Oecolampad. VVinspergensis, Basileæ concionari incepit.
Alibi Nicolaus Storchius viuebat, sectæ Anabaptistarum author. Anabaptista.
Mediolanum, Cæsaris Caroli exercitus Gallis eripuit, vrbem & arcem.
Turca Solimannus Altam Græcam, vel Belgradum, Christianis extorsit. Belgradum.

FERDINANDI AVSTRII ADVENTVS STVTGARDIAM, ET HONORIFICA EXCEPTIO. RENOVATIO FŒDERIS SVEVICI, TVBINGENSIS PRÆFECTVRÆ ADVMBRATIO. ADMINISTRATIO TVBINGENSIS ACADEMIÆ. PRÆDICATIONIS EVANGELIJ CVRSVS. IOANNIS REVCHLINI OBITVS.

CAPVT XI.

ANno 1522. VVirtembergiam Carolus Cæsar Ferdinando fratri, Principi & Infanti Hispaniæ, Archiduci Austriæ, &c. in diuisione hæreditatis tradidit: qui postea eam ingressus, fuscepit, vt audiemus. Cum autem seditiones in Hispania ortæ essent: Carolus, vt eis maturè occurreret: inter eo instituit, constituto interim fratre & alijs: per quos Imperij negocia procurarentur. Ac sanè ante profectionem eius, conuentus Principum Noribergæ actus est: cùm alijs de rebus, tum de bello Turcico. Venerunt eò Ferdinandus & vxor: honorifico equitatu, armatâ opificum acie, & multorum tormentorum displosione, excepti: diutiusq; ibi manserunt. VVirtembergia, à Cæs. Carolo tradita fratri Ferdinando. Comitia Noribergæ.

Noribergâ dein egresso Ferdinando, ac Stutgardiam petituro (sicut anteà conuentum eò indixerat) obuiàm equitarunt hi sex nobiles. Theodoricus Spætus de Zuifalda, præfectus Vracensis. Theodoricus de VViler, Consiliarius, ac præfectus Botvvaræ & Beilsteini. Georgius Stauffer, præfectus Gœppingæ. Fridericus de Freyberg, Schorndorffæ præfectus. Iohannes Conradus Schœnckius de VVinterstetten, præfectus Vahingæ ad amnem Entium. Iohannes de Stammen, vijs tutus præstandis præpositus (Glaits Hauptmann) ac minister. Quisecum habebant LX. equites benè ornatos: sessoribus simili vestitu decoratis, rubri & flaui coloris; cum hastis, & fulgentibus galeis. Ferdinandi profectio Stutgardiam versus.

Exceptum hi Archiducem, Stutgardiam versus honorificè deduxerunt: ad semimilliare inde obuiam venientibus: VVilhelmo VValdpurgensi Dapifero, Vicario (Statthalter) ac cæteris Rectoribus Ducatus: nempè D. Rodolpho de Ehingen, D. VVolfio de Hyrnhaim, D. VVolfio de Gyltlingen equitibus tribus auratis. Præterea, Conrado Thum de Neupurg. Marescalco hæreditario: & Beato VVidmanno, V. I. D. Sequebantur hos quoq; equites, eodem cum prioribus ornatu numero L. Tunc ad pedes desiliendo principem latina oratione per Doctorem illum Beatum reuerenter exceperunt: se cum Ducatu & incolis, serenitati eius commendantes. Ad quadrantem deinde milliarij circiter obuiàm ex ciuibus venerunt D C. pedites armati: in vestitu ex vna parte rubro, ex altera rubro & flauo, scitè secto. Quorum ditiores, necpauci, cum sericis thoracibus, galigâq; serico interstinctis, bono ordine sub vexillo erant: præcedentibus agmen, Stutgardiano præfecto, Burckardo Fyrderero, duobus consulibus & pluribus Senatoribus. Plures illius honorificæ exceptiones.

Qui ex equis descendentes, breui oratiuncula Alemannica per præfectum, se cum Ducatu, & huius Capite Stutgardia, Archiduci reuerenter commendarunt. Quibus hic omnem clementiam, voce oratoris sui promisit.

Rursus, vbi ad vrbem propius ventum est: magna reuerentia à multitudine illi exhibita est.

Stetêre primùm circiter, 800. pueri, ciuium filij, eleganter vestiti: quisque cum serto in Capite, & vexillo in manu: in cuius vno latere, picta fuit Austria & Burgundia: in altero, VVirtembergia & Teccia. Inter eos puer quidam erat, serico in indusio: cuius vna pars, rubea: altera, rubra & flaua: cum manicis ex serico amplis ac volaticis: succinctus, cum rubro sceptro in manu. Hic, cùm Princeps ad medium puerorum veniisset: obuiàm ei cum alijs sex pueris vênit: genibusq; ter flexis, dixit: Præsertim ad vrbem Stutgardiam.

Lieb/Ehr/vnd Gut/vnnd was wir han/
O Herr/ das sey dir vnderthan/
Ich bitt/du wöllest vns nicht verlohn.

His clarâ voce intrepidè dictis: ac debitâ reuerentia rursum exhibita: cæteri pueri, se coniungentes clamore vitam & salutem domui Austriæ optarunt. Postea rursus separati, vtrobique ordine steterunt.

Posᷓ pueros stetere cunctæ tribus & sodalitates, honesto vestitu, cum cereis ardentibus, bono ordine: ac genua flexerunt.

Deinde sex pueri in thorace & caligis: superinduti sericis indusijs amplraum manicarum, cum vexillis in manu: ijsdem cum præcedente cætu coloribus. In ijs erant sex Insignia: Hispaniæ, Austriæ, Burgundiæ, Tyrolis, VVirtembergiæ, & Tecciæ. Hi Archiduci, vt ad medium sodalitatum vênit, decenter obuiàm iuerunt: prouinciamq; itidem ei commendarunt. Tum decenti cum reuerentiâ conuersi, proximè serenitatem ipsius, erectis vexillis ordine antecesserunt.

Etiam à virginibus.

Indè agmen stetit virginum & puellarum, circiter D. CC. ornatissimè amictarum, sertis coronatarum: cum corallinis consertis globulis, aut pulcris floribus, in manibus. Inter has, quinq; præ alijs decoræ virgines erant, rubris & flauis sericis amiculis vestitæ, monilibus & speciosis ornamentis venustæ, moribus decentibus, & amabilibus conspicuæ. Ad quarum puellarum medium ordinem, cùm serenitas illius peruenisset: Hæ quinq; virgines, ordine inter se latera tegentes, in conspectum eius prodierunt. Earum media, præfecti Fyrdereri filia, serto exornata, genibus ter inclinatis reuerenter, nomine totius puellaris chori clarè dixit:

Von Oſterreich du edels Blut/
Hab Landt vnd Leut in deiner Hut/
Recht wie ein treuwer Vatter thut:
Der für sein Kindt setzt Leib vnd Gut.

Respondit Princeps sua voce: das helff mir die gnad deß H. Geistes/ Amen. Clementissimum, iuuenis dictum.

Tum cultissima moribus virgo, auditâ tantâ humanitate Domini, sertum de capite suo demit, & osculatur: cæterisq;, vt idem facerent, porrigit. Non permisit hoc fieri serenitas eius sed manum extendit ad sertum. Ipsa, quo decebat honore, humiliter id Celsitati eius dat. Ipse, eo ad dextrum brachium inducto, singulis illis quinq; puellis manum clementissimè porrexit: quæ post hæc decorè se in ordinem suum receperunt.

Et à pueris.

Posᷓ hos omnes stetit Clerus: & inprimis cuncti scholastici, in suis albis indusijs, viridibus coronati sertis. Quorum vnusquisq; gestauit vexillum. Ex ijs fuerunt sex pueri, ætate cæteris minores: vestiti, sicut priores: quisq; cum fasciculo pauoninarum pennarum erecto. Quorum minimus, cum debita reuerentiâ hæc latinè dixit.

Illustrissime Princeps, ac dominator Domine, de tuo aduentu gratiosissimo, tota nostra iucundetur prouincia: nostrumq; puerile decus promat Osanna.

Posᷓ pueros, Monachi prædicatores stabant, & Capellani, & 12. Vicarij, ac 12. Canonici, Stutgardiani Collegij, suo more ornati.

Sub hos stabant præpositi; Stutgardianus, Tybingensis, Vracensis, Gœppingensis, Herrenbergensis, Backnangensis, & Furedanius.

Postea, omnes prælati VVirtembergiæ: Deckendorffius, Adelbergius, Maulbrunnensis, Bebenhusanus, Lorchensis, Herrenalbensis, Blabyrensis, Alperspachensis, Murrhartensis, & Sangeorgianus: in suo habitu & infulis, argenteis cum pedis in manibus.

Postremò, ipsa plebs, & mulieres.

Archidux, cùm ad medium circiter huius processionis venisset: ita deductus estᷓ, agminum vno antecedente, altero insequente, vsq; ad cathedralem Ecclesiam, S. crucis. Tum ipse ex equo descendit: & pedes ad templum iuit: consistentibus Clericis & Prælatis ordine conuenienter vtrinq;. Qui cùm principem, qua par erat inclinatione corporis honorassent: Abbas Maulbrunnensis, nomine totius Cleri serenitatem illius latina oratione excepit: se & cunctos, cum sacris ædibus, recommendans humiliter. Quibus cùm hîc omnem clementiam promisisset: in sanum introductus estᷓ. ac, TE DEVM laudamus, hilarè cantatum estᷓ. Deniq; in arcem honorificè ipse deductus estᷓ.

Ignium excitatio, & bombardarum sonitus.

Fuerunt ad hæc, ipso vrbem intrante, ignes communis lætitiæ testes, in foro excitati: & in omnibus circùm montibus, alijsq; locis.

Sonuerunt & tormentorum bellicorum displosiones omnibus in turribus: plateæ & vici omnes, floribus constrati, & frondibus intexti.

Quæ omnia fore, ante serenitati eius significatum fuerat. Ideò CCCC. se equitibus ille insinuerat. Et omnia sunt rectè ac ordine administrata.

Actio Ferdinandi de gubernatione.

Secuta est actio biduu cum Prælatis, & ordinibus Ducatus. Cumq; serenitas eius exhibuisset literas Imperatoris: sibi ab eo concessam esse, cum aliarum Regionum gubernatione, huius etiam

Ducatus

Ducatus administrationem: illarum q; literarum vigore, ab ipsis subiectionem obedientiam q; petijssent: omnes fuêre dicto audientes. Qui eis omnia sua iura, priuilegia, libertatem, clementer confirmauit: ipsis q; cum pluribus aureorum millibus donarunt.

Tertio die, à ciuitate & locis præfecturæ præstitum ei iusiurandum in foro est subiectionis & fidelitatis: omnibus q; ciues, pane & vino affatim pasti sunt. *Iuramentum ei fidelitatis præstitum.*

Quinto die Dominus venatum egressus, ceruum & hinnulum cepit, ac gauisus est.

Die septimo, cœnauit in curia ciuitatis, cum Prælatis & ordinibus prouinciæ. Ibi, splendidum epulum: ibi, choreæ matronarum & virginum: hilarus ipse, cum multis proceribus, & gratibus viris. Postridie, rursus tractatione cum Prælatis & primoribus habitâ, eis valedixit.

Nono die, regimen & gubernationem ordinauit: Præfecto, consulibus senatui, accersitis dixit: Cæsari fratri suo hactenus ab ipsis obedientiam fideliter præstitam esse. Præstent ergò nunc sibi quoq; deinceps fidem obedienter: quemadmodum de eis sibi polliceatur: & hoc clementer agnitarus sit. Quod cum humiliter promisissent: eis valedixit: ac postero die, nempe decimo, discessit, inferiorem Austriam petiturus. M. Scr. Germanicis.

Debinc, moneta cusa in VVirtembergia Austriaco nomine. Vt, Ternarius (3. nummorum) in cuius vno latere, tria cornua, cum verbis, Duc. VVirtemberg. 1523. in altero, scutum Austriacum, cum verbis, FERDI. ARCHIDVX. AVS. *Noua moneta.*

Sueuicum fœdus (quod initio in annos 8. factum erat: deinde, tres: postea 12. denique decem) renouatum est publicæ pacis tuendæ causâ, hoc 1522. anno (Sleidano libr. 4. testante) in annos vndecim: paulò antè, quàm Cæsar in Hispaniam rediret. Huius fœderis erant socij: Cæsar, vt Austriæ Princeps: deinde, Ferdinandus frater, tam VVirtembergiæ Dominus. Etiam, Elector Palatinus. Episcopi præterea, Moguntinus, Salisburgensis, Bambergensis, Herbipolensis, Aichstettensis, & Augustanus. Tum Bauariæ Principes, VVilhelmus & Ludouicus fratres: Georgius Brandenburgicus, & è fratre nepos Albertus: Philippus, Hassiæ Landgrauius, & alij multi Ecclesiastici ac Politici. Deniq; pleræq; ciuitates Sueuiæ omnes. cum quibus, etiam Noriberga. *Sueuici fœderis renouatio.* *Socij eius.*

Fuit Rudolfus ab Ehingen, primò 1520. Cæsaris Caroli, deinde 1522. Archiducis Ferdinandi, VVirtenbergiam obtinentis, Consiliarius & Conrector.

In VVirtembergico agro, & Imperij ciuitatibus, militum conscriptio facta est: vt Mediolanũ versus mitterentur: cùm Heluetij sperarent, se id Gallo à Cæsare extorturos ac restituturos.

Interea, metus quoque interdum ab Vlrico VVirtembergico, nè is ditionem suam armis vindicaret. Rumore igitur ea de re hoc anno exorto: reuenturum ex Heluetiâ cum Reischachero, Ioanne Eberhardo & Eberlino: præsidia oppidis imponebantur. Interdictum etiam his temporibus erat: ne quisquam aliquid de Duce Vlrico loqueretur. Tum quidam interrogans præfectum suum: an non liceret saltem cogitare de illo, aut etiam somniare? in carcerem fuit coniectus. Cum Leonbergæ Præfectus mandasset lapidario, cornua Insigniũ VVirtembergicorum decuteret, & Austriacus locum daret: ille non decussit, sed tectorium eis induxit. Proinde in carcerem est compactus. Qui non inficias iuit: sed honoraſſe cornua dixit, vt aliquando reditura. *Præsidia contra Vlricum exulem.*

Transactio quædam facta est amica, de confinium limitibus, 1522. die Veneris post S. Vlrici: inter Ferdinandum, Locitenentem fratris sui Caroli Cæsaris: Ducem Burgundiæ, VVirtembergiæ, &c. Principem Sueuiæ, &c. & Ioannem Abbatem Bebenhusanum, ac Tusselingenses, ab vna parte: & inter Reutlingenses (propter eorum Xenodochium) & Gomeringenses, atque Hinderwilerenses, aliosq; suorum, ex altera parte. *Transactio inter Ferdin. & Reutlingenses.*

Eiusdem anni die 12. Martij, & exinde, antè Archiducis Ferdinandi aduentum, renouationem facere Tubingæ cœperunt, seu descriptionem censuum, nomine & Imperio Cæsaris Caroli, Ioannes Heller Cellarius (cui successurus erat proximo Georgij die VVilhelmus Gilg) & Osual. dus Kyrsmam Scriba, antea Caluæ Archigrammateus. Præfectus minor erat Ioannes Breiningus: maior verò, nobilis Ioannes Erhardus Onuensis. *Renouatio, seu descriptio, censuum Tybing. Præfectura.*

Iudices erant tunc Tubingæ.

Georgius Keller. Ioannes VValcker. Ioannes Rincker. Iohannes Benslinus pharmacopola. Ioannes Ochsenbach. Matthias VVœllinus. Conradus Heckman. Georgius Tischmacher. Michael Bœler. Michael Rœssler. Thomas Gœrber. Nicolaus Fritzinger. *Tybing. Magistratus.*

Sena-

Senatores.

Erhardus Kyrner. Melchior Pæs. Ioannes Mor. Ioannes Ruckvvid. Sebastianus Rotenburger. Ezechiel Kræmer, iunior. Ex plebe: Zier Gærber, & Hans Huckel.

Absoluta fuit, vel conclusa, hæc renouatio, die Iulij 6. postquam Stutgardiæ à legato & Regentibus, quædam controuersia fuisset sublata.

Loca quædam Tubingæ, & extrâ: quorum nonnulla, ipsius Ducatus.

Loca Tybingæ.

Cella in foro, Vnder Ezechiel Krämers Huß. *Ea tunc adhuc loquendi Dialectus erat.*

Haußscheuren/Marstall/genandt der Bawhoff/bey der Aich.

Steinin Speicher/oder Kornhauß/ bey dem Schmidthor.

Ein Kornhauß/vnd Kelter mit 4. Bäumen/bey dem Spittal.

Ein Kelter an der Sonnhalden/mit 2. Bäumen/bey der Oedenburg.

Ein Baumgart/ genandt die Bleichni vngefehrlich 6. Manßmat vor dem Lustnawerthor: zu beyden seiten zwischen der Ammer gelegen.

Zwo Fischgruben vorm Hagthor/bey der Mülen.

Löwmülen/Baliermülen/Trostsmülen/vorm Hagthor.

Vnser Frauwen zu den Armen / bey dem Lustnawer thor: zwischen der gemeinen Straß/auch zwischen Veit Schwalldorffers vnd Luderhansen Häuser. *Est hæc S. Mariæ domus, hodie granarium & cella vinaria Illustrissimi Ducis nostri: è regione domus Crusianæ, de qua sequitur.*

Bastian Weibel (*tunc meæ domus incola*) vnnd Hans Wechßner (*habitator tunc domus, quæ meæ domui à tergo contigua est: habitata non ità pridem à vicino meo Christophoro Saxio, piæ memoriæ*) geben järlich 9. Tübinger Pfenning vnderschiedtlich/von jhren beyden Häusern vñ Hofraitin/beym Lustnower Thor/zwischen Boßlentzẽ (sutoris tunc) Hauß/ vnd Bebenhüser Hoff/vnd stossen hinden auff den Graben.

Herr Dauid Jung / gibt järlich 6. Tüwinger Pfen. auß seinem Pfründthauß: zwischen S. Vrsula (*sacellum mutatum ante plures annos in domum D. D. Iacobi Heerbrandi*) vnd Rotenburgers Hauß (*postea D. D. Iacobi Scheckij, Medici & Philosophi nobilissimi*) gelegen.

Loca extra Tybingam.

Varia loca, census pendentia, ante oppidum Tubingense, 5. portas habens.

Vor dem Neckerthor (ad Austrum & Nicrum) der Osterberg.

Vor dem Hirschnawer Thor (ad occasum) der Liechtenberg vnd Sonnhalden.

Vor dem Hagthor (etiam ad occasum, Ameram versus) Vnder Burgholtz/ Oberburgholtz/ Obersonnhalden.

Vor dem Schmidtthor (ad Boream) Eßlingsloch/Buckenloch/Hasenbuel.

Vor dem Lustnowerthor (à septentrione ad orientẽ versus) widerum̃ Osterberg.

Rursus loca, vbi sunt vineæ.

Rappenberg. Hindersonnhalde. Obersonnhalde. Stöcklin. Grafenholden. Eßlingsloch. Ober vnd vnder Hasenbühel. Jm Hailandt.

Vici sub Pago (qua significatione Iulius Cæsar hanc vocem accipit) seu præfectura Tubingensi, aut saltem aliquid pendentes.

Vici præfecturæ Tybing.

Iesinga: vbi I, vocalis est (adiuncta, Boltringa, Braittenholtz, & Kai: quod à Καία est, quia nullus ibi fons) Inde Pfeffinga. VVurmlinga. Braittenholtz. Munchberg. VValtdorff. Schlaytdorff. Dornach. Weylim Schainbuch. Altdorff im Schainbuch. *Meßingen (quò pertinent villæ, Belsa, Altendicken, Spechshart, & Sickingen) Tußlingen.* Blasius Bad. Weylheim. Visten/ vel Veysten. Almigen. Dailfingen im Göw. Häßlach. Rhiet. Gnibel. Bodelshusen. Stockach. Derendingen. Altenburg (quò pertinent Rumelspach/Dagerschlacht/Offerdingen/vnd Sickenhusen.)

Ietenbruck, ferè τετρασυλλάβως. Meringen. Custerdingen. Nera. Ginningen. Eschingen. Thalhaim, vel Thala.

Lustnouia & Pfrondorffum, ad Bebenhusam pertinent.

In singulis vicis, vel pagis (Dörffern) *scultetus est, & aliquot iudices.*

Tunc, cum renouatio facienda esset, in singulis, sono campanæ conuocati sunt homines: eisq; annunciatum, eos nunc sub Cæsare, aut legato Cæsareo, esse: qui & collaturam sacerdotiorũ habeat.

Occono-

Oeconomica & Iura quædam, Tubingæ, & in his vicis.

Censuales vel seruiles vineæ, Tailige Weingart. *Magistratus inde capit vinum & procropum, & tortiuum.* *Statuta quædam.*

Nemo de cupa promat vinum (es sol niemandt ablassen) *nisi præsente iurato Decumano ministro.*

Quantum quisque de vinea pendit: tantum Magistratus eum iuuare tenetur in colligendis iacemis, portandis, calcandis. Si noua maceries, in vinea facienda existimatur, Iudice cellario & iuratis: cellarius pro portione conueniente impensas vinitori rependat.

Qui vineam ex adiuncto solo (auß eim Vorlehen) *facere vult: permissu cellarij faciat. Hic pro rata parte impensas sustineat, iudicio suo & iuratorum. Decimas, vel quod seruituti legitimum est* (die Landtgarb) *etiam ex nouella hac vinea pendat.*

Si quis talem vineam; ex qua pars Magistratui penditur, vendit: intra mensem cellario indicet, sub mulcta 1. libræ obolariæ: num emptor sit approbandus, nec ne.

In vico Aentringensi.

Si quis mas aut fœmina, est seruilis conditionis (Leibeigen) *dat quotannis ad Bacchanalia adultam gallinam*, ein Faßnacht oder Liebhennen. *Si ambo coniuges, serui sunt: vnam simul dant gallinam. Sed remittitur, si mulier est puerpera, aut partui vicina, tempore collectionis gallinarum.*

Welche Dörffer die alte Maß schencken/geben kein Vngelt: vt, Jetenbruck.

Mulcta Tubingæ, & in eius vicis (præter Bodelshusam & Custerdingam) percussionis & vulnerationis. *Mulcta.*

Grosser } Freuel { 13. D. } *Obolariæ.*
Kleiner } { 3. D. }

Zu Waltdorff/ein Frawenfreuel/30. ß. Heller/zu Schlaidtorff/1. D. Heller.

Hauptrecht/ibidem, id est pensio de morte mancipij.

Moriente aliquo seruo aut serua: bona eius, & mobilia & immobilia, æstimantur, à Sculteto & iudicib. Tum persolutis debitis, mas de quibusq; centurijs librarum soluit 1. D. Fœmina verò, dimidium florenum pro capite, zu Hauptrecht *Sed in quibusdam vicis fœmina nihil pendit. Si tamen copiosa proles à mortuo sit relicta: licet Magistratui liberalitate aliqua vti. Nihil pendit fœmina Braittenholtzij, VValtdorffæ, Meßingæ, Bodelshusæ, Iettenbruccæ, Hinningæ.*

Seruitutem Alemannis, vel Sueuis, introductam esse à Francorum Rege Clodoueo, in prima parte Annal. ad annum Domini 499. didicimus.

Sickingen (cuius suprà mentionem feci) villula est hodie 7. casarum, distans 1. milliari à Tubingâ: de qua agricolæ sic loquuntur. Sickinga, pertinet viua (si Princeps aliquid velit) ad Meßingam, id est cum Meßingensibus coniungitur. Mortua (ratione sepulturæ) pertinet ad Offterdingam. Quoad frequentationem Ecclesiæ, ad Bodeltshausam pertinet. De his satis. Addamus iam alia, vt fiat prolixius hoc caput, anno 1522. absoluendo. *Sickingen.*

Dux Sabina Ducis Vlrici vxor, Vraci plerunq; vixit: ac filiam Annam benè educauit: donec ea εὐλοιμοῦ καιρῷ ἄγαμος *obijt: ac primò est Gieterstaini humata: restituto autem in Ducatum Vlrico, Tybingam ad VVirtembergensium procerum Mausolea translata.* *Sabinæ Ducis habitatio.*

Rectura Tybingensis Scholæ.

Die Philip. & Iacobi, Rector 78. M. Ioannes Stæffler Mathematicus. *Schola Tybing.*

Inscripti.

Damianus & Georg. Giengeri Vlmani. Christianus Herrlinus Argentinensis. Postea, in patrio Gymnasio Professor Mathematices, ac meus Præceptor. Antonius de Andelavv. nobilis. Nicolaus Baro de Fleckenstein. Iohannes Nithart Vlmanus, Baccalaureus. Conradus Bub Eßlingensis. Eberhardus Schenck, Dominus in Erpach. Hippolytus de Harnstain, nobilis.

Extant hactenus in Matricula Acad. inscripti, iam inde à tempore fundationis eius, 4889.

Die Lucæ, Rector 79. Doctor Petrus Brun.

Inscripti.

Iacobus Truchsæß, Dominus in VValdpurg. VVernherus, Ein Herr *de Bacharach. Leonhardus & Vdalricus Langenmantel Augustani.*

Decanus artium. M. Bernhardus Benter.

Magistri promoti. D. Nicolaus Gallus de Hechingen. Anastasius Herpst.

Libro

Programma illius Academiæ.

Libro 3. de Academ. Iacobi Middendorpij programma extat: quomodo ad Tubingensem Academiam fuerit iuuentus tunc inuitata. Vniuersitas Tubingensis, omnibus & singulos bonarum literarum amatoribus Salutem. Credibile, & à vero minimè dissentaneum esse debet: Maiores nostros ingenita homini deprehendisse virtutum seminaria, ipsam se prodente natura. Quibus si cultus accederet, curaq; diligentior: magni quippiam effici posse, haud est immeritò existimarunt. Itaque bonis ingenijs, velut egregijs plantis, certa sunt loca destinata: in quibus, semotis impedimentis, præsignia sapientiæ culmina inolescere possent. In hanc rem, Alexandriam Ægypti, Tharsum Cilicia, matrem artium Athenas, tanquam augustum philosophiæ sacrarium, fœlicis Græcia, &c. Igitur Eberhardus Probus VVirtembergensium Dux primus: videns suam Reipub. hominum egere doctorum operâ (quos incredibili prosecutus est benevolentiâ) studiorum universitatem in oppido Tubingensi fundauit, &c. Vniuersos igitur studiorum amatores, huc confluant, hortamur, &c. Nihil enim erogare insolitum cogentur, &c. Idq; ex Imperiali munificentia hortatu suasuq; GVILHELMI Truchsæs: Cæsareæ Maiestatis in Ducatu VVirtembergensium vicarij nobilissimi, atq; aliorum Regentium, &c.

VVilæ opp. Concionator Diepoldus.

Quidam concionator in oppido Imperiali VVila, nomine Diepoldus, docebat hoc 1522. anno: virginem Mariam non esse mediatricem hominum ad Deum nec cæteros sanctos: neque esse purgatorium. Christum esse mediatorem: in altero seculo tantùm esse cœlum & infernum. Concursus fiebat ad audiendum magnus. Sed monitus Senatus à Regijs Moderatoribus è Stutgardia sibi remouit. Quod plebs ægrè tulit: & pauci ad altaria oblationes faciebant. Idem Monachis in cœnobio Augustiniano sanctos intercessores commendanti, contradixit: ac fauebant quidam huic Diepoldo.

Ferdinandus 26. Nouembr. (Sleidano libr. 3. teste) grauissimum in Ducatu VVirtembergensi proposuit edictum in eos, qui nollent Pontificiæ doctrinæ parere: præmiumque delatoribus constituit.

Craichgoia conuersio ad Euangelicam doctrinam.

His temporibus (1521. & 1522.) Doctrina Euangelij, in Greichgæam quoq; introducta est (teste Dauide Chytræo orat. de Greichg.) errores Pontificios primo omnium taxante, & abolente Erhardo Schnepsio: qui in oppido Guteberga, sub ditione & patrocinio Theodorici à Gemmingen, posteaq; VVimpinæ, sanæ doctrinæ semina sparsit: & collegas huius muneris habuit, M. Bernhardum Grublerum, Gemmingæ: & M. Martinum Germanum, Furfeldæ: atq; Ioannem Gallum. Hos secutus est, VVolfgangus Busius, Gemmingensis Ecclesiæ Pastor: & collega ipsius Franciscus Irenicus, qui Germaniam descripsit. Docuerunt eodem tempore in vicinis oppidis, M. Iohannes Rudolphi, & Matthæus, pater Dauidis Chytræi, Menzingiæ: Nicolaus Trabantius, Flebingæ. Postea, Iohannes Siderocrates, Brettæ. Georgius iunior, M. Petrus Erbermann, & Thomas Rana, in oppido Eppingen. M. Melchior Hippouius (qui primò Academiæ Regiomontanæ initia docendo adiuuit) in oppido Bischoffshaim.

Concionatorum matrimonia.

Cæperunt hoc circa tempus, Lutherani concionatores ducere vxores in legitimum matrimonium. Monachi etiam, lectis Lutheri scriptis, è cucullis exilierunt.

Precatio in cœnobio Gnadencellano.

Precatio Gratiacellensium.

O heilige Maria/komm zu hülff den elenden Dürfftigen: auffenthalt die Kleinmütigen/erquick die weinenden/trawrenden: bitt für das gemein Volck: Fürbitt für die Geistlichen vnd Gelehrten: bitt für das andächtig Fräwlich Geschlecht: schaff daß alle die empfinden deiner hülff/ die da begehen dein Gedächnuß.

Versickel.

In aller vnser betrübt vnd Angste.

Antwort.

Komm vns zu hülff/aller milteste Jungfraw Maria/Amen.

Bitt Gott für die Schreiberin/S. Catharina von Wil. Anno 1522. auff Lucie. der heiligen Jungfrauwen Tag.

Pro,

Reuchlini mors.

O heiliger HERR Christe.

Ioannes Capnio 30. Iunij Stutgardiæ obijt illerico morbo, anno ætatis 67.

Bibliothecam suam Hebraicam & Græcam legauit Collegio Phorensi, in templo seruandam. De quo viro, in S. Leonhardi fano hæc leguntur.

IOHAN.

IOHANNES REVCHLIN DOCTOR.

Clarissimi atque magnæ integritatis viri, D. Iohannis Reuchlini, trilinguis eruditionis Antisbitis, Epitaphion: à Ioanne Alexandro Brassicano, Poeta & Oratore compositum.

Cùm passim Hebræo & Græco se extolleret orbis
Sermone, antiquo more virere volens:
Iuppiter æthereo placidè indignatus Olympo,
Se fragilem in linguis vincere velle hominem:
Doctorem Capniona vocat: nempe ille trilingui
Dogmate, cœlestum corda iuuare potest
Nunquam igitur credas Reuchlinum obijsse caduca
Morte: velut terræ pondera inepta cadunt.
Hunc Deus in patriam æternam iubet ire probatum:
Hic tandem solida laude Magister erit.

In eundem aliud.

Inclita magnum oculum amisit Germania: quando
Reuchlinus superos (morte ferente) petit.
Anno à nato Iesu 1522. *die* 30. *Iunij.*

Epitaphium ipse hoc olim Phorcæ fecerat, in cœmeterio.

ELISSÆ. ERINÆ. GEORGII. REVCHLIN. vxori. IO. CAPNION. filius. matri. pientissimæ. posuit.

Tubingæ, 28. April. 1522. in templo S. Georgij sepultus est Andreas Trostel, V. I. Doctor eximius: inter primos vniuersitatis Tubingensis artium Magister creatus. Cuius ante honesta vxor & matrona, Magdalena Stettertna, obierat 1497. 15. *Septembr. Fuit hæc, soror Martini Stetteri. Stetteri: quo natus est Martinus, Scolæ Kirchaimensis moderator fidelis: pater M. Eusebij Stetteri, hodie Anatolicæ apud nos Scholæ Rectoris.*

Eodem 1522. *anno, obijt frater Abbatis Bebenhusani Ioannis, nobilis & validus Martinus de Fridingen. Sepultus Tybingæ ad Minoritas.*

Eiusdem anni 4. *nonas Septembr. obijt nobilis & validus Hans Heinrich de Bubenhofen: qui pro animæ suæ salute dedit Bebenhusano Monast. CC. fl. Sepultus in sepulchro.*

Augustæ, procurante Magistratu, magna eleemosyna instituta est (quæ nominatur, Der groß/oder gemein/Allmuß Seckel) conferentibus liberaliter ciuibus & incolis: ne posthac amplius mendici circumcursantes, clamoribus domos fatigarent. Primus, qui contulit, fuit Paulus Kaufringer, Mauricianus Sacerdos: dans tempore mortis suæ 800. *fl. Gassar. & Henning. Mendicis prouisum Augustæ.*

In eadem vrbe, Ioannes Froschius Theologiæ D. inter primos fuit, qui Euangelium syncerè prædicaret, vt vt erat Carmelita. Idem.

Noribergæ primam concionem puriorem habuit Andreas Osiander, die Dominico 23. *Feb.* 1522. *de semine. Osiander Andreas.*

Augustæ, Ioan. Theodoricus Vngelter Doctor, Felicitatem Meutingenam duxit.

Bambergæ, mortuo 31. *Maij huius anni, post septendecim annorum administrationem, Georgio Pincerna Lympurgensi: factus est Episcopus, VVigandus nobilis à Redonitz. Præerat adhuc* 1549. *Hic patruum meum Ioannem Krausium, quia is concionator Euangelicus erat, & id confitebatur in oppido Forcheimio, captum fortè à vicario Bambergensi Georgio Egloffsteinio* 23. *Ianuar.* 1526. *& Bambergam ductum, in custodia sacerdotum detinuit* 7. *hebdomadas. Post quas* 50. *florenis multatum, Episcopatu eiecit. Ioannes verò, sequenti anno Diaconus est factus Noribergæ, in Teutonica aula: & altero anno, minister Ecclesiæ Altorffij: vbi* 11. *annos cum dimidio, Christum concionatus est. Postea* 12. *A. Engelthalæ. Tandem Sultzbachij, in superiore Palatinatu: vbi* 1140. *vixerat illustris Comes Berengarius: cuius filiarum altera, Conrado Sueuo, Regi Romanorum: altera, Manueli Imperatori Constantinopolitano, nuptæ fuerant: vt dudum in secunda parte Annal. docuimus. Ibi & diem suum* 24. *Martij. Anno millesimo, quingentesimo, quinquagesimo nono obijt, senex. Bamberg. Episc. VVigandus.*

QVÆDAM TYBINGENSIA, HALENSIA, AVGVSTANA. BELLVM Sueuici fœderis aduersus aliquot Franconiæ nobiles, præsertim Ioannem Thomam Abtspergium. Forma indicendi belli, apud Alemannos & Latinos. Arcium Franconicarum destructio. Interitus Francisci Sickingeni. Ioan. Thomas Rosenbergius, & Albertus, nobiles insignes.

CAPVT XII.

Acad. Tybingensis.

ANNO 1523. *Scholæ Tybingensis Rector vernus, erat Doctor Iohannes Eschenbach, numero 80*

Inscripti. Georgius Limer Argentinensis. VVolfardus VVolf de Knæringen.

Rector 81. autumnalis, Doctor Conradus Brun.

Inscripti. Leonhardus Schertlin de Klingenmunster. Ioan. Antonius Cassouiensis. Med. D.

Decanus S. Catharinæ. M. Fridenrichus Schaupius Besecensis.

Magistri facti. Gebehardus Brasperger Vracensis. Iurisc. Iacob. Kalt Constantiensis. Iurisc.

Tybingæ fons cum canalibus factus est S. Georgij, iuxta Parochiale Templum. In foro verò, iuxta Senaculum ad malos mores corrigendos, σωφρονιστήριον, stultorum custodia.

Arcium Franconiæ destructio per fœderatos Sueuiæ.

Fœderati Sueuicæ societatis, mense Iunio huius anni, expeditione bimestri (Duce Georgio Truchsessio VValdpurgensi: potestate inuadẽdi à Cæsare impetrata: cùm ciuitates à Cõrado Schoeto, & Ioanne Thoma Abtspergensi, diu vexatæ fuissent) arces 23. in Franconia destruxerunt: quòd Abtspergensis receptum ibi haberet: cùm earum possessores nobiles, antea in conuentu Nærdlingensi, iuramento suam innocentiam purgare non potuissent.

Indictio belli, seu Clarigatio, VVurtzeburgi & Bambergæ contra Abtspergium affixa.

Clarigationis, vel indictionis belli, forma, contra Abtspergium

Wir diese nachbenandten/ dero Namen herunder geschrieben stehen/ fügen dir Hans Thoman von Abtsperg/ allen deinen Helffern vnd zugewandten/ zuvernemen: demnach du vnnd sie zu verschienen zeiten/ weiland den Wolgebornen Herrn/ Herrn Joachim/ Grauen zu Oetingen: als er an S. Johannes tag Sonnen wendin/ im ein vnd zwentzigsten Jar/ in Keys. Maiest. vnnd gemeines Bunds dienst/ von einem Bundstag anheim hat wöllen reiten/ vberund sein vielfaltig billich Rechterbieten/ vnd gemeinen Landsfrieden/ zu nechst bey Schwäbischen Werdt/ angerendt/ hart verwundt/ gefangen/ geplündert/ vnnd dermassen gehandelt: daß er solcher halben kürtzlich darnach todts vergangen: darzu auch gemeiner Standt deß löblichen Bunds zu Schwaben Vnderthanen vnd zugewandten in vielerley weg geschädiget/ vnd wider den H. Reichs Landtfrieden vergwaltigt hatte (darumb dann du/ deine Helffer/ vnd Helffershelffer: auch alle die/ so dich vnnd sie hausen/ höfen/ ätzen/ tränckten/ fürschieben vnd enthalten/ von Röm. Keys. Maiest. vnserm aller gnädigsten Herrn/ in deß H. Reichs Acht vnd Aberacht gefallen seyn) der aller halbẽ/ auch von gemeinen Ständen deß löblichen Bunds zu Schwaben/ wider dich/ deine Helffer vnd Helffershelffer/ auch alle die/ so dich oder sie enthalten/ gehauset/ gehofet/ vnderschleifft/ fürgeschoben/ geätzt/ getränckt/ oder deiner handlung theilhafftig gemacht haben/ oder noch thun werden/ ein gemeine Bundshülff erkendt. Dieweil dañ der Durchleuchtig/ großmächtig Fürst vnnd Herr Ferdinand/ Ertzhertzog zu Osterreich/ ꝛc. Keys. Maiest. vnsers aller gnädigsten Herrns/ ein zugewandt Gliedt deß löblichen Bunds zu Schwaben/ Statthalter ist: vnd jhr Durchleuchtigkeit/ vns von hochgedachter Keyserl. Maiestat/ vnd jrer Durchleuchtigkeit wegen: als dero hievor bestellten Prouisoner vnd Diener/ zu solcher hülff geschickt vñ verordnet: So sagen wir dir/ deinen anhengern/ mitgewandten/ auch allen denen: so dich/ oder sie gehauset/ gehofet/ fürgeschoben/ vndergeschleifft/ geätzt vñ getränckt/ oder theilhafftig gemacht haben: auch allen deinen/ vnd derselbigen Vnderthanen/ Leuten/ Haab vnd Gütern/ hiemit vñ in krafft diß Brieffs/ vnser Vehd vñ Feindschafft zu. Setzen vns auch deßhalben in vnsers gnädigsten Herrn/ seiner Durchl. vnd gemeiner Ständ vnfrieden vñ frieden. Vnd wöllen also gegen dir/ vñ allem deinẽ anhang/ wie oben vermeldt/ vnser Ehr bewahrt haben: so lang wir vnsers gnädigsten Herrns Diener vñ Prouisoner seyn. Vnd ob wir mehr bewahrung gegen dir/ vñ deinem anhang/ nottürfftig wehren: Die wöllen wir hiemit/ jetzt als dann/ vnd dañ als jetzt/ auch gethan haben: vnd dir vnd jnen ferrner von Ehrn vnd Rechts wegen zu thun nichts schuldig/ vnd gebunden seyn. Darnach magstu dich auch/ vnd sie/ haben zu richten.

Geben/

Geben/vnd mit mir Rudolff von Ehingen Ritters/Hauptmans/ ꝛc. Pittschafft/ für mich/vnd die andern versiegelt/am ersten tag Junij/Anno/ꝛc.23.

Rudolff von Ehingen/Ritter/Hauptmann.

Sigmund von Stotzingen. Philips von Stammhain. Bastian von Ehingen. Sebastian von Gültlingen. Eberhart von Karpfen. Rudolff von Hirnheim. Tristram Truchsäß. Hans von Ehingen. Weyprecht von Riexingen. Michel Reiß von Reissenstein. Jörg Egen von Egenhofen. Hans Friderich Thumb. Hans Veit von Fürst. Hans von Riexingen. Bernhart von Liebenstein. Vlrich von Wittershusen. Marx von Scharnstetten. Conradt von Ehingen. Joachim von Stammhain. Eustachius von Eltershofen. Rudolff von Eltershofen.

Altera clarigatio, cuiq; arci missa.

Ich Georg Truchsäß Freyherr zu Waltpurg/ꝛc. Röm. Keys. Maiest. vnsers aller gnädigsten Herrns/ auch Churfürsten/ Fürsten/ Grauen/ Prelaten/ Freien/ Ritterschafft/vnd Reichsstätten/jr Keys. Maiest. Bunds im Landt zu Schwaben: meiner gnädigsten/gnädigen Herren/Vettern/Oheimen/Schwägern/vñ Freunden/Oberhauptmañ: Ich Rudolff von Ehingen Ritter/vber alle Reisigen: vñ ich Jacob von Werdnow/ vber alles Fußvolck/ deß Püurischen Hertzogs/Hauptleut: fügen euch/dir N. zu wissen/ als wir/ꝛc. Hansen Thoman von Abtsperg/seinen Helffern vnd Helffershelffern/vnser Vehd/ Feindtschafft vnd ehrbewahrung offentlich gethan/ ꝛc. so jhr euch aber der thätlichen seiner handlungen/wider gemeine Ständ deß Bunds/vnd sonderlich Grafen Joachim von Oetingen/theilhafft gemacht/ wider deß H. Reichs auffgerichten Landtsfrieden/ꝛc. so wöllen wir von wegen gemeiner Ständ/ꝛc. als Hauptleut/ꝛc. euch/ dir/ hiemit vnser Vehd vnd Feindtschafft zugeschrieben haben/ꝛc.

Altera. cuiq; nobilium grassatorum, denuntiatio belli.

Forma indicendi belli apud veteres Romanos.

Cincius lib.3. de re militari. Fecialem pop. Rom. bellum indicentem hostibus: telumq; in agrum eorum iacientem, hisce verbis vti scripsit. Quòd populus Hermundulus, hominesq; populi Hermunduli, aduersus pop. Rom. bellum fecère deliquereq;: quòdq; pop. Rom. cum populo Hermundulo, hominibusque Hermundulis, bellum iussit: ob eam rem ego, populusque Rom. populo Hermundulo, hominibusq; Hermundulis, bellũ indico facioq;. A. Gellius, vel Agellius, lib. 16. c. 4.

Nomina arcium vel castellorum, hoc bello afflictorum.

1. *Velperg. 1. milliari ab vrbe Hala. Pars ibi D. VVilhelmi, destructa: nè cæteris Velbergensibus inde noceretur. Fauisse enim dicebatur Hegelino: qui Ehingenum captum, Mompelgardiam Duci Vlrico VVirtemb. tradiderat. Ligna ad Bileram deuecta combusta sunt. Supellex vxori eius, quæ Crailshemia erat, donata: reliqua bona, Fœderatis diuisa. Iun. 12.*

2. *Bocksperg. 14. Iun. captum (prope Landauium) & postridiè combustum. Erat fratrum Rosenbergiorum: Melchioris, & Ioannis Thomæ, & Vlrici.*

3. *Balbach, prope Mergetam, Rundij Sutzelij 17. Iunij arsit.*

4. *Aschusa, ad Othonicam syluam, Georgij Aschusij. Eodem die combusta.*

5. *VValchbach, 18. Iunij flagrauit. Erat Francisci Rundij.*

6. *Ovva propè Kitzingam: cuius pars, Episcopi VVirtzburg. est: altera, quæ Contzij de Rosenberg, & Truchseßij erat, mille Florenis ab incendio redempta fuit. Iun. 21.*

7. *VValdmanshoua, Conradi Rosenbergij.*

8. *Gnotza, eiusdem. Ambæ 23. Iunij κατεκάνθησαν.*

9. *Reissenberga, Iohan. Georgij à Tungen 2. milliaribus à VVirtzburgo. Iun. 24. ἐκάνθη.*

10. *Trupach, VVolfhainrici Vffatzij. 4. Iulij ἐπυρπολήθη.*

11. *Gregelstain, Georgij de Glich. Eodem die igni mandatum.*

12. *Vetus } Gutenberga: Hectoris, Acacij, & Philippi, Gutenbergiorum. 5. Iulij occupata,*

13. *Noua } 8. Iulij incensæ.*

14. *Vprod. Ioannis & Sebastiani de Sparneck. 9. Iulij ἐπυρίσθη.*

15. *VValdstain, VVolfij & Christophori Sparnecciorum. Eodem die arsit.*

16. *Gattendorff, Georgij Sparneccij. Iul. 10. ἐνεπρήσθη*

17. *VVeichselsdorff, Sebastiani & Ioannis de Sparneck. Cui arci, quia nobilis mulier puerpera erat, tantisper parcitum est: nec ipsa, interea expulsa.*

Arces, hoc bello afflictæ.

18. *Enckeringa, N. Abtſpergij. Arſit, & ſequentes.*
19. *Ietenhofa, Conradi de Roſenberg.*
20. *Dagmerſchen (al. Tannerſtain) Eucharij de Oetingen. Flagrauit 12. Iulij.*
21. *Dietenbouen, Conradi de Roſenberg. Iul. 21.*
22. *Aptſperg nobilium Aptſpergiorum. Die Mariæ Magdalenæ πυρὶ κατεκαύθη.*
23. *Berlitshaim, Georgij de Ens vel Enſeri. πυρὶ ὑπ' ἐργου κακὰ κακῶς γενομένου.*

Noriberga multas adduxerat magnas bõbardas: ſed cũ aues è nidu ſuis euolaſſent, ijs opus non fuit.

Erat etiam Streitberga arx in Catalogo, Conradi Schotti Qui dicitur turamento ſe purgaſſe, vt exercitus diſcederet. Quanquam de innocentia eius non parum dubitabatur. Itaq; fœdus ſcripſiſſe fertur Marchioni, vt eum tolleret. Aliter bellum in ipſum conuerſum iri. Ergo Carolingum vocatum eſſe, κακὰ ἀπροσδόκητα. Haſſenus, de Aptſpergenſi bello.

Franciſci de Sickingen interitus.

Eodem anno, Iulij 8. Franciſcus de Sickingen, qui Treuirenſem Archiepiſc. Richardum oppugnauerat: ab eo, & Philippo Landgrauio, & Ludouico Palat. & (vt alicubi inuenio) Rudolpho Ehingeno (qui cum Dietricho Spæto adeum miſſus, pacem fruſtrà quæſiuerat) obſeſſus in arce ſua Nanſtall (al. Landſtall) ictu trabis, à bombarda percuſſa, interijt, Dominicâ Exaudi: vir fortiſſimus, religionis purioris ſtudioſiſſimus, ac doctorum hominum amantiſſimus.

Ioan. Thomas Roſenbergius.

Arce Bocksperga, à Sueuico fœdere exuſta: Ioan. Thomas à Roſenberg, ſuos fratres, innocentes, nec cæteris participib. arcis (Jancrbē) adhæſiſſe aiebat: arcēq; palatinatui attributã, dolebat. Itaq; infeſtus fœderi erat: non tamen infimæ ſortis homines lædebat ſed excellentioris fortunæ fauore cõſpicuos, miris artib. corripiebat. Ac, quia Georg. Truchſæſsiũ de Bockſpergæ peſſundatione nõ parũ accuſabat: cogitauit aſsiduè, quomodo ipſum vicissim vreret. Cognouit (vt Vvidemannus ſcribit) filiũ eius adoleſcentẽ, Dolæ cũ Pædagogo germano in Academia viuere: cuius Pædagogi fide, plures Alemanni adoleſcentes, cõmiſsi eſſent. Roſenbergius igitur eò ſummiſit quendã, ſtudioſorũ ritu veſtitũ, tanquam & ipſum ſtudiorũ gratiâ venientẽ. Qui ſe artificioſè in familiaritatẽ & generoſi adoleſcẽtis, & Pædagogi inſinuauit: ſed hunc maximã diligentiã, in diſcipulo cuſtodiendo adhibere vidit. Non êx vrbe in campũ educere: ſed tantùm ad lectiones, & rem diuinã, introducere: ac, priuſquam omnia ſacra finita eſſent, hominesq; è templo exirent, domũ reducere: Cùm interim in platea nemo ferè hominũ conſpiceretur. Obſeruauit hæc aſtutè ille ſimulatus ſtudioſus (ὁ προσποιητὸς φιλομαθὴς ἀπατεὼν) frequensq; Truchſæſsium domum, cum Præceptore deducebat: ita, vt iam planè fidem inueniret, tanquam vnus êx fidâ familiâ. Eam rem omnem ad Roſenbergium perſcribit. Qui paucis equitib. comitatus, Dolam venit: nec longè à primario Templo, die quodam Feſto diuertit. Adoleſcentes cum Pædagogo templũ adeunt; Roſenbergio manente in diuerſorio, equos paratos habente, occaſionem attendente. Illis è Templo egredientib. Roſenbergius (qui hoſpiti ſuo tam ſatis fecerat) cũ ſuis equitans exit trans forũ: falſus ille ſtudioſus homo robore virium pollens, adoleſcentulũ generoſum corripit: in equũ miniſtri cuiusdã Roſenbergici cõjcit: miniſter eum brachio ſtrictè tenet.

Georgij Truchſaſsij filium, Dolæ propter ſtudia verſantem, miro dolo capit.

Pædagogo ſuccurrenti, & Diſcipulũ equo detrahere conanti graue vulnus in capite infligitur. Ita platea propter ſacra, quæ in fano fiebant, ab hominib. vacuã: Roſenbergius cũ captiuo facilè vrbe euolat. Etſi. n. cuſtodes portæ impedire Ioan. Thomam conabantur: tamẽ milites aliquot, quos bua antea in euentum ibi ſubornarat, illis reſtiterunt. Cùm hoc factũ ad aureis Georgij Truchſæſsij venniſſet: nõ mediocrem dolorem accepit: nec vlli laboris, neq; ſumptui, ad inueſtigandum filiũ pepercit. Sed nunquam, quoad vixit, vbi ille detineretur, reſciſcere potuit: alijs, in Gallia teneri dicentibus: alijs in Lotharingia: alijs in Vvederouia: alijs, in Bohemica ſylua. Noluit vllo auro captiuũ Roſenburgius dimittere: ſed ſperabat, ſe Truchſæſsium ad viam ſibi de Palatinatu Bocksperga reſtituenda adacturum: quod tamen in Baronis huius poteſtate non erat. Ita adoleſcens ille in quãtum annum (Munſt. 3. lib. 284. quintum ait) aſſeruatus fuit. nomine ſciente, vbi eſſet. Moritur interim Heros Georgius, pater eius, morbo Gallico. Tunc adoleſcens hic, 8. millib. aureorum dimiſſus eſt;

Adoleſcentis dimiſsio.

impunitate omnibus illis, qui captiuitatis eius fuiſſent rei, huicq; negocio affines, promiſsâ: hoſte interim Sueuici fœderis Roſenbergio manente. Tunc cognitũ eſt, adoleſcentem in arce quadã Franconiæ, benignè & liberaliter habitum fuiſſe: ita, vt ibi ambulare, & cum alijs venationi intereſſe, licuerit: qui etiam fidem Domino datam, fideliter ſeruauerit. Ita dimiſſus eſt honorificè veſtitu & equis, vt tali perſonæ conueniebat, ad ſuam matrem, atq; cognatos. Fertur quoq;, quando Virtẽbergicus armis ditionem ſuã recepit: Ioannem Thomam, qui & ipſe huic bello interfuerit, ab hoc Truchſæſsio in arcem ſuam Vvolfeccam inuitatum, comiter acceptum, fuiſſe. Multa etiam alia hic nobilis callidè, ſed ſine ſæuitia, in ſuos aduerſarios fecit; ac tandem placidè obijt. Etſi autem

autem ipse contentiones suas, non ad finem perdúxit: tamen postea ordines, qui in vndecenni Suevico fœdere fuerant, postulata Alberti Rosenbergij pecunijs expleuêre: quem Cæsar equestri dignitate ordinauit: copijsq; equestribus in Galliam præfecit. Hinc deinde 1543. Noribergensem Hieronymum Baumgartnerum cepit: Bockspergam recepit, & instaurauit. Captiuum illum Dapiferum, Munsterus lib. 3. cap. 284. Iacobum appellat: & 1536. obijsse scribit. Albertus Rosenbergius. Baumgartner Hieronymus.

Erat hoc 1523. anno, Ioan. Eisenmannus. Parochus Halæ Suevicæ: vbi Ioannes Brentius biennium iam docuerat. Sequenti anno, Papisticæ caremoniæ paulatim cecidêre. Anno autem 1527. Missa abrogata est: nisi quòd Ioannitæ missificarunt vsq; ad 1534. annum: ad quos multi patricij exiuerunt: donec & hæc Missa silere iussa est, Templo concluso. Ita ex Hala omnis Missa expirauit. Sic & 1540 in ipsorum extra vrbem ditione. Halæ, Euangelij Prædicatores.

Scripsit Augustæ circa 1523. annum, Matthæus Marescalcus à Biberbach (quod deinde à Marco Fuggero possidebatur) Ecclesiæ Canonicus, Iuris Doctor succinctam historiam de antiquitate & initio ciuitatis Episcopatusq; Augustani: è qua multa, præsertim Clerica, suis Annalibus inseruit Achilles Gassarus. Fundauit idem Marescalcus suis sumptibus, Augustæ propter Sacellum S. Ægidij ædes: quas habitaret ordinarius concionator Templi cathedralis. Biberbach. Marescalcus Matthæus.

Eodem anno Iohannes Speiserus Doctor (Achille teste) Theologus, Parochus Augustanorum cœpit verbum Dei concionari (syncerius, tanto cum fructu & concursu: vt meretrices quoque eius concionibus motæ, ad meliorem frugem redirent: ac prostibulo, quod tunc publicè prope Geggingensem portam tolerabatur, deserto: aut honesta coniugia quærerent, aut aliò inde diffugerent. Sed redijt Speiserus ad Pontificios: & horrendo genere mortis interijsse fertur. Henning. Speiserus concionator.

Ioannes Hack Magister, Archigrammateus Augustæ, Vrsulam Remiam duxit.

Ad Bicocham Gallos G. Fronspergius vicit: stans in primo peditum ordine, ipse alijq; duces. Cui cum Heluetijt occurrens Albertus de Stain, inquit: Hîc ne te, vetus sodalis, reperio? Manu mea morieris. Respondit Frõspergius: Tibi hoc accidet, Deo iuuante. Tum lanceis se mutuo impugnare. Fronspergius in cruribus vulneratus, stetit tamen: & Albertum, legatumq; eius Arnoldum VVinckelriedum, & alios Heluetios, 27. April. occidit. Laudem Pompeiam postea, atq; vrbem Genuam, ipse cæteriq; ceperunt. Rediens in Germaniam, per se legatum suum Rudolfum Hælium, & Casparum Fronspergium F. in Italia reliquit. Postea 1525. cum nouo exercitu huius ductor, in Italiam redijt: ad eiusq; ductum Marcus Sittichus de Embs se contulit. Illam autem Bicochanam cladem (vt hoc etiam addam) terræmotus aliquot horis præcesserit, & vlulatus, tentorijs concussis. Postea locus pluribus millibus occisorum constratus fuit. Dixit mihi nobilis vir, Petrus Gaubergius, olim 1555. Memmingæ (qui illis rebus interfuerat) tradens tunc mihi Matthæum F. (qui hodie Campidonensis Abbatis officialis est) in mensam & disciplinam. Georg. Fronspergij heroica pugna. Bicochana clades.

Schorndorffæ natus est hoc 1523. anno, Sixtus VVæselinus 2. patre Sixto 1. qui 1500. natus VVæselini. fuerat, die S. Osualdi, ex Gregorio VVæselino, & Agnete Dyrrhina, 1507. mortua: post quam 1522. Annam Plessingam duxit: ac minorem Præfecturam, cellariatusq; munus, gessit. Sixtus vero 2. Archigrammateum egit 7. A. ante Hispanicum præsidium. Postea, multa sub hoc est passus: & à quodam qui ex Americana Hispaniola aderat, in maxilla vulneratus. Sublato hoc præsidio: ipse commeatui præfuit (Prouiantmeister) in Elvvangensi expeditione. Postea, magnorum Principum [quidam] (Quæstor, Pfenningmeister) tempore Haidelbergensis concordiæ fuit.

Anno autem 1556. factus est Præfectus minor in Patria: quod munus adhuc gerentem, vidimus 1588. Schorndorffæ.

Phorcæ functus est fato Septemb. 3. nobilis Ioannes Kechler de Schvvandorff.

Stutgardiæ 18. Aug. 1523. obijt honestus vir Martinus Harsch Tubingensis: ad S. Leonhardum sepultus.

Obijt Dominicâ ante Pentecosten, proba mulier Barbara Gigerina, Georgij de Husen vxor.

Fuit annus hic frugibus & vino vber: hyems & frigus, præpropera. Ferdinandus tertiam partem prouentuum à Prælatis VVirtembergiæ exegit.

Insulam Rhodum Turca Solimannus deditione cepit. Qua de re postea, in libello, cuius præfatio incipiebat: Dem Ehrnvesten/ Hochachtbaren Herren Antoni Fugger/ Röm. Kayſ. Maieſt. Raht: vnd Patron/ wündschet Othmarus Nachtgall (Luscinius) Doctor/ durch zeitliche Güter die ewige zuerfolgen/ &c. Anno 1528. Rhodus, Turcarum.

CVRATIO ACADEMIÆ TYBINGENSIS. MORS ILLVSTRISSIMÆ Dominæ VVirtembergicæ Elisabetæ. Hirsaug. Abbas Ioannes Sculteti. Religionis progressio tempore Lutheri. Natiuitas aliquot clarorum virorum. Subditorum maleuolentiæ aduersus Magistratus suos origo, & insufficiens compositio.

CAPVT XIII.

Tybing. Schola. ANno 1524. Cal. Maij. Rector erat 82. (aut primo Rectore Ioanne Nauclero omisso, 81.) M. Fridericus Schaup.

Inscripti. Georgius de Thierberg von wilden Thierberg. Martinus Kruß de Steinheim 23. Maij. Nescio, ex quorum familiâ Crustorum. Nam permultæ sunt, varijs in locis.

Rector 83. die Lucæ, Doctor Grassus Myller.

Inscripti VVendelinus Ochsenbach Tubingensis. Otho Truchsaß, Baro VValdpurgensis. Theodoricus de Friberg. VVilhelmus de Nuhusen. VVolfgangus Adolfus ex VValdenfels, Canonicus Bambergensis. Ian. 28. Eberhardus & Melchior de Avv.

Decanus artium. Ioannes Ebinger Tubingensis.

Magistri facti. Ioannes Pfender de Sigmaringen 1524. Conradus Bub de Esslingen 1525. Tubingæ, fons Xenochij factus est, qui antea non fuerat.

Inundatio aquarum in VVirtembergia erat, & ventorum impetus.

Turc. bellum. Mart. 24. Rudolfo ab Ebingen scribens Archidux Ferdinandus: iussit eum pecuniam in VVirtembergia procurare ad bellum Turcicum. Atq; quoniam Cæsar erat in Hispania, tussit eundem proficisci ad Frider. Palat. Ambergam, cum instructione: vt is vnum annum Vicarius Cæsaris esset, ne Imperium capite careret. Id Rudolfus grauiter perfecit. Idem Archiduci etiam sequenti anno, pecuniæ vim aduersus Turcam comparauit.

Elisabeta, Principis VVirtembergicæ, obitus. Die 15. April. obijt Nyrtingæ D. Elisabeta, Marchionissa Brandenburgica, vxor olim Eberhardi Iunioris, Ducis 2. VVirtembergici: ac Stutgardiæ sepulta est, in Basilica Cathedralis chori: iuxta Elisabetam fratris sui Marchionis Brandenburgici, Friderici filiam, vxorem Marchionis Badensis Ernesti. Gesserat se in oppido dotali suo Nyrtinga, sicuti Principe matrona dignum erat: illudq; cùm vim ignis passum esset, instaurauerat: & optimè de eo merita fuerat.

Hirsaug. Abbatis Ioannis obitus. Obijt 16. Kal. Iul. Hirsaug. Abbas Ioannes 2. humatus in sacello B. Mariæ quod ipse condiderat. Fuerat appellatus, aliâs Iohannes de Leonberg, aliâs Iohannes Hantzman de Calua. Nam hæc ambo, de vno & eodem Abbate dicuntur.

Supra picturam præcedentium hactenus triginta Abbatum Hirsaug. sequentes versus in Refectorio æstiuali leguntur.

In fragili angelicam duxerunt corpore vitam:
Et fuerant mundo mortua turba malo.
Hic locus effulsit patribus virtute probatis:
Virtuti Sophiam iunxerunt semper vtramque:
Abdita Diuinæ penetrarunt dona Mineruæ:
In lucem egregios, variosque dedêre libellos.
Mundities animi, cibus est, & summa voluptas.
Qui satur est illa, ditior esse nequit.
Qui tribuêre cibos, dapibus vescuntur Olympi:
Pro donis capiunt cœlica regna suis.
Si cibus est modicus, non lautus, sed nec opimus:
Vos Christi sermo, & lectio sancta, cibet.
Quando Monasterium cœpit moderarier illis:
Et decor accessit, commoditasque, loco:
Magnus amor recti, sacræ quoque Relligionis,
His fuit, atque loci cura laborque frequens.

Successor illius, Ioannes Schulteti. *Successit in locum demortui* XXXXIII. *Abbas, Ioannes* 3. *natione Sueuus, in oppido Bietigheim natus. Fuerat antè Prior in Reichenbach. Nominatus est Iohannes Schulteti. Præfuit* 30. *A. obijt* 1556. *De quo, posthac plura.*

Nærdlinga, Euangelica. *Religionis emẽdatione proficiente: Euangelium annunciari purè cœptũ est etiam Nærdlingæ. Schafhusiano Magistratui Abbas & cõuentus tradiderunt cœnobium suum reformandi causâ.*

Catha-

Catharina de Cimbern: quæ 1499. facta fuerat Abbatissa Tiguri: traditis omnibus rebus Magistratui, & accepta prouisione perpetua, nupsit cuidam nobili Reischachio. *Abbatissa nubit.*

Vlricus Zuinglius scripsit epistolam ad Matthæum Aulberum, Reuttlingensem Ecclesiasten: exponens in verbis cænæ Dominicæ verbum E S T, per significat. Adiurat eum in extremo Epistolæ: ne cuiquam eam communicet, nisi syncero in fide. Bucholc. *Zuinglius.*

Caspar Schvvenckfeldius, nobilis Silesius scripto edito hortatur Episcopum Vratislauiensem Iacobum, ad puram Euangelij doctrinam amplectendam. Tunc adhuc sentiebat cum Luthero. Postea verò suo quodam dogmate ab eo discessit: ac multos etiam in Sueuia nobiles seduxit. *Schvvenckfeldius.*

Lutherus, qui hactenus adhuc cucullam monasticam gestauerat, eam 9. Octobr. huius anni deposuit. *Lutherus.*

Augustæ Ioannes Schillingus, Lector in Monasterio Franciscano, Euangelium purè interpretari exorsus, à senatu dimittebatur: sed precibus populi, iamiam seditionem cogitantis, reuocabatur. Itaq; rursus docebat sed vsq; ad mensem Nouembrem tantùm: celebrataq; integra Eucharistia, populo valedixit, & vrbe abijt. In cuius locum suffectus est Michael Cellarius. Gassar. *Schillingius.*

Die Dominico Esto mihi, Febr. 7. huius 1524. anni, nocte inter 12. & 1. horam, natus est Comes Helffenstainius Vlricus, der Elter.

Vidit etiam primam lucem Octob. 8. huius anni, M. Georgius Lieblerus Dentzlingensis, Professor Physicæ in Acad. Tybing. ac Pædagogarcha: vir doctrina & prudentia insignis. *Lieblerus D. natus.*

Kauffbeura natus est. Decēb. 26. Victorinus Strigelius: & ob. 26. Iun. 1569. Haidelbergæ. *Strigelius.*

Natus circa idem tempus est generosus Baro Hevvensis, Albertus Arbogastus. Militauit Gallo 1558. contra Cæsarianos fortiter. Bello composito, Duci VVirtemberg. Christophoro consiliarius fuit: cuius nomine (principe Georgio, Comite VVirtemberg. & Mompelig. mortuo) Comitatum Mompeligardensem (Friderico Principe & Comite, adhuc sub tutela constituto) fideliter rexit, anno 1560. & deinceps. *Hebensis Baro.*

Semen belli seruilis, vel Rusticani.

Abbas quidam prope Vlmam, mortente seruo sibi rustico, ex veteri consuetudine vnum iumentum abducebat. Tunc autem, mortuo Auriga, ipse viduæ & pupillis eripuit duos equos meliores. Ideo rustici concurrebant. Mense Nouembri (vt lib. 4. Sleidanus scribit) cæperunt à suo Domino Sigismundo, Comite Lupfio Sueuo, dissidere Rustici homines: quòd se onerib. nimium grauari quererentur. Idem & à vicinis fiebat in suos Magistratus. Imperij tamen Senatus, qui loco Cæsaris absentis erat, Esslingæ tunc versans: missis legatis, controuersias aliquot sedauit. Verum hic æstus non refrixit: sed anno sequenti nimium efferbuit, vt audiemus. Fuit quidem signum peditum, in VVirtembergia contra Lupfensis agricolas collectum: & alij delectus, habiti alibi; ac trepidatum: sed nihilominus tumultus, altero anno secutus. Etiam ad Mediolanum, multi ex VVirtembergia milites, hoc anno missi. *Rustici, alicubi seditionem spirantes: vt, contra Comitem Lupfensem.*

Mortui & in Templo VVachendorffensi humati, ad nobiles de Ovv pertinentes.

A. 1524. starb der Edel vnd Ehrnvest Görg von Ow / auff den tag præsentationis Mariæ: dem Gott G.

A. 1539. auff Sontag *Exaudi*, starb die Edel vnnd Tugendsam Frawe Dorothea von Owe / geborne von Gültlingen.

PAPA, CLEMENS VII. THERMÆ FERINÆ IN VVIRTEMBERGIA. R. Franciæ Franciscus, captus. Conatus D. VVirtemberg. Vlrici, recuperandæ ditionis suæ causâ. Rusticani belli origo, causæ, sæuitia, vindicta. Rudolphi, Ehingeni equitis, res gestæ. Consolatoria ad eum Epistola; de liberis amissis. Oppidi Marpachensis à Rusticis periculum, & conseruatio. Sedatio seruilis tumultus apud Halenses, & improborum punitio. Lorchæ, Hohenstauffæ, Tecci, deuastatio. Tybingensia quædam, Augustana, & alia. Lutheri coniugium, & doctrina de cœna Domini.

Caput XIIII.

ANNO 1525. post Leonem X. & Adrianum VI. Batauum (cuius libellus elegantiæ latinæ extat) Pontifex Rom. erat Clemens VII. sub quo Iubilæus 9. actus est: loco scl. Iudorum, quos ediles quondam Romæ populo faciebant. *Iubilæus 9.*

Wildbad. Die Iouis post trium Regum, in oppido Thermarum Syluestrium, Templum ac 23. aedificia (post alia duo vetustiora incendia) deflagrarunt (totum nempe oppidum, ferè ex Cauponis tantùm constans) regente tunc VVirtembergiam Archiduce Ferdinando: sed non longè post instauratum est. Situm inter montes celsos Hercynios & Piniferos, in valle angusta: per quam defluit amnis Entius Neopyrgum versus magno strepitu, propter saxa passim in eo iacentia. Insunt pisces boni, forellæ & funduli. Portæ duæ, superior & inferior. Ante inferiorem, & ad dextrum latus, suburbium oppido maius est. A Tybinga eò proficiscentibus (3. maximis milliaribus) loca, hæc occurrunt ordine: Herrenberga oppidum, Deckenpfründ & Stamma vici, Calua oppidum, Altburg/ Igelsloch (al. Hohenkrächen) Kallenbach/ ipsum denig Thermarum oppidum. Hoc ad dextram habet hæc ædificia: Præfecti (Christoph. Grimmi) domum: hospitia Vulpis, Gladij, Hastæ, Cerui, Vrsi, Solis (vbi M.G. Lieblerus, & ego, 1594. mense Maio eramus) & Catini, iuxta Portam superiorem. Ad sinistram, Templum, hospitia Nigræ aquilæ & Christophori: inter quæ, domus longa & alta, olim à Duce Vlrico ædificata: vbi nobiles etiam possunt lauare, aquâ licet ibi minus calente. Concionatores illic, in suburbio habitantes, viri docti & diserti. Parochus M. Ioannes VVeckmannus, Diaconus M. Melchior Mynsterus. Lauabant tunc ibidem, inter plurimos alios, Comes Fyrstembergius Henricus: Comes Leiningius vel VVesterburgensis Ludouicus: & Apollonia Comitissa Zimmerensis, vidua, Nuifræ apud Riedlingam habitans: visitata à suis filijs, quos ex Comite Helffenstainio Georgio pepererat, Vlrici fratre. Filios vocabant Georgium & Frenum. Lauabāt nobiles, Theodoricus Æchter, Episcopi Iulij VVirceburgensis frater: & Gordianus Seuter Campidonensis: & Ioan. Iodocus Schad Vlmensis, Iodoci F. qui Danielis frater fuerat. Item, viri docti: vt, Ioannes Lehenehr Herbipolensis, affinis meus Dauid VVilh. V.I.D. & VVolfgangus Rhau Musicus nostri Principis. M. Christoph. Ridius, Schorndorff. Scholæ Moderator: & M. Sebast. Lanius, Neopyrg. Ecclesiastes. Inuisebam Herrenalbæ Abbatem, Conradum VVeissium, canitie & animo candidum: equitans per montes arduos, & pineto condenses, Eiberg & Tobelberg, vbi pagus Tobel. Riuus iuxta cœnobium est Albis. Hactenus.

Kniebis. In pago quodam Hercyniæ Syluæ, non longè à Kniebis, infans 1525. natus est virilis sexus: sub cuius pectusculo alter infans, vsq; ad genua eius dependebat: capite solo intra prius corpus recondito. Peruênit ad virilem ætatem: & anno 1555. Argentorati in nundinis, ac post etiam alibi, se spectandum exhibuit. Vidimus etiam nos Memmingæ.

Sicut antè biennium nobiles Franconiæ Sueuico fœdere læso, malè tractati fuerant: ita hoc anno populus Rusticanus, Magistratibus & Nobilitati infestus, grauissimè castigatus est.

VVirtembergensis etiam Vlricus, ditionem suam armis recuperare conatus est. Et Franciæ Regi, hic annus aduersarius fuit. Cognoscemus his de rebus non pauca.

Franciscus, Gall. Rex, captus. Descenderat Franciscus R. Franciæ, trans Alpeis in Insubriam: Mediolanum receperat: Papiam obsidebat, Heluetiorum auxilia habens. Ibi in septo ferarum, quod Itali Parcum vocant, 24. Febr. victus & captus à Ferdinando Daualo Cæsarianisq; est. Cùm enim primum agmen Hispanorum (inquit lib. 4. Galeatius Capella) obuiàm habuisset: à sclopetarijs, quibus plurimùm ea gens valet, Gallorum primi multa cæde & sanguine coacti sunt retrocedere: donec Heluetij pedites, equitatus q; à latere vrgens, Hispanos repulerunt. Sed subsecuti Germani (die Landtsknecht) in cuneatam frontem aciem porrigentes, Heluetios post magnam illatam cædem profligarunt. Tum rex magno equitum cataphractorum numero stipatus, pugnam ingressus: dum suos à fuga compescere enititur: equo grauiter ictu effusus, à Cæsarianis capitur: statimq; Carolus Lannoius, qui casu eò aduenerat: corporis proceritatem, & armorum pulcritudinem, miratus: ipsum, iam se, qui esset, palam ferentem, in potestatem recepit. Cæteri quoq; Galli, ab Alphonso Daualo, & Antonio Leua, à tergo cæsi, & in fugam conuersi sunt. Periêre Gallici exercitus supra 8. millia: ex Cæsarianis, vix 700. milites. Ita receptum est Mediolanense Regnum: Rex vero captiuus in Hispaniam abductus, sequenti anno magna pecunia dimissus est. Interijt in prælio Paulensis, Augustanus Georgius Langenmantelius: eius familiæ, quæ cuneum, oder Sparren (inquit Gasparius) in Insignibus gerit: nec abfuit sarcasmus Georgij de Fronsperg: quòd ille à partibus Francicis stetisset: cæterà præclarus in re militari. De cuius cladis tempore, & Rusticana coniuratione, est hic versus.

Mediolanum, Carolo Cæsari recuperatum.

CaptVs erat GaLLVs, CœVnt CVM VVie Cohortes.

G. Fronsperg. gloria & pietas. Quanta autem virtus G. Fronspergij fuerit illo in prælio: hinc colligi potest, quod ei glà-

diato-

dius qui Regi praeferri solebat, honoris causâ donatus est: quem etiam secum in patriam detulit. Solebat is ante initia praeliorum cum exercitu in terram cadens, Deum diligenter inuocare. Item, ad euitandos ictus tormentorum, cum militibus humi procumbere. Reisnerus lib. 3.

In VVirtembergia, proximis diebus post purificationem Mariae, conuentus erat prouintalium Stutgardiae. Rumor enim spargebatur de Vlrico Duce aduenturo cum copijs. Tuttlingae collocatum est praesidium peditum & equitum, ex Ducatu. Colligebatur Tybingae exercitus: sed multi palàm dicebant: nostra hastae Ducem Vlricum non fodient. Inuiti scilicet solent homines contra Dominos suos militare. Ideò foederatorum aduentu opus erat. Exciuerat Vlricus Heluetiorum 6. millia Mompelgardiam nationi obligans. Profectus est cum aliquot bombardis, quas ex castro Tuela sumpserat. Sed earum meliores, quia tardius secutae, apud Tuttlingam, vbi manus nobilium obstabat, ereptae fuerunt. Ad illum autem Dominicâ Esto mihi (quae, proxima Dominicam Inuocauit praecedit) literas dedit Baro VValdpurg. Georgius Truchsaßius: se, quia audiat, ipsum mouere aduersus Archiducis Austriae Ferdinandi ditionem: velle, sese suosq; excusator haberi: si cogatur, vt illius summus capitaneus, aduersus eum, vt proscriptum, agere. Duces sub ipso erant: peditum, Georgius Fronspergius: equitum, Fridericus Fyrstenbergius: cuius frater VVilhelmus, pedes aderat: cum quo, & Lupfenius Comes.

Vlricus, VVirtemberg. Dux, ditionem suam recuperare conatur, sed frustrà.

Pergens autem Dux Vlricus, cepit die Mercurij Cineritij Balingam: cepit Herrenbergam Dominicâ Inuocauit: cepit Beblingam, Syndelfingam, Leonbergum, triduo post.

Die Iouis proximo, Stutgardiam petijt, & vtrumq; suburbium occupauit. Sed Dominicâ Reminiscere, noctu Syndelfingam se retulit. Insequebatur enim foederatorum equitatus & peditatus, ab Heluetijs reuocatis desertum, viribus & pecunia inferiorem. Hi, ob eas causas cedente Vlrico, receperunt loca. Ita haec expeditio fine sibi proposito caruit.

Heluetijs domũ reuocatis, à suũ.

Tybingae 19 April. puella nata est, ex cuiusdam sartoris vxore Otilia, cum duobus capitibus, duobus brachijs & pedibus, & vno pectore.

Duce Vlrico Tuelam reuerso feruere iam magis magisq; coepit negocium Rusticanae conspirationis: etsi antea plagam aliquam, apud fontes Danubij, & iuxta Laucham acceperant. Obducebant enim causam: quasi Euangelij doctrinam tueri, ac seruitutem (iam inde scil. à Clodouei temporibus grauantem) excutere vellent. Eo nomine commoti sunt in Sueuia, in Franconia, in Turingia, circa Rhenum & Palatinatum in Alsatia, in Lotharingia. Postulata quaedam ediderant circiter duodecim: de bonis Ecclesiae Ministris praeficiendis: de decumis posthac à se, nisi certarum rerum, non soluendis: de indigna seruitute, qua premerentur: de venatione & syluis liberè sibi permittendis: de tributis & multis releuandis. Quae ipsorum conata, Lutherus scripto emisso improbauit: eosq; ad obedientiam cohortatus est. At etiam principes, moderationis monuit. Sed cum videret, Rusticos nimis obstinatè ac saeuè agere: armis cohercendos suasit. Sleid. 5.

Rusticorum seditio grauissima.

Lutherus, eis contrarius.

Origo Rusticanae coniurationis, ex quorundam procerum austeritate extitit: & ex concionibus de libertate Christiana, malè intellectis. Nam Diabolus tritico Zizania interserere solet. Idcircò Rustici, omnes Magistratus tollere, & ipsi dominari, conabantur. Sicut Argentinae rustica quaedam, res venales in forum portans, dicebat: nos ex rure, etiam breui crepidatae incedemus. Wir auß den Dörffern / werden bald auch auff Pandtoffeln gehen.

Rusticana seditio in Algoia.

Campidonensis Abbatis Sebastiani Braittenstainij agricolae, Lupfensium vicinorum successu illecti, se indignè premi à suis praefectis querentes, ab Abbate Calend. Ianuarij (vt Brusch. & Petrus Gnodalius scribunt) deficiunt: coenobium eius occupant, diripiunt, depopulantur: simulacra & ornamenta templi confringunt. Abbas verò cum preciosiore suppellectile, in arcem Liebenthaimum confugerat. Sed his dedere se coactus, & Campidonum ductus, ibi detentus est: data pensione exigua de annuis fructibus. Iura, quae in oppido habuerat, coactus est 32. millibus aureorum ciuibus vendere. Instaurauit posteà, motu per Sueuicum foedus sedato, arces ab illis vastatas: Liebenthannum, VVolckenburgum, & Hohenthannum.

Algoiae Rusticorum coniuratio, ad Campidonũ.

Circa Augustam & Vlmam.

Istos Rusticos conspicati ditatos alij, tumultuantur & ipsi: in Alpibus sub Augustano Episcopo Almangauicis, in Valtringa vico 2. milliaribus ab Vlma, & in Verana valle. Quaerebantur pacis conditiones apud eos qui inter Vlmam & Biberacum, circiter 14. millium erant, ac saeuiebant. Postea tamen cesserunt, ac dilapsi sunt: multis antè Monasterijs (inter quae & Marthalense) direptis.

Augustanorum item, & Vlmensium.

Hi Rustici, cæsi.

direptis. Venerunt copiæ Suevicorum: quarum Imperator erat Georgius Dapifer VValdpurgensis. Cæduntur die Martis post Dominicam Iudica, & dissipantur, aliorum aratorum circiter sex millia apud oppidum Leipphaimum: quorum multi in Danubium salientes, suffocati perierũt. Exercitui pedestri VVilhelmus Fyrstenbergius præerat. Leipphaimi & Gyntzburgi, quibus obsidio imminebat, deditio secuta est, ac multorum vicanorum. Quorum duorum oppidorum, illud peditibus, hoc equitibus, diripiendum datum est: aliquot Rusticorum Ducibus diuerso suppliciorum genere antè plexis.

Circa Rauespurgum.

Apud Rauespurgum, concitatio agricolarum.

Illo in tractu etiam aratorum commotio erat: ac, sicut cum alijs antea, ita cum his quoq; tentabatur Vlmæ pax, per Imperij ciuitates: sed frustrà, diræq; vtrinq; populationes fiebant. Sed Truchsæßius Feriâ sexta ante Pascha, vesperi horâ 5. apud ditionis suæ oppidum VVurtzachum, circiter 7. millia Rusticorum profligauit. Cum deinde circiter 16. millia, non procul Rauespurgo apud VVingartum essent: & medio Aprili res (licet Rusticis cautè agentibus) ad prælium spectaret: tum interuentu Montefortij Comitis Hugonis, & Legatorum Rauenspurgensium atq; Yberlingensium, pax à Truchsæßio aratoribus data est: literæq; compositionis, 22. April. obsignata. Ita exercitu horum dissipato, quisq; domum suam redijt.

In VVirtembergia.

In agro VVirtembergensi.

Othouualdenses Rustici, aucti multis alijs ex Palatinatu, Moguntina & Herbipolensi Diœcesibus: Duce Georgio Metzlero Caupone Moguntinensis vici Ballenbergij: Monasterijs multis occupatis, & disperditis: Castellis Oringano & Neuenstainio, in Comitatu Hohenlohensi captis: multis nobilibus & alijs, in suas parteis pertractis: pluribus Rusticanis circa pagum Beckingam, non longè à ciuitate Hailprunna, ad eos se aggregantibus: Nicrulmam, oppidum ibi Teutonici ordinis, perueniunt, idq; capiunt. Inde ad vnum milliare profecti: VVinspergense VVirtembergensis agri oppidum, sibi à ciuibus contra fidem Magistratui datam proditum, 6. die April. (alij 16.) occupant. Vnâ præfectum quoq; oppidi & arcis, eò à Senatu VVirtembergico præsidij causâ missum, Ludouicum Comitem Helffenstainensem, cum 70. circiter equitibus, in potestatem redigunt. Subito enim ipsorum aduentu fuerat oppressus: priusquam in arcem fugere potuisset. Crudelissimum erat coniuratorum consilium: nullius principis ac nobilis, nullius sacrifici & monachi, vitæ parcere: vt scil. vindicarent suorum fratrum, antea ab exercitu Suevici fœderis cæsorum, necem. Proinde in agro quodam ante oppidum Hailprunnam versus, secus viam publicam, manè postero die Paschatis: διαστάδον, diuisim, consistentes, nobilitatem infelicissimam, per medium currere coactam, hastis vndiq; intortis, ad sonum tympanicum & fistularem confoderunt. Quorum nomina à me reperta, sunt hæc. Comes Helffenstainius Ludouicus Helfferichus, Præfectus VVeinspergensis. Vitus Schenckius de VVinterstetten. Ioannes Conradus Schenck de VVinterstetten, Vaihingæ & Mulbrunnæ Præfectus. Theodoricus à VVeiler senior, Præfectus in Botvvar & Beihelstain, cum filio Theodorico. Sebastianus de Ovve. Ioannes Dietrichus de VVesterstetten, Præfectus arcis Niffensis. Burcardus ab Ehingen, D. Rudolphi F. Fridericus de Neuhausen. Georg. VVolfius de Neuhausen. Eberhardus Sturmfeder. Georgius de Kaltenthal, Iunior. Ioannes Spætus de Hæppsicken. VVolff Rarich ab Helffenberg. (Legendum existimat D. Gabelc. Wolff Rauch von Winenden. Eum enim arcem Helffenbergam non ita multò antè emisse. Quamuis eum in numero occisorum, alibi non repererit.) Rudolphus de Hirnhaim. Rudolphus ab Eltershofen. Bleicardus de Riexingen. VVipertus de Riexingen. Philippus de Bernhausen, Præfecti Gœppingensis. F. Gœtz à Berlingen. Senior & Iunior Schmeltzij. Iohannes Maul. Paulus Star. Betzo de Gœppingen. Felix Eigen ab Eigenhœfer, &c. Pleiberger, Comitis seruus. Summâ, fuêre complures nobiles viri, & eorum serui, ac nobiles pueri.

Ludouicus, Helffenstain. Comes, à Rusticis captus.

Nobiles, per hastarum cuspides acti.

Theodorici VVeilerij seruulus, latens VVeinspergæ biduum in fœno horrei ipse, & alij duo equestres serui aliquot mulierum ope euaserunt. Cæteri nobiles & equestres, sacerdotes, & morio Comitis Ludouici, omnes confossi. Ipsum nobilem, Theodoricum de VVeiler, qui in turrim Templi confugerat, virum corpore robusto, & magnanimum, confoderunt: ac sic de turri in cœmeterium subiectum præcipitarunt.

Eltershofius Georgius. S. Georgij, & virginis liberatæ, disputatio.

De Rudolpho Eltershofio, tunc etiam per hastas acto, apud VVidemannum reperi: virum prudentissimum fuisse, nec religionis negligentem. Quæsiuisse quodam tempore ex Parocho in prandio: num vera putaret, quæ de S. Georgio, & virgine per eum ex ore Draconis liberata, in eius die festo pro concione (in arce quadam ad amnem Iagstum multis nobilibus & alijs præsentibus)

illius) prædicasset? Annon potius inuolutrum alicuius tectioris sensus esset? Affirmante sacerdote, rem vere gestam esse: retulit nobilis: Regem igitur illum fuisse admodum tenuium fortunarum: qui non potuerat duas oues draconi quotidie dare. Non facilè, inquit, ego in Aula eius viuissem. Ieiune illis suos familiares cibauit vtiq. Respondente sacerdote, forte in illis locis non multos oues esse: cur draconi, respondit Rudolphus, non potius vaccæ dabantur, quàm humana caro? Melius ita fuisset saturatus. Num etiam Rex & ciues, ita desipientes & ignaui erant: vt inuramania sese tenerent: hominesq; alios posset alios bellua daret? Certè Allegorica hæc fit narratio, necesse est. Draco ille, qui in cœno iacet, Diabolus est: qui homines in peccatorum cœnum attrahit: etiam sanctos, & tanquam castas virgines. Deuorare sanè ipsas virgines conatur: id est, in gulam & vitam impuram conijcere. Itaq; S. Georgio, qui huic hosti resistat, opus est: id est, homine Christiano: qui sua peccata agnoscat: se cruce signet: id est, fide ad crucem Christi confugiat: ac credat, sibi peccata remitti propter Christum: seq; ab eo contrà Dæmonici draconis tentationes adiutum iri. Probata est hac interpretatio accumbentibus omnibus. Si igitur nobiles, inquit, S. Georgio in tali intellectu patrono vtuntur: & vexillum S. Georgij album cum rubra cruce, hoc sensu faciunt: ac tempore belli sic intelligentes, sibi S. Georgium assistere precantur: ferri potest. Sin ad rapinas, & incendia improba, eum inuocant: Martem Gentilium ex eo faciunt, & valdè peccant. Hæc tunc, hic bonus vir: nunc verò atrocissimè à coniuratis est confessus: quod exitium animo patienti tulit: χαμογελάσας, decussatim, per eos incedens.

Lud. Helffenstainij vxor.

Idem Rustici Comitis Helffenstainij vxorem, Maximiliani Cæsaris nothamfiliam: quæ Maximilianum puerulum vlnis gestans, efflictim miserabilem in modum pro salute coniugis deprecata fuerat: nullo modo exaudiuerunt: sed eam, bimulo forte puero, in brachijs vulnerato, & virgines Gynæcei, curru fimario impositas. Hailprunnã auexerunt: honestissima mulieri omni suo mundo, & preciosis rebus, ereptis. Cui fortunam hanc opprobrarunt: quòd aurato curru antea VVeinspergam venisset. Respondit ipsa magnanimè: se delictis suis maiores calamitates commeruisse. Christum etiam cui plebs antèa die Palmarum gratulata fuisset: postea non suorum, sed generis humani peccatorum, causâ, illusum & cruci suffixum fuisse.

Habernius VVilhelmus.

Antèa autem VVilhelmus Habernius (Quentinum latinè dixeris) Palatini Marescalci, rogatu Comitis Ludouici Helffenstainij, venerat à Mosbacho VVeinspergam versus, cum XX. circiter equitibus. Verùm conspicatus de vicino monte: quid factum de oppido & arce esset: nescius cædis nobilium, retrorsum abijt. Ibi nactus LX. circiter bene armatos Rusticos, ad exercitum tendentes, omnes occidit: qui antea dixerant mirabundi: Her her / wir wollen den Habern außtreschen: Huc agite, nos auenam flagris exteremus.

Liechtenstern.

Peracto illo egregio facinore VVeinspergenſi: Rusticanus globus mox cœnobium Liechtenstern occupat: cuius Moniales Hailprunnam perfugerant. Illud prædando persultant, bellisantur, dolia perundant (qui ipsorum mos vbiq; erat) vinum in terram deriuant: fornaces perfenestras eijciunt: ianuas fenestrasq; confringunt.

Leoſtainum.

Leostainum profecti: Comites generosos, homines adolescentes, Ludouicum & Friderichum, qui alio fugerant, metu suarum rerum incendio omnium amittendarum retractos, sibi obnoxios faciunt. Eosdem compellunt: vt sine equis, in rustico habitu, alba bacilla manibus gestantes, Hailprunnam pedites irent: ibique de pace agerent. Post alia, Carmelitanum extra id oppidum Monasterium, montana versus situm, & ipsam Hailprunnam. (Magistratu ciues comprimere non valente) occupant: Ecclesiasticaque bona, Teutonicæ præsertim domus, diripiunt. Gundelibatmum, Magistri Teutonici sedem (qui cum rebus suis melioribus Haidelbergam confugerat) capiunt: arcem diruunt, res diripiunt, vicinos ad suam societatem cogunt. Maulbrunna debinc à coniuratis occupatur: omnia ibi dilapidantur. Pluribus agminibus coniunctis: VVirtembergicas arces, oppida, vicos, dispoliant: exceptis Stutgardiâ, Aspergâ, Tybinga, Auraco. Eodem modo Monasteria ceperunt, diripuerunt, diruerunt, igni succenderunt: Bibliothecas, Epitaphia, signa & tabulas pictas, destruxerunt. Quo in numero fuit Lorcha (6. Kal. Maij combusta) & Adelberga: nobilissimaq; arx Hohenstaussa, & Teccense castrum præclarum. Ideò ego, cum 1588. anno, loca huiusmodi viserem: an monumenta Suevica, Epigrammata, Epitaphia, aquilas Imperatorias pictas, aliqua plura de Augusta Irena, vel Maria Græca, reperire possem: longè spe mea falsus sum. Quæ reperi, mihi non satis facientia, illo anno commorabo. Direpta ab illis etiam est vtraq; Alba, Dominorũ & Dominarum. Direptum, Murrhartense cœnobium: cuius priuilegia, & antiqua scripta, cũ Lorchã deportata essent, ibidẽ conflagrarũt.

Hailprunna, à Rusticis occupata.

Maulbrunna.

Furor Rusticanus.

Lorcha, afflicta.

Adelberga.

Hohenstaussa.

Teccum.

Alba Dominorum & Dominarum.

Quomodo

Quomodo enim libri, literæ, Diplomata, tractata vbiq; fuerint: vel hinc intelligi licet: quòd aut ardebant, aut per chartas laceratas, tanquam per aquas stagni, incedebatur: cùm alibi, tùm etiam

Bebenhusa. *Bebenhusæ. Nam eò quoq;, postq; Hirsaugiam Feriâ 4. postq; Quasimodo G. vastatam, progressi*

Herrenberga. *erant. Oppidum autem* Herrenbergam *cùm die Lunæ postq; Iubilate capere, quinq; horarum oppugnatione niterentur: vnus illorum de scalis inter emitendum à propugnatoribus deiectus, ac iacens. Hoc nimirum est, inquit, nouas tabulas facere:* das heist gilten abgelöst. *Deditum tamen eis est oppidum: quamuis fortiter ab Ioanne Hardero Gertringensi, 200. milites habente, defensum. Numerus cæsorum extrà, fuit ad ducentos. Veniente autem fœdere: Rustici excesserunt postridie, ac postea ad Beblingam succubuerunt. Erant similes tumultus Rustici, alijs multis in*

Multis in regionibus, turbatum à Rusticis. *locis: vt in Craichgoia, in Palatinatu, circa Spiram & Durlachum, in Franconia ad VVirtzburgum, in Marchionatu, in Turingia (per Thomam Muntzerum) circa tabernas Alsaticas, apud Lotharingos. Periculum coniurationis in Hassia, in Episcopatu Aichstadiensi & Saltzburgensi, in Styria, in Brisgoia.*

Cædibus, rapinis, libidinibus, profusionibus, incensionibus, furebant: altaria destruebant, sacros calices, vestes, aurea & argentea ornamenta, diripiebant, gemmas auellebant: cœnobitas vtriusq; sexus fœdè eijciebant: sacratas virgines indecorè tractabant: in vestimentis Ecclesiasticis, circum altaria per ludibrium saltabant.

Non mihi si linguæ centum sint, oraq́ue centum:
Agricolarum omneis possem recitare furores.

Fiebant, qualia à Sidonio Apollinare de Gigantomachia scribuntur.

Hic rotat excussum vibrans in sidera Pindum
Enceladus: rapido fit missilis Ossa Typhœo:
Porphyrion Pangæa rapit, Rhodopenq́ue Adamastor
Strymonio cum fonte leuat.

Formula scriptionis eorum.

Es ist der gemeinen Baurschafft ernstlicher vnd vnuerzüglicher Beuelch: daß jhr euch gemein versam̃len: vnnd zu vns hieher schicken N. gerüster Mann mit Wehren: Göttlicher gerechtigkeit ein beystand zuthun/noch bey dieser Nacht. Vnd wo das nit beschicht: solt jhr wissen/vnsicher zu sein Leibs vnd Lebens/ vnd aller ewer Hab.

Eisenhutus. Item, sacrificus Eisenhutus: qui Eppingæ in Craichgoia turbas excitarat: & arcem nobilium Mentzingensium, oppidumq́ue Haidelshaimum, spoliauerat.

Geduldt/*inquit*, vnd demütige bestendigkeit vnsers Seligmachers/wündschen wir euch in allen anliegenden Nöhten/zuuorn. Liebe Brüder in Christo/ jhr wisset: daß wir schwerlich hinder vnser Herrschafft vñ Amptleuten gesessen seind: deßgleichen bey Mönchen vnd Pfaffen. Doch ists zu letzt an tag kom̃en/ jhre Händel/ die sie gebraucht haben. Hierumb so ermane ich euch auff das aller höchst: daß jhr auffstehen/ mit allen ewern Brüdern/allhie zu Goßhaim erscheinen wolt/ꝛc. Anthonius Eisenhut/Hauptmann.

Profligatio & punitio Rusticani tumultus in agro VVirtembergensi, & alibi.

Cùm Georgius Truchsæsius, confœderatorum Imperator, motum circa Vlmam, Algouiam, & Podamicum lacum, feliciter sedauisset: magnis itineribus per Hegouiam contendit in VVirtembergiam: dieq́; Maij 4. Tybingam venit. Bœblingæ & Syndelfingæ, complura millia

Cæsi apud Bœblingam, Rustici. *agricolarum deprehendit. Hos per ambages circumueniens, grandine tormentorum emissa, cædit fugatq́;: & omnibus eorum bombardis, curribus, ac vexillis, potitur. Ceciderant Rusticorum circiter 4. millia: fœderatorum verò, fortè 10. viri, & 20. equi. Inde VVeinspergam cum exercitu, & machinis bellicis pergit. Vallem VVeinspergicam die Dominico Cantate ingressus, oppidum in potestatem redigit. Ibi in captiuos grauissimè animaduertit: præsertim eos, qui tanta crudelitate*

Fistulatoris crematio. *Comitem Helffenstainium, cum cætera nobilitate, trucidauerant.*

Illorum vnum, qui in horum exitio fistulam inflauerat, posteaq́; in nuptijs quibusdam gloriatus fugiens captus fuerat, ad palum catenis laxè alligat: ligna ipsemet, & nobiles alij, comportant. Succenso igne, ille miserabiliter vi cruciatus circumcurrere: clamare aliâs, DEVS me tolle: aliâs, Diabole me tolle: interdum cadere, rursum subsultare: talis & pedibus igne consumptis, nudis ossibus circumsultare: donec tandem mortuus & tostus est. Inuenio alicubi, apud Syndelphingæ

pingæ suburbium, vbi Maichingam itur, crematum esse. In id enim oppidum profugientem, latuisse in domo ciuis: & pueruli indicio comprehensum fuisse. Oppidum deinde VVeinspergam incendit victor, combussit: ne amplius ædificaretur, edixit: eò quod Rusticos intromiserant: licet matres & pueri miserabiliter conquererentur, se innocentes à scelere esse. Multos quoq; circumiacentes pagos exussit. *VVeinspergæ combustio.*

Hinc in Craichgæam mouent: Iacobum de Beckinga, rebellium Ducem, catena itidem religat, igneq; vstulat. Alios etiam supplicio afficit: Eisenbutum capit, & Palatino tradit: qui eum cum alijs tribus, posterius in area Haidelbergensis arcis capitali pœna affecit. Sic etiam multos alios puniuit. Cumq; in oppido Brussellensi quinq; gladio essent percussi: sexto procumbente, vt feriretur: nobilitas carnificem inclamat: expectet donec aliud mandatum afferatur. Adeunt Eleborem ipsi, & pro reliquis supplicant: qui interea humiliantes, manibus in cœlum extensis, misericordiam Principis flebili voce incessanter implorabant. Donata est eis vita à misericorde Domino: qui gratanter in conditiones sibi propositas iurarunt. *Eisenbuti captiuitas, & pœna. Coniuratorum pœna, Haidelbergæ in arce, & Brussellæ.*

Profectus deinde Suevicus & Palatinicus exercitus in Franconiam, Rusticorum ad 7. millia ad Kœnigshofam, & alios Engelstati, cædit: VVirceburgumq;, à Rusticis occupatum, recuperat: & de quibusdam supplicium sumit. Atqui putauerant illi antea, cum fœderati circa Algoiam impedirentur: eos metu perterritos, nec venire, nec venturos. Ideo iocantes dixerant: Der Bund were in eim Sack verstrickt: er hett ein bein abgefallen: er leg zu Göppingen im Saurbrunnen. Cùm monerentur, cauerent sibi à fœdere: respondebant, wo ist der Bundevnser gur: die gumpt. At magno suo malo senserũt. Sunt & in reliquis locis, motus compositi. Sed de Truchsessij reditu dicamus. Hic per Forcheimum, Eyrtum, & alia oppida, Nordlingam veniens: eam pecuniâ mulctat, quòd Rusticanis fauisse diceretur: Rusticis in Rhiæsa & circum, arma adimit: de singulorum domibus ne comburerentur, senos florenos exigit. Memmingæ, quæ se absente obsessa à Rusticis fuerat, septem seditiosos supplicio afficit: multorum profugorum bona publicat. *Kynigshofæ clades Rusticorum. In Rhiæsa, & alibi, pœna Kuricolarum.*

Die postea 13. Iul. è castris propè Memmingam egressus: quatuor millia aratorum prope Schrotenbachum conspicatur. Quæ cùm circumuenire non posset: ipse de consilio Georgij Fronspergij (qui nuper à Panensi victoria redierat) corrupto pecunijs ipsorum Duce VValthero Bacho, efficit, vt dilaberentur, apud Durlachium supra Campidonum. Dimisit VVilhelmus Fyrstenbergius apud Kauffbouram pedestres copias, quarum ipse Dux fuerat: postquam 22. hebdomadas Suevico fœderi militassent. Exinde Fronspergius cum 8. cohortibus, & Ludouicus Bauarus, Salinburgensi Archiepiscopo. Card. Langæo subuenêre: eumq; à periculo Metallicorum fossorum liberauêre. *Durlachium Algoiæ.*

Hæc ferè summa est belli seruilis huius: libertatis causâ, tanquam segùs agraria, à Rusticis male suscepti, & fœdè terminati. Vndè hæc sententia teneri potest. Duriora imperia seditionem, seditio tyrannidem pariunt. Clementia igitur, & obedientia, pacem felicitatemque continent.

Volebam iam ad alias huius 1525. anni res transire. Sed adhuc quædam, & sanè non pauca, mihi in mentem veniunt, de Rusticano bello scribenda, Suevica, eaq; memorabilia.

DE RVDOLPHO AB EHINGEN, EQVITE: quomodo se in his turbis gesserit.

Erat is, capitaneus in Suevia: profectusq; 3. April. ipse, & Ludouicus Helfferichius Helffenstainius, partem agricolarum vicerat: atq; Gœppingenses Rustici se dediderant. Iussus deinde à Regentibus Stutgardiæ, militem ducere Gartachum, ad subueniendum valli VVeinspergiæ: misit eò filium suum, & alios nobiles: qui postridie Paschatis, per hastas currere coacti, perierunt. *Ehingeni Rudolphi res in bello seruili gestæ.*

April. 5. prouidit, quæ necesse erant contra Rusticos, circa VVilam, Nyrtingam, Vracum, diligenter.

Postridie conuocabat literis Reutlingenses, Tybingenses, & Rotenburgenses, in locum delectus, circa Pfullingam aduersus coniuratos habendi. Aliquot diebus post profectus Reutlingam, eos contra illos confirmauit: & vt VVirtembergicos intromitterent, hortatus est.

Mense Maio, Rusticis cedentibus auctores mali puniendos capitaliter Tybingæ curauit. Sic & alibi.

VVirtembergico tumultu pacato: in Franconiam cum fœderatis profectus est, equites ducens: Rusticosq; ad Kynigshofam cecidit. Sic VVirceburgo consultum est.

Iun. 10. reuersus Tybingam ad conuentum: in eo loco constituit Fridericum Thumen, cum aliquot equitibus.

Ioannes Schad, eques χρυσοφόρος, & Iuris Doctor, Rudolfum absentem cooptauit in consilium vel senatum fœderis: quod Archidux posteà 18. Iun. Oeniponte approbauit.

Tempore etiam Rusticanæ coniurationis, ægrotante VVilhelmo Truchsessio: petijt Ferdinandus 28. April. literis à Rudolpho, vt illius munere ipse fungeretur: donec is convalesceret, aut aliud fieret: sed hic recessauit.

Epistola ad Rudolphum Ehingenum.

Consolatio Ferdinandi Archd. ad Ehingenum de amissione liberûm.

Ferdinand/von Gottes gnaden Printz vnnd Infant in Hispanien/ Ertzhertzog zu Oster:eich/ ꝛc. Getrewer lieber/ wir verneñen: wie zween deiner Söhn/ in der Besatzung deß Fleckens Weinsperg/durch der Bawern vnuersehen vberfall/ sampt vnd neben Graff Ludwig Helffreichen von Helffenstein/ Diettrichen von Weyler/vnd andern mehr trefflichen redlichen Personen vom Adel/ jemmerlichen entleibt worden sein sollen. Darob wir dann merck lich erschräcken empfangen: vnd tragen dessen sonderhoch mit dir getrewes mitleiden: Dieweil aber ein solcher erbärmlicher Vnfall/zu widerbringen nicht möglich: demnach so ist nichts bessers: dann denselben Gott dem Allmechtigen/ in seinen Göttlichen willen zu setzen: auch die/ vnd dergleichen Wiederwertigkeiten/ die wir auff Erdreich haben/ seiner Göttlichen gnaden zubefehlen. Auch der vngezweiffelten hoffnung sein: die gedachten deine Söhn/ sampt den andern redlichen Männern/ werden vmb jrer erbarn auffrichtigen Handlung willē/ dardurch sie den Tod gelitten/ bey Gott dem Allmechtigen im Himel jhren Lohn empfangen. Deßhalben so ist vnser gnädig vnd trostlich begeren an dich: du wollest den vnmuth vñ trübsal/ so du bemeldter deiner Söhn verlierung halbē hast/ auß dem Hertzen schlagen: vñ dich in solcher Widerwertigkeit/ als ein redlicher Ritterlicher Mann/ darfur wir dich erkennen/ keck lich halten vnd erzeigen: vnd nicht weniger/ dann vor/ in allen vnsern sachen vnd notturfften/ vnserm hohen vertrawen nach/ so wir in dich setzen/ sonderlich bey diesen gegenwertigen zeiten/ dich fleissig vnd embsig halten/ vnd erzeigen. Das wir vmb dich/ vnd deine Kinder/ so noch im leben sein/ mit gnaden erkennen/ vnd in allem guten inngedenck sein wöllen. Geben in Insprugck/ den XXI. tag Aprilis/ Anno, &c. 25. *Fama duos filios Rudolpho ademerat: sed vnum tantùm scio.*

PERICVLO RVSTICANO OPPIDVM MARPACHVM prudenter & fortiter liberatum, per suos Præfectos: Maiorem nobilem Ioannem Eitelinum de Plieningen: minorem, Michaëlem Demlerum.

Rusticorum conatus in oppido Marpacho.

Illo tempore, quo seditione Rusticana res turbatæ in VVirtembergia fuerunt, agricolæ multi (aliâs bini, aliâs terni, interdum plures) cum venabulis ad tres portas oppidi Marpachiveniebant. Qui à portarum custodibus interrogati, quid animi haberent: se ad cognatos & affines suos, tanquam ad dedicationis Ecclesiasticæ hilaritatem, ingressuros respondebant. Ita tum intromissi absque vteriore portariorum cogitatione: postea plus CL. numero fuisse cogniti sunt. Quorum minor pars apud propinquos diuerterat: reliqui in plateis hinc inde in circulis consistebant, colloquentes & capita conferentes. Res custodibus, qui iam oculos aperire cæperant, suspecta videri. Ergo ad Michaelem Demlerum minorem tunc oppidi præfectum (qui pater fuit clarissimi apud nos Iurisconsulti Anastasij Demleri, ordinarij in hac Academia Professoris: cuius funus modò præcedente anno prosecuti sumus) ad Michaëlem, inquam, Præfectum, rem detulerunt, vt periculi non expertem. Qui præcepit eis, vt proximos portis cites, armatos sibi adiungerent: repagula, quæ antè portas, concluderent: neminemque extraneorum amplius intromitterent. Priusquam autem hæc perfici possent: plures Rusticorum intrauerant. Cum itaque Demlero cura accideret futuri: extemplò in arcem cucurrit, ad Præfectum suum maiorem. Hic erat vir nobilis, Ioannes Itelius de Plieningen in Schawveck: quo natus est Ioannes Theodericus, magnus VVirtembergicæ curiæ Magister: fautor meus millesimo, quingentesimo, quinquagesimo nono, vsque ad 1570. annum, quo defunctus est optimas. Hunc Itelium de Rusticis, ac de periculo præsenti, Demlerus docet. Metuendum esse, ne habeant plures in oppido conspiratos: vim non facilè adhiberi posse: sed amicis verbis, vt exeant, persuadendos esse. Ita locutus, abijt.

Periculum, ab illo imminens, Magistratui sibi indicatur.

Rusticî

Rustici intereâ certos quosdam ex suo numero delegerunt: quos ad præfectum minorem miserunt. Quia non haberent singuli propinquos in oppido: nec vini facultas omnibus esset: se rogare reuerenter, vt sibi numerum aliquem vini ex principali cella daret. Nemini se molestos fore: sed, vbi bibissent, domum suam singulos reuersuros. Negauit sibi licere Præfectus: esse contra iuramentum, quo superiori potestati esset obligatus.

Illis verò magis magisque instantibus: se cum maiore Præfecto de re acturum ait. Interim ipsi quiescerent.

Reuerso in arcem: Itelius optimum factu iudicauit, illis dare vini satis, & quidem facilè optimi. Se dehinc de exitu rei non difficulter consilium inuenturum. Rediens legatis hoc renunciat Demlerus: qui magnas gratias hilari fronte egerunt. Deportatum igitur ex arce vinum est pluribus vasculis, partim in domos, partim in plateam. Inde potari cæptum, tum ab aratoribus, tum à propinquis eorum oppidanis (numero non multis) nec prius desitum, quàm omnes essent ebrij, moribusque inconditi. Interea minor Præfectus, cum aliquot senatoribus deliberare, quanam ratione Rusticos ex oppido amoliri sine incommodo possent. Magistratus eũ quadam indulget.

Eo conuenticulo animaduerso: Rusticorum partim in curiam magno numero ascendunt: reliqui infrà iuxta eam remanent, & superioribus acclamant: Præcipitate illos per fenestras. Hi ergo, qui supra erant, postulabant à Præfecto, consule, & senatoribus, vt ad se è senaculo exirent. Noluerunt hi: sed ferreum per ianuam vectem, & alterum validum pessulum, oppegerunt. Rustici ergo vim iam tentare. Ianuam è cardine vectibus, & alijs ferramentis, emoliri conantur: summâ quidem vi, sed sine effectu. Itaque ad fornacem conuertuntur: per hanc irrumpere nituntur. Sed nec hoc successit: propter ferreos cancellos, quibus optimè obtexta fornax erat: & propter eos, qui è senaculo gladijs per fornacis rupturas illos petebant. Ita hi ab oppugnatione destiterunt. Rusticorum ebriorum improbus conatus.

Interim Præfectus maior illos, qui vini causâ redibant, liberali vultu iussit accipere affatim. Se, quantum vellent, daturum: modò nihil indecori, aut iniqui, agi occiperetur.

Vesperi, nocte iam appetente, cùm cognouisset is: omnes agricolas, & socios eorum, vino somnoque sepultos, iacêre partim in domibus, partim foris, & in fimetis: Magistratumque aduersus illos consilia agitare: eos ad se in arcem accersiuit. Qui cùm venissent: ex eis quæsiuit, ecquos nam fidos inter ciues nouissent, & iurisiurandi sui erga Magistratum memores: quorum auxilio Rusticanam gentem ex oppido summouêre possent. Qui cùm sexaginta circiter nominassent: horum primò quosdam, deinde per eos, reliquos, cum armis silentio noctis in arcem vocauit. Tum fide inuicem data, de non deserendo inter se vllo modo: sed de expellendo Rusticos omni modo: Itelius dixit, opus esse bombardis, & iaculatore. Erant duo mortaria, & vna parua colubrina, ac tormentum grandinarium, cum aliquot sclopetis, in parte inferiore curiæ. Hæc postica via, per straminariam plateam, in arcem subuecta sunt. Accersitus, alius etiam ciuis, Marcus Spengler: suspectæ quidem is fidei, sed bombardariæ artis gnarus. Quem, postquam cum aratoribus perpotasset: ac vixdum aliquatenus vinum edormiuisset: excitare, ac minis perpellere, necesse habuerunt illi, qui ad eum missi fuerant. Adductus etiam Tympanista est. Prouisio Magistratus, ad ipsos ex oppido amoliendos. Bombardis clàm in arcem subuectis.

Tunc Castellanus Itelius, commemorato suo & Magistratus iurato fœdere: ciuiumque fide debita: ipsos ex arce producit: aciem struit: bombardasque (non globis inditis: sed incendiario tantùm puluere supersperso) in forum versus dirigit. Spenglero, si vllum Rusticis indicium de bombardis det, mortem præsentem intentat: post bombardas, cum pertica & fune accenso stare suumque imperium exequi, iubet. Seruum etiam cum sclopo instructo, à tergo eius, & duos armatos ad latera cum bipennibus, statuit: qui, vbi ille minimam etiam perfidiæ suspicionem de se daret, ipsum conficerent. Deinde Tympanistam astituit: qui nec ipse suspicione seditionis vacabat. Ideo & huic duos armatos, pari cum mandato apponit. Quosdam suprà, vbi S. VVendelini fanum est, obseruare iubet: ne per eam plateam Rustici ascenderent. Iussæ quoq; sunt mulieres, in domibus feruentem aquam in promptu habere: qua, vbi ad pugnam ventum esset, hostes probè perluerent, ac perurerent. Castellani accurata prospectio.

Tum, die oriente, instructa acie promouet, magno tympani sonitu. Concurrunt vndique Rustici, ebrietate crapulaq; nondum exhalata, trepidi: quærunt, quid hoc rei sit. Ibi præfectus maior, vos perfidi, seditiosi, & scelerati, clamat: hodie omnes à nobis, pro vestris meritis occidemini. Illi metu concussi, visis tot armatis, ad preces confugere, misericordiam petere. Negat hanc eis Præfectus: bombardas displodi iubet: cædem & exitium minatur. Quibus vocibus exterriti, trans murum oppidi se multi eiecerunt: cæteri in forum compulsi, sibi parci per Deum orarunt. Se malè Rusticorum exterritorum supplicatio.

feciſſe, vt homines imprudentes. Obſecrare, vt cuiq; per ſuam portam exire domum verſus liceat. Se ſine maleficio domeſticos lares repetituros. Tùm ſuperior Præfectus in aurem inferiori. Expedit, inquit, Lupo exitum à nobis dari, vt eo liberemur. Inde ad Ruſticos clamat: Audite, improbiſſimi. Quandoquidem vltio de flagitio veſtro conſitemini, veniamq; oratis: hac vobis gratia fiet: vt ad ignominiam veſtram, poſteritatis q; veſtræ, omnes per aſinariam portam exeatis. Appellatur quidem ea, Neccarica porta, nec vnquam aſinaria appellata fuit. Nunc verò aſinariam vobis nomino: quòd aliâs eâ molarij aſini exeunt & ineunt.

Per aſinariam portam incolumes emiſſi.

Hoc cum illi ſuppliciter (in genua prolapſi) deprecarentur: ipſe portam reſerari iubet: eiq; denuò comminans, per nobilitatem generis mei, inquit: niſi hac porta egreſſi fueritis: à me omnes gallinarum ritu mactabimini. Paruêre ſilentiò agricolæ: per aſinariamq; portam egreſſi, ſinguli domum ſuam attoniti redierunt. Ita ab oppido Marpachio, periculum glorioſè depulſum eſt.

Ruſtica gens, eſt optima, flens: ſed peſſima, gaudens.

DE HALAE SVEVICAE AGRICOLIS.

Cùm & hi tumultum meditarentur, libertate Chriſtiana malè in politicam licentiam detorta: Senatus Halenſis emiſſis ſenatoribus, Philippo Schlætzio, & Ioanne VVetzelio, ipſos amanter ad quieſcendum hortabatur. Quicquid Ruſtici, qui in alijs terris eſſent, libertatis obtinerent à ſuis Magiſtratibus: ſe quoq; id eis conceſſuros. Tunc duo ſenes, Stacheri dicti, non iuſſi à cæteris, ſurgentes, diu, inquiunt, ſub ſcamno iacuimus: tãdem etiam in ſcamnum aſcendemus. Dominicâ deinde Iudica, initium factum eſt coniurationis à ſeptem viris, Brunſpachio in molendino, bene potis: quorum præcipui erant, Hædlinus Enslingenſis: Vitus Longius, & Leonhardus Seitzinger, ambo Geislingenſes. Hi, coniurati inter ſe, & armati, aliorum etiam pagorum homines in partem ſuæ traxerunt. Concionatorem pium Reinſpergenſem, Ioannem Heroldum, noctu domi ipſius cepetrunt, vt ipſorum eſſet concionator. Hic verò ex Rom. 13. cap. reſpondit, Magiſtratui non eſſe reſiſtendum. Non placuit eis reſponſum. Obierunt reliquos etiam pagos, minitantes depradationem & incendium illis, qui ſequi nollent. Senatui Halenſi conſultanti, quid eſſet faciendum, conſulunt Ioannes Brentzius, nihil eſſe concedendum illis. Alioqui, ventre ſuperbia tumefacto, plus poſtulaturos. Monuerunt omnes opifices & ciues fidei datæ, & obedientiæ ſeruandæ. Quos vbi fideles inuenerunt: cogitarunt de Ruſticis poſtridie aggrediendis. Prius miſerunt duos miniſtros publicos, quarentes, quid in animo haberent. Hafenſtephanus verò, quidam, homo animo inflatus, non ſinit eos cum exercitu agere: ſed reſpondit, Halenſes, poſtquàm omnes Ruſtici conuenìſſent, intellecturos. Se & ſuos adeſſe S. Euangelij excitandi causâ. Proficiſcentes deinde circùm omnes vicos, gazophylacia fanorum ſpoliabant: maiores ſclopetas, quæ in templis binæ erant, tollebant. Erant iam ipſorum ad quatuor millia. Spoliabant etiam domos Miniſtrorum Eccleſiæ.

Coniuratio Halenſium agricolarum.

Ioan. Brentius, contra eos.

Graſſatio ipſorum.

Halenſium autem quadringenti tantùm, aut non multò plures, erant egreſſi poſtq; Gottvolzhauſam, habentes ſecum quinq; falconarias bombardas. Contrà, Ruſticorum facilè pars dimidia ſclopetis inſtructa erat. Stabant hi cis vallem. Tunc Halenſes timidi quidem (longè namq; pauciores) ſed neceſſitate coacti, adoriuntur Ruſticos. Quia verò matutinum tempus erat: ciuitatum magiſter Michael Selætzius, tormentum diſplodi iubet: vt certius per tenebras cerni poſſit, vbi hoſtis eſſet. Quo globo emiſſo: tanta Ruſticis trepidatio inceſſit, vt diſcurrerent formicarum inſtar: alio clamante, fugiendum eſſe: alio, manendum. Emiſſis & cæteris tormentis, hinc inde cædebant: quàm primùm ignem micantem viderent. Mox tamen reſurgebant. Nam omnes iactus, datâ opera altiores ipſis erant. Diffugère mox omnes: Hafenſtephanus inter primos, cæteriq; Cyphæi. Senes aliquot, capti, Halamq; perducti, ſed poſtero die dimiſſi. Nemo fuit globis illius: & tamen incredibilis eorum fuga fuit. Locarant miniſtros Eccleſiæ, quos ceperant, in vltimo ordine quorũ, Herold⁹ vnus erat. Qui fugâ VValderburgũ elapſi, generoſo Comiti rẽ geſtã narrarũt. Facta ſunt hæc die Martis poſt Iudica, 4. die Aprilis. S. Ambroſio ſacro. O Halẽſib. quãuis initio terroris, felicẽ & innoxiã iaculationẽ, apud Gottsvolzhauſam. Niſi hoc factũ eſſet: totũ Ruſtici Rẽſengartũ occupaſſẽt: numeroq; nimiũ creuiſſẽt. Senatus poſtea Ruſticos ſuos omnes in gratiã recepit: nouoq; iureiurãdo ad obediendũ aſtrinxit. Heroldus Halã profectus, ſe purgauit: cauſamq; ſuã Senatui probauit. Cõſtituerãt ambo Comites Hohẽlohenſes, equitatu Halẽſib. opitulari, Albert⁹ & Georg. ſed Kirchẽſalæ Ruſticis die Lunæ ſe commouentib. adeſſe nõ poterant, nec etiam opus fuit.

Venia, deprecantibus data.

Nomina vicorũ, quos Duces Ruſticani cõcitarãt: Reinſperg, Braũſpach, Orlach, Hasfelden, Altdorf, Vlshofẽ, Munckẽ, Enslingẽ, Brachbach, Gailẽkurchẽ, & alij. Die autẽ Lunæ poſt Iudica, cõgregati Ruſtici Kirchẽſalæ, Oringã occuparũt: res Canonicorũ diripuerũt. Poſtea Neuuẽſtainũ obtinuerũt: ambosq; Comites illos in ſuã fidem adegerũt: territos, cum multis etiam firmis arcibus.

Oringam Hohenlohenſes arctores occupant.

Nos

Nos iam sumus Domini Hohenlohæ (inquit Rustica gens) non vos amplius. Liechtenstern-
nam παρὰ δόξαν, & Schonthalam κατὰ γνώμην, direpta consumpserunt: Gundelshaimum, Dumenec-
tam, Scheurburgam, deprædati combusserunt. Curiam etiam Ecclesiasticorum Hailprunnensi-
um dispoliarunt.

Gesta circa Gailndorffium: ac rursus de Hohenstauffa, & Lorcha. Ex Ioanne Heroldo.

Postridie Paschatis Rustici Schenckiani turbarunt. Lorcham profecti, id Monasterium diripuerunt, & inflammarunt. Eorum antesignanus & Cancellarius erat VVolfgangus Kyrsenbeisserus, Parochus Frickenhofæ: Signifer autem, VVestæ Iudenhutus. Hoc agmen valdè litesum Rusticos circa Halam concitauerat: minans, nisi ad se venirent, incensurum se domos ipsorum. Cum eis ergò se coniunxerunt Rosengartenses agricolæ, Gelbingenses, Thannenses, Sunthaimenses, Velbergenses, & ad Vischachum incolentes. Petijt hic exercitus Hohenstauffam: deditione obtinuit, conscendit, diripuit, concremauit. Lorchæ inflammatio. Hohenstauffa item.

Postea Murrhartense cœnobium deprædati sunt. Libenter se ad VVirtembergenses Rusticos contulissent: sed hi eos non recipiebant: quòd ipsimet libenter Monasteria deuorabant. Chomburgum etiam inuasuri fuissent: nisi id, euacuato cœnobio, res suas Halam contulisset. Misit idem exercitus ex Lorcha ad Senatum Halensem: postulans, vt vrbs se cum ipsis coniungeret. Halenses humaniter responderunt: ac legatis in castra ad Lorcham missis (qui pedibus ire in castra Rusticanorum coacti sunt) rem morâ protrahere studebant: donec confœderati, Algoicis & alijs rebus adhuc occupati, venirent: & aliquot centurias militum conducebant. Rustici Ducem ipsorum ceperunt, Iacobum Myllerum, à fœderatis redeuntem Halam versus: iuramentoq; adegerunt, vt ipsorum consiliarius esset. Cùm autem Murrhartum comburere vellent: dissuasit ipse id hoc argumento: quòd semper ex eo, dum staret, subsidium haberi posset: aliter, minimè. Paruerunt. Cum deinde ipsi se in duo agmina diuisissent: ita tamen, vt, si à Ducibus reuocarentur, præstò essent: Myllero Halam redeundi occasio contigit. Gailndorffenses, Oringenses agmine in VVirtembergiam profecto, domum redierunt. Venit Halam à fœderatis præsidium quoddam, die Sabbati ante hebdomadam Crucis: sed Halenses satis militum habentes, eos Vlmam ad fœdus remiserunt. Iacobus Myllet, captus abillis.

Occupauerant Rustici Elvvangici ipsum Elvvangum, & duas arces, circiter 12. diem Maij. Riesani verò, April. 24. Oetingam: capto etiam Comite Ludouico. Priores Palatinicus exercitus posteriores Casimiricus, profligauit. Elvvangum & Oetinga, ab alijs Rusticis occupata.

Fœderatorum tessera militaris, crux rubra erat: Rusticanorum verò, crux alba.

Pœnæ seditiosorum apud Halenses, cùm deditionem fecissent.

A singulis pagorum domibus, ne comburerentur, seni floreni exacti: subuenientibus ibiditioribus pecuniâ pauperi cuique. Pœna Halensium agricolarum.

Quidam pecunia mulctati: alij 100. florenis, alij paucioribus.

In carceres coniecti, ferè ex singulis pagis vnus aut duo.

Pridie Ioannis Bapt. decollati 4. VVolfgangus, Parochus Frickenhofæ, scriba Gailndorffensis agminis. Semmelhansius, VVeinspergicæ arcis proditor. Falcarius Faber Halæ, qui sclopetat Rusticus Oringam attulerat: & cum eis VVeinspergam venerat.

Denique Vitus Langius Geißlingus, seditionis Braunspachianæ auctor.

Alijs digiti amputati sunt: inter quos, Hasenstephanus, de quo suprà.

Duobus, maxillæ perustæ. Multis, gladijs & cauponis interdictum.

Ad extremum (vt & hoc addam) à VVolfgango de Velberg, Rusticus quidam deiectus est de turri Velbergica, in fossam subiectam: eò quòd de malitia sua ipse glorians, dixerat: se adiutorem VVeinspergi fuisse: cum nobilis vir de turri præcipitaretur à Rusticis: qui fuerat propinquitate Velbergio coniunctus.

SVEVICI FOEDERIS EDICTVM IN VVirtembergico Ducatu.

Gemeins Bunds zu Schwaben verordnete Bottschafft vnnd Räthte/ befehlen allen Obern vnd vnder Ampleuten deß Fürstenthumbs Wirtemberg: auch gleicher gestalt/ Grafen/ Herren/ vom Adel/ vnd den Reichß Leuten/ Geistlichs vnd Weltlichs stands/ denen dieser vnser Brieff für kompt. Nach dem/ dem Ehrwürdigen Herrn Sebastian/ Edictum de restitutione abla-torum, Lorchensibus.

bastian/ Apt zu Lorch/ an seinem Gotshauß vnd Verwandten / von etlichen eingehörigen vnd Vnterthanen ewer Empter/ Herschafften/ Stätt vnd Dörffer: an Wein/ Getreidt/ Vich/ vnd anderer fahrender Hab / ein trefflicher verderblicher schaden zugefügt vnd begegnet: also daß sie desselben alles geplündert / vnd das Gotshauß auff den boden abgebrannt: daß jhr dieselbigen alle vnd jeden/ so euch angezeigt vnd benennt werden: oder deren jhr für euch selbs wissens traget: mit allem ernst darzuhalten vnd nötigen: was sie also bemelten Prelaten/ vnd seinem Gotshauß zugehörigen vnd verwandten/ genommen: durch Beute/ Kauffen/ oder in ander weg/ an sich gebracht: daß sie solches alles vnd jedes/ so noch verhanden / ohn allen verzug vnd einredt / bemeldten Prelaten wiederumb zu handen stellen vnd geben: vnnd vmb das ander/ so sie verösi/ verschwendt/ verprennt/ oder in ander weg verendert. solches Costens vnd schadens halb sich mit jhm vertragen/ vnd darumb den willen machen. Dann solte das nit geschehen/ vnd damit verzogen werden: werden wir verursacht/ gegen den vngehorsam/ mit sonderer Straff/ vnd dermassen zuhandeln: darob sie vnser mißfallen befinden sollen. Darnach wissen sie sich zu huten. *Datum* Stutgarten am letzten tag Máy/ *Anno, &c. XXV. Renunciatæ sunt hæ literæ per sacerdotes & Præfectos, multis in locis: sed non multum ijs effectum: vt ait Frater Augustinus Sartoris Gamundianus.*

OCtob. item 28. Statthalter vnd Regenten *illustrissimi Ferdinandi Austriaci, in VVirtembergico Ducatu, omnibus superioribus & inferioribus Præfectis mandarunt: cogerent quisq; suos subditos (quòd hoc ij omitterent) Abbati Lorchensi tributa & census persoluere: sacerdotibusq; paruas decimas, quatuor oblationes, & catera, more antiquo exhibere. Datũ Tubing. 1525.*

Satis superq; de hoc infœlicissimo bello: in quo existimantur centũ millia hominũ interijsse.

Literæ, Lorcham missæ. 1525.

" *Vicarius Reuerendi in Christo patris & Domini, Domini Christophori, Dei & Apostolicæ sedis gratiâ, Episcopi Augustensis in spiritualib. Generalis: religiosis in Christo, nobis dilectis,*
" *Priori & conuentui Monasterij in Lorch salutẽ in Domino. Vt corpus vestri Prælati nuncii agone mortis, vt asseritur, laborantis: postquã ab hac luce decesserit: nec non in futurũ, conuentuum vestrorum, ac nobilium aliorumq; qui in vestro Monasterio sepulturam elegerunt, corpora,*
" *Ecclesiasticæ sepulturæ tradere valeatis: non obstante incendio & deuastatione eiusdem Monasterij, nuper per seditiosos Rusticos illato & perpetrato: vobis præsentibus indulgemus, & concedimus facultatem. In eo tamen cauti sitis: vt non in loco defecrato id feceritis. Volentes denig. vt,*
" *mortuo vestro Prælato, quantocius siue mora ad electionem alterius Prælati procedatis: ne periculum vobis immineat. Datæ Augustæ, Anno Domini, &c. vicesimo quinto, die 9. Decembris.*

De sepeliendo Abbate Lorchensi.

προσθήκη.

Petitio loci sepultura.

Nihil certius morte, & incertius horâ mortis. Iccirco ego frater Augustinus senior, in hac misera vitâ constitutus (sunt enim anni vitæ meæ, secundum dictum Iacob. Patriarchæ ad Pharaonem septuaginta duo anni: dies mali, propter malitiam huius temporis) rogo propter Deum: vt, cùm mortuus fuero, daß man mich auch führe/ oder trage/ zu meinen Edlen Stiffters vnd Brudern/ auff den Berg in das Closter Lorch.

Πάντες ἄνθρωποι (sicut hodie 23. Ianu. 1592. in templo nostro, vesperi his verbis scribebã, ex concione) ἀπὸ τῆς ἐν γῆς εἰσιμ, οὕτω καὶ εἰς γῆν ἐπιστρέφομεν: κἀπὶ θαλάσσης, καὶ εἰς θάλασσαν, πολὺ ὕδωρ. ἀφ' ἑαυτοῦ τοῦτο, ὅτε πλυνάμενος, ὅτι εὐγενείας, ὅτι ῥώμης, ὅτι σοφίας, ὅτε αὐθηρίας, ὅτι πάλαι, ὅτ' ὠνῆς τῆς ἐυσεβίας: ἀλλ' ἐν τῇ παραδείσῳ πατρὸς ἀδελφὸν ἀμαρτίαι. εἰ γὰρ καὶ ἐν ἐμοὶ ἡμεῖς γ' ἡμάρτομεν: ἀλλὰ μόνον οἱ ταῦτ' ἐμοὶ μεμόνωσ ἐν τῇ ἀσφόδῳ τῇ ἀλάμῳ καὶ ἡμεῖς τότε ἦμεν. λείβει δὲ ἡ ἁμαρτία, ὡς ἀκαντήριον φάρμακον δὲ ὅλης, καὶ αὐτὴ δὲ ἡμῶν πάντων. μόνη δὲ σωτηρία εἰς ἀδιαφθαρσίαν εἰς χριστὸν πίστις τις ἐστὶν ἐν ὑμῖν καὶ ἐφ' ἡμῖν αὐτοῦ, πεποίθησις.

Tybing. Acad. Rectores hoc 1525. anno.

Acad. Tybingensis.

Kal. Maij, Rector 84. *Doctor Iacobus Lemp.*

Inscripti. *Iohan. Vlricus à Summeravv, nobilis, Maij* 29.

Generosus D. Rodolfus, Comes de Helffenstain, OCtob. 12.

Die Lucæ, Rector 85. *Doctor Baltasar Kenffelin.*

Inscripti. *Ludouicus Gremper de Stutgardia. Iacobus Hiller de Herrenberg. D. Iohan. de Stain, Canonicus Augustensis.*

Decanus Philosophiæ. *Adhuc inuenio Iul.* 11. *Ioan. Ebingerum: postea, circa Iohan. Euangel. sub Decanatu M. Ioannis Tuschelini promotos Magistros:*

Michaelem

Michaelem Ruckerum VVisenstaigensem qui deinde Doctor Medic. & Professor hîc fuit.
Michaelem Schvvenckerum. Postea Iurisc.

Philipp. Melanchthon, Casparo Currero. Tubingæ bonas literas docenti, Herfeldensis Chronicon commendat, VVitebergâ scribens. Quod & hoc 1525. anno excusum est Tubingæ: dedicatum à Currero Baronibus à VValdpurg, VVilhelmo & Georgio, 5 Kal. Septemb. ab Hulderichо Morhardo. Schnaffnaburg. Lamberti Chronicon.

Idem Chronicon, sub nomine Lamberti. Schaffnaburgensis, denuò 1533. ab eodem Morhardo impressum est: Sebastiano Schertlino equiti, Burtenbachij Domino, à Ludouico Schradino affine dicatum. Schertlinus.

Habitauit Tybingæ hoc anno, circiter 13 menses Archidux Ferdinandus.

Stutgardiæ 1525. In Sanleonhardino sepulti, Vlricus VVintzelheuser: & Clara Magerina, Iac. Kûhornij senioris Feurfeldij vxor.

In nouo Hospitali Brackenhaimi, tabula picta est S. Trinitatis: in qua pater & filius virgini Mariæ coronam imponunt: & Spiritus Sanctus specie columbæ supereis fertur. Ad finem huius picturæ, parte dextra, Sacerdos benè raso vertice, in chorali veste conspicitur, cum schedula supra caput, in qua hæc verba sunt: O sancta Trinitas, Deus vnus, miserere mei. Forsan in agone mortis, sentiens ita de suis benefactis, sicut D. Bernhardus: qui de suis bonis operibus, in quæ fiducialiter incubuerat, tandem desperans, ad solum Christi meritum confugit: & inter alia multa Euangelio conformia dixit: MERITVM MEVM, in vulneribus Christi est. In parte inferiore illius tabulæ, hoc est Epitaphium. Brackenheim.

Anno 1525. auff Freytag nach Sanct Jacobs Tag / starb der ehrwürdige Herr Emerich Emhart / deß Emharts Geschlechts zu Brackhana / vnd Priester / vnnd Stiffter der Predicatur / vnd wochenlichen Allmusen / auch Tuch vnnd Schuch järlich außzutheilen. Dergleichen der vier Stipendien zum studieren zu Tübingen: welcher dem Allmusen / Spittal / vnnd sonst gemeiner Statt viel liebs vnnd guts gethan: deß Seel Gott gnad. Hic Emericus habuit fratrem: ex quo natus est annus maternus M. Friderici Braunbaumij.

Augustani magnum propugnaculum iuxta VVertabruckerinam portam ædificarunt. In eadem vrbe, primùm 25. Decemb. 1525. populo in templo ad D. Annam Eucharistiæ vtramque speciem distribuerunt, Vrbanus Regius, & Ioannes Froschius, Theologiæ Doctores.

Ibidem, Doctor Melchior Seuter, Febr. 15. Constantiam Peutingerinam duxit.

Natus Augustæ est Ioannes Parsimonius, postridie Epiphaniæ: parentibus, Iosepho Kargio & Felicitate: qui pridie Natalis Christi 1588. obijt, Abbas Hirsaugiæ: de quo suo loco plura. Multa enim huius Monasterij, à se diligenter annotata, humanissimè mecum ad augenda hæc Chronica communicauit. Parsimon. Ioan.

Augustæ. D. O. M.

Iacobus Fugger Augustanus, omnium sui ordinis ac nationis ornamentum, Maximiliani & Caroli V. Impp. à consilio: diuitiarum inusitatarum partu, liberalitate in omnes, vitæ integritate, animi magnitudine, nulli secundus: cùm nemini conferendus viuens fuerit: post obitum inter mortales referendus non erat. Fugger Iacobus.

Iacobo Fuggero.

Inuida mors aliis, vni tibi candida & æqua, Vixisti multis, & vitæ munera obisti:
Et, quod miremur, vita salusq; fuit. Migras, cùm nõdum vulnera sortis habes.
V. A. LXVII. menses 11. obijt M. D. XXV.

Die 6. Sept. 1525. Matthias VVaibel quoniam puram Christi doctrinam amplexus, in idolatriam, superbiam, luxumq; Cleri, inuectus fuerat (in reliquias præsertim Sanctorum, in prato Lampidenensi monstrari solitas) operâ Abbatis & Monachorum eius loci simulatione infantis baptizandi, in pagum non procul ab eo Monasterio situm, vocatus est: atq; in viâ ab aliquot equitibus captus. Hi eum in syluam vicinam perductum, & gladio punctum, de arbore suspenderunt. Ortus fuerat ex vico Martinfeldo, non longè ab oppido Campidono. Studiorum causâ in Gymnasio Viennensi vixerat: & ex scriptis Lutheri, ad synceram religionem transiuerat. VVaibel Matthias, Martyr.

Bambergæ Episcopatû tenebat VVigand. nobilis à Rhedouuitz Ostrofrancus. Fuerat iuuenis in Palæstinam ad sepulchrum Domini peregrinatus. Obsessus 1525. à Rusticis, per Sueuicos Fœderatos liberatus est. Præerat adhuc 1549. anno. Religionis causâ, patri patruoq; meo aduersarius. VVigandus Episcopus Bambergensis.

Friderici, Sax. Ducis, obitus.

Defunctus est fidelis patronus Martini Lutheri, Saxoniæ Elector Fridericus inclytus, 5. Maij 1525. ætatis suæ 63. anno. Cui frater Ioannes successit.

Nati, Caspar Cruciger, Theolog. Caspari filius, decimo Martij: Victorinusque Schœnfeldt, Mathematicus.

Lutheri matrimonium.

Martinus Lutherus 27. Iunij, anno ætatis 42. vxorem duxit Sanctimonialem, Catharinam à Bora. Honorabile enim est coniugium in omnibus: & torus, impollutus. Scortatores verò, & adulteros, Deus iudicabit. Hebr. 13. Oportet Episcopum esse vnius vxoris maritum. 1. Tim. 3. Inter doctrinas Dæmoniorum numeratur, prohibere matrimonium: abstinere à cibarijs, quæ Deus curauit ad sumendum cum gratiarum actione fidelibus, & qui veritatem cognouerunt. 1. Timoth. 4.

Sacramentarij certaminis initium.

Hoc tempore inter Vlricum Zuinglium & Martinum Lutherum, dissidium de verbis Cœnæ Domini cœpit: quòd hic ea simpliciter intelligebat, seruans τὸ ῥητὸν: corpus & sanguinem Christi, verè esse in, aut cum pane: ac sic ore quoque percipi, etiam ab indignis: non tamen crasso Capernaitico, sed Deo noto, modo. Ille vero Tigurinus, Tropum esse contendebat, quærens διαύοιαν, hac expositione: Hoc significat corpus meum: cui subscripsit Ioannes Oecolampadius, & posteà Caluinus, hodieque Caluinistæ. Vtraque tamen pars transsubstantiationem Papisticam reijcit. Nos quoque τὸ ῥητὸν tuemur & quidem ὁλοψόχως, in VVirtembergia, Deo gloriam dantes.

Finis Decimi libri, in tertia parte Annalium Sueuicorum.

MARTI-

MARTINI CRVSII, GRÆCÆ ET LATINAE LINGVAE IN ACADEMIA TYBINGENSI PROFESSORIS, ANNALIVM SVEVICORVM, in tertia parte, Liber Vndecimus.

Librum hunc, maiorem prioribus feci: Vt sequenti libro, qui huius tertiæ partis vltimus erit, facilius reliquos vsq; ad præsens tempus annos possim includere. Hic autem liber, multas grauissimas res continet: qualis est, vrbis Romæ occupatio & direptio: Sueuorum in partes Americæ nauigatio: Teutonum à Pont. Rom. defectio: bella Turcica: confessio Protestantium Augustana: fœdus Smalcaldicum: comitia & colloquia, Religionis & Turcę causâ: VVirtembergici Ducis restitutio: seditio Anabaptistarum: bellum inter Cæsarem Carolum, & Protestantes: concilium Tridentinum, & Interim: bellum Saxonicum & Franconicum: pax deniq; religioni Augustanæ confessionis concessa. Quorum omnium decursus est 29. annorum.

NVPTIÆ IMP. CAROLI V. ADMINISTRATIO SCHOLÆ TYBINgensis. Rotenburgum Tuberanum à nobilibus infestatum. Sponsa Dorothea Ehingena. Munitio Halæ Sueuicæ. Georgij Fronspergij expeditio Italica. Calamitas Regni Vngarici. Natiuitas MARTINI Crusij. Ianus Lascaris, Professor in Gallia Græcus.

CAPVT I.

ANNO 1526. Ianuar. 10. nuptias Carolus V. celebrauit cum Regis Portugalliæ Emmanuelis sorore Isabella, vel Elisabeta, in vrbe Hispali, vel Sibilia. *Caroli V. nuptiæ.*

Hoc tempore, quibusdam in locis VVirtembergiæ, arma hominibus adempta sunt, propter præteriti coniurationem Rusticanam. Symbola item, siue tesseræ quædam, dabantur in oppidis peregrè abituris. Tales examinabantur inter eundum ab equitibus constituti, num probi essent.

Rectores Tybing. Scholæ. *Tybing. Scholæ.*

Die Phil. & Iac. 86. Rector, Doctor Petrus Brun.

Inscripti. Ioan. Iacobus, C. de Eberstain, Maij 5. Guilhelmus Truchsæs, Baro de VValdpurg, Maij 14. Philippus Imser Argentinensis. Iosephus & Georg. Hummingeri Tubing. fratres.

Die S. Lucæ, Rector 87. Iacobus Lemp.

Inscripti. Hieronymus Lamparter, Canonicus Constantiensis, & Præpositus Mosbachensis. VVolfgangus Andreas Rem, Præpositus S. Mauricij Augustensis.

Decanus artium. Post Ioan. Tuschelinum, Ioannes Vischerus, artium & Medic. Doctor.

Promoti circa natalem Domini, Magistri. Ludouicus Gaisberger Schorndorffensis. Georgius Herbisser, & Othmarus Seitz, Tubingenses.

VVolfgangus Velbergius, & Adam Tungius, cum aliquot centurijs equitum & peditum, in Rotenburgensem Tubari agrum profecti sunt: quod ciuitas & Rustici, seditiosi fuissent. Ibi aliquot vicos exusserunt: vrbem campestribus, vt appellantur, tormentis verberarunt. Nemo se prius intus commouit: quàm hæc tonitrua euanuissent. Tunc etiam ipsi ex veteri castro iaculati sunt. Hostes discesserunt, τοῖς οὐ ἀχθεῖς ἀγγελογέλωτας εἶσι, πάλι πυρ ἀπολάσαντες. *Rotenburgenses ad Tubarum, à nobilibus vexati.*

Die S. Viti sponsalia sunt acta inter VVolfium de Ahelfingen: & Dorotheam de Ehingen, legitimam strenui Rudolphi de Ehingen equitis filiam. Dati sunt sponsæ, vel vxori, sponsores vel exactores (Gewaeren) nobiles viri, vt cognati & affines. *Abelfingen.*

VValther Hurnhaimius zu Höltingen/ zu der zeit Hauptmann. Erckinger de Rechberg, de Hohenrechberg, in Rassenstein. VVilhelmus à VVelvvart zu Hohen Roden.

Poterant in obstagium citari singulis cum equis: &, aliquo equo decedente, alio substituendo: in oppidorum trium aliquod, Nærdlingam, Gamundiam, aut Olam.

Stutgardiæ, in Parochiali Ecclesia. A. D. 1526. 14. Mart. obijt Magister V. Niclas Satler de VVaiblingen, Vicarius Collegij: cuius A. R. I. P. *Stutgardiæ defuncti.*

Anno

Anno Domini 1526. 21. *Aug. migrauit è seculo venerabilis* M. *Martinus Breuning, Ecclesiæ huius Canonicus & custos.*

Caluæ. Anno Domini 1526. Sambstag vor *Misericordiæ Domini*, starb die ehrbar vnd Edel Fraw Beatrix von Sachsenheim / Wilhelms von Welwart ehliche Haußfraw: der Gott gnädig seyn wölle.

Augustani Perlachiam turrim ferè ad dimidium destruxerunt, melius extruxerunt, altero anno finierunt.

Halæ Sueuicæ munitio.

Halæ Sueuorum, post terrorem belli Rusticani, fossa trans Cocham, à paruo propugnaculo deinceps secundum Cocham incepta est lapide muniri. Etiam munitio, apud VVeilerinam portam ædificari. Biennio pòst, murus fossæ, nocte Bacchanalium ad 100. pedes corruit: quia nimis in eo faciendo properatum fuerat. Brentius verò hoc fore prædixerat: quòd sudoribus pauperum hunc murum fecissent. Absoluta munitione huius fossæ: altero anno fossam etiam, quæ iuxta Kelcherinam portulam est, munire cœpère, propugnaculis ibi factis. Anno autem 1538. *desierunt.*

Hyglinus Ioan. Martyr.

Combustus est Mærspurgi Ioannes Hyglinus, Lindauus Presbyter, iussu Constantiensis Episcopi Hugonis: quòd contra Pontificia dogmata docuisset.

Non longè pòst, hic Hugo cum Canonicis suis, ex oppido Constantia, propter dissidium religionis migrauit Mærspurgum & Yberlingam. Inde, Cellam & Reichenouiam migratum est.

Francisci Galli à Cæs. Carolo defectio.

Franciscus Galliæ R. recedens à conuentione, cum Cæs. Carolo inita, fœdus iniit cum Papa Clemente, Venetis, Longobardis, Anglis, aduersus Cæsarem. Conabatur sic pontifex, Hispanos Germanosq; facilius ex Italia eijcere. Ideò sub mensem Septembr. iussum exercitum conscribebat.

Fronspergius, à Cæsare in Italiam missus cum exercitu.

Georgius itaq; Fronspergius, cum copijs in Italiam missus est: qui Cæsaris ibi partes egregiè defendit. Quatuor ab eo legiones (oppignerato etiam patrimonio, vt stipendia militibus persolueret posset) adductas à Pantaleone scribitur. Eundem, etiam funem auratum secum tulisse: ac sæpe militibus ostendisse: quo Papam, si eum nancisceretur, suspenderet.

Robur eius.

Erat tanto corporis robore: vt validissimum quenq;, firmiter innixum vestigio, solo dextræ manus medio digito, è loco demouueret. Poterat & prætercurrentem equum, fræno apprehensum, sistere: ac murale tormentum, humeris innitendo, solus propellere, quò vellet.

Ioan. Medices.

Hæc Pantaleon. Sed negat illud, quod de fune aurato ex Iouio is habet, Reisnerus lib. 5. Erat porrò Ioannes Medices, papalis fœderis Imperator: qui, dum immani iracundia Germanos debere satagit: globo bombardico, trans Minteum flumen manu G. Fronspergij emisso, summa cum impatientia interijt, Anno ætatis 29. Sic fœderatorum exercitus pudefactus & dilapsus est. Erat ex eadem cum illo familia, Papa Clemens, & quidem spurius: omnium turbarum in Imp. Carolum concitator: vt eum tota Italia exueret. Sed non modo G. Fronspergij virtute ac fide: sed etiam Caspari F. eius integritate, fortitudineq; (qui & ipse equestri dignitate ornatus fuit) bonos Cæsaris, ac Mediolanum contra hostem egregiè defensum fuit. Cæsar nullam pecuniam mittebat: ambo Fronspergij corpora sua & bona pro eo in discrimen contulerunt. Georgius, Vxoris etiam Annæ Lodroniæ mundum omnem, vt stipendia militibus soluere posset, alienauit. Idem, quantum potuit prohibebat milites à direptione agricolarum & miserorum hominũ. Heluetij vocabant ipsum, Ein Leutfresser/ *propter fortitudinem. Prouerbium eius erat:* je mehr Feindt/ je mehr Glück.

Fronspergiorum fidelitas & fortitudo.

Vngaricorum malorum initium, Rege Lud. à Turcis victo, & perdito.

Vngariæ Rex Ludouicus, Vladislai R. filius, Casimiri Poloniæ R. nepos, prælio à Turcis in campo oppidi Mohaz victus, die decollationis Ioan. (29. Augusti) perijt. Cui postea Ferdinandus Austrius successorem se fecit, contra Ioannem Zapolianum, VVaiuodam Transyluanum, Scepusiensem Comitem. Quo Turcicam opem implorante: Vngariæ ruina paulatim est secuta. Natus autem fuerat Ludouicus absq; cute: quæ postea arte ei creuit. Regnare cœperat 10. ætatis anno: nuptias cum Ferdinandi sorore Maria, anno 15. celebrauerat: & 20. anno ætatis perijt.

Germanorum principes aliquot, Esselingæ conuentum agunt: Cæsaremq;, adhuc in Hispania morantem, per literas orante: vt propter Vngariæ à Turcis periculum, redire maturet.

Celebrauerat Martinus Kraus Botensteinensis, die S. Dionysij (9. Octob.) anno præcedente nuptias, cum virgine Maria Magdalena Trumerina Xeensi: quæ Bottensteini apud Senatorem Henricum Rhatlerum vixerat. Celebrauerat autem in vico Greberna (consecrante eas Ioanne Dornio, Affalterthalensi Ecclesiasta Euangelico) sub Noribergensibus: vbi Euangelij Praconem agebat, milliaribus aliquantò plus tribus ab oppido Bambergensis Episcopatus Bottenstein, non procul à Comopoli Grefenberga. Quem Martinum si Episcopus cõprehendere potuisset: statim vt ins-

vt fratrem eius Ioannem, malè mulctaturus fuisset, ob religionem, cui antea fuerat addictus, mutatam. Ac fuit fama, equites Bambergenses nocte nuptiarum, insidiandi causâ Grebernam venisse, & tamen metu Noribergensium rursus abijsse. Ex hoc matrimonio natus est Annalium Sueuicorum scriptor, Martinus Crusius, hoc 1526. anno die Mercuriali Septemb. 19. mediâ 4. pomerid. hora: idemq; in eiusdem loci Templo, à prædicto Dornio est baptizatus: susceptore Berbachiensi concionatore, Conrado VVagnero: qui adhuc 1551. anno vixit. Voluit autem pater, hunc suum filium, se scribere Bottensteinanum, propter Maiores suos, qui hanc patriam habuerant: in qua & ipse nascendus fuisset, si per religionem licuisset. Quòd item hic puer vicum, è quo pater non longo tempore pòst, aliò translatus fuit, nunquam vidisset. Quod denique idem genitor non semel dixerat: se aliquando etiam in patria sua Bottensteino, Euangelij prædicatorem fore. Quod & multis annis pòst (aliquantisper duntaxat) factum est: Marchione Alberto eum ibi collocante. Bottensteinum autem, inter plures montes situm est: quorum nomina sunt, Haselbrunnerberg/ Schloßberg/ Schrotenberg/ & Sigenberg/ Trubarum pagum versus: ac multas petras altas scopulosq; habet: sicut Vlmensium oppidum Geislinga. Orto autem 4. Decembr. 1526. (die S. Barbaræ) incendio Bottensteini (in Fritz Einwigs Hauß/ bey der Maltzderr) tectà amplius centum perierunt: auita tamen domo, incolumi manente.

M. Crusij natalis.

Bottensteinum.

Natus est aliquantò pòst, eodem anno, M. Leonhardus Engelhart Halensis Sueuus. Quem nobilis vir antiquæ familiæ, Gabriel Senfftius (πρᾶος, Mitis) ex Lauacro vitæ suscepit.

L. Engelhart.

Epitaphium in Hirsaugiensis Monasterij Templo medio, iuxta altare cœnæ Dominicæ.

In extremitate lapidis. Anno Domini XV. C. XXVI. auff Sanct Catharinen tag/ starb der ehrwürdig hochgelehrt Herr Heinrich Winckelhofer/ beyder Rechten Doctor/ vnd Cantzler zu Würtemberg Dem Gott gnad/ Amen.

VVinckelhofer.

In medio lapidis. D. PP. S. Consultiß. LL. Doctori, huiusq; Duca. VVirt. Cancellario ben. me. Heinrico VVinckelhofer de Ehingen, Io. Ab. Hirsaug. fil. dul. patri vitricoque, Monast. op. patrono ac tutori, hoc memoriæ faciundum curauit. Obijt anno Christi M. D. XXVI. 7. Kalend. Decemb.

In Gallia, Ianus Lascaris Constantinopolitanus, stipendio mille ducentorum Francicorum, in annos singulos à rege conductus, Græcas literas inter Gallos disseminabat, Ioanne Tilio teste.

Lascaris Græcus.

NVPTIÆ IOANNIS FRID. SAXONIÆ DVCIS. FERDINANDI creatio in Regem Bohemiæ & Vngariæ. Vrbis Romæ, à Germanis & Hispanis expugnatio. Tybingenses Rectores. Nobiles & alij, Bebenhusæ sepulti. Familiæ nobilium extinctæ. Annæ Ehingenæ desponsatio. Augustensia quædam: Regum natiuitas, Philippi & Maximiliani, ex Austriaco genere.

CAPVT II.

ANNO 1527. *Ioannes Fridericus Saxo, nuptias celebrauit Torgæ, cum Cliuensis Ducis Ioannis filia Sibylla. Nam cum ei desponsa fuisset antea Catharina soror Cæsaris Caroli: non est ei data postea, propter religionis mutationem: dicente Cæsaris Legato Haunarto, non esse fidem Hæreticis seruandam. Sleid. lib. 6. Alij referunt ad Dominicam Exaudi præcedentis anni.*

Ioannis Frid. Sax. nuptia.

Ferdinandus, Archidux Austriæ, coronatus est Pragæ cum vxore Anna, Rex Bohemiæ 24. Februar. & Rex Vngariæ in locum interfecti Ludouici, Albæ Græcæ, Octob. 28. In expeditione deinde Vngarica ipsius, Marchio Casimirus Brandenberg. breui obijt. Tunc exemplar Heliodori [illegible], *ex Bibliotheca R. Matthiæ, Noribergam à milite quodam inde allatum est, Vincent. Obsopæo teste.*

Ferdinandi coronatio in Regē.

Non procul à Sueuiæ oppido Kauffbeura, tres soles cum varijs circulis cœlestibus visi sunt. Lycosth.

Fecerat Pontif. Clemens contra Carolum Cæs. cuius potentiam formidabat, fœdus cum Italis & Gallis (vt antehac dictum est) vocans sanctißimam ligam. Idem Borbonium Ducem, qui à Gallis in partes Cæsaris se contulerat, ac contra Romam veniebat, ex communione Sanctorum exterminauit. Excommunicamus, inquit, Carolum, dictum Borbonij Ducem, & exercitum eius: partim ex Lutheranis (Germanis) partim ex Maranis (Hispanis apostatis) constantem. Ideo Romam pridie Nonas Maias, 1527. Germani & Hispani improuisò per nebu-

Romæ vrbis occupatio.

per nebulam aggressi, ceperunt. Duces erant, Carolus Borbonius (qui cum aliquot millibus Hispanorum aderat: & in expugnatione vrbis, globo bombardæ ictus interijt) Princeps Arausiensis cum manu Burgundionum: & Sebastianus Schærtelinus, cum Germanis: quorum partem Frondspergius in Alpestri Rhætia ad Athesin conscripserat: & sub initium præsentis anni in Italiam duxerat. Sed morbo impeditus, expugnationi Romæ non interfuit. Erant & alij Duces, aut centuriones: vt, Mainradus Ehinger Vlmensis. Capta est vrbs, Germanis per portam Septimianam (Fontinalem, & vulgò sub Ianum) irrumpentibus. Papa in castrum S. Angeli confugit: sed 10. Iun. se Cæsarianis dedidit. Cæsar se postea excusauit, hæc mala suo iniussu facta esse.

Vaticinium de vrbe Roma.

Prædixerat autem quidam pauper & seminudus homo Senensis, Ioannes Baptista, vrbi Romæ hanc cladem ad pœnitentiam hortans. Et tu Papa (inquit circumiens) collocas te in templo Dei, tanquam Deus &c. In carcerem coniectus est: sed postea à Germanis liberatus. Pontificis contra dux, Prentius Ceres, dixit: Er wolte die Statt Rom wol erhalten vor den schwartzen Hispanischen Köpffen / vnnd Teutschen Weinsäuffern / sie hetten weder Schuch noch Kleyder / vnd rostige Degen / damit man nicht ein Salat möcht abschneiden. Expugnationi huic interfuêre Sueui Duces plures: vt, Barth. Bonrieder VVangensis (qui tunc occubuit) Albertus de Freiberg, Christophorus Comes Eberstainius, Rudolphus Ehinger, VVilhelmus Neithart Vlmensis. Georg. Frondspergij F. Melchior: qui postea Romæ 21. annorum mortuus.

Hostis contemptus.

Paparum fides de Deo.

Clamabant, vrbe capta, milites: Lutherum faciemus Papam; deridentes Pont. Clementem. Credidit hic Clemens (vt & alij antecessores) Deum non curare res humanas: quoniam terra sit infimum Elementorum: quam teneat ipse, vt vicarius Dei. Probatio eius ex S. literis dabitur: Cælum cæli Domino, terram dedit filijs hominum. Reißnerus lib. 5. & 6.

Sæuitiam expugnationis, & quæ in vrbe capta à victoribus sit exercita crudelitas, copiosè describit Ioannes Baptista Giraldus Hecathommythi Nouellâ 1.

Res terribiles & immanes.

Salite i nemici le mura, tra la porta Settimiana, & la Pancratiana, à viua forza sen' entrarono: con tanto furore, & con cosi orgoglioso animo, con si horribile strepito di trombe, & di tamburi, & con suono di si horrendi & spauenteuoli voci: che parue al popolo (era densissima nebbia) Romano: che tutto il Mondo si fosse alla sua ruina insieme aggiunto.

Costoro per natura fieri, fatti anche non pur dalla vittoria, ma dall' ira, conceputa per la morte del loro Capitano, più feroci, & più crudeli, si diedono à fare le maggiori crudeltà, & i maggiori stratij, che mai cadessero in animo d' huomo.

Tossero tutto quello, che nelle case si ritrouaua: & di ciò non contentandosi, con ogni specie di tormento, cercarono di più hauere di quello, chaueano prima hauuto.

Nel cospetto de i patri di famiglia faceano forza alle lor donne. Pigliauano le madri (che cercauano con ogni lor forza di difender le figliuole della villania di que crudeli) & gittatele in terra, soura esse (misero & horribile Spettacolo) violauano le vergini figliude: & molte volte, satia la lor lussuria, vccideuano queste & quelle, negli occhi del padre, & del marito, che prigioni erano. Ne i queli tanta fu la forza del dolore: che senza potere hauere lagrime à piangere, ò voci à gridare, sene stauano come mute & insensibili statue di pietra, à vedere le loro sciagure, &c.

S. Iudæ ἀπαγχονισμὸς laqueus.

Ma naque tra loro vna grande fame & pestilenza: & rimasero preda de i cani, & di augelli. πεῖναι καὶ λοιμὸς ἐπέλθοι, μυρίοι μὲν ἀνθρώποις ἄλγεα ἐσσόμενα· αὐτὰρ ἐπὶ τῇσιν ἢ θῆρες, ἑλώρια σοῖσι νεκροῖσι, λοιμὸν καὶ λοιμῷ.

Vidimus postea 1538. *Schorndorffæ pendentem in Templi choro laqueum crassissimum, instar ductarij funis, longum 12. pedes: cum tanto nodo, vt collum quod ei insertum fuerit, Polyphemi Homerici fuisse videatur: cum verbis his in tabula appensa.*

Als Römischer Keyserlicher Maiestat / Keyser Carolo deß fünfften / Kriegsvolck in Italien zogen: vnd die Statt Rom / von demselbigen Kriegsvolck erobert ist: hat der ehrbar vnnd Handvest Bastian Schertlin von Schorndorff / ein Hauptmann vnderm selben Hauffen / diesen Strick / daran sich Judas / der Christum vnsern HERRN verrahten / erhenckt hat / zu seinen Händen bracht: vnd den mit jhm hergen Schorndorff geführt: vnd an diesen ort lassen hencken / zu ewiger gedechtnuß. Beschehen auff Sambstag nach S. Michels / deß heiligen Ertzengels tag / Anno Domini tausent / fünff hundert / zwentzig vnd neun Jahr.

Curauerat menstruo salario, eum laqueum ex alto Ecclesiæ Romanæ pariete, per vnum sa-

rum

rum militum demendum. Quo in loco, vt fertur, postea alter æqualis laqueus est suspensus. Caterùm Schorndorffensis laqueus, multis annis pòst è choro remotus est.

Administratio Scholæ Tybing.

Cal. Maij, Rector 88. Doctor Gallus. *Gymnasium Tybing.*

Inscriptus. D. Philippus, Baro de Lympurg, Pincerna Imperij, Canonicus Bamberg. & Herbipolensis.

Octob. 18. Rector 89. Doctor Baltasar.

Inscripti. Ludouicus Casimirus, Comes ab Hohenloe. Philippus Megezer à Feldorff.

Decanus Philosophiæ. Ioannes Sturmius ex Bietigken.

Magistri creati, circa Ioannis Bapt. Ioachimus Ramser Gamundianus. Med. D. Caspar Feckelin ex Aldingen.

Alebatur hoc anno, Tybingæ in Martiniano Stipendio, Michaël Helding Enslingensis (pagus est Comitis à VVerdenberg) sequenti tempore Episcopus Merseburgensis. Postea alij in eo vixêre, clari exinde viri facti: vt, *Stipendium D. Martini.*

A. 1533. Iacobus Beurlinus. Theol. D & Cancellarius.

1535. Christoph. Binder. Abbas Adelbergensis. Ioannes Sechel. Consiliarius VVirtemberg. Doctor Iuris.

1537. Iacobus Græter Halensis. Pastor eiusdem Ecclesiæ.

1538. Henricus VVeickersreuter. Theol. D. & Hirsaug. Abbas.

1539. Iacobus Dachtlerus M. Theologus & Hebræus.

1546. Conradus Kienlin Stutgard. M. & Aulæ Bebenhusanæ Præfectus. ἡμῖν καθεστώς.

1552. Ioannes Æntzlinus. Director Stutgardiæ. Sebast. Kienlinus. M. D.

1556. Andr. Laubmarius. V. I. D. & Acad. Tybing. Profess. Ioach. Heckmaier M. Iacobi Beurlini D. viduâ ducta. Blabeur. Tybing. Aulæ Procur. Phil. Heerbrand. D. Iac. fr. Theol. D.

1561. Samuel Myller Lindauus. Med. D.

1562. Iac. Schopperus. Theol. D. Helisæus Rœßlinus. Med. D. gener. D. Iac. Beurlini. Numerus omniũ, qui vsq; ad 1581. eo beneficio vsi erant, fuit CC. Postea autẽ, itentidẽ noui successores.

Bebenhusæ.

An. 1527. 7. Id. Ian. (postridie Epiphaniæ) obijt nobilis ac validus VVandalinus de Halfingen in Pfeffingen, filius Crafftonis, vltimus stirpis suæ. Ideo Galea & insignia eius, deorsum versa. *Halfingerus vltimus.*

Anno 1518. 15. die Mensis Aprilis, obijt nobilis & honesta Apollonia, vxor legit. nobilis ac validi VVandalini de Halfingen, nata de Bubenhofen. Sepulta hîc in ambitu, in 2. Sepulchro ab ingressu Ecclesiæ.

Anno 1490. 5. Idus Nouemb. in die Theodori Martyris, obijt Crafto de Halfingen, pater VVandalini de Halfingen. Iacet in 3 sepulchro.

Anno 1527. die 2. Iul. obijt Georgius Schopper, plebanus Ecclesiæ in Gomeringen. Iacet post chorum, iuxta Casparis Rockenbuchi tumulum.

DVO MENDLINI.

Anno 1527. Ioannes Mendlin Tubing. qui fratrum suorum (τῶν συμμονάχων ἑαυτοῦ) defunctorum catalogum conscripserat, post longam infirmitatem Bebenhusæ obijt, nonis Maij. *Mendlini.*

Addidit quidã in margine. Quid est vita mortaliũ? Scribimus mortuos, & scribimur mortui.

Anno 1527. Ioannes Mendlinus Tubing. alter, cœpit Bebenhusæ μονάζειν, Monachum agere. Is postea Tybingæ Magister artium, in collegio philosophico, nobis honorandus collega & fautor fuit (anno 1560. & pòst) Professor Dialecticæ Phil. Melanchthonis, vir pius & prudens.

Quia VVandalini Halfingiorum vltimi, mentio incidit: addã & hoc: quod quidã ante 60 annos annotauit: intra 50. circiter annos, extinctas esse familias (circa Sueuiam sc.) sequentes.

Fürsten vnd Grauen.

Marggrauen von Rötel. Hertzogen von Teck. Hochberg. Hohenburg. Metsch. Kirchberg. Thierstein. Werdenberg. Sonnenberg. *Nobilium familiæ extinctæ.*

Freyherrn. Brandis. Stöffeln. Weinsperg. Greiffenstein.

Edelleut. Asch. Werenwag. Schwelcher. Die von Hofen. Truchsässen von Heimmertingẽ. Truchs. von Bichishausen. Truchs. von Waldeck. Böcklin. Heinried. Filhin. Mansperg. Sinchingen. Keyben. Liechtneck. Liechtnaw. Melchingen. Helstein. Neideck. Neideccium tamen genus, nuper in Sigismundo αὐτοκτόνῳ desijsse ait Gabelcouer⁹. Schechingen.

Maiser vom Berg. Kempen von Pfullingen. Hailfingen. Eisenburg. Wehingen. Jungingen. Stainheim. Palschwil. Waldkirch. Raimdeck. Ringingen. Harberg. Zimmer von Hammetweiler: *arce ad sinistram defluentis Neccari, inter Tybingam & Nyrtingam sitæ.* Haaken von Harthausen. Hoppingen. Pfauser. Harscher. Rosenfeld. Fürfeld. Meerstetten. Schertzingen. Bühel. Schmalstein. Ensingen. Herrlingen. Leinstettē. Magenheim. *Quæ tamen familia maioris fuit nobilitatis, Baronum sc. inquit Gabelc.* Eisingen. Vntertettingē. Thurn von Riedt. Eusenstein. Mollenkopff von Reiß. Webstett. Gireshein. Kiechlin. Offertingen. Felsenberg. Becklin von Eitingerthal. Kirneck. Blumberg. Randeck.

Postea etiam interijsse dicuntur, Sachsenheim/Lier/Harder/ꝛc.

Rudolphi Ehingeni filia Anna.

Eodem 1527. anno, die Martis post assumpt. Mariæ: nobilis & strenuus Rudolphus de Ehingen, Regiæ Maiestatis Bohemiæ & Vngar. Consiliarius in VVirtembergia: filiam suam Annam despondit nobili viro Iacobo de Stoffeln zu der Hohenstoffel/*virginem.*

Aderant hi nobiles. Nomine Rudolphi.

Frater eius Eberhardus de Ehingen Teutonici ordinis commendator Hailprunnæ. Sebast. de Nippenburg, eques. VVildhanso de Neuneck, præfectus Altenstaigæ. VVolfius de Ahelfingen zu Hohen Ahelfingen.

Nomine Iacobi Sponsi.

VVolfius von Hurnhaim/*eques.* Hans Georg von Bodma zu Bodma. *Heinricus de Stein* zu Hörwel. *Fridericus Sturmfeder.*

Visus est mense Augusto terribilis Cometa.

Tybingæ natum est ita acerbum vinum, vt nemo bibere posset: cùm botri 22. Septembr. in vitibus frigore enecti fuissent.

Constantia mense Decembr. fœdus cum Tigurinis & Bernatibus inijt.

Augustana quædam.

*Augustæ Februar. 11. murus & agger Klenckeræ portæ corruit: ac 13. homines oppressit, κατέχωσε. Perlachiæ turri, rursum extructæ, additum est horologium: & senatoria ibi campana, nec non classica (*Sturmglock*) suspensæ sunt.*

In eadem vrbe viuebant concionatores: Stephanus Agricola, Vrbanus Regius D. & Ioannes Froschius D. atq; M. Michaël Cellarius. Qui iussu Senatus disputarunt in Senaculo contra Anabaptistas: Prædicatorem habentes Iacobum Pellificem VValdshusanum: quorum vtriusque sexus circiter 104. captiui erant. Inter quos Ludouicus Hetzer, cum alijs (forte 40.) postea ciuitatem eiurantibus, est dimissus: cæteri verò, alij alijs acrius puniti sunt. Gassar. & Henning.

Faggeri.

Antonius Fuggerus, Georgij F. vxorem duxit 1527. Febr. 5. (aliquantò plus 3. annis, antequam cum fratre Raimundo inter generosos & illustreis adsciscerentur) Annam Rhelingerinam: Henrici, Augustani Duumuiri (mense Iulio 1572 pòst demortui) sororem: è qua, præter filias tulit filios, Marcum, Ioan. Iacobum, & Hieronymum. Christophorus etiam Turtzo, Iul. 24. nuptias, cum Magdalena Rechlingerina celebrauit.

Schvvenckfeld.

Caspar Schvvenckfeldius, è Silesia Argentinam se confert: vt plures sua hæresi inficeret. Docuit, pronomen Hoc, in verbis cœnæ Dominicæ, ostendere spiritualem & cœlestem cibum.

Regum natiuitas.

Nati sunt hoc anno: Maximilianus II. Imp. Cal. Aug. Viennæ, primogenitus Ferdinandi filius: & Philippus, Hispaniarum Rex, Dolett 21. Maij, ex Carolo V. Et vxore Isabella.

Natus est 15. Octob. mihi ex parentibus fraterculus Ioannes, mediâ 5. hora pomerid. & baptizatus ab Andrea Althamero Brentio viro doctissimo patris mei amico, tunc pagi Æltersdorffij, inter Bruccam & Noribergam concionatore. Obijt puerulus 8. Aprilis 1528.

Haak.

Esselingæ anno 1527. die S. Clementis, obijt nobilis Vitus Haak. Et vxor eius Apollonia, Langina die Sim. & Iudæ.

ANABAPTISMI GRASSATIO. VVELSERORVM INSVLA AD AMERICAM Venezuela. Cæsaris Caroli res in Italia gestæ. Negotium Landgrauij Philippi cum Episcopis. Gubernatio Scholæ Tybing. Aliquot ciuitates, papatui renunciantes. Episcopus Constantiensis Balt. Merckelius. Obitus Georgij Fronspergij. Latrocinium Augustæ vindicatum. Qualitas huius anni.

CAPVT III.

Berna disputatio.

ANno 1528 mense Ianu. Augustâ missus est Bernam Heluetiorū (vbi disputatio futura erat: quæ postea habita est contra essentialem corporis Christi in cœna præsentiam: & de tollendis è Templis, simulacris altaribusq;) Caspar Huberinus Theologus Augustanorum: qui postea 1548. recepit libellum INTerim: de quo, suo loco.

Trans-

Transactio quædã facta est, inter vrbem Vlmam, & Monasterium Kynigsbrunnense, tempore Regij in VVirtembergia dominatus, ad ius forestarium attinent. Datum Stutgardiæ 1. Februar. 1528.

Receperat superiore anno Anabaptistas Augustæ, primos inter patricios Eitelhansso Langemantelius de Cuneo: & ideo in villam suam Leutershofam à Senatu relegatus fuerat. Hinc medio Aprili 1528. anni, Dietboldus à Stain, vnus ex præfectis militum Sueuici fœderis, vnà cum seruo, eum primo Bohingam, deinde VVeissenhornam, deduxit. Ibi, cum podagricus esset, in sella sedens, vitam amisit. Eodem anno multi restabant Anabaptistæ in vrbe Augustana: quorum quidam in carcerem coniecti sunt: qui post diuturnam in eo detentionem, reuocarunt errorem, ac manserunt (cæteris expulsis) Sigismundus Salminger Monachus, qui docẽdo ipsi postea Musicam sesustentauit: & Iacobus Dachser, qui concionatorem ibidem vsque ad Interimica tempora egit: ambo, longæui. Gassar. *Anabaptistæ Augustæ, & alibi.*

Multis in locis, per ea tempora hæresis Anabaptistarum sparsa erat, etiam in ditione Noribergensium. Sensit pater meus admodum, in pago Bruccensi, duobus à Noriberga milliaribus. Huc enim Grebernâ translatus fuerat: eò quod octo ibi agricolæ, securi humi defixa, & manibus tacta, contra eum conspirarent, Euangelium purè contra huic aduersantes docentem. Qui ideò à senatu Noribergensi capti 1527. & grauiter mulctati fuerant. Sed Bruccæ multùm infestos sibi deinde Anabaptistas habuit.

Hoc anno Bartholomæus VVelser, & socij suis impensis naues aliquot in Hispania armarunt: & in nouas insulas occiduas emiserunt. Vbi in confinijs Peru, magnam ac diuitem regionem inuenerunt, VENEZVELAM (al. Venecuelam) nominatam aut Valentiolam. Quam consentiente Carolo Cæsare, occuparunt: & magnis laboribus ac sumptibus (initis non multò pòst cum eodem Cæsare pactis) ad 28. annos tenuerunt. Tum inter Reginæ Elisabethæ (vxoris Regis Philippi) publicanos, & VVelserorum illis in locis gubernatorem (cui nomen, Georgio de Spira) contentio exorta est: primò, de vectigalibus & decimis: postea, de limitibus & terminis. Postremò, totius ditionis ius in controuersiam vênit: & causâ diu apud Hispanienses aulam agitata: tandem totum illud per amplum regnum, anno 1555. VVelseris abiudicatum est. Primus eius inuentor & nomine VVelserorum gubernator, nominabatur Ambrosius Dalsinger, patriâ Vlmensis. Quem Hispani ibi interfecerunt: quam cædem sequenti tempore Cæsar seuere vindicauit. Gassar. & Henning. *VVelserorum negotiatio in America. Venezuela.* *Dalsinger.*

Maij 16. Sabbat. ante assumpt. Christi, inter 11. & 12. horam meridiei, Augustæ & alibi, tres mirabiles irides conspectæ sunt. Quarum vna circuibat solem: altera transibat eum: tertia planè varicolor dispandebatur. *Irides tres.*

Die 19. Iul. Augustæ ingens tempestas est orta: ex qua grandinis lapides inusitatæ magnitudinis, magnam cladem domi foriſque intulerunt. Lycosth. Alibi reperio, die Petri & Pauli, circa eam vrbem ita sæuam procellam fuisse: quæ fenestras excusserit, frugesq; straverit. *Grando.*

Miserat Franciscus R. Galliarum, nouum exercitum priore anno in Italiam, Duce Lautrecho: ob liberandum pontificem, & incrementa Cæsaris comprimenda in Italia. Ideò Cæsaris iussu, ne sui propter paucitatem ibi opprimerentur, Henricus Brunsuicensis iunior, cum millena ro florentissimo equitatu eò profectus est: sed vix cum sedecim hominibus in patriam rediit. Pax deinde inter Cæsarem & Gallum facta est: & 1530. Franciscus Sfortia, in Ducatum Mediolanensem à Cæsare restitutus. *Brunsuicensis Henrici profectio in Italiam.*

Additio ex lib. 8. Reisneri. A 15. die Iul. vsque ad 5. Aug. de LXXX. militibus Gallorum, qui Neapolim obsidebant, ex pestilentia remanserunt tantum M. D. CC. homines, aut etiam pauciores. Ortus erat morbus, diro veneno austro spirante. Nec solum Odetus Lautrechus, Imperator exercitus, extinctus est: verum Claudius etiam Vidomontius Guisius: quem pontifex in suadi Andegaui (von Angiers) cuius maiores deleuissent Duces Sueuiæ, Cunradino vltimo Neapoli oberuncato. Se daturum ei Regnum vtriusque Siciliæ, &c. Sic rursus, post aliquot secula, manibus Cunradini parentatum est. Sic & Pontifex, & Gallus perfidiæ Cæsari pœnas dederunt: Guelphica factione à Gibelinis superata. Las cosas malas desagradan mucho a la soberana bondad de Dios. Obijt tunc Lupferius quoq; Comes VVolfgangus. *Pestis ad Neapolin.*

Præerat per ea tempora administrationi Belgij, Cæsaris Caroli amita Margarita, Maximiliani Cæs. filia.

Vlrici VVirtemberg. exulis conata.

Saxo & Landgrauius, contra Episcopos.

Fuerat antehac Dux VVirtemb. Vlricus, ex spe melioris fortunæ laborans, ad Landgrauium Philippum profectus: postea ad sororis suæ virum, Henricum Ducem Brunsuicensem: vbi mansit vsq; ad eius ex Italia reditum. Sperabat aliquam ansam salutis ex bello: quod Saxo & Landgrauius contra Episcopos, Moguntinum & Herbipolensem, atq; Bamberg. hoc 1528. an. susceperant: putantes, contra se ab illis parari bellum, opprimendi Euangelij cautâ. At discessum fuit ab armis: cùm de bello nusquam cogitatum diceretur: sumptum tamen belli refundentibus Landgrauio Episcopis, persolutione centum millium aureorum. Vnde Sueuici confœderati, quæstionem Landgrauio mouerunt, tanquam socijs suis iniuriâ facta. Sed composita res fuit sub exitum Decembris, VVormaciæ, interuentu Palatini. Summopere etiam VVirtembergicus Vicarius Regis vigilabat, vt Sueuicum fœdus continuaretur: & inter principes concordia esset. Vicarium autem in ducatu agebat Georgius Truchsæssius, qui Moguntino, opem contra Landgrauium petenti, miserat sues-

VVirtembergiæ Rector, Georg. Truchsæssius.

set septem signa peditum: quòd etiam Vlrici Ducis restitutionem parare videretur Landgrauius. Duces iam parati contra eum erant: Com. Montefort. Hugo, Marpachi: Christoph. Reilingi, Stuttgardiæ: Iacobus Repplinus, Canstadij: Cornelius Spiesessenus, Gryningæ: Vrbanus Landeccius, Bietigkaimi: Ioan. Owensis, & Petermannus Eptingensis, Hailprunnæ. Sed transactum fuit belli (vt diximus) operâ Treuerici & Palatini. Duraverat res à Mense Martio, vsq; in Iunium.

Vicarius Imperij, Frid. Palat.

Paucis diebus post, mandatum venit Rudolfo Ebingeno à R. Ferdinando: vt Vmbergam ad Palat. Fridericum proficisceretur: ageretq;, vt is vicariam operam pro Cæsare, in negotijs Imperij diligenter poneret. Perfecit rem gnauiter Rudolphus.

Eodem 1528. A. Iul. transactio quædam (ein Schlaich) facta est inter R. Ferdinandum, & March. Badensem Philippum I. quid Rex percipere deberet zu Schwande/ Temnach/ Tobel/ Intmerspach/ ober vnd vnder Nibelspach/ Pfintz/ Langenalb/ Commiler. Quid deinde Marchio, im Schwanderampt/ Dietlingen/ Igelsloch/ Nettingen/ Schluttenbach/ Bretzingen/ &c.

Administratio Acad. Tybing.

Schola Tybing.

Maij 1. Rector 90. Doctor Petrus Brun.
Inscripti. D. Iohan. Herr de VVienstaig. Iacobus Sigvvart de Staineberg.
Die Lucæ, Rector 91. Iacobus Lemp.
Inscriptus. Rupertus Scmidlapp de Schorndorff.
Decanus artium. M. Iacobus Kalt Constantiensis.
Magistri facti. Bernhard. Vnger Tubing. Med. D. Rupertus Streiter ex Oilingē. Med. D.

Tybingæ vetabantur homines ostiatim mendicare: sed eleemosyna distribuebatur ante Solinarium hypocaustulum.

Iacobi Andreæ natiuitas.

Huius anni die Mart. 25. natus est VVaiblingæ Iacobus Andreæ, Theologus ille insignis: Præpositus Ecclesiæ Tybing. & Acad. Cancellarius.

Somius.

Conradus Somius Vlmensibus auctor fit Euangelicæ doctrinæ recipiendæ.

Constantiensium Ecclesiæ reformatio, Blaurerus.

Constantienses post Bernensem disputationem Missam abrogant: aras & imagines tollunt: docente apud eos Ambrosio Blaurero: qui fuerat antehac Monachus in cœnobio VVirtembergensi Alperspachio: sed lectione motus librorum Lutheri, inde excesserat. Sic & Argentorati, Missa Pontificia inhiberi & intermitti, de sententia Tribuum, hoc 1528. anno cœpta est: donec à pueritia, cultus à Deo institutus probari posset: frustrà hanc abrogationem Episcopo eorum impedire conante. Sleid. lib. 6.

Constantienses Episcopi.

Cum hoc anno, Hugo Constantiensem Episcopatum resignauisset: successit in eum Balthasar Merckelius ex VValdkircho, Hercyniæ oppido sub Friburgo Brisgoiæ sito, tenuis fortunæ parentibus natus. Sed cùm in studijs literarum assiduè versatus esset: Doctor legum, & postea Constantiensis Canonicus, est factus. Charus fuit Consiliarius Imp. Maximil. charus etiam Imp. Carolo: qui eum in Hispanias misit: suumq; Vicecancellarium designauit in negotijs Imperij: quæ & summo is studio expediuit. Ita ei Constantiensis Episcopatus contigit: ac postea Hildesheimensis quoq; in Saxonia. Ita vtroq; Episcopatu accepto: in comitijs postea Augustanis, anno 1530. ab Alberto Card. & Archiepisc. Moguntino, insigni pompa inter Imperij ordines consecratus est. Exstiterunt eum Yberlingæ Canonici summo honore. Ipse verò, in arduis Imperatoris negotijs detentus in Belgium: Treueri manè: cū equum ascensurus esset: subitanea morte in ipsa Pentecoste 1532. decessit: cum 52. A. vixisset. Humatus est ibi apud S. Symeonem. Reuocatus ergo prior Hugo, addeceßit: cum 52. A. vixisset. Humatus est ibi apud S. Symeonem. Reuocatus ergo prior Hugo, adhuc XI. M. præfuit: & 7. Ianuar. 1532. obijt, senex. Brusch.

EPITA-

EPITAPHIVM TRIDENTI.

Memoriæ defunctorum S.

Georgio à Fronſpergo, Impp. decretis Germanici exercitus Duci: qui per Tyrolim deſe- Fronſpergij Epi-
ctionem colonorum compreſſit: per Liguriam, & regionẽ tranſpadanam, Italiæ vrbes, populos re- taphium.
belles, perdomuit: ad paludes Venetas, & Turrim vſq; Mergoram victor acceſſit: ferro, igni, vr-
bem terruit: ſocias ciuitates oppugnatas, exercitumq; ad loca iniqua delapſum, ex hoſte confertiſi-
mo, obſidione, quartùm & quintùm liberauit: Vicies plus minus ſignis collatis pugnauit: fortitu-
dine, fœlicitate, animo, conſilioq;, rebus inclinatis præſentiſſimum & inuictum auxilium præſtitit:
poſtis ingentia facta vitâ perfuncto, patri optimo: Gaſperius filius pientiſs. gemens illachrymansq;,
monumentum more Maiorum religiosè poſuit. Anno Chriſti M. D. XXVIII. menſe Augu-
ſto, die XX. obijt diem. Vixit annos LIIII.

In extremo huius Epitaphij (cum D. Georgius Myndelhaimi obierit) apud Reiſsnerum
ſic legitur. ANIMO conſilioq; rebus inclinatis præſentiſſimo, ſe inuictum præſtitit: poſt ingentia
opera perfuncto vita, auo optimo GEORGIVS NEPOS monumentum more Maiorum
pie & religioſe poſuit. Vixit annos LIIII. Menſes X. Dies XXVII. Obijt diem anno Chri-
ſtiano M. D. XXVIII. Menſe Auguſto XX.

Nulla ei gratia à Cæſare relata eſt. Fecit poſt Pauienſem victoriam, cantilenam: Mein
fleiß vnd mühe ich nie hab geſpart. Quam ſibi ad menſam hoſpitum, ſolebat curare 4. vocibus,
aut inſtrumentis, concinendam. Dictitabat, bellis abſtinendum eſſe ob tres cauſas. Primùm, ne in- Bellis cur abſti-
nocentes & miſeri homines opprimantur: Deinde quia nimia ſit petulantia, nimia ſcelera, militum: nendum.
tum propter ingratitudinem principum erga benè meritos.

Stutgardiæ 24. Febr. 1528. obijt Ioannes Stuckel, Coſ. de ciuitate benè meritus.

In Thermarum ferinarum ſuburbano Templo (oblongo, luminoſo, pulchro) Anno 1528.
obijt die Martis poſt Pentecoſten Georgius de Sulmadingen, vltimus ſuæ ſtirpis: cuius vxor, fuit
Dorothea von Rodt.

Pforzæ, extra chorum templi. Mart. 5. obijt nobilis Erhardus Thorling, 1528. Et Domi-
nica poſt Philippi Iac. antehac 1479. Vrſula Thorlingia. Ambo, in Saxo erecto.

Eſslingæ, aut propè, natus eſt 1528. (1529.) monſtroſus infans: cum quatuor in vno capite,
auribus, 4. brachijs, & 4. cruribus. Stumpf. & Lycoſth.

Inquiſitum in eadem ciuitate, hoc anno, in Lutheranos & Anabaptiſtas.

Auguſtæ 1528. Nouemb. 12. (die Iouis ante Othmari) mulier quædam, Barbara Heckina
Dillishauſana: Miſnenſem quendam, Michaëlem Scharpffenſteinium, pecuniâ conduxit ad cæ- Homicidium Au-
dem cuiuſdam Sclopetarum fabri. Hunc itaque, & puerum eius, Michael multis verbis artificio- guſtæ, inſtinctu
ſis, noctu domo eius eduxit in ſacram aream (auff den Fronhoff) puerosq; blanditijs aliò aman- mulieris.
dato: Fabrum à tergo adortus, proſtrauit: & aliquot vulneribus affecit: ac pro mortuo reliquit.
Qua cæde facta, in aſylum confugit. Verùm Senatus vrbis, aliquantò poſt eum inde extraxit.
Tertio die poſt (Martis poſt Othmari) è vinculis ille productus eſt in Perlachianas Scalas ſenato-
rias: claſsicâ campana ſignum aduerſus eum datum: maleficium eius, proclamatum: caput, ei
præciſum: cadauer, quatuor in partes diſſectum: partes, ante quatuor portas ſuſpenſa: nempe pes
dexter, ante portam VVertembruccam: ſiniſter, ante Rubram: manus dextra, ante Iacobeam:
ſiniſtra, ante Geckingeram. Barbara quoq; eodem die ex carcere producta eſt, proclamata, in loco
capitali viua humo obruta.

Domeſticum vel priuatum præceptorem. Auguſtæ egit primum Ioannes Pinicianus, ciuis Pinicianus.
ibi, Poëta laureatus, de multis optimè meritus. Gaſſar.

In Italia Florentiam, quæ Mediceam familiam expulerat, in poteſtatem (Papa adiuuan- Florentia Italiæ.
te) redigit, eiúsque Alexandrum Mediceum imponit. Carolus V. quæ vrbs ridiculâ pictura in Caſ.
Maximilianum illuſerat: de qua verſus ſunt Michaelis Auguſti. Ad Cæſ. Carolum.

Tendere te Italicas Florentia ſenſit in oras:
Quæ confiſa ſuis opibus, deſpernere Regem
Auſa fuit proauum: quem tergo inſidere cancri
Pinxit retrogradi: titulumq; adſcripſit ibidem:
TENDIMVS IN LATIVM. Funccius ad 1530. ponit.

Fuit annus hic maximè pluuius. Vnde 1529. fames grauis extitit: & morbus nouus, ſudor Pluuiæ & fames.
Anglicus: qui perimebat hominem 24. horis. Sudor Anglicus.

ANNVS METEORIS ET PLVVIIS INAVSPICATVS. SVDOR ANglicus,& diu duratura fames. Origo nominis protestantium. Religionis mutatio, negotiosa. Gubernatio Academiæ Tybingensis. Oppidi Besigkaimi fortuna. Viennæ per Turcas obsidium. Educatio VVirtemb. Ducis Christophori. Malta Insul. Ioannitis concessa. Nicolai Federmanni Vlmensis Venezuelana nauigatio. M. Mart. Clæssius Vhinger.

CAPVT IIII.

Cometæ quatuor. ANNO 1529. quatuor Cometæ apparuerunt, inter se oppositi, caudis ad quatuor cardines Mundi conuersis. Aut fuit magnum chasma: lucente igne ab Oriente per Septentrionem ad Occidentem. G. Cæsius.

Pluuiæ. Æstas erat pluuiosa. Eßlingæ pridie S. Viti pluuia cæpta, durabat quatuor dies & noctes continenter. Vocabatur S. Veits Guß. Sensit eam pluuiam & Hala. Tunc Cochæ excrescente, plurimum damni accidit, præsertim elixatoribus Salis. Circa Nicrum (Eßlingæ, Canstadij, Lauffæ, &c.) multi pontes destructi, & ædificia: fœnum, aquis fœdatum & corruptum: homines, inundati & suffocati: vasa vini plena, Hailbrunnæ in Nicro excepta. Eodem anno, die Dominico post Nicolai. ex continuis pluuijs iterum inundatio, priore maior: aqua superius per Xenodochij Halensis hortum perrumpente.

Anglicus sudor. Tunc, Anglici sudoris ex Belgio ascensus, & famis septennis factum est initium. Per totam autem Germaniam sudabatur: hominibus aut intra vnum diem naturalem morientibus: aut, veneno exudato, paulatim valetudinem recuperantibus. Stutgardiæ amplius quater mille sudabant: è quibus mortui sunt tantùm sex.

Obijt ibi 26. Septemb. honesta mulier Elisabeta Stycklina, Cyriaci Hornij Pharmacopolæ vxor. Sepulta apud S. Leonhardum.

Comitia Spiræ. Spiræ cõuentus mense Martio celebrabatur de Religione, & bello Turcico. Ibi cum ex pauciorum sententia, quædam pro pontificia religione contra Euangelicam decreta essent: contrario scripto Aprilis 19. eis intercedunt Elect. Sax. Georg. Brandeburgicus, Ernestus & Franciscus Luneburgici. Landgr. Philippus, & Anhaltinus. Hinc, nomen PROTESTANTIVM exortum.

Protestantium nominis ortus. Cũ eis coniunxere se primi nominis ciuitates: Argentina, Noriberga, VVinsheimium, VVissemburgum, Vlma, Constantia, Reutlinga, Sangallum, Nærdlinga, Hailprunna, Isna, Lindauia, Campidunum, Memminga. Prouocarunt ab omni actione Spirensi ad Cæsarem, & ad futurum generale concilium legitimum, ac denique ad omnes non suspectos Iudices. Ea postulata postea 12. die Septemb. Cæsari per legatos suos Placentiæ tradunt. Eidem & summa capita Religionis ipsorum exhibentur. Cæsari bilem mouit discessio à Pontificia doctrina. Sleid. lib. 6.

Contra Cameræ Spir. iudicium, & ad concilium œcumenicum iustum, prouocatio.

Basileæ, Religio correcta. Reformatio Religionis fiebat Basileæ, simulacris exustis, die Mercurij cinerum. Sangallenses circiter XLVI. plaustra simulacrorum, è fanis euecta, ante oppidum suum combusserunt. Stumpf. 7. Sic & Constantiæ facta est, decreto senatus, εἰνοσιαχίας. Sic è Schafhusiano oppido, Missa expulsa.

Sueuicæ Halæ senatu moti sunt, Bæzvolcker de Roßdorff, Reinhardus Truchtelfinger, Michael Seubettus, Iodocus Sultzer: quòd vehementer se opponerent Euangelicæ doctrinæ.

Turbæ, propter Religionis dissensionem. Ex ciuitate Rotvvilensi ejecti sunt plus 400. homines, quòd à Papatu deficerent.

Beblingæ cremati sunt septem homines: quibus hæresis anabaptismi impacta fuit: scil. 3. viri, 1. puer, 1. mulier, 1. virgo, 1 parua puella.

Gamundiæ quoq; septem homines propter religionem interfecti sunt: præsidio ex VVirtembergia, dum id perageretur, præsente.

Mense Octobri Legati principum & ciuitatum Protestantium, Schvvabachij erant, ob ineundum Religionis causâ fœdus. Sed negabant Argentinenses & Vlmenses Legati, sibi aliquid à suis mandatum esse, de comprobanda per omnia Saxonum doctrina. At nec Smalcaldia postea ambæ ciuitates assentiebantur.

Marpurgense de cœna Domini colloquium. Colloquium Marpurgi, sub initium Octob. est actum (Landgrauij sollicitatione) de cœna Domini, inter Lutherum & Zuinglium: nec inde adoleuit consensio. Aderant, cũ Luthero Phil. Melanch. Iustus Ionas, Andreas Osiander, Ioan. Brentius: cum Zuinglio Oecolampadius & Bucerus.

Rectores Acad. Tybing.

Gymnas. Tybing. Maij 1. Rector 92. M. Martinus Kugelin.

Inscripti. Georg. Truchsæß à Baldersheim, nobilis. Paulus à Nydeck, nobilis de Rautenburg. Octob.

Octob. 18. Rector 93. Gallus Myller.

Inscripti.

VVilhelmus Vli, Canonicus Regularis Adelbergensis. Ioan. Iacobus à Gemmingen, Canonicus Spirensis. I. fl. Ioan. Krus ex VVeiblingen. Georgius Ehinger ex Vlma, Mart. 22.

Decanus Philosophicus.

M. Conradus Helmschrot Tubingensis.

Magistri promoti.

Michaël Helding Riedlingensis. Vixit in stipendio hîc Martiniano. Factus est postea suffraganeus Moguntinensis. Tandem etiam in Misnia, Episcopus Mœrsburgensis. Eximius Lutheranorum hostis. Ludouicus Schradin Schorndorffensis. Postea, Iurisc. Ioan. Gaudens Anhauser Reutling. Postea, Episcopus Viennensis. Ioan Karter Stutgard. Iurisc.

Turris Templi Tybingæ, lapide fissili tecta est.

Die Sabbati post natiuit. Martæ, D. Sebastianus de Nippenburg, eques, nomine Regiæ per VVirtembergiam administrationis, ciuitatem & præfecturam Besigkaimensem Marchionatui Badensi remisit. Pertinuerat ad hunc initiò. Postea Carolus Marchio, vt se ex captiuitate redimeret, tradiderat Friderico Palat. 1463. vsq; dum pecunijs redimeret. Bello deinde 1504. Bauarico, VVirtemb. Dux, Vlricus cum alijs locis ceperat. Besigkaim.

Huius anni die Mart. 24. R. Ferdinandus per literas petebat pecuniam ex hoc Ducatu contra Turcam. Negabat Rudolphus Ehingenus se nancisci posse: propter damna, & æs alienum, Ducatus. Sed frustrà. Nam etiam ab vniuersitate, nomine Regis, postea mille Florenos petere coactus est, propter periculum totius Germaniæ: Turcis etiam Lincio excursione sua appropinquantibus. Turcicus terror.

Turca namq; Solimannus, frequenter ab Ioan VVaiuoda sollicitatus, magnis cum copijs (ducentorum millium) per Vngariam profectus, Viennam Austriæ ad Idus sept. obsedit. Eam defenderunt sexdecim millibus militum, præter ciues, Philippus Comes Palatinus: Comes Nicolaus Salmensis, natu grandior: VVilhelmus à Rogendorff, Eckardus à Reischach, Abel ab Hôleneck. Leonhardus à Fels, Maximilianus Leiser, Ioan. à Greisueck, Ioan. Catzianer. Præterea Centuriones, Ioan. Dietrichus ab Hoheneck. Gregorius à Faulach, & Eckardus à Berlichingen signifer, &c. Soluit obsidionem Turca, post acerrimas oppugnationes irritas, & multorum millium amissionem, postridie idus Octobris: & VVaiuodam Ioannem, Budæ regem constituit. Vienna obsidio. Buda dominus Turca.

Hoc tempore, quo Vienna fuit à Turcis obsessa, VVirtembergensis Ducis Vlrici filius Christophorus, erat Neustadij, maximo cum periculo. Vnde vix etiam prædatores Turcas effugit, ipse, & quidem alij proceres. De quo adolescente, quomodo ad hunc vsq; annum adoleuerit, breuiter dicendum est. Fuerat Vraci natus 12. Maij, 1515. è baptismo leuatus à Denckendorffensi Præposito Petro. Anno 1519. Tybingensi arce fœderatis Sueuicis dedita: ipse puer quadriennis, Monacum Bauariæ ductus fuerat: & aliquot annis (in tenera ætate exul) apud auunculos educatus. Soror eius Anna, itidem in Bauariam ad matrem adducta. Anno 1522. Oenipontum est missus: & in conuictum datus Doctori cuidam Medico: cum cuius duobus filijs vixit, absq; Aulica sodalitate, tanquam vnus ex vulgo nobilium. Princeps autem Ferdinandus (qua mansuetudine erat) visa bonitate indolis Christophori: nobilem ei præfecit, bonumq; virum, VVilhelmum de Reichenbach: nec non doctum ac fidelem Pædagogum, M. MICHAELEM TIFERNVM Vngarum, Ex professorem Viennensem. Quem postea secum perpetuò Princeps Christophorus retinuit, atq; in honore habuit. Ambo hi ad optima quæq; ipsum fideliter informarunt. Poterat Christophorus memoriter recitare omnia Dominicalia Euangelia & Epistolas, Latinè: quæ & per omnem vitam in memoria habuit. Latinam linguam ita didicit: vt & loqueretur, & scriberet. Tunc ad historiarum lectionem se contulit: ex quibus exempla virtutum, principe dignarum, hausit. Robustior factus, in Aulam Cæs. Caroli missus est: & in Cameram eius receptus. Ita occasio contigit videndi omnis generis homines & mores, in varijs regionibus: quæ res et prudentiam attulit: intuitu præsertim tanti Imperatoris: cui fideliter, impigrè, fortiter inseruiendo, gratiosus apud eum factus est. De Christophoro VVirtemb. Duce. Tifernus, Pædagogus eius.

Natum est hoc millesimo, quingentesimo, vigesimo nono anno, austerissimum in Sueuia vinum: quoniam in autumno botri frigore perierant: & immaturi ac duri erant. Appellatum est Turcicum vinum, & Anabaptisticum, Widertäuffer. Sequenti tempore, effusum, aut calci subigenda infusum. Vinum austerissimum.

Wir Ferdinand/König zu Vngern/ꝛc. Geben in vnser Statt Stutgarten/ den 5. Decemb. anno Christi 1529. vnd vnsers Reichß im 4. Jar. De Ottenhausana Ecclesia collatura, sub Neopyrgo, ad VVirtembiam pertinente. Eôdem quoq; spectant, & circum illud oppidum sunt: Langenbrand/Engelsbrand/Reippfenhart/Grunbach/Greuenhausen/Rutmarspach/Nibelspach/Feld Rennach/Schwann/Dennach/Chonweiler/Dobel (antea Grauenhausæ adhærens, nunc separata per Ducem Ludouicum Parochia) Rotensohl & Neusatz (aliquando ad Herrenalbam, nunc Dobelum pertinentia) Birckenfeld/Wetterspach/& Mutschelpach.

Neopyrgum.

Melita, Ioannitarum insula.

Ioannitæ milites, vel Rhodij, eripuerunt Saracenis Melitam insulam, fauore Caroli V. quam adhuc fortiter tenent.

Dictum est superiore proximo capite, de Insula Venecuela, siue Venezuela: regione Americæ (quartæ partis orbis terrarum) è regione Hispaniolæ, meridiem versus sita. Quomodo eò nauigauerit, quid ibi fecerit, & passus sit, NICOLAVS FEDERMANNVS iunior, Vlmensis, VVelserorum minister: de ijs extat Germanica historia: à Die 2. Octob. 1529. vsq; ad 31. Aug. 1532. descripta: ab Ioanne Kisthabero Vlmensi, affine illius, post mortem eius edita: & nobili viro, Ioanni VVilhelmo von Loubenberg/vom Loubenbergstain zu Bogeckh/consiliario Imperatorio, 1555. dedicata. Inde quædam excerpam.

Federmanni Vlmensis, in Venezuelam nauigatio, & res gestæ.

Conscendit nauim, zu S. Lucar Barameda, portu maris Andolosiæ (Vandaliæ, vel Baticæ. vbi, columnæ Herculis) quæ nauis ei tradita fuerat ab Vlrico Ehingero, nomine Barthol. VVelseri, & societatis: vna cum 123. Hispanis militibus, ac 24. Germanicis Metallorum fossoribus: quorum ipse Dux erat, seu capitaneus. Venezuelam autem Cæsar VVelseris commendauerat: quam pro Vicario, vel prætore, Ambrosius Dalsinger regebat: cui adiumentum veniebat Federmannus allaturus. Erat illis in locis Sebastianus quoq; Rentzius Vlmensis, VVelserorum curator.

Peruênit autem ipse 8. Mart. 1530. cum altera VVelserorum naue (priore anno ab Cribibus vulneratus & captus. sed liberatus) ad Venezuelã, in portum C. Cori, atq; ad Dalsingerum.

Cursus eius, hic fuit.

Ab Hispania, Lancaerotam versus (vnam ex 7. Canarijs) milliar. 300.

Inde, Gomeram Canariam, mill. 12.

Hinc, Hispaniolam (in qua, vrbs S. Dominici) mill. 1300.

Venezuelam deniq; per ambages, mill. 200.

Hic iam non quieuit Federmannus: sed res gerere χρυσοχάρτως cœpit.

Anthropophagi.

Natio quædam, Xideharas dicta, est ἀνθρωποφάγος. Qui enim hostes in illis locis inter se sunt: se inuicem captos deuorant. Ea gens, venienti se Federmanno, nomine Cæsaris Romani dedidit. Quid mirum, istos vesci humana carne? Berchtoldus etiam, Zæringiæ Dux (vt ego in M. Scr. F. F. F. inueni) tantoperè appetiuit esum humanæ carnis: vt seruos suos iuberet occidi, & coqui. Est is, qui 1218. obijt, Friburgi conditor. Sed ad propositam Federmanni historiam.

Zæring. Dux Berchtoldus.

In quibusdam locis sunt homines Spithamarum tantùm 4. aut 5. aut 6. Eorum multos Federmannus in religionem Christianorum baptizauit, & muneravit. Tales abducti in alias terras, vbi si frigora sunt, non diu viuunt. Quædam huius generis pygmæa, satis pulchra, ei donata, vehementer dolebat & flebat. Putabant enim illi homines, Germanos & Hispanos esse Diabolos. Sed est clementer habita.

Inuulnerabiles, scilicet.

In pugna quadam cum Barbaris (Indios Hispani vocant) cum quidam Christianorum interfectus esset: clàm in loco occulto à cæteris sepultus est, ne hoc scirent hostes. Putabantur enim ab eis Christiani, ἀτρώτους καὶ ἀθανάτους, immortales.

Carebant Indi canibus & equis: ac ferè, gallis & gallinis.

Guaycaries, natio quædam atra est, superba, audax, fraudulenta. In pugna cum his, ipse quidem fugati sunt: sed Federmannus, & ipse vulneratus, & sui omnes, exceptis quatuor. Idem, alio in loco (cuiusdam gentis) rursus grauiter ictus, expensili quodam granario: quod à 12. Barbaris fortissimè defendebatur: donec, columnis eius succisis, corruit, ipsiq; cæsi sunt.

Ita varias regiones Federmannus, armata manu petijt, vt opes colligeret. Proinde multos populos, alios ad amicitiam adduxit, alios coëgit. In fidem autem Cæsaris adegit.

Posthac, ad C. Corum redijt. Deinde, cum Sebast. Rentzio (reuocatis VVelserorum) per magnam tempestatem maris, & graue frigus (sub gradu 43.) in ius. Terceram applicuit. Quã

Quæ vna est ex 7. insulis: quæ 350. milliar. à Sibilia distantes, Acores nuncupantur: ad Portugalliæ Regem pertinebant. Inde rursus Sibiliam 16. Iun. 1532. attigit. Vexerat autem amplius 70. millium Ducatorum aurum & vniones, ad Cæsarem pertinentia. Reliquum iter Federmanni cum Rantzio, hoc fuit.

Medinam del campo, ciuitatem Castiliæ, ad aulam imperatricis, 23. milliar. à Sibilia.
Lugdunum Galliæ, mill. 230.
Augustam Vindelic. mill. 90. ad vltimum mensis Aug. diem.
Milliare, 1. Leuca Gallica.

M. Martinus Claßius (cognomento Vhinger, qui 1491. natus fuerat) cùm Gœppingensibus Canonicis, collegis suis, odio esset propter Lutheranismum: discessit inde pedibus, cum matre sua, 1529. die Lunæ ante corporis Christi: omnibus bonis suis relictis: & ad nobilem virum Philippum de Rechberg profectus, aliquandiu in arce eius Ramsperg vixit: vbi Pontificio regno nuntium remisit: seq; totum Euangelio Christi addixit: ob quam confessionem multa passus est: sicut & pater meus piæ memoriæ. Anno autem 1530. ministerio Ecclesiæ in oppido imperiali Biberaco præfectus est. Inde 1533. anno, virginem in matrimonium duxit, Apolloniam Aulberinam Oberdorffensem, prope Mittelbiberacum. Inde altero anno & natus & mortuus filiolus est Nathanael. Sequenti autem 1535. anno, Martinus iunior est natus: qui postea M. Valentini Claßij pater fuit. Claßius Mart. Euangelicus.

Vlmæ 1529. (inquit Prior ibi ad Prædicatores) obijt vxor Magistri ciuium Beerbessereri Ianu. 21. sine confessione & sacramentis: nihil de Ecclesiastica sepultura sentiens. Sepulta tamen in Ecclesia omnium sanctorum. Besserer.

Additur ab eodem. Ianu. 30. celebrauit apostata sacerdos VVielendin nuptias cum filia cuiusdam sacerdotis. Vsus fuerat consilio Beerbessereri: qui suaserat, quod Papa & Imp. non essent timendi. Loquitur de Vlrico VVielando.

Obijt ibidem Lucas, Vlrici 3. Austrij F. (sup. 1445.) in balneis Cellensibus, die S. Francisci 1529. in oppido vicino cella sepultus. Quo anno etiam Vlricus 4. obijt Lisabonæ frater eius.

Lucæ filij:
- Ioan. VValther, Boltzhaimi 1515. humatus.
  - Georgius.
  - Lucas.
  - Ioan. VValther de Baltzhaim, obijt 1558. consul.
  - Fridericus.
- VVilhelmus.

CAROLI CÆSARIS DVPLEX BONONIÆ CORONATIO. REDITVS EIVS IN GERMANIAM. AVGVSTAM ADVENTVS. COMITIA AVGVSTÆ MEMORABILIA. AVGVSTANA PROTESTANTIVM CONFESSIO. IRRITVM VNIONIS IN RELIGIONE STVDIVM. DVCATVS VVIRTEMBERGENSIS, FEVDO DATVS REGI FERDINANDO. PELLIO ANABAPTISTA, REX PERSONATVS. PESTILENTIA PER VVIRTEMBERGIAM. ACADEMIÆ HVIVS EMIGRATIO. Γυνὴ παφοικιάκτιφος, ἰνδονδσα. RVRSVS DE ANNIVERSARIO VVVRMLINGENSI. DORNIJ CAMPIDONENSES. FŒDVS SMALCALDICVM.

CAPVT V.

ANNO 1530. mense Ianu. serpens monstrosus, qui habebat 7. capita coronata, & 2. pedes sub ventre, ac caudam reflexam, squamatus, erectus, ex Turcia Venetias, inde ad Francischum R. Galliarum, allatus est. Lycosth. Serpens monstrosus.

Cometa, à 6. Aug. vsq; ad 3. Sept. visus est.

Cæsar Carolus Bononiæ erat, Barchinone profectus eò. Inde 21. Ianu. literas ad Germanos principes mittit: quibus comitia Augustæ ad diem 8. Aprilis indicit. Sleid. lib. 7. Illius autem, Cæsaris iussu, qui coronari volebat, duxerant 10000. pedites, & 1000. equites, Caspar Fronspergius, & VVerdenbergius Felix.

Die Febru. 22. Cæsar Bononiæ coronam ferream, vel Chalibeam, accepit. Das war ein kleine Kron/ nit vber drey finger breit/ wie ein Harband. War von lauterm Gold: vnd hat inwendig ein eysen reiff eins fingers dick. Coronatio ea sic ferè peracta est. Portabat Caroli V. Coronatio Bononiæ.

Dux

Dux Ascaloniæ, Marchio Moiæ, ensem ante Cæsarem in vagina: Marchio Asturtiæ, sceptrum: Alexander Medices, Papæ nepos, Dux Pennæ, pomum: Imperij Rom. Vicarius, Marchio Montisferrati, Bonifacius Palæologus coronam. Fuit huic Bonifacio, & duabus sororibus, pater Guielmus, ex Græca Palæologorum gente. In sacello Palatij, ibi Cæsar erat, sedebat ante magnum altare Dertusensis Cardinalis: ante quem Cæsar in genua procubuit. Tunc iusiurandum datum est. Vnxit ei Cardinalis dexterum brachium, & tergi interscapilium. Tum Cæsar in sacrarium intrans, vestem mutauit & exijt. Papa (Clemens 7.) veniens, in throno sedit, duobus gradibus altiore, quàm Cæsaris erat. Fiebat, Papa exorso, res diuina. Tum Cæsar ante ipsum in genibus erat. Cui Papa gladium accinxit, coronam imposuit, sceptrum ac pomum dedit, multa cum benedictione. Gladium autem Cæsar (sibi à Papa, qui eduxerat & recondiderat, datum) prius distrinxerat: ter humi fixerat: ter in aëre vibrauerat: & in vagina reposuerat. Postea, pro priore aureum ei coronam Pontifex imposuit. Ita iam fuit Carolus, Rex Lombardiæ, tanquam Nouoëtia coronatus. Resedit ipse: ac res diuina fuit per illum Cardinalem peracta. Papæ mappillam Cæsar osculatus est: ad altare accessit: Ducatos 12. duplos obtulit: & communicatione Christi vsus est. Pontifex singulis in populo indulgentias 100. annorum dedit. Cæsar, coronatus exijt: cui sceptrum & gladius præferebantur. Erat ingens lætitia, & honorificentia, vrbis.

Coronationis cæremoniæ.

Altera Cæsaris coronatio, per Papam.

Die postea 24. Febru. itidem Bononiæ, Rex Carolus auream Imperatoriam coronam, in Templo S. Petronij à Papa accepit, hoc ferè modo. Apportatus fuit Pontifex, gestans pretiosissimam coronam trigeminam, magna cum pompa, & sono musico. Vènit deinde Cæsar, comitatus Hispanis & alijs. Vestitus ipsorum, χρυσοϋφὴς erat, auratus. Præcedebat Tubicinum sonitus. Portatum est sceptrum à March. Bonifacio Palæologo: gladius, à Duce Vrbinate: pomum à Philippo Palat. Bauaro: corona, χρύσεα τιμαλφέστερον, à Duce Sabaudo. Cæsar, inter duos Cardinales, τῶν χρυσοῦν ἐδῶν, aurea veste, in Sacelli altari hanc obtulit: & Christianissimi defensionem, S. Petro Pontificiq; iurauit. Debinc creatus est Presbyter, in veste alba. Postea, in alio sacello iterum iurauit, se Christianæ religionis propugnatorem fore. In alio sacello, rursus vestitu mutato, Euangelisarius factus est: Euangelijq; defensionem iurauit. Sed quomodo ego omnes cæremonias recensere possem? Inter eas, latinè & Græcè lectum cantatumq; est. Tandem γνῆσίως ἀσπασμὸν ἀλλήλοις ἐδίδοσαν: pedes & pectus pontificis osculatus est. Tum ambo communicarunt sacramento: & sanctissimus ei coronam imposuit, collocato ad dextram: Defensoremq; Christianitatis ac Pontificis fecit. Sacris religiosè opera data est: musica dulcissima sonuit: omnia, lætitia plena erant. Fere centum millia hominum vtriusq; sexus, in templo spectarunt. Egressi tandem sunt: per vrbem splendidissima pompa incesserunt: Pontifex, ad dextram: Imperator, ad sinistram: sub corona Imperatoria: in veste gemmata, ipsum ad sudorem vsq; grauante. Ideo leuior ei vestis inducta fuit. Sacramentum portabatur sub Vraniſco, vel Vmbella, ex auro. Aderant Pontifici & Cæsari duo candidi equi: de quibus ab Homero meo prædictum erat: λευκότεροι χιόνος, θοὰς ἐπὶ νῶτα φέροντε, Ambo summi orbis terrarum viri, sub vmbella ducti sunt: comitati cunctis Cardinalibus ac proceribus. Omnia spectantium Imperatorem ore humerisq; DEO similem, plena erant: plateæ, senestræ, tecta, anguli, muri, trabes. Quâ transiturus ille erat: iuncus & herba sparsa erat: parietes, peristromatibus preciosis ornati: fœminarum pulchritudo, auro & gemmis fulgens: aurea & argentea vasa, exposita. Sparsus est nummus aureus & argenteus in populum: cum inscriptione in vno latere, CAROLVS V. IMP. AVGVSTVS: in altero duæ erant columnæ: inter quas, numerus annorum Christi: & circumscriptum, PLVS VLTRA. Ante illos, vexilla gestata sunt. Tum Pontifex amanter ab Imperatore discessit. Hic autem equites auratos in S. Dominici Templo fecit: Germanos, Hispanos, Italos, Gallos, Burgundos. Cæsare in Palatium ingresso: horrenda omnium Bombardarum tonitrua aures perculêre. Subsiluit ipse animarum purgatorij custos, Pluto: expugnationem suo regno metuens: ὡς κεν τινι τῷ γε μάλ' ἐπὶ θυμὸν ἔδηλε. Secuti, ludi equestres. Iam etiam antea sub Palatio stabat aquila, & duo leones: quorum hi album vinum, illa vrubrum, euomebant. Taurus, auibus & quadrupedibus farctus (Troianus dici queat) auratis cum vngulis & cornibus, assatus est & à populo mirè direptus. De senestris quoq; Palatij, varia tragemata deiecta & dispersa sunt: placentulæ, artolagana, panes dulcearij. Etiam pomæ, pyra, castaneæ. Saccaro obductæ auellanæ, amygdala, coriandrum, & alia. Rursus in Palatio, eodem die multis equestres honores Imperator tribuit. Eademq; in domo cœnatum est (vt ne hoc quidem taceatur) Imperatoriè, id est, magnificentissimè. Posti singulas dapes appositas, leuatæ sunt mappæ ac mantilia: cum auratis argenteisq; patinis, ac cibis: & omnia simul, per senestras plebi deiecta.

Coronationis huius ritus.

Aureorum sparsio in populum.

Et tragematum.

Quanta

Quanta certamina ibi rapientium fuisse, cogitandum est? Quot colaphas infractos? Acœna, rursum equites ab Imperatoria maiestate creati. Erat & culina eo die libera quibusuis. Portæ interim vrbis, omnes clausæ Cæsarij equites ad 10 CCC. Burgundici, in aliquot plateis. Stabat & Antonius Lena in foro medio, cum signis μισθοφορικοῖς (Lanizknæchtorum) decem & quinq; Hispanorum. Verùm enimuerò, cùm in hoc coronationis die, pons hominum pondere fractus concidisset: dictum est à quibusdam, hunc vltimum esse Imperatorem qui in Italia coronaretur.

Marcus Guazzus, in suis Chronicis.

Si fece con gran solennità questa coronatione, l' anno mille cinquecento trenta, à gli vinti quatro Febraro, in di di Gioue in dì celebrato per Santto Mattia, giorno del nascimento de l' Imperatore: che hebbe in simil giorno la vittoria, & il Rè di Franza ne le mani presso Pauia. Et ciò fatto: questi dui Principi si partirono (διεχωρισθησαν ἀλλήλων) il Papa, per Roma: & l' Imperatore andossene à la città de Mantoua.

Huic omni celebritati interfuit etiam VVirtemberg. Dux Christophorus, vt Cæsarij Auctus. Imperator ex Mantuano Marchione Friderico Gonizaga, Ducem Mantuæ fecit. Bonifacius autem, Monferrat. Marchio, mense Iunio 1533. anni, iuuenis egregius, interijt: quando per locum incitato suo equo, contra obuiàm venientem, amicum quendam nobilem, frontibus equorum collisis, & humi prostratus, ipse ab equo oppressus fuit. Abstineant ergò Principes ab huiusmodi titulationibus. Recidit ditio eius, cum mares ex ea familia non supereſſent, ad virum sororis eius Frid. Gonizagam Mantuanum. *Mantuani Ducis tus principium.*

Reditus porrò Imper. ex Italia in Germaniam, & ad Comitia Augustana aduentus, hic est. Iun. 6. Oeniponto Suazam venit. Ibi à Metallicis operarijs, numero ad 6. millia in duas partes diuisis, & ludicrè inter se pugnantibus, exceptus fuit: atq; argenteo 1700. Florenorum honoratus nummo. *Caroli Cæs. reditus in Germaniã. Suaza. & eius Metallici.*

In hebdomade Pentecostes, Monachium tendens, semimilliario ante vrbem à nobilitate, ciuibus, Mercatorib. & populo regionis honorificè exceptus est: præsentibus etiam circiter 100. tormentis bellicis. Inter quæ, bombarda 18 pedum longitudine, ferreis annulis circumuincta, lignea: quæ Rusticis ad Rastadium iuxta Saltsburgum erepta fuerat. Consistebant ad tormenta 550. equites, & 1600. pedites. Prope Monachium, arx erat lignea (τερατουργικῶς) oppugnata per simulationem belli, magno clamore à militibus. Postea, volans in aëre draco. Ineunte Cæsare vrbem, artificiosæ picturæ historiarũ exhibebantur. In foro, arx lignea & pannea, incensa & combusta. Tum Cæsar, in arcem Ducis VVilhelmi ingressus. *Monachium C. Bombarda lignea. Ludicra, Cæsarij honorãdi causâ.*

Mittebant obuiàm Cæsari gratulatũ Vlmenses honoris causâ: sed vix admißis, ille postulat: vt à superioris anni protestatione discedant: seq; deinceps imperata facturos spondeant. Sleid. 7. *Vlmenses, Cæsari gratulantes.*

Cõscripserant Augustani vrbis tuendæ causâ ad 800. pedites. Quo audito: Imperator eos dimitti iubet. Alios ipse conscribit: in saam; fidem adigit; & portam vrbis tradi sibi postulat, antequam eò veniisset. *Augustani.*

Missus iam antea Petrus Paulus Vergerius à Pontifice ad R. Ferdinandum erat. Is, quacunq; ratione poterat, Lutheranis incommodabat. *Vergerius Episc. Lutheranis hostis.*

Iun. 13. (al 15.) Augustam appropinquãti Cæsari, Electores, Principes, Legati (iam enim eò peruenerant) obuiàm equitant, & reuerenter excipiũt. Idem, cùm propius ille accessisset, Consul & Senatus vrbis faciunt. Stabant paulò anterius 1500 equites benè instructi, Patriciorũ Ciuium, Mercatorum, & Ministrorum. Item 4. signa peditum ciuium, Incolarum, circiter bis mille, in Sanctt vnd Sciden. Imperator postea sub vranisco, à sex senatorib. portato, in vrbẽ equitauit. *Cæsarij aduentus Augustam, & exceptio.*

Iun. 20. Archiepisc. & Cardin. Mogunt. Missam celebrauit in D. virginis templo. Interfuit Saxo, Georgio Brandenburgico Comitatus: non gratiâ Missæ sed officij: quòd gladium Cæsari præferre, adipsum pertinet. Caterorum Euangelicorum procerum nemo intrauit. A prandio, Cæsare & Principibus in Curia conuenientibus, tractationis initium factum est. Deliberandũ autem fuit præcipuè de Turcico bello & de causa Religionis: Aderant quippe Legati ex Carniola, Carinthia, inferiore Austria: qui opem aduersus Turcam petebant. Et interdixerat Cæsar, ne conciones haberentur ab vtriusq; Religionis Doctoribus, donec de ea decideretur. Protestantes verò, id iniquum esse dicebant, ante causa cognitionem. *Euangelici Proceres. Augusta non interesse volentes. De Turcico bello deliberatio.*

Iun. 25 die sabbati, Protestantes exhibuere confessionem fidei suæ, à Phil. Melanch. cõpositum. Huic subscripserãt, Ioan. Elect. Sax. Georg. Marchio Brandenburg. Iohan. Frid. Dux Saxoniæ. Ernestus, Dux Brunsuicensis. Philippus, Landgrauius Hassiæ. Franciscus Dux Luneburgensis. VVolfgangus Princeps Anhalt. Ciuitates duæ, Noriberga & Reutlinga. *Confessionis Augustanæ exhibitio.*

Hæc

Hæc est illa celeberrima nostra CONFESSIO AVGVSTANA. Eam clarè & intelligenter recitauit D. Christophorus Bayer, Saxonicus Cancellar. ac 2. horis absoluit, 25. Iun. à prandio, In Palatio Cæsaris: sedente ipso ibi, & Electoribus, absentium Electorum legatis, alijs principibus, & ordinibus Imperij. Curauit Cæsar eam sibi Italicè & Gallicè conuertendam. Huic opposita à Catholicis Refutatio, recitata est 3. Aug. in consessu Imperij: Apologia Augusti. Confessionis, ab eodem Melanchr. conscripta, exhibita 22. Septembris, est (al. 27. Sept.) Cæsari Carolo: sed recipere noluit.

Confessio quatuor ciuitatum peculiaru.

Quatuor ciuitates, Argentina, Constantia, Memminga, Lindauium, propriam quandam exhibuere Confessionem, per D. Casparum Hedionem, Argentinæ concionatorem, quæ non est publicè lecta.

Cæsar, totus eò spectabat: quomodo Religionis dissidium, absq; Concilio, quod protestantes volebant, pacaretur. Papæ enim Clementis erat hic scopus; vt aut leniter sopiretur causa: aut, si non posset, opprimeretur armis. Sleid. 7.

Iun. 27. Infra Curiam in area, Consul, Senatus, & Ciues Augustani, Sacramentum Cæsari de more dixere: qui se eis libertatem & priuilegia sua tuiturum promisit.

Reginarum duarum aduentus.

Iun. 28. duæ Reginæ mane ingressæ sunt vrbem: Maria Vngarica vidua, & Ferdinandi Coniunx Anna.

Feudorum distributio ab Imp. Carolo.

Iul. 26. In foro Vinario, in contignatione, vel ponte alto (in quo, Cæsareum solium) feuda sunt à Cæsare concessa Ducibus Pomeraniæ, Georgio & Bernimo. Post quam Cæsaris sellam, tot cum sanguineo vexillo, de more circumequitassent. Postea, decem vexilla populo delecta sunt. Eodem die, Administrator quoque Magisterij Prussiæ, beneficia sua accepit.

Idib. Aug. delecti fuere septeni vtrinq;: qui concordiæ rationes in Religione inirent. Ex pontificijs: Episcopus Augustanus Christophorus. Henricus Brunsuicensis. Iureconsulti duo, Colonienses & Badenses. Theologi tres: VVimpinus, Eccius, & Cochæus.

Irritus consensionis in Religione faciendæ conatus.

Ex Protestantibus. Georgius Brandenburgicus. Iohan. Fridericus Saxo. Iureconsulti duo. Theolog. tres: Philip. Melanchthon. Iohan. Brentius. Erhard. Snepffius.

Sed conuenire non potuit: præsertim de Missa, & votis Monasticis. Vide Sleid. 7.

Septemb. 5. in Campum apud arcem VVellenburgum (cùm ibi antè præparata esset contignatio) exiuerunt Reginæ, cum vxoribus VVilhelmi Bauari, & Ottohenrici Palatini, ac cum Gynecæo. Secuti sunt post duas horas, Cæsar & Rex Ferdinandus, principesq; Germanici circiter 50. Hispanici verò circiter 10. Tum Cæsaris solium curans Rex ter circumequitandum: suorum dominiorum (inter quæ & VVirttenberg. ac Teecij Ducatus) beneficia accepit. Inde octo nobiles, ante Gynecæum equestri ludo certarunt, ad vnam horam. Deinde, ad duas horas commissa est ludicra pugna duorum agminum (in quibus, Cæsar, Rex, & principes) 72. personis constantium: tormentis interea bis displosis. Interierunt, quamuis ludus esset, quatuor homines. Reditum est in vrbem. Ibi in horto, epulum & chorea.

VVirtembergia, Ferdinando R. in feudum data à Cæsare.

Herrenalba.

Octob. 3. Carolus Cæsar Herrenalbensi Abbati (quem Lucam vocat: etsi Marcus erat) & conuentui priuilegium rubra cera signandi literas dat.

Iudæi.

Octob. 15. Interdictum à Cæsare publicatur: ne Iudæi locum habeant in Ducatu VVirtenbergensi, nec fœnerentur. Item, ne, qui proscripti essent, aliter tecto recipi possent, quàm ad dictandam in Iudicio causam. Sic etiam antehac vtrumq; in hoc Ducatu vsurpatum fuerat.

Cæsari contradictum de Religione.

Nouemb. 13. Vrbis Syndicus Ioan. Rechlingerus, coram Cæsare & Rege, in Comitijs nomine senatus verba fecit (quando tredecim primarij senatores, in Palatium citati aderant) longâ & arguta oratione protestans: cur Decretum Cæsaris de Religione Papistica, quam is imponebat, recipere non possent.

Exitus tandem Comitiorum is fuit: quòd Cæsar protestantes, & principes & ciuitates frustrà hortatus ad reuertendum in Pontificiam Religionem, hanc confirmat, ipsos autem obiurgat, eisq; minatur. Hi ergo causam suam Deo commendarunt, atq; discesserunt.

Cæsaris & Regis fratrum, ex vrbe Augusta discessus.

Imperator & Ferdinandus, cæteriq;, mense Nouemb. die Mercurij ante S. Catharinæ diem, Augustâ discesserunt, in Belgium versus.

Dixerat Marchio Brandeburg. modestè: potius, quàm mihi verbum Dei eripi patiar, Deumq; meum negem: nunc statim procumbens, ceruices gladio præbebo. Elector: potius se regionem & homines, corpus & vitam amissurum.

Fertur, quendam principem Pontificium, in his actionib. dixisse: Lutheranos scripsisse confessionem

fessionem atramento: Cæsaris esse scribere confessionem rubrica. Respondisse alium principem: sed videndum et erit, ne ruber ille color in oculos ipsi saliat. Augustanum Episcopum dixisse: videndum, ad vtras partes se Rustici essent aggregaturi. Dicta quadam de Protestantibus.

Interfuit his Comitijs, VVirtemberg. quoque Dux Christoph. Ibi enixè apud principes, de dilecto suo patre restituendo egit. Intercesserunt hi (præsertim Landgrauius) pro eo: qui nullam iam salutis spem habebant, nisi preces. Sed confirmatione feudali Cæsarea, Ducatus Regi Ferdinando manfit. Et vox audita erat: Ferro amisit ditionem Vlricus, recuperet ferro. Inuiderunt et. iam Christophoro gratiam apud Cæsarem Hispani: & rumor vagabatur, eum in Hispaniam missum irri: vt ibi in clericum, aut Monachum tonderetur. VVirtembergiæ recipiendæ spes, Duci Christophoro amissa.

Interfuerat Comitijs Chilianus, Abbas Sangallensis: an posset recuperare quæ amiserat: cùm propter mutationem Religionis secessisset in oppidum VVilam, deinde Yberlingam. Sed à Comitijs rediens, periit 30. Aug. in Bregantio fluuio. Sepultus in Augia Brigantina. Sangall. Abbas.

Mense Nouemb. Cæsar & Rex, VVirtenbergiam transeuntes, Beblingæ pernoctarunt. Quorũ ille, in Germaniã inferiorẽ descendit: hic verò, postea in Austriã & Vngariã iter cõuertit.

Rudolpho Ebingeno R. Ferdinandus 1530. scripserat, vt ad bellum Turcicum paratus esset. Ideo hic cum 6. instructis equis Viennam tendebat. Sed Turcæ, qui se ostentauerant, iam recesserant. Cumq; Ferdinandus, faciendus esset hortatu Cæs. Caroli Rex Rom. ibi rursus pro internuncio ad Colonensem Archymystam adhibitus Rudolphus est. Eidem Rudolfo cùm Neuneccum emisser, controuersia sequenti anno erat cum Neuneccijs, Georgio & Iohanne Georgio: ac VVildhansij filijs, Henrico & Georgio. Sed, vt vir pacificus, eam amicè transigi passus est per Iacobum Kaltenthalium, Aulicum Iudicem: & per Iacobum Bernhausenum, atq; Henricum Treischium à Buttler, Rectores VVirtenbergicos: & per Iohannẽ Lundenberg. in Schramberg, Volmarumq; Brandeccium. Erat ipse tam 63. annorum. Ebingenus Rudolphus.

Eodem 1530. anno, Pellio quidam Augustæ erat Anabaptista nomine Augustinus Bader: qui se, Regẽ per hibuit: parato sibi sceptro, corona, gladio, pugione, & alijs regijs ornamentis. Idem ex illa vrbe profugus, captus est Lauteræ, prope oppidum Blaubeuram, in molẽdino: & inde Stutgardiam ductus. Ibi candentib. forcipib. laceratus, in foro capite priuatus est: Factũ aliquantum ante Pascha. Sunt & alij ibi capitali pœna affecti, alij elapsi. Putãtur ex incendiarijs fuisse. Multi enim tales hoc tempore insidiabantur. Esslingæ decollati sunt Anabaptistæ sex. Multi, virgis cæsi. multi, exilio mulctati: alij aliter puniti. Tybingæ, propter Anabaptismum èxusta sunt 5. (al. 7.) mulieres. Modò ne fuerit multis hoc nomen, odio Euangelicæ confessionis impositum. Ac saluator & Apostoli nusquam iubent, hominem propter errorem religionis cremari. μετανοιαν δουναι αὐτοις, ἐὰν ποτε θεος δωῃ αὐτοις, ἐπιγνωσιν ἀληθειας. Aduersarios mansuetè docendum est, si fortè (etiamsi non statim) Deus eis aliam mentem det, vt agnoscant veritatem. 2. Tim. 2. Aliud est, si contra Magistratum arma capiant. Rom. 13. Pellio Anabaptista, miser Rex. Anabaptistæ vtriusq; sexus, supplicio affecti.

Rectores Tybingensis Scholæ.

Phil. & Iac. Rector 94. Doctor Balthasar Keuselin. Inscripti. Christoph. à Friberg de Eisenpurg. Philippus Schenck à VVinterstetten, Canonicus Augustinus. Dedit 6. ß. Item 1. fl. pro locatione. S. Lucæ, Rector 95. Johannes Künigsattler / dictus Künig / Sueuus Ottingensis: artium liberalium, & V. I. Doctor, Sexti & Clementinarum ordinarius. Acad. Tybingæ.

Incidit hoc tempore morbus Pestilentiæ grauis, Stutgardiæ, Tybingæ, Herrenbergæ, Calwæ, Esslingæ, VVilæ, & alibi. Ideo Academia dissipata est. Bursa Antiquorum, siue Realium, Blaubeuram in cœnobium cõcessit: Bursa Modernorũ, seu Nominalium, in opp. Nouum castrum. Rector verò, Offterdingam. Bursarum istarum, altera Aquilæ, altera Pauonis, sub Regio dominatu dicta fuit. Homines mortui sunt Stutgardiæ 1500. VVilæ verò, 450. post Bartholomæi. Magnus etiam numerus, Nyrtingæ. Pestilentia, in VVirtembergia. Bursalium duo genera.

Obijt Blaubeuræ (al. Tybingæ) peste, 1531. Ioan. Stæfflerus, Mathemat. Tybing. anno ætatis suæ, 79. & Tybingæ sepultus est in Parochiali fano. Stæfflerimors.

Obijt Vracti eodem morbo, 1530. Iun. 29. Illustriß. virgo Anna, Ducis VVirtemberg. Vlrici F. anno ætatis. 17. quæ Gutersteini humata, longè post Tybingam translata est.

Gessit supradictus Kunig Rectoratum vniuersitatis, annum integrum.

Decanus artium. M. Martinus Kigelin ex Birckenfeld.

Promoti Magistri, die S. Polycarpi 1530. Iacobus Schegk Schorndorffensis, ἀκαμπὴς φιλοσοφος. Iosephus Hemminger Tybingensis. Conradus Schutt Tagershaim. Iurisc.

Edita est, 1530. anno, Iohannis Veldcurionis, in Sueuia nati, Physica Pantal. pars tegerm. 3. Velcurio.

Plures, mortui. Nyrtinga in fatis. Anno Domini M. D. XXX. am Sontag nach S. Gylgen tag / starb der Edel Herr Caspar Spät Ritter / von Tonno.

Anno domini 1530. auff den grünen Donnerstag / starb der Edel vnnd Vest Juncker Wolff von Tachenhusen / dem Gott g. V. B. S.

Schorndorffij, lambi confusè ibi scripti, ceu prosa.

Silte pedem, viator, huc qui iter facis:
Pauciſq; quid velim, iubens, rogo, accipe.
Leonhardus hoc Churrerus tumulo cubo.
Pietate colui numen: & pastor mihi
Gregem refeci creditum verbo Dei.
Opibus caducis subleuaui pauperum
Pecuniam. Benignus hæc mecum bona
Tuli fidemque, spemque. Sopitus grauis
Moror futuri Iudicis sententiam.
Abi, & bona interim precare manibus.

Fames. Anno Domini 1530. die 27. mensis Septembris. Erat hoc anno fames quoque, quæ tunc magna videbatur. Vt quòd Tubingæ valebat medimnus (der Scheffel) quatuor & dimidiato florenis. Vini contra mensura, 3. obolis: quæ & ad 9. nummos ascendebat.

Mulieris grauidæ lesio a tauro. Circa hoc tempus, in oppido Owa / subarce Teccensi sito, bubulcus quidam degebat: cui nomen erat, Vlricus Jäger / dictus Schlafflang. Hic vxorem habebat, nomine Catharinam: quæ modo maretur vitam habere: à quodam tauro, gregis marito, ira percito, ita alcero cornuum in latere arietata fuit: vt eo perrupto, interanea, & inclusus chorio vel secundus fœtus, vnà in lutum plateæ prolapsa sint. Accersitus est Balneator oppidi, Iohannes Hummelius: qui hæc cuncta in peluim posuit, lacte abluit, & mundauit. Etsi autem nulla spes cuiq; erat, nec de fœtus, nec de matris vitæ salute: men ipse cùm mater sic peteret fœtum cum adiuncto pondere cuncto paulatim corpori eius (pedib. mulieris sursum, capite deorsum conuersis) rursus indidit ventrem deorsum & 9. futuris consuet. Interea fuit mulier eâ patientia, ea magnitudine animi: vt chirurgum circumstantesq; homines, & calamitate eius trepidantes ac dolentes, consolata sit: iusseritq; bono animo esse. Se omnia hæc, quamuis dura & acerba, toleraturam æquo animo. Non tantùm hæc ita dextrè sunt peracta: sed ipsa etiam per Dei gratiam conualuit: infantemq; iusto tempore in lucem edidit puellam: quæ sacro lauacro tincta, Annæ nomen accepit: & amplius 8. annos vixit. Ex relatu hæc habeo Reuerendi Laurentij Schæntzij, Ecclesiastæ Owensis (ex fide digni, qui rei interfuerunt, cognitum habentis) & filij eius M. Leuij, 28. Octob. 1588. quando eiusdem mulieris filius, Gallus venator vel

Onschmettinga. Jäger / in pago Præfecturæ Balingensis Onschmettinga pastorem Ecclesiæ agebat.

Hoc etiam tempore, aut aliquanto post, cessauit illius anniuersarij dies & epuli, in monte VVermlingensi celebrari ab antiquo solliti ritus: quem suprà lib. 2. cap. 17. ad annum Christi 1267. diligenter descripsimus. De quo Anniuersario, testimonium, & eius ritus descriptionem (breuiorem quidem, sed superiori respondentem) accepi 21. Nouemb. proximi anni ab humanissimo viro antiquario docto, Gottfrido de Ramningen. Incipit scriptum illud.

VVurmlingensis Anniuersary descriptio, repetita. Vniuersis ac singulis præsentes inspecturis, Berchtoldus Decanus capituli in Boltringen: ac Gebhardus Camerarius, totaque vniuersitas confratrum eiusdem capituli: reuerentiam omnibus, cum orationibus suis in Christo deuotis. Nouerint omnes & singuli, quos nosse fuerit opportunum: quòd nos omnes, die ac loco subnotatis, causâ communis necessitatis nostræ conuenientes: "requisiti ab honorando in Christo Hermanno, Abbate Monasterij in Creutzlingen, nomine suo, "ac conuentus sui de forma seu tenore Refectionis remedialis præfati nostri capituli singulis anno, "de quibusdam in monte dicto VVurmlingen sitis, & præfato Monasterio, olim à quodam Comite "à Kalb in remedium animæ legatis nobis, ac nostris successoribus, &c. respondemus, &c. quòd "quidam spectabilis Dominus Comes de Caluo præfata bona montis prædicti, in animæ suæ remedium, præfato Monasterio in Creutzlingen / Abbati & conuentui tali conditione legauerit, &c. "vt singulis annis feriâ proxima post diem commemorationis omnium animarum talis, vt subnotatur, Refectio daretur: videlicet, quòd feria secunda proxima ante feriam tertiam proximam, "post diem commemorationem animarum, in monte VVurmlingen præfato, deberet ascendere vnum plaustrum fœni, vna aucubruni coloris, &c. Hæc hactenus simili modo facta sunt, &c. Incuius rei testimonium sigilla nostra sunt appensa.

Decani scil. & Camerarij.

C. Rectoris Ecclesiæ in Hurningen. VValtheri, Rectoris Ecclesiæ in Husen. C. Incurati Ecclesiæ in Rotenburg. B. Incurati in Tubingen. B. Rectoris Ecclesiæ in Ebingen. Stehelini, Incurati in Chileberg. VValtheri, Incurati Ecclesiæ in Remmingsheim: ac Incurati Ecclesiæ in Lustnow. Datum in Hirschaw, A. Domini Millesimo, trecentesimo, quadragesimo octauo: in crastino S. Mauricij, & sociorum eius.

Festum

Festum omnium animarum, ab Iohan. 19. Papa, circ. 1004. institutum. Comes de Caluo, scil. Leone.

Vixit circa hæc tempora N. Dornius, Carniolanus: qui in oppidum Fiessam se contulit: ibiq; muneri publico præfuit. Vir prudens & disertus. Ex quo natus est VVolfgangus Dornius, ciuis Campidonensis: vir pietate, opibus, & decem liberis fœlix: quos omnes ex Maierina quadam Augustana, laudatæ & antiquæ familiæ prole, suscepit: mares 4. fœminas 6. quibus singulis honesta & opulenta coniugia contigerunt. Ex his, mihi præcipuè honorandus fautor est Raimundus Dornius, Crafftonib. Vlmensib. affinitate iunctus: pari cum parentibus suis fœlicis memoriæ pietate præditus: ac Senator Campidoni, prudentiâ valens: & propter antiquarum rerum, (vt monetarum & picturarum) studium, magnis etiam procerib. charus. Auunculum habuit Iacobum Maierum, Fuggericorum Antuerpiæ negotiorum egregium curatorem, qui 1572. mortuus, ibi in S. Michaëlis æde, honorifico monumento humatus est. Vide suprà part. 1. lib. 12. cap. 3. Dornia familia, hodie Campidoni.

Mense Nouemb. Philippus Landtgrauius fœdus sex annorum inijt cum Argentinensib. Basiliensib. & Tigurinis, de mutuo auxilio præstando: si cui bellum Religionis causâ inferretur. Landgrauij Philippi fœdus.

Initum est à Protestantibus, qui 22. Decemb. Smalcaldiæ conuenerant, fœdus: neminis offendendi sed tantùm sui defendendi, causâ (Thucyd. lib. 1. ἐπιμαχία, non συμμαχία) quod, SMALCALDICVM appellatum est. Sleid. 7. Smalcaldici fœderis pactio.

Obijt Belgij gubernatrix mense Decembri Margarita, Cæsaris amita: cui ipse altero anno sororem suam Mariam, Vngaricam viduam, substituit. Margareta & Maria, Belgij gubernatrices.

Eßlingæ 2. Iul. obijt Georgius Bæchtus, senior prætor, Stättamman. *Deinde, 1551. Decemb. 22. vxor eius Petronella.*

Tybingæ, hospitale incendio perditum fuit, igne subito per meridiem exorto, 6. Feria ante Palmarum.

FEVDORVM PER CÆS. CAROLVM QVIBVSDAM PRINcipibus, Augustæ, collatio. Eiusdem Cæsaris, & Regiarum personarum, comitatus aulicus.

CAPVT VI.

DICTVM est præcedente cap. quomodo Imperator beneficia quibusdam principibus tribuerit. Eius actionis modum, & quæ adiuncta fuêre, prolixius hîc seorsim exponam: quòd rem gratam fore sperem illis, qui talia non nouêre.

Die igitur 26. Iul. (qui Martis erat) à meridie, tabulatum stabat erectum altum in foro Augustæ Vinario: vbi contiguè ad ædificium chorearum, solium Cæsari paratum erat, aureo peripetasmate circumornatum. Tertiâ dein hora Cæsar, & R. Ferdinandus, Electoresq;, & principes aliquot, eô equitarunt, & ascenderunt. Tum in Aula quadam prædicti ædificij, à tergo solij sita, se precioso amictu ornarunt: & ad solium prodierunt. Feudorum collationis, ab Imp. Carolo quibusdam Principibus factæ (in Comitijs Augustanis) descriptio.

Indutus erat Cæsar pallio chorali aurato: in parte anteriore, à summo deorsum gemmato, plus spithama in vtroq; latere. A tergo, magna ROM. Imperij Aquila, expaßis alis, acupicta erat. Hoc pallium alleuantes portabant, in lateribus & tergo, quatuor principes: Marchio Georg. Brandeburgicus: Ioan. Fridericus, Electoris Saxoniæ F. Landtgrauius Haßiæ Philippus: & Ducis Saxoniæ Georgij filius. Sub eo pallio, Cæsar tunicã (& ipsam gemmis intextam) habebat: qualem gestant Episcopi & Cardinales, in celebratione Missæ. Cororam in capite nobilißimam & incomparabilem gestabat, διαλιθομαὶ διαμάργαρον. Summa, totus Cæsaris vestitus, pluris ter centum millibus Aureorum æstimatus fuit. Præcesserunt ipsum Electorali habitu Electores: Saxo gladium Cæsareum nudum ferens: Brandeburgicus verò sceptrum. Quidam Seldeneccius (vt hæreditarius Archimagegus Imperij) loco Electoris Palat. Ludouici, aureum pomum portauit. Secuti sunt Cæsarem, Card. & Arch. Episcopus Moguntinus, habitu Electorali: Ferdinandus frater, vestitu Regio, coronatus. Reliquorum item Electorum, qui ob causas ipsi adesse non potuerant (Coloniensis & Treuirensis) consiliarij præcipui. Tunc Imperator γενναίως in solio consedit. Ad dextram eius sedit Moguntinus, & Rex Bohemiæ, ac Seldenneccius, cum pomo in manu. Ad sinistram, Manderscheidius Comes Theodoricus, loco Coloniẽsis: & Theodoricus à Stein, loco Treuirensis: & Elector Saxoniæ cum gladio Cæsareo: Brandeburgicusq; cum sceptro. Deinceps, ad vtrumq; latus paratæ fuere sedes cæteris principib. verum propter multitudinem ingentem circumstantium sedere noluerunt; sed ante Cæsaream M. steterunt. Aquila. Corona Cæsaris. Regalia Imperij. Aureum pomũ.

Tum Saxo tradidit gladium manu sua hæreditario Marescalco Imperij, Georgio Marescalco Bappenheimio: Brandeburgicus Elector, sceptrum hæreditario Camerario Imperij. Comiti Gladius. Sceptrum.

Ioachimo Zollerensi. Mox idem de sua sede surgens, & accedens ad Imperatoriam Maiestatem: ipsemet verbis suis ornatè proposuit protestationem quandam, quoad Pomerania Duces, de feudorum concessione: & vt seruarentur transacta cum ipsis, &c. Ideo etiam postea se vexilla tulerum. Quæ locutus, resedit. Marchio quoq; Brandeburg surgens per Doctorem quendam ore, descripto protestationem attulit. Respondit Elector, se eam admittere certâ conditione: vt suo scil. iuri nihil decederet.

Tunc per quosdam, quib. à duob. Pomeranis Ducib. fratrib. negotium datum fuerat, solium Cæsareum obequitatum est primo. Tum nomine illorum Ducum ascenderunt 4. principes: Dux Brunsuuicensis & Luneburg. Henricus Iunior, Dux Megalopolit. Henricus, Dux Brunsuuic. & Luneburg. Ernestus, Dux Megalopolit. Albertus. Ascenderunt nouilissimè ornati, ocreati & calcariati, in illam contignationem, ad solium Cæsaru. Accederunt ad genua eius, vt moris: orandi Cæsaream Maiest. causâ, de attributione feuderum. Post quos procumbebant etiam aliquot Pomerani Consiliarij.

Ibi Dux Brunsuuic. Henricus, ad Imperatorem verba fecit pro Ducib. Pomeraniæ: eos petere suppliciter ab eius Maiestate beneficia & Regalia. Surgens Moguntinus, cum Cæsare colloquitur: huius sententiâ illu suis propinquis Pomeranis indicat clementissimam. Brunsuuicensis, & suo & cæterorum procumbentium procerum nomine, gratias agit: se ambos Pomeranos mox ad Maiestatem eius adducturum promittit. Cùm ergo iterum obequitatum esset Cæsaris solium: venerũt tertia obequitatione ambo Pomerani, cum honesto Comitatu, honorib. eorum inseruiente: vexillo in vtriusq; capite equorum ipsorum defixo, de more prisco. Portabantur ante ipsos principes, decem magna vexilla: quorum primum, erat rubrũ Imperij (der Blutfahn) reliqua nouem erãt totidem regionũ, quot regionum beneficium acceptari erant. Quib. vexillis ferendis, singuli proceres aut nobiles singulis attributi erant. Sequebantur ambo Duces fratres, Ducali habitu, pileis & tunicis rubris albo alicubi subductis. Perlati ad pontem ex equis descenderunt: ac pedites ad Cæsarem ascenderunt: debitaq; Reuer. exhibitâ, ad genua illius acciderunt. Sic & quatuor ab ipsorum tergo principes. Ibi rursum Hericus Brunsuuic. subiectissimè Cæsarem orauit: vt duob. hisce ducib. fratrib. illos principatus ac ditiones, quæ ipsorum Maiores à S. Imperio, accepissent beneficio: eius ipsius Maiestas eis clementissimè concederet. Duces hos, vt obedientes Imperij principes, inseruiendo Maiestati ipsius gratos se præstituros esse. Tum denuò Moguntinus de loco suo surgere, cum Cæsarea Maiestat conferre sermones. Inde respondit: Maiestatem eius audiuisse preces ipsorum, hos clementissimè assentiri.

Vexillum Imperij rubrum.

Liber Euangeliorum.

Tunc Episcopus Constantiensis & Hildeshaim. vt Vice Cancellarius, librum Euangeliorum in gremium Cæsaris posuit: quem librum Maiestas eius, parte suprema tenuit: procumbente Moguntino, vt Archi Cancellario, ad dextram Cæsaris: Constantiensi verò, vt Vice Cancellario, ad sinistram. Ibi ambob. Pomeranis, manus supra Euangelij verba ponentib. recitatum est iuramentum à Moguntino Electore: cuius verba ipsi voce sequentes, iurauerunt.

Vexilla.

Postea vexilla (primo vexillum Imperij, deinde aliud post aliud) inter Cæsarem & procumbentes principes statuta sunt. Trahendit Cæsar vna manu, & vterq; Pomeranus sua manu, perticas vexilli de more. Brandeburg. quoq; surgens, iuxta Pomeranos & ipse vna manu perticas tetigit: sicut antea in protestatione dixerat: sibi hoc fore ex more transactionum. Deinde ea vexilla, vt mos est, de tabulato in populum deiecta sunt. Tenuit deinde Cæsar

Gladius.

ensem nudum ea parte, vbi crux est: vterq; verò Pomeranus, eiusdem ensis pomum tenuit: in testimonium Cæsarei feudi concessionis: vt veteri more receptum est.

Tandem præfati principes, conuenientes cũ reliquis surgẽtes: manebãt cũ cæteris principib. in cõtignatione superiori. Secutus est secundus, superiori similis, actus: in quo iura Administrationu cõcessa sunt Magisterij in Prussia, Vualthero à Cronberg: petente et concedi, Vlrico Comite Helffensteinio: quod Albertus Brandenburg. eo ordine relicto, ordinem secularem transisset. Pomum ensis VValtherus tetigit, & osculatus est. Tetigit & sceptrum, sibi à Cæsare (monitu Moguntini) porrectum: quod & Mundanus & Ecclesiasticus princeps esset.

Equitum creatio.

Augustus posthac (proclamato per præconem, si qui nobiles digni, fieri equites aurati cuperent, adessent) creauit 5. aut 6. equites. Tandem egressi in conclaue prius, quod post solium Augustale erat, Cæsar, Rex, Electores: posita veste, Cæsarea, Regia, Electorali, descenderunt: equos suos conscenderunt: Cæsarem Rex, Electores, principes, diuersa Reuerentia in suum hospitium reduxerunt: quibus ipse manum singulis hilarè dedit.

Tunc Augustæ fuêre. I. Cæsareæ Maiestatis summi Consiliarij.

Imperatoris Caroli Consiliarij.

Dominus Eberhardus, Card. & Episcopus Leodinensis. Dux Palat. Rheni Fridericus. D. Balthasar, Episcopus Constant. & Hildeshaim. Vice Cancellarius. Henricus, Marchio Senetanus, Comes Nassouiæ. Hoiger, D. & Comes Mansfeldius. D. Iohan. Renner. Alexander Schuuais, supremus Secretarius. Aulici Consiliarij. VVolfgangus, Comes Montefortius. Vlricus, Comes Helffensteinius. Vlricus Schellenbergius, eques. Christoph. Plarer, eques, Camera Magister. &c. VVolfg. Prantner, eques, coadiutor, &c. Caspar Kunglin, Erenburgius, eques, Aulici Marescalci administrator. Doctor Matthias Held. Doctor Hartmannus Harmanni. Deinde, alij multi Aulici: plerij, Hispani, & aliarum nationum.

II. Regis

II. Regis Ferdinandi.

Et R. Ferdinandi.

Consiliarij permulti: inter quos, Oberster Hoffmeister / Oberster Marschalck / deß Römisch. Reichß Hoff Richter zu Rotweil / Statthalter / der obersten Osterreichischen Landt. Oberster Rathsprecher in der Cron Böhem. Cämmerer / Böhemischer Cantzler. Görg / deß H. Röm. Reichß Erbtruchseß / Freyherr zu Waldpurg / ꝛc. Statthalter im Fürstenthumb Wirtenberg. Erbschenck in Kernten / Oberster Cämmerer / Oberster Stallmeister / Oberster Fürschneider / Oberster Stäbelmeister. Erbtruchseß in Osterreich vnter der Ens. Erbkämmerer in Kernten. Oberster Kuchenmeister / Oberster Zeugmeister / Oberster Secretarius / Oberster Cammer Secretari. Oberster Pfenningmeister / *Secretari, vice* Cantzler. *Doctores Iuris, Medici & Physici, Historiographus.*

Darnach Mundschencken / Truchsässen / Fürschneider / Vnderstäbelmeister / Obersten Silberkämmerer / Cammerdiener / Oberster Falckenmeister / Cammerthürhüter / Hoffzalschreiber / Hoffs Rath Secretari / Cammer Secretari / Ober Hoffpostmeister / Erbjägermeister in Osterreich. Hauptmann / Burguogt / Edelknaben. Hauptmann vber Harschier / Hauptmann vber Trabanten / etlicher Rhäte Edle Diener.

III. Reginæ Mariæ, Vng. & Bohemiæ, viduæ, officiales.

Mariæ Reginæ ministri.

Rath / vnd Hoffmeister. Rath / Cammergraff / vnd Hauptmann. Rath vnd Obersten Stallmeister. Rath / vnd Secretari. Rath / vnd Prediger. Erbtruchses in Osterreich / Mundschenck. Erbcämmerer / Mundschenck / Fürschneider / Stäbelmeister / Truchseß / Silbercämmerer / Jägermeister / vnd Hauptmann. Teutscher Secretari / vnd Pfenningmeister. Cammerthürhüter / Futermeister / Küchenmeister.

Et Reginæ Annæ.

IIII. Der Durchleuchtigsten / Großmechtigen Fürstin / Frawen / Frawen Anna: geborne Königin zu Vngern vnnd Böhem / ꝛc. Hochgedachter Königlicher Maiestat Gemahl / Hoffgesindt.

Oberster Hoffmeister. Vnter Hoff vnnd Stäbelmeister. Stallmeister / Fürschneider / Truchseß / Secretari vnd Kämmerer / Pfenningmeister / Kuchenmeister / Cammerthürhüter.

Noribergæ galt das Korn / vnd die Gerst (*sicut à patre meo annotatum est*) 50. ß. oder 6. fl. auch 7. fl. der Hirß / acht halb fl.

FERDINANDVS, REX ROM. FIT. SMALCALDICVS CONVENTVS. VVirtembergiæ gubernator, post G. Dapiferum, Philippus Palatinus. Iohannes Fabri Episcopus VViennensis. Interitus Vlrici Zuinglij. Concionatores Angustani. Scholæ Annææ origo. Administratio Scholæ Tybingensis. Secunda Turcæ Solimanni contra Viennam commotio. Sueuorum contra eum exercitus. Augustana & Halensia subsidia. Christophori D. VVirtenberg. ex Aula Imperatoria abitus.

CAPVT VII.

Lutheri scriptũ.

ANNO 1531. *Lutherus scripto dehortatur omnes: ne ijs, qui religionem verã opprimere velint, militent.*

Ferdinand. Rex Rom. renuntiatus, Saxone contradicente.

Ianuar. 5. Coloniæ renunciatus est Rex, Rom. Ferdinandus (Saxone id contra auream bullam, Caroli Cæs. esse dicente) & 11. Ian. Aquis Regno inauguratur. Volebat Imperator, cùm non posset continenter in Germania, propter tot regna sua externa, esse: habere prudentem & fidum Vicarium in Germania.

Smalcaldia conuentus Protestantium. Nolebant auxilia conferre contra Turcam.

Smalcaldiæ conuentus erat 29. Mart. Principum & ciuitatum: deliberandi causâ de suscipienda defensione contra vim hostilem, si qua inferretur. Actum etiam de recipiendis pluribus in societatem fœderis, Aduocatis, si qui ipsorum in Iudicium Cameræ vocarentur. Fœdus recusabant, sed Camerali cautioni se adiungebant, Georg. Brandeburgicus, Noriberga, Campidonum. Hailprunna. Allatis Smalcaldiam literis Cæsaris, Turcam esse in armis, vt aduersus eum conferrent auxilia: respondebant Protestantes se nihil facturos: nisi pax sibi daretur, & Camera contra se actio inhiberetur. Periculo namq; in hac erant expositi.

Esselinga & Vlma, Euangelica.

Sicut Esslinga, sic & Vlma, Euangelij doctrinam receperant: Missam & Idola remouerant. Ideo Vlmenses vocarunt ad se Martinum Bucerum, Ioannem Oecolampadium, & Ambrosium Blaurerum: qui constituerunt ipsorum ditionis Ecclesias: & Religionis formulam conscripserunt.

Quo anno Templum quoq; omnium sanctorum, quod ante ipsorum vrbem erat, destructum est: in quo Bessererorum icones pictæ ante multa tempora fuerant, per Itelium Ioan. Bessererum tunc renouatæ.

Georgius Truchsaßius, Baro VValdpurgensis, Sueuiæ præfectus, Vicarius Regis Ferdinandi in VVirtembergia, diem suum obijt 29. Maij, 1531. ætatis 43.

Cometa. *Mense Augusto, stella crinita in occidente apparuit, currens à signo cancri in libram. Halæ Sueuicæ, ex frequentibus tonitruis & imbribus, sæpe inundabant aquæ.*

Ioannes Fabri, Episcopus Viennensis. *Ioannes Fabri Sueuus, ex oppido Algoiæ Leukirch, Ferd. Regi à confeßione, Theol. D. factus est Viennæ Episcopus 1531. & 1541. obijt. Cui succeßit Fridericus Nausea Francus, Theolog. & legum D. Scripserat hic Faber, & vnâ Eccius, Refutationē Augustanæ confeßionis. Ideo, eis honos habitus: Et Fabro Episcopatus ille datus est. Hinc Erasmi locus: Pauperem ac tenuem Lutherum locupletare multos. De là vient le brocard de Erasme: que Luther poure petit Compagnon, enrichissoit plusieurs. Sleid. 7. in Lat. Gallico.*

Erasmi Roterod. Dictum.

Zuinglij in pugna interitus. *Octob. 11. in prælio, quo quinq; pagici Papistæ (Lucernates, Vranij, Suitenses, Vnderuualdij, Tugiani) Tigurinos vicerunt, occisus est Vlricus Zuinglius. Mos enim Heluetijs est: Primarium Ecclesiæ Ministrum, vnâ cum ciuibus in aciem exire. Sleid. 8. Miserant quidem Augustani antè Legatos, qui dißidium partium transigerent. Barthol. VVelserum, & Hieronymum im Hoff (sicut 84. annis antè, Petrum de Argavv) sed non peruenerant ad illos.*

Pirckaimeri mors. *Decemb. 1. Oecolampadius obijt Basileæ, anno suæ ætatis. 49.*

Obijt etiam hoc anno Bilibaldus Pirckhaimer, patricius Noribergensis, vir doctißimus.

Ostermaieriq;. *Monachij apud Augustinianos. Anno D. 1531. 28. Ianu. D. Reuer. ac eximius pater VVolfgangus Ostermayer (vulgò dictus, Cappelmayer) sacræ scientiæ summus interpres, Prior ac concionator huius loci: cuius anima Deo viuat. Fuit D. Theol. & Præceptor D. Martini Lutheri. Obijt anno ætatis 51. Canente eo, mouebantur aures eius, miraculo quodam. Brusch. M. Scr.*

Concionatores Augustani. *Augustæ, Ioan. Froschius, & Stephanus Agricola. Concionatores, dimißi & ob dißidium rei sacramentariæ: vocatiq; in locum eorum, VVolfgangus Musculus Dusanus (αὐτοκλιδιάκτος) & M. Bonifacius VVolfhardus Francus. Concionabatur ille in Ecclesia Crucis: hic, apud S. Mauricium. Vocati etiam, Doctor Sebastianus Mayer, docens in Sangeorgiano: & Theobaldus Nigri, in Vlriciano Templo. Hi non Hebdomadatim cœnam Domini celebrabant, sicut antehac vsitatum fuerat: sed vix in Mense semel. Nec in aris, neq; ex calicibus: sed in ligneis mensis, & ex vulgaribus poculis. Non etiam quotidiè baptizabant: sed tantùm die Dominico: & infantibus ter aliquot guttas aquæ aspergebant, omisso exorcismo. Gassar. & Henning.*

Vlricus Langemantelius August. Patricius, Canonicus Mauricianus, legauerat stipendium quoddam 5. pauperibus studiosis ciuium legitimis filijs, factis iam artium Baccalaureis, ad scholasticæ Theologiæ doctrinam adipiscendam: Sed cùm id studium refrixisset: Senatus amplißimus fundationem in melius mutans, scholam ex illo legato apud D. Annam aperuit: Cuius primus Rector fuit Gerhardus Geldenhaurius Nouiomagus: qui multa scripsit, quæ Gesnerus in Biblioth. recenset.

Annæ Scholæ apud Augustanos origo.

Bernhardus Rechlinger I. V. D. Septemb. 3. nuptias celebrauit cum Barbara Gassnerina, Augustæ.

Tybing. Schola. *Tybing. Academ. 96. Rector factus est, (Die S. Lucæ) Theol. D. & Professor Iacobus Lemp: qui vitâ perfunctus est 2. April. 1532.*

Inscripti. Christoph. à VVesterstetten, studens Ingolstad. Canonicus Elvvang. Ioan. Georgius à VVesternach, eiusdem cum præcedente conditionis. Hainricus Plucklin, filius Doctoris Conradi Ebingeri Ordinarij. Decanus Philosophiæ. M. Christophorus Cirus. Magister creatus cum alijs, Ioan. Mercklinus Peiershusensis.

Imsser. *Regi Ferdinando, 8. Kal. Iul. 1531. Ephemerides Ioannis Stæfleri Iustingensis, Philippus Imsser Argentinensis dedicauit. Tunc etiam adhuc vixit Georgius Simler.*

Defuncti plures. *Stutgardiæ in Leonh. Fano. A. D. 1531. am 20. tag April. starb die Ehrentreich Fraw Barbara Megesherin: Jacob Schreibers/ vnd Hainrici Lorchers Landtschreibers/ ehliche Haußfraw gewesen: der G. G. S.*

Anno 1531. 18. Cal. Septemb. obijt honorabilis Dominus Michaël Chalt de Boll, huius Ecclesiæ Sacellanus: cuius A. R. I. P.

Hirsaugiæ. Die S. Gertrudis, deceßit laudata mulier Margareta Schulthaißin de Græningen.

Pforca,

Pforcæ in Dominicano Monast. Anno 1531. die omnium Sanctorum, starb der Edel vnnd Ehrnvest Georg Lutrum von Erdringen. Et 1545. Die Veneris post Reminisc. nobilis Ludouicus von Lytrum von Erdringen.

Hoc 1531. Anno, natus est in pago Roppenvveiler præfecturæ Martpachensis, Conradus VVolfgangus. Placius: qui Tybingæ & Magisterij, & Doctoratus honores, accepit. Ibi minister Ecclesiæ fuit. Deinde 1560. Biberacum vocatus, ibidem adhuc summa cum laude, Dei Verbo populum pascit. Mira humanitate præditus: omnes suas oues spirituales nominatim etiam notas habens, seniores, & iuniores. Quod anno 1565. mirabamur, quando cum ipso ibi eramus. Placij Theologi natiuitas.

Francofurti 19. Decembr. 1531. Protestantes, defendendæ suæ rationem concludunt. Goßlariensis, Embeccenses, & Eßlingenses, in fœdus recipiunt. Sleid. 8. Protestantium incrementum.

Anno 1532. Magna comitia, Ratisbonæ acta sunt à Cæsare & Principibus, Religionis & Turcici belli causâ. Solimannus enim in armis erat. Hic à Belgrado ad lævam deflectens, Giunum vel Guns, oppidum in finibus Vngariæ, tredecies oppugnauit: nec, nisi deditione accepit: fortiter propugnante Nicolao Iurixio, equite. Postea Hipparchus quidam eius, Casonus cum 15. millibus ad Lincium vsq; prædandi causâ excurrens: à Germanica manu, pluribus in locis conciſus, ipse etiam perijt. Pax, vsq; ad generale concilium, à Cæsare Religioni data est: & Cameræ interdictum est omni aduersus Protestantes actione. Licet principes de Rom. Rege. Ferdinando non assentirentur. Decretum hoc 23. Iul. factum, à Cæs. 2. Aug. contractum est. Faciendum sc. aliquid erat propter bellum Turcicum. Decreta sunt etiam contra Turcam, qui iam præmebat Austriam. Auxilia: ita, vt non pecunia sed miles, ab ordinibus imperij suministraretur. Solutus est conuentus 26. Iulij. Comitia Ratisbonæ. Turcæ Solimanni motus. Guns op. Turcicus Lincij vsq; excursus. Pax, aliquousq; Religioni data.

Sueuicus Circulus & inde contra Turcas auxilia tunc suppeditata.

Imperio Romano, in 10. prouincias diuiso. Franciscam, Bauaricam, Austriacam, Sueuicam, Rhenensem, Rhingrauiorum, quatuor Electorum Rheni, Belgicam & VVestphalicam superiorem Saxonicam & Burgundicam: missa sunt Imperatori 1532. hæc auxilia, ex Circulo Sueuico, aduersus Barbaros. Sueuorum auxilia contra Turcas.

	equit.	pedit.
Augustanus Episc. misit, Equ.	42.	Ped. 200.
Constant. Episcopus,	28.	120.
Curiensis Episcopus,	10.	36.
Abbas Campidon.	10.	36.
Abbas Augiæ diuit.	2.	8.
Abbas S. Galli,	12.	60.
Præpositus Elvvang.	10.	36.
Salmansvveyler,	8.	134.
VVeingartten,	8.	36.
Scbotten,	6.	26.
VVeissenavv,	4.	40.
S. Blasij in Hercynia,	8.	26.
S. Petri, ibidem,	2.	20.
Maulbrunn,	10.	44.
Schafhusa,	8.	36.
Stein ad Rhenum,	0.	20.
Petershusen,	0.	12.
Creutzlingen,	2.	8.
Einsidel,	6.	44.
Pfæffers,	2.	8.
Disitis,	2.	20.
S. Johans im Thortal/	2.	8.
Schussenried,	4.	39.
Rockenburg,	2.	16.
Offenhausen,	6.	26.
Kænigsbrunn,	2.	20.
Margthal,	2.	8.
Elchingen,	6.	26.
Ishi,	2.	12.
Munchsroot,	2.	20.
Aursperg,	0.	20.
Hirsau,	0.	28.
Giengenbach,	2.	8.
Abbatissa Lindauiens.	2.	20.
Abbatissa zu Rotenmünster/	0.	18.
Abbatissa Buochhorn/	4.	20.
Abbatissa Hegkpach/	0.	10.
Abbatissa Gutenzell/	0.	10.
Abbatissa Bundens.	0.	10.
Balai in Alsatia & Burgund.	6.	62.
Dux VVirtenberg.	120.	554.
Marchio Philip. Badensis.	38.	96.
Vlricus, Comes Helffenstein,	4.	0.
Christoph. C. VVerdenberg.	16.	90.
Comes Oeting.	16.	90.
Comes Lupfensis,	0.	36.
Manfort. VVolfg. & Iohan.	8.	44.
Fridericus Furstenberg.	16.	90.
Comes Eberstein,	0.	8.
Zollerens. Ioach. & Comitis Franc. relicti liberi,	12.	60.
Comes Rudolf. Sultz.	4.	16.
Losenstainij Lud. & Frider.	4.	18.
Tubing.	2.	2.

	equit.	pedit.		equit.	pedit.
Possessor Comit. Kirchbergensis,	10.	20.	*VVanga,*	4.	46.
Brandiß Graff Rudolff zu Sultz/	2.	12.	*Lindavv,*	12.	144.
Zimmern/	4.	18.	*Rauenspurg,*	8.	134.
Poßidens ditionem Iustingensem,	2.	8.	*Buchhorn,*	0.	20.
Comes Christoff zu Thengen/	2.	0.	*Yberlingen,*	20.	156.
Gundelfingen Herr Schweighart/	4.	8.	*Constantia,*	12.	144.
Tenens dominium Dissen,	6.	12.	*Pfullendorff,*	6.	80.
Truchsæßij de VValdpurg, & Sunnenbergensium bonorum Domini,	24.	134.	*S. Galli opp.*	0.	114.
Domini Leonis de Stauffs, hæredes,	2.	18.	*Schafhusa,*	14.	90.
Dom. Sigism. de Falckenstein,	2.	6.	*Reutlinga,*	12.	110.
Dom. Ioannes de Kœnigseck,	4.	20.	*Eßlinga,*	20.	134.
D. Ioa. Dionys. in Kœnigseckerberg,	0.	10.	*Gamundia,*	10.	70.
Dom. Gangolffus, & Dom. VValtherus, in Geroltseck.	2.	6.	*VVeila,*	4.	36.
Domini de Hohen Zollern,	2.	8.	*Heilprunna,*	12.	120.
Augusta,	50.	300.	*VVimpina,*	6.	26.
Kauffbeura,	8.	136.	*Hala,*	2.	160.
Vlma,	58.	300.	*Dinckelspuhela,*	10.	116.
Memminga,	20.	134.	*Bopfinga,*	2.	18.
Campidonum,	6.	72.	*Gienga,*	4.	26.
Biberacum,	12.	110.	*Aula,*	4.	36.
Leutkirch.	4.	36.	*Nærdlinga,*	20.	160.
Isna,	8.	44.	*VVerda,*	8.	72.
			Buchavv,	0.	12.
			Offenburg,	0.	90.
			Giengenbach,	0.	72.
			Zell im Hammerspach/	0.	44.
			Rottvvila,	6.	244.
			Summa,	890.	6338.

Dux eorum omnium erat Comes VVolfgangus de Montfort. Chart. excusâ.

Augustana subsidia aduersus Turcam.

Vrbs Augustana (quæ ad Ratisbonensia Comitia Syndicum miserat VVolfium Vogtum) mense Augusto, ad magnam illam imperij, contra Turcas expeditionem, miserat vltrò subitarium auxilium Viennam versus, trium signorum pedites: Ductoribus, Iohanne Bleigio, & Hieremia Oehemio Patricio, ac Bernhardo Schludio Lindauiensi. Postea demum eum etiam numerum misit: qui ei ab imperio imperatus erat: nempe 50. equites, Egenolpho de Knæringen Hipparcho: & 300 pedites, Duce Sebastiano Schertlino Schorndorffensi. Hic, cum legatus esset, (τοποτηρητὴς) Palatini Friderici: ac strenuum se præberet: equestris tituli honorem retulit: magnamq; auctoritatem & gratiam apud Augustanos adeptus est. Gassar. & Henning.

Schertlinus.

Halensium, & aliorum ciuitatũ, auxilia.

In eodem bello, expeditum agmen militum, seu Rorarij (inter quos, & Sueuij Halenses) velitati cum Turcis, crescente numero & impetu pugnantium amplius XI. millia Barbarorum interfecerunt, paucis amißis. Præfectus equitum Halensium, Ludouicus Morstenius erat: peditum Dux, VVilhelmus Stutzius: Signifer, VVilhelmus Senfftius. Ad quam expeditionem, Hailprunna, Nærdlinga, Ola, vnum signum peditum præbuerant.

Caroli Imp. expeditio in Turcas.

Cessio Solimanni.

Baumgartnerus Ioannes.

Fuit hæc, tanquam secunda obsidio Viennæ Turcica. Sed cùm Imp. Carolus ipse cum Imperij Copijs (forte 100. aut amplius millium) descendisset: Solimannus, multis suorum amißis, retrocessit; qui non minus CC. millia in exercitu habuerat. Ita bellum hoc nunc cessauit. Laudatur parte 3. Pantal. viuorum Illustr. German. Ioannes Baumgartnerus Augustanus (quæ familia nobilis, ex orientali Francia Augustana concesserat) quod Cæsari Carolo 32. Cataphractos instructissimos, suis expensis ad bellum Turcicum miserit.

Corone Peloponnesi.

Andreas autem Doria (de Auria) Genuensis, classe rem gerens nomine Cæsaris, in Peloponneso vrbem Messenij agri Coronen cepit. Eam tamen, cùm maioris sumptus in retinendo esset, quàm vtilitatis, Turcis Cæsar vacuam post biennium rursus dimisit: Græcis inde in Siciliam translatis. P. Iouius lib. 32.

Cometa.

Mense Septembri, iterum Cometa apparuit, in signo Virginis, ac domo Mercurij: durans 3. menses,

mensem, flamma terribili. Eum descripsit, & interpretatus est Achilles Gassarus Lycosth.

In Christlanzhofen pago, non procul ab oppido Algoiæ Isna, puer septem annorum, sæpe in ecstasin labens, ad pœnitentiam homines hortabatur, & in vitia inuehebatur. Apud eundem, prolixè. Puer in ecstasi.

Apud Lindauium vitulus natus est biceps, octipes, vno cum ventre & pectore.

Constantiæ Episcopatui præfectus est Ioannes 5. Comes in Hegouia Lupfensis, innitus. Sciebat enim, Episcopatum mirè exhaustum esse. Attamen 6 A. præfuit: & 1537. resignauit: & in arcem suam Engeniam rediit: Canonicatu suo contentus laborum & curarum fugiens. Brusch. Constantiæ, Episcopus, Ioan. C. Lupfensis.

Erat illic lictor quidam, cui plurimùm confidebatur. 16. ex ærario grandi pecuniæ ablatæ, abitum cum sorte parabat. Comprehensi verò sunt: & ille suspensus est: hac vero submersa.

Rectores Tybingæ.

A 2. die April. vsq; ad Cal. Maias, 97. Rector erat Iohan. Küngi Sattler dictus Kœnig, V. I. D. & nouorum Canonicorum Iurium ordinarius. Acad. Tybingensis.

Eius successor Kal. Maij fuit 98. Rector, Petrus Brun, S. Theolog. D.

Die Lucæ, 99 Rector electus est, Doctor Gallus Myller Fyrstenbergensis, S. Theolog. Professor.

Inscripti. Steph. Sax. de Eßlingen, Nouemb. 11. Conrad. Thum ex Neuburg, Nouemb. 26. Ioach. Minsinger de Stutgardia, Maij 2.

Decanus artium. M. Melchior Ruch Campidonensis.

Magistri creati. Richardus & Hugo, fratres, Gamundiani. Blasius Müller VVildpergensis.

Mortuo D. Georgio Truchsæssio: Stutgardiam aliquantò ante Iohannis Baptistæ, Philippus Palatinus Comes immigrauit, vt Regis Ferdinandi Vicarius; ille Clarus Viennæ 1529. aduersus Turcas defensor. VVirtembergiæ Præses, Philippus Palatinus.

Hoc 1532. anno. Cùm imperator à bello Turcico reuerteretur: Hispani, qui inuidebant Christophoro VVirtemberg. Ducis Vlrici filio gratiam, quæ apud illius Maiestatem valebat: deripuerunt arma, & aliàs res ipsius, multis vectas: non aliter, quam si Turca, aut Cæsaris hostis esset. Cogitabant alij, eum, vbi in Hispaniam venisset, in Ecclesiasticum ordinem cooptare. Christophorus igitur, cum præceptore suo Tiferno, clàm trans Carinthiæ montana (Cæsare in Italiam versus properante, Sleid. teste.) Salisburgum & Bauariam versus (soleis ferreis ad vngulas equorum, ob fugam celandam præpostèrè affixis) contendit. Persequentibus autem Hispanis: Cum, equo debilitato, pergere non posset: ac mox capiendus, aut etiam interficiendus esset: fidus Præceptor eum suo equo imponit: ac cum perito viarum viro dimittit. Claudicantem verò equum, ne ex eo cognosceretur aliquid de Domino, in flagnum illorum locorum præcipitat, ac submergit. Ipse, [illegible] in vepreto & musco tam diu latuit: donec insecutores præterlapsi essent. Ita Christophorus, Deo duce, Landshutum tutus elapsus est (pedibus postea secuto præceptore) & apud auunculum, Ducem Ludouicum sex menses delituit. Veniponte postea 17. Nouembr. Literæ exierunt eodem anno, ad præfectum Vracensem & Consiliarium, Theodoricum Spætum: vt inquireret de Duce Christophoro (etiam apud matrem, D. Sabinam.) vt in Aulam Cæsaris rediret, omnem clementiam experturus. Petijt ipse tempore sequenti, ex pacto deditionis 15 9 factæ, duas sibi reddi ciuitates, Tybingam & Neyffam. Non poterat res breui confici (quia nec profutura erat quibusdam, qui florebant ijs in locis) sed interim aliquot millia aureorum, ei ad sustentationem sui dabantur: & bellum postea patris interuenit. Eius fuga in Bauariam. Inquisitio de ipso. Frustrà ille partem patrimonij repetit.

Augustæ, Christophori de Knæringen, & Reginæ Baumgartnerinæ, nuptiæ factæ fuêre mense Ianuario.

Binnickaimi (vt de hoc Epitaphio & alijs pauculis, Gabelc. arbitratur) reperitur.

An. Dom. 1532. am 5. tag deß Weinmonats/ starb der Edel vnd Vest Peter von Liebenstein: dem Gott gnad/ Amen. Obitus plurium.

Stutgardiæ. Anno Dom. 1532. 5. April. obijt egregius vir Heinricus Sattler, S. Theol. D. Canonicus Stutgardianus, von Cantstat/ Pforcæ apud Gymnopodes sepulti.

Anno 1532. die Mercurij post Martini, obijt nobilis & fortis Iohan. Heinricus de Risach à Reichstein. Risach.

An. 1533. Iul. 8. Conradus à VValstein, nobilis laudatus.

An. 1540.

An. 1540. die Iouis post dionysia Dominorum nobilis Eberhardus de Risach à Reichstein.

Anno 1542. Ioan. Conrad. à Risach. prid. S. Vlrici.

Anno 1550. Mart. 15. Michael à Risach.

Ioan. Fridericus, Elector Saxoniæ.

In Saxonia diem suum obijt 13. Augusti. Ioan. Elector: qui Friderico fratri successerat. Ei verò iam successit Ioan. Fridericus F.

IMP. CAROLI REDITVS IN HISPANIAM. BACCHANALIVM CElebratio Halæ. Exustio Satanica Schiltachensis oppidi. Repetit Ducatum paternum Dux VVirtemberg. Christophorus. Quale concilium Protestantes expetiuerint. Regimen Acad. Tybingensis. Anglicæ Reginæ Elisabetæ natiuitas.

CAPVT VIII.

Caroli Imp. reditus in Hispaniam.

ANno 1533. *Carolus Imperator, compositis Italiæ rebus, mense Aprili ornatissima classe, in Hispaniam redit: summaq; gratulatione excipitur.*

Bacchanalium celebratio apud Halenses.

Celebrarunt Bacchanalia Halæ, Comites Hohenlohenses Albertus & Georgius, cum Gynæceo. Die Dominico ingressi, vsq; ad diem Iouis manserunt. Conuiuijs honorati splendidis à senatu Senatorum & patriciorum vxoribus & filiabus, semper in curia vrbis epulantibus. Ibi & Choreæ, actæ. In Franciscano cœnobio, cibi cocti. Comitis Alberti diuersorium, domi Michaëlis Schlatzij: Georgij, in Rinderbachinæ matronæ domo. Inuitatu Senatus interfuerunt quoq; Schenckius VVilhelmus, Abbas Murrhartensis, Decanus Chomburgensis, & Vellbergij. Celebratum festum latitiâ omnium, spe mansuræ concordiæ. Licet equidem honesta conuiuia hilarè agere: sed non furiosè bacchari. A quare 28. Februar. 1590. dehortationem, his sententijs breuiter indicatam, copiosius tractandam, auditoribus meis, ad Magisterij adeptionem contendentibus, proposui. Instas rursum tempus Bacchanalium. Quod homines plerisq; in locis Christiani orbis, luxuriosè agunt, & quasi furunt. Nos verò, charissimi, ne sic agamus. Rationes multæ & grauissimæ sunt.

A Bacchanalibus dehortatio.

1. *Homo, initiò conditus est ad imaginem Dei, nempe vt sapiat. Sed Bacchanalia destructio huius imaginis sunt, & insaniæ introductio. Genes. 1. & 3.*

2. *Bacchari fecit auctores generis nostri, Diabolus: dum eos ad transeundum interdictum Dei, mendacio impulit: imaginemq; primitiuam destruxit: pro formosissima terrimam speciem illinens.*

3. *Bestias deformissimas & ferocissimas Bacchanalia faciunt: temulentiam parientia, libidines, cædes.*

4. *Ab Ethnicis hominibus celebrari solitum est, hoc festum: qui Deum non nouerant, & in vmbra mortis sedebant. Esa. 9.*

5. *Nos luce Dei & Christi donati sumus; ex nocte in diem traducti sumus. Rom. 13. Ideo non oportet nos, Paganorum similes esse: sed abijcere fœdos amictus, fœdos mores: &, tanquam in die, coram Deo honestè ambulare.*

6. *Cogitemus acerbissimum supplicium Christi pro nobis: qui morte sua honestissimam nobis vestem induit: quam Bacchanalium cœno conspergere non debemus. Templum enim Spiritus Sancti sumus. 1. Cor. 6.*

7. *Christum equidem Satanas, dum tentauit eum in deserto, libenter Bacchantem fecisset. Matth. 4. Sed ille exemplo suo præit nobis, & Bacchanalium victor: quò & nos Bacchanales Diaboli tentationes, verbo & timore Dei, atq; gratitudine erga liberatorem, vincamus.*

8. *Non conuenit, nos illis, qui extra veram Ecclesiam sunt offendiculo esse: ne, si nos nihilo simeliores & modestiores videant, maledictis Euangelium nostrum incessant.*

9. *Præsertim sedulitas, quæ studijs literarum & sapientiæ mancipata est, à bacchanando se abstineat: Cùm hoc, tum omni alio tempore: ne malè apud vulgus ordo noster audiat, & contemnatur. Sobrietas, modestia grauitas, auctoritatem affert, & amorem apud omnes.*

10. *Quis prudens bacchari velit: id est, in vinum se ingurgitare: & scurriliter & imò furiosè, agere: cùm pœnas bacchationis superiorum temporum, ante oculos iam diu videat? Cùm vicinis in terris dira bella sint? Cùm nobis non minus timenda sint? Cùm Deus non rarò iræ suæ aduersus bacchationes, in cœlo & elementis signa det?*

11. *Vigilare nos Dominus, orare, fidelissimè iubet: quia nesciamus, qua hora filius hominis venturus sit: vel hinc discessus, & ille impijs terribilis dies. Matth. 24. & 25. Luc. 21.*

12. *Cum*

12. Cur, ô homo, bacchari velis: Cùm identidem homines sepulcris inferri, & corpora horribiliter deformari videas?

13. Timeatur improuisum & seuerum Dei iudicium. Cogitetur exemplum illius epulonis diuitis: cui ne gutta quidem aquæ, ad linguam refrigerandam est. Luc. 16.

His omnibus de causis, charissimi, bacchari ne velimus: sed sobriam, Deoq; placentem, vitam ducamus: vt vera in Christum fide, quam prudente vita testemur, illius æternæ beatitatis participes fiamus: ad Dei conditoris & Redemptoris mensam, primigenâ imagine recepta, cum omnibus Sanctis sedentes. Amen.

Die April. 10. (Iouis, ante Pascha) oppidum hereyniæ syluæ Schiltachum, totum conflagrauit cùm mulier quædam, quæ 14. annos consuetudinem cum Satana habuerat, ab eo in fastigium fumarij seu caminj euecta ollam iussu eiusdem immisisset. Oppido intra horæ spatium exusto: mulier postea supplicio ignis affecta est. Erasmus Epist. lib. 27. Epist. 20. *Schiltachum, conflagratum.*

Mense Iulio fulsit ingens Cometa: sub parte septentrionali Galaxiæ: Geminos, Taurum & Aretem, retro ascendendo perambulans. Eum interpretati sunt Nicolaus Brucknerus, & Achilles Gassarus, Medici. *Cometa.*

Omnes Monachi, & Senatores Pontificij, ab Esslingensibus remoti sunt.

Exeunte Iulio, Christophorus Dux VVirtemberg. à Legatis Sueuici fœderis, Augustæ congregatis, repetebat Ducatum. Eisi enim pater eo spoliatus esset; sc, vt innocentem hæredem ipso carere non debere. Item, virili sexu huius familiæ deficiente: tum demum Ducatum pertinere ad Imperatorem; ius esse. Deniq; arcem Tybingensem (in qua ipse, & beata sua soror, obsessi fuerint) ea conditione deditam fuisse ab honestis nobilibus: vt ipsis oppida, arces, præfecturæ, Tybingensia & Neiffensia, relinquerentur. *Christophorus VVirtemb. Dux, Ducatu repositus.*

Mense Aug. Elect. Principes, cæteriq; Sueuici fœderis ordines potestatem Principi Christophoro faciunt, tuto veniendi ad ipsorum conuentũ, Augustæ mense Decemb. futurũ, ac sua postulata proponendi. Signarunt literas Duces fœderis: VVilhel. de Knæringen in Knæringen: Leonhard. de Pappenhaim, hæreditarius Rom. Imp. Marescalcus, in Hohenreichen: & Vlr. Neith. Cos. Vlm.

Landgrauius Philippus (teste Sleid.) per absentiam Cæsaris, vt propinquus suus Dux Vlricus VVirtenberg restitueretur: proficiscitur in Galliam: agrum oppignerat Mompeligardensem pro pecunia Regi Francisco, Vlrici nomine: ea conditione, vt sit regni Galliæ hæreditarius: nisi intra tertium annum restitutio pecuniæ fiat. *Landgrauij labor pro Vlrico exule.*

Conquerebantur Protestantes de Papa: quod is detrectaret liberum in Germania concilium: atq; extra Germaniam haberi vellet, vbi Reges sibi ad vim inferendam concilia apposset: & quòd ipsorum doctrinam, non solùm præiudicio, sed etiam exurendis hominib. damnaret: ac quòd non ex S. Bibliis solis, sed potius ex Scholasticorũ Theologorum libris, cõtrouersias Religionis discerptari vellet: quòd denique non ab æquis iudicib. & viris bonis, sed à se & emissarijs suis, dijudicari postularet: & ita ipse, qui aduersarius esset partem iudicis sibi sumeret. Itaq; Cæsaris opem requirebant. *Concilium liberum in Germania postulant Protestantes.*

Τὸν ἐγκλήσεως δίκην κεκινδυνευκότα ἀεὶ τοῦ ἐχθροῦ εἶναι, καὶ ἐν τῷ ἀφανεῖ προκαλεῖσθαι: ἀλλὰ ἐκ τοῦ ἴσου καὶ ἐξ ὁμολογουμένου τοῦ ἐπὶ λόγους καὶ δίκην ἰέναι, οὐ διὰ γραμμάτων, οὐδὲ ἐρήμου. Ex Corinthiorum oratione, lib. Thucyd. 1. Eum, qui in disceptationẽ iudicij adducendus est, non oportet superiore conditione esse: & ex tuto prouocare alterum: sed & facta sua, & orationes, in integrum ante disceptationem proponere. Id est, non & reum & iudicem esse: sed liberam de se iudicandi potestatem legitimis iudicibus permittere.

Rectores Tybing. Academiæ.

Maij 1. Rector 100 Ioannes Kunig Sattler V. I. D.

Inscripti, Christophorus Bomgartner. Francisci F. Augustanus. Ioannes ex Graueneck, Canonicus Trisingensis. Octob. 18. Rector 101. Balt. Keselin S. Theol. D. *Acad. Tybing.*

Inscripti Matthias Comber de VVurzen. Iacobus Beurlin à Dornstett, Nouemb. 9. Ioannes Pronortius, Dominus de Laiter, Her: zu Bern vnd Vicentz, Decemb. 1. *Beurlinus.*

Decanus Philosophicus M. Gebhardus Brastperger ex Vrach.

Magistri Promoti. Iohannes Hofmaister, Professor ordinis Marchtalensis. Georgius Kurrer Schorndorffensis. Franciscus Hugo ex Hechingen.

A. 1533. 18. die Iulij obijt eximius vir, Dominus Martinus Plantsch, Plebanus in Tubingen 37. annos, S. Theol. D. famosissimus: qui Monasterio Bebenhusano CC. legauit Aureos. *Plantschij mors.*

Nyrtingæ. Anno 1533. starb der Edel vnd Vest Juncker Hans Friderich Spät: dem Gott gnädig sey.

Schorn-

VVernavv. Schorndorffæ. A. 1533. den 24. Octob starb der Edel vnd Vest Jacob von Wernau/ zu Waltenhausen: Keyserlicher Maiest. Raht vnd Hauptmann/ Obervogt zu Schorndorff: dem Gott gnad.

Augustæ 24. Iun. 1533. Georgius de Harrstall duxit in matrimonium Felicitatem Keblingerinam.

Anno hoc, Fuggeri ditionem Oberdorffensem à VVolfgango Marescalco emerunt.

Motus erat hoc tempore Anabaptistarum in VVestphalia, & vrbe Monasterio. Nihil enim vulgare spectabant.

Elisabetæ, Anglorum Reginæ, natiuitas. *In Anglia, Septemb. 8. nascitur ex Rege Henrico 8. & Anna Bolenia (ὑφ' οὗ τῷ ἔθει ἐξὸν τὸν ἀκίνητον ἐλαύνειν) Elisabeta, hodie excellens & Clarissima Angliæ Regina.*

Terræmotus. *Terræmotu insolito, & violento vento, concutitur curia, Bludentum, Feldkirchum, Sangallum, & vicinæ Rheno Regiones, Nouemb. 16. nocte circiter media.*

Κρυπτὸν νοσήματα. *Bruccæ Noribergicæ, Pater meus pestifero tempore tumefactum magnopere crus sinistrum habens: & acutissimos sinistri oculi dolores sustinens: cùm 18. hebdomadas grauissimè ægrotasset, visum eius oculi amisit, nemine Ophthalmico vsquam restituere valente. Postea tamen, quod huic oculo decesserat, alteri accessit. Acutius enim dextero iam oculo cernebat, vsq; ad vitæ 1554. finem, quàm vtroque oculo. Ἑτερόφθαλμος is erat, non μονόφθαλμος. Ego Febri ad 9. hebdomadas laborauit. Mater ad 20. septimanas febri, & sudore Anglico, conflictata est.*

FINIS FOEDERIS SVEVICI. DVCIS VLRICI IN SVAM VVIRTEMbergiam restitutio. Academiæ Tybing. gubernatio. & aliarum Scholarum. Anabaptistarum dominatio Monasterij, VVestphalicæ vrbe Mimigardeuordensi. Grassatio Hariadeni Barbarossæ, Prædonis Græci Mitylenæi.

CAPVT IX.

Auentini mors. ANno 1534. *Ian. 9. Ioannes Auentinus, Historicus Bauariæ, obijt. Sic & Otho Brunfelsius, Bernæ 23. Nouemb. Medicus & Philosophus.*

Interdictum R. Ferdinandi, VVirtembergiam inuens. *Ianuarij 20. interdictum R. Ferdinandi exit Pragæ ex arce: ne quisquam militet contra Cæsaream Maiestatem, & se, & Imperij membra. Aliter vxores & liberos eorum, post ipsum eiectum iri. Si non habeant vxores & liberos: ipsos patrimonijs & bonis suis priuatum iri. Si capiantur: corporis eorum pœnam sibi reseruatum iri. Periculosa namq; hæc esse tempora.*

Expiratio Sueuici fœderis. *Fœdus Sueuicum, varijs machinationibus, præsertim Regis Franciæ, dissoluitur Febru. 2. Attamen quæq; pars nobilitatis, ordinem suum seruauit: & quosdam sibi delegerunt præsides (Statthalter) inter quos anno 1558. fuit Georgius de Ehingen, Rudolphi filius, in ora Neccarica: in quo munere fidum & diligentem se gessit.*

Ferdinandi edictum in Anabaptistas. *Febru. 10. exit edictum nomine R. Ferdinandi Stutgardiæ, ad præfectos & Magistratus: vt Anabaptistas coërceant, aliunde venientes in Ducatum. Subscripsitq; Palat. Philippus, Regni Vicarius siue Prorex: & commissarij Domini Regis in consistorio, Mynsingerusq; Cancellarius.*

Vlrici exulis, ad Philippi Landgr. scriptum, VVirtembergiam repetentium. *Die Mercurij post Quasi M. G. exijt Cassellæ Germanicum scriptum, typis excusum: ab Vlrico, Duce VVirtemberg. & Philippo, Landgrauio Hassiæ (cum iam copias haberent conscriptas) ad Imp. Carolum, & Regem Ferdinandum. Ibi Vlricus ostendit se 1519. anno, licet ad Iudicium prouocaret: à Palatino q. Ludouico iuberetur cognitio causæ fieri: tamen vi à Sueuico fœdere, causâ incognita, expulsum fuisse. Se igitur, & Landgrauium (vt ex sanguine VVirtembergico ortum) meritò restitutionem in Ducatum & Patriam quærere. Non autem velle contra Maiestatem ipsorum, turbas excitare. Si tamen impediantur ab aliquo: protestantur se innocentes esse, si quid inde secus accidat. Iccirco fauorem ab ipsis poscunt. Sic paci Germaniæ consultum iri: cùm etiam principes antehac Augustæ pro Vlrico deprecati fuerint.*

Contrarium R. Ferdinandi Scriptum. *Maij 1. Pragæ ex arce montis S. VVenceslai, edictum exit R. Ferdinandi: ne quisquam adiuuet conatum Vlrici & Landgrauij. Cæsarem enim iustè emisse Ducatum de Sueuico fœdere: & fratri Ferdinando commisisse. Se tamen pacis causâ velle rem arbitris vtrinq; binis permittere. Respondent alteri 17. Maij, ex castris apud Fyrstenauu: Vlricum, si prius in possessione Ducatus sit paratum esse ad sententiam arbitrorum.*

Exercitus, exercitui Vlrici oppositus. *Maij 8. (die Veneris post cantate) Stutgardiâ exercitus à prorege conscriptus, exiuit aduersus Vlricum & Philippum: constans 10. millibus peditum, & 4. millibus equitum: Imperatore Philippo Palat. vicario Regis. Castra fecit ij prope oppidum Nicri Lauffenum: vt principes transi-*

situ fluminis arceret. Hi verò castra iuxta hostem contulerunt, non prohibiti ab alteris. Fiebant excursiones & velitationes die Martis (S. Pancratij) ac contingere machinis alteri alteros poterant. Erat autem in exercitu Vlrici, summa rei penes Landgrauium Philippum: ac peditatum ducebat Comes Fyrstenbergius VVilhelmus, rei bellicæ peritissimus, olim Vlrici cum fœderatis aduersarius. Aderant etiam Sueuo Halenses aliquot Duci militarunt.

Postero die (Maij 13. qui erat Mercurij) manè conflictus acerrimus est factus. Stabat gubernator Regius Philippus, cum procerib. & nobilitate præcipua, in loco editiore. Tunc Ducem Vlricum, quidam suorum tormentariorum interrogauisse dicitur: vellet ne hostium Ducem Philippum tormento interfici: an tantùm aliqua in parte corporis læsi? Iussisse Vlricum, vt tantùm pedem illius percuteret. Globo igitur icit calcem dextri pedis eius, ac detecit: equo, in quo ipse sedebat, interfecto. Ἔτυπε δεξιὸν ἄρα ἀντέχοντος ἵππον. Abductus est ille Aspergam. Etiam Christophorus Truchsessius Schærius telo grauiter vulneratus est. Defendit quidem se fortiter: sed, amisso equo, & ipse Aspergam cum alijs proceribus concedere cogebatur. Exercitus, visa Ducum cessione, fugam ipse quoque iniit: plurimique ex eo in flumen Nicrum se præcipitantes, ibi interierunt. Amissi currus: sed bombardæ, Aspergam perlatæ. Alicubi, & ipsas amissas reperi. Victor Vlricus ne hostes se Stutgardiæ rursus colligerent, eò postridiè (Maij 14.) properauit. Eôdem & fugitiui hostes festinabant sed portis clausis, recepti non sunt. Contrà, Duci Vlrico, vt suo genuino Principi, clauis Maij 15. obtulêre, magna cum gratulatione. Quibus acceptis: ipse in vallem Stutgardianam cum Landgrauio progressus, ciues in fidem recepit, in prætis ante Nosodochij portam, auff der Herrschafft Wiesen. Tum hilari animo vrbem intrauit gratulante omni populo.

Pugna.

Philippus Palat. vulneratus

Regiorum clades.

Stutgardia Duci Vlrico dedita.

Die Maij 18. Tybingam obsessum venerunt, & castra Lustnouiæ posuerunt. Maior verò oppidi præfectus Ioannes Erhardus Ovvensis, viso periculo, deditionem postridie fecit, Maij scil. 19. Dux Vlricus ratas habuit conditiones: quas Ovvensi proposuerant fideles Ducis ministri, Ioannes Thomas de Rosenberg, & Eberhardus de Bischoffrode. Quæ erant.

Et Tybinga.

1. Conseruari vitam & bona Ioanni Erhardo Ovvensi, & Ioanni Minsingero cellario, cæterùm tunc in arce inuentis, nobilibus & ignobilibus.
2. Licere præfecto suas res tutò ex arce auehere: cæterùm rebus ibi relictis, & earum annotatione tradita.
3. Milites discedere erecto vexillo, cum armis suis.
4. Tuta esse omnia præfecti & cellarij bona: quæ intus & extra Tybingam haberent: præsertim pagos & homines præfecti.
5. Commodandos esse currus præfecto, ex præfectura Tybingensi, ob res eius asportandas.
6. Licere omnibus, qui bona sua in arcem contulerint, ea libere recepta auferre.

Geben in vnserm Feldtläger vor Tübingen / am Dinstag vor Exaudi, anno, &c. dreissig vnd vier Jahr.

Curacensem deinc altam arcem, Maij 21. obsederunt: ac tormentis verberatam, 25. Maij receperunt.

Hohenaurach.

Aspergam deinde altissimo monti superimpositam, Maij 29. obsessam, tormentorum ictib. ita coegerunt: vt quarto post die (Iun. 2. die Martis ante corporis Christi) dederetur.

Aspergam.

Altam quoq; Niffam Regius Castellanus Berchtoldus Schillingus, mox post Aspergam tradidit: & eius vxor eius tunc infantem enixa esset: compatres sibi orauit, & habuit, ambos Principes, Vlricum & Landgrauium.

Hohenneuffen.

Cætera quoque Ducatus oppida, legatis missis, in potestatem venerunt: cùm præsentem vim cernerent: nec aliquid opis à Regijs expectarent. Ita Ducatus receptus est absque multo sanguine.

Ducatus totus, recep.

Exercitus Principum, XXX. millibus peditum, & 5. millibus equitum, constitisse perhibetur. Post hæc cum copijs, ad Danubium profecti sunt: vt viderent, nunquis hostium contrà venturus esset. Sed nullus apparebat. Excusas hac de victoria, & prospera Ducis Vlrici restitutione, cantilenas vidimus, prisco Teutonico more.

Ibi Lauffensi prælio interfuisse dicuntur, inter alios, aduersus Principes: Theodoricus Spætus, Hessi longus & breuis, Staufferus. Multi autem indigenarum, vel incolarum, non bene sibi conscij: cum initiò audiuissent, parari Duci reditum in patriam: profugerant in ciuitates imperij, aut aliò.

Mich. Augusti Marpach. Distichon: quod numerum annorum Christi & mensem sententiâ, habet.

Prata nItent VIoLIs, & plCrIs fLorIbVs aLbent,
teMpore, qVo VLrICVs patrIa regna CapIt.

Cadamica transactio.

Cadoæ postea, vel Cadami, Bohemiæ oppido (vt lib. 9. Sleidani est) Mogunt. Archiepisc. Albertus, & Saxoniæ Dux Georgius, 29. Iun. transigunt inter Ferdinandum R. & Elect. Saxoniæ: vt is cum socijs habeat Ferdinandum pro Romanorum Rege: Rex vicissim apud Cæsarem officiat: vt Fiscus vel Camera, cesset ab omni actione contra Protestantes. Iidem Principes tunc etiam transegerunt inter Ferdinandum, & VVirtembergensem Vlricum: retinentem Ducatum suum, beneficio domus Austriacæ: petentemq; veniam, cum Landgravio, à Rege, & ab Imperatore. Sic πανηγυρικῶς bis turbis commoda, & exercitus dimissio facta est.

Postfeudum.

Dux deinde pecuniam à subditis exegit: cui etiam Prælati Monasteriorum, bonam partem contulerunt. Sic Landgravio sumptus bellicos restituit: etiam Regi Franciæ satisfecit: pignusq; ab eo liberauit. Rex pecuniam, quam præterea ipsi non exiguam summa crediderat, donauit.

Esselingensium ad Vlricum restitutum gratulatio.

Esselingenses Duci restituto per legatos gratulati sunt: poculo Celsitudini eius donato inaurato, precij 112. Florenorum; iniectis etiam 200. Rhen. Aureis. Poculo item Duci Christophoro, 70. Florenorum.

Christophori Ducis in Galliam profectio.

Breui post hoc tempus, hic Christophorus, de consilio dilecti patrui, & auunculorum suorum, in Gallias se transtulit. Vixit in Aula Francisci R. annos 8. Pincerna eius est factus. Ibi linguam Gallicam (cuius iam elementa in Aula Cæsaris didicerat) perfectè didicit: vrbes, Principes, mores, amplissimi regni cognouit. Inde ad studium militiæ se cõtulit: à minoribus ad maiora munia ascendendo.

Administratio Acad. Tybing.

Acad. Tybing.

Die Philippi & Iacobi, Rector 102. fuit Petrus Brun.

Inscripti. Christoph. Ehrer ex Hailprun. Ioan. VVilhelmus Kruß de Leonberg.

Die Lucæ, Rector 103. M. Ioannes Armbroster, Theol. Licentiatus.

Vogler.

Inscripti. Kilianus (κεκλημένος) Vogler ex Canstat. Gregorius à Steten Augustanus. Ioan. Iacobus Varnbyler ex Lindavv. Vlricus & Franciscus Varnbyleri VVormacienses. Albertus Erbogastus, Baro de Heben, vel Hevven.

Decanus artium. M. Ioachimus Kegel.

Promoti Magistri, Ian. 28. Ioan. Kamminger Stutgard. Postea Iurisc. Synesius Forster ex cella Ratholphi circa Ioan. Baptistæ, eodem Doctore, Ioachimo Decano, nulli sunt promoti Magistri, ob tumultum bellicum.

Tybingæ scriptum in fronte nouæ Domus Vniuersitatis, vel Sapientiæ.

Incendium domus sapientiæ.

Anno M. D. XXXIIII. veteres Academiæ ædes, quas Sapientiæ vocabant, diro conflagrarunt incendio.

Inueni alicubi, Ian. 11. (al. 15.) die, id factum esse, tempore frigidissimo. Conflagrasse Bibliothecam, quæ infra eam domum fuerit, & vnà partem collegij.

Augustanæ Scholæ Annæ Præsides.

Augustæ 1534. primi omniũ Scholarchæ à senatu constituti sunt, VVolfgangus Rechlinger, & Zympertus Hofer: qui concessu senatus, cùm soli nollent id onus sustinere, sibi adsciuerunt adiutores: Bonifacium VVolfhartum Theologum. Conradum Heel D. Iuris, Gerionem Sailerum D. Med. patrem Raphaelis Saileri Iurisc. circa 1573. Spiræ, vbi Assessor erat, mortuus est.

Præceptores. Anemœcius. Seehofer.

Hi Scholarchæ instituerunt nouam inspectionem Scholæ Annæ: eamq; in certas classes diuiserunt, præter pueros elementarios. Primæ classi præfecerunt VVolfgangum Anemœcium: Secundæ, Arsacium Seehoferum: tertiæ, Stephanum Vigilium: auctis è Reipub. fisco salarijs. Illi tertio die post Pentecosten cœperunt cum applausu docere. Gassar. & Henning.

Busler, Isna. Argentina, Collegium Prædicatorum.

Constantia, Lindouia, Isna, & Beberacum, auxilio Petri Busleri, diuitis & boni ciuis Isnensis, stipendia aliquot ad sustentationem studiosorum Theologiæ condiderunt. Qui adolescentes vt Argentorati locum haberent: Senatus huius amplissimæ vrbis, collegium Prædicatorum 1553. instituit: vbi etiam suorum ciuium filij, aut alij idonei alumni sui viuerent.

Obijt 1534. die Thomæ Apostoli, Abbas Bebenhusanus 40. annos, Ioan. à Fridingen.

Piscium captura.

Constantiæ, piscatores ex lacu acronio ceperunt amplius XLVI. millia piscium, qui vocatur Gantzfisch, vno tractu, mense Decembri, 1534.

Augustæ, Fuggeri & Ioannes Baumgartner certa conditione pacti sunt cum Senatu de annuo censu: quantum in posterum quotannis penderent absq; iuramento. Ibidem

Ibidem 15. Ian. matrimonium inierunt vnâ Georgius de Loschavv, & Catharina Adlerina. Item 9. April. D. Claudius Pius Peulinger, & Lucia Laugingerina. Item 20. Octob. Ioannes Voit iurisD. & Felicitas Meulingia. Item Damianus Behem Med. & Anna Schœnerina, Decemb. 1. Matrimonia Augustanorum.

Pestilens morbus, & hoc & priore anno, Norimbergæ erat. Ideo & VVembdingam, & Brucam 1533. ad meos parentes homines confugiebant. Pestis.

Monasterij, vrbe VVestphaliæ, Anabaptistæ, Antesignano Iohanne Leidensi Sartore, omnia miscent arbitratu suo: ipse 24. Iun. Rex renuntiatur. Anabaptistæ, in vrbe Monasterien si.

Romæ post Clement. 7. creatur 3. idus Octobr. Papa Paulus 3. qui sessurus est 15. An. 82. D. Paulus III. Pont. Max.

Pirata Græcus, Mytilenis Lesbi ortus, Hariadenus, Barbarossa dictus, Algieræ Regnum (à fratre Horutio captum, & sibi traditum) obtinuit: & Muleasse Rege ejecto, Guletam arcem, vrbemq; Tunetum, fraude occupauit. Muleasses ad Imp. Carolum confugit. Solebat Barbarossa infestare Hispaniam, Italiam, Sardiniam, Siciliam. Habebat Duces, Sinam Smyrnæum, cognomine Iudæum. & Haidinum Cilicem, cognomẽto cacciadiabolum, Δυαῖς κολάσασθαι. Legito Ioan. Etrobium. P. Iouium 33. libro. Nicolaum Villugnonem, & Ioannem Christoph. Caluetum Stellam. Barbarossa Hariadenus, Pirata Græcus. Muleasses R.

IN VVIRTEMBERGIA, EMENDATIO ECCLESIARVM ET MONASTERIORVM. Arcium in eadem munitio. Academiæ Tybing. status. Euangelij progressus apud Augustanos. Anabaptistarum Monasterienſium compressio. Incrementum Smalcaldici fœderis. Africana Caroli V. expeditio, & Mediolanensis Ducatus adeptio.

CAPVT X.

ANNO 1535. *Dux VVirtembergensis Vlricus, religionem emendat, ex formula Augustanæ confessionis.* Vlricus, D. VVirtembergicus, Lutheranus fit.

Missificatio est abrogata die purific. Mariæ. Adhibiti sunt ad emendationem: Stutgardiæ, M. Erhardus Snepfius VVimpinensis (concionando Euangelium contra ordines Monachorum, & contra superstitiones) Tybingæ verò, Ambrosius Blaurerus Constantiensis: qui primam ibi concionem habuit Sept. 2. Hi & VVaiblingæ, & in alijs locis Ducatus, Ecclesias reformarunt. Reformatores, Snepfius & Blaurerus.

M. Leonhardus VVernher, à Snepfio ordinatus, cùm primam haberet VVaiblingæ concionem: Cantatum est, Es ist das Heyl vns kommen her/ auß Gnad vnd lauter Güte. Die Werck die helffen nimmermehr: Sie mögen nicht behüten/ &c. Tunc Papistici Sacerdotes & Capellani expuerunt: indignabundiq; Templo excurrerunt. VVaiblingæ, prima concio.

VVernhero successit M. Georgius Hala: vir trium linguarum doctissimus: patrũ mei quondam condiscipulus: qui anno 1548. ad me humanissimas dedit Argentinam literas: partim latinè, partim Græcè, partim Hebraicè scriptas: cùm ego ad ipsum antè, monitu patris Græcè scripsissem: quam epistolam, qualiscunq; erat: ille tamen, vt Demosthenicè scriptam laudabat: patriq; scripserat, τὸν πρότερον ποτὲ τιμῶν ὅλῃ τῇ σοφιστικῇ γενέσθαι. ἀλλὰ τῷ θεῷ, ἢ Τιμῶν πάσα. Hala Georgius.

Secuta est Monasteriorum quoq; correctio. Cùm enim in ijs magnus esset Monachorum numerus: cum illis hoc à principe actum est: vt aut Ecclesiæ, docendo Euangelio, inserui rent: aut aliò cœnobiorum, vel locorum, se conferrent, cum bonis suis: aut priuatim agerent, vbiubi placeret: aliquam summam pecuniæ, ex Monasterij reditibus ad victum & amictum accepturi. Monasteriorum VVirtemberg. reformatio.

Harum conditionum, alij aliam acceperunt: & quos priuatim viuere iuuabat, in singulos annos singuli 40. florenis donati sunt: Laicis fratribus, qui vxores ducerent, quotannis 25. fl. decreti. Abbas Hirsaugiensis Ioannes, solus in ea Monasterio manens, & priuatus agens, 10. florenos ex eius reditibus accipiebat.

Murrhartensis Abbas Martinus fauore nobilium, ibi relictus est (vnà cum Priore Thomâ Carlino) præfecturam gerens, retento habitu suo.

Regula personis in Monasterio viuere volentibus proscripta:

Herrenalbensibus quidem 6. Iul. 35. per nobilem Ioan. Fridericum Thum, Kirchaimi maiorem Præfectum, & per M. Erhardum Snepfium principis Legatos, tradita.

Legendæ suis horis, S. literæ: canendi, Psalmi: Cœna Domini percipienda: Missa, omittenda: coacta per omnium peccatorum enumerationem confessio, tollenda: procuculla, alius honestus vestitus accipi potest: honesta opificia, exercenda: conscientiæ, non grauanda, &c. Monialibus verbum Dei audiendum, &c. Nulli amplius monasteriis, in cœnobia recipiendi.

Quam innouationem cùm etiam Zuifaltensis Abbas metueret: Viennam ad R. Ferdinandum confugit. Sed transactis res est: dante Abbate aliquot Aureorum millia Duci Vlrico.

Aspergæ arcis munitio.

Idem Dux, Aspergam arcem munijt: oppido quod ibi erat, de consilio Landgrauij infra montem postea translato. Qui pagus nunc Vnderasperg nuncupatur.

Nam si VVeichenbergam nomines: væ capiti & lumbis tuis à frumentarijs Rusticorum flagellis.

Tybingensisq; arcis.

Idem Princeps, priscum Tybingense palatium, melius ædificare aggressus est.

Hodie itaq; cernimus arcem (in qua & sæpe splendidè viximus) magnificè & pulcherrimè exornatam.

Acad. Tybingens. Regimen.

Gymnasium Tybing.

Kal. Maij, Rector 104. D. Balthasar Kæselin.

Inscripti. Bartholomæus Amantius, Iurium D. Ioannes Sechel Tubing. VVilhelmus Bigotius Hanauiensis. Iohannes Sichardus, Doctor & ordinarius, Iun. 28. Bischofshaimensis, ad

Fuchsius.

Tubarum Franconiæ. Leonhardus Fuchsius, Med. D. Aug. 14. Hieronymus VVolff ex Oetingen. Aug. 20. Ioachimus Bartenschlag Stutgard. Paulus Constantinus Phrygio Doctor, Sept. 23. Georgius Varnbyler Landauiensis. M. Sebaldus Hauuenreuter Norib. Sept. 24. Laurentius Engler à Garbisis. Carolus Holtzschuher Nurbergeum. Heinr. VVickersreuter Schwabachensis. Christoff. Kæler Nurnbergensis. VVolfgangus Andreas Linck Schwabach.

Die Lucæ, Rector 105. Iohannes Sichardus Francus, V. I. D.

Inscripti, Iacobus Rabus Memmingensis. Ioannes Cleberus Ludimagister, sc. in Schola illa

Bichelavicus.

Oesterbergensi. Marcus Krus Nurtingensis. Iacobus Cappelbeck, Mart. 3. Et hi nobiles: Ioannes à Storzingen. Sebastianus à Vesenberg. Ioan. Christoph à Bubel. Hodie arcem Bubela splendidam incolit nobilis vir, Leopoldus Carolus à Stain; tertius iam ibi ab auo suo. Bernhardus ad Emersbosen.

Decanus Philosophiæ M. Gabriel Sattler VVaiblingensis. Sub quo receptus est in collegium Magistrorum profitentium, M. Ioannes Benignus, Kalend. Iun. VVitembergæ Magistrales honores consecutus.

Benignus.

Ambrosius VVidman.

Hoc 1535. anno, D. Ambrosius VVidman, Ecclesiæ collegiatæ Præpositus, & Vniuersitatis Cancellarius, Tubingâ clanculum discessit: nolens Psalmos (vt ipse dicebat) Germanica lingua compositos, in Ecclesia cum reliquis canere. Qui etsi postea sæpe, & solenniter, ad officium requisitus est: tamen noluit redire: & tamen promotiones Academicæ processerunt.

Canis rabidus.

In VVirtembergensi Ducatu, cùm caupo quidam hospitibus suis carnes porci à cane rabioso morsi, in cœna apposuisset: ij qui comederant, simili rabie correpti, se mutuo laniarunt. Lycosthenes.

Pincerna Erasmo Secontra Halenses ob regionis fossam commouente (quam non multò antè, patre eius Gottfrido consentiente, fecerant) ipse se contrà parare: redditis armis, quæ antea in tumultu Rusticano suis agricolis eripuerant.

Sclopetariorum exercitium. Hala. Mart. Bucero, Augustæ.

Curarunt etiam, vt singulis diebus Dominicis Sclopetarij se exercerent: Reinspergo huic rei assignato. dandis per singulas Dominicas 15. ß. Ioan. Herold.

Venit 1535. Augustam Argentorato Mart. Bucerus: qui aliquandiu in Ecclesia parochiali D. Ioan. concionatus, Senatui ansam dedit: vt Cal. Iul. Genonem Sailerum Medicum, & Gasparum Huberinum concionatorem, cum omnium ibi concionatorum literis, VVitembergam ad Lutherum mitteret: & spe concordiæ factæ, Vrbanum Regium Augustam remitti peteret. Sed cùm is à Luneburgico Duce discedere nollet: loco eius huc missus est M. Ioannes Forster, ciuis Augustanus: qui VVitembergæ Diaconum egerat. Triennio autem post dimissus: Hebraicæ linguæ Professor Tybingæ & VVitembergæ fuit. Gassar. Ita Augusta, omni sublata dissensione, quæ antea fuerat, hoc anno, doctrinam Euangelij simpliciter recepit. Sleid. 9.

Vrb. Regis.

Herrenalb. Abbas.

Anno Dom. M. D. XXXV. Die 2. mensis Martij, obijt Reuerendus in Christo pater & Dominus, Marcus de Gerspach, XVII. Abbas in Alba Dominorum: cuius anima. R. I. P.

Calwe An. Dom. 1535. auff den Freytag nach Reminiscere, starb der Edel vnnd Vest Wilhelm von Saxenheim: dem Gott gnad.

Nærdlingæ erat pestis hoc anno mediocris.

Zasius Vlricus.

Vlricus Zasius Constantiensis, Iurisconsult. clarissimus, obijt Friburgi Brisgoiæ, Novembr. 24 anno ætatis 74.

Augustæ, in Annæo fano. D. O. M.

Raimun.

Raimundo Fugger eximia integritate, ac munificentia incomp. optimarum artium atque rerum antiquarum amantiss. studiosorum ac egenorum patrono, & Mecœnati vnico: ingenti relicto sui desiderio, magnoq; omnium luctu erepto, V. filij mœstiss. parenti pientiss. monumentum hoc P. E. P. *Fugger Raimundus.*

Moritur anno salut. M. D. XXXV. die 3. mensis Decemb. in ædibus Myconij, quas ex fundament. proprio ære construxit: relato cadauere in hoc familiæ sepulchrum.

Conuentus ciuitatum erat Esslingæ: nolentium quicquam ad Monasteriense bellum conferre, sed inuicem auxilia promittentium, si qua earum hoc nomine periclitaretur. Sleid. lib. 10. *Esslingæ, conuentus ciuitatum.*

Expugnata est vrbs Monasterium Iun. 24. & Rex Ioannes (Sartorius, non Sertorius) eiusq; Consiliarij, Cnipperdollingus atq; Krechtingus sunt capti: ac sequentis Ianu. die 22. excarnificati, denique in caueis ferreis, altæ portæ S. Lamperti loco suspensi: Rege in medio cæterorum, eminentius posito. *Monasterij C. expugnatio.*

Fœdus Smalcaldicum, quod post annum finiebat, renouatum est 24. Decembr. in annos decem. Recepti sunt in id, amplexi Augustanam confessionem: Pomeraniæ Principes Bernimus & Philippus, Vlricus VVirtembergicus, Rupertus Bauarus Bipontinus: Augusta, Francofurtum, Campidunum, Hamburgum, & Hanovvia. VVilhelmus quoq; Nassouius. *Smalcaldici fœderis renouatio, & auctus.*

Augustæ, vinculo coniugali vniti sunt 25. Febru. 1535. Ioannes Philippus Schad, & Vrsula Turzinina.

Carolus Imp. mense Aprili, traiecit Barchenone cum exercitu in Africam: vrbem Tunetum, & arcem Guletam, cepit: Muleassem R. Barbarossa fugiente, restituit: tributarium sibi facit. Ideo Noribergæ. triumphalis ignis ad honorem tantæ victoriæ excitatus est, cum innumeris iaculationibus tormentarijs. *Caroli Imp. Tunetana expeditio.*

Rediit Imperator 11. Cal. Septemb. in Siciliæ portum Drepani: & 12. Cal. Nouemb. Messanam: ac 7. Cal. Decemb. Neapolin.

Duce Mediolanensi Francisco Sfortia, sine liberis mortuo: Carolo Imp. is Ducatus cessit. *Mediol. Ducatus.*

Iesuitarum ordo exortus est, auctore præcipuè Ignatio Laiola, Hispano nobili. *Iesuitæ.*

ECCLESIÆ ADMINISTRATIO, STVTGARDIÆ. REGIMEN ACAD. Tybing. & reformatio. Origo Stipendij illustris. Migratio Crusiorũ in Sueuiam. Hærrenalbensium Monachorum habitus mutatio. Virgiganteus, Antonius Sixtus. Arces Monasterij Campidonensis. Theologi & Patricij aliquot Augustani. Vlrici Iungij παρέφεια. Militia Augustanorum ad Imp. Carolum.

CAPVT XI.

ANNO 1536. Maij 8. simulacra Sanctorum, Stutgardiæ è Templis remota sunt: Monachis vtriusq; sexus, potestas facta matrimonij contrahendi. Si qui noluerunt: eis annua pensio data est. *Stutgardiæ acta. Religionis causâ.*

1. Die Lunæ post Pentecostes, in foro Stutgardiæ pronuntiata.
2. Nemo intermittetur Euangelicas ex verbo Dei conciones.
   Quisq; singulis diebus Dominicis & Festis, ad conciones accedat: eôdem mittat suam familiam saltem semel in die. Qui neglexerit: primò 1. Floreno mulctator: iterum, duobus. Qui mulctam soluere non poterit: is quatriduum pane & aqua pascitor.
3. Nemo aliò euagetur ob Missas audiendas sub pœna modò dicta.
4. Nemo inter conciones ludito, saltato, conuiuator, in publico sedeto, statò ve: sed ad minimum semel concioni interfuerit, & domi maneat. Mulcta, 5 ß. aut diem & noctem in carcerem.
5. Imagines quæ adorantur, tolluntor: sed, quæ scandalo carent, serri possunt. Tolluntor verò illæ priores sciente Magistratu, & Concionatoribus.

Erat Aulæ VVirtembergicæ Concionator Casparus Græter. *Græter.*

In Schola Tybing. Cal. Maij Rector 106. lectus est D. Balt. Keuselin. *Tybing. Schola.*

Inscripti. Blasius Villerius Aurelianensis Gallus, famulus D. Melchiorũ Volmari Erythropolitani seu Rotvvilensis. Paulus Pfinzing Noriberg. Caspar Bruschius Egranus, Octob. 25. Rector 107. Leonhardus Fuchsius, Med. D. die Lucæ.

Inscripti. Ioan. Iacobus Mendlishofer, & Ioan. Vdalricus Ebinger, Constantienses. Venerandus Gabler Nyrtingensis. Anastasius Demler Marbachensis, Ian. 6. Andreas Fridericus de Gemmingen. Ioannes VVackerus Stutgardianus. M. Iohannes Brentius.

Vaius. Decanus artium. M. Michael Vaius Brackenhaimensis. Nulli sunt hoc anno creati Magistri, propter Cancellarij discessum.

Hoc 1536. anno, Ioannes Brentius, quem Dux Vlricus Halà euocauerat, Academiam Tybing. ordinauit, per spatium annum. Cessarunt sectæ Realium & Nominalium.

Stipendy Tybing. fundatio. Fundatum est sub Principe Vlrico, STIPENDIVM ILLVSTRE: vt ibi maleti S. Theologiæ studiosi alerentur: sicut olim Monasteria fuerant pro Scholis: in quibus Monachi docerentur sacras & prophanas literas.

Haidenhaim. Gæppingæ circa hoc tẽpus, agente Landgrauio, transigebatur controuersia: quæ inter Principem Vlricum & Vlmenses, de Haidenhaimo erat, Acceperunt id Vlmenses tempore Regij dominatus sed certa transactione restituerunt.

Tubing. Comites Conradi transactio. Transactũ est etiam cum Comite Tybingensi D. Conrado: cùm is adhuc postulatum quoddam de Tybingæ Comitatu habuisset. Sedem hi antiquissimi Heroës, in Brisgoia habent, in arce Liechtenecia.

Crustorum duorum migratio in VVirtembergiã. Martinus Kraus pater, qui 1534. Bruccã in locum semimillario à Noriberga S. Iobsti pridie Martini translatus fuerat: cùm in diuturna annonæ caritate, exiguum salarium haberet: & ad illustriss. VVirtembergiæ Ducem, Euangelicæ doctrinæ excitatorem, multi boni Ecclesiarum ministri migrarent: literis instructus cõmendatitijs Noribergens. Theologorum: Andr. Osiandri, VVenceslai Linckij, Thomæ Venatorij: Stutgardiam profectus, operam suam obtulit. Ibi concionari auditus, & ab Eberhardo Sneppfio probatus: Ecclesiæ Stainebergẽsis in præfectura Schornorffensi Pastor receptus est. Eò igitur cum familia, supellectili q́ sua, die Palmarum peruenit: & Ecclesiasticam ordinationem, quæ tunc edita erat, die S. Bartholomæi in Templo recitauit. Quo anno mater eius Margareta, Bottenstaini 6. Feria post Martini obijt.

LVCAS ABBAS Herrenalbensis impetrauit habitus mutationem, ex necessarijs & prægnantibus causis, 1536.

Herrenalba. A. D. M D. XXXVI. Indict. 9. Pontificatu sanctissimi in Christo patris & Domini nostri, D. Pauli Papæ tertij an. eius primo, die verò Mercurij, Kal. Martij, in præsentia Notarij publici, testiũ q́ infrascriptorũ fidedignorũ ad hoc specialiter vocatorũ & rogatorũ: reuer. in Christo pater & dominus, dom. Lucas, Abbas Monast. B. Mariæ virg. in Alba Dominorũ, Cistertiensis ordinis, Spirensis diocæs. asserens erat, & cũ tristitia cordis allegans: quòd ex necessarijs, imò vrgentibus & prægnantibus (ὀδῖνες γὰρ αὐτὸν ἐπέλαβον) causis, habitũ Monasticum (ad tempus saltem, quandiu expedions fuerit, aut necessitas exegerit) mutare, & sub alio decenti clericali habitu incedere. Habitus Abbatici mutatio, temporis causâ. vellet: verùm non in despectũ sacri ordinis Cistertiensis, aut animo ordinẽ deserendi, Monasteriumue & habitum: sed solùm propterea, vt his tam periculosis temporib. quietius ac diutius in Monasterio Albensi permanere, in eius regimine commoda ipsius conseruare, damnaq́ huic & sibi imminentia auertere facilius posset: quemadmodum ipse ex præscripto iuramenti sui teneatur &c. Testes fratres eius obedientes, & professi charissimi: frater Ludouicus Brater de Leonberga, Bursarius: frater Gallus Thowart de Bretten, pistrinarius: frater Georg. Paß de Tuwingen, Subbursarius: & frater Sebast. Metzger de Calw, Cõfessor in Lundauallo, aliàs Beur: adhuc sub eodẽ habitu Monastico degentes: ibi præsentes: sed Monasterio suo expulsi: Abbatem suum hortati, ne Monasterium ipsorum dimitteret: sed potius habitum mutaret: an forte, auspicante Altissimo, ad pristinũ statum regularẽ ipsos, vt gallina pullos suos sub alas, recolligere posset, &c. Acta sunt hæc in villa Langensteinbach &c. præsentib. honorabilib. viris, dominis: Magistro Leonhardo Remp, Canonico in Ettlingen: & Petro Berman, Caplano in prædicta villa, &c. Fecit hoc Instrumentum M. Anton Brun de Calw, clericus Spirensis diocæs. sacra Apostolica auctoritate Notarius publicus: signo suo ibi depicto, & sigillo rubræ ceræ appenso: in quo, M. Antonius Brun, Comes Palat. 1518.

Fuit hic, Herrẽalbæ Abbas 18 Lucas Gœtz de Merstettẽ, prope Minsingen: q́ postea 1548 obijt.

Imp. Carolus bellum gerebat contra Regem Franciæ ad Massiliam, & in Picardia.

Antonius Sixtus, gigas quidam. VVeiblingæ viuebat hoc 1536. an. Anton. Sixtus, corporis magnitudine gigas, artificio pellionis, qui 4 libras carnis semel comedere, & 9. mensuras vini bibere poterat. Cùm autem, Religione mutata, & simulacris sublatis, alere se non amplius posset: in Picardiam militatum abijt. Ibi globuli sclopetario femur perforatus, Pforzhaimum reuertit: per literas q́ ab vxore Anna pecuniam, medendi causâ petijt. Illa per ludibrium ei misit gladium ferrugine obductum, & plenum foraminibus locu lum; nuntians ei, alios milites pecuniam secum asserre, ipsum contrà posse re. Iratus hic, copulam eius coniugialem abiurauit: & deinceps aliarum fœminarum pabulo vsus est. Sanatus in

Vngã-

Vngariam descendit: vbi Signifer factus, deinde centurio, amplas opes consecutus est. Quanquam autem ad vxorem non rediit: tamen sæpe et ad paupertatem suam sustentandam pecuniam misit. At etiam quodam tempore catenam auream dependentem à collo eius vsq; ad terram. Deinde, pocula argentea, nucem mysticam poculare m, & alia. Germanicè cõuersas T. Liuij historias, memoriá tenebat: & in conuiuijs recitabat. Manfit miles ad extremum vsq;. Bona verò eius facile partà facile dilapsa sunt: Fumi scil. instar dissipata. Militia eius in Vngaria.

Oetingensi Comiti Ludouico arx sua Oetingæ deflagrauit. Eltershofij Halensium, muliere, cum ex vicina domo ignem attulisset, carbonem amittente, tredecim ædificia Feriâ 6. post Paschа conflagrauerunt. Eodem anno, multi incendiarij per Germaniam vagabantur. Incendiarij.

Obijt 1536. Abbas Campidonensis, Sebast. Braitenstainius: qui arces Abbatiæ huius, bello Rustico vastatas & combustas, restituit in magna fame: Liebenthannam prope Gronsbergensem Marcam Abbatis: & VVolchenbergam, 1. milliari à Monasterio, Kauffbeuram versus. Sunt & aliæ arces Campidonensis cœnobij, hæ scilicet. Campidonenses Abbatu arces.

Hohenthanna, prope Leukirchum. Sultzberga, 1. milliario supra Campidonum, ad lacum Sultzbergensem. Empta de nobilibus Schellenbergijs, à Braitenstainio Abbate.

Neuburgum, semimillario à Campidono.

VVesterriedum, emptum per Abbatem VVolfgangum Viridilapium, Braitenstainij successorem, de Vlrico Schveiggero nobili, medio itinere Kauffbeuram versus.

Schvvabelsberga. Empta de ciue Memmingensi, ab Abbate de Reitnovv, sita prope Campidonum in lacu, amœnissima.

Dingovva, 2. milliar. à Monasterio, Kauffbeuram versus, prope VVesterriedum, in eiusdem nominis pago, in planitie. Emit Viridilapius.

Vbi hæ arces, ibi & lacus pisculenti sunt, hi: Martinceller, & Sultzberger, atq; Suntbaimer, vel Suntbouer: non longè à Comopoli Suntbouen. Lacus aliquot.

Xystus Birck, vel Betuleius, Augustanus, Græcè & latinè egregiè eruditus, Basileæ factus est Magister. Eum senatus inde in patriam vocauit: qui magna cum laude & cõmodo iuuentutis, Scholæ Cunæa præfuit. Eius collega erat And. Diether, vir doctus, præsertim carmine scribẽdo. Xystus Betuleius, Augustanus. Schola Keller.

Formula Concordiæ inter Lutherum & Bucerum, & alios quosdam, de cœna Domini, conscripta est à Melanchthone, Maij 29. Quæ de re sic scribit Gassarus. Mense Aprili anni 1536. Bucerus, senatu vehementibus concionibus contra Canonicos & idola concitato, effecit etiam: vt mense Maio ad alios Theologorum Isenaci in Turingia conuentum, hinc mitterentur senatus sumptu, & pacis studio, Bonifacius VVolfhardus & VVolfgangus Musculus, Theologi. Vbi tandem non Palinodiam Melanchthone modestam formulam præscribente, cecinerunt: quod tamen domum reuersi, egregiè dissimularunt. Lutherus & Brentius.

Eodẽ anno Cõsul fuit, ex Mercatorũ tribu (postea 1538. patricijs aditus) Ioan. Heinzeli: Ioan. Baptistæ Heinzelij, Pauli & Danielis fratrũ pater: Ioãnis Heinrici, & hodiernorũ Heinzeliorũ, auus. Ioan. Hentzelij.

Antonius Fugger, à senatu VVerdensi præfecturam eius vrbis redemit: sed ea lege, vt defecta ea ad suos heredes reuertatur. Aduocatia illa gratis ad illum senatum redeat. Emit eodem anno pagum & castrum Glett, ab Vrio Burggrauio. VVerda.

Viuebat Augustæ Claudius Pius Peutinger, Iurisc. Conradi Iurisc. filius. Hic reliquit filios: Conradum Pium Iurisc. vrbis Augustanæ Aduocatum: & Claudium Narcissum, Claudium Eusebium, ac Christophorum. Fuit & Conrado illo natus Christophorus: qui ante annũ 1575. Duumuir cum Henrico Rechlingero fuit: de patria in periculoso statu bene meritus. Peutingeri.

Viuebant etiã hi ibidem: Ambrosius Iungius, Med. D. & Georgius à Steten, & Marcus Ehemus: Euangelicæ Ecclesiæ Præpositi: biennio post, in ordinẽ patriciorũ cooptati. Dissentiebãt valde à M. Ioanne Forstero: qui semper dissidebat à Bonifacio VVolfhardo, & collega eius Cellario, in doctrina Ecclesiæ: curauerat atq; Augustæ imprimendum librum, cõtinentem 300. propositiones: quibus Schvvenckfeldij errores defendebat. Gassar & Henning. Iungius Ambrosius, Medicus.

Inuenio alicubi hoc de his circiter temporib. Es war zu Augspurg ein Artzt / mit Namen Vlrich Zung: der pfleget jederman zutrutzt. Er kam zu Käyser Carol dem V. vñ sprach: Käyser, dem Vorfahrn (Maximiliano) ist mir 6000. gůldẽ schůldig blieben. Daß du mir sie wiedergebest: steht deiner Käys. Ehr wol an. Doch ich laß sie dir nach: wañ du mir / vnd meiner Frawen / järlichs 600. fl. Leibding vnser lebtag gibst. Respondit Cæsar. Ja Doctor Vlrich / jr solt ewers begehrens gewehret sein. Et sic factum est. Eius πολιτεία ad Imp. Carolum.

Italica expeditio Philippi Palat.

Philippus Palat. *Augustam hoc anno transijt cum lectissimo equitatu in Italiam, Cæsari auxilium laturus. Cum quo multi ciues Augustani, Cæsari militatum, sunt profecti: Dustibus, Sebastiano Schærtlino, Georgio Pfistero patricio, & Bernhardo Schludio Lindauiensi.*

EPITAPHIVM.

Caspar à Frundsberg à Maioribus suis longa serie, suaq; virtute militari, aureis, equestribus insignibus clarus: multa tolerans, multaq; propulsans, grauia prælia, ad Mediolanum & Papiam, vrbes à Gallo obsidione pressas: quarum in præsidio Magistratus Castrenses gessit: iterum à Carolo V. Imperatore, morieute, arma in Gallum Regem euocatus in militiam: verum in itinere febri correptus, & reductus domum, in castra non venit: mortuusq; hîc quieuit. Obijt anno ætatis suæ XXXVI. pridie Calend. Septemb. Anno Christi M.D.XXXVI.

Dedicauit suam (ex qua hactenus multa citaui) de Freundsbergijs historiam, Adamus Reißnerus, Generoso D. Georgio de Frundsperg, Baroni Myndelheimensi, Domino Peribergæ, & Bterzingæ. Anno 1569.

Lausanna. Erasmi mors.

Hoc anno *Lausanna, quæ antea 1476. à Bernatibus occupata fuerat, tota ipsorum facta est.*

Erasmus obijt Basileæ 11. Iul. apud Hieronymum Frobenium, anno ætatis 69.

CHRISTOPHORI DVCIS VVIRTEMBERG. RES IN GALLIA GESTÆ. Gymnasij Tybingensis administratio. Constantiensis Episcopus Ioannes VVentzenius. Episcopi Augustani migratio Dillingam. Sebast. Schærtlinus, Augustanis charus. Filiæ Rudolphi de Ehingen. Argentinensis Academiæ origo.

CAPVT XII.

Militia Christophori VVirtemberg. in Gallia.

ANNO 1537. *quando Franciscus R. Gallus, aduersus Cæsarem magno cum exercitu, Pedemontium & Marsiliam versus proficiscebatur: agmini militum ab illo præfectus erat Dux VVirtembergicus Christophorus: quod agmen 23. signis constabat. Ei hic muneri cum laude præfuit: tolerans terra mariq; æstum & frigus, famem & sitim, æquo animo, nec sine magnis periculis. Quanta præterea fortitudo eius fuerit: vel ex hoc, quod quodam pacis tempore fecit, manifestum est. Venerat Rex in quoddam oppidum, cui nomen erat Chastellereau: sequente Aulam eius perpetuò fideliter & industriè Duce Christophoro: cui, quòd Regi acceptus esset, inuiderunt Aulici. Cùm igitur ipse noctu, à seruitio Regis ad suum hospitium versus iret: tantùm 12. viris comitatus (inter quos, Comes Beichlingensis erat, Landenberger & Bertranger quidam) inuasus est à 60. circiter Gallis, adiunctis 40. insuper ciuibus, bene armatis: cùm ipsi tantummodò gladios attractos haberent. Dissecta est principi Christophoro aurea de collo catena, vt in terram caderet: altera manuum est vulnerata. Punctiones etiam aliquot, corpori eius illatæ, sed innoxiæ. Attamen ipse & sui, capto idoneo loco, eâ animi præsentia se defenderunt: vt aliquot ex Gallis occisi remanerent: amicorum autem aliquot, vulneribus affecti fuerint. Ita in diuersorium suum incolumes peruenerunt. Re ad Regem postridie perlata: acrem is inquisitionem in auctores fieri iussit. E quibus comperti decem, Christophoro abillo dediti sunt: vt eos arbitratu suo puniret. Hic verò, ea qua altitudine animi & clementia erat, impunè ipsos dimisit: satis esse dicens, quòd aliquot ex eorum numero, iam pœnas morte luissent.*

Et aduersus nocturnos insidiatores defensio.

Eberh. Barbati corpus Tybingæ humatum.

Corpus Ducis Eberhardi Barbati, è Schonbuchiano cœnobio, iussu Ducis Vlrici, Maij 26. (die Ascens. Domini) Tubingam est vectum: & in choro Templi humatum. In eo choro, Theologicæ lectiones haberi solebant: quæ postea, quam noua domus sapientiæ, siue vniuersitatis, condita est, deincepts in magnum eius Auditorium, quod Aulam nouam vocant, translatæ sunt.

Tybing. Academia.

Rectores Tybingenses. Vernus Rector 108. erat M. Gebhardus Brasperger Vracensis.

Liebler.

Inscripti. Fridericus, Iacobus, & Ioannes, fratres nobiles à Schœnavv. Balthasar Brancb Gamundianus. Ludouicus Daicker Tybingens. Georgius Liebler ex Dentzlingen. Kilianus Sinapius Schvvinfurtens. Ioannes Fischer VVembdingensis.

Autumnalis Rector 109. Constantinus Phrygio, S. Theol. D.

Græcus Professor, Matthias Illyricus.

Inscripti. Ioachimus Blattenhardus Eßlingensis. Barthol. Rem Vlmensis. Laurentius Oefterlin de Canstat. M. Matthias Illyricus: Ordinarius Græcæ linguæ huc vocatus. Nouemb. 21. Ludouicus Rabus Memming. Mart. 27.

Philosophiæ Decanus. M. Michaël Schvveicker Canstatensis.

Nulli creati Magistri.

Constantiæ Episcopatum hoc 1537. anno vacare contigit: quem altero mox anno cepit Ioannes

anno 6. nobilis à VVetzen, Belga: ob doctrinam, linguarum multarum notitiam, & vsum rerum, Cæs. Carolo, & R. Ferdinando, in primis charus. Incorporauit hic Episcopatui cœnobium Diuitaugiense, & Præposituram Oeningensem ibi ad lacum Venetum sitam. Obijt 1548. Ligerone, in Comitijs Augustanis. Plura apud Bruschium. Constant. Episcopus VVetzenius.

Constantiensis lacus magnam copiam piscium inibi mortuorum eiecit in terram. Vnde diri odoris putredo: quæ luem pecoribus & hominibus attulit. Illos ergo, partim terra obruerunt, partim in aquas reiecerunt. Podamicus lacus.

Quia Augustani religionem mutauerant: ideo Episcopus, & 40. Canonici nobiles, alijq; Dillingam concesserunt. Item iudicium Ecclesiasticum (Das Chorgericht) & præpositus S. Crucis, cum conuentualibus suis. Præterea, Sanctimoniales S. Vrsula. Abbas verò S. Vlrici, cum conuentu, præter vnum Monachum, VVittelspachum emigrauit: Præpositus S. Georgij, & sui, Guggenbergam. Chorales autem S. Mauricij, præter tres, Landspergam Bauariæ. Abbatissa S. Stephanam, cum virginibus suis. Hæchstadium. Manserunt 10. & extra vrbem. Altaria omnia remota sunt. Cùm ergo illi irati excessissent: Senatus Augustanus, edito scripto ad Cæsarem & Regem, omnesq; Imperij ordines, facti sui rationem explicuit: commemorans etiam, quam amice cum illis egerit: quam odiosè illi contrà, se gesserint: aliquotiesq; in vrbe seditionem excitare voluerint. Aduersus hæc Episcopus Christophorus Scripto respondit: & à multis criminatione, potentissimos illos hortatur, vt in medium consulant: cùm res ad ipsorum quoq; periculum pertineat. Conuentu demde Protestantium Smalcaldiæ congregato: Matthias Heldus, Cæsaris Procancellarius, Augustanis infensus: ait, quæ cum Protestantibus acturus sit nomine Cæsaris: ea ad illos, qui nouissimè Religionem, inconsulto Cæsare, mutauerint, nihil pertinere: maximè ad Augustanos, quòd in eo Cæsarem manifestò contempserint, &c. Gassar. & lib. 11. Sleidanus. Augustæ Episcopi migratio Dillingam. Monachorum & Monacharum, in diuersa loca discessus. Heldus Matthias.

Hoc 1537. anno, mense Iunio, Bucerus instituit (ideo vocatus Argentorato Augustã) vt tribus cuiusq; septimanæ diebus (Lunæ, Mercurij, Veneris) summo mane, in fano Mauritiano S. Scriptura Latinè explicaretur. A Forstero, Psalterium Dauidis: à Cellario, Euangelium D. Matthæi: à VVolfhardo Geneseos: à Musculo, Epistola Paulina. Sed cùm pauci essent auditores; relegata est ea res: ad docendi ratio ad Scholas. Matutinæ quoq; conciones & preces, ceptæ sunt haberi populari lingua quotidie, iisdem diebus, in vsum vulgi: in Basilica D. Mariæ, in Templo Vlriciano, & apud Nudipedes siue Franciscanos. Die autem Sabbatino, in omnibus Templis reliquis, vesperi. Lectio S. Augustæ instituta Latinè.

Caspar Schvvenckfeldius, apud Bonifacium VVolfhardum Augustæ diuersatus est hoc anno. Vnde hic labem quandam traxisse fertur. Attamen 23. Febru. Aliis Theologorum, qui Smalcaldiæ conuenerant, manu sua subscripserat. Schvvenckfeld.

Iulij 30. huius anni, Sebastianus Schærtlinus eques (qui iam Burtenbachum, cum territorio attinente, sibi comparauerat) Ioanni Adamo de Stain, equiti, quem [illegible] superarat, in signum deditionis, sinistrum calcar, dextram Chirotbecam, & ensem, detraxit: ad renuntiendam controuersiæ, quam de limitibus & venatu cum ipso habuerat, coëgit. Hinc, multæ vicinorum nobilium turbæ, contra Schærtlinum exortæ. Ac etiam contra Augustanos: quorum Dux conductus erat Schærtlinus: & quorum aliquot equites, illi pugnæ adfuerant. Transacta tamen omnia sunt mense Decemb. huius anni, Esslingæ, per Ducẽ VVirtemberg. & Landgrauiũ Hassiæ. Seb. Schærtlini factum in Adamum de Stain.

Censores, vel Magistri morum (Zucht oder Straffherren) Augustæ constituti sunt: VVilhelmus Rechlinger, Vlricus Heckel, Gastel VVeiß, Anto. Rudolf: & Marcus Stẽglinus mater nus Marci Henningi auus: qui etiã postea senator mãsit: cùm status Reipub. à Cæsare mutaretur. Censores, Augustæ constituti.

Viuebãt eodẽ tẽpore Lucas Vlstet, & Cõradus Heel, Iurisc. & patricij Augustæ. Doctor Heel, vxorẽ duxerat 14. Iul. 1532. Felicitatẽ Langingerinã: Vlstetus, 31. Ian. 1537. Annam Kolerinam: & erat Marci frater, vrbi præfecti. Idẽ Lucas hic cũ Doctore Claudio Pio Peutingero vrbis erat Syndicus. Tũc & Consistoriũ rerum coniugaliũ senatus instituit: vno Præside, & octo Assessorib. quib. vnaquáq; Angaria noui succedebãt, ex vrbico Iudicio. Illi autẽ duo Doctores, alternis ad eos adiungebantur. Erat & Heel Syndicus vrbis: qui cum Ioachimo Langẽmantelio Cuneatio (vom Sparren) mense Martio ad conuentũ fœderatorũ, cum splẽdido comitatu est Brunsuigã missus. Vlstet. Heel.

Ioannes Baumgartner iunior, Augustæ 30. Ianu. 1537. Annam de Stadion duxit.

Mense Aprili huius anni; Augusta Regi Ferdinando subsidium misit in Vngariam: nempe 1. signum peditum, & 6. vascula pulueris nitrati. Interierunt plerig. Sumptus vrbis, XX. millium Florenorum æstimabatur. Subsidium in Vngariam.

Iohannes

Iohannes VVernher, Baro Zimbrensis, Dominus VVildensis & Valkenstainensis: Loci-tenens generosi Comitis Sultzensis Iohannis Ludouici, Iudicis Aulici nomine potentissimi Imp. Rom. Caroli V. Rotvvilæ testabatur, Annam, Rudolfi de Ebingen equitis, consiliarij Reg. Ma-iestatis filiam, Iacobi de Stoffeln de Hohenstoffeln vxorem, renuntiare omni patrimonio paren-tum & fratrum suorum: & omnibus bonis aui sui, Iohannis piæ mem. de Neuneck equitis. Idem VVernher testatus tunc est: nobilem etiam virginem, eiusdem Rudolfi filiam, Margaritam Ebingenam, curiæ Rotvvilensi præsentem: de consensu strenui equitis, Cunradi Mocken de Ho-henmuren, Assessoris Aulici Rotvvilæ Iudicij, attributi sibi curatoris: abdicare se eodem patri-monio, & ijsdem bonis.

Ebingena Anna.

Andreas Kirchberger, vir nobilis (cuius F. Georgius, hodie Rotemburgi ad Nicrum vi-uit) die 18. Aug. huius 1537. anni, vxorem duxit, Mariam Mynsingerinam à Frundeck: Iosephi Mynsingeri, Cancellarij Stutgardiæ filiam: celebrauitq; nuptias die Mercurij post Ægidij. Na-ta erat ipsa 28. Maij (die Mercurij post Vrbani) anno 1516. Andreas verò, sex mensibus ante. Ex eo coniugio nati.

Kirchbergeri.

Cordula, 22. Octob. 1538. patrino, eloquenti viro Ioanne Sichardo, Iurisconsulto Professore in Acad. Tybing. matrina verò, vxore VVolfgangi de Gyltlingen, equitis aurati.

Georgius, 4. April. 1540. mediâ secunda noctu. Patrinus, Cos. Rotenburg. Ioannes Heller.

Anna, 29. Nouemb. 1541. Patrinus, Ambrosius VVidman, Præpositus & Cancell. Ty-bingensis.

Agnes, 26. Aug. 1543. eodem Patrino:

Agatha, 19. April. 1545. Patrinus, Iacobus Hap ab Hapberg, capellanus Ebingæ Nicra-næ: & vxor equitis aurati Othonis de Gemmingen, Ebingæ tunc habitantis. Obijt sequenti anno.

Otho Iosephus, 14. Octob. 1547. Patrino, hoc ipso equite.

Agatha secunda, 3. Octob. 50.

Maria Iacobe, 25. Maij 1552. Obijt mox Iul. 2.

Horum liberûm duo primi, Cordula & Georgius, ceciderunt 21. Aug. 1543. simul de fenestra in plateam: sed sine maiore incommodo.

Obijt eorum mater Maria cum abortu, 8. Ian. 1556. die Mercurij: Pater verò Andreas, 12. April. 1560. consularis Rotemburgi.

Circa Halam, ingens tempestas accidit, & inundatio ad Bileram.

Die Martis post Viti, obijt Simon Lamparter (ex cuius libello, aliquammultain hoc opus excerpsi) filijs relictis VVilhelmo & Andreæ.

Hoc 1537. anno, Ioannes Sturmius, patria Sleidanus, ex vrbe Lutetia (vbi Professor lin-guarum & eloquentiæ fuerat) Argentinam vocatu senatus venit, scholæ ibi aperiendæ gratiâ:

Sturmij aduentus Argentinam.

Huius ergo initium fecit altero anno (adiuuantibus, nobili viro Iacobo Sturmio, & Nicolao Cniepsio Cos. atq; Iacobo Maiero Tredecimuiro) in cœnobio prædicatorum: decem classibus insti-tutis: & in eas iuuentute, quæ per vrbem dispersa erat, collectâ. Adiutus etiam est à VVolfgango Fabr. Capitone, Martino Bucero, & Casparo Hedione, Theologis. Deniq; ab Ioanne Sapido, Ia-cobo Bedroto, Petroq; Dasypodio. Valde id Gymnasium celebre euasit: viros habens in artibus & linguis, disciplinis philosophicis & Theologia, excellentes: atq; 1566. anno, priuilegia creandi Bac-calaureos & Magistros, beneficio Maximiliani I I. Imp. accepit: cui nos Gymnasio, permultum pro fidelissima institutione debemus.

Schola Argentinensis initium in collegio prædicatorum.

Coreyra eodem 1537. anno, Solimannus Turca fœdissimè deprædatus est: abductis ex in-sula circiter 16. millibus hominum. Iouius lib. 36.

Corcyra, Turcis prædæ.

CHRISTOPHORVS VVIRTEMB. DVX, IN OPPIDO LIGVRIÆ NI-cæa. Tybingenses Rectores. Schorndorffæ, VVirtembergensis oppidi, munitio, & loca quæ-dam. De Ecclesiaste eius Baltasaro Himmelbergero. Munitio vrbis Noribergæ. Arcis Boltrin-gæ venditio. Raimundi Fuggeri progenies. Septum Halensium. Obitus Rudolphi Ehingeni. De fratribus eius. Insula Creta, Turcicis armis nequicquam appetita.

CAPVT XIII.

ANNO 1538. Cometa 18. Ianu. visus est. Dux VVirtemberg. Christophorus, Gallico ex-ercitu in Italiam ducto, obsidet Alexandriam. Bello deinde à Pont. Paulo, inducijs 10. an-norũ sopito, Nicææ ministrauit ad mensam Pontifici, Cæsari, & Regi, cum laude: id quod ei creauit apud

Christophori VVirtemberg. pietas, indu-stria, virtus.

apud quosdam inuidiam. Alijs verò, Rege & principibus, dexterum pedem Papæ osculantibus: ipse, quamuis à Commestablio, vel Marescalco monitus, id facere noluit: suoq; exemplo, alios etiam proceres ab osculatione inhibuit: inter quos erat VVilhelmus, Comes Fyrstembergius. Quod certè non sine odio contra ipsum, non sine periculo, omitti potuit. Is verò non curauit.

Tybingæ Rector CX. Academiæ erat vernus, Ioachimus Camer. Babenbergens. Acad. Tybing.

Istis, dum gestat KAMERARIADES Ioachimus
Sceptra, Tubingensis ciuibus aucta Schola est, &c.

Thomas Læffelholtz, Bernhardus & Paulus Nutzelij, Noribergenses. Antonius Reuchlin Isnensis, Octob. 4. Dedit 13. Den. Christophorus Stabel Leonbergensis.

Rector CXI. LVDOVICVS Gremp V. I. Doctor, d. Lucæ.

Inscripti. Ioan. Plattenhardus Eßling. I. V. Licent. Hainricus Alman Magdenburgens. Ianu. 24. Sebast. Mægling. Tubing. Christoph. Breuning. Tubing. Ioannes Karg (Parsimonius) Augustanus.

Decanus Philosophicus. M. Iacobus Schegkius Schorndorffensis. Incipiebatur reconciliari Scholæ Cancellarius, sed frustrà. Itaq; nemini tunc demandatus est Magistralis honos.

Paulus Phrygio, Theol. D. & Professor Tybingæ, duxit in matrimonium Catharinam à Fridingen, Hegouiensem: quæ in S. Stephani Augustano Parthenone vixerat. Vrstisius Paulum Constantinum Phrygionem Selestadiensem, inter Rectores Basilienses 1533. anno ponit.

Septemb. 22. Tybingæ certamen erat sagittariorum 414. Aderant ludiones omnis generis. Certatum est sibilando, anseris præmio. Certatum est, quis amplißimum haberet oris hiatum, canthari brabeo. Certarunt pernicitate cursus, mulieres & puellæ, præmio trium cubitorum gossypini panni. Sagittariorum certamen, Tybingæ.

Igne crepuit pulueris bombardarij officina: exusta est ipsa, & sex homines, ante Neccaricam portam. Vigilandum, & orandum. Pulueraria officina.

Facta est exactio quædam maior per VVirtembergiam, de bonis mobilibus & immobilibus: quia tempora erant periculosa, in magno dißidio Religionis. Exactio tributi.

Anno itaq; hoc 1538. Dux Vlricus oppida Kirchemium & Schorndorffium munire aggressus est. Dicamus tantùm de Shorndorffa. Contemplatus ipse cum Landgrauio Philippo huius loci opportunitatem: conductis 1200. & interdum ad 2000. operarijs: latam fossam aquaticam circùm effodit: & intra eam circum oppidum aggerem densum altumq; excitauit. Arcem de nouo extruxit, magnam & validam. Operarij, sub signis militaribus, cum tympanorum & fistularum sono, ad laborandum & excubandum ducebantur, & abducebantur (sicut pater meus, & ego, tunc interdum spectabamus) intra & extra oppidum, in foro frumentario, & foro statuminario. Etiam publicæ coquinæ, vnde quisq; sibi victum compararet, fixæ erant: rebus perinde administratis, ac temporibus bellorum fieri solet. Quidam proinde, qui in leges præscriptas peccarat, gladio percussus est. Singulis die Sabbati merces sua persoluebatur: aut eis certâ pecunia partes operis efficiendæ locatæ erant, ratione decempedæ. Operarij, in domos ciuium distributi erant: exceptis, qui in proximis pagis habitabant. Hi enim vesperi in eas redibant: postridie manè ad operandum reuertebantur. Diebus feriatis, licebat tesserarum ludo recreare se, in statuminum foro. Ibi verò de facili fiebat: vt aliquis totius hebdomadis sudorem breui, ludendo perderet: & postea terram portando, durius laboraret. Opus totum fuit 1541. perfectum. Schorndorffensis oppidi circum munitio.

Partes huius munitionis, sunt hæ.

1. Fossa circa totum aggerem: latitudine, vbi minima, centum pedum. Abundat piscibus varij generis. Nam circumcirca ferè aquam habet, aut habere potest. Præsepia est extrà, & ad aggerem intrà, denso muro, valido, profundo. Scaturit aqua ex ipsa terra: & aliunde potest deriuari: atq; etiam, vbi decliuitas est, certis adminiculis retineri. Murus tamen exterior, ferè non vltra dimidium ascendit: sed superius est quædam graminosa accliuitas: & vbi ea desinit, lignea repagula sunt: ne quis homo pecusve, in fossam deuoluatur. Ipsum autem cliui gramen, suo tempore demetitur. Partes munitionis.

2. Agger, valde crassus & altus: viriditate herbacea & virgultorum amœnus: vtrinq; inter magnam latitudinem supernam, leniter decliuis: vtrinq; altis muris comprehensus: turribus rotundis, & propugnaculis directò inter se respondentibus, catarrhactis portis, lapideis canalibus, vigilum ædiculis, tintinnabulis, instructus. Hæc omnia, oculorum patēt aspectui: & anno 1588. eum

aggerem

aggerem cum amicis circumiui. Cuius magnitudo inde potest æstimari: quòd interdum 30. plaustra fœni inde demetuntur. Vbi autem declivitatem habet: calcaribus aptis calces suas fœnisecæ muniunt, ne in fossam decidant.

3. Pontes ex portis oppidi quatuor sunt, querni: pilis lapideis, in fossa fundatis, impositi. Primus, ante Superiorem (sic appellatam) portam, Orientem versus. Secundus, ante Mediam portam, ad Septentrionem, iuxta maius suburbium. Tertius, ante Inferiorem portam, occidentem versus. Has tres portas oppidum habet: quibus in campum exitur. Quartus, Arcis pons nominatur, Austrum versus: ex illustri arce, trans interiorem & exteriorem fossam, per aggerem. Semper clausus nisi Princeps veniat.

Sunt aliàs quatuor canales, ex magnis pinibus, trans fossam porrecti: per quos riuus in oppidum influit & effluit.

4. Intus post aggerem, vsq; ad murum ciuitatis, vetus fossa est: quæ fuit olim plena fructiferarum arborum, oppidum obtegentium & absconditiū. Ex ea sunt aditus hinc inde in propugnacula, quæ sub aggere sunt. In eâdem fossa superius ad Mediam portam, tabernaculum sagittariorum est: ante quam, & camera vitibus texta, longa & iucunda. Arbores iuxtà fructiferæ: sub quibus, mensæ & sedilia lapidea. In latere eius australi, Pharmacopolæ hortus est, vario plantarum genere ornatissimus: cum fornicibus etiam vitium, per murum oppidi serpentium: & cum aluearibus mellificij. Iuxta Superiorem portam vstrina est fœcium vini. Ex quibus tot cadi excoquuntur vini adusti, vt plaustra ijs onerentur.

5. Murus oppidi (ὁ περίβολος, τὸ περίτειχος) altus & validus.

Schorndorffij op. diuisio.

Oppidi diuisio.

Diuiditur in superius & inferius.

Superioris partes, ἐφέσιοι.

1. Porta Media, ad Boream, Remsam versus.
2. Turris carceris, muro oppidi inclusa.
3. Porta Superior, ad Orientem.
4. Arx.
5. Kefich, auiarium (κλωβὸν vocat vulgaris lingua) carcer scil. & turris.

Ibi, tantùm hæ duæ turres sunt: & murus est veterior.

Inferioris partes.

1. A turri Kefich, procedendo Occasum versus: vbi porta Inferior.
2. Inde, Boream & Orientem versus, vsq; ad turrim priorem carceris.

Murus, recentior est: habetq; 18. turriculas, præter turres portæ Inferioris & mediæ.



Inferius

Inferius oppidum, suburbium olim fuit: &, priusquam muro includeretur, vocabatur Arenarium, auff dem Sand: *à loco exteriore arenaceo. Ideo adhuc est ibi familia quædam hoc cognomine, In arena.*

Illæ 18. turres, ante ædificationem munitionis, altitudine ferè adæquabant turreis portarum: & ita ciuitatem ornabant: vt ab exteris, Oppidum turritum nominaretur. Hodie, quia hoc, valde populosum: habitantur illæ à pauperibus ciuibus: quia domus, conductu rariores.

Fana erant olim, intus & extrà.

1. *S. Mariæ. Ecclesia Parochialis. Cuius turris erat præalta, supra cum octagona galea, corona, & circuitu, spectandi artificij. Quæ galea sublata est: quasi inde tormentis, oppido capto, nocere posset arci. Postea ergo loco eius impositæ sunt duæ ligneæ contignationes, cum tecti ligneo fastigio.* Templa eiusdem oppidi.

2. *S. Georgij, in Xenodochio erat.*

3. *S. Leonhardi, iuxta Inferiorem portam.*

4. *In Cœmeterio, sacellum & crypta. Inde, ex Monialium domo, pergula sublimis in oratorium.*

5. *S. Iacobi, in primo cœmeterio, extra portam superiorem: vbi nunc, pons.*

6. *In monte S. Otiliæ.*

7. *Sacellum prope Leprodochium.*

Hæc autem noua munitio Schorndorffensis, in fossa, & aggere circumducendis, abstulit multos pulchros ciuibus hortos: pro quibus tamen Dux Vlricus, eis clementer satisfecit. Abstulit & vetus Cœmeterium: quod fuit superiorem secus portam, septentrionem versus: cuius fanum fuerat 1532. initiatum. Ante quod tempus, cadauera in cœmeterio Ecclesiæ oppidanæ humabantur. Vetere igitur sublato: nouum est cœmeterium factum, extrà post arcem. Erat tunc Parochus Ecclesiæ, vir heroici corporis (μεγαλόσωμος, ἰσχυρὸς, ἀξιωματικὸς) & egregiè, iudicio intelligentium, doctus humanitate quidem singulari: inprimisq; fiducia in Christum tantùm, incitator: Baltasar Himmelberger Campidonensis: patri meo amicus: & nonnunquam ad eum Stainebergam expatians. Hic obijt hoc 1538. anno, incepta hac munitione: nec voluit, se in Templo sepeliri: sed foris in nouo cœmeterio: dicens, Pastorem debere cum ouibus suis esse. Ita sepultus est in eo loco: primus omnium, ibi sepultorum: ita, vt ipse initiauerit illud cœmeterium suo corpore beato. Quoniam autem id pulcher erat hortus, multis comans arboribus felicibus: ideo, cùm vespillo sepulchrum viro sancto faceret: magnamq; & diffusam generosæ arboris pyri radicem nactus esset: effosso, per longum laborem, perdifficilem: corpus subter eam radicem reconditum est. Postea, rursus in hortum est mutatum: & adhuc hodie, pomarium amœnum est. Nouum verò pro eo nunc, ab anno 1556. cœmeterium ad Septentrionem extat, pulchris monumentis ornatum. Vbi & parum est fanum, ad habendum interdum in eo funebrem concionem. Priore verò cœmeterio, in hortum rursus mutato: cùm illa Himmelbergeri arbor, per quam esset fructuosa: vulgò dicebatur, mirum non esse: quia magnus & opimus ibi Ecclesiastes, humatus esset. Vocantur pyra eius, Weiderbirn. Werden bald nach den Heubiern zeitig. Eo autem robore vidimus illum virum: vt magnum pannum, fœni plenum, & colligatum, dextrâ in repositorium horrei satis altum, promptè conijceret, cum admiratione hominum. Satis de hisce. Cœmeterium nouum. Baltasar Himmelberger.

Noribergenses quoq; hoc 1538. anno, magnam & validissimam munitionem exorsi sunt, inter Tbiergartneram & Vestneram portas: multorum hortorum arboribus excisis. Ac Septemb. 3. primus lapis est positus, præsente Senatu: inclusâ in eo magna moneta, in vitro: cum nominibus Cæsaris ac Principum, tunc viuentium. Strenuè ædificabatur, octo semper geranijs saxa sustollentibus: conductis 5. signis peditum: tormentis in arce collocatis: validoq; septo circa ædificantes facto: ad prohibendam vim, si qua inferretur. Adiutores operis fuêre, operarij etiam ex Sueuia. Absolutum est 1545. anno, nemine prohibente. Noribergæ munitio.

Vlmenses destruxerunt S. Georgij fanum: olim à Bebenhusanis Monachis ædificatum: cùm ij multa sibi bona comparassent Vlmæ: post quam eam Lotharius circ. 1129. destruxisset: sed successor eius Conradus 3. reædificandam curauisset. Vlmenses verò postea pecunijs, Monachorum bona ad se redegerunt: destructisq; quæ obstabant: ingens Marianum Templum 1377. inchoarunt: ac longo tempore absoluerunt: vt iam dudum scripsimus. Destructo autem S. Georgij fano: aream, & Cœmeterium ibi fecerunt. Vlmensium fanum S. Georgij.

Comes Hanouius Philippus, 1538. Feria 6. post assumpt. Mariæ, duxit Eleonoram Comi-

tissam Fyrstembergiam, Friderici & Annæ VVerdenbergiæ F. Obijt Eleonora 3. Iun. 1544. Philippus verò, 19. Febru. 1590. illa, Neuvvileræ sepulta: hic, Liechtenbergæ. Ex eis nati, Philippus 1541. Anna Sibylla 1542.

Boltringensis arx.

Boltringam arcem, & quæ attinebant, VVilhelmus Comes Eberstainius, de Sebastiano à Gyltlingen emit. Testes: Iodocus Nicolaus, Comes Zollerensis, Dominus Haigerlochius, S. Imperij hæreditarius Camerarius, & capitaneus dominij Hohenbergensis, &c.

Hærmannus Georg.

Ioannes Georg. Hærman (is, ad quem Epistolæ aliquot sunt Erasmi: item, Olympiæ Fuluiæ Moratæ Grunthleræ: vir bonus & doctus, consiliarius Regius, pater viuentis hodie Hieronymi) duxit vxorem 10. Febru. 1538. Radigundem Hærvvartinam.

Kauffbeurâ oriundi.

Georgius Hund Lauterbachẽsis nobilis Bauarus, 7. Maij, Barbarã Rechlingeram duxit.

Villinger Carolus.

Item Carolus Villinger (Baro suæ gentis primus) 14. Octob. Barbaram Rechlingeram.

Christophorus Peutinger, 27. Nouemb. Catharinam Laugingerinam: filius Doctoris Conradi, Doctoris Claudij & Chrysostomi frater. Erat circa 1550. vrbi præfectus: obijt 1574.

Merspurgius Baro.

Iul. 13. Ioan. Iacobus Suntgouius à Merspurg, Baro, Reginam Fuggerinam duxit. Cuius Reginæ sororem Sibyllam, Baro VVilhelmus à Knæringen, sequentis anni die 19. Decemb. itidem duxit. Knæringen.

Raimundi Fuggeri progenies.

Fuerunt filiæ Raimundi Fuggeri (Georgio nati) & Catharinæ Tursoniæ. Habuerunt fratres, Ioan. Iacobum, Georgium, Christophorum, Vlricum, Raimundum. Sorores autem, Veronicam, Barbaram, Vrsulam. Prima fuit Tyrolensi Baroni à Spaur Danieli nupta: secunda, Ferdinando Baroni à Vels: Tertia, Ioachimo Ortenburgensi Comiti.

Spaur. Vels. Ortenburg.

Babenhusa.

Antonius Fugger arcem & pagum Babenhausam, cum attinente ditione, emit à nobilibus de Rechberg: & liberata à feudo VVirtenbergensi, sibi in monumentum legit. Hodie inter ipsius filios, dominatur ibi Iacobus Fuggerus.

Isenaci conuentus protestantium.

Isenaci conuentus erat Protestantium, sub exitum Iulij, pacis & concordiæ cum Cæsare causâ. Vbi se quoque in fœdus admitti petebant Halenses & Hailprunnenses. Quæres Augustanis & Vlmensibus demandata fuit.

VVangæ incendium.

VVangæ, Algoiæ oppido, conflagrârunt 180. domus. Auctor incendij, Marthalæ supplicio affectus est.

Halensium sepes.

Quidam, qui sub Comite Hohenlobensi Georgio, VValdenburgi habitante, viuebant, Halensium sepem persecuerunt. Ideo reprehensus, qui eos incitauerat, Sculteetus Gnadenthalius, respondit: si illi hoc ferre non possent: venirent postridie manè: & secum ouo butyro elixa comederent. Halensium ergo 800. virorum armati, cum XI. tormentis, egressi sunt. Sed nemo apparuit ientaculi comestor. Ipsi igitur, tormentis in albam simulacrorum domum Monasterij deuoratis, domum reuerterunt. Purgantibus sese comitibus intellectum est, sæpè aliqua tentare à superbis ministris, quæ Domini prudentes ignorent.

Ehingeni Rud. obitus.

Obijt eques Rudolphus ab Ehingen 1538. Maij 15. anno ætatis 75. Vxor verò eius, Sophia Neunoccia, 1529. Iun. 26. obierat.

Indulgentia ei facta.

Hic, quia sæpe peregrè cogebatur proficisci: ita, vt non posset multum interesse rei diuinæ: acceperat à Pont. Iulio, & Cardinale Brixiensi, βυβλίδιον μεταμοσχεύσεως, precatorium lapidem (sicut & pater Georgius habuerat) ac Bullam indultoriam vescendi carne diebus interdictis, valetudinis causâ: intrandiq; clausa cœnobia Monialium: ac cum vxore sua Sophia inibi cibum capiendi. Etiam 1506. anno Florenos 50. cœnobio Pfullingensi legauerat. Quodam tempore ei, Eckam versus proficiscenti, in sua iuxta Kilbergam Syluafactus obuiàm fuerat ceruus: qui videbatur habere crucifixum, carnibus suis mirè internatum. Iccirco ipse sacellum, & fratrum aediculam, ibi ad honorem Christi ædificauit. Curauerat autem ante mortem, sibi & suis fornicem sub Templo Kilbergæ faciendum, ad sepulturam. Ibi ille adhuc sedens conspicitur, cum pulchra barba cana.

Ceruus cum crucifixo: eidem visus.

Obijt frater eius Eberhardus, Hailprunnæ, ordinis Teutonici miles.

Fratrum illius obitus.

Thomas millesimo, quingentesimo, vigesimo tertio anno, breui post sui è Mopelgardia liberationẽ, ab Vlrico VVirtemberg. D. dimissus. Obijt frater VVolfius millesimo, quingentesimo, decimonono, legatus in Brunsuigam missus. Fuerat diu minister Ducis Saxoniæ Georgij: deinde, Regis Hispaniæ Philippi. Item, Signifer Cæs. Maximiliani contra Venetos. Fratres Georgius & Marquardus, bella secuti Caroli & Francisci, ambo in Cæsaria oppugnatione Florentiæ 1530. occubuerunt: ibique cum alijs nobilibus humati sunt. Frater Conradus, primò Canonicus Augustæ, deinde miles, fuit. Ein frische haut: cuius prouerbium: Kom glück/vnd sey mein Gast. Ast hæc spes non diu manet.

ALII EHINGENI.

Plures Ehingeni.

Ex Burchardo (inquit Gabelc. non autem ex prædicto VVolfio) Rudolphi senioris filio, nuper defuncti patruo, nati sunt: 1. Hugo VVernherus: qui inseruiuit Eberhardo VVirtembergico Barbato: ac postea Leonhardum Reischachium, factus est maior præfectus Balingæ. Obijt 1546. cælebs, annos circiter 76. natus.

2. Ioannes: vir pacificus. Adiutor fuit ipse, & præcedens frater eius, seditionis Rusticanæ opprimendæ, circa Villingam & Tutlingam. Controuersias transegit inter Bubenhofios, Marcum Leinstetæ, & Casparum equitem, anno 1531.

Rudolphus senior,
- Burcardus
  - Hugo VVernherus.
  - Ioannes.
- Georg. eques
- Rudolph. eques.

VVolfgangi autem senioris (non prædicti etiam VVolfij, vt in M. Scr. inueneram, inquit Gabelc.) filius fuit Christophorus. In bello hic Rustico benè sese gessit. Obijt 1531. cuius filia, nupta fuit Melchiori ab Auvv. Filij verò Christophorus & Ernestus, in pueritia mortui.

Caluæ, mortui nobiles: Iohannes Lemblinus, Aug. 9. & VVilhelmus de Lier (fort. Lierhaim) die Elisabethæ.

Phorcæ sepulta est Illustrissima Marchionissa Badensis, Marchionis Ernesti coniux, Domina Vrsula, defuncta Febr. 26. sita in choro interiore collegij S. Michaëlis.

Natus est Augustinus Brunnius Annæbergi: patre Blasio, & matre Catharina Feirabendia: vir Græcè & latinè benè doctus: qui magnum opus Historicum conscripsit, nondum editum: & multos iam annos in pago Iesinga pastorem Ecclesiæ agit, vicinus noster humanissimus. Augustin. Brunnius.

Augustæ, in Annæo Templo. PERP. SECVR.

Hieronymus Fugger, Huld. sen. filio: generis splendore, corporis elegantia, animique dotibus insigni: gloria verò equestri, cæterisque virtutibus, ornatissimo: cuius largas inter opes, absque curis, anxijsque negocijs, iucundos inter amicos, in ocio hilariter ac benignè vitam traducere, studium summum fuit: Monumentum hoc patruelis & patrueles filij, ex testam. hæredes, gratitudinis ergò agnato opt. E. B. M. F. C. Obijt 26. Nouemb. anno sal. M. D. XXXVIII. Fuggerus Hieronymus.

Eodē anno, hæredes eius (qui amplius XL. millia Aureorum, ad pias causas legauerat) de Margaretha à VVernau emerunt VValtenhusam: ibiq; hospitale XL. pauperibus condiderunt. VValtenhusa.

Barbarossa pirata (de quo supra dictum) Venetorum ius Cretam (Candiam) frustrà tentauit: Cydoniā (Chania) & alijs oppidis obsessis, mense Iunio. Frustrà etiam obsedit, mense Decembri Nauplium (Neapolin Romaniæ in Peloponneso) Cassinus Bassa. Creta inf. vexatio.

CONVENTVS PROTESTANTIVM, FRANCOFORDIÆ. NOVORUM Patriciorum Augustæ Rhætiæ designatio. Conciones Ambrosij Blaureri in ea vrbe. Regimen Gymnasij Tybing. Ioannes & Christophor. Braitenlandenbergenses. Isabellæ Augustæ obitus. νέφη ἀσιτος, καὶ ἀπιστεῖν μέλος.

CAPVT XIIII.

ANNO 1539. in Quadragesima, conuentus fuit Protestantium Francofurti, Religionis causâ: vt pax inter ipsos pontificiosque seruaretur. Iidem etiam insidias horum metuentes: multos milites clàm conductos habebant, sui muniendorum causâ. Halenses quidem, numerum ducentorum, in suo territorio. Augusta patricios ad eum conuentum miserat, Doctorem Conradum Heelum, & Ioachimum Langenmantelium de Cuneo. Francofordia conuentus Protestantium.

Augustæ viuebat Leonhardus Christophorus Rechlinger, consul: qui vsque ad 1580. annum vixit. Vxorem duxerat 1531. Hoc verò 1539. anno, in custodiam ductus dicitur, cum Antonio Heinzelio, & Christophoro Bissingero: quòd senatui, cùm is nouos legeret patricios (40. circiter familiarum: veteribus generibus ferè extinctis) & alijs in rebus, oblocuti essent. Rechlinger. Cos. Augustæ. Nouæ ibi patriciæ.

Post octo tamen dies, vadibus datis, è carcere sunt emissi. Fuit hic Rechlinger, grauis vir, plebi acceptus: nec minus consulatum ornauit, quàm ab eo ornatus est. Bissingerus verò dixisse fertur: se optare, vt tota sacra area (der gantz Kronhoff) esset vna patina: in qua concionatorum Bissingeri Dictum.

Augustanorum cadaura, loco aprugnæ & caporum carnis iacerent concisa: quibus interserta loco amygdalorum, velut in gelu, vel artocreæ, essent capita Tribunorum plebis. Das were ein Atreische vnd Thyestische Suitz gewesen.

Blaureri conciones, Augustæ.

Iun. 23. huius anni, Augustam venit Ambrosius Blaurer Constantiâ, Religionis omninò conformandæ causa: auctore Conrado Stierlino plebeio Ecclesiæ præposito. Conciones habuit in S. Mauricij Templo vehementes: non modò contra luxum mundi muliebris, & vestitus: sed etiam excommunicationis introducendæ gratia. Verùm VVolfgangus Rechlinger, tunc consulatum gerens, illum præter expectationem discedere iussit, nescio cuius instinctu. Cæteroqui senatus, Blaureri monitu, præter antehac factam à Langenmantelio fundationem, amplius studiosis quatuor pauperibus stipendia decreuit. Idem senatus, Blaureri hortatu duo ærania, vel gazophylacia. in Templis ob stipem aduenarum & pauperum scholasticorum constituit. Atq; hoc anno, mense Aprili, primi tales Beneficiarij in scholam Tybingensem missi sunt.

Gazophylacia.

Augustanæ vrbis munitio.

Eodem anno senatus Augustanus, murum vrbis, & celsas turres, deiecit: de nouoq; vrbem muniuit. Hæc de vrbe Augusta, quia semel eius mentio inciderat, coniungere vno in loco volui. Nunc Francofordiano conuentui, hoc sequens addendum est: quod ferè oblitus eram.

Calumnia in Protestantes.

Galliæ R. Franciscus, Vlrico Duci VVirtembergico per legatum nunciauerat: se audire, ipsum impulsu fœderatorum velle bellum facere quibusdam in Germania Episcopis. Id ne faceret, hortatus erat. Transactione enim inter se, & duos summos Austriacos facta: eum se, fortunasq; suas, in magnum discrimen adducturum. Gratias egit Princeps Vlricus: sibi iniuriam fieri, dixit. Rumorem fortè à Bauaris principibus esse sparsum. Nec sibi, nec socijs, in animo esse, quenquam lacessere armis: sed tantùm se, si inferantur, defendere. Ideo Protestantes Principes, literis 19. Aprilis datis, Regi se de hac calumnia purgant. Se enim nullum cogitare bellum: sed magnoperè pacem expetere. Sleid. lib. 12.

Rectura Scholæ Tybing.

Acad. Tybing.

Die Phil. & Iac. Rector 112. Michaël Rucker, Med. D.

Inscripti.

Chytræus.

Dauid Kochhaf (Chytræus) Mentzingensis. Hodie 1592. adhuc Rostochij clarens.

Dachtlerus.

Iacobus Dachtler Balingensis. Adhuc apud nos interdum concionans, & Sacramenta administrans.

Die Lucæ, Rector 113. Balt. Kœfelin.

Inscripti. Philippus & VVolfgangus de Harten, nobiles.

Theodoricus Sneppsius, D. Erhardi F.

Bartholomæus VVolfhardus Memmingensis.

Ioan. VVelling Stutgard.

Albertus & Ioan. Conradus Thumi à Neuburg. Ianuar. 14.

Decanus Philosophicus. M. Conradus Schott ex Tagershaim.

Magistri facti, etiam sine Cancellario, qui excesserat. Doctorem enim loco eius dedit Cancellarium Ioannem Schnitzerum, Dux Vlricus.

Iohannes Hospinianus Steinanus. Basileæ 1575. mortuus.

Hieronymus Gerhardus Haidelshaimensis. Postea, VVirtemberg. Vicecancellarius: fuit & hodie eius filius, eiusdem nominis.

Iohan. Mendlinus, Tubing. Professor Dialecticæ Melanchthonis.

Iohan. Epp Nagoltens. D. Iuris.

Georg. Pistor Giengens. Med. D.

Vogler.

Chilianus Vogler Cantharopolita, vel Canstadiensis, ad Festum Ioan. Hic postea factus est vtriusq; Iuris D. & Tybingæ Professor.

Hainricus VVeickersreuter Schwabachens. Abbas Hirsouiæ.

Hagerus Conradus.

Conradus Hagerus, Canonicus in Ebingen, multos libros legauit stipendio Frontenhusano: qui sunt in Bibliotheca Tybingensis Acad.

Tybing. Curia sodalitas.

Cœpta est Tybingæ, die Mercurij cinerum, agitari sodalitas in curia oppidana, conuiuantium & saltantium primariorum virorum & fœminarum, oppidi & Academiæ.

Multum vini natum est hoc anno circa Necrum, Kocham, Tubarum: ita, vt interdum vas plenum pro vacuo vase daretur. Eßlingæ, & in VVirtembergia, mensura vini ante valuerat 1. bacio: sex verò hebdomatibus post, nummo 1, vel vndecim mensuræ, 1. bacio.

Iohannis

Iohannes à Braitenlandenberg in Turgouia, captus fuerat propter controuersiam de limitib. & venatu, (eins vnterganas vnd Wildbannis halben) à Rotvvilensib. Hic per Tigurinos, vt ei patronos, liberatus est: & res, iudicio finita. Sed non acquiescens Christophorus F. eius: sequenti anno, inimicitijs denuntiatis, aliquot vicos & suburbana Rotvvilensib. exußit. Inde, militum & exulum manu facta, hyeme rursus incursauit, sub initium 1541. anni. Missuri igitur Heluetij fortè subsidium contra eum erant, Scaphusæ iam collectum. Sed deducta est controuersia ad compositionem, per Palat. Rheni Ludouicum septemuirum. Ducem VVirtemberg. Vlricum, Comitem Fyrstemberg. Fridericum, & Argentoratenses. Obijt postea 1546. ille Christophorus. Braitenlandenbergensium & Rhotvvilensium controuersia.

Extincta est difficultate partus 1. Maij 1539. Imperatrix Isabella, anno ætatis 40. De quo casu, distichon hoc est. Isabellæ Augustæ mors.

Catole, cur desles Isabellam, curve requiris?
Viuit, non obijt, reddita sponsa Dei.

Apparebat hoc mense Maio stella crinita. Cometa.

Puella quædam Margareta, filia Seufridi VVeißij & Barbaræ, in vico Ræd, milliarib. 2. à Spira: nihil comedit, nec excreuit, à 1539. vsq; in 1541. annum: corpore tamen creuit. Ex Gerhardo Bucoldiano, Physico R. Ferdinandi. Puella ἀσῖτος.

Huc cum 9. Febr. 1592 peruenissem: pomeridiano tempore spectauimus πανδημεὶ Drama Susannæ: olim à Xysto Betuleio (cuius suprà meminimus) compositum: nunc autem ab alumnis stipendij Illustriß. (M. Philippo Hailando, M. Samuelis, stipendio præfecti, filio, moderatore) in foro Tybingens. cum laude factum. Comœdia Susannæ.

CONVENTVS, ET COLLOQVIA RELIGIONIS, PROTESTANtium aduersariorumque. Crusiorum migratio Vlmam. Æstas feruida, & nobile vinum. Administratio Scholæ Tybingens. Incendium Tybingæ. Quædam Augustana. Instauratio Salinæ Halensis. Arx Lympurgum, vendita.

CAPVT XV.

ANNO 1540. legati principum & ciuitatum Protestantium, conueniunt Cal. Mart. Smalcaldiæ, & vnà Theologi: nempe Ionas Pomeranus, Melanchthon, Cruciger, Bucerus. Qui iußi formulam conciliandæ doctrinæ cum aduersarijs, scribere: responderunt, non esse à vestigijs Augustanæ Confeßionis, & huic adiunctæ Apologiæ discedendum. Smalcaldiæ conuentus.

Protestantes, cum mense Febru. pacem à Cæsare petijssent: vt & Religio constitui, & de bello Turcico agi posset: ambiguum ab eo Responsum postea tulerunt.

Iidem auaritiæ in Ecclesiasticis bonis arripiendis insimulati: responderunt, sibi non tanti esse tam exiguam pecuniam: vt ideò vellent tantam inuidiam, offensionem, pericula, sustinere. Habere Ecclesias benè constitutas: excitasse scholas frequentes: vt meritò suspicione quæstus liberi esse debeant. Suadent ijdem Hailprunnensibus: vt Missam Pontificiam è certis templis eijciant. Se eis auxilio fore, si quis ideo motus existat. Protestantes, sacrilegij insimulati. Hailprunna.

Conuentus mense Iulio est factus Haganoæ & Nouembri VVormaciæ, Religionis causâ. Hæc omnia, apud Sleid. 13. copiosè. Haganoam autem ab Augustanis mißi fuerant, Matthæus Langenmantel Cuneatius, & D. Conradus Heel. Sed ad VVormatiense colloquium, VVolfgangum Musculum (qui erat vnus ex Notarijs, vel scribis colloquij) & Ioachimum Langenmantelium, Iacobumq; Herbrotum Trib. Pl. legarunt. Haganoæ conuentus, & VVormaciæ.

Pater meus hoc anno, die Epiphaniæ duas conciones habuit Vlmæ in summo templo: & postea Ecclesiastes factus est in vicis Lehera & Iunginga. Ego autem hactenus ab ipso in latina lingua fideliter institutus: tunc Vlmensem scholam (cuius Rector erat doctißimus vtriusq; linguæ vir, Gregorius Leonhardus Almangauus) frequentare cœpi: conuictor Vlrici VVielandi, concionatoris in hospitali. Cumq; mea studia Vlmensi senatui commendarentur à præceptore: ille aliquandiu ea promouit quadam liberalitate. Erat tunc Vlmensium Ecclesiarum Episcopus, Martinus Frechtus, S. Theol. Licentiatus: qui & populari lingua in magno illo templo, & latinè die Iouis in choro eiusdem, concionabatur. Nos autem, qui intelligere posse putabamur, scholastici introducebamur: auscultantib. ante alios concionatoribus, & doctis ciuib. Fuit Frechtus, ad VVormaciense illud colloquium missus: & pater meus ad eum literas dedit. Erat tunc etiam Vlmæ, doctus & disertus concionator, M. Iohannes Bernhardi Francofordianus, studiorum meorũ fautor. Crusiorum migratio Vlmam. Frechtus Martinus.

Eclipsis solis. Der Kat Sommer/ [illegible] Incendiarij.

Die 7. April. fuit Eclipsis maxima Solis, ante meridiem. Secuta æstas torrida. Secuta, vindemia præclari vini: quod multis in ciuitatibus vbi Reipub. cellæ, asseruatum fuit: & in quibusdam ego multis pòst annis gustaui: credoque, etiamnum asseruari. Cuius vini vel paruum poculum ferè ebrium posset reddere hominem. At etiam incendiarij grassabantur hoc anno: ideoque porta Vlmensium, à pluribus ciuibus diligenter custodiebantur. Intellige tu, hoc in alijs vbique ciuitatibus esse factum. Vigilabant Magistratus. Erant enim periculosa tempora, propter relligionem & Turcam. Ego autem (& mei æquales) τότε κοῦφοι οἱ ὠὰ ἀέρος ἐτηρέομεν, tunc quasi leui aura succrescebam: ista scil aut ignorans aut non curans. Nesciebamus, quot & quanta mala sacra publicè priuatimque essent. Et tamen Dei gratiâ viuo adhuc.

Valebant eo anno centum capitata olera 1115. florenis: sed altero anno, 2. bacijs. Medimnus verò ceparum, 8 florenis.

Rectores Tybingæ.

Schola Tybing.

Maij. 1. Rector 114. Caspar Vollandus, I. V. Doctor.

Inscripti, inter multos alios. Georg. Pfersfelder de VVitterspach, nobilis. Henricus de Egloffstein, nobilis. Lipsensis studens. Ludo. Gerhart. à Brixen, nobilis. Henricus Elz Lutzenburgens. nob. Hugo à Fridingen, nob. studens Friburgi. Ioh. Iacobus Brastperger, D. Gebhardi F. Frideric. Fuchsius, D. Leonhardi F. Conrad. Mayer Remmingshaimens. stipend. illustriss. principis. D. VVolfg. Thalhauser, Med. Professor.

Die sancti Lucæ. 115. Rector Leonhard. Fuchsius, Med. D.

Inscripti. Vlricus Morhard Tubing. Sigismundus Lupulus Rotenburgens. Erat hic Grãmaticæ Professor Tybingæ, cuius & Grammatica edita, mihi propter quæstiones grata erat.

VVilhelmus Mægling Tubing. Ianu. 19.

Iohan. VValckerus Anglus, April. 13.

Decanus artium. M. Iohan. Benignus Butikamensis.

Magistri facti. Iohan. Hildebrandus Argentinensis. Professor.

Martinus Hartprunner Vlmensis. Iurisc.

Iohan. Sechel Tubing. Iurisc.

Iohan. Scheuble Kirchaimensis. Euclidis Professor.

Schenbelius Mathematicus.

Iacobus Rabus Memmingensis.

Tybingæ incendium.

Hoc anno noctu Tybingæ 21. Septemb. conflagrarunt 69. ædificia. Inter quæ, domus Iacobi Voglerti in foro (posteà 1563. mei soceri) cum alijs fori domibus: quemadmodum ante in Franciscano deflagrarat Monasterio, quicquid ligneum in porta & templo fuerat: remanente ferè tantùm eius templi parte longa, lapidea & camerata: quæ antea fuerat in equile (sicuti quidam olim fore prædixerat) mutata. Ad præsens autem oppidi incendium restinguendum, multi exterorum intromissi, strenuam operam nauarunt: ciuu præsertim quidam Reutlingens. qui hominum ordine structo, culeos aquæ locis opportunis subministrandos curauit. Aliter malum longius & latius grassaturum fuisset. Depictum adhuc cernitur hoc incendium in senacule curia oppidanæ: & hi Rhythmi adscripti:

Tausent fünffhundert viertzig Jar/
Nach Christi Geburt/ das ist war/
An Sanct Matthæus tag auffgieng/
Vmb ein vhr in der nacht anfieng/
Ein Fewr/ wie hie vor augen ist:
Darbey groß not gewesen ist.
Denn biß vmb Zehne in dem tag/
Nams fewr hin weg/ wie ich euch sag.
Ohn ein siebentzig der Hoffstätt:
Der Nachbar hülff da gar wol thet:
Auch daß der Wind war gestillt allhie:
Da wards Fewr gdämpt mit grosser mühe.

Distichon numerale.

OCeano nono LIbra CVM soLe Latente:
EX faCIbVs graVIter Læsa TVbInga fVIt.

Scriptum

Scriptum in Parthenone Pfullingensi (qui ad sinistram oppidi Reutlingæ est, Tubingam inde euntibus) Anno Domini M. D. XL. Auff den zwölfften Tag Maij/ ist die Aptissin/ Mutter Magdalena Bisingerin/ sampt dem gantzen Conuent/ zwentzig sechs Schwestern/ auß diesem vnserm Kloster Pfullingen/ gen Löwenberg/ &c. in das Barfüsser Kloster gezogen: vnd da gewohnet biß An. Dom. M. D. LI. *Pfullingensium Monialium migratio.*

Augustæ 1540. frequentissimum certamen in Rosenouia erat, iaculantium illo duplo sclopetorum genere, quod Doppelhaacken *vocatur. Iaculatio fiebat ex tribus tabernaculis secundum Rosennouiensem montem deorsum, & trans amnem Vvertachum seu Vindum, aduersus ligneum orbem. Erant circiter 800. iaculatores.* *Bombardariorum certamen, Augustæ.*

Iun. 21. Ioannes Iacobus, primus Raimundi F. nuptias celebrauit cum prima vxore, Vrsula de Harrach.

Ioannes Rechlinger, Doctor Iuris, Leonhardi F. 21. Martij, cum Helena Vngelterina. Ioannes Iacobus Truchsæsius, 15. Nouemb. cum Apollonia Valtherina.

Ioannem Bomgartnerum Imp. Carol. Baronem in Hohensch vvanga vv 1540. creauit. Cuius filij fuerunt, Dauid, & Ioannes Georgius: cùm antea 1512. duxisset Reginam Fuggerinam. Dauid sequenti tempore, Gothano bello interfuit: frater, rationes conturbauit. *Bomgartnerus Ioan. Baro.*

Petri Ackermanni, ciuis Augustani vxor, abortu per acerbissimos dolores facto in æstate peperit setosum, fibrum mortuum, sed sine cauda, palmi longitudine. Gassar. & Henning. *Partus monstruosus.*

Viuebant, Vvolf Dietrichus von Honburg zu Honburg. *Ioan. Conradus* von Bodman zu Bodman. *Ioan. Rudolphus* von Ensberg zu Mülha. *Bodman.*

Hi erant propinquitate iuncti Iacobo Stoffelio, Rudolphi Ehingenii in filia Anna genero: & sponsores in re dotali: poterantque ad obstagium citari Yberlingam, Villingam, aut Rotvvilam.

Viuebat tunc etiam, & diu pòst, Generosus Comes Cimbrensis, Vvilhelmus Vvernherus; vir doctrinæ haud vulgaris, & antiquarum rerum Collector studiosissimus. Fuit Iudex Cameræ Imperialis. Pantal. de viris Illustr. German. Parte 3. *Cimbrensis Comes.*

Viuebat Ioannes Forsterus Augustanus, natus 1495. Vvitenbergæ Doctor Theol. creatus est, Præceptore vsus Martino Luthero. Docuit ibidem linguam Hebraam, eiusq; Dictionarium publicauit, Idem. *Forsteri Dictionarium Hebræum.*

Eodem 1540. anno, Salina (Sula) Halensium, est instaurata: cùm quidem faber Thomas quidam, organo aliquot haustoriis prædito ab equis tracto, aquam septem diebus ac noctibus ita exhausisset: vt Vena ipsa huius salariæ aquæ conspiceretur. Quæ, maior erat in subsiliendo, quàm femur viri. Eam ille paruo Castello inclusit, exclusa syluestri aqua. Ex quo Castello, vtilis aqua in alterum Castellum deriuatur: quod 1496. aberrando à vera Vena factum fuerat. *Halensium salina.*

Eodem anno Senatus Halensis, arcem Eltersbosiam de Melchiore Senfftio emit 3. millibus Florenorum. Emit & Lympurgensem arcem ab Erasmo Pincerna, multis millibus Aureorum: vnâ cum pago, vnter der Burg dicto: fanum atque hospitale habente. Qui pagus, suburbium Halensium factus est. Itaque anno millesimo quingentesimo, quadragesimo tertio porta Halæ Lympurgica, quæ circa 150. annos obstructa fuerat, rursus aperta est, propter hoc suburbium. *Eltersbosia arx. Lympurg. arx.*

Feruntur bi semper liberi Barones, nomen habere non ab hac sed ab alia Lympurg arce non longe à Francofurto sita. Tunc ergo Halenses emerunt. Italites quæ interdum vicinis accidunt, tollebantur. Erant tunc Consules Halæ, Michaël Schlætz, Conradus Buschler, & Ioannes Otho. Scultetus, Erasmus Buchelberger. Archigrammateus, Maternus Vvurtzelman. Patricij autem, & medij generis, Gabriel & Egidius Senfftij, Iacobus Berler, Volco de Rohsdorff. Philipp. Buschler, Christophorus Haas, Ioannes Zeller, Michaël Blanck, Hieronymus Schutter, Vvilhelmus Esliberger, Leonhardus Feuchter, Sebastianus Kraus, Ioan. Schnurlin, Contzo Feirabend, Georg. Gienbach. Sequentes verò, de Inferioribus: Bernhardus Vvernher, Petrus Vvetzel, Ioan. Koler, Georg. Vverdvvein, Hanso & Michaël Eisenmangeri, Vvilhelm Seckel, Caspar Graters, Adamus Gutman. Tunc, Senatores. *Lympurgensium Dominorum nomen. Halenses proceres.*

Halenses, eripientes hoc 1540. anno Tungenthalijs & Erlachijs Calices, & Vestes sacras, tulerunt eis, Missam abrogare & Euangelij doctrinam recipere. Decano autem Chomburgensi, Collatore harum Ecclesiarum, Halenses in iudicio Cameræ accusante: ipsi, proscripti sunt: sed à Cæsare quando eu Lympurgum confirmauit, absoluti. *Tungenthal. Erlach.*

M.Scr. M. Ioan. Heroldi.

Natus est 8. Iul. 1540. generosus Baro zum Hauß vnnd Rappoltenstein auff Reitt-

Landau. *hartting/ Ioachimus de Landau.*

Phorizæ. Monumentum reuer. patris, Petri Hutz Vlmensis: S. Theol. Professoris, & prouinciæ Teut. Prouincialis dignissimi. An. 1540. die 11. Sept. in Christo defuncti: ac in medo Chori ante altare sepulti.

Budæi Guil. mors. *Obierunt, Guilielmus Budæus, Græcè doctissimus, mense Aug. Lutetiæ: & Eobanus Hessus*

Eobani item Hessi. *Poëta, olim patris mei condiscipulus, Marpurgi, in Octobri, anno ætatis 53.*

Nauplia & Monembasia. *Nauplia (Neapolis Romaniæ in Argia) & Epidaurus (Monembasia Laconiæ, Maluasia) vrbes Peloponnesiacæ Venetorum, Turcis tradita scribuntur in Sleid. lib. 12.*

IMP. CAROLI ADVENTVS HALAM SVEVORVM, ET NORIBERgam, Comitia Ratisbonæ, ob Religionem, & bellum Turcicum. Scholæ Tybing. Gubernatio. Marescalci Bappenheimi, Matthæus & Ioannes. Budæ & Pæsti in Vngaria amissio. Irrita Cæsaris in Africam expeditio. Indoctus Concionator, sed verbosus, vulgo acceptus. Augustani beneficiarij studiosi.

CAPVT XVI.

Caroli Imp. aduentus Halam. ANno 1541. *Febr.* 11. *Imper. Carolus Halam Sueuorum ingreditur cum* 800. *equitibus: cui obuiàm venerant Halenses* 40. *equis. Atrati erant ipsi, propter Cæs. Maiestatem, quæ lugebat amissam coniugem. Hi erant, Conradus Buschler senior Cos. Maternus VVurtzelmannus, Archigrammateus: & Christophorus Haas. Post quos equitârunt, Philippus Buschler, & VVolfgangus Eselsperger, vt Capitanei. Exierunt VVestern achum vsq; ad domum regiones, ad extimum repagulum. Ibi tres primi, ex equis descenderunt: tertiùm reuerentiam inclinatione sui exhibuerunt; Cæsare subsistente, Hunc latina oratione Archigrammateus excepit: claues ad turrim ditionis dedit, & eam Cæsaris esse dicens: Halensibus locum dari, vbi equitarent, petijt. Fecit Imperator, vt proximè ante se, vsq; ad Gelbingicam portam. Ad quam stabant, Cos. Michaël Schlatz, & Senatus. Excepit ipse Cæs. Maiest. Germanica oratione. Stantes ibi duo senatores, statura proceri, canitie venerandi, Burcardus Bolzius, & Georgius Zipselius, Cæsari claues vrbis exhibuerunt. Ipse Prætori dextram, dedit, & claues reddidit. Confestim quatuor senatores, nigro damasceno vranisco (in quo, aurea aquila) Imperatorem superintexerunt. Sic introiuit: multis Tubicinibus, sed tacitè præcedentibus: Caduceatoribus siue Heroldis, aureas aquilas, & aureum gladium, præferentibus. Diuertit ille in domo Hermanni Buschleri: minimè pretiosè vestitus: sed nigra tunica, & nigro pileo cum agnello aureo in pectore. Tribus maioribus Campanis sonitum fuit: armatis circiter* 800. *ad portam stantibus, benè ornatis. Dona, ad domum allata: aliquot vasa poscim

wanger senatores. Meus inprimis M. Leonhardus Engelhardus, superiorũ Leonhardi filius, Stutgardianæ Scholæ tam diu Rector: qui tunc scholasticus 15. Annorum, tam prope astitit (wie man sagt) der Jugendt thut: & VVirtembergicus ille heros, Attempto) vt Imperatoris tunicam tangeret, qui & audiuit & vidit omnia. Quando etiam postea nocte, primam vidit Missam celebrari, illam ante Cæsarem: ego autem, nullam vnquam. Non enim quotidiè Dominus immolatur: sed semel oblatus est: & vna oblatione, nostri redemptionem absoluit: quam fide accipimus, & cœna Domini fidem cõfirmamus: ac sic grati erga Dominum, memoriam eius vsurpamus. Heb. 9. & 10. L. Engelhart.

Iusiurandum Ciuitatis vniuersæ.

Wir hulden vnd schweren euch/ dem aller Durchleuchtigsten/ Großmächtigsten/ Fürsten vnd Herrn/ Carolen/ vnserm aller gnädigsten vnd rechten Herrn/ getreuw vnnd gehorsam zu sein: euwer Keyſ. Maiest. vnd deß H. Römischen Reichs/ besten zu werben/ auch schaden zuverwaren: vnd alles das zu thun/ das getreuwe vnd gehorsame Vnderthanen/ jrem rechten Herrn/ als Römischem Keyser/ vnnd dem Römischen Reich/ schuldig vnd pflichtig zu thun seyn: getrewlich/ vnd ohn alles gefehrde/ Also helff vns Gott. Iurisiurandi formula.

Peracto iuramento: Cæsar statim equo conscenso, & ante domum Consuli, Senatoribusq; aliquot dextrâ porrecta, Crailsheimum discessit. Eum Marchio Georgius excepit iuxta Repagulum (bey dem Rigel) dixitque Halensibus: Da hat euwer Gleit ein end. Responderunt, sic esse. Subiunxit idem: So hebt meins an. Cæsar Halensibus omnia sua antiqua priuilegia, ad septum vel sepes attinentia, confirmauit: mandato addito, vbi ea sepes se non contingerent, continuandas esse: ita, vt finitimi Halensibus venderent, quæ ipsis ad id opus essent. Præfecit ei venditioni Abbatem, Schonthalensem & Murrhartensem Quemq; eo contractu stare debere: sub mulcta 40. Marcarum auri. Crailsheimum Cæsar abit. Sepes Halensiũ.

Idem Imperator ingressus est Noribergam, per hospitalariam portam: exceptus à quinque Senatoribus, in Campo: Christophoro Tezelio, Leonhardo Tuchero, Ioanne Ebnero, Andrea im Hoff, & Sebaldo Pfintzingo. Introductus est sub rubra panni serici villosi umbella: præsentibus sub porta quatuor aureis aquilis: in quarũ pectoribus. Insignia Cæsaris. Plateæ omnes, arena stratæ: in quib. ter mille viri armati, ac decorè vestiti, stabãt, ex Opificibus, cum sex signis. Exceptus est sonitu tormẽtorum, compulsatione campanarum, musico cantu & tripudiantium in pergula arcus, in quam arcem ascendit. Secuta sunt munera: 10. planstra vini & auenæ, ac quatuor vasa pretiosorum piscium, Deinde, aureus crater πολυτελὴς: in quo, centum aurei nummi: quorum primus erat 2. Florenorum, secundus 3. & sic deinceps: vt vltimus esset 100. Florenorum. Summa, 5050. fl. Noctis hora 2. duæ arces erant extructæ in nouo propugnaculo: inter quas sylua viridis. Multi ex vna in alterã iactus tormentarij: ignis in altum excurrens: altera alteram incendens. Ita non tantùm in γενέσιος, sed etiam in φθορᾶς, voluptas interdum. Ex mortarijs globi sex in sublime iacti: & ignis dissipatus stellas cæli repræsentans. Imp. Caroli Noribergam ingressus.

Dum hæc scribendo pervenio: 11. Febru. 1592. pomeridiano tempore & magna parte noctis, mecum erant eruditi & laudati viri, nobiles & generosi adolescentes: Dauid Magerus, Præpositi Ecclesiæ Stutgardianæ F. Iurium Doctor: M. Vitus Myllerus, Stipendij illustris cum M. Salmuele Hailando inspector: M. Michaël Zieglerus Gryningensis, & Discipuli eius Austriaci (M. Viti cum Præceptore conuictores) Georgius Acacius Enenckelius: VVolfgangus, & Ludouicus, & Marcus, Hohenfelderi. Præterea, Hermannus Salburger: & affinis meus VVolfgangus Roner Vlmensis. Bacchanalia nostra sobria erant: sonante ante & post cœnulam, dulcissima 4. & 5. & plurium vocum, Musica: voce humana, & sex panduris. Cantiones erant, Deus misereatur, & multæ Orlandicæ: nec non VVolfgangi Rauhi, Philip. & Irena Impp. τῶν μὲν παχέων. Bacchanalium sobrius actus.

Spectauit etiam Cæsar tunc armamentarium Noribergensium admirabile: vidit frumentum amplius CL. annorum: ex quo panem sibi pinsi iussit: & inde filio suo in Hispaniam misit. Fidem Maiestati eius, Magistratus & Ciuitas iurauit: ipse vicissim eis priuilegia & iura sua cõfirmauit: in curia & cum ea in populum prospectaret. Pransus deinde in arce Neuuenmarcam tendebat, Ratisbonam petiturus. Λοιπὸν δ' οὖν ἐπορεύθη τὴν ῥωμαϊκὴν πόλιν, ποιησάμενος ἀναγκαίων ἀφορμήν. Noribergæ facta.

Mense Aprili Comitia Ratisbonæ habebantur: ibiq; de Religione agebatur. Protestantium Theologi erant. Phil. Melanchthon, Mart. Bucerus, & Ioan. Pistorius: Pontificiorum verò, Iulius Pflugius, Ioan. Eccius, & Ioan. Gropperus: sine effectu. Ad ea Comitia missi erant ab Augustanis, Comitia Ratisbonæ.

stanis, Cos. VVolf. Rechlinger, Zympertus Hafer, & D. Conradus Heel Syndicus. Multa hi transegerunt inter Vlricianum Abbatem, Simonem Gollium, & Ioach. Gadoldum, Monasterij tunc occupatorem: qui Senatui promiserat, se 8. pauperes Scholasticos aliturum. Dedit tunc priuilegium quoq; Augustanis Cæsar: vt in ijs litibus, quæ 400. Florenos non excederant: nemini ciuis à Senatu ad superiorem Iudicem liceat prouocare.

Transactio inter Duces. VVirtemberg. & Bauarie.

Lauingæ hoc anno composita est discordia: quæ fuerat inter Ducem VVirtemberg. & Duces Bauariæ, Ludouicum atq; VVilhelmum: agente ea, quæ pacis erant, Augustano Episcopo Christoph. Stadionio. Muniebat enim VVilhelmus Ingolstadium, & exactione pecuniæ à subditis, neruos belli comparabat: Vlricus verò munitiora reddebat, Schorndorffium, Aspergum, Nissam, Kirchemum.

Rectura Tybingensis gymnasij.

Tybing. Schola.

Mense Maio, Rector 116. generosus D. Albertus Arbogastus, Baro ab Heuuen.

Inscripti. Henricus Schechius Vlmensis, Maij 4. Iuuenis egregius, probitate & diligentia, beneficiarius Vlmensium. Mortuus postea, cùm Ecclesia fructum ab eo expectaret. Ego eius Lexicon Græcum emi: cùm non pridem Græcè discere cœpissem. Mich. Ludouicus, & Ferdinandus à Friberg. Ioan. VValtherus à Laubenberg.

Pestis.

Tybinga cœmeterium.

Mense Octob. Rector 117 Balt. Kefelin per integrum annum; Magistratu ei propter pestem, quæ æstate huius anni humidissima inciderat, prorogato. Quo pestilenti tempore, nouum cœmeterium ante oppidum Tybingam, trans riuum Ameram factum est: spatio, quod est inter Portam fabrilem & Lustnauiam. Ante id tempus, homines intra oppidum, in cœmeterio Sangeorgiani templi humati fuerant: sicut 1589. August. 16 plurima ossa ibi exfossa vidimus: cùm crypta vel ossuaria, quæ 1497 facta fuerat, destrueretur: ibiq; Schola puellaris ædificaretur, &c.

Inscripti sub illo Rectore.

Eberhardus Bidenbach de Grunberg in Hassia, 19. Mart. 1542. Hodie adhuc, à multis annis, reuerendus Bebenhusæ Euangelicus Abbas, Theol. D. & Principis Consiliarius. Caspar Hertter de VVeissach. Georg. Beringer Vlmensis. Græcas literas postea ad Præceptorem nostrum Gregorium misit.

Decanus Philosophiæ. M. Michaël Vaius.

Magistri facti. Iacobus Beurlin Dornstettensis. Postea, Doctor Theol. & 1561. Acad. Cancellarius. Ioach. Bartenschlag Stutgardianus. Med. D. Anastasius Demler Marpach. Iurisconsult. Discesserunt à schola Ioach. Camerarius & Lud. Grempius.

Landau.

Natus est 30. August. 1541. generosus D. Lucius de Landaun, Freyherr zum Hauß vnnd Rappottenstein/ Cæsaris Consiliarius. Vxor eius, Maria Dapifera Baronissa VValdpurgensis. Filius, Baro Henricus, natus 1582.

Obijt D. Maria Vlrici Ducis VVirtemberg. & Comitis Georgij soror: Henrici Brunsuic. Ducis vxor.

Bappenhaimij, Mattheus & Ioannes.

Obijt & nobilis vir, Matthæus Marescalcus Bappenheimius, Doctor, & Canonicus Augustæ, Treuschaimij, vbi & sepultus est. Scribens hic de stirpe Calatinorum Rom. & ex ea Bappenheimiorum Marescalcorum, eum librum 1495. absoluerat.

Eodem anno, Ioannes Marescalcus Bappenheimius, Georgij F. Elgouiæ & VVildenstainij dominus vxorem duxit Barbaram Hohenrechbergensem: nuptiasq; 4. Decemb. eius anni celebrauit. Liberi, ex eis nati vsq; ad 1553. Maria Iacobe, Ioan. Erckinger, Haupto, Maria Salome, Marcus Attilius, Philippus, Maria Cleophe, Ioan. Henricus (qui ambo in pueritia, mortui) & Ioan. Rudolphus.

Ioan. Faber, Episc. Viennens.

Obijt 12. Kal. Iun. Ioannes Faber Leukirchensis Algouius, Episcopus Viennensis, Annoætatis 63. cuius Epitaphium legitur Viennæ in fano S. Stephani, vel omnium Sanctorum. Cui successit Ostrofrancus VVeischenfeldensis, Fridericus Nausea. Qui mortuus est 1552. Tridenti, ad id Concilium missus. Odium ibi concitauerat sibi: quòd suaserat, S. Synaxin, ex Christi Institutione integram esse restituendam: & Sacerdotibus coniugium concedendum. Reuectus est Viennam, & ad omnes Sanctos sepultus.

Grynæus Simon.

Decessit Cal. Aug. peste, vir excellens eruditione Simon Grynæus, Basilea, anno ætatis 48. Natus 1493. circa oppidum Sueuiæ Feringam, in ditione Comitum Hohen Zollerensium. Legatur vita eius apud Pantal. de viris Illust. Germaniæ parte 3.

R. Ferdinandus, quia Ioannes Vaiuoda priore anno mortuus erat (filio relicto Stephano, quem

quem tutores sui, & cæteri proceres, Turcæ commendarant) viduam eius obsidet Budæ: sed aduentu Turcarum, obsidionem reliquit.

Turca postea Buda & Pesto potitur. Decretum est subitarium aduersus eum, in Comitijs Ratisbonensibus, auxilium Germanorum: quos Fridericus Fyrstenbergius in Vngariam deduxit. Sleid. 14. *Buda & Pestum, à Turcis occupata.*

Ad eam expeditionem Augustani, suis impensis miserunt auxilio signum vnum peditum, Duce Ioanne Bleigero. Pæsto occupato, Turca Ferdinandicos milites cecidit: exceptis, qui Danubium tranarunt: quorum vnus fuit Christophorus Seuboldus Sueuo Halensis; matre Senfftia natus. Addam huic bello hoc quoque. Cùm R. Ferdinandus copias misisset ad Budam occupandam, Duce VVilhelmo Rogendorffio: in ijs etiam nobilis ex Sueuia Eckius à Reuschach erat, ordinum ductor. Aderat eiusdem filius, iuuenis alacer, Fiebant quotidie inter Christianos & Turcas velitationes. Quodam die Reuschachius iunior etiam exiuit, inscio patre. Conflictu orto aliquot Turcas fortiter prostrauit: sed tandem circumuentus ipse quoque cecidit. Pater, qui eminus viderat, ad suos dixit: ille eques, quisquis est, honestam sepulturam promeruit. Emissi itaq; aliquot expediti milites, cadauer retulerunt. Cuius cùm galea adimeretur: Eckius astans, tum primùm filium suum agnouit. Cæteris lachrymantibus: ipse obstupuit: tantùm oculis immotis aspexit. Hinc dolore ad cor penetrante, in tantum morbum incidit, vt Viennam relatus, breui cum omnium commiseratione mortuus sit. Postea, Buda, Pestum amissa sunt. Pantal. parte 3. German. Et Iouius Lib. 39. Amasis quidam (inquit Aristoteles 2. Rhetoric.) videns amicum ob paupertatem mendicantem, fleuit: quia hoc, ἐλεεινὸν erat, miserabile. Sed filium ad mortem duci cernens, non fleuit, sed diriguit: quia hoc, δεινὸν erat, horribile. *Reuschachij duo, pater & filius.* *Δεινὸν πάθος.*

Imp. Carolus Africanam expeditionem suscepit: vt illic scil. Turcas distineret ab Vngaria. Sed cùm 23. Octobr. Argieram Barbarossæ appulisset: non maius certamen cum barbaris, quàm cum sæua ventorum & tempestatum vi, habuit. Inde igitur magno cum damno, in Hispaniam mense Nouembri vix reuersus est. Sleid. 14. *Argierica expeditio Caroli Imp. infelix.*

Cum Vlmensium Ecclesiastes primarius, Martinus Frechtus, & alij quidam, ad supradicta Comitia Ratisbonam missi essent: negotium Conrado cuidam Schaffnero, Ecclesiæ in Vlmensi vico Meringa pastori, datum est: vt vsq; ad reditum illorum, Vlmæ in summo Templo mane concionaretur. Is cæteroqui erat homo indoctus: sed in vulgus πιθανὸς, magna loquentia præditus, & animos mouere gnarus, absque vlla Rhetoricæ scientia. Qua facultate fretus, non magni faciebat doctissimos etiam viros. Hinc magni concursus vulgi ad eius conciones fiebant: αὐτόχρημα προφήτην βοώντων, viuum Prophetam dictitantium. Quæ stultitia multorum, illo post reditum Theologorum in suum nidum retruso, non tamen cessauit: sed aliquandiu Meringam etiam (ad sesquimilliare) peregrinatio ipsorum durauit. Tempore autem postea periculoso, homunculus ille, vt locum suum retinere posset: temporariam Religionis formulam, quæ INterim vocabatur, amplexus est. Ita, ἀμαθία μὲν, θράσος (vt 2. lib. Thucyd. est) λογισμὸς δὲ, ὄκνον φέρει. Vel (vt Nazianzenus loquitur περὶ τῆς εὐ διαλέξεσιν σύταξιας.) θράσος, ἀμαθίας ἔκγονον. Ruditatis & imperitiæ filia est audacia & temeritas. *Concionator indoctus, in vulgus plausibilis.*

Austriaci Proceres 24. à R. Ferdinando petebant: sibi permitti sinceram Euangelij doctrinam. Nam tot clades à Turcis propter corruptum Dei cultum inferri. Ille ipsos ad concilium futurum reijcit. Sleid. 14. *Euangelij petitio Austriorum.*

Patricius Augustanus, Ioannes Honoldus, homo cælebs, 200. Florenos in perpetuum stipendium, alendi sinceri Augustanæ Confessionis concionatoris 1540. legauerat. Sed obstantibus quibusdam: executores Testamenti, Conradus Rechlinger, & Georgius à Steten, eam pecuniam eiusdem doctrinæ studiosorum conuerterunt. Quos cum Basileam 1541. misissent: breui eos propter pestem ibi grassantem, & Simonis Grynæi Veringensis, viri excellenter docti, Calendis Aug. ibidem mortem, inde reuocarunt, & VVitebergam miserunt. *Studiosi adolescentes, Augustanorũ alumni.*

Obijt & Vrbanus Regius, Cellæ Saxonicæ, Maij 25. cui vxor fuit Augustana, Anna VVeisbruckerina. *Vrb. Regij mors.*

Item Henricus obijt, Saxoniæ Dux: cui filij successerunt, Mauritius & Augustus. Mauritio lis accidit de finibus ditionis, cum Electore Ioan. Friderico, sequenti anno: sed Landgrauij intercessione sedata est. *Mauricius & Augustus.*

FERDI-

R. FERDINANDI TRANSITVS PER SVEVICAM HALAM. EXPEditio Imperij Turcica. Reditus Ducis Christophori ex Gallia, & eiusdem nuptiæ. Rectores Acad. Tybing. Deliciæ vrbis Augustanæ. Zurzachense Naufragium. Episcopus August. Otho VValdpurgensis. Cæsaris Caroli aduentus Vlmam, & Geldrienſe bellum. Quædam Augustana & Halensia. Obitus aliquot clarorum virorum.

CAPVT XVII.

Ferdinandi R. aduentus Halam Sueuicam.

ANNO 1542. Ianu. 30. (die lunæ ante purif. Mariæ) R. Ferdinandus Halam Suevorum vênit. Aduentanti autem equites Halensium 40. obuiam iuerunt vsque Laurentij Lumeram. Ibi, ab Archigrammateo (adiunctis duobus Senatoribus) sub porta verò, à Consule (comitatum Magistro) Conrado Buschlero, exceptus est, clauibus oblatis: atque sub Vranisco introductus: & Cratere aurato, cum aureis in eo pluribus, donatus. Spiram postridie profecturus: deductus est ab vrbis 250. hastatis, & 150. sclopetarijs, cum bombo tympanorum, & sono fistularum: nec non 40. equitibus: vsque ad regionis limitaneam turrim, VVesternacum: qui omnes, politissimè vestiti erant.

Spiræ, conuentus Principum.

Spiræ conuentus Principum agebatur Mense Februario: vbi R. Ferdinandus hortabatur: vt singuli conferrent subsidia ad bellum Turcicum: tanquam hostis æstate proxima, esset magnis viribus in Austriam rediturus. Decreta est in triennium collatio (συναφορὰ) viritim facienda, nemine excepto. De 1000. Florenis, 5. fl.

Collatio pecuniæ ad bellum Turcicum.

De 100 fl. dimidiatum fl. De 50. fl. à tenuibus 6. k. Seruis & ancillis, de 1. fl. 1. k. Iudæis, de 100 fl. 1 fl. Ecclesiasticis, de 100. fl. 10. fl. De annuæ mercedis 100. fl. dimidiatum fl.

Mobilia, vestes, ornamenta, equi, excepta sunt. Miserunt Halenses ad hoc bellum 200. pedites, & 20. equites.

Georg. Hohenhebensis.

Misit VVirtembergicus 1000. pedites, & 150. equites, ac duo tormenta bellica: Ductor Georgio, Barone Hohenheuuensi: qui in ea expeditione obijt.

Miserunt Augustani pedites 375. Duce Hieremia Ebeno Augustano: & 62. equites, Hipparcho Ioanne Sigismundo de Plieningen.

Turcicum bellũ maximo cum apparatu.

Transibant vrbem Vlmam, per duas hebdomadas, quotidie multa signa peditum. Interdum in vno ordine simul quinq; Signiferi. per Marianam portam ingrediebantur, erectis vexillis: viri fortissimi & pulcherrimi. Singuli etiam milites, egregiè armati & vestiti. In foro autem, quodam die milites signorum quinq; cum scholastici inter eos staremus, vnà suos sclopos disploserunt. Cuius grandinis crepitatione, aures nostræ amplius triduum obsurduerant. Conscensis deinde ratibus: secundo Danubio Orientem versus deuehebantur. At quia sæpe vino se onerarant: factum est, vt non pauci in flumen de ratibus deciderint. Vimensium quidem militum circiter octo, eâ aqua obstaurati fuêre.

Imperator belli, Ioachimus Brandeburg.

Imperator vniuersi exercitus, erat Elector Brandenburgicus Ioachimus. Commouit se tanta expeditionis moles circa Paschale tempus: sed circa diem Martini dissipata est: magna cum iactura, nulla re effecta. Sobrios, attentos, industrios ante omnia pios, nec blasphemos, esse necesse est: qui aduersus Turcam (Dei flagellum in Idolatriam, & flagitiosam vitam) aliquid feliciter effecturi sint.

Sine effectu.

Quomodo bellum cum Turca gerendum.

Dux VVirtembergicus Christophorus, cùm 8. annos in Gallijs exegisset: in Germaniam sibi redeundum duxit: vt & linguæ, & rerum plurimarum sufficientem iam cognitionem adeptus. Rediit ergo: Voluptatibus, quas illic habere potuisset, relictis. Eum postea Vlricus pater, Montpelgardensi Comitatui præfecit. Voluerat quidem Christophorus interesse bello Turcico: sed retentus à patre fuit, corpore tunc minus valente: ac potius ad matrimonium contrahendum se comparare iussus. Erat enim filius vnicus.

Christophori VVirtemb. D è Gallia reditus.

Meckmyla.

Oppidum Meckmylam, quod Herbipolensi Episcopo per absentiam Ducis Vlrici datum fuerat, hic rursus ad Ducatum redemit.

Acad. Tybing.

Tybingæ scholasticus Rector 118. factus est die S. Lucæ, Ioannes Sichardus, V. I. D.

Decanus artium. D. Iacobus Schegkius Schorndorffensis.

Magistri creati. 2. Ianu. 1542. Iacobus Græter Halensis. Hainricus VVolfius Oetingensis. Med. D. & Hieronymi VVolfij frater. Ioan. Nürnberger Schorndorffensis. Iurisc. Marcus Craus Denckendorffensis.

Pestis.

Concessit sub hoc Decano Facultas Philosophica Hirsaugiam, propter pestem, paulò ante Bacchanalia. Ibi nulli promoti sunt Magistri.

Tybingæ

Tybingæ vallum arcis sublapsum, aliquot vicinarum domorum protrusit.

Consules Gamundiæ.

1542. *Ioannes Rauchbein.* 1543. *Henricus Lieglinus.*
1544. *Ioan. Rauchbein. Tunc nobilis quidam, Hanso Diemar, vexauit Gamundianos. Ideo ipsi Ioan. Christophorum de Absperg ceperunt: sed, rebus transactis, dimissus est.*
1545. *H. Lieglin* 1547. *Caspar Dæbler.*
1548. *Ioan. Rauchbein.* 1549. *Caspar Dæbler.*
1550 *Ioan. Rauchbein.* 1551. *Ioan. Bletzger, Aurifex.*
1576 *Melchior Brauch.* 1577. *Henricus Holtzwart.*

Gamundiani Consules.

In Ducatu VVirtembergensi (Lycosth. teste) nati sunt hoc 1542. *anno, Gemini, coalitu pectorum ad umbilicum usq; connexi.*

Augustæ, Georgius Fuggerus, Raimundi secundus filius, Vrsulam à Liechtenstain duxit, 8. *Nouemb.* 1542. *Inde natus est Philippus Edoardus, Octauianus* 2. *& plures fratres. Antè autem, Daniel Felix, Baro à Spaur, cum Veronica: VVilhelmus, Baro à Pucheim, cum Sybilla, Georgij & Antonij sororibus, se coniunxerant* 5. *Nouemb. eiusdem anni.*

Fuggeri.

Ioachimus Seuter de Landsperg, Februar. 26. *Sabinam Peutingeram duxit.*

De Augustanæ vrbis delicijs, in hanc sententiam G. VVidemannus scribit.

Non solùm magnæ opes, Augustæ sunt: sed etiam delicia. Vt, Ambrosij Hohestetteri hortus. Varijs hic plantis consitus est, arboribus & herbis: piscinis instructus, ædificijs, balneis, alijs ornamentis. Fistulæ ibi plus ducentæ, salientis aquæ: suppeditante eis extra hortum rota abunde aquæ. Fœminæ lapideæ simulacrum, ibi nudæ: quæ, si quis ponticulum in domum amœnam, in piscina sitam, transire aggrediatur: manu sua pectus tangendo & quasi premendo, transeuntem fluxu aquæ conspergit. Tentorium ibi, iuxtà: sub quo, mensa orbiculata marmorea, cùm sedilibus circùm, & orichalcinis annulis: quorũ aliquo tracto, riuus exoritur in medio mensæ: chartas & nummos colludentiũ aufert. Sed & alijs in locis Germaniæ pulcherrimi Paradisi sunt: præsertim apud Principes.

Augustanæ delicia.

Sic in Monasterio Hirsaugiensi, in peristylio ante refectorium fons amœnus est: qui non aliter quam Monstrantia quædam simulacris & salientibus, aquam in triplicem craterem effundit. In fenestris circùm, omnes imagines sunt veteris & noui Testamenti, quæ de fontibus sunt: encaustico opere magno artificio.

Hirsaugia.

Canstadij quoq;, in cauponis Schærtlini domo suburbana, saliens aqua & piscina, in hypocausto est. Hæc, VVidemannus: quæ ipsa partim, & alia, ego etiam vidi: ita, vt hominum genus bona habeat, concessu benigni DEI, non solùm κόσμου ἀναγκαῖα, necessaria: sed etiam ἐλευθέρια, liberalia: eaq; vel τίμια, honorabilia: vel τερπνὰ, delectabilia: vel etiam θαυμαστὰ, mirabilia.

Stutgardiæ, 1541. *Aug.* 5. *obdormiuit in Christo venerandus senex, Adamus Figuli, Canonicus Ecclesiæ Stutgardiensis.*

Mortui aliquot.

Schorndorffæ, Mart. 24. *honestus vir Iohannes Hirsman, Consul Schorndorffensis. Et* 1570. *vxor eius pia, Apollonia, die S. Matthiæ.*

Hirsaugiæ. Octobr. 24. *VValdpurgis Holtzmannina, Tubingensis: M. Bartholomæum Neuferum maritum, pestem fugientem huc secuta, & in Christo Iesu defuncta, hicq; sepulta.*

Esslingæ. Dominicâ post exalt. S. Crucis, Marcus Rhor Doctor, anno ætatis 29. *Et vxor eius Catharina Locherina, Venedigerina cognomine,* 24. *Febr.* 1564. *anno ætatis* 42.

Vlmæ. Nouemb. 21. **ist der Edel/Ehrnvest/fürsichtig vnd weiß/Bernhart Besserer/ Bürgermeister zu Vlm: von dieser Welt/in Gott dem Herrn/vngezweiffelter hoffnung einer frewdenreichen auffersteh̃ung/ durch vnsern einigen Heylandt Jesum Christum/ seliglich verschieden.**

Zurzachi, pago Alemannico, duobus quotannis mercatoribus frequentari solito: nauis pondere hominum & rerum degrauata, pessum ijt, LX. hominibus suffocatis.

Zurzachum.

Iosephus Mynsinger à Frundeck Cæs. & Regiæ Maiestati à consilijs erat. Ad quẽ, Viennam 2. *Iul. profecti sunt, Andreas Kirchperger, & Rochius Mertz de Stoffelfelden in Schramberg: cui vxor sua Norburgis Mynsingera Frundeccia,* 18. *April. huius* 1542. *anni obierat.*

Mynsinger.

Eodem anno (sanè per 4. *annos) Pestis Esslingæ sustulit* 3500. *homines.*

Pestis.

Brunsuicensem Ducem Henricum, quòd Goslarienses & Brunsuicenses (cum Euangelico fœdere iunctas ciuitates) vexaret, Saxo & Landgrauius bello petierunt: è Ducatu profugere coëgerunt: arcem VVolfebytelam mense Augusto deditam, in potestatem suam acceperunt.

Henrici Brunsuicensis exilium.

Conuentus Noribergæ, contra Turcam.

Anno 1543. mense Ianu. Noribergæ conuentus erat præsentibus, R. Ferdinando, Friderico Palatino Christoph. Episc. Augustano, Ioan. Nauio, & Granuellano de auxilijs Turcicis. Moritur ibi apoplexiâ Augustanus Præsul: cùm in posterum instituisset conuiuium. Sleid. lib. 15.

Augustanus Episcopus Otho.

Successit in locum eius, Otho, VVilhelmi Dapiferi à VValdpurg F. educatus sub præceptore Lucæ Landistrato, Legum Doctore: & literis bonis Tybingæ institutus. Versatus etiam in Academijs alijs: Dolensi Burgundica, Patauina & Papiensi (vbi Rector fuit) Italicis. Sequenti anno donatus est VVormaciæ, Cardinalitio galero: factus presbyter tituli S. Balbinæ. Brusch.

Geldriense bellum Cæsaris Caroli.

Occupauerat Dux Cliuensis VVilhelmus, Gallo adhærens, Geldriam, Ducebuius mortuo. Hanc verò Carolus Imp. sibi asserens, bellum cum illo gerebat. Vênit hic Vlmam 18. Iul. Feria 4.

Vlmam aduentus Caroli, fulmine.

Quo die pomeridiano tempore, paulò ante Cæsaris (horâ circiter tertia) aduentum, maximum fulmen audiuimus sonare, cælo sereno: nec vllum tonitru antè, nec pòst. Sextâ Feriâ vesperi Sacramentum Maiest. eius dictum est ab vniuersa ciuitate, stanti in suggestu curiæ extante. Stabam ego, sicut meus Engelhartus ferè sesquianno antè Halæ, proxime Cæsarem, forum transeuntem in paruo equo, ac tangere licuisset. Concionabatur Frechtus triduo latinè, multis Hispanis interuenientibus. Die Sabbati post prandium, Imperator per D. virginis portam discessit, Greislingam versus. Ante prandium verò, vrbem foris præterierãt viginti signa Hispanorum plerique (vt opinati sumus) Neapolitanorum: quos cùm nigros, & magna ex parte paruis corporibus, viderem: dicebam per imperitiam rerum: Ehe was wolten die schwartze Männlin außrichten? At strenuissimè posteà se contra Iuliacensem gesserunt. Altero sabbato decem Italorum signa, præter vrbem ibant: ac postridie, mille quingenti equites. Feriâ 6 pòst, rursus decem signa Italorum.

Milites Vlmam prætereuntes.

Imperator 22. Iul. Stutgardiam præterijt: ac posteà 7. Cal. (al. 9. Cal.) Septemb. vrbem Sicambrorũ Turonium (Teuren) vi expugnauit, ac funestauit. Ita Cliuensem supplicem factum, in gratiam recepit, Geldriensi dominio ei adempto. Vicerat antè pridie paschatis, Cæsarianos Cliuensis. In quâ pugna ex Halensibus Sueuis occubuerant, VVilhelmus & Christoph. Senfftij, Gabriel & Christoph. Neubotti, alijq; nobiles. Gallis militabat hoc tempore (teste Iouio) Theodorus Bedenius Spartanus, cum delectis equitibus Græcis. VVilhelmus verò Fyrstenbergius, qui Galliæ Regi militauerat, ab eo ad Cæsarem nostrum transijt.

Teuren.

Græci equites.

Halensia.

Ab Halensibus, tributum vinarium (Vmbgelt) in ipsorum ditione impositum est: scil. 4. mensuræ de Cado: & mensura est imminuta.

Inter eos, & Hohenlohenses Comites, dissidium erat: mutuo rusticanorum equorum abactu: hominum & curruum captiuitate. ὥστε καὶ πόλεμοι, ἁρπαγαὶ ἐγίνοντο. Ne tamen ad bellum res procederet: diligente & prudente operâ VVilhelmi Schenckij, controuersiæ compositæ sunt. μαλάκιστ, ὀλίγου σπανίως.

Ad VVirtembergica veniamus. Tybingæ Rector 19. mense Maio erat Michael Rucker. Med. Doct.

Gymnasium Tybingense.

Inscripti. Rudolphus & Iodocus, Riepij, Tybing. Maij 11. Hermannus Ochsenbach Tybing. Caspar Sattler VVaiblingensis. Albertus Aubelinus Vlmensis. Ioannes Crapner Frostenhusensis, ex interiori Bauaria. Ioannes Schærtlinus Canstadianus. Nicol. & Lud. Varenbyleri Lindauienses Octobr. 13. M. Iacobus Heerbrandus Giengensis, Tybing. Ecclesiæ Diaconus, Octobr. 17.

Heerbrandus.

Huius anni Nouemb. 12. Tybingæ consultatum est à commissarijs R. Ferdinandi, & VVirtemberg. Ducis Vlrici, de controuersia inter eos componenda: quæ erat de iure venandi circa Elingam & Balingam ac circumiecta loca. Item de controuersiâ venationis aliarumq; rerum inter eundem Regem, nobilemq; virum Ioan. de Karpfen. De alijs etiam rebus: vt, num anniuersarium epulum, de quo dudum scripsimus, in VVurmlingensi monte, porrò celebrandum esset, sicuti Rex placeret. Commissarij erant, Ioannes de Ehingen, Vlricus de Liechtenstain, Iodocus Munch de Rosenberg, & Sigismundus Herter de Hertneck.

Venationis controuersia.

Liechtenstain.

Rector 120. Gebhardus Brastperger V. I. D. Die S. Lucæ.

Tybing. Schola.

Inscripti. Matthæus Alber Reutling, Doctoris Matthæi Alb. ibidem F. Henricus König Tybing. filius D. D. Ioannis fœlicis memoriæ. M. Erhardus Sneppfius Hailprunnensis, Professor Theol. à Schola conductus. Melchior Volmarius Rotvvil. Seuerinus à Massenbach, VVildhans & Ioan. Conradus à Neuneck, nobiles. Raimundus Vogler Hailprunnensis.

Decanus Philosophiæ.

M. Michaël Schvveickerus Canstatensis.

Creati

Creati 23. Iul. Magistri. Ioan. Iacobus Halbmaier Rotenburgensis. Alexander Hunn Marpachensis.

Offerebantur Christophoro VVirtemb. Duci, coniugia plura, eaq; præclara: vt vnico Ducatus hæredi. Pater, appositio poculo albi vini, & poculo rubri: iussit eum, ex vtro vellet, bibere. Bibit de albo. Iussus ergo Onolzpachum equitare, fecit: & Annam Mariam, Georgij Brandenburgensis Marchionis (ex Mynsterbergicâ Hedovvige) filiam, duxit, 18. Decembris. Cum autem socer eius, 27. eiusdem mensis obijsset: nuptiæ sequenti 1544. anno, sine pompa, celebratæ sunt. Stutgardiam ipse cum dilecta sponsa venit. Ita duxit eam, quæ secum religione & linguâ coniuncta esset. Erat ipsa sexdecim annorum. Postea in comitatu Mompelgardensi, à Duce Vlrico amanter dato, piè & frugaliter viuebant. Cancellarius eius erat Michaël Tiffernus, optimè de discipulo grato meritus. Celebrauit eas nuptias carmine latino Michaël August. & Graco Matthias Garbitius Illyr. Christophori VVirt. D. matrimonium. Tiffernus.

Distichon numerale M. Aug.

MensIs agebat VrtVnC beLLatorIs Inertis:
ConIVnX ChrIstophore est hæC VbI nVpta tIbI.

Garbitius.

Παντα δ' ὑπερ λαὸν πεφιλήσεται ἐσθλὸς, Τύδεϊδης,
Τγιομαχήσεις δ' ἐν πιχείρεσι φαντίσσατ' ἀεθλ.
Καὶ γαρ ἀγάπλειστον ἐυχαρὲς νήλιτος ἐστιν,
Μητέρ' συνιχῶσ', ἣν μάλα φεύγομεν. &c.

Vertit M. Paulus Kalberus.

At nanciſci omnem ſupra digniſſima gentem
Es ter felices, docta Tubinga, Duces.
Nam tua Muſarum ſtudioſus mœnia cœtus
Incolit, & magni ſplendida tacta viri, &c.

VVirtembergensis Comes Georgius, qui Reichenvveiræ dominabatur, præclaram arcem hoc 1543. anno, in Argentuarienſi pago ædificauit: de qua ſuprà part. 1. lib. 7. c. 5. ſatis ſcriptum eſt.

Generoſus D. Sigiſmundus de Landau, liber Baro in Hauß & Rappottenſtein/auff Eßenthal/vnd Türncrutt/Cæſ. Maieſt. Conſiliarius, & inferioris Auſtriæ regionum præſes, natus eſt 3. Mart. 1543. vxorem habet D. Barbaram, Baroniſſam de Buechaimb, natus eſt D. Georgio, qui 1552. obijt. Filios procreauit Georgium & Eraſmum. Lindau.

Eodem 1543. an. D. Ioan. Iacobus de Landau, eques, & præfectus Nellenburgi permiſſu Salomonis villani Abbatis (vt cui cõmendata eſt cura Sancrucivallenſis cœnobij) ab Abbatiſſa huius Monaſterij Veronica Riethaimenſi, & ſororum conuentu, ad honorem nominis & ſtirpis ſuæ, arcem Landau confractam, & curiam iuxtà (Burgſtall mit dem Hoff / Hoff zu Landaw genandt) precio redemit. Cæterorum bonorum redemptionem impetrare non potuit. Vendita fuerat illa arx cum comitatu 1437. Areæ Landaui redemptio.

Apud Auguſtanos Scholarchæ erant, Zympertus Hoferus, & Ioan. Iacobus Fuggerus. His propter examinationes publicas additi ſunt decreto Senatus, Chriſtophorus Chriſtophorus Rechlingerus (nomine proprio gemino) & Chriſtoph. VVirſungus, ſenatores: atq; VVolfgang. Muſculus Theol. & Auguſtinus Myllerus Iuriſc. ac Laurentius Reſchius Med. Qui menſe Iunio, leges pueris præſcripſerunt: ac certa didactra, Magiſtris à pueris danda conſtituerunt. Auguſtana Scholarcha.

Nuptias Auguſtæ celebrarunt: Erneſtus de Adelshofen, Bauarus nobilis, cũ Barbara Meutingia. Ambroſius Iung, Med. D. iunior, cum Regina Kolerina: Antonius Chriſtoph. Rechlinger iun. cũ Magdalena Honoldina. Otto Henr. de VVeix, Bauarus nobilis, cũ Vrſula Rhatholdina. Nuptiæ plures.

Cum huius anni die 13. Iunij Scarpariam Hetruriæ, terræmotus grauiter afflixiſſet, inter paucos Auguſtanos inde enaſit Georgius Sturmius, cognomento Monachus: celebris Pharmacopola & Diſtillator Auguſtæ. Quo tempore ibi etiam viuebat Medicus Damianus Behem: qui mox inde exceſſit. Terræmotus.

In pago Zaiſenhuſenſi, non procul Pfortzemo, mediâ quarta pomeridiana viſus eſt ingens Cometa, cum cauda Aquilonem verſus. Ex eo flamma, inſtar Draconis deuolauit: proximum riuum planè exhauſit: ex agro quodam magnam partem frugum abſumpſit: & iterũ ſubuolauit. Lycoſth. Cometa.

Iam per aliquot annos, in corona templi Vlmenſis magni, vbi vigilum habitatiuncula: ignes, vel candelæ ardentes, noctu circum ſaltare viſa erant: hominibus eam rem in omen non bonum tentibus. Eſt ſatui huiuſmodi ignis, qui naturas rerum indagant, cauſam ex pingui aut viſcoſa aliqua exhalatione, motu aëris inflammata ſumunt. Candelæ Vlmæ.

Lucenhusa. *Martinus Kraus pater, translatus est ab Vlmensibus circa diem Mich. in pagum Lutzenhausam media via inter Vlmam & Geislingam.*

D. Paulus Phrygio. *Obierunt hoc anno clari viri: Paulus Phrygio, Tybing. Ecclesiæ Parochus, Cal. August.*

Ioan. Eccius obijt *Iohannes Eccius Sueuus, in ditione Episcopi Augustani natus, Ingolstadij, 10. Febr. anno ætatis 57. Vitam vtriusq; legito apud Henricum Pantal. de viris Germaniæ illustr. parte 3. Obijt & Georgius, Marchio Brandenburgensis, Ducis Christophori VVirtemberg socer (vt antea dictum est) 27. Decemb. Onolzbachij, anno ætatis 59. Fuit Friderici F. & Alberti, Achillis Germani, N. Qui post Saxoniæ Electorem, primus Augustanæ confessioni subscripsit.*

VVelvvart. *Stutgardiæ in parochiali. Anno Dom. 1543. auff den 16. Tag Jul. starb der Edel vnnd Vest Cunrad von Welwart/der da begraben ligt: dem Gott gnad.*

Schola Mauricij. *Saxoniæ Dux Mauricius, tria Gymnasia iuuentutis insignia instituit: Misenæ, Merseburgi, & Portæ.*

DEFECTVS SOLIS. CLADES PEDEMONTANA GERMANORVM.

Comitia Spiræ, & bellum cum Gallorum Rege. Academ. Tybing. regimen. Sponsalia Ehingenæ faintliæ. Sepulcra mortuorum, effossa. Errones, impostores, præstigiatores, fahrende Schüler. Alraun, wütend Heer/ Gespänst.

CAPVT XVIII.

Eclipsis Solis. ANno 1544. *Ian. 24. die Iouis, horrenda Solis eclipsis erat, antemeridianâ horâ 9 bestijs in campo etiam, & in aëre auibus, formidabilis. Excurrebamus scholastici, permissu præceptoris Gregorij. Vlmæ: concurrebant ciues vtriusq; sexus: stupor inuaserat omnes. Hanc eclipsin, M. Henricus Buntingus Hanouerensis, post alios in sua Chronol. 1590. nundinis autumnalibus edita, diligenter describit.*

Cerefolana clades Dauali, & Germanorum. *Ad Cerefolam in pedemontana regione postridie Idus April. Alph. Daualus Vastius, Casarianus, amissis in prælio 12. millib. (maximè ex Germanis μισθοφόροις) à Gallis & Heluetijs victus est. Veniebant ex reliquijs nudi & vulnerati aliquot Vlmam etiam, cum albis bacillis, eleemosynam petentes. Occubuerunt in illo prælio ex Sueuohalensibus, inter alios, Gabriel Seuboli signifer, Christoph frater eius, Ioachimus Schleyt & Christoph. Rossdorffius.*

Comitia Spiræ. *Conuentus habebatur Spiræ maximus, præsentibus Cæsare & Rege, principibus fere totis omnibus. Ibi Cæsari contra Gallum, Regi contra Turcam, auxilia decernebantur. Duci VVirtembergensi Comitatus Mompelgardensis, vt beneficium Imperij, confirmatus est: vt à filio eius Christophoro regeretur: Ducis nomine fidem promittentibus, Comite Tybingensi Conrado, & Christophoro de Vennigen. Tunc à Comitijs domum versus rediens Hieronymus Baumgartner Norbergensis, ab Alberto Rosenbergio captus est: propter arcem Boxbergam, anno 1523. à Sueuico fœdere impulsu ipsorũ combustam. Hanc volebat sibi hoc modo efficere restitui. Inuenimus post diem S. Iacobi, cum Noribergæ pater & ego essemus familiam Hieronymi valde mœstam: nescientem, vbi herus esset, aut quid de ipso fieret. Liberatus est 1545. mense Aug. pecunia, & restitutione nobilis VVolfij de Kochenstetten: quem vicissim Norimbergenses ceperant.*

Mompelgardia. Tybing. C. Conradus. Baumgartneri Noriberg. captiuitas.

Bellum Cæsaris cum Gall. R. Fyrstemberg. C. VVilhelmus, captus. *Cæsar finito Spirensi conuentu profectus est Metim: sequentibus eum Mauricio Saxone, & Alberto Brandeburgico, cum singulis equitum millib. ac VVilhelmo Fyrstembergio, & Sebastiano Schertlino: qui religionis professantium erant omnes. Fyrstenbergius postea, dum vadum transeundi fluminis quæreret: interceptus ab equitibus Gallis est: & magno ludibrio Lutetiam pertractus: quòd antea Gallo seruiens, ingentem vim auri exportasset. Postea, pace inter Imperatorem & Gallum facta: depensis aureorum 30. millibus: anno 1545. liberum rursus Argentinæ (vbi studiorum gratiâ eramus) vidimus, heroica proceritate corporis præditum.*

Rectores Tybingæ.

Tybing. Gymnas. *Mense Maio, Rector 121. Iacobus Schegkius, Med. D.*

Inscripti. Iosias Hormolt Bieticamensis, Iun. 6. Balthasar Eislinger Spirensis, Iun. 20. Hieremias Godelman Gartachensis. Adolphus Occo August. Sept. 26.

Mense Octob. Rector 122. Erhardus Sneppfius, Theol. D.

Inscripti. D. Albertus, Baro à Lympurg: & Georgius Burich à VVeickershaim præceptor eius. Nouemb. 27. Eusebius Sneppf Stutgard. 2. Ian. 1545. Andreas Scholl Stutgard. 2. Mart. Matthæus Negelin, Beneficiarius Vlmensis. Sic & Petrus Læblinus, vterq; Mart. 28.

Decanus artium. M. Conradus Schottus Tagershaimensis.

Magistri

Magistri facti. Heinricus Schechius Vlmensis, Febru. 4. Theodoricus Sneppsius VVimpinens. Aug. 6. Iacobus Dachtler Balingensis. Georgius Liebler Tentzlingens. postea 1553. Physicæ professor, Schegkio succedens. Christoph. Stahel Leonpergens. Caspar VVild Vahingens. Dauid Kochhaf Mentzingensis. Iohan. Kunig Tubing. postea, Vniuersit. Syndicus. Iohan. Schvvartz Nurting. Med. D. Lud. Daicker Tubing. postea, præfectus minor.

Venerandus Gabler, factus est Med. D. Tybingæ 1544. in Octobri. Obijt (postquam Professor Tybingæ factus, ad Papatum defecisset) 26. Octob. 1579. nondum sexagenarius. παχύσωμος, τοῦτο ἐρέφωνος. *Gabler.*

Iacobus ab Ehingen, Georgij & Elisabetæ F. duxit virginem Magdalenam de Gemmingen: Theodorici de Gemmingen piæ memoriæ senioris legitimam F. & Eitelij Theodorici, ac Theodorici, fratrum Gemmingensium sororem. Sponsalia acta sunt Feb. 18. *Gemmingia Magdalena, sponsa.*

Aderant ex parte Sponsæ, & fratrum 2. prædictorum: Dom. Bernhardus de Gemmingen, Thumbherr zu Brüchsel. *Otho de Gemmingen, eques. VVernher & Reinhartus fratres ac VVilhelmus, omnes 3. de Neuhausen.* Eglof von Walstein. Engelhart von Kaltenthal. *Ioan. Dietrichus Gemmingenus, Haimsæ.*

A parte Iacobi Sponsi: Georgius Ehingenus Kilbergæ, pater eius. Ioannes de Ehingen. Ioan. Marcus Bubenhofius in Leinstetten. Iacobus de Stoffelin zu hohen Stoffeln. *Bruno & Caspar fratres* von Hornstein zu Hornstein. *Melchior* von Ow.

Ex hoc Matrimonio nati.

1. *Burcardus, Iul. 6. anno 1545.* *Ehingeni, inde nati.*
2. *Georgius, 2. Maij 1547. Prior, Kilbergæ: hic Tybingæ, habitant hodie.*
3. *Rudolfus, 18. Octob. 1548. in pueritia mortuus.*
4. *Agnes, 25. Iun. 1551. Eodem anno Neunecciæ defuncta.*

Abstinuit Iacobus, quieti consulens, à negocijs magnatum. Mitis, pacificus, beneficus, pontificiæ Religionis.

Eodem 1544 anno, & eodem 18. Febr. die, sponsalia fuerunt inter Georgij Ehingeni legitimam F. virginem Vrsulam: atq; Eitelium Theodoricum à Gemmingen in Stainneck. *Ehingena, Vrsula, sponsa.*

Aderant, ex parte Ehingena, suprà dicti: & Iacobus Ehingenus, ac Melchior de Ovv in Veldorff. *Ex parte Gemingena, prædicti, ac Dietrichus à Gemmingen iunior in* Tisgenbrunn.

Romæ in Vaticano, mense Feb. 1544. reperta est marmorea arca: longa pedes 8. & semipedem: lata. 5. alta. 6. pedes, continens aliquot ossa, dentes, capillos, & varia preciosa ornamenta, illustrissimæ virginis Mariæ: quæ filia fuerat Stiliconis, Honorio Imp. desponsata sed ante nuptias mortua. Lege 2. Munst. 11. Sororem habuit Thermantiam: quæ nec ipsa nuptias attigit. Sic & puerulorum Zæringensium ossicula, hoc 1544. anno reperta esse, suprà parte 2. libr. 11. cap. 1. ostensum est. Reperiebantur & hoc, & superiori tempore, nebulones aliqui in Alemannia: qui ociosè circumuagantes, decipiebant homines. Vendebant homunculorum simulacra, tanquam sub patibulis effossa, ad lucrandum in ludendo valentia: quæ vocabantur, Alreunlin. *Vnus eorum tale quoddam 18. Florenis Rustico vendidit. Faciebant ipsimet tales imagunculas, ex rubro rapo: pilosas, & quocunq; colore vellent. Habebant falsas tesseras, quibus indiderant argentum viuum: & inde poterant iacere notas, quot libebat. Quod si illi, qui cum eis ludebant, alias tesseras apponerent: statim eas illi præstigiatores adulterabant. Curabant argenteos nummos inaurandos: quos pro aureis Rhenensibus exponebant. Ioachimicos Taleros effingebant, formulis quibusdam, adulterinos. Chartas lusorias mira calliditate peruertebant. Ideo Dux VVirtemberg. Vlricus, anno 1540. per literas iussit præfectis suis, tales obseruare impostores, & comprehendere.* φυλαχθήτωσαν ἐκ τοιούτου τρῶκται, καὶ ἀγύρται, solche Schlemmer vnd Tetzer. *Stiliconis filia, Romæ effossa.* *Errones, impostores.* *Alraun.* *Lusores falsi.*

Quidam alij fuerunt, scholastici rudes, perditæq; spei: qui in humeris paruum reticulum flauum gestabãt, tanquam cappam. Hi se appellabant volaticos vel erraticos scholasticos. Fingebant apud Rusticos, & homines simplices: se in monte veneris fuisse: mira vidisse: scire, quæ essent, quæ fuissent, quæ ventura essent. Posse res amissas restituere, & præmunire homines aduersus sagas & magiam. ὑποτονθόρυζον ἀλλόκοτά τινα ὄνοματα: *sub dentibus murmurabant monstrosa quædam verba: vt homines, præsertim mulieres fila in conuentu trahentes, in sui admirationem raperent, & nummis emungerent. Addebant, vbi ea verba recitarentur, neminem gladio confodi: non percuti grandine fruges: neminem in domo ea magicis artibus fascinari posse: nullum pecus toto anno mori. Se potestatem habere in Furias, vel exercitum furiosum: in quo essent omnes infantes nõ baptizati:* *Scholastici vagantes.* *Furiosus exercitus.*

zati: omnes in pugnis cæsi: omnes ecstatici, in quorum corpora animæ, quæ euolassent, nõ redijssent: quòd aliquis illos excitare volens, nomine proprio appellasset. Eos venire in solitudinem, nocte diei sabbati, in 4. Angarijs, & nocte trium dierum Iouis in Aduentu Domini: ac ferri alium in locum magna cum querimonia, ad extremum vsque diem. Tunc & ipsos accenseri beatis. Ponebant si-

Lupi κόπρος.

mum lupi in præsepi pecorum: quæ inde abhorrentia, strepebant. Ipsi ex magia id fieri dicentes: crucibus factis, & barbaris vocibus pronunciatis, τὴν κόπρον, occultè remouebant: ac sic pecuniam accipiebant. Ijdem dicebant, se habere duos funes, frumentarium & vinarium. Vtrum horum de-

Thesauri fossores.

foderent: vini aut frumenti precium excrescere eo anno. Tales, erant quoq; θησαυρωρύχοι, fossores thesaurorum. Vt quidam in villa cœnobij Chomburgensis: qui nocte diei Iouis circulum gladio proximè domum Rustici, à quo 30. argenteos acceperat, fecit: res consecratas, salem, aquam, herbas, candelas accensas, inspersit & addidit: crucem in circulo fecit: carbones ardentes posuit. Pinxerat liquore cepæ in charta figuram Dæmonis, ahenum cum pecunia tenentis: quæ figura non apparebat, nisi charta supra carbones teneretur. Fecit sic. Tunc Rusticus figuram vidit: & thesaurum in terra latêre iam credidit. Impostor, thus præterea opus sibi esse dixit. Id dum Rusticus allatum ibat: nebulo cum pecunia euanuerat. Rusticus postea fraudem G. VVidemanno recensuit. At Sa-

Sacerdotes deceptores.

cerdotes etiam quidam, deceptores in papatu fuerunt. Vt in pago ad fluuium Kocham VVesthaimo Petrus quidam. Cùm enim rumor esset, virum igneum interdum apparere: Æditui, filius, ex vrbe Hala quodam die, lagenam vini, & saccum panis portans, rediturus esset: ipse in crucem, in veprib. positam iuxta viam, ascendit: altè se erexit: manib. supra caput complosis, lamentari cœpit, ceu misera anima. Adolescens, giganteo hoc spectro (erat iam vespera) viso & audito: trepidus in pagum fugit, vino & pane relictis: quæ D. Petrus domum suam detulit, & lagenam saccumq; vacua in viam retulit. Credita res de spectro magis fuit. Das war ein freyer Heckenfischer.

Idem, cùm Rusticanæ puellæ noctu cum colu in domum Æditui accessissent: albo linteamine amictus, equuleo albo insidens, cornu inflans: albo catello sequente, ac latrante: puellas, iam antea de lemuribus, vt fit, colloquentes, magis perterrefecit, præsertim tertiùm adequitans, gemitibus & lamentis. Ideo Æditua ei postea aurum dedit: vt Tricesimum celebraret ad huius miseranda animæ salutem. Das sind je feine verdampte Seelen/ denen man Meß sol halten. VVideman.

Nuptiæ Augustæ, 1544.

Nuptia Augusta.

Christophori Pflüglini, nobilis Austriaci, cum Catharina Rechlingerina Leonhardi Beckij de Beckenstain, cum Catharina VVœlfina: Ioannis Pauli Hervvarti, Iul. 30. cum Magdalena VVelserina. Frater erat Ioannis Henrici, & Ioannis Iacobi, Hervvartorum: Baronis dignitatem assumpsit. Item, nuptiæ Ioannis Hartliebij, Scholarchæ (Doctoris Ioannis, in Palatinatu Consiliarij, pater) 16. Decemb. cum Magdalena Remia.

EBERHARDI, DVCIS VVIRTEMBERG. NATIVITAS. COMITIA VVormaciæ, & parturigines belli Smalcaldici. Acad. Tybing. rectura. Ehingenorum priuilegium. Mola equaria Schorndorffiana. Bibliothecæ studium apud Augustanos. Munitio magna Viennæ contra Turcarum reditum. Ducis Brunsuic. Henrici captiuitas.

CAPVT XIX.

Eberhardi VVirtemb. natiuitas.

ANno 1545. Ian. 7. nascitur Christophoro Duci VVirtembergensi, primogenitus filius Eberhardus, Mompelgardiæ, manè hora 5. Susceptores ex baptismo, Ioan. VVilhelmus de Prinickhefen: & Comitissa Sultzensis, Ioannis Iacobi vidua de Mœrspurg. P. Eberus in Calend. hora 5. Vespertina natum scribit.

Landau.

Nascitur 1. Septemb. eiusdem anni, D. Achatius de Landau, Baro in Hauß & Rappottenstein. Vxor eius prima, D. Sophia de Rosenberg, nata 69. obijt. 20. Iul. 92. Secunda vxor, Clara, Baronissa Rogendorffensis. Ipse Tybingæ studuit. Filijs à Deo auctus est multis, hoc ordine natis 1. Georgio, Leopoldo. 2. Ioanne VVilhelmo. 3. Hartmanno. 4. Georgio Ernreichio. 5. Gotfrido. 6. Ioachimo. 7. Ioan. Christophoro. 8. Gabriele. 9. Maximil. De quib. singulis, postbac 1571. & inde.

Comitia VVormaciæ.

Die 22. April. obijt Dux Bauariæ Ludouic. Comitia Imp. aguntur VVormatiæ, Mart. 23. Aberat initiò Cæsar, propter articularem morbum. Protestantes, R. Ferdinando præsente, petunt April. 3. vt vel de religione transigatur amicè: Vel, si fieri nondum possit, pax sibi concedatur, vsque ad legitimum in Germania concilium. Se enim non curare, quale concilium pontifex paret Tridenti. Non enim hoc esse liberum, & Christianum concilium: cùm Lutherani iam antea sint à

Tridenti concilium habẽdum, à Protestantibus reijcitur.

Papa

Papa damnati: ipseq; sustineat personam simul & rei, & Iudicis. Maij 16. Cæsar venit VVormatiam, & postero die, Cardinalis Farnesius. Grauidi iam erant Pontificij bello, in Lutheranos pariendo. Non enim iste Cardinalis Româ transiuit agrum VVirtembergicum, quamuis fides ei impetrata esset: ac posq; aliquod tempus de nocte clanculum discessit. Scriptum etiam Româ est: Pont. Paulum 3. promittere 12. millia peditum, & 500. equites, in bellum Lutheranum. Monachus deniq; postridie Pentecostes. Cæsarem & Principes, apertè ad arma contra Lutheranos exhortatus est. Lutherus verò librum germanicè scriptum, postea edidit: cuius titulus, aduersus Pontificatum Rom. à Satana constitutum. Belli in ipsos parturitio.

Rectores Tybingenses. Tybing. Schola.

Phil. & Iac. Rector 123. Caspar Velandius, V. I. Doctor, Canonici ordinarius Professor. Inscripti. VVeruherus Schermaier Vlmensis. Philippus à Nyperg nobilis. Georg. Gardnerus Landshut. Bauarus studens Ingolstadiensis. VVolfgangus Hirter Reutling. Germanus Ærnlinus Rotvveil. AErnlinus.

Die Lucæ, Rector 124. Ioannes Sichardus.

Inscripti. Noha Maurer Memmingensis. Ioannes Brentius Tubingens. VVilhelmus Craffi Vlmensis. Philippus à Freiberg, nobilis. Balthasar Bidenbachius Brackēhaimensis. Bernhardus à Liebenstain, nobilis, Ian. 9. Christophorus & Ioannes fratres, Barones à Stangenberg, studiosi Kynisperg. Pruteni. Andreas Rittel Stutgard. Michael Flach. Barthol. Schmid. Andreas Rystius Campidunensis. Marcus VVind Fiessensis. Andreas VValch Rotenburgens. Vticri. Theodoricus à Graueneck.

Ioan. Philippus,
Ioan. Iacobus,
Benedictus,
Gregorius,
Christianus,
Carolus,
} Craffij, frater Vlmenses, April. 4.

Fridericus Herter ab Herneck, nobilis Præfecti F. Ioach. à Sachsenhaim, nobilis. Philippus Bubius Esslingens. Decanus Philosophicus. M. Ioannes Benignus. Magistri facti. Chiliaus Bertsch Brigantinus, 3. Idus Feb. Georg. Beringer Vlmensis, 3. Calend. Augusti. Iacobus Andreas Fabri VVaibling. postea, noster Cancellarius 1562.

Doctor Melchior Volmarius, & M. Matthias Garbitius, in consortium Facultatis artium receptisunt secundum nouam ab illustrissimo principe nostro datam ordinationem. Adepta quoq; est Facultas, beneficio clementissimi Domini, ius ad omnes publicas deliberationes accedendi: quam antiquior Doctorum dominatio negauerat. Volmarius. Garbitius.

A. 1545. Carolus Imp. liberauit in perpetuū Georgiū de Ehingē. ipsū & posteros, & ministros, ne à quoquā citētur in Rot vvilense consistoriū aulicū: siue capitis, siue famæ, siue bonorū causâ: sed tātùm in Cæsareū Regium ve iudiciū: vel. cui Cæsar Rex ve potestatē iudicandi dederit: ibi. quò illi pertinuerint. Cōcessum est ei hoc priuilegiū propter promerita tum ipsius, tum patris eius Rudolfi. de Imperio, & de Austriacis. Sub mulcta, contrà facientibus, Cæsareæ offensionis, & 20. Marcarum puri puti auri. Datum VVormatiæ, 11. Iun. 1545. Imperij eius, anno 25. & Regnorum, 30. anno. Scribit ibi se Carolus, etiam Ducem VVirtemberg. & principem Sueuiæ. Ehingenorum priuilegium.

Die Lunæ Pentecostes, eiusdem anni, VVolf de Avv in VVathendorff, Volmarius de Brandeck in Sterneck & Hanso Truchsæssius de Hefingen in Crespach: fatebantur literis, Rotenburgi datis: cùm equester ordo Quadrantis eius, qui ad Nicrum & Nigram syluam est, Cæs. & Regiæ Maiestati subsidium contra Turcas promisisset: nobilē Georgium de Ehingen in Kilchberg, ipsis his collectoribus partem suam fideliter dedisse. Avv. Brandeck. Hefingen.

Schorndorffæ, nō longè à schola Latina, ædificiū quoddā est magnū, iuxta murū oppidi, ad meridiē. Sub eo est mola equaria: mirabile opus, pēsile, absq; colūnis: ne in gyrādo, quicquā impedimēti sit. Huius molēdini octo sunt rotæ vel itus (acht geng) cū magnā cote. Agūtur omnia hac, vnà rotā infrà, dentatā, Vbiq; multa tigno fortissima: inuicem artificiosè complexa, & ferro communita. Non fit huius rotæ cursus, vt aliarum rotarum sursum: sed iacendo circumactio. Scapus eius (der Wellbaum) erectus stat: à profundo ad lacunar ascendens, in ferreis matercubis. Sunt itaque ibi, hæc dentata rota, & aliæ rotulæ, ab ipsa impulsæ: & ab his, aliæ infrà, quæ lapides molares agitant. Agitur in pergula circùm, à binis equis, illa magna rota: Mola equaria, Schorndorffæ.

aut à bobus, aut ab hominibus: egregiè præsertim ab hilari & petulante iuuentute. In medio iuxta scapum, seu arborem, campana pendet: qua signum incipiendi & desinendi molere, datur. Operationi adsunt inspectores. Rarus est vsus huius operis: quia tantum tempore belli, aut in siccitate, aut hyberna congelatione aquæ: quando amnis Remsa (vbi sunt extra oppidum duo molendina) exiccatur fermè, aut congelatur. In summo scapi insignia sunt Principis: & in scuto, nomen Architecti, cum maiusculis literis auri, sic: GOTT ALEIN DIE EHR. SY MON VOGT / Wirtembergischer Werckmeister. 1545. supra hanc molam, in proxima contignatione, granaria sunt, & eximia frumenti prouisio.

Ochinus. Augustæ, Bernardinus Ochinus, permissu senatus, Epistolas Paulinas Italico sermone publicè in Templo explicauit.

Bibliotheca Græca, Augustæ. Senatus Augustanus curauit hoc tempore, Græcos manuscriptos codices multos, nondum editos, de Antonio Eparcho, Corcyræo Episcopo, Venetijs emendos, vetustissimorum Auctorum, 10 CCC. Ducatis. Hos 1556. cum voluptate inspiciebamus.

Ianus Cornarius. Dedicauerat Ianus Cornarius Zuiccauiensis Medicus, totius Hippocratis Coi interpretationem Latinam senatui Augustano. Hic ergo senatus, sollicitante Claudio Pio Peutingero, I.C. illum centum solaribus coronatis 1546. honorauit. Gassar. & Henning.

Seld. Nuptias Augustæ celebrarunt: Doctor Christophorus Seld, Octob. 6. cum Veronica Meutinga: Pancratius de Rappenstain, cum Regina Vvælfina, Octob. 12.

Friburgum Brisg. Friburgi Brisgoiæ instituta est 1545. societas equitum, die löblich geselschafft zum Ritter. In qua Conradus, Comes Tybingensis, Dominus in Liechteneck: Ludouicus, Baro Staufensis: Ioannes Christophorus, Baro Falckenstainius: Antonius item Falckenstainius Baro: Daniel à Stain Lucas à Reischach, Ioannes Vlricus de Stadion, & alij, erant.

Viennæ munitio contra Turcas. Hoc etiam tempore, post superiora Viennæ Turcica pericula. S. P. Q. Viennensis, suburbana demolitus est: mœnia renouauit: Propugnacula plura firmissima excitauit, eaq; maximis impensis. Sed contulerunt eôdem quoq; subsidia, R. Ferdinandus, Dux Saxoniæ Mauricius, Vvilhelmus Bauarus: & quædam Imperiales ciuitates: Augusta, Vlma, Noriberga, Colmaria, Selestadium, Argentoratum, Colonia Agrippina, Treuirorum vrbs, & aliæ. Laz. rerum Vienn. lib. 3.

Rhotvvila. Rotvvilæ, cum Euangelij doctrina grauiter à quibusdam exagitaretur, & multi, se protentes sola in Christum fide conseruari, inde emigrarent, bonis suis relictis: Diabolus magno ciuium timore, per vrbem inambulare visus est. Lycosth.

Henrici Brunsuic. captiuitas. Henricus, Brunsuicensis Dux, dum suam ditionem armis recipere conatur: deditione cum filio venit in potestatem Landgrauij Philippi, & generi eius Mauricij, Ernestiq; Brunsuic. Octob. 18. Sleid. 16.

COLLOQVIVM RATISBONÆ DE RELIGIONE. MARTINI LVtheri obitus. Dissimulatio primò, deinde eruptio, belli Germanici. Ioannis Diazij cædes. Sigismundi & Philippi de Hutten, in partibus Americæ. Rectura Scholæ Tybing. Susceptio, gestio, infirmatio, belli protestantium. Ciuitas Gamundiana, ab Electore Saxonico expilata. VVirtembergiæ à Cæsareanis occupatio. Ciuitatum Sueuicarum reconciliatio cum Cæsare. Interitus cuiusdam VVendelini militis. Eslingensis virgo ventricosa. Georgius Fabricius, scholæ Misnensis Rector.

CAPVT XX.

ANNO 1546. & deinceps, bello à Cæsare Euãgelicis illato, Germania miserè perturbata. Legantur, quæ Sleidanus lib. 16. & sequentibus, copiosè scribit. Inde summulas tantum aliquot, ordine (ὡς ἐπὶ κεφαλαίοις) excerpam: & alia aliunde interponam, vbi videbitur.

Palatinarũ Ecclesiarum reformatio. Fridericus Palatinus, mense Ianu. Ecclesias suas reformabat, ad formam Augustanæ confessionis. Ei per legatos gratulabantur protestantes: orabantq;, vt pacem Cæsari suaderet. Quare conuentum agebant Francofurti: vrsc. pacem Religioni Cæsar daret.

Tridentini Concilij principium. Initium tunc factum est Concilij Tridentini.

Colloquium Ratisbonæ de Religione. Buceri disputatio cum Maluenda. Colloquium Ratisbonæ mense Febru agebatur, de capitibus Augustanæ confessionis: præsertim inter Petrum Maluendam Hispanum, & Martinum Bucerum. Solebat Hispanus longa declamatione negocium suum tractare. Bucerus interea literas huc illuc scribens: cùm alter finem orationis fecisset: paucis verbis contraxit: &, Nonne hoc fuit argumentum tuum? rogauit. Alter aiente: hic breui & acuta solutione id diluit. Hoc & aliàs faciebat Bucerus, homunculus promptissimus

pißimi acerrimiq; ingenij. Ideo quidam de eo dixit: Er heist wol Butzer. Ich mein/er hab jhm außgebutzet. Successit Malvendæ Billicus Carmelita, vt eruditior: sed nihil ad Bucerũ. Aderant etiam Ioannes Brentius, Erhardus Schnepfius, Martinus Frechius, Ioannes Pistorius, Georgius Maior. Rumore verò de bello, quod Cæsar contra Protestantes compararet, increbrescente, mense Martio abruptum est colloquium. Billicoq;. Rumor belli contra Protestãtes.

Febru. 6. A. 1546. starb die Edel vnd Tugendsam Frawe/ Anna von Hohenheim/ genannt Bombastin/ ein geborne Schillingen von Canstat: dern G.G.S. Sepulta Phorcæ in Templo extra horum.

Febru. 18. Martinus Lutherus moritur anno ætatis suæ 63. in patria sua Islebio, præsentibus tribus filijs. Fuerat à Comitibus Mansfeldijs, ob dissidium inter eos de finibus componendum vocatus. Quibus gratificari voluit propter patriam suam, quæ in ipsorum ditione erat: cum alioquin talibus negocijs se admiscere non soleret. Sepultus est honorifice VVitebergæ. Hic tantas res verbo Dei, & calamo anserino gesserat: quantas nec Alexander M. nec Iulius Cæsar, nec Carolus M. omni ferro efficere potuisset. Cuius est versus hic: Mart. Lutheri mors.

Pestis eram viuus, moriens ero mors tua Papa.

Mart. 28. Spira erant Cæsar, Nauius, Granvvellanus: erant, Landgrauius, Palat. Elector, & quidam à Principe VVirtemberg. legatus. Ibi de varijs rebus collocutio. Rumorem belli cum Cæsar extinguebat, quantum poterat: rumorem Landgrauius de Protestantiũ contra Iesum Francofurti coniuratione, itidem extinguebat. Postridie illi omnes colloquebantur de mundæ Religionis concordia. Landgrauius, per Germanicæ nationis concilium instituendam esse Religionem, censebat. Frustrà. Verbo enim negabatur bellum, reapse parabatur. Spirenses conuentus. Belli Germanici dissimulatio.

VVormatiæ, vbi cõuenerãt Protestantes, Rauenspurgum. Almangaui in fœdus ipsorũ recepti sunt. Ioannem Diazium Hispanum, qui se ad puriorem Religionem contulerat, frater suus Alphonsus per famulum Neuburgi occidendum curauerat. Comprehensi quidem percussores ambo Oenipontis sunt: sed parricidij nulla facta est à pontificijs vindicta. Rauenspurgum. Ioan. Diazius Hispanus, a fratre suo propter Religionem occisus.

Occasione huius indignissimæ cædis, etiam hanc indignam cædem subtexam, quæ fortè fortuna in manus meas hic incidit: quam ex quibusdam M. Ser. Bruschij didici.

A. 1546. in septimana passionis Domini, Philippus de Hutten, frater Mauricij, Episcopi Aichstetensis, Philippi Huttenij, & aliorum, cædes.

Extremos veniens terraque marique per Indos:
Imperijs actus, Carole Quinte, tuis:

redient ex diuturna hac Americana expeditione Eorum versus: Interceptus est à quodã Hispano Iuuani ac cum Bartholomæi VVelseri patricij Augustani filio & duob. nobilib. Hispanis, Donno Alphonso Ramero, & Gregorio de placentia, miserabiliter contra datam fidem trucidatus est. Vnde supradictus, Episcopus Aichstetensis, & Bartholomæus VVelser, inconuentu insecuto Augustano sacræ Cæs. Maiestati ob executionem iustitiæ, & recuperationẽ relictorum bonorum, humiliter supplicârunt: ac commissionem ad Senatum Iudicanum super ea re impetrârunt: quam habitam in Hispanias miserunt. Insuper cum Reuerendiß. & Illustriß Princeps, Dominus Cardinalis & Episcopus Tridentinus, Christophorus Madrutius, cum illustrissimo Archiduce Austriæ Maximiliano in Hispaniam proficisceretur: idem Aichstetensis Episcopus rogauit eius Secretarium, D. Ioannẽ Mariã, vt inquireret: an senatui Iudicano illa cõmissio esset præsentata: & an Hutteni VVelserijq; relicta bona, Sibiliã in domũ cõtractationis (vt vocãt) missiset: anq; sicarios illos digna pœna affecisset. Item, quantũ vterq; in auro & gẽmis reliquisset: & vbi ea essent. Inquireret etiã, an Philippus liberos ex nobili fœmina Indica sustulisset. Cupere Episcopũ eos in Germaniã euocare, præsertim mares: & conseruandæ augendæq; memoriæ ac familiæ gratiâ fratris, educare. Primus gubernator in Indijs, Georgius Hohermut Spirensis fuerat. VVelserorum antea Minister.

Administratio Scholæ Tybing.

Mense Maio, Leonhardus Fuchsius. Med. D. Rector lectus est 125. Inscripti. Georgius à Laubenberg nobilis. Iacobus Kalber, & Iacobus Vogler, Tybingenses. Ludouicus à Frawenberg & Ioãnes à Kalcenthal, nobiles. Mense Octob. Rector 126. Balthasar Keuselin, Theol. D. Inscripti. Michael Demler Marpachensis. Nicolaus Mæglingus Tubingensis. Med. D. Marcus Pfister Augustanus. Christophorus Ehinger Eßlingensis. Med. D. Tybing. Acad.

Decanus artium. M. Matthias Garbitius.

Magistri facti. Christoph. Hantinus Tubing. 8. Cal. Martij. Ioan. Spræter Rotvvilens. Iurisc. Georgius Vdel Bietigkaim. 4. Nonas Aug. VVilhelmus Mæglingus Tubing. Med. D.

Receptus

Receptus est à Senatu, & Facultate, ad professionem Musicæ, Ioannes Krapnerus, diebus feriatis docendæ & exercendæ: nempe die Iouis, Sabbati, Dominico, & vacationum.

Belli susceptio à Carolo V. contra Protestantes.

Cæsar 9. Iunij mittens Romam Cardinalem Tridentinum, fœderis aduersus Protestantes faciendi causa: copias militum conducendas curabat. Postea 16. Iun. interrogatus à Protestantibus de bello: se respondet parare bellum in rebelles quosdam, & pacis publicæ perturbatores. Postridie per literas plerisq; ciuitatibus significat fœderis Protestantium, præsertim Argentinensi, Noribergensi, Augustanæ, Vlmensi: non in ipsas bellum suscipi: sed in quosdam rebelles, ipsis etiam non amicos. Sic & ad principem VVirtembergensem. Sed frustrà. Heluetios quoq; per literas, vt quiescant, hortatur.

Protestantium apparatus contrà.

Dux VVirtembergicus 24. signa peditum conscribit: quibus ductorem Ioannem Baronem Heideccum præficit: Etiam Georgius VVirtembergens. Comes aderat, Vlrici frater. Præterea, Balthasar à Gyltlingen, & Ioan. Harderus. Alterius exercitus, quem ciuitates Sueuicæ, & aliæ superioris Germaniæ, conscripserant, Dux Sebastianus Schertlinus erat. Etiam Vlmensis Sebastianus Besserer, ac Matthæus Langemantel, partem curabant. Hi cum Vlmæ conuenissent, omnes inde proficiscuntur Guntzburgum, Iun. 21. Eodem die Legati Protestantium, literis quicquam rogant Venetos: ne Pontificijs copijs, iniustum bellum inferentibus, transitum per suos fines præbeant. Idem à Rhætis & Tyrolensibus petunt. Postea, etiam ab Heluetijs. Saxo & Landgrauius, ipsi quoq; magno studio copias conducunt. Literis ad Cæsarem datis: sibi bellum indictâ causa, contra leges Imperij, & ipsius iusturandum, tantùm ad libidinem Antichristi, impijs Tridentini Concilij, inferri conqueruntur.

Et scripta, sibi bellum iniustum inferri.

Idibus postea Iulij, Protestantes edunt libellum in publicum: quo confirmant, sibi tantùm ob veram Religionem profligandam, & Tridentini Concilij executionem, arma inferri.

Landgrauius & Saxo per Franconiam ad socios contendunt: eo consilio, vt Italis iter ad Cæsarem intercluderent. Ideo Schertlinus est missus, ad viarũ in Alpibus angustias occupandas.

Fressam ergo & Erebergam arcem, editissimo loco positam (quâ Italis iter erat necesse facere) occupat. Relicto ibi præsidio (cùm à multis contra ipsum concurreretur) ad socios redit.

Alter exercitus, cui præerat Heideccus, Iulij 23. Dillingam, inde mox Donawerdam, deditione capit.

Saxo & Landgrauius, proscripti à Cæsare.

Cæsar Ratisbonæ copias expectans, Saxonem & Landgrauium, Iul. 20. publicis literis proscribit: vt turbatores pacis contra Episcopos & principes: fœderum contra se auctores: Turcæ in Germaniam allectores. Mauricio & Augusto mandat, vt proscriptorum bona occupent, tanquam proximi agnati! Ni faciant: grauem pœnam minatur.

Scriptum Protestantium ad Cæsarem.

Aug. 11. Protestantes epistolam scribunt: quam per Tubicinem mittunt ad Cæsarem. Intra declarantes, se iniusto bello peti: fidem, qua deuincti fuerint illi, renunciant: idq; propulsandæ, non inferendæ, iniuriæ causa. Inscripserant illam ei, qui se gereret pro Cæsare, non Cæsari. Ipse epistolam non admisit: & laqueum, si quis in posterum veniret, comminatus est.

Papæ auxilia.

Sub Idus Aug. Protestantibus lentius ad Ratisbonam euntibus. Cæsari veniunt Pontificij pedites circiter decies mille, equites quingenti.

Cæsar cum copijs à Ratisbona Ingolstadium venit. Protestantes obuiam proficiscuntur: ne Neuburgum & Donawerdam occupet, & sic in VVirtembergensem agrum tendat.

Castra Cæsaris & Protest. ad Ingolstadium.

Aliquot leuioribus pugnis commissis: Protestantes, vado reperto, pridie Cal. Septemb. flumen traijciunt, & in loco edito prope Ingolstadium castrametantur. Tormentorum deinde fulminibus castra Cæsaris quatiunt. Cogitabat Langrauius, omnibus copijs impressionem facere: sed nolebant cæteri. Ita egregia rei gerendæ occasio tunc amissa.

Beurensis Comitis aduentus. Veneficia Papæ Pauli.

Beurensis Comes Maximil. quicopias in Belgio Cæsari conscripserat, Rhenum ad Moguntiam traijcit: Septembri se coniungit cum illo apud Ingolstadium: frustrà Protestantibus eum abstinere tonatis. Pont. Paulus 3. sicut antehac incendiarios: sic nunc veneficos in Germaniam, præcipuè in Saxoniam, emisit: ad puteos & stagnantes aquas veneno inficiendas. Confessi sunt illi, quibus vis quæstionum adhibita fuit.

Proscriptionis Cæsarea refutatio.

Protestantes, acceptis tabulis Cæsareæ proscriptionis aduersus Saxonem & Landgrauium, refutant copiosè studium, quod ille præ se ferat, Religionis & Reipub. ac se de criminibus obiectis, sigillatim purgant: vt, de restitutione Ducis VVirtembergici, de bello Brunsuicensi, & alijs. Sleid. lib. 18.

Discessus ab Ingolstadio.

Cæsar, promotis ab Ingolstadio copijs, Neuburgam deditione recipit. Octob. 3. Menhaimum venit.

uit Proteſtantes inſecuti, dimidio milliarij ab eo caſtra ponunt, fluuio intercedente. Spectabat ad prælium: ſed Cæſar Donauerdam, per Octauium Farneſium occupatam ſe recipit. *golſtadio, Giengam verſus.*

Schertlinus, cùm bellum non ita geri, vt debebat, videret: nec Lauingam, vti ſuaſerat, itum eſſet: diſcedens è caſtris, domum redit. Cæſar interim & Lauingam, & omnem Danubij tractum, occupat, Vlmam petiturus.

Octob. 14. Proteſtantes Giengam veniunt: & ex aduerſa parte Cæſaris ſua locant caſtra, amne Brentio interfluente. Saxo aggreditur hoſtem, ſed nimis lentè: ita, vt ille pedem retulerit. Rurſus exiſtimatur rei bene gerendæ occaſio omiſſa: cum vtrinque fluuio concluſus eſſet Cæſaris exercitus.

Idibus Octob. Cæſari Proteſtantibus ſemel atq; iterum inſidianti, non ſuccedit res. Lauingam verò, hoſtes copias eius inuadente, in vetera caſtra reuertitur.

Mauricius poſt aliquot actiones: cùm Religionem à Cæſare peti non putaret: ditionẽ Electoris omnem, præter VVitebergam, Iſenacũ, & Gotham, occupat, Ferdinãdici exercitus auxilio. *Mauricij in Sax. Electoris ditionem inuaſio.*

Elector, cùm longè à patria ſua abeſſet: fœderis conſiliarios Vlmæ ſollicitabat de auxilijs: qui liberaliter promittentes, rogabant vt ad exercitum maneret.

Paucis ordinibus & ciuitatibus auxilia conferentibus ad bellum: cum pax, niſi duris ominò conditionibus, impetrari à Cæſare non poſſet: decernunt abducere copias in Saxoniam: parte earum relinquenda (quod tamen non ſucceſſit, nemine ſtipendia dante) in hibernis. Proinde 23. Nouemb. diſcedunt, Haidenhaimum verſus. *Spes Proteſtantium, imminuta.*

Cùm rumor ad Gamundianos afferretur: Saxonem & Landgrauium eſſe Heubachi, Lauteræ, Eſſingæ, Mœcklingæ, Bargæ: clauſerunt illi portas ciuitatis ſuæ, die S. Catharinæ. Venerunt eò legati principum: quorum primus, Saxonis Mareſcalcus, VVolfius à Schœnberg. Ad eos emiſſi ſunt, Caſpar Currer Iuriſconſul. & Leonhardus Hugo Medicus, cõſulariúq; Heinricus Lieglinus. Poſtulabant Legati, vt vrbs principib. pateret: & vt aliquot ibi turmæ equitum eſſent: extemploq; XX. millia Florenorum darentur: bona deniq; Eccleſiaſtica traderentur. Erat tunc conſul Ioannes Rauchbainus: qui rẽ cum ſenatu deliberata (ciuib. intra portam Rinderbachiã, in armis cum vexillo conſiſtentib.) poſtulata recuſauit: quod antea 8. millib. datis, ſpem ſecuritatis acceperint: iuramentoq; Cæſari obſtricti eſſent. Poſtulata cùm iterum vrgerentur: ciuitas tamen ſe oppoſuit. Proteſtantes nocte, quamuis frigida, vallum iacebant. Poſtero die (Nouemb. 26.) præſidia in vrbe, hinc inde diſpoſita ſunt, introuocatis & vicanis. Conſul cum reliquis ciuib. expaſſo vexillo, in foro conſiſtebat. Aduecta ſunt foris tormenta oppugnatoria. Tunc vtrinq; iaculatorib. certatum vehementer eſt. Ciuib. nihil accidit: ſed turris Rinderbachiæ portæ, & murus ad Regiam turrim pertinens, valde læſa ſunt: ac periculum à loco, qui Cæſareanorum armentorum paſcua nominatur & à patibuli porta, atque ante VValſtetericam portam, imminebat magnum. Plus 130. ictus tormentarij ſunt facti. Globorum maximorum pondus erat ſexagenûm quinûm pondo: ſecundorum, vicenûm nouenûm: tertiorum quindenûm: quartorum, binûm. Exiſtimabatur, hoſtium eſſe XL. millia. Egit igitur Lieglinus, vt ciuitas in gratiam reciperetur. Recuſatum eſt: & poſtulatum, vt arbitrio victoris traderetur, cum L. millib. Florenorũ: cùm oppugnatio tormentis tentãda fuiſſet. Niſi fieret: grauiſſimæ addebãtur minæ. Sic ergo fieri neceſſe fuit. Rinderbachia porta (Catarractis, quæ bõbardis deiectæ fuerant, vix ſucceſſis) aperta: nõ multi equites & pedites intrârunt. Ibi Otho Luneburgicus, clementiã principe dignam præſtitit. Recrodius verò, Haſſicus Dux, Doctori Leonhardo omne argentum, cum annulo etiã pronubo vxoris, abſtulit: eundem Mareſcalcus VVolfius captiuũ abduxit. Spoliatus argẽto ſuo Cõſ. Rauchbainus ab Haſſis fuit: ſpoliati, alij multi, argẽto, panno, alijs reb. Etiã ſacerdotes, & prædicatores Monachi. Horâ 2. pomeridiana, Elector magno cum equitatu ingreſſus eſt: ad cuius pedes cõſul & ſenatores acciderunt: ſurgere clementer iuſſi ſunt. Ipſe, in Gundlinæ diuerſorio, cuius inſigne Corona, diuertit. Senatum cõuocari iuſſit: eis temeritatem reſiſtendi opprobrauit. Ærarij facultates, annotatæ ſunt: libripendij domus ſpoliatæ. Attamen de L. millib. tranſactio in VII. millia facta eſt. Sponſores verò duo, dum perſolutio fieret, abducti de ſenatu: Franciſcus Breunlinus, & Paulus Goldſteiner. Senatus, etiam iuramento deuinctus. Quinto die poſt, ea ſumma, viritim collecta, Neccariſulmæ repræſentata eſt. Duo ſigna ciuitati præfecta ſunt: quæ tamen 14. Decemb. auro perſuaſa, abierunt. Gotteſcella, tunc temporis ab Haſſis combuſta. Saxo autem per VVirtembergiam, & Heſſos per Stutgardiam domum tendebant. Decemb. 15. legatus à Cæſare ad Gamundianos venit, conſolans eos: qui à proteſtantiũ iuramẽto abſolutos, Cæſari rurſum obligauit. Quib. inſequenti tẽpore iuſſæ ſunt ciuitates *Eam tormentis verberant.* *Et deditione capiunt.* *Mulcta ciuitatis.* *Gottescella παρθανών.* *Gamundiam tendunt Saxo & Landgrauius.*

Gamundia, rursus Cæsari data.

ciuitates aduersariæ, solandi causa dare Florenos, Augusta bis mille: Vlma 1500. Nærdlinga, 800. Dinckelspyhela, 800. Hala, 1300. Hailprunna, 500. Francofurtum, 500. Esslinga, 900. Reutlinga, 500. Gienga, 300. Bopfinga, 300. Lindauia, 300. Campidonum, 500. Isna, 400. Rauespurgum, 500. Memminga, 600. Biberacum, 800. Sic factum est, excusatione valente nulla. Hæc, ibi tunc.

VVirtembergēsium egressus, auxilij causâ.

Ad VVirtembergica verò quod attinet: ibi Octob. 13. exercitus regionis, vel statuum eius, millium 10. auxilio exibat priori exercitui: & 22. Nouemb. erat Siessæ, ac Duntzdorffæ: sed rebus vacillantibus, domum mense Decemb. redibat: die mensis 4. castra ponens circa Bliderhusam, Schorndorfam, VVinterbachum. Idem exercitus 14. Decemb. diffluxit.

Ciuitates, à Cæsare occupatæ.

Quo die Cæsar (cùm iam, dum cedentes principes insequebatur, occupasset Bopfingam, Nærdlingam, Oetingam, Dinckelspielam, Rotenburgum Tubari) Rotemburgo dedit literas ad Vlricum VVirtembergicum: quibus hortatus est eum, vt se, suaque omnia, absque vlla conditione dederet. Alioqui malè cum eo actum iri. Sic & ad populum scripsit. Redditæ sunt illæ ad Ducem literæ, per Tubicinem, in cœnobio Bebenhusa.

Vlrici VVirtēb. fuga in arcem Duellium.

Die Decemb. 16. Cæsari se dedidit Hala Sueuica: qui inde Hailprunnam proficiscebatur. Dux verò Vlricus Stutgardia in castellum Tuelam se transfert: quia principibus cæteris cedentibus, ac ciuitatibus deditioni studentibus, totius belli moles in ipsum incumbere videbatur. Ibi 20. Decemb. veniam per legatos supplex à Cæsare petit. Filius quoque eius Christophorus, Mompelgardiæ præses, metu Burgundicæ irruptionis, cum vxore & filiolo Eberhardo Basileam concedebat, vt ibi tutior esset: vbi ad sex menses commoratus est.

A Cæsarianis loca VVirtembergiæ capta.

Decemb. 25. Comes Georgius item de medio se remouet: atq; aliquandiu in Heluetijs vixit: donec post Vlrici fratris mortem, & ipse in Cæsaris gratiam restitutus est. Decemb. 21. & 22. Cæsariani occupant VVeinspergum, Botvvaram, & omnem Zabergæam.

Decemb. 26. vsque ad 28. oppidum Marbachum à Cæsarianis funestatum est, Duce Sulmonensi.

Grentzingæ salus.

Venit hoc tempore manus quædam Cæsareanorum ad oppidum Gretzingam, occupandi causâ: conspectis verò canalibus, siue tubulis, passim per muri fenestras directis: abscessit tunc, bombardas esse putans.

Decemb. 29. Canstadiani & Stutgardiani, Gryningam ad capitaneum Imperatoris profecti, se dediderunt.

Stutgardia, Cæsari iurata.

Die vltimo Decemb. Commissarij Cæsaris: Franciscus Duardus Hispanus, Conradus Bemmelbergius eques, VVolfius de Velberg, D. Nicolaus Zæner, & alij, Stutgardianam arcem intrârunt: ac ciues iureiurando in fidem Cæsaris adegerunt. Sic Ducatus breui est occupatus: sic deditione passim, & oppressione, aliorum, fœdus Smalcaldicum dissolutum est: sic tempora hæc, Euangelicis perquam aduersa & lugubria erant.

Smalcaldici fœderis dilapsio.

Ehingenus Georgius.

Nobilis in Tybingensi vicinia, Georgius ab Ehingen, qui neutri se parti iunxerat à Cæsarea & regia Maiestate obtinuit suis securitatem Kilbergæ, Neuneccæ, VVanchæ: dante ei Duce Albano, VVirtembergiæ & aliorum locorum occupatore, securitatem ab Hispanis.

Palatini deditio.

Cum autem Halæ Cæsar esset: Palatinus (qui 400. equites, Protestantibus auxilio miserat ad Ingolstadium) eò profectus, veniam deprecatione obtinuit. Ita reformatio Heidelbergensis Ecclesiæ intercidit. Vlmenses item (principum ope iam destituti) supplices facti sunt victori: qui eos ignouit, sed ita vt centum millia aureorum dependerent, & tormenta duodecim darent.

Et Vlmensium.

Hæc, de belli Germanici hoc tempore ortu & gestione, summatim & particulatim. Addam nunc quædam alia, hoc 1546. anno facta.

VVendelini militis interitus Schorndorffæ, ex petulantia linguæ.

Tenebatur tunc, cùm bellum foris gereretur, Schorndorffium præsidio ducis Vlrici. Ibi cùm more petulantiæ militaris Germanorum, sæpe conflictus præsidiariorum binorum fierent: nec à Duce ipsorum cohiberi possent: edixit is graui sub pœna, ne quis amplius dirimeret pugnantes: sed sinerentur vsq; ad mortem pugnare. Fecit hoc eo consilio, vt huiusmodi pugnandi libidinem minueret. Quodam igitur die, cùm aliquot milites globo & conis luderent: vnus ex spectatoribus, VVendelinus quidam erat: VVendelini ex fratre nepos alterius: qui antea minorem præfectum, sub Duce Vlrico, Kirchæ & Dornstetæ egerat. Habebat hic VVendelinus iunior, vxorculam Vlmensem Margaretam: quæ post ipsum alij nupta, conuictores nostro tempore hîc Tybingæ alebat, magnam habens industriam. Hic cùm spectaret, vt miles, illum militum ludum: ex ijs quendam identidem verbis mordacibus illudebat: tanquam ludi rudera, nec vllos conos sternentem. Ægrè ferebat

ferebat hic: ipsumq́ hortabatur non semel, vt ab illa sua procacitate linguæ desisteret. Cùm verò is in ea pergeret: abit tacitè hic, gladium affert, in loco idoneo ponit, ludere pergit. Non latuerat alterum ea res. Ideo, ne videretur minus perterritus, vexationem repetebat. Ab altero igitur ad duellum prouocatur: præstò ipse est prompte: concertatur acerrimè gladijs: vulnera inuicem inferuntur. Erat vterq; vir strenuus. Durabat conflictus ad horæ spatium: spectante præsidio cum dolore: quòd non liceret tam fortium virorum dirimere pugnam. Tandem VVendelino vulnus in caput infertur graue: & continuò in idem vulnus, ingeminatum vulnus. Tollit ipse manum strenuè ad referiendum: sed antè quàm feriat, mortuus concidit. Contegitur sua pelitea veste: quæ mox in cauponam, ob pecuniam debitam rapitur. Cadauer lanceis militum impositum, ad sepulturam honorificè infertur.

Hoc illi exitium garrula lingua dedit.

Ἀκαιρηδὸν γὰρ, ἡ ὕβρις. Species nanq; ea, ἀλογωφεὶκη, & iram excitans: vt 2. lib. 2. Rhetoricæ ad Theodectem Aristot. est.

Hoc anno, infans in vtero materno fleuit: vnus, in Misnia: alter, Rotvvilæ ad Nicrum. Iob. Fincel.

Eßlingæ autem virgo quædam Margareta (al. Auna) Ioannis Vlmeri filia, ventrem sibi affinxit, circumquaq; decem palmos excedentem, qui faciem eius tegebat. Dicebat, se varia animalia in eo ventre alere (fortasse πλυτεχνολογεῖκὴν σύνοδον) suo succo: cùm ipsa tamen nihil ederet biberet ve: sed tantùm confecturis & odorib. recrearetur. Itaq; & diuersorum animantium voces circa lectum eius audiebantur: vt gallorum cantus, anserum strepitus, canum latratus, ouium balatus, porcorum grunnitus. Eduxit è ventre multos & magnos colubros. Dicebat, se intolerabiles cruciatus habere. Hinc, ad ipsam multorum hominum aduentus, ex locis etiam longinquis: commiseratio, munerum oblatio. Venerunt etiam vtriusq; Maiestatis, Cæsareæ & Romanæ, Medici. Nihil deprehenderunt in hoc vermium concilio, fraudis. Magistratus vrbis, ex æstimabat sectione ventris succurrendum puellæ cruciatib. si hoc modo fortassis ei salus contigeret. Pater, vt innocens, & totius fabulæ ignarus, facilè annuit: mater verò, ὡς τὰς πανοτεχνίας ὅλης φρένας, nullo modo: sed se diuinam vltionem contra filiæ interfectores imploraturam dicebat. Et ipsa verò puella, matre confirmante secari noluit: sed potius dolores tolerare, donec vltrò auxilium subueniret diuinũ. Pupugit quodam die clàm puer acu ventrem virginis. Nihil illa sensit. Res suspecta videri. Tandem per Medicum, de voluntate Magistratus Eßlingensis subtiliter sectus est venter: deprehensa omnis fraus, arte facti ventris: puluinarib. & arcub. suffulti, expastiq;. Reperta, virgo bona habita formosa succi plena. Venter, in curiam pro ridiculo portatus: postea, suspensus. Pater, vt deceptus, & rerum ignarus, absolutus est; mater, combusta lignis domus suæ destructæ: puella, genis perustis, perpetuo carceri mandata. Duravit hæc impostura quadriennium: circa hoc tempus, Satana mirabiliter, non tantùm communi populo, sed etiam prudentib. & præpotentib. viris, illudente. Sed tandem κακὸν φέρουσι κακοὶ τρόποι οἱ κακοῖ τρέφοι, homini malum fructum ferunt mores mali. Oraueramus Argentinæ in Templo pro illa puella. Exauditi sumus. Liberata ventre est. Sequenti etiam tempore grauidata, infantem peperit. Tandem, in magna peste vrbis suæ interijt.

Virgo Eßlingen προγάστωρ, ventricosa.

Sectio ventris, deprehensio fraudu.

Captus fuit 1546. Gengenbachensis Abbas Fridericus à Keppenbach, nobilis Brisgoiæ, à VVilhelmo Fyrstenberg. Comite, in bello Smalcaldico: sed breui rursum liber dimissus. Fundatum ait illud Monasterium Panthaleon in oppido Gengenbachensi, anno 910 circiter.

Gengenbachensis Abbas.

VVolfius de Recberg in Hohenrechberg, bona quædam in Sœnstetten, Kynigsbrunnensib. cœnobijs, 1546. vendidit.

Gandersheimensis cœnobij Abbatissa erat hoc anno D. Clara: Henrici iunioris Brunsuicensis Ducis F. ex Maria Iacobe VVirtembergensi. Ea iussu patris, ex captiuitate Heßiaca sequenti anno domum reuersi, D. Magdalenæ, Baronissæ de Klummen, Abbatiã resignauit. Brusch.

Gandersheim. Abbatissa.

Sturgardiæ, in hospitalis fano humatus est 1546. nobilis Leonhardus de Hardlingẽ Saxo.

In Parochiali. A. Domini 1546. auff den 19. tag deß Christmonats/ starb der Wolgeborn Herr Wolffgang/ Graff vnd Herr von Manßfeld: dem G. G. S. Amen. Inciderat in castris ante Giengam in morbum.

Mortui aliquot.

Herrenalbæ Abbas, Lucas Gœtz, obijt 11. Septembris 1546. ortus de Mersletten prope Mynsingam.

Bernhardus Schvvartzius Sueuus patriâ VVeissenhornensis, V. I. D. Patauiæ Decanus erat, eruditus, & eruditorum fautor. Alebat adolescentes in Academijs, suis expensis.

Monasterium S. Otiliæ ad Vosagum in Alsatia conflagrauit.

G. Fabricius, Scholæ Misenensis Rector.

In ludo illustri Misenensi, Hermanno Vulpio, primo ibi præceptori, successit Georgius Fabricius, Argentorato euocatus: vbi nobilium trium fratrum, VVolfgangi, Philippi, & Antonij de VVerter, præceptor fuerat: in cuius locum Henricus VVolfius, Hieronymi VVolfij frater successit. Erant Misenæ Collegæ Georgio, doctissimi Græcè & Latinè viri, Matthias Dabercusius, Iobus Magdeburgus, Laurentius Hofmannus Musicus.

PRINCIPI VLRICO DITIO SVA REDDITVR A CÆSARE PLACATO. Præsidium Hispanicum, tribus munitionibus eius impositum. Ciuitatum Sueuicarum Cæsari deditio. Seb. Schertlini, & aliorum quorundam procerum, à venia exclusio. Ioan. Friderici Electoris, in prælio captiuitas. Gubernatio Academ. Tybing. Martinus Crusius, cum nobilibus VVerteris. Philippi Landgrauij detentio apud Cæsarem. Comitia Cæsaris armata Augustæ. Concilio Tridentino, subijciendi quinq;.

CAPVT XXI.

ANNO 1547. Ian. 1. Præsentes Stutgardiæ consiliarij & scribæ, adeoq; ipsa Stutgardia, fidem Cæsari iurârunt. Tum arci præsidium Hispanicum est impositum.

Ianu. 2. arx VVirtemberga, Cæsarianis dedita est.

Vlricus, VVirt. Dux, in gratiam à Cæsare receptus.

Ianu. 3. Dux Vlricus sollicitante Cæsarem precib. Palatino Hailprunnæ, recipitur transactione certa in gratiam: quæ gratia 8. Ianu. legatis Ducis, qui supplices venerant, confirmata est. Erant autem hi: Balthasar Gyltlingius, Ludouicus Fravvenburgus, & Ioannes Fesslerus Iurisc. Capita eius transactionis, Tuelam allata fuerant: & à Duce subscripta. Interea erat, vt Dux Vlricus, cautionis loco traderet Aspergam, Kirchaimum & Schorndorffam: in quæ Cæsar præsidia imponeret. Daret item 300 millia Aureorum. Cæteras conditiones Sleidanus lib. 18. habet.

Ianu. 10. Stutgardiam legati reuersi, Duardo absolutionem Cæsareæ obligationis monstrârunt. Tunc subditi Ducatus, priore iureiurando liberati, in fidē principis Vlrici redire potuerunt.

Tybing. arx.

Ianu. 12. ipse Tybingam redijt: quam, in fidem suam recepit. Oppidum enim se Cæsari tradiderat: non autem arx. Hæc enim à Maiore præfecto Sigismundo Herzero, & Castellano Vlrico Schillingo, conseruata erat: quamuis ter à Cæsarianis postulata esset.

Hedvvigis VVirtemb. natiuitas.

Ianu. 14. (al. 15.) filia nascitur Basileæ Duci Christophoro, mediâ sexta antemeridiana, ex coniuge Anna Maria Brandeburgensi. Illam è sacro fonte Ianu. 21. sustulerunt: Theodorus Brandus consul, nomine Senatus Basilienses, & generosa Comes Rappolstainia. Ei nomen Hedvvigis impositum est.

Hispanica præsidia, Aspergæ, Schorndorffæ, & Kirchaimi.

Ianu. 15. arx Aspergæ, Cæsari patefacta est: pro VVirtembergico præsidio, Cæsareum introductum: primò, Germanorum: postea pro eis, Hispanorum. Relictum ibi, omne frumentum, vinum & bombardæ. Idem postea, Kirchaimi & Schorndorffæ factum. Potuissent illæ res (millibus Aureorum vendi. Præsidiarij absumpserunt. Etiam Cæsareus exercitus ferè 6. millium, ex præfectura Leonbergensi discessit. Sic & Franciscus Duardus, Ianu. 17. cum multis onustis curribus (arce vidēl probè exinanita) è Stutgardia, ad exercitum Cæsaris abijt. Ita ea vrbs, postridie rediit iuramento in suū principis fidem.

Algoicarum ciuitatum Cæsari deditio.

Post VVirtembergenses legatos, de quibus dictum est, ad Cæsarem venerunt Algoicæ ciuitates: Legati Memmingenses, Biberacenses, Rauesburgij, Campidunenses, Isnenses. Qui supplices facti, pœnam deprecabantur: & peccatum suum, partim in errorem, partim in culpam aliorum, remouebant. Se igitur confugere ad Maiestatem eius, velut ad fontem misericordiæ (quod dictum Paulus Fagius, mortali homini tributum, acerrimè pro concione exagitauit Argentinæ) atq; obsecrare, vt sibi veniam daret: nihilq; de suis priuilegijs deminueret. Accepêre veniam, ita vt in posterum essent fideles: societate Saxonis & Landgrauij relicta.

Et aliarum ciuitatum Sueuicarum.

Ianu. 19. Cæsar Hailprunnâ Vlmam versus discessit. In quo itinere, Lindauienses & Esslingenses sunt reconciliati. Pernoctauit ergo Esslingæ. Vlmæ aliquandiu commoratus, Augustanos quoque ad deditionem hortatus est. Hi itaque sociorum exemplo, & suo periculo, commoti: Cæsarem (Antonio Fuggero, pro eis deprecante) sibi placatum reddiderunt: qui eos 150. millibus Aureorū, & tormentis 12. instructis, mulctauit: ac præsidio decem signorum militū grauauit. Schertlinus verò, ob Erenbergensem arcem occupatam, præcipuè Cæsari & R. Ferdinando inuisus fuit. Itaq; nihil eum iuuante Senatus deprecatione, solum vertere coactus est. Quapropter in oppidum Constantiam, Heluetijs finitimum, cum tota sua familia commigrauit.

Augustanorum mulcta.

Seb. Schertlini exilium.

Ianu.

Ianu.27. *Anna Regina, Ferdinandi R. coniux, anno ætatis suæ 44. mortua est in 15. prole, quæ erat filia. Ei funus à Cæsare magnificum Vlmæ, apud prædicatores factum est.* *Anna Regina mors.*

In Saxonico bello, quod ante & post mensem Febr. Elector Ioan. Fridericus contra Mauritium gerebat, ipse recuperat amissa: & Mauricio plurima adimit, præter Lipsiam & Dresdam. *Ioan. Friderici Sax. res gesta.*

Mart.4. *VVirtembergicus princeps (cui sic in transactione iniunctum fuerat: vt, vbi primum per valetudinem posset, supplex ad Cæsarem se sisteret) Vlmam venit. Ibi sedens in sella, permissu Cæsaris (quoniam affecto corpore se commouere & inflectere non poterat) per supplices consiliarios (ingenti spectantium numero circumfuso) sibi factum condonari petijt: omnemque obsequentiam imposterum promisit.*

Ad ea liberaliter Cæsar respondit, ac statim discessit (relictis Vlmæ 7. signis peditum, præsidij causâ) Nærdlingam, ad bellum Saxonicum contendens. Præsidia, quæ abduci debuissent, Schorndorffæ & Aspergæ relicta sunt: quod Ferdinandus iuris contentionem haberet cum Duce, de vetere controuersia Ducatus. Sequenti tempore Dux 30. Florenorum millia Cæsari dedit: ne frumentum & vinum Hispani, tanquam iure belli auferrent: quod eo tempore reconditum iacuerat diuersis locis. *Cæsareum Vlmæ præsidium.*

Hoc periculoso & tristi rerum statu, etiam parentibus meis pericula, fugæ, & damna, non pauca & parua acciderũt: Lucenhausæ, & in vijs Vlmam atq; Geulingam versus. Vt, quòd in pago Scharnstetta, vespertino crepusculo die Ianu.19. Feriâ 6. Hispanis irruentibus, in offuaria cæmeterij latuerunt decem horas, in summo frigore: duobus feretris, sui tegendorum causâ superinductis. Vbi, quamquam ferro scrutantibus ossa militibus, reperti non sunt. Postridie in via, antequam venirent Vlmam, quinquies inuasi & spoliati fuerunt. *Crusiorum pericula & damna.*

Mart.21. *legati Argentinenſium, qui reperiebant Cæsarem Nærdlingæ, ex podagra malè affectum, deprecati, Reipub suæ veniam impetrârunt: tantùm Aureorum 30. millibus, & 12. tormentis, dandis: nec vllo præsidio recipiendo. Cæsar eodem die Norimbergam versus discessit, Mauricio contra Electorem succursurus. Deinde, Egram.* *Argentorati deditio.*

Saxo progrediens, Fribergum & Misenam, ad Albim oppida Mauricio eripit.

Cæsar die April 22. Misenam non procul à Saxone 23. ad Albim, peruênit. Quibus diebus, solem Argentorati vidimus tristem pallidum, & rubicunda caligine obductum. Inde, etiam rubore in parietibus. Qualia non modò in Germania, sed in Gallia & Anglia etiam, animaduersa sunt. Habebat Cæsar, præter suas copias, secum etiam fratrem Ferdinandum, Mauricium & Augustum fratres. Ferdinandus adduxerat equites cataphractos 600. Hussaros 1000. & peditum signa 10. Quantæ copiæ his duobus quoq; Saxonibus erant. *Cæsaris aduentus in Saxoniam cum exercitu. Solis mœstitia.*

Die April.24. *(Misericordia Domini) ad syluam Lochanam, tribus trans Albim milliaribus: cum Elector Ioan. Fridericus, VVitebergam contenderet: eum Imperator assecutus est. Ibi prælio commisso, Elector dum fortissimè pro salute sua pugnat: in sinistra maxilla vulnere accepto, capitur, anno ætatis 44. Nec verò vlli extero se dedere voluit: sed nobili Germano, Tilio Trottenio. Ad Ferdinandum autem Albanum adductus (vt Bucholcerus scribit) antequam Cæsari sisteretur: inter eundum oculis in cœlum sublatis: & suspirijs ex imo corde ductis, voce miserabili sic ad Deum ait: MISERERE mei, Domine: nos sumus iam hîc. Ad Cæsarem verò vbi venit (vt 19. Sleidani scribitur) Equidem me tibi, inquit, clementissime Cæsar, captiuum statuo: supplexq; oro, vt Maiestas tua mihi custodiam ponat principe dignam. Paulò durius ab Imp. & Rege responsum tulit. Filius eius natu maximus, accepto vulnere, VVitebergam euasit. Ipse Elector, & cum eo captus Ernestus Brunsuicensis, Alfonso viui ab Albano custodiendi traduntur. Cæsar cum exercitu, 4. Maij VVitebergam peruênit: Electorem triduo pòst, tanquam rebellem, capitis damnat. Sed is interuentu Brandeburgici conseruatur: verùm septemuirali dignitate renunciare cogitur. At vt concilij sanctiones de religione acciperet: nullo modo assentiri voluit, Heros inclytus. Mortem huic præstulisset. Dedidit se VVitteberga 21. Maij: mandante sic Electore: & filio consiliarijs q; militiæ sacramentum remittente. Ingressus postea R. Ferdinandus est: ingressus, Imperator qui Saxonis vxorem, Sibyllam Cliuensem, bono animo esse iussit. Manſit inuiolatum, viri diuini Lutheri sepulcrum.* *Saxonicus Elector, prælio victus à Cæsare, & captus.* *Eius multa.* *VVitebergæ C. deditio.* *Lutheri sepulcrum.*

Maij 24. *moritur Franciæ Rex Franciscus: relicto successore Henrico 2. filio. Tenuerat, quicquid erat in libris poëtarum, Historicorum, Cosmographorũ, Aristotelis, Theophrasti, Plinij. Nam prandijs & cœnis semper adhibuerat doctos viros de talib. reb. colloquentes auscultans. Per Italiã & Græciã habuerat: qui priscorũ libros conquirerẽt, & describerent. Vnde Bibliothecã instituit amplissimã. Ritum funeris eius, describit lib. 19. Sleid.* *Franciſci, Gall. Rex obitus.*

Tybingensi Academiæ hoc difficili tempore præerant hi.

Tybing. Scholæ. *Mense Maio, Rector 127. Melchior Volmarius Rufus.*

Inscripti. Malachias Ramminger Biberacensis. Theodoricus Schyrnagel Hailprunnensis. Ioannes Hochmann Biberacens. Chrysostomus Lindenfels Brackenhaimensis. VVolfg. Stamler. Vlmensis.

Mense Octob. Rector 128. Gebhardus Brastberger Iurisc.

Inscripti. Sebastianus Morholt Brackenhaimius. D. Albertus Baro à Lympurg. dominus Rupertus Dyrr Schorndorffensis. Ioannes Agricola Scharenstettensis, ex agro Vlmensi. Ioannes & Burchardus Fesleri, filij Cancellarij principis.

Decanus Philosophicus. Melch. Volmar. Rufus Rotvvil. Professor vtriusq; linguæ, & principi à consilijs.

Magistri creati, ad Angariam Pentecostes. Samuel Prothagius Gœppingensis. Iurisc. Ioan. Gropnerus Frontinhausensis.

In fronte Domus vniuersitatis scriptum.

Domus ibi Sapientia. *Anno. M. D. XLVIII. nouæ hædes, quod Academiæ fœlix faustumq; sit, à solo rursus sunt instauratæ.*

M. Crusij studia. *Argentorati, Martinus Crusius, cùm in progressionibus scholasticis, anteà primum locum ex secunda & prima classibus habuisset: & pecuniaria munuscula accepisset: nunc 16. April. 1547. Græcam orationem (περὶ τοῦ τὸν ἐν Αἰγύπτῳ ἐπιχείρειν) in publico Lectorio habuit: de periculoso hoc bello Germanico: cohortatione ad inuocandum seriò Deum. Professores & præceptores erant, atq; auscultatores (absente tunc Rectore Sturmio) Petrus Dasypodius, Christianus Herrlinus, Gerhardus Seuenus, Christoph. Kerrlinus, Valentinus Erythræus. Inprimis, Martinus Burrus, D. Ioannes Marpachius, Paulus Fagius, D. Iustus Velsius, & alij multi. cum studiosa iuuentute numerosa. Idem Crusius, mox die Maij 6. cum bona gratia, omnium præceptorum è collegio, vbi ad biennium vixerat egrediens, pædagogiam, posth. Henricum VVolfium Oeting. suscepit nobilium Turingorum, Philippi & Antonij de VVerter: præfectus eis à fratre ipsorum D. VVolfgango. Antonius, (rusio ætate aliquantò minor: Philippus, vno anno maior. Redierat ex Italia VVolfgangus. Erant Ciceroniani Sturmianiq; Eloquentiæ, omnes tres fratres, maximi admiratores. Viuebant domicilijs Argentinensis, Iacobi Froschaueri: qui vxorem habebat Annam Luckartinam Sueuam VVirtembergicam, Caluensem. Fuerat ea quondam, cùm Argentinæ adiceretur Monasticæ vitæ longè formosissima: capillo quidem tanti decôris, vt fletum faceret hominibus, cùm ei velandæ abscinderetur. Quadriennio ibi exacto: cum Religio Argentorati mutaretur: cum alijs exire iussa est: pensione quotannis quinquagenûm Florenorum. Duxit eam propter pulchritudinem iuuenis quidam nobilis. Quo intra annum, dum quodam die Dominico æstiuo & sereno, in flumine vrbem interfluente Brusca: nauiculâ ludibundus oberrat, in aquas delapso & suffocato: ipsa postea huic Froschæssero, patria Kaiserbergensi, viro diuiti & pio nupsit. Ex quo filium Iosephum, elegantem & ingeniosum tulit: qui postea VVitembergam missus, cum mater (tam vidua) eum Tybingam mittere, & Crusio commendare, decreuisset: illic 1566. diem suum obijt: Elegijs ab aliquot doctis defletus, atq; celebratus, vt optimus iuuenis.*

VVerter i nobiles.

Anna Luckartina.

Defuncti aliquot. *Stutgardiæ, 3. Ianu. 1547.* starb der Ehrnvest Joan. Gremp / weiland Onophrij Grempen Sohn, *ætatis anno 34.*

Schorndorffæ. A. 1547. den 5. Janu. starb der Edel vnd Vest Melchior von Thieroberg: Wirtembergischer Hauptmann in der Besatzung zu Schorndorff: dem G. G.

A. 1547. den 19. Jun starb der Ehrnvest Michel Heidinger: Röm. Käys. Maiestat Hauptmann vber ein fähnlin Landtsknecht zu Schorndorff: *D. G. G.*

Anno eodem, die Iouis post S. Dionysij, egregius Sigismundus Heßlich / Forestarius Schorndorffensis.

Balizhaimi, in Algoia. Auff den Affermontag in Pfingstfeyrtzen / den ein vnd dreyssigsten Maij / im tausent / fünffhundert / vnd sieben vnd viertzigsten Jahr / morgens zwischen vier vnnd drey vhr / starb der Ehrnvest Weiprecht Ehinger / alter Burgermeister zu Vlm: dem Gott ein fröliche aufferstehung verleihen wölle. *Suprà 1376. anno. VVeiprechtus ponitur Iodoci 2. Ehingeri filius.*

Conscripserunt

Conscripserat Cæsar in castris ante VVitebergam ordines Imperij: vt sub Idus Iunij Vlmæ conuenirent ad Comitia. Id ita factum est. Petebant legati Cæsaris, vt ob compescendos in posterum Germaniæ motus fœdus aliquod fieret: quale nimirum olim illud Sueuicum fuit. Hanc verò deliberationem, pestis èxorta abrupit: & inde ordines Augustam transiuerunt. Comitia Vlmæ.

Rebus ad VVitebergam constitutis: Cæsar Halam Saxoniæ proficiscitur. Quò cùm & Phil. Landgrauius venisset, tolerabilibus conditionibus transigendi causâ: captiuus tenetur, contrà quàm sperauerat. Transit deinde Cæsar Bambergam: conuentumque indicit omnibus, ad Cal. Septemb. Augustæ futurum. Noribergam profectus, aliquot Saxoniæ ciuitates recipit in gratiam. Cæsar, Hala Sax. Landgrauij Philippi captiuitas.

Augustam 19. Iul. vniuersus clerus Augustani Episcopi, Othonis, qui tota sua ditione antea fuerat à protestantibus eiectus, rediit. Adhùc deinde 23. Iul. Cæsar: & in ædibus Fuggerani vinarij fori diuertit. Augustani, præterquam quòd à Cæsare multati erant: etiam R. Ferdinando, & Episcopo eius Othoni Cardinali, atque Tridentino, magnam summam pecuniæ persoluere coguntur: tanquam qui eis magna damna intulissent. Hoc etiam VVirtembergico & Vlmensibus accidit à Ferdinando. Otho, August. Episcopus, restitutus. Ferdinandus R. mulctator.

Idem Augustanus Otho, Nordlingam profectus nomine Cæsaris, cum multo milite, bombardas in foro statuit: Mercatores, qui à Smalcaldicis steterant, magna parte bonorum suorum multauit. Illo autem tempore, quo Cæsar Nordlingam vênit: per Bergerinam portam sub vmbella, à senatoribus portata, intrauit: clauibus ei à senatu oblatis: consule VVolgrafio ipsum èxcipiente. Hic etiam dextram strepam, & Ioannes Rettingus sinistram, ei tenuerunt. Cæsar quosdam à spe gratiæ suæ prorsus èxclusit: Georgium VVirtembergicum, Albertum Monifeldium, Ioannem Heideccum, Ludouicum (patrem & filium) Oetingensem Comitem. Huius possessiones omnes, alteris filijs, vt sibi fidelibus, Friderico & VVolfgango, condonauit. Ille igitur, cum vxore & cæteris liberis profugus, Argentoratum vênit, ac multis deinde annis hinc inde oberrauit. Cæsaris Nordlingam aduentus. Ludouici duo Oeting. (pater & filius) exules.

Magdeburgenses quoque Cæsar proscribit. Deinde Angustam vênit (vt diximus) ad comitia: milites intus & extra disposuit: in Templo primario (prius tamen à Lutheranismi contagione expiato) sacra pontificio ritu fieri iussit. Ibi conciones habuit Michael Sidonius Episcopus (ille, qui olim in stipendio Tybingæ Martiniano buccellas vorauerat) de Missa: quæ postea typis excusæ sunt. Cal. Septemb. deliberatio proponitur de concilio Tridentino: de Iudicibus Cameræ deligendis: de auxilio contra Turcas. Magdeburgenses, proscripti. Cæsar, Augusta. Ibi comitia. Mich. Sidonius.

Die Octob. 18. contendit Cæsar à principibus, & à ciuitatibus, quamuis inuitis: vt se Tridentino concilio subijciant. Vxor Landgrauij Christina, mense Nouemb. per principes, & postea suo Augustam aduentu, Cæsarem de mariti libertate obsecrat: sed frustrà. Duxerat Saxonem Imperator secum Augustam: Landgrauium verò Donavverdæ reliquerat: quem Hispani quotidiè contemptim tractabant. Vrget Cæsar Principes ad concilium Tridentinum. approbandum.

Cùm essent armata, hæc comitia: & in agris circùm, Hispani Italiq; Memmingenses, vt ab eis immunes essent, XXX. Campidunenses verò, XX. millia Aureorum, pependerunt.

Nuptiæ Augustanæ 1547. Dauidis (qui Ioannis Baronis filius erat, & Gothæ postea interijt) cum domina Vrsula de Freiberg, Febru. 21. Nuptiæ.

Doctoris Nicolai Varembiyleri (qui adhuc in Iurisconsultorum collegio apud nos Tybingæ est) cum Regina VValtherina, Aug. 28.

A Ferdinando R. initium factum est moris, qui adhuc seruatur à Cæsare, inducias paciscendi cum Turca. Hoc enim millesimo, quingentesimo, quadragesimo septimo anno, induciæ ab illo, in quinque annos factæ sunt. Turcicarum inducianum pactio.

Ioannes Stadenus Hamburgensis Hessus, ab anno millesimo, quingentesimo, quadragesimo septimo, vsq; ad millesimum, quingentesimum, quinquagesimũ quintum, fuit in partibus Americæ, magnis cum periculis. Quæ historia Germanicè exijt. Sunt ibi αὐθροποφάγοι. Mercatores Germani dicescunt, & Galli: dum eis dant cultros secures, specula, pectines, forfices: & ab eis accipiunt prasiliæ lignum, Xylinon, piper, pulmas, psittacos, simios, cercopithecos, &c. America.

TEMPORARIÆ RELIGIONIS INTERIM CONFECTIO. PRÆSIDIVM Vlmæ Cæsareum. Mauricius, Elector Saxoniæ à Cæsare creatus. Cæremoniæ eius rei. Mutatio Reipub. administrationis, in ciuitatibus. Concionatorum Vlmensium captiuitas. Fortuna Martini Krausij senioris. Oppidum Constantia, ab Hispanis oppugnatum. Discessus piorum concionatorum. Abbatum institutio. Conuentio Petri Pauli Vergerij. Schola Tybingensis.

CAPVT XXII.

ANNO 1548. *Cæsaris iussu Iulius Pflugius (Episcopus Numburgensis) & Michaël Sidonius, atq; Ioannes Agricola Islebius apostata libellum clàm architectabantur de Religione: quæ seruanda interim omnib. esset: donec concilio, quod præterito anno propter aëris infectionẽ diffluxerat, rursus Tridentũ reuerso, finis fieret. Appellatũ est ob eã causã hoc scriptũ INTERIM: de re nouâ vix quicquam.* Ideo honos est Auctoribus habitus à Cæsare & Rege. Michaël quidem, Merseburgensis Episcopatus datus. Eum verò libellum improbârunt, & voce & calamo, Theologi multi: vt Martinus Bucerus, Argentorato Augustam vocatus: vt Volfgangus Musculus, ideo Augustâ Bernam discedens: vt Ioannes Brentius, cuius domum propterea Hala perscrutati sunt postea Hispani: quæsiuerunt̃q; vt ad Grancollanum ducerent. Is verò aliquanto ante excesserat: & vxor cum liberis alio in loco exulabat. Ipsum dehinc Virtembergicus Vrsus, cum tota familia hospitio recepit: ac nulla periculi ratione habita, texit. Vide Sleidanum lib. 20.

INTERIM, temporaria Religio, seu Interreligio.

Ioan. Brentij exilium.

Refragati sunt quoq; Interimico libello, Melanchthon, & alij in Saxonia Theologi. Etiam Valentinus Vanirius, qui postea Maulbrunnensis Abbas fuit, ipsum oppugnauit. Cæsar autem ordines cohortatus, vt hanc Religionis emendationem susciperent: cùm Moguntinus Antistes, communi nomine, sine mandato tamen, assensus esset: continuò, tanquam omnibus nominatim assensis, librum excudi & euulgari iussit. Ita publicari cœptum est INterim, à 15. die Maij. Ciuitates principes aliquot & ciuitates assentiri noluerunt: nonnulli, timidiores erant. Sleid. lib. 20.

Publicatio ☞ Interim.

Id Saxo respuit.

Libellus idem in Virtembergiam vênit: pro concione iussus est recitari: edictum, ne quis contrà faceret: missificatio, concessa. Saxoniæ verò Elector, constanter illum tenuit. Ideo dorsus postmodum à custodibus habebatur.

Lud. Rabus.

Argentinæ, M. Matthia Zellio 9. Ianu. mortuo, & XI. eiusdem mensis humato: loco eius factus est concionator in summo templo 25. April. M. Ludouicus Rabus (al. Gyncer.) Memmingensis. Hic vehementer in Interimicam doctrinam inuehebatur, vt Papisticam.

Mart. 3. nata est Duci Virtembergico Christophoro filia Elisabeta, Mompeligardiæ, inter 9. & 10. horam antemeridianam.

Crusius, in patria.

Tertiâ feria pasch. parentes mei, in patria sua, & varijs locis, apud cognatos & propinquos nostros fuêre: nec non cum patruo meo, Ioanne Krausio, Engelthalæ Noricæ concionatore. Redierunt Vlmam 2 feria ante ascens. Christi: cùm Cæsar adhuc esset Augustæ: & præsidium militum, in Vlmensi vrbe. Milites hi magnam petulantiam exercebant ibi. Vt, quòd præotij & vini copia, miles è fenestra superioris contignationis interim pendebat: dum scortum ex eadem descendens, ex ipso pendet: ac sic alternatim alij: donec terram subiectam infimus tangeret: ac superiores descenderent, aut decciderent. Quòd item interdum miles ebrius, dormienti commilitoni suo ebrio adsidens, fracta femoralia habenti, interim assumentum ad ea reficienda acu ipsi femoris cùti & carni assuebat: se consulere fratris commoditati dictitans: alterq; euigilans, patienter factum ferebat. Appellant enim milites inter se nomine fratrum.

Militaris petulantia, Vlmæ.

MAGISTRATVS VLMÆ EO TEMPORE ERAT HIC.

Rauchschnabel.

Duo seniores, Vlricus Laius, & Vlricus Ehinger. Quinq; arcani consilij: Vlricus Neithardus, Georg. Besserer/ Ioan. Krafft/ Ioan. Roht/ Erasmus Rauchschnabel.

Vlmensium officia.

Consules 3. Wolfg. Neithart/ Ioan. Walter Ehinger/ Sebast. Besserer. Tres Quæstores (Stättrechner) Ioan. Heinricus Neithart/ Wilhelmus Krafft. Hieronymus Schleicher. Duo ditionis præfecti (Herrschafft pfleger) Christoph Neithart/ Ioannes Ehinger. Curatores D. Mariæ (vnser Frawen pfleger) Iacobus Krafft/ Augustinus Roht/ Vitus Fingerlinus. Præfecti hospitalis Ioan. Lieber/ Christoph. Gienger. Commeatus Magistri (Proviant Meister) Nicol. Besserer/ Barthol. Kobolt. Armamentario præfecti (Zeughern) Eustachius Güntzburger/ Georgius Rietmann. Censores octo (Straffherrn) Iodocus Besserer/ Erasmus Roht/ Eustachius Güntzburger/ Wilhelm. Ehinger/ Ioan. Müller/ Leonhardus Schorer/ Lud. Rottengatter/ & Philip. Greck. Summa totius senatus viri 32.

Nunc

Nunc Augustam redeamus.

Ibi quidam egregiæ formæ & staturæ vir, Sebastianus Vogelspergius: quia contra Cæsarem dictum superiori tempore Franco Regi germanos milites adduxerat: per Lazarum Schwendium comprehensus, Augustamq; adductus: die Febr. 7. capite mulctatus est, ipse, & duo centuriones, Iacobus Mantellus, & Wolfius Thomas. Sleid. 20. Vogelspergij delictum collatio, Augusta.

Febru. 8. Ferdinandus Baro Felsius, Antonij Fuggeri filiam Barbaram duxit.

Febru. 24. Mauricium Saxonem, cuius cognatus Ioan. Fridericus erat captivus, Cæsar loco eius creauit Electorem Saxoniæ, inter secundam & tertiam horam pomeridianam, in foro vinario, in tabulato cathedrali, pro chorearum domo, ante hospitium Cæsaris, domum scilicet Antonij Fuggeri. Mauricius, Elector Saxoniæ factus.

Habitus Imperatoris.

Erat tanquam Pontif. Romani, Missam celebrantis: significans, ipsum debere Religioni Christianæ tutorem esse. Partes vestitus erant hæ, vt Mameranus notauit. Caligæ buscchinæ, paulò supra genu ascendentes: calceis additis, ex rubra villosa purpura, cum gemmis. Vestitus Caroli V.

Vestis longa & laxa, antè aperta. Vtrumq; ex rubra ostrina bysso seu Carmesino. Humerale, ex lino albo & tenui. Cinctura alba serica, cum crasso nodo. Stola, ex auro tortili, filoq; serico flauo. Tunica prima & secunda, operosa & preciosa. Omnia hæc gemmis preciosis interstincta. Manipulus ex auro, rubraq; byssо: cum crucibus ex auro & margaritis.

Cappa choralis, ex puris aureis filamentis, cum bicipiti aquila magna, & operoso gemmarum ornatu.

Corona Cæsarea: intra cuius ambitum, mitra bicornis Episcopalis. In fronte coronæ, crux, ex 5. maximis adamantib. inter quos, margaritæ nobiliores. Circùm coronã, preciosissimæ gemmæ. In corona, etiã semi circulus supra mitram, ambiens. Chirothecæ, ex auro bracteato & margaritis.

Vestitus Electorum.

Vestis longa, ampla, talaris, vndiq; clausa: iniectu supra caput indui solita: cum amplis manicis separatis: fasciolâ sub veste, post tergum protracta, adaptari solitis. Tota, albis pellibus hermelinorum, siue ponticorum murium suffulta: cum fimbria seu limbo (etiam in manicis) amplius palmi latitudine: ex ijsdem pellibus, pilis foras versis: & cum simili collari: plurimis earum pellium caudulis circum pendentibus: quod item de capite superinijcitur. Ecclesiasticorum, ex coccineo & rubro panno, seu scarlacho. Secularium verò, ex byssо rubra, seu purpura villosa. Et Electorum.

Pileus latus, ex ijsdem albis pellibus, cum lato etiam limbo reflexo, pilis foràs versis. Apex suprà, ex particula illarum pellium caudatus.

Caligæ, Ecclesiasticorũ, ex nigro panno, aut serico: Secularium, ex rubra byssо, vel purpura.

Cæsarem è palatio prodeuntem præcesserunt duo columniferi: symbolum Cæsaris Calpen & Abylam (Herculis columnas) gestantes.

Ritus creandi Electoris.

Imperator & Electores, tabulato conscenso, in contigua choreali domo vestiebantur. Inde egressi in tabulatum, considebant. Equitum Mauricianorum turmæ, dato signo à Tubicine, cathedram Cæsaris circumuolabant: etiam Imperatoris Tympanistis & Tubicinibus sonantibus: Mauricio petitore, interim cum 20. equitibus alibi consistente. Caremoniæ Electoratus accipiendi.

Henricus Brunsuicens. Albertusq; Bauarus, & Wolfgangus Bipontinus: relictis ad tabulatum equis: ascendunt, reuerentiam solitam Cæsari exhibent, in genua procidunt. Orat Henricus, vt Cæsarea Maiest. Mauricio Electoralem dignitatem, & quædam dominia Ioannis Friderici, quæ antea ei donauerit, nunc inuestiendo confirmet propter Mauricij & Augusti fratris meritа. Eum semper gratum fore. Respondet Moguntinus (consilio cùm Cæsare & Electoribus habito) Cæsarem id facturum: si ipse Mauricius coràm idem petat. Mauricius (responso cognito per illos oratores) adequitauit cum suis, habens 12. Tubicines, Tympanistam. 1. cum tympano equestri, & 10. rubris vexillis. Deinde ascendens, & tot coram Imperatore inflexus, in genua procubuit in velamento substrato. Repetit Brunsuicensis priorem petitionem.

Annuit Cæsar, si candidatus prius det ius iurandum visitatum. Fit ita.

Gladius à Wolfgango Bappenhaimio, Imperij Mareschalco, Cæsari datur. Hic capulum eius osculandum candidato dedit: & gladium etiam ipsum, tanquam S. Imperij Archimareschalco: qui eum Bappenhaimo reddidit.

Ioan. Frider. captiui exuta quasi tunica πελύσκιστος.

Decem illa vexilla Cæsari dantur qui ea supernè tenens, parte inferiore Mauricio, & Mansfeldio nomine Augusti, tenenda dedit: donans simul eis ditiones illorum Insignium, & terras Ioannis Friderici. Postea vexilla ijs, qui attulerant, reddidit. Receptum etiam à Mareschalco gladium, Mauricio in manus dedit. Accepit hic, gratias egit, in loco debito assedit. Eadē vexilla, Cæsari rursum ostensa, mox in vulgus deiecta sunt ab Austriaco coaduceatore, vel Heroldo.

Cæsar in Orchestræ domum regressus cum Electoribus, habitum exuit: Mauricio ensem præferente. Vidit hæc omnia Ioannes Fridericus, ex ædibus, vbi diuersabatur: ἀναμιμβάλλων ὁρμαλαπόντα. Tum in hospitia discessum est.

Tribuum abrogatio, Augustæ.

Hoc anno, formam etiam Reipub. Cæsar mutauit Augustanæ: factis iterum præfectis ciuitatis (Stattpfleger) quod genus per multos annos desierat: & abrogatis Tribubus, quæ fortè ad ducentos annos fuerant. Tunc Episc. quoq; & Canonici, in vrbem redierunt.

Ferd. contra Vlricum VVirtemberg.

Ferdinandus Ducem Vlricum odiosè accusabat: tanquam qui propter rebellionem Ducatu, vt postfeudo, excidisset: propter damna ipsi illata, & arcis Erenbergicæ occupationem. Sed nihil effectum est.

Muleasses R. iterum exul.

Augustæ erat cum Cæsare Tunetanus Rex Muleasses, profugus è Regno: cùm à filio suo, chalybeo speculo (mit eim Fewrspiegel) ad solem conuerso, excæcatus fuisset. Eum antea 1535. Carolus, à Barbarossa eiectum, restituerat. Sed rursus Barbarossa Regno priuauerat: ac per filium ipsius cæcauerat. Factum autem fuit decretum de concilio Tridentino continuando: recitatum post alia, illud inprimis: quod erat de Religione, ex Interimico scripto instituenda. Sueuicæ ciuitates Cæsaris auctoritati parebant. Ideo docti & pij Theologi, ab eis discedebant. Recepit Esslinga Interim, Iun. 22. Reutlinga, Iun. 25. Sic Missa fuit restituta, retento etiam Euangelio. Stutgardiæ quoq; sic 15. Augusti factum est. Erhardus itaq; Sneppsius abijt, & alij ex VVirtembergia concionatores. A quibusdam etiam Electoribus, qui causas habebant, Cæsari non admodum reclamabatur. Vltimo die Iunij factus est finis Comitiorum: non tamen statim Augustâ Cæsar abijt: sed 3. Augusti genus Reipub. mutauit (de quo paulò antè dictum) VVelstris, Rechlingeris, Baumgarneris, Fuggeris, Peutingeris, locum in Senatu dans: quod eos sibi fauere videret. Sleid. 21.

Interim, ciuitatibus obtrusum.

Roseníeldæ, sanguinea pluuia.

Iul. 23. Rosenfeldæ, VVirtembergensi oppido, luna plena sanguinei coloris conspecta est: & in ea, brachium subnigrum, cum manu extensa, &c. Lycosth.

Schertlinus, & alij, proscripti.

Aug. 6. Cæsar publicâ præconis & Tubicinis voce, Augustæ proscribit, qui à partibus prostantium steterant, Schertlinum, Rhingrauium, Heideccum, alios multos. Argentorati quidem 11. Septemb. vidimus affixam proscriptionem Cæsaream Schertlini, & Beichlingensis Comitis, atque Constantiensium. Qui Constantiensis, sicut in Saxonia Bremenses & Magdeburgenses: ita ipsius Sueuia, adhuc tenebant contra Cæsarem.

Augustani ædificârunt patricijs, & alijs honoratis ciuibus, domum sagittariam ante Geisgingeram portam; cùm illa antea in fossa huius portæ stetisset.

Vlmæ politia, mutata, sicut & alibi.

Cæsare, ferè ad assumpt. Mariæ Vlmam reuerso (vbi etiam mutauit senatum, instituens vetus) postridiè huius festi (Aug. 16.) comprehensi sunt concionatores, qui interim recipere nolebant, Martinus Frechius, Martinus Rauberus, Bonauentura Steltzer, Iacobus Spiesius, Georgius Fiesius: parentibus meis, mihiq;, omnes benè noti, & nostri fautores. Cumq; prætereuntes vidisset Frechij frater Georgius, opificio sutor, è fenestra perspiciens: appellatusq; ab ipso esset, vt exorem & familiam curaret: ei concaptiuũq; salutem precatus est: & consolans, confirmauit. Idcirco etiam ipse captus est: atque cum eis in carcerem publicum ductus. Ibi detenti sunt quatriduum. Quinto die, cum Cæsar abiret, catenis vincti concionatores, impositi currui, deuehebantur per Sisam in oppidum VVirtembergense Kirchaimum: stipati ab Hispanis circiter ducentis. Cùm sic ex vrbe auehérentur, ipsi vno curru: & in altero, captiuus Dux Ioannes Fridericus: puer quidam (meus antehac condiscipulus: postea, Vlmæ concionator: deinde, Giengæ & Rauenspurgi) nomine VVendelinus Schempius, currum Theologorum vsq; sequebatur: eisq; in captiuitate ministerio fidelis adhæsit. Mater autem mea, ipsis in via inter Vlmam & Lucenhausam obuiam facta, maximis lachrymans lachrymantibus porrexit, ac benè precata est. Pater, audito Augusti. 17. hoc tristitiæ nuncio, Lucenhausâ in VVirtembergense oppidum Haidenhaimum (vt & alij) concessit: ibique apud Ecclesiastem Ioannem VVirtzburgerum, pium & eruditum virum, dies 8. manfit: interim à Cæsareis aliquot equitibus domi quæsitus. Deinde domum reuersus, Vlmam die 7. se contulit: domi periculum à domo (nec Cæsare, nec militibus eius, amplius præsentibus) recessisset. Periculum enim erat inde: quòd circa 2. diem Aug. ipse, vt inspector & curator plurium circa Lucenhausam Ecclesiarum,

Schempius.

Haidenhaim.

rum, iudicium suum & voluntatem de illo INterim, sicut ei mandatum fuerat, Senatui Vlmensi exhibuerat: in quo demonstrabat, se nullo modo bonâ conscientia recipere posse. Cui responso cum ipso subscripserant illarum Ecclesiarum ministri, hi: Martinus Krauß zu Lützhausen / *Superattendent.* Crispinus Radischmidt / zu Geißlingen Pfarrherr. *Magister Ioannes Februarius,* zu Geißlingen Prediger. Georgius Herchnit / zu Scharensteten. Johan. Misol zu Türckheim. M. Sebast. Brucker (*Pontanus*) zu Altenstatt. Thomas Mang zu Steinkirchen. *Petrus Lælius* zu Mercklingen. Michael Weickman zu Stubersheim. Conrad Schaffner zu Vrspring. Joan. Mack zu Lanusen. Johann Alber zu Auffhausen. Johann Luther zu Nellingen Othmarus Mülich zu Edelschies. Johann Strub zu Kuchen. Martinus Karther zu Bernigen. *Ioannes Agricola* zu Steten. Jacobus Ringlin zu Gengen. Conradus Kercher zu Schalcksteten. Georgius Huber zu Amsteten.

Crusius pater exilium quam Interim, maluit.

Duo non subscripserant: Pfarrherr zu Rattelsteten. Der zu Yberkingen.

Hi ambo iurârunt in formulam Interimicam. Nec etiam postea perstiterunt Maccus, Lutherus, Strubius, Schaffnerus, Kercherus.

Tandem missionem quoq; ab Vlmensi Senatu, pater Feriâ 3. post Michaelis petijt: & 3. Feria post Martini liberaliter datam accepit. Nolebat enim ab Interim interimi conscientiam suam. Ideo λακωνικῶς *hæc verba ad eum scripta sunt.*

Lieber Herr Prediger / das ist meiner Herrn befelch: daß jhr sollet vrlaub haben / vnd nicht mehr predigen / vnd nicht Kinder täuffen / vnd kein Ehe mehr zusammen geben.

Hans Vlman / Amptmann zu Scharensteten.

De oppidi Constantiæ casu nunc dicam. Die Aug. 6. Hispani, qui in illis partibus erant, numero circiter ter mille & quingenti, Yberlinga de nocte profecti, Constantiam per insidias adorti sunt. Summâ verò oppidanorum virtute repulsi, tantummodò suburbium incenderunt multis in illo conflictu (circ. 500 amissis) atq; ipso adeo Duce, Alfonso Viue. Constantiensium periêre III. viri, Sleid. 21. & Vrstis.

Constantia opp. ab Hispanis oppugnatum.

Lanius quidam fortissimè pugnans, duos Hispanos brachijs suis complexus, secum in subiectum ponti Rhenum deiecit. Occubuit etiam Ioan. Iacobus Mendlishoferus Med. Doct. Græcè & Latinè perdoctus, Musicus eximius, staturâ corporis heros. Denique, Dominicus Hochreittener, præclarus patricius.

Anno 1548. Aug. 7. descendi ego (inquit Bruschius in M. Scr.) ad Rhætium arcem D. Ioannis de Marmoribus: cum quo pransus sum. Ibi vidi Rhenum bicornem: & comedi animalculi Murmelthiers (muris Alpini) carnes. Postea ad Caczienſe Monasterium ambulans: eâ nocte cũ D. Abbatissa, nobili & optima matrona, cænaui & saltaui quæ me humanissimè excepit & tractauit.

Bruschius, in Alpibus.

Mus Alpinus.

Aug. 8 mansi in hoc cœnobio: & annotaui eius antiquitates. Aug. 9. dono dedit mihi Abbatissa coronatum aureum sudarium, cornua Ibicis, & alia plurima. Dedit vere Regium prandium (ἀκρηρὴ διάσοινα) *amplexa me aliquoties humanissimè. (macte, mi Bruschi) Repetij eo die Rhætium. Ibi audiui stragem Constantiensem.*

Hactenus, bonus Bruschius. Constantiam postea 14. Octob. Ferdinando Cæsar tradidit: quoniam ciues eius oppidi, cùm proscripti essent: nec vllam alicunde opem sperarent: se Austriacæ domui dedidêre: quibus Ferdinandus imposuit Præfectum nobilem.

Constantia, Ferdinando R. dedita.

De Episcopis Constantiensibus huius temporis, sciendum est hoc. Obierat Avvetzius Ioannes 6. in comitijs Aug. 13 Iun. repentè. Qui inde in Richenoiam reuectus, ibi sepulturam inuênit. Exulauerat ab Archiepiscopatu in Lunden Daniæ, & ab eiusdem suffraganatu in Rochilden. Sed in gratiam Imp. Caroli, nec non Regis Ferdinandi, in Episcopum Constant. postulatus fuerat. Huic successit Christophorus Metzlerus, Rhætus Veldkirchensis, legum D. & Canonicus Curiensis, ac Constantiensis: electus in die visitat. Mariæ.

Constant. Episc.

MEMORIAE SACRVM

Anno Domini M. D. XLVIII sexta die Augusti, dum prima luce Clerus Constantiensis, optimi præsulis exequias in Augia maiore ad sepulchrum celebrat: Hispanus miles ex improuiso oppugnatam Constantiam, & suburbia capta, cæde & incendio vastat: Duce Alphonso de viuis. Quam rem, & simul annum, sic potes annotare: expensis Elementis, quæ numeri significationem habent: M. C. L. V. I.

Præsulis augusti tumulo Constantia tædas
Præbuit; accendit sanguine tinctus Iber. *Vel sic:*

Præ-

PræsVLIS eXeqVIIS tVMVLO Constantia tædas
Endabat: aCCendIt SangVIne tINCtus Iber.
Autor, Andreas Mazius, Epis. defuncti Secretarius.

Blaureri abitus. *Ambrosius Blaurer, Ecclesiastes Constantiensis, & permulti cum eo ciues, propter religionem excesserè patria.*

Captiui duo Principes, per VVirtembergiam vecti. *Aug. 23. inter Stutgardiam & Canstadium, Saxo & Landgrauius (cùm Cæsar præcedentem noctem Esslingæ mansisset: Landgrauius autem, Canstadij) inter se, manibus datis, consaluârunt, miseri: aliquot cum millibus bellatorum Cæsare præsente. Inde Vahingam & Spiram, postea in Belgium versus ducti. Michael Sidonius, Moguntini legatus, Francofurti Templa expiat: postea ibi concionatur & missificat.*

Templorum pontificia expiatio. *Episcopus Augustanus, aliquot sacrificos suspectos, Euangelij doctrinam abiurare cogit.*

Nærdlingensibus obtrusus fuit Missifex. Quo sacris primùm operante: textorij pueri per fenestram Templi, lapides contra eum in altare iaciebant, manè hora sexta. Nemo eò ingrediebatur. Ideo nec ipse diu manere potuit.

Cæsarea Schorndorffæ præsidia. *Cum primùm duo signa peditum Etschlandiorum Schorndorffam venissent: oppido præsidio à Cæsare imposita (quorum Dux, erat Cornelius von der Ay: centuriones sub eo, Martinus de Engen, est Petrus de Trient) hi non erant molesti ciuibus: sed probâ etiam moneta eis satisfaciebant. Coacti verò sunt Hispanis succedentibus cedere: quòd propter Remsani vini bonitatem inuiti faciebant. Itaq; nonnulli eorum indignatione moti, fornaces & fenestras contundebant. Hispanis autem per superiorem portam ingredientibus: priores per inferiorem excedebant, ὑφίστιοι ἐξῆσαν. Dimissi sunt in leprosorum cespite, loco sic nominato. Itaq; 1548. die S. Bartholomæi, quinq; signa peditum Hispanorum, Schorndorffæ collocata ab Imperatore sunt. De quorum superbia ciues, iniurijs, profusione, satis dici non poterat.*

Tribuni plebis, in ciuitatibus abrogati. *Sicut Augustæ & Vlmæ, sic etiam cæteris in ciuitatibus Sueuicis, Ἀριστοκρατία est abrogata, & ὀλιγαρχία constituta. Operâ id factum est Henrici Haasij D. iussu Cæsaris. Hinc dicebatur ab hominibus, non esse mirum: oleta hortorum ab leporibus depasci: quia lepus (Cæsareus Haasius) tribunos plebis deuorasset. Consulares viri, & senatores, qui Interim recusabant, loco suo moti sunt: vt, Biberaci Vitus Bæcklinus, & Ioannes Egelspachius: qui recipiendi olim Euangelij suis ciuibus autores fuerant. Vt, Rauespurgi, Petrus Sonnerus. Pantal.*

Concionatorum Euang. exilium. *Discedebant ex Ducatu multi cõcionatores, & docti viri, aliò: quibus locus propter Interim non erat: vt, Erhardus Scneppfius, Tybingensis Professor, Ienam: M. Georgius Hala, pastor VVaiblingensis, Zuiccam, deinde Lipsiam. Dimissus est etiam circa Martini Sieszensis Ecclesiastes Ioannes Iacobæus, G. Halæ amicus: quem 19. Iunij inuiserat, Gœppingæ lauantem. Quidam*

G. Hala. *postea tranquillioribus rebus, ab exilio reuocati sunt. VVaiblingæ in Ecclesia docebat Iuo Hainzelmannus, olim Monachus. Erat Diaconus eius M. Caspar Kantz: qui adhuc 1589. vixit: Pastor & Decanus Tettingæ atq; Auraci.*

Apud Vlmenses, dimissi sunt circiter XL. ministri Ecclesiæ, mox post Martini: nouem verò, nouam religionis formulam amplexi sunt. Cogebantur Interimistæ binas, quaternas senas, parochias administrare.

Monachorum restitutio. *Abbates & Monachi, passim in autumno, in suo cœnobio restituti sunt: tum alibi, cum in VVirtembergia: ipsis sui subditi obligati: Principi tamen ius patronatus remansit.*

MVRRHARTI.

Murrhart. *Habes, viator, in hac conditorio ossa pijssimi præclariq; viri, Martini, Abbatis Monasterij Murrhart: qui strenuè summa animi fortitudine constantiaq; vitam duxit: qui etiam miserum succurrere didicit. Iam verò in cõmunem abijt locum, Christianissimè atq; catholicè. Cuius anima Deo viuat. Vixit annis 58. & anno à Christo nato 1548. die 13. Iunij emigrauit.*

Tunc pro eo Thomam Carlinum priorem, Abbatis honore affecit Herbipolensis Episcopus Melchior, præsens: benedicente illi Doctore Georgio Flachio, Episcopo Salonensi, & Herbipolensis in pontificalibus Vicario. Conabatur hic Abbas instaurare: quæ, exulantibus Monachis, conflagrauerant: vt, Dormitorium & horrea. Superest ibi adhuc primum fanum: in quo à primo Abbate VValterico, horæ cum Monachis decantatæ fuerunt. Id paruum est, ex arenaceis lapidibus. Postea, magnum cœnobij Templum constructum fuit. Vtrobiq; sena sedilia saxea, vbi sederent 12. Monachi: & scamnum, vbi Abbas. Sic olim, cùm non plures eorum essent.

Hirsaw

Hirsaugiensis Abbas Ioannes, qui in suo Monasterio remanserat: recepta iam potestate, Monachos dispersos recolligebat, & nouitios adolescentes recipiebat. Anno verò 1552. Dux VVirtemb. Christophorus, Vlrici F. cùm confessionem suam Tridentino concilio obtulisset: paulò pòst cum Abbatibus egit: vt secundum eam omnia facerent: præsertim scholas, olim Monasterijs vsitatas, restituerent: in eisq; cœlestem doctrinam traderent. Hirsaug.

Petrus Paulus Vergerius, Papæ legatus in Germania, καὶ τῶν συκγγελικῶν ἐφέδρος: cùm pontifici suspectus de Lutheranorum hæresi sui purgandi causâ scribere contra eos instituisset: ideoq; diligenter libros eorum euolueret: ex ijs ad ipsorum doctrinam conuersus est: Francisci præsertim Spieræ Itali exemplo perterritus: qui Euangelium amplexus, cùm iterum ad papatum desciuisset, in desperatione salutis suæ perierat. Vixit posthæc Vergerius in Rhætia: deinde, à VVirtemb. Duce Christophoro receptus. Tybingæ: vbi & diem suum obijt. Vide Sleid. 21. Petri Pauli Vergerij conuersio.

Erat his temporibus iam conditum à Papa seminarium nobilium adolescentulorum, qui Fuldæ ad studia alerentur, hoc modo.

Summus pontifex absq; vlla obligatione 40. nobiles adolescentes in Fuldensi seminario alit: vt pro singulorum mensa, quæ honesta sit, cum ceruisiæ potu, & libera habitatione, 30. Coronat. aureos persolui curet. Conditiones recipiendorum. Fuldæ seminarium.

1. *Vt sint probatæ nobilitatis equestris ordinis.*
2. *Vt annum 15. attigerint: quamuis hic ad decimum tertium facilè dispensetur.*
3. *Vt norint legere, scribere, & saltem Donatum.*
4. *Vt sint corpore non manci, mutili, lusci, balbi, blæsi.*
5. *Voluntate, vt velint: ingenio, vt possint, in literis & bonis moribus proficere.*
6. *Vt non sint feri, asperi, inflexiles ad bonam educationem.*
7. *Ne leuiter à parentibus, nec sine permissu præceptoris, auocentur: néve, si reuersuri sint, vltra præscriptum tempus domi detineantur.*
8. *A parentibus vestiantur, sicut nobiles decet: & pallium nigrum ex panno meliori, vsque ad talos longum, gestent. Secum 8. Taleros adferant, ad emendos libros, calceos, ligna, candelas, & lectos conducendos. Item alios Taleros 20. in suo statim ingressu, deponant, seruandos ad extraordinarios casus. De quibus si quid expositum fuerit, refundatur à parentibus. Sed quando discessuri sunt adolescentes: eis integrè restituantur.*

Rectores Academiæ Tybingensis.

Mense Maio, Med. D. Michael Rucker, 129. Rector. Tybing. Schola.

Inscripti. Georgius Schenck à Stauffenberg zu Wilflingen. Felix Roschman Fiessensis. Thomas Zelling Torgensis principis Secretarius. Renatus Hener Lindauiensis. Ioan. Iacobus à Stamma.

Octob. 18. Rector 130. Balthasar Kæfelin D.

Inscripti. M. Sebastianus Pontanus Vlmensis. Nouemb. 13. Martinus Brem Isnensis. Paulus Phrygio Tybingensis.

Decanus artium. M. Ioannes Mendlinus.

Creati Magistri. Germanus Ernlin Rotvvilens. Hieremias Godelman *Gartachens.*

Epitaphium Caluæ in choro Templi.

Anno M. D. XLVIII. den 4. tag Augusti/ starb die wolgeborn Fraw/ Fraw Salome/ Gräfin zu Oetingen/ geborne Gräfin zu Hohenzollern. Der allmächtig GOTt verleih dero/ sampt allen Gläubigen/ ein fröliche aufferstehung / Amen. Oeting. Comitissæ εἰρήνης epitaphium, Caluæ.

Fuit Comitis Ludouici senioris Oetingensis, propter Religionis puræ confessionem exulantis, vxor.

Oeting. Comites recentiores.

Ioan.	*Ludouicus — Lud. Ambo militarunt protestantib. Carolus, Flochbergæ habitans.*	*Godefridus.*
		Ludouicus. } *Auditores mei 1575. & 77. Tybingæ.*
		Albertus. }
		Iuditha.
	Fridericus. Militauit Carolo V. & obijt 1579. VVallerstainum incolens. — VVilhelmus.	*Salome.*
		Margareta.
		Maria.
		Dorothea.

Iunior

Iunior Ludouicus, cum patre à Cæsare proscriptus, post exilium 9. annorum restitutus, adhuc 14. A. vixit: & 1569. obijt. Cal. Octob. annorum 63.

Tybingæ vas ingens vinarium est factum, politumq; in cella arcis principalis. Hielt 47. Wirtembergische Fuder/vnd 4. Aimer.

Augustæ coniugium initum est inter Ferdinandum Baronem de Vœls & Dominam Barbaram Fuggerinam. Inter Hieronymum Moserum I.C. & Sibyllam Hofmaierinam.

Initium factum est Academiæ Ienensis, 25. Ian. 1548.

Philippus, Imp. Caroli filius, in Germaniam aduentans.

Philippus, Cæsaris Caroli F. ex Hispania in Italiam mense Nouembri venit, patrem in Belgio visurus. Honorificè passim exceptus est, Mediolani in primis: in quam vrbem, per posteriores mœnibus superstructum, 19. Decemb. equitauit.

Argentorati die 16. Decemb. vetitum est: ne in Ecclesijs amplius caneretur cantilena illa:

Erhalt vns HERR bey deinem Wort:
Vnd stürtz deß Bapsts/vnd Türcken Mort.

PHILIPPI, HISPAN. REGIS, IN GERMANIAM ADVENTVS. MART. Frechtus & collegæ, liberati. Ioannes Iacobæus, Ecclesiæ minister. Discessus Mart. Bucери, & Pauli Fagij, Argentorato in Angliam. Papæ indultum in Germaniam. Academia Tybingensis. Ritus Abbatis creandi. τυραννις πολύτεκνος. Heluetius puer giganteus. Magica mulieris à Satana deceptio. Quidam Idolomaniæ zelotes.

CAPVT XXIII.

Philippi aduentus in Lucemburgiam.

ANno 1549. *filius Cæsarũ, per Mantuam & Tridentum, Augustam, Spiram, ad patrem in Lucemburgicum agrum, vênit. Mauricius, qui ei honoris causâ obuiàm venerat, Venetias vsq; excurrit: & à Senatu illo honorificentissimè est habitus.*

Frechtus, & socij, è captiuitate dimissi.

Vlmensis Ecclesiæ ministri captiui: cùm ad septem menses in custodia, vnâ cathena omnes vincti sub Hispanico Centurione Madronio fuissent: atq; huc & illuc circumducti essent: tandem die Mart. 3. liberè dimissi sunt, cùm pro victu persoluissent. Sleid. lib. 21. iniunctum eis erat, ne contra Interim concionarentur.

Fessæ Rex.

Fessanus Africæ Rex, à vicino Rege Zeriphio pulsus, Augustam, Cæsareæ opis implorandæ causâ (vbiubi inueniri posset) ingressus est.

VValdenfelsij. VVartenfels.

Venerant parentes mei Culmbachum: vbi vnum mensem suo sumptu apud M. Othonem Corberum, patrũ auricum veterem, vixerunt. Qui cùm esset aulicus Marchionis concionator, & illarum Ecclesiarum Superattendens: effecit, vt pater mense Martio fieret Ecclesiastes pagi & arcis VVartenfelsiæ nobilium VValdenfelsensium, sesquimilliario supra Culmbachum. Dominus tunc enim loci, VVolfgangus Adolfus à VValdenfelt, Aulicus Culmbachi iudex.

Ioan. Iacobæi captiuitas.

Dictum est aliquid suprà de Ioanne Iacobæo, Sieszensi concionatore. Hic April. 25. comprehensus noctu Oetingæ, in vincula coniectus: cum eò veniisset Comes Fridericus. Ex postea 1. Maij dimisso, comitatus Oetingensis est interdictus. Expulit ille comes Euangelicos ministros: quod nolent cœnam Domini aliter, quàm initio instituta fuerat, administrare. Ioannes post hæc, Eberspachensi prope Gœppingam Ecclesiæ præpositus fuit: vbi specialem egit præfecturæ Haidenheimensis. Tandem Haibachi, in eadem præfectura, pastorem Ecclesiæ vsque ad finem vitæ per annos 21. agebat.

Genealogia eius.

1. *Ioannes Iacobæus, Laubæ, circa VVembdingam, Bauariæ oppidum.*
2. *Ioannes Iacobæus.*
3. *Ex hoc, VVolfgangus Iacobæus, 1488. natus, 1570. mortuus, Febr. 25.*
4. *Ioannes Iacobæus, præsens.*
5. *Ioannes zri Iacobæus, 1551. baptizatus, Septembrũ 2. Natus ex Eua Saugenfingerina, Sebastiani filia: qui Consul fuit Oetingæ, & in bello Smalcaldico Signifer. Ipse Ioannes zri, bodie pastor est Ecclesiæ Holtzelfingensis, in præfectura Auracensi, mill. 2. à Tybinga.*

Pauli Fagij vltima Argentinæ concio.

Argentinæ, 2. Martij interdictum est Bucero & Fagio, ne amplius concionarentur. Iidem postridie vltimò ibi concionati sunt. Fagius grauissimam, καὶ μεγάλα ἀκαθαρτήρια, concionem de Matth. habuit (cui interfui) Verbum Dei non tantùm audiendum, sed etiam faciendum, esse. Addidit deinde hæc.

I. Ich

1. Ich bin ordentlich gen Costentz vnd hieher/beruffen worden.
2. Hab gelehret nach der Augspurgischen Confession/im 30. Jar geschehen.
3. Ihr Vnderthanen solt rühig seyn: nichts fürnemen mit gewalt/das Predigampt zuerhalten.
4. Die Obrigkeit ist nicht an der Sach schuldig: sie hat alles versucht/ob sie das Euangelium möchte erhalten.
5. Leset deß Luthers Bibel fleissig daheim: vermahnet einander: bleibt in der bekandten Lehr bestendig: haltet euwere Kinder zum Kinderbericht.
6. Ihr jungen bittet Gott. Er möcht euch baß erhören/dann die alten/die da mehr gesündigt haben.
7. Haltet euwere Prediger/so lang sie leben/in ehren. Gedencket nicht/daß sie deß Bauchs halben bleiben. Es wil jhr keiner die falsche Lehr anneiñen. Jacobus möcht zu Hierusalem bleiben/da Paulus weichen mußt. Der Teuffel setzt denen allweg am meisten zu: die jhm mehr schaden thun können.
8. Die vrsachen deß gegenwertigen Vbels. a. Wo Gott ein Kirchen bauwet: da richt der Teuffel sein Capell darneben auff. b. Wir sind heiloß gewesen. Darumb der Feindt Vnkraut geseet hat. c. Wir sind gegen dem Wort Gottes vndanckbar gewesen. d. Gott probiert die frommen. Der Windt/vnd die versuchung/wehet die Sprewer von dem Korne.
9. Man hat vns nie vberwunden/daß wir ein falsche Lehr hetten/auß der Schrifft. Aber/daß man mit gewalt mit vns handelt/müssen wir Gott befehlen.
10. Jr andere aber/die jr bißher alles verlacht habt/seydt Gottloß gewesen/vnd lacht auch jetzt in die Faust/bessert euch. Jr habt ein falsche Lehr vnd lebt ärgerlich. So Gott dem grünen Holtz nicht verschont: viel minder/dem dürren. Gott schenckt ein Becher deß Zorns ein. Die seinen müssen das oberst trincken. Die Gottlosen aber/die Grundsuppen.
11. Man helt mich für ein auffrührischen Prediger. Aber ich hab niemands angehetzt. Man kans mit der warheit nit von mir sagen. Aber ich bekenn/daß ich auch hinlessig bin gewesen im lehren. Bitt verzeihung von Gott. Ich muß rechenschafft für euch geben.
12. Ich bedanck mich gegen jederman/was mir je guts geschehen ist: vñ bin willig/euch allweg wider zu dienen/wils Gott: ich sey hie/oder anderst wo.
13. Bittet Gott für mich/daß ich bestendig bleib in allem Creutz. Ich bin ein Mensch. Petrus ist auch gefallen.
14. Bittet/daß die Christlich Zucht erhalten werd/die excommunicatio.
15. Ihr Obern/straffet die eusserlichen groben Laster.
16. Leset das 7. Cap. Dan. das 15. Cap. 1. Epist. Cor. das 20. Act. die Epist. Judæ/ꝛc.

Hæc, ille tunc. Bucerus autem 23. Mart. nobis auditoribus in Theologica lectione valedixit. Nos debere boni consulere, quòd tot negocijs occupatus, sæpe turbatè docuerit. Debere magnifacere hunc scholasticum conuentum. Nã, etsi domi possimus sacra legere: tamen viuam vocem plus prodesse. Hunc interpretandi morem, semper in schola antiquitus fuisse, teste Historia Ecclesiastica, &c. Sequenti hebdomade pro ipsis docere cœperunt Doctores Theologiæ, Caspar Hedio, & Iannes Marbachius. Discesserunt demum 4. die April. ipsi, in Angliam (teste hospita nostræ Froschæserina: cuius sororem Agnetem Fagius in matrimonio habebat) non autem Cal. April. sicut putatum fuit. Interea namque latuerant domi Catharinæ, viduæ Zeltij. Abijt cum eis Vlmensis Matthæus Negelinus, in Angliam. Vnde, ipsis mortuis, reuersus: plurimos postea annos Argentinæ concionator Templi VVilhelmitani fuit.

M. Bucerivaledictio.

Hedio Marpachium.

Negelinus.

Papa tres legatos Episcopos in Germaniam mittit cum Indulto, toti Germaniæ proponendo: ex cuius formula omnes, qui in gremium Ecclesiæ redire vellent, reciperent, delictis condonatis: & auctoritate pontificis, cœnæ Dominicæ species ambas distribui permitterent. Quod Indultum à Landgrauianæ ditionis Ministris repudiatum est, &c. Sleid. 21.

Papale Indultum.

Luneburgenses, Lubecenses, & Hamburgenses, Theologi, Augustanum decretum, & Cæsaris Interim, Scriptis confutabant, &c. Ibidem.

Acad. Tybing.

Regimen Scholæ Tybing.

Die Phil. & Iacobi, Rector. 131. Ioan. Sichardus Iurisc.

Inscripti. Paris Schell Dinckelsbühelensis. VVendel Schemp Neustattensis, ex agro Vlmensi.

mensi. Barth. Hattler Hohenhaslachens. Petr. & Paul. à Gyltlingen. Mart. Rauber Mellingens. Aug. 19. Guilielmus Xylander Augustanus. Die Lucæ, Leonhardus Fuchsius, 132. Rector.

Inscripti. Osualdus Schreckenfuchsius Austriacus. Vlr. & Christoph. Zuckeri, Memmingens.

Decanus artium. M. Ioan. Hilebrandus Argentinensis.

Magistri renũciati. Ioan. Hochman Biberacẽs. 3. Cal. Mart. Barth. Schmid Cãpidonens. Iul. 23.

Herrenalbæ Visitator Theobaldus.

Frater Theobaldus, noui Castri Cistert. ordinis, Argentinensis dioecesis, Abbas, & Monasterij Herrenalbensis visitator: adiunctis sibi certis adiutoribus. Abbatẽ Albensis cœnobij elegit fratrẽ Georgium Tripelman, al. dictum Peß. Tubingensem. Hunc, inquit in loco soluto Noui castri renunciauimus licet aliquantum recusasset. Eundem, cantu Te Deum incipiente, pulsatis campanis, toto conuentu præcedente & subsequente, ad altis sacræ chorum duximus: ac de more, perinde ac si in

Abbatis creandi ritus.

Albensi Monasterio esset installauimus. Finito Te Deum laudamus, preces ad Deum legimus & ad capitulum redijmus: ac per librum loco Regulæ ordinis Cistert. & sigilli nostri porrectionem, ipsum inuestiuimus: tradendo eidem Albensis Monast. possessionem, & omnium spiritualium ac corporalium curationem secundum Regulam Benedicti & papales declarationes. Idem ad sancta Euangelia nobis iurauit: se possessiones & iura Albensis Monast. nõ vẽditurum, impigneraturum, infeudaturum, donaturum, cuiquã: nisi per modum, ab Apostolico Domino constitutum: sed & meis & successoribus meis, in visitationibus & correctionibus obtemperaturum, &c. Acta sunt hæc anno 1548. Nouemb. 15. die Iouis, Indict. 6. Confirmauit deinde 5. Septemb. 1549. frater Ioannes, Abbas Cistertij, in Cabilonensi dioecesi: totius Cistert. ordinis, & Capituli generalis eiusdem plenarias fungens potestate, &c.

Sabina VVirtemb. nascitur.

Die 2. Iulij, Ducis Christophoro nascitur Mompelgardæ filia Sabina, 20. Minut. Ante sextam horam pomeridianam, die Martis. Compater, Henricus Baro Merspurgensis: Commater, Dominæ Fuggerina, D. Ioan. Iacobi de Merspurg. Vxor. Scultetus, Consul, & Senatus oppidi Binnicken, nobili cuidam petenti literas dederunt, Germanicè 1549. scriptas, die Lunæ post Iacobi Apostoli, & obsignatas: quibus testati sunt: in suo oppido, XLVI. annis antè, vixisse duos honestos coniuges &

Mulier, liberorũ 53. mater.

cines: Adamum Stratzmannum, & Barbaram Schmatzerinam: qui vnà in matrimonio vixerint ad L. annos: & per id tempus ex se procreauerint LIII. liberos: omnes distincte membris humanis præditos omnibus: ita, vt potuerint dignosci: quinam eorum mares essent: & qui, fœminæ. Omnes ad Baptisma venisse, præter XIII. Matrem peperisse interdum vnos liberos interdum, duos: nonnunquam, tres: ad summum, quatuor vnà. Præsertim, cùm quodam tempore quatuor liberos peperisset, & puer perio exijsset: sex hebdomadibus post, in campo iuxta montem S. Michaelis, rursus treis liberos enixam esse. Nempe in 12 hebdomadibus septem liberos. Vltimo verò anno sua facunditatis, tantùm vnam prolem, numero tertiam & quinquagesimam. Talium verò nulli, vltra nouem annos vixerunt. Vide suprà lib. 9. cap. 12.

Puer Heluetius magnus.

Natus est eodem 1549. anno. Maij die 26 (qui erat Dominicus) in agro Tigurino (teste Lycosthene) parochiâ VVisnanga, vico Teillurgk circa 12. horam noctis: parentibus, Ioanne Valentino, & Barbara Saxeria, coniugibus, puer Henricus: qui sexto ætatis anno, adolescentem 14. annorum æquauit proceritate corporis, crassitudine superauit. Monstrauit eum Conradus Gesnerus, Medicus Tigurinus illustri Comite Vlrico Fuggero, in thermis Ergoianis lauanti.

Saga quædam, Dornsteta.

Saga quædã Dornsteta, VVirtembergensi oppido, captiua tenebatur, & examinabatur: quæ & ignis supplicio ibi posterius sublata est. Dixerat enim magiam à quadam muliere, Hinsuindi Diabolo, qui ei circa Caluam (im Lutzenhart an der Staig) caprinis pedibus obuius fuerat, se dediderat: vt ab eo pecuniâ iuuaretur in sua paupertate: ad se & liberos suos alendos. Qui leni voce

Diabolus, cauendus.

eam consolans, bono animo esse iusserat: ac se Galleũ nominari dixerat. Quod nomen si retinere non posset: ipsum tantùm appellaret, Malum. Si quo proficisci voluerat: eam furcæ imposuerat: & ipse, pedes cum ea cucurrerat. Quando impetũ eius incitare voluerat, ad eam dixerat, Volato in Diaboli nomine. Amata fuerat ab eodem. Pecora hominum, qui aliquid ei denegauerant, læserat, quædam necauerat. Attamen ex ore leonis erepta verbo Dei, piè mortua est. Hæc ideo recitaui, vt cauendæ sint artes Diaboli: qui more leonis rugientis circumit: quærens, quẽ deuoret. Decipit ad pernitiem, miseros homines, nec tamẽ ditat antea ipsos. Ecce. n. illi mulierculæ sæpe quidẽ nummos dederat: sed eorũ summa 14. bacios nõ excesserat. Dom. Deus, custodi miseros mortales ab artib. maligni hostis.

Augustæ πολυχρονιαι.

Hoc 1549. an. Augustæ 1705. infantes baptizati sunt: homines 1227. sepulti, cùm tamen nulla pestis esset. πολυκαθεστως ἔρα, ἡ πόλις Matrimonium ibidem factum est Ioan. Baptistæ Haintzelij (illius pij, sapientis, & celeberrimi viri) cum Veronica im Hoff.

D. Lucius

D. Lucius à Landau, Ioannis 1513. mortui F. Pfandther: der Herrschacht Triburg/ mortuus est 1549. & Villingæ in Monasterio Nudipedum iacet. Landau.

Die 27. Maij. 1549. die Lunæ, starb der Ehrnvest Hochgelehrt Herr/ Johan Hemminger/ beyder Rechten Doctor/ principis Consiliarius. Stutgardiæ sepultus in Parochiali.

Obijt Paulus 3. Papa, protestantium oppugnator, die 10. Nouemb. anno ætatis 82. Post quem sedit Iulius 3. A. 5. M. 1. D. 16. Pauli 3. P. mori.

Die S. Catharinæ Nouemb. 25. in Anglia mortuus est Cantabrigiæ febri quartana, Paulus Fagius: vir procerus, subnigra facie, sub specie seuera humanissimus. Excellens Hebræus. In concionando eloquens, & παῤῥησιαστικώτατος. Fuit 45. annorum. P. Fagij obitus.

Viennæ, Ioannes quidam VVitemberg. pastoris filius, in publica processione corporis Christi, Monstrantiam Sacerdoti eripuit, & conculcauit: opprobrans ei, quòd faceret contra verbum Dei Idololatricè. Ideo captus est: lingua ei excisa: & ambæ manus, præcisæ: ipse denique igne deletus. Quæ omnia patientissimè ferens, Christum laudauit. κατὰ τὸ ἐγκλεισθὲν: statua eius, ad alios deterrendos, in loco contentionis cum Sacerdote, posita est. Fecit ille hoc Iun. 27. optauitq; se posse totius orbis terrarum idololatriam conculcare. Monstrantiæ conculcator.

Basileæ captus & decollatus est Constantiensis quidam Gutschickus: quòd vitæ Sebastian. Schertlini, ibi exulantis, insidias sæpius fecisset. πολὺς γὰρ ἦν τοῖς τῷ ἀκεφάλῳ ἐπαναστάταις.

BELGIO IMPOSITA INQVISITIO HISPANICA. COMITIA AVGVstana. VVaiblingensis Ecclesiæ ministri. Acad. Tybing. Nobiles complures Sueuiæ. De Ioanne Sleidano. Mors Ducis VVirtemberg. Vlrici, & Christophori F. successio. Nœrdlingensium cœmeterium. Antiquitas Romana. Epitaphia quædam Sueuica. Vrbis Magdeburgi obsidio.

CAPVT XXIIII.

ANno 1550. Iubilæus X. actus est Romæ, Pont. Iul. 3. Hispanica inquisitio, April. 29. in Belgium introducta. Vnde sequentes turbæ, & bellum adhuc durans. Non probauit Granuellanus Antuerpiensem inquisitionem: quòd quilibet auarus, aut infensus, posset Mercatores innocentes insimulare Lutheranæ hæreseos. Ita negociationē conturbatū iri. Similis tali inquisitioni, etiā innocētes opprimendi, est in Verr. 7. Cicer. de Verre locus. Quicūq; accesserant ad Siciliā paulò pleniores: eos, Serrorianos milites esse, atq; à Dianio (Hispaniæ oppido) fugere, dicebat. Illi ad deprecandum periculum proferebant: alij, purpuram Tyriam: thus alij, atque odores, vestemq; lineam ((Golschen) gemmas alij, & margaritas. Non intelligebant, eas ipsas sibi causas esse periculi: quibus adiumentis se ad salutem vti arbitrabantur. Iste enim hæc eos ex Piratarum societate adeptos esse, dicebat: ipsos in latomias abduci imperabat. Ita pernicioſa erat illis mercatoribus sua defensio. Iubilæus 10. Hispanica inquisitio Belgij.

Bauariæ Dux VVilhelmus, Mart. 6. obijt, horâ noctis 12. die Iouis post Reminiscere.

Mart. 13. Cæsar è Belgio Comitia indicit Imperij, 25. Iun. Augustæ celebranda. Eò ipse, vnà cum filio, & captiuo Saxoniæ Duce, exeunte Maio, contendit Brüxella: Landgrauio Mechliniæ in custodia relicto. Hospitabatur Rex Philippus in Fuggerica vinarij fori domo. Fit comitiorum initium Iul. 26. Mauricius, nisi suis Theologis potestas decidendi fiat, & Papa se concilio libero subijciat, quod ab initio repetatur, frontem opponit. Comitia Augustæ. Mauricij protestatio de Concilio.

Augusto mense quibusdam Hispanis, qui concioni Euangeliæ intererant, multa contumeliosè facientibus: ciuium magnus in eos impetus fuisset factus: nisi prætor vrbis interuenisset.

Mulier quædam Augustana, in sacrificum quendam iocata: luce cum cereis accensis, & hostia sua, per vicos inambulantem, ad hominem ægrotum: in carcerem missa est: nec, nisi deprecante Cæsaris sorore Maria, morti erepta. Sleid. 22. Mulieris, iocosæ in sacrificum, periculum.

Aug. 3. in ditione Abbatis Vrsini, pago Riedensi, milliarib. 3. ab oppido Kauffbeura, fabricusdam vxor gemellas peperit, cætera absolutas sed ventre ad collum vsq; coniunctas. Quæ sua longitudine post partum, tres partes vlnæ Sueuicæ superabant. Lycosth. Partus monstrosus.

Circa finem Iul. bellum existebat inter Vlricum Comitem Helffenstainium, & S. P. Q. Vlmensem: propter rixam de pascuis, exortam inter Comitis subditos, & Nellingenses Vlmensium agricolas. Collegerat Vlma 8. millia agricolarum, cum tormentis bellicis: agebat Comes de cogendo equitatu inter vicinos comites & nobiles. Sed mandante pacem eis ex comitijs Augustanis Imperatore, bellum inhibitum est. Vocabatur caprarium bellum, & pisarium, per iocum. Turbæ inter Helffenstainium Com. & Vlmenses.

VVaiblingæ, Minister Ecclesiæ erat Vlmensis Crispinus Radschmidt. Sub eo Diaconi erant, M. Michael Ofualdus: qui iussu principis Vlrici (cùm ambo lauarent in thermis ferinis) ante VVaiblingæ concionatores.

solium eius habuit concionem: ac 20. Florenis donatus est. Post ipsum, M. Martinus Clessius, Vhingeri filius, VVaiblingæ 1555. Diaconum egit: qui postea Stutgardiæ, ad S. Leonhardum concionator erat: ac tandem Abbas Kynigsbrunnæ factus est, & adhuc viuit. Post alios, etiam M. Ioan. Conradus Piscarius, Diaconatu fungebatur: factus postea Parochus Gryningæ: deinde, Mompelgardiæ, vbi Gallicè didicit: tum pastor Mynsteræ prope Canstadium. Obijt Crispinus 1564. in peste magna, extinctis sesquianno circiter DCC. hominibus. Cui successit M. Melchior Munsterus, vir egregiè doctus: qui 24. Septembr. 1577. obijt. Cui successit M. Ioannes Æser Blaubyranus: & huic, M. Alexander Bauhofius Canstadiensis. Hi, Ministri VVaiblingæ, patriâ quondam Friderici Barbarossæ, tunc Euangelicæ veritatis experti.

Aemylia VVirt. nata. *Filia Æmilia nascitur Mompelgardæ, Duci Christophoro, 19. August. 1550. hora 5. antemeridiana. Compater, nobilis Henricus de Ostheim.*

Tybing. Schola. *Gubernatio Tybing. Scholæ. Mense Maio huius anni, Rector factus est 133. D. Balthasar Keufelin.*

Inscripti Zympertus Lins Memmingensis. Heinricus Besserer Vlmensis. Martinus Clessius Stutgardianus. Ioan. Michael Vaius Tybingens.

Octob. 18. Rector 134. Caspar Voland. professor iuris Canonici.

Inscripti. Vlricus VVolfhardus Memmingens. Daniel Cellarius Vlmens. Abel Vinarius Argentinens. Aaron Mang Vlmens.

Decanus Philosophiæ. D. Iacobus Schegkius Schorndorffensis.

Magistri Promoti. Ioannes Entzlin Ditzingens. Febru. 12. Malachias Ramminger Biberacens. Iurisc. Conradus Kenlin Stutgardianus, Iul. 16.

Gemmingensis nobilis sponsalia. *Coniugium initum est die Lunæ post. exalt. crucis, inter Itelium Theodoricum de Gemmingen, zu Steineck/ & Emmeleiam, nobilem viduam Velbergicam, legitimam Hieronymi Adelmanni de Adelmansfelden zu Hohenstatt filiam: cui ex priore marito Hieronymo à Velberg, suscepta erat filia Helena. Aderant nobiles hi.*

Ex parte Sponsi.

Otho von Gemmingen/ Ritter. Reinhart von Neuwhausen zu Weissenstein. Georgius von Ehingen in Kilberg. Wilhelmus von Newhausen. Egloff von Walstein zu Bawschlag. Engelbald von Kaltenthal. Samson vom Stein zu Reichenstein. Dieterich von Gemmingen zu Tieffenbrunn.

Ex parte Sponsæ.

Hieronymus Adelman, eius pater. Hans Bartholomes/ Jörg vñ Wolff/ von Velberg/ zu Lehenfels vnd Velberg/ *Cognati. Georg. de VVelvvart,* Obervogt zu Schorndorff. *Georg. Henr. de VVelvvart in Lauterpurg. frater eius. Ioan. Ernestus* von Wolmarshausen zu Burlaschwaben. *Ioan. Georgius, & VVilhelmus Adelman,* Vogt zu Tannenberg/ *cognati.*

Granvellani mors. *Sub exitum Aug. mensis, Augustæ mortuus est Granuellanus, Cæsare valde dolente. In cuius locum successit filius eius Antonius, Atrebatensis Episcopus.*

Brentius Mart. *Septemb. 5. discessit Argentorato vxor Buceri in Angliam: & vnâ Mart. Brentius Isnensis: hodie adhuc, à plurimis iam annis scholæ Lindauiensis fidus Moderator, plurium linguarũ doctus.*

De Ioan. Sleidano. *Octob. 10. cœnabant Argentorati cũ Dominis meis VVerteris, hi clariss. viri: Doct. Caspar Hedio, M. Ludouic. Rabus, & Ioan. Sleid. Histor. Inuitatus erat & D. Nicol. Gerbelius Phorcensis: sed inuadente ipsum cruciatu podagræ, adesse non poterat. Ibi varijs de rebus eorum temporum sermones erant, præsertim, Sleidani: vt, quod 22. Sept. circiter duo millia hominum, in prælio cum Megalopolensi Duce Georgio, Magdeburgenses amisissent. Item Melancht. timidius agere: qui in negocio rerum adiaphorarum, pontificijs nimium indulgeret. Proinde, cum aduersario eius, Magdeburgi versante, Matthia Flacio Illyrico, magis sentire videbatur Sleidanus. Dicebat idẽ, Nicolaum Gallum grauiter & ornatè scribere: esse valde eruditũ, hoc seculum, &c. Erat Sleidanus, satis procerus & corpulentus vir: facie virili, & boni coloris: sed ἑτερόφθαλμος, luscus: dextro tantum oculo cernens. Grauitas in eo, humanitate & affabilitate mixta. Omnino venerabili aspectu.*

Vlricus, VVirt. Dux, Tybingæ defunctus. *Hoc 1550. anno, Dux VVirtemberg. Vlricus, senio & laboribus confectus, filium Christophorum è Mompelgardia in Ducatum vocauit propter magnas causas. Vênit is primò Leonbergam: deinde, pestilentiæ ibi cedens, Caluã, vbi mansit. Pater autẽ, è ferinis thermis, quo valetudinis causâ profectus erat: peste sibi charo cubiculario mortuo, Beblingã lauatione non perfecta discessit. Vnde petiturus erat alium locũ: sed debilitate cogente, vix perlatus Tybingam, in arcẽ declinauit. Ibi*

Ibi se ad piè ex hac lachrymarum valle discedendum comparauit: res suas ordinauit; fidem, quam in solo Christi merito fixerat, acceptione S. cœnæ Dominicæ confirmauit. Tum manè inter 5. & 6. horam, in confessione pia, Deo animam suam reddidit, die Nouembr. 6. cùm regnasset A. 52. M. 5. Vixisset autem 63. A. 8. M. 26. D. Etsi autem ter fuerat expulsus: heroico tamen animo pertulit arumnas. Sed corpus posti remis annis ita fuit affectum, vt à podagra inuaderetur; ipseq; solùm lectica vehi, non curru, nec equo, posset. In sella etiam gestabatur. Sepultus est postridie, mediâ octaua antemeridiana: filio Christophoro (qui pridiè vesperi currēs aduenerat) & Academia ciuibusq; honorificè prosequentibus, depositus in choro Georgiani Templi: vbi alij multi VVirtembergici, Heroes & Heroinæ: quorum Epitaphia, quæ ibi sunt, cogito ad extremum huius operis conscribere. Voluit autem se iuxta Ducem Eberhardum Barbatum deponi. Eis Christophorus Dux, insignia postmodum construxit Mausolêa. *Sepultura eius.*

Rector Vniuersitatis Scholasticæ studij Tubingensis, D. Caspar Volland.

Illustriss. Principis & Domini, Domini Vlrici, Ducis VVirtembergiæ & Teck, ac Domini hactenus nostri longè clementiss. & nuper rebus humanis exempti, memoriam, luce crastina, hora nona, in delubri huius choro, oratione funebri celebrabimus. Doctoribus igitur, Magistris, Discipulis, & omnibus nostræ iurisdictioni subiectis, mandamus seriò: vt dicto loco & tempore, recitationi orationis illius frequentes interfint: & hoc quisq; officio suo, erga innumera per optimum Principem, in scholam hanc nostram liberalissimè collocata beneficia, gratitudinem suam debitam testificetur. Quòd si quisq; mandati huius negligens fuerit deprehensus: in eum de Senatus nostri decreto grauiter animaduertemus. Datæ 16. Decemb. anno 1550. Habuit ergo 17. Decembr. orationem in laudem defuncti Principis M. Ioannes Benignus, ad filium eius Ducem Christophorum, in penetralibus D. Georgij, magnâ studiosorum frequentia. *Oratio funebris.*

Inde hæ sententiæ.

"*Etsi tibi, Dux Christophore, Princeps clementissime, hoc tempore, atque adeo in omni vita tua nihil durius, grauius, acerbius, poterat accidere: tamen ferendam tibi hanc in parentis tui interitu, communem generis humani sortem, animo magno & excelso statues.*"

Et.

"*Quàm deinceps iucundum erit: te filium eius, in hoc amplissimo honoris tui gradu, veram gloriæ viam per Maiorum tuorum præclara vestigia ingredientem, spectare: dignitate, opibus, potentia, virtute, & laude florentissimum!*"

Denique.

"*Nec nos, clientes & subditi tui, cessabimus te, consilia actionesq; tuas, assiduis precibus Deo commendare. Qui vt te tibi, nobis, & vniuersæ Reipub. quam longissimè conseruet saluum & incolumem: Christus faciat, Amen.*"

Michael Augustus VVirtembergensis, de obitu Ducis Vlrici VVirtemberg.

BIs seX LVstra lerant, tresq; VenaMnI, VLrICVs oBIbat:
SoLI VbI pars sCorpI bIs dVodena pLaCet.

Id est:

Obijt anno ætatis suæ LXIII. & Christi M. D. L. sole existente in 24. gradu Scorpij, hoc est, die 6. Nouemb. Annus Christi in ipsis Distichi literis est. Cùm igitur funus patri Dux Christophorus fecisset: Consiliarios & ministros ac subditos (Tybingæ, Stutgardiæ, & vbiq;) in fidem accepit: à Cæsare, legatione missa, actionem Ferdinandi tolli, & se confirmari, petijt. Sic Ducatum & gubernationem, quamuis perturbatam & periculosam, successu temporis obtinuit. Vxorem & liberos, è Mompelgardia ad se transtulit: qui Decembr. 1. Stutgardiam venerunt. Matrem Sabinam quoq; honorifica legatione missa, Monachio Nyrtingã reuocauit: dote eiꝰ, VVaiblinga & VVineda, tẽpore quantumuis difficili, restitutâ. Habitauit itaq; ipsa 1552. Nyrtingæ: ac deinceps, in arce. *Succeſſor in Dominatu, Christophorus F. Sabina mater, Nyrtingæ.*

Nærdlingenses renouarunt vetus S. Emerani in monte cœmeterium. In quo cum eis à Comite Oetingensi contradiceretur: ipsi vetustis literis demonstrârunt se ius eius rei habere. Ita benignè Comes, qui nesciuerat, acquieuit. Et quondam vetus Nærdlinga, in eo monte steterat. *Nærdlingense cœmeterium.*

Oetingæ quidam leprosus capite plexus est: qui Diabolo addictus veste fœminina incedens, idq; per septem annos, fœminis circiter CCCL. vitium obtulerat: & Hainfurti mari nubens, improbissimè fecerat. M. Scr. *Oetingenſis leproſus.*

Noribergæ, Ἀγλὸς τις, μὲν νυπτὸς τοῦ Ἀγλαΐς πατὶ Ἀλλα τὸν ἐξ ἐφύτευσεν.

Ioan. Herwartus, patricius Augusti. ante portam D. virg. in horto suarum ædium reperit 1550. hoc saxum.

Antiquum Epigramma.

CÆTERIS DIIS DEABVSQVE OMNIBVS ADIVTORIVS
ROMANVS D. M. V. S. L. L. M.

Recentia fordent.

Quod fortè est: De manubijs viuens sibi locauit locum monumenti. Talia antiqua Ethnica, non modò integra sed etiam fracta, studiosè hodie eruunt docti: quæ tamen olim ab hominibus illorum seculorum parui putabantur. Ideo & ego pono nostra, hominum Christianorum, Epitaphia, & similia alia, multò iustius: quæ licet nunc exigua appareant, post plureis annos grata multis erunt.

Augustæ nuptias peregerunt: Ioannes Reichenbach I.C. 27. Ianu. cum Maria Endorffera: & Bartholomæus VVolfhardus Medicus Memmingensis, 15. April. cum Veronica Rauenspurgerina: ac VVilhelmus Vogt I.C. 20. Aug. cum Regina Meutingia.

Alberspachi.

Defuncti aliquot.

An S. Barbla tag / starb die ehrsame Frauw Dorothea Frigin / der Gott gnädig sey. *Anno Domini* 1550.

Bebenhusæ.

A. 1550. *circa festum Ioan. Baptistæ, obijt Catholicè honestus vir Martinus Hochman Biberacensis: legans Bebenhusanis crateres argenteos 9. valentes centum Florenis.*

Stutgardiæ.

In Hospitalario sano. Anno 1550. den 23. tag Martij / starb der ehrwürdig / hochgelehrt Her: Conrad Schott / beyder Rechte Doctor: seins alters im 44. jar: als er vorhin zu Tübingen 13. jar / zu Stutgart bey der Cantzley 7 jar / trewlich gedient. Hat bey seiner Haußfrauwen Anna Haidin von Tawingen gelebt 14. jar / vnd mit jhr gezeuget einen Sohn / Jodocus genandt.

In Sanleonhardino. A. D. 1550. auff Donnerstag den letzten Julij / starb die Ehrsame Frauw Eua: Johan Knodere / Cantzleyschreibers zu Stutgarten / eheliche Haußfrauw: deren Gott gnädig sey / Amen.

A. 1550. starb die Ehrn vnd tugentreiche Fraw Agatha Besserin / deß Ehrnvesten Onophrij Grempen eheliche Haußfraw / jhrs alters im 60. jar / der G. G. S. W. Amen.

Tubingæ, Theodoricus à Grauenecke, in Sangeorgiano.

Ornaturus eram variè generosa parentum
Stemmata nominibus: sed mihi fata negant.
En morior, Quanquam minimum est, quod disperit in me.
Parte etenim viuo nobiliore mei.

Magdeburgi vrbis Cæsareana per Elect. Augustum obsidio.

Obijt 29. (die Dominica) mensis Iunij, anno 1550. *Octob. 4. cum nullo modo vrbs Magdeburgum, qua proscripta erat, ne post infelix quidem prælium, se decreto Augustano, aut concilio Tridentino subijceret: ea iussu Cæsaris obsideri cæpta est. Hostes erant, Henricus Brunsuicensis, Elector Mauricius, & Brandeburgicus, Albertus, patruelis huius. Oppidani 19. Decembr. nocta hostilem equitatum fundunt, castra incendunt, profligant obstantes. Inter redeundum in vrbem Mechelburgensem occurrentem superant etiam, & captiuum in vrbem ducunt, à quo antea afflicti fuerant. Missu Cæsaris, etiam Lazarus Schvvendius cum Augusto erat.*

Emershofa arx.

Castrum quoddam est hodie, quod dicitur Emershofa, situm prope VVeisenhornam, habitatum olim à nobilibus Emershofensibus: de quibus vide Lazium lib. 8. Migrat. gentium. Stamlerorum id Vlmensium postea factum esse, ex Bruschij M. Scr. cognoui. Ex illa familia fuit quædam Monialis olim: quæ cum Elisabeta, prima Zimmerensis Parthenônis (qui circiter 320. annos abhinc stetit) Abbatissa, pedes Romam profecta in Iubilæo est.

FINIS COMITIORVM AVGVSTANORVM. BVCERI ET BVFLERI mors. Bellum in Italia Parmense. VVirtembergia, Hispanico præsidio liberata. Martinus Frechtus. Tybingæ: & huius Academiæ tunc Doctores. Ioannes Brentius, Stutgardiæ. Ecclesiastarum Augustanorum & Memmingensium exilium. Legatio VVirtembergica & Argentinensis, Tridentum missa. Magdeburgensis obsidionis finis. Complures Sueuiæ nobiles. Virgo Esselingensis.

CAPVT XXV.

Finis comitiorũ Augustanorum.

ANno 1551. *Febr. 13. finis Comitijs Augustanis factus est, cum hoc decreto Cæsaris: vt omnes ordines, sicut antehac conuenissent, concilio se subijcerent: eoq; accepta fide publica, venirent.*

Penultimo

Penultimo die Febru. defunctus est Bucerus Cantabrigiæ. Selestadiensis fuit, natus 1491. Primo, cum Zuinglio de cœna Domini sensit: sed postea 1536. cum Sueuiæ ministris, in Lutheri sententiam conces.it, manuq; sua subscripsit. Præceptor mihi fautorq; eximius. M. Buceri mort.

Moritur Isnæ quoq; Petrus Busterus anno ætatis 76. studiosorum adolescentum, & Ecclesiastarum, Mæcenas: qui suis sumptibus Hebraicam Typographiam P. Fagio fecerat. Vt, quòd 1541. Isnæ hic sententias pias veterum Hebræorum excudit Hebraicè, & Latine, cum Latina explicatione. Quale apophtegma est Schamai dicit: Fac legem tuam fixam (id est, omnibus studijs antepone, certis horis, lectionem S. scripturæ) Loquere parum, & fac multum: quemuis hominem excipe placido vultu. In fronte & tergo libri, ciconia est picta, sub arbore ranas depascens. Propter affinitatem nimirum Iacobi Frosch. bessert: qui & ipse Typographiam hanc tenuerit. Idem Fagius compendiariam Isagogen linguæ Hebrææ impressit 1543. Constantiæ. Et Busleri. Hebraica Fagij Typographia.

Rex Galliæ recepit in suum patrocinium, Octauium Farnesium: ne Ferdin. Gonzaga Parmam sibi eriperet, metuentem. Ita Parmæ Gallicum impositum est præsidium, contra Papæ interdictum. Cæsar verò iuuabat Papam per Gonzagam. Erant hoc tempore Hispanica præsidia adhuc in agro VVirtembergico: Aspergi, Kirchæ, & Schorndorffij. Post Iunium verò, à Cæsare inde euocata, & in Italiam ad Parmense bellum missa sunt. Ita graui onere fuit VVirtembergia liberata: nisi quòd Cæsar tamen Aspergum retinuit vsq; in sequentem annum, Germanico præsidio custodiens. Ad Parmam autem vehitans Macedoniæ princeps, pertij: frater Demetriæ Comnenæ Triultiæ: quæ erat vxor Comitis Georgij Triultij. Interim Haasius (de quo suprà dictum est) deuorabat pro olere Tribunos plebis: instituens per Sueuiam iussu Cæsaris, nouos Scauatores, Concionatores, Ludimagistros. Ideo passim hominibus odio erat. Parmense in Italia bellum. Præsidijs Cæsaris VVirtembergia liberata. Comnena Demetria. Haasius, Tribunorum pl. deuorator.

Maij 3. Argentinenses Theologi: Caspar Hedio, Ioannes Leuglinus, & Buceri gener (vir pulcher, affabilis, nobili genere natus) Christophorus Sellius: equitarunt ad VVirtembergenses Theologos: de Concilio Tridentino deliberaturi. Argentinenses Theologi.

Sub exitum Maij, Rex Philippus, Cæsaris F. & patruelis sororiusq; eius Maximilianus, Augustâ per Italiam in Hispaniam redeunt.

Tybingæ ego aliquandiu eram, mense Maio: quando me beneuolentissimè complexus est D. Frechtus. Deus enim à superioribus æruminis eum recreauerat (sub pij Ducis Christophori regimine) cùm iam Theologiam apud Tybingenses doceret: & illustri stipendio Ephorus esset. Habitabat in domo, ei stipendio retrò adiuncta. A quo discedens, parentes meos inuisebam VVartenfelsæ, cum literis ipsius ad diuersos. Docebat tunc D. Iacobus Schegkius Physicen: M. Matthias Garbitius, Aratem κατ' ἐξοχὴν Sophoclis, & Aristotelis Ethica: Ioannes Benignus, Quintil. & orationes Ciceronis: Georgius Lieblerus, Metamorph. Ouidij, officia Cicer. & Græcam Grammaticam Ceporini: Ioannes Mendlinus, Dialecticam Philippi Melancht. D. Melchior Volmarius, Latina & Græca: Michael Vatus, Lat. Grammaticam Melancht. aut Linacri, & Terentium. Paulus Kalberus, elementa Rhetorices, & Epistolas Ciceronis: Philippus Imser. Astronomiam: Ioan. Scheubelius, Arithmeticam & Euclidem. Inter Theol professores, D. Balt. Keuselius erat. Ioan. Hilebrandus Hebraei psalterij interpres. Docebat Institut. Iuris, D. Nicolaus Varenbylerus. Caspar Volandus, Ius Canonicum. Erant & Doctores alij, Iuris professores. Ioan. Sichardus. Iacobus Cappelbeccus, Gebhardus Brastperger, Ioan. Grezingerus. Medici Doctores, Leonhardus Fuchsius, Galeni. Michael Ruckerus, Hippocratis, explicatores. M. Frechtus, iam Tybingæ. Professores tunc Tybingenses.

In Templo S. Georgij suprà in choro, Missæ celebrabantur: infrà in corpore Ecclesiæ, Euangelicæ conciones habebantur.

Mense Maio, Rector erat 135. Michaël Rucher. Rectores ibi.

Sub quo, inscripti. Antonius & Franciscus Darnat fratres, natione Galli, quorum Pædagogus erat, Iacobus Vagotius. Christoph. Thum à Neuburg. Iacobus ab Hohneck. Ioan. Theodoricus à Gemmingen. Samuel Hailand Caluensis. Sebastianus Coccyus Canstatensis: illustriss. Principis Eberhardi præceptor. Paulus VVolfius Ratisbonensis.

Mense Octobri Rector 136. Gebhardus Brastperger.

Inscripti. Nobiles Ioan. Georgius, & Ioach. à Freiberg fratres. Ioan. Conradus à Kaltenthal. Soldanus de VVirsperg. Henricus, Reinhardus, & Caspar, à Kaltenthal. Ioan. Itel à Plieningen. Ioan. Conradus à VVernovv. Alij. Gorg. Gruppenbacher Dornstettens. VVilhelmus Bidenbach Brackenhaimensis.

Decanus philosophiæ. M. Ioan. Benignus.

Magisterium adepti. Hieron. Megisser Gruningens. Græcè egregiè doctus. Balt. Bidenbach Brackenhaimens. Posteà, Aulicus concionator.

Dux Christophorus Ioan. Brentium, diu se tegere coactum, ministerio Ecclesiæ hoc anno restituit.

Atrebatensis Episcopus Concionatores Augustanos & Memmingenses, in exilium eijcit.

Die 16. Augusti, Ministri Ecclesiæ Augustanæ, quòd decreto Cæsaris obtemperare nollent; iubentur ab Atrebatensi Episcopo, procul ab imperio exulare. Idem Memmingensibus accidit cõcionatoribus, Augustam vocatis, quorum præcipuus erat Bartholomæus Bertelinus, doctus & bonus vir. Qui cùm maiorem in modum oraret: vt sibi liceret vxorem iam partui vicinam, priùs reuisere, quàm in exilium iret: Atrebatensis, vir optimus, ad suos conuersus, vxorem, inquit vocat, quæ scortum est. Memor scil. illius, quod Paulus 1. Tim. 2. de Episcopo, & vxore eius, præcepit. Sic igitur discedere coactis, magnus in vrbe luctus est excitatus: ciuesq; boni, συμπαθῶς prosequebantur illos, liberalitate atq; donis.

Nuptiæ Augustanæ.

August. Nuptiæ.

Doctoris Sigismundi Reichwein/ 21. Maij cum Barbara VValtherina. VVolf Henrici Baronis Velsensis, 21. Iunij. cum Maria Baumgartnerina, Dauidis & Georgij sorore. Balthasari Eislingen Licenciati, 11. Aug. cum Veronica Langenmantelia. Doctoris Med. Lucæ Stenglini (Marco Henningo auunculi) cum Felicitate VValtherina, Reginæ Varenbylerinæ sorore. Obijt Lucas 1584. exeunte.

Tripolis Africæ.

Turcica classis, cum Insulam Melitam, & vrbem, frustrà oppugnasset: Triploni Africæ aggressa, cepit.

Tridentum legatio Euangelicorum missa.

VVirtembergicus Dux, & Elector Mauricius, capita doctrinæ iusserant conscribi, concilio exhibenda: ille, per Brentium: hic, per Melanchthonem. Horum instituto senatus Argentinensis se adiunxerat. VVirtembergicus ergo, Legatos misit Ioan. Theodoricum Plieningerum, & Ioan. Hecklinum: qui illam doctrinæ confessionem (vt Sleidani lib. 23. scribitur) concilio publicè exhiberent & dicerent, venturos Theologos (modò eis fides publica sufficienter caueretur) qui omnia essent copiosiùs explicaturi, ac defensuri. Qui legati, cùm ad exitum Octob. Tridentum venissent: noluerunt Montefortio Comiti parêre, vt ad Pontificis Legatum irent: ne auctoritatem ei vllam tribuere viderentur.

Haasius, Memmingæ.

Octob. 8. vetus Senatus, & populi Tribus, ciuitatis Memmingensis, abrogati sunt à Gervvico VVingartensi & Ochsenhusano Abbate, ac Doctore Haasio, commissarijs Imperatoris.

Cæsar, Oeniponte.

Cæsar degressus Augusta, Nouembris initio Oenipontem venit, tridui via à Tridento: vt se propinquo, & Concilij & Parmensis belli res, diligentiùs administrarentur.

Nouemb. 21. Tridentum venit Argentinensis Legatus, Ioannes Sleidanus (Matthæo Negelino Vlmensi comitatus) vt cum Mauricianis & VVirtembergicis communem causam ageret. Cui ciuitati sese coniunxerant, Eslinga, Reutlinga, Biberacum, Lindauia, Rauespurgum. Vlmenses iam antea religionem ad præscriptum Cæsaris mutauerant.

Magdeburgum, obsidione liberatum.

Nouemb. 8. transegit Mauricius cum Magdeburgensibus: cauens eis & de religione, & de libertate. Ita factus est ipsis, qui fortissimè se gesserant, ærumnarum finis: principium autem belli, contra Cæsarem grauissimi, περιπετείᾳ τινὶ θείᾳ καὶ θαυμασίᾳ: vt Euangelij doctrina firmius, quàm antea assereretur. Mauricius enim, Brandeburgicus, & alij plurimi Germaniæ principes (inter quos & VVirtembergicus Christophorus) partim eorum per literas, partim per Legatos, Cæsarem de captiuo Landgrauio liberando orant. Eius etiam filius VVilhelmus, valde vrgebat Mauricium, vt patri libertatem conficeret. Differebat eam rem Cæsar. Sleid. 23.

Cæsar, de liberando Principes captiuos oratus.

Huberinus Caspar.

Caspar Huberinus, veram religionem antea libellis editis bonis professus: iam lapsus, Interimicæ formulæ doctor Augustæ euasit, cum offensione magna hominum.

Maximilianus Austriacus, Decemb. 13. Tridentum vênit, cum vxore & liberis.

Ehingensis Georgij coniugium.

Decemb. 22. duxit Georgius de Ehingen Kilbergensis, nobilem viduam Friderici de Enzberg, Apolloniam Schadinam Mittel Biberacensem. Filium ipsa habebat, Ioan. Ioachimum Entzbergium.

Nobiles testes, & subsignatores.

Wilhelm Giß von Gissenberg zu Brentz/ *sponsæ curator.*

Hans Philipps Schad von Mittel Bibrach zu Warthausen/ Ritter: *Regiæ Maiestatis Rom.* Raht vnd Cammerer.

Christoph. Reuchlin von Meldegg: *tutor Ioan. Ioachimi Entzbergij.*

Hans

Hans von Rechberg von HohenRechberg / Pfandtherr der Graffschafft Schwabegg.

Georg von Ehingen zu Kilberg.

Hans von Ehingen zu Bieringen.

Jacob von Stoffel zu Hohenstofflen.

Bruno von Hornstain zu Hornstain.

Eberhardus de Freiberg eques, Petri Equitis F. VVilhelmi N. emit 1551. de Fetzeris quædam Neidlingensia bona, in Ducatu VVirtembergico sita, 30. millibus fl. Emit & dominium Ronavv 1557. anno, 25. millibus fl. Freibergij Eberhardi emptio.

Stutgardiæ in Parochiali fano. Anno Domini 1551. am 4. tag deß Brachmonats/ starb der Edel vnd Hochgelart Herr Ambrosi Volland/ beyder Rechten Doctor/ Fürstl. Wirt. Rhat: dem G. G. S. VV.

Et 22. Octob. obijt peste honestus vir, Ioan. Knoder, Cancellariæ scriba, anno ætatis 34. Pestilentia.

Dux Christophorus pesti ex vrbe Stutgardia Herrenbergam, & inde Tybingam, cessit, cum familia: atq; ab anno 1551. vsq; ad annum 1553. Stutgardiâ abfuit. Circa enim S. Galli 51. vsq; ad S. Georgium 53. discessum fuit.

Septemb. die 5. Abbatissa Magdalena Bisingerina, quæ 1540. cum 26. sororibus, ex Parthenone Pfullingensi Leonbergam migrauerat, redijt Pfullingam cum sororibus (ibi pictis) 17. περιχαρὴς, cæteris illic defunctis: sicut in peristylio apparet. Pfullingensis Abbatissa.

Phorcæ obijt 16. Octob. nobilis matrona Cordula Grempina, nata VVidmannina, Conradi Grempij vidua.

Esselingæ hoc tempore virgo quædam, Anna Vlmerina, factitio ventre ingenti (in quo terribile animal esset: exeuntibus etiam ex ventre, post interualla, vermibus amplius quingentis) decepit diu omnes: muneribus commiseratione hominum plurimis affecta. Tandem ventre iussu Senatus resecto: fraus deprehensa est: mater, quæ magiam exercuerat, lignis domus suæ dirutæ combusta: filia, sic decepta à matre, tamen maxillas perusta, carceri perpetuo mancipata est. Virgo Esselingens.

CONFESSIO VVIRTEMBERGICA, TRIDENTINO CONCILIO exhibita. Bellum Mauricij Saxonis, & sociorum, ob religionem, & principes captiuos. Principes liberati, concionatores restituti, Passauiensis pax religionis facta. Acad. Tybingensis. Vlmensium nobilitas. Elvvangense bellum. Turris Rauenspurgica. M. Martini Clæssij Vhingeri, & aliorum, obitus. Osterhouium Monasterium. Ossa regiæ matronæ Hiltrudis, reperta.

CAPVT XXVI.

ANNO 1552. Die Hilarij (Ian. 13.) circa VVirtembergiam, horrendum audiebatur tonitru: mox fulgur clarissimum emicuit: rursus ingens tonitru insonuit, aut fulmen. Postea, magna & mira, hoc anno secuta.

Ianu. 24. Legatus VVirtembergicus, patribus concilij, ab eis vocatus, confessionem doctrinæ exhibet: & Theologos ait venturos, qui ex S. literis eam tueantur. Idem, eodem die vocati, Mauriciani faciunt. Confessio Euangelica, Concilio Trid. exhibita.

Febru. 1. VVirtembergici domum Tridento discedunt: cùm de formula cautionis, inter ipsos & Tridentinos non satis conueniret.

Hoc tempore Mauricius, & Albertus Marchio, cum Rege Franciæ Henrico 2. conspirati: bellum ob Germaniæ libertatem vindicandam, & captiuos principes liberandos, Saxonem & Hassum, occeperunt. De quo legatur Sleidanus lib. 24. Nos κεφαλαιῳδῶς præcipua ponemus, inde & aliunde. Mauricij conspiratio cum Gallo, captiuorum Principum liberandorum causâ.

Scriptum edit mense Martio Mauricius, grauiter conquerens de religionis dissidio (ex quo, commodis suis quidam consulant) de Landgrauij detentione (contrà, quàm promissum fuerit) ad Germaniæ dedecus. Albertus item edit scriptum, de durissima Germaniæ (Ecclesiasticorum culpâ) seruitute. Igitur se iure bellum suscipere profitentur. Gallus etiam literas edit: se excitari, vt principes captiuos liberet: Germaniæq; pristinam contra Cæsarem libertatem restituat. Antea autem Febru. 29. filius Landgrauij, in veste muliebri transierat Argentinam, iturus pro obside ad Gallum. Scripti editio, de libertate Germaniæ restituenda.

Circa

Argentinenſium cautio.

Circa Martij medium Argentinenſes diligenter ſibi proſpiciebant: tormenta in propugnacula & aggeres prouehendo: ciues in armis luſtrando: agricolarum & aliorum bona, in vrbem confugientium, recipiendo.

Martij 11. alij è VVirtembergia Legati (VVernherus Mynchingus, & Hieronymus Gerhardus Iuriſc.) Tridentum veniunt: vt ſibi de cautione, & exhibita doctrinæ confeſſione, reſponderetur.

Tridentum veniunt Theologi Lutherani.

Mart. 18. eôdem adueniunt Theologi: VVirtembergenſes, Ioan. Brentius, D. Iacobus Beurlinus, D. Iacobus Heerbrandus, Valentinus Vannius: & Æntringenſis concionator (optimè verſatus in S. Patrum lectione) M. Iodocus Neobolus: M. Ioannis, qui hodie eidem Eccleſiæ præeſt, pater. Argentinenſes autem, D. Ioan. Marbachius, & Chriſtoph. Sellius.

Exemplaria confeſſionis VVirtembergicæ excuſa, Trideti diſtribuuntur nonnullis, magno cum cæterorum deſiderio. Quod indignè tulit Pontificius Legatus: qui antea publicè à VVirtembergicis exhibitam, ad ſe receperat, oppreſſam cupiens.

Poſtulabant prædicti Theologi, actionem ſecum inſtitui: ſed necquicquam. Habebatur ipſorum doctrina, pro iam damnata.

Diffluit concilium.

Eodem menſe, Moguntinus & Colonienſis Archimyſtæ, & Numburg. Epiſcopus Iulius Pflugius, alijq́, propter belli rumorem redibant in Germaniam.

Schalhaimer.

Eiuſdem menſis 25. die, cùm publicè Memmingæ non liceret haberi pias conciones, & ſacramenta adminiſtrari: atq́ oppidani miniſtri expulſi eſſent: Ioan. Schalhaimerus, paſtor pagi Memmingenſis Stainhaimius, pius & doctus vir, introuocatus: ſacras actiones in xenodochiali granario peregit.

Alb. Marchio oppida Sueuiæ occupat.

Circa hos dies, Marchio Albertus occupauit oppida Sueuiæ: Halam, Rotenburgum, Nærdlingam, & alia. De Nærdlinga ſic alicubi inuenio: eam Mauricio & Alberto deditam eſſe: qui caſtra ſua, in Keirvviſa, & in VVallerſtain, habuerint. Senatum Cæſaris, ab eis depoſitum, & veterem ſubſtitutum, fuiſſe.

A Mauricio Auguſta capta.

Calend. April. Mauricius Auguſtam obſedit: & quarto die deditione cepit. Ibi etiam veterem ſenatum reſtituit: ſuffragiorumq́ ius reddidit.

Argentinæ præſidio.

Argentorati, per hos dies conducta ſunt ſex ſigna militum, plus 4. millium. Polemarchi erant (Kriegßherren) Michael Heuſius, & Matthias Pfarrerus, viri conſulares: Dux omnium, nobilis Nicolaus ab Hatſtatt.

Metim Gallus Henricus occupat.

Metenſem vrbem Gallus occupauit, & imperio eripuit. Ideò, Argentinenſium animi, ab re auerſi: April. 20. in campo Sagittariorum, tiliæ, & aliæ grandes arbores, excindi cœptæ. Deinde, 24. eiuſdem menſis (die Dominico) horti circum vrbem, arboribus maximo ciuium ſtudio, exciſi, complanati. Poſtridie, Crates in aggeribus humo impletæ. κατὰ μὲν τόντε, τὴν πολιορκίαν σπουδὴν ἐφαίνετο· πολλὰς ἡμέρας ἐν ἑπτὰ ἔτεσι· τοσαύτην συνεχῶς τοῖς βίοις προσετίθετο.

Vlmæ à Principibus obſidio.

April. 12. Marchio, & fœderati principes, Vlmam obſederunt: recuſantem ſe adiungere ipſorum ſocietati. Quam cùm capere non poſſent: agros & oppida eius circùm depopulati ſunt: ac 12 millibus aureorum extortis, abſceſſerunt.

Memmingæ rurſus Euangelium publicè prædicari cœpit.

Progreſſus principum.

Fœderati principes, ad Danubium progreſſi, omnia Epiſcopi Auguſtani ſibi ſubijciunt: Othonis Henrici Palatini agrum omnem recipiunt, à Cæſare 1546. occupatum: eumq́ Domino ſuo reddunt: qui etiam ad ipſorum fœdus acceſſit.

Concilij diſſipatio.

Diffugerunt in hoc tumultu iudices Cameræ: diffugerunt Tridento Itali & Germani: diffugerunt concilij patres, eo ad aliquot annos extracto. Multis eorũ grata erat hæc eius abruptio.

Die 22. April. D. Marbachius, & ſui, domum redierunt.

Luſtratio militum Argentinenſium.

Maij 6. omnia ſex ſigna militum, Argentinæ, in latiſſimum lanionium campum educta ſunt. Ibi in fidem vrbis Argentinenſis adacti ſunt iureiurando: eúq́ Iacobus Sturmius, Ducem ipſorum Hatſtadium commendauit. Qui dicebat militibus. 1. breui omnes præfectos, quos neceſſe eſſet, conſtitutum iri. 2. Ipſos debere ſe rectè erga ciues gerere. 3. non iaculari in excubijs ſine permiſſu. 4. neminem abſq́ permiſſu vrbe excurrere. Deinde, ſtructa fuit acies, ſtantibus 41. militib. in quoquo ordine: & ad latera, ſeptenis in ordine ſclopetarijs. Decurſiones factæ, & iaculationes.

Auguſtæ, eodem Maio, iuſſu principum, miniſtrorum Eccleſiæ reſtitutio facta cum populi gratulatione.

Mauricius & ſocij, Maij 17. militem à Cæſare ad Alpeis conſcriptum, cædunt ad Rotam & Fuſſam.

& Fiessam: atq; in fluuium Lycum præcipitant. Deinde, Erenbergam arcem, ad Alpeis munitissimam capiunt: nouem q; signa militaria: quæ per Argentinam 24. Maij vidimus ad Gallum, in signum rei magnæ gestæ, portari. Inde contendit Mauricius Oenipontem. Sed Imperator (DIMISSO priùs Ioan. Friderico Saxone, ne hostes de eo gloriari possent) se Villacum receperat. Milites supellectilem Cæsaris, Hispanorum, & Cardinalis Augustani, omnem diripuêre. *Cæsariani, à principibus victi.* *Cæsaris Fuga.* *Saxonis Electoris dimissio.*

Insidiatus fuerat hoc tempore quidam Constantiensis Guldenastus Sebastiano Schertlino equiti: quia præmium erat interficienti constitutum. Sed deprehensus insidiator, Hagenoæ in quatuor partes dissectus est. Schertlinus 10 signa militum Regi Francia collegerat: cùm denuò proscriptus cum alijs à Cæsare fuisset: constitutis in caput cuiusq; 4. millibus Aureorum. Ipse in suo vexillo posuerat, PVGNA pro patria. Vrstis. *Schertlino insidiæ factæ.*

Albertus Marchio, Noribergenses, tanquam libertatis Germaniæ, & Religionis, rationem minus habentes, direptè infestat: centum vicos eorum, castella & villas septuaginta, atq; alia, diripit, atq; comburit. Inter quæ, Ioannis quoq; Marci, qui materteram meam Barbaram habebat, ædificia, in vico duorum à Noriberga milliarium Heroltzberga, cremat. At ille rursum ædificauit. Materteræ filia Barbara, mea consobrina, hodie Baiersdorffæ, cum Christophoro Helmreicho senatore, nupta, viuit. *Alb. Marchio, Noribergensibus infestus.*

Memmingæ 26. Maij, Cæsariano senatu abrogato, ciues alium veteri consuetudine creant: cui in primario Sam Martiniano templo, sacramentum Iun. 16. dixerunt. *Memmingæ.*

Sueuiæ ciuitates, pacem frustrà contendunt facere inter Albertum & Noribergenses: quam tamen Mauricius & Landgrauij filius, conciliant: pendente illa Repub. Marchioni, ducenta Aureorum millia, & sex tormenta instructa.

Adoritur denuò 20. Iun. Vlmenses Albertus, sed literis tantùm. Ipsi paucis negant, se vnquam postulata eius facturos.

Georgius VVintner Constantiensis, quoniam Argentinæ in collegio virgù antehac, à Bucero & alijs Theologis, iussus fuerat propter improbitatem cædi: ac domi à Constantiensibus, in carcerem coniectus fuerat: hoc mense Iunio, postquam ad Pontificios defecisset: in summo templo Argentoratensi concionatus est: non diu tamen. Lindauium enim se contulit, in cœnobium virginum. Ibi pro concione homo vecors dixit, se spurium esse. Nanq; matrem suam, quòd cum Euangelico concionatore nupta fuisset, concubinam fuisse, non legitimam vxorem. Neq; enim esse matrimonium: quod à Ministris Ecclesiæ contrabatur. Sed non diu superstes, ingratus in parentes nutritores aries fuit. *G. VVintner.*

Tractabatur inter Mauricium & Cæsarem, Ferdinando Rege sollicitè agente, de pace. Interea Albertus & alij, ἀλιοπραγοῦντες, suum agentes negotium, Archiepiscopos Moguntinum & Treuirensem affligebant: & à Palatino Electore 8. tormenta instructa ablata, Francofordiam, in qua Cæsaris erat præsidium, obsidebant. Ibi Mechelburgius, qui primus Magdeburgensibus proscriptis bellum intulerat, globo tormenti interemptus est. *Alb. Marchio, Archiepiscopis Rhens molestus.*

Iul. 24. pax fit, certis conditionibus: inter quas erant hæ: quòd Landgrauius, liber exibat: PAX RELIGIONI DATA EST: exulibus intra certum tempus (Rhingrauio, Heideccio, Recrodio, Reiffenbergio, & Schertlino) reditus in gratiam dabatur: cogebantur fœderati principes Ferdinando in Vngaria militare: ad Camera iudicium, Religionis Augustanæ consiliarij admissi sunt. Albertus reijciebat eam pacem, ac multa eurbabat, circa Spiram & alibi: cum 9. Aug. à Francofurto abscessisset. Galliæ verò Rex, post hæc se domum recepit. Ita confessionis Augustanæ pax Passauij data, temporariam formulam INterim interemit. *Pacis compositio cum Cæsare.* *Landgrauius, dimissus.* *Proscripti, in gratiam recepti.* *Galli domum reditus.* *Passauiensis pacificatio.* *INterim, interemptum.*

ὡς γὰρ ὅταν ἔριν ἔρπει ἐπὶ ἀντιτέτυκτο
Ἀθανάτῳ, τῷ πάντι πολὺν χρόνον ἔμμεν ἐόντι.

Iliad. 12.

Aug. 20. Imperator cum exercitu Germanorum, Italorum, & Hispanorum, Augustam redit: suum priorem, Mauriciano abrogato, senatum restituit: Tribus tollit: è concionatoribus tres reijcit: reliquis docere ex præscripto Augustanæ confessionis permittit. Inde Cal. Septemb. discedens, biduò post Vlmam venit. *Cæsar, Augustam reuersus.*

Concionatores Memmingenses, Barthol. Bertelinus, & Magnus Miebaël, ac Ludimagister Ioan. Kleberus, in ciuitatem restituti sunt, Aug. 17. *Concionatorum exulum restitutio.*

Argentinæ,

Mater Elect. Mauricij.

Argentinæ, mater Electoris Mauricij (quæ eò 14. Aug. concesserat: & in hospitio Nesselbach diuersabatur) in turrim summi Templi 18. Aug. ascendit, mirabile opus spectandi gratia. Quò & Thomas Hausnerus Argentinensis (qui à Magdeburgensibus, in quorum vrbe habitabat missus ad ciuitates fuerat, subsidij afflictæ ciuitati colligendi causâ) & ego, tunc ascenderamus. Postero illa die discessit. Saxo & Landgrauius dimissi, vterq; domum suam redierunt.

Imp. Caroli fauor erga Vlm. & Argentinenses.

Magnam gratiam inierant Vlmenses & Argentinenses à Cæsare: quòd hostibus (illi Alberto, hi Gallo) portas occluserant. Tendens equidem ille Argentinam cum copijs (aduersus Metim, vt Gallis rursus eriperet) Legatis illius vrbis, agro eius parci orantibus, sex inde milliaribus ait: se ei vrbi gratiam aliquando, propter fidem & fortitudinem relaturum. Hi erant, Iacob. Sturmius, Lud. Grempius Iurisc. & Fridericus Gottesheimius Scholarcha.

Argentinam is venit.

Septemb. 19. Cæsar Argentinam, circa primam à prandio ingreditur, sine magno comitatu, facie exangui: domumq; Conradi Maieri, in Monasteriensi platea, diuertit. Reuerentia & muneribus, pro dignitate à Senatu est exceptus: & post 3. horas rursum egressus, in vico (Schilcka, ut fallor) pernoctauit. Nobiscum verò, domi Froschesseri, mansit Chirurgus & Sartor Cæs. Maiestatis atq; soror Vesalij, Anatomici, illius excellentis.

Hedionis Theol. obitus.

Hedioni, qui 17. Octob. obierat, successit Ludouicus Rabus, in curatione pauperum studiosorum: qui non minus quadraginta, in VVilhelmitarum Collegio aluntur. Obijt & Christoph. Sellius, vel Sellein 18. Nouemb. in templo S. Aureliæ concionator.

Irrita Metensis vrbis per Cæsarem obsidio.

Cùm Cæsar, & Marchio Albertus (ei iam placatus) Metensem vrbem tormentis verberarent sonitus eorum Argentorati (per 18. milliaria) audiebantur. Sed irrita fuit ea obsidio: Metis, etiam nunc Gallorum est.

Nullus post Interim amplius successus.

Comites Oetingenses & Mansfeldij, Alberti March. causâ, à Cæsare in gratiam recepti sunt.

Dryander.

Vltimo Decemb. sepultus est Argentinæ Franciscus Dryander Hispanus, vir eruditus & linguarum multarum peritus: qui propter Euangelium ea in vrbe vixerat.

Hic ferè cursus rerum est: quas Imperator & principes hoc 1552. anno gesserunt. Nunc alia quoque huius anni subijciam, maximè Sueuica.

Leonoræ VVirt. natiuitas.

Tybingæ nascitur 22. Martij Leonora, XI. hora ante mediam noctem principum VVirtembergensium, Christophori & Annæ Mariæ, filia. Compater, Bernh. Marchio Badensis: commater, Sabina Dux VVirtembergica.

Grando.

Maij 13. vesperi ingens fit tempestas Nærdlingæ: lapidibus grandinis, iuglandes & oua adæquantibus: tectis & fenestris confractis: frugibus & arboribus afflictis.

Augustæ 30. Maij, Achilles Gassarus, Med. D. viduus, duxit Scholasticam Buhlerinam. Christophorus Ehenus patricius D. Palatini Cancellarius, Mariam VVursingam.

Iul. 19. Comiti Vlrico Helffensteinio seniori, filia nascitur Barbara vesperi, 1. quadrante horæ post nonam.

Acad. Tybingensis.

Rector 137. vniuersitatis Tybing. æstiuus, D. Balt. Kæfelinus erat.

Inscripti. Georgius à Sternenfels, nobilis. Ludouicus Bæcklin à Bæklinsavv, Argentinensis. Ionas & Martinus, D. Martini Frechti filij. Dauid Schegkius, D. Iacobi Schegkij F. Christophorus Ehem Augustanus. Georg. VValck Rotenburgus Nicri. Basilius Amerbach. Basiliensis. Dauid Kunlin, & Marcus VVolffhardus, Memmingenses.

Rector 138. hybernus, D. Caspar Volland.

Inscripti. Vlricus Besserer Stutgardianus. Christianus à Szoyen, nobilis Liuonus. Ioan. Baptista VVeberus Memming. Iurisc. Ingolstadij professor. Sigismundus Melanchthon Brettanus. VVolfg. & Osualdus Gabel Kofer Tubing. Nouemb. 19. Ioannes Brentius Halensis eodem die. Ioan. Grunberger Onoltzbachensis. Melchior Stæbenhaber Memmingens. Ian. 1. Didymus Obrecht Argentinensis. Valentinus Volcius Horbens. Lucas Osiander Noriberg. April. 13. Georgius Hamberger Dinckelspuhelensis, April. 22.

L. Osiander.

Decanus artium. M. Matthias Garbitius Illyricus, 2.

Magistri facti. Paulus Scneppfius Sultzbachens. Febru. 9. Paris Scholl Dinckelspuhelens. Gallus Tuschelin Kirchaimens. Iun. 20. Ioan. Michael Fickler VVeilensis.

Ioan. Brentius.

Mortuo præposito Stutgardiano Pontificio: Ioan. Brentius à principe fit præpositus: cuius inspectio Tybing. Academiæ mandatur.

Vlmenses nobiles patricij.

Eodem 1552. anno, Octob. 29. literas dedit Germanicas Imp. Carolus V. Dietenhofæ, anno Regni sui 37. Imperij 33. Vlmensib. his familijs: Laiorum, Ehingerorum, Bessererorum, Rhotiorum

rum, Krafftiorum, Neithardorum, Strælinorum, Lieberorum, Rhemorum, Vngelterorum, Guntzburgerorum, Stamlerorum, Schadiorum, Schermaierorum, Geßlerorum, Reuhingorum, ac Baldingorum. Iis literis, à pleuitudine benignæ erga bonos Cæsareæ potestatis, propter antiquitatem & honorem generis sui, & honesta nobiliaq; studia: ac propter connubia vicißim cum nobilibus familijs ab antiquo inita: & propter κατοχὴν, perpetuam inhabitationem vrbis Vlmæ: ac propter alimoniam ex proprijs suis arcibus, pagis, prædijs, & reditibus (non ex mercatura, sordidaq; artibus) item propter militiam in terris exteris, ad honorem & vtilitatem Imperij Rom. obitam: propter magna præterea tolerata pericula, recenti præsertim tempore contra hostes imperij, patriamq; defensam: propter perpetuam deniq; præstitam & præstandam, erga Imperium domumq; Austriacam, fidem: atq; vt virtutis præmia excitent alios ad imitandum: propter omnes has causas, à plenißima & mitißima Imperatoria potestate: hæ familiæ Vlmenses, in posterum rursus ita excitatæ nobilitateq; sunt: vt omnibus priuilegijs nobilitatis frui, ad ludos equestres more antiquorum nobilium venire, militiæ & pacis munera capessere, iudicia exercere, & veris nobilibus æquari, vbiq; possint, cum omnibus posteris, ad omnem perpetuitatem. Itaq; omnibus principibus, Ecclesiasticis ac secularibus, commendantur. Qui verò refragatus eis fuerit, aut eos oppugnauerit: mulcta ei constituta est centum Marcarum puri puti auri: vno harum dimidio, fisco Cæsareo, altera verò, læso, applicandis.

Elvvangum, à Teutonico Magistro occupatum.

Dum Metim Cæsar obsidet, VVolfgangus, Teutonicus Magister, oppidum Elvvangense occupat: præfecturam ibi Ecclesiasticam seu præposituram pinguem, affectans. VVirtembergensis verò Dux, vt patronus, à Canonicis inuocatus, illud recuperat: Canonicis libertatem eligendi, quem vellent, restituit: Magistroq; oppida quædam eripit, ad farciendum belli sumptum. Principum tandē interuentu, res composita est: Magistro oppida, triginta Aureorū millib. depensis recipiēte.

Helffenstaini arcis excisio.

Vlmenses arcem Helffensteiniam, oppido Geißlingæ imminentem, à Marchione Alberto antehac occupatam, & præsidio firmatam, hyeme huius anni recuperant, præsidio expulso: ac totam demoliuntur, ne amplius vlli hosti vsui esse posset.

Kynigsbrunn.

Monasterio Kynigsbrunnæ, Abbas præpositus est Ioan Epphrius VVaiblingensis: Ambrosio Bēxlero, propter minus commodam administrationem remoto. Simul idem Maulbrunnensi Abbatiæ præerat, coadiutore Iacobo Schroppio.

Elephas.

Maximilianus R. Bohemiæ, ex Hispanijs Elephantem in Alemanniam, & Lincium, adduxit: animal antea in Germania non visum.

Turris, Rauenspurgi collapsa.

Rauenspurgi in Algouia, 23. Nouemb. 1552. concidit antiqua turris Tubicinaria (der alt Bläserthurn) hora diei 2. In qua cùm tres homines inuenirentur: Tubicini nihil mali accidit: sed vxor grauida, & filius 16. annorum, obruti perierunt. Etsi mulier tertio demùm die mortua est. Cæpit sequenti anno noua condi turris, die April. 26. Cuius διαγραφὴν, descriptionem vel imaginem ædificandæ, Aurifex Ioan. Hartheuser fecit. Primum lapidem posuit Iacobus Balderichus Cos. & aliquot senatores. ἐπιστάται, inspectores ædificationis, erant tres: Iacobus Reuchlinus Haldeccensis, Conradus Gelderichus & Melchior Adelgisus. Absoluta est 1555. anno: & hæc quæ iam exposui, Germanicis rhythmis turri incisa sunt: ex quibus hic versus est.

Zu einem wunder allhie steht geschrieben: Daß der Blaser ist lebendig blieben.

Mortui aliquot præterea, 1552. anno.

Defuncti in Sueuia.

1. D. Ioannes Sichardus, Iuris Professor Tybingæ, Septemb. 9. cuius vitam descripsit H. Pantaleon, de viris illustr. German. parte 3.

Et Bebenhusæ, 25. Iulij, Conradus Brunus, Schonbuchensis ad D. Petrum præpositus, eruditus & bonus vir.

Fuerat Claßius Vhinger.

2. M. Martinus Claßius, Vhinger, concionator Stutgardiæ: vbi & humatus est. Fuerat hic A. 1530. minister Ecclesiæ Biberaci. A. 1536. à Duce Vlrico Gæppingam fuit reuocatus: Biberacensi senatu eum principi benignè permittente. Sequenti anno totam ei Gæppingensem Parochiam, cum pertinentijs, visitatores tradiderunt: Georgius de Avv in Zimmern, Martinus Nuttel Stutgardianus, M. Erhardus Sneppfius & Ambrosius Blaurerus. Priore 1536. A. Philippus Melanchthon cum eo fuit Gæppingæ, Tybingâ veniens: vbi Academiam rogatu principis Vlrici, visitauerat: &, vt Halensis minister Ioan. Brentius ibi doceret Theologiam, ordinauerat. A. 1543. Canstadium translatus est. A. 1548. propter INterim dimissus, cum alijs concionatoribus Ducatus. Sequenti anno, concionator Stugardiæ ad S. Leonhardum fuit receptus. Ibi 1552. defunctus est: & in eo templo, ante cathedram humatus: addito satis longo Epicedio: ex quo, hæc:

Ille hîc Martinus situs est, cognomine Clæsus:
Moribus ingenuis, & pietate, nitens.
Qui Christi præco triginta sedulus annos,
Insuper atque duos, laude vigente fuit.
Munere quo fungens, multa est perpessus acerba:
Exilia atque fugas, damnaque magna rei.
Immotus tamen in cunctis, constansque, remansit:
Et verum est semper ritè secutus iter.

Vixerat A. 61.

3. *Stutgardiæ in fano Hospitalis, sepultus est honestus vir Ioan. Geier, principis Ministeri, anno ætatis* 72. *die Lunæ post S. Martini mortuus.*

Item 1. *Maij, die Dominico, honesta mulier Agnes Knællina, Francisci Kurtzij uxor.*

4. *Murrharti Abbas, Thomas Carlinus, Iul.* 21. *cùm vixisset* 56. *A.*

5. *Esslingæ, April.* 2. *Lucas Plattenhart, senior consul.*

Pfullingenses Sanctimoniales.

6. *In Pfullingensi Gynæceo spirituali, pictæ sunt in muro peristylij Monachæ: μετὰ μακροθυμίας* (*quæ vox est in M. Ser. Basil. Athanasio*) mit schwartzen Weilern: *genibus innitentes, cum apertis libellis in manibus.*

1. Muter Aptissin/S. Magdalena Bisingerin. Gnad dir Gott. Starb 1552. 19. Octob. Amen.
2. Muter Priorin/S. Apollonia Mülin/G. D. G. Starb 1556. 29. Junij.
3. Martha Schmidin. G. D. G. *obijt* 1556. Aug. 22. Amen.
4. S. Gertrud Erhartin.
5. S. Anna Silberin. G. D. G. *obijt*: 1554. Octob. 30.
6. S. Anna Steudin. G. D G. *obijt* 1571. 1. Maij.
7. S. Anna Hempferin. G. D. G. *obijt*. 1556. April. 14.
8. S. Agnes Schmidin. G. D. G. *obijt*. 1572. Maij 15.
9. S. Margareta Silberin.
10. S. Anna Silberin.
11. Justina Genßlerin G. D. G. *obijt*. 1564. Febru. 22.
12. Lucia Spengierin G. D. G. Starb 1571. Octob. 18. Amen.

Sequentes, cum albis calanticis.

1. S. Vrsula Völckin.
2. S. Agnes Erhartin. Gnad dir Gott Starb *A.* 1568. den 1. April. Amen.
3. S. Cæcilia Kaiserin.
4. S. Agatha Amßlerin.
5. S. Anna Reisen. *Sola erat* 1590. *superstes.*
6. Agnes Rempin. *Mortua* 1590.

Extra Sueuiam defuncti.

Landau.

Mortuus est hoc 1552. *anno, die Mercurij post S. Martini. D. Georgius de Landau genitus Hauß/eques: D. Ioannis, qui* 1513. *obijt, filius.* Er war Käyserlicher Maiestat Pfandher der Herrschafft Freistatt. *Coniuges duas habuit: primò, Baronissam Catharinam Iærgerinam de Tollet. Deinde, Margaretam, Losensteiniam heroidem. Humatus est Freistadij supra Enstrum vel Anisum.*

Filij eius. Achatius (*Acacius*) *natus* 1545. *Sigismundus, natus* 1543. *Lucius, natus* 1541. *Ioannes, obijt* 1575. *Ioachimus, natus* 1540. *De quibus singulis, vide infrà annis iam dictis. De Maioribus autem ipsorum, suprà* 1519.

Obijt etiam 1552. *Sebast. Munsterus, ætatis anno* 63.

Osterbouium Monast.

Osterbouium, in Bauaria inferiore cœnobium est prænonstratensis ordinis, ad dextram defluentis Danubij ab eo situm non procul, supra Osterbouensem ciuitatem, in colle amæno: ornatum Anno 1002. *ab Henrico Hezilone, patruele Henrici S. Imp. cum duos filios amisisset, ab Vngaris cæsos. Ibi, cùm Caspar Bruschius nouum opus annalium antiquorum meditaretur: ingressus est templum, ut ibi sepulturam eius, Abbas huius monasterij, Georgius Schregelius Ingolstadiensis, aperuit sepulcrum, antè summam aram chori positum. Quod etsi plerique, qui aderant, credebant, esse* κενοτάφιον (*vacuum monumentum*) *tamen inibi inuentum est mulieris cuiusdam cadauer, facie aram versus positum:*

Sepulcri apertio.

seruo

ſerico nigri coloris villoſo (precioſis aquis, herbis, & aromatibus, made facto, & condito) atq; cericus filus ita inuolutum: vt, quid ibi iaceret, initiò dubitaretur. Nulla enim monumento epigraphe inerat. Ego verò (inquit in M. ſcript. Bruſchius) ex inferioris Altachij Annalibus, HILTRVDIN, Pipini Galliarum Regis ſororem, Caroli Martelli filiam (anno circ. Chriſti 752.) & Vdilonis Bauarorum principis vxorem, ac veram huius Oſterhouenſis cœnobij fundatricem, hoc loco cubare ſciebam. Igitur, veniâ ab Abbate petitâ, inuolucra modeſtè contrectaui. Ibi deprehendi, tanquam pictâ incruſaturâ cadauer eſſe inuolutum. Mox effracta parte ſerici inuoluceri, reperi oſſa. Quibus in ſuum locum repoſitis: totum inuolucrum amoui. Tum vidimus totum cranium pulchræ fœminæ: optimis & elegantiſſimis dentibus exornatæ. Quærebam, ſi quæ tabula blumbea adeſſet. Nulla aderat. Ergo cranium, & cætera oſſa omnia diligenter ac reuerenter ſuo loco repoſuimus. Dentem tantùm vnum, ex ſuperiore mandibula Abbas retinuit, in Hiltrudis memoriam. Erat quondam hæc, Domina potentiſſima: nunc, tantùm cranion, mandibula, coſtæ, cætera oſſa. Talia, vt Bruſchius vidit contrectauitq; ſunt humana. πάντα, πάντες: πάντα, μετὰ πάντες. *Hiltrudis oſſa.*

Corpus & oſſa, cinis rediguntur puluerulencus:
Cum Chriſto pia mens, cœlorum principe, viuit.

Martinus Kraus pater, circa Cal. Febr. 1552. factus eſt concionator Hoſpitalis, in oppido Alberti Marchionis Curia Nariſcorum, zum Hoff im Voitlandt. *Hofæ op.*

Vixit hoc tempore, Michaël Stifel Eßelingenſis: cuius liber Germanicus die Coß (Regula Algebræ) Kynigsbergæ 1554. excuſus eſt. Id opus fuerat Chriſtophori Rudolphi Iaurenſis: quod Stifelius grata mente fatens, id exemplis auxit, ac declarauit. *Coß.*

FRANCONICVM MARCHIONIS ALBERTI BELLVM. OETINGENSIS Com. Ludouici controuerſia cum filijs. Bernhardinus, Baro Malbergius. Electoris Sax. Mauricij, in prælio Hanouerano, vel Hildeſhemio, interitus. Epiſtolæ Georgij Fabricij Chemnic. ea de re. Comitis VVirtembergici Georgij ſucceſſus. Acad. Tybingenſis. Georgius VVidemannus Sueuo Halenſis. Iacobi Sturmij mors. Occupatio oppidi Hofæ.

CAPVT XXVII.

ANNO 1553. Ianu. 9. in arce Perlinenſi, cum ventus exortus vehementiſſimus eſſet: à ſtatua Elect. Mauricij deiectum caput eſt, cæterorum principum ſtatuis illæſis. In Buchole. ſed Lycoſthenes, nulla vi adhibita, decidiſſe ait: ventum verò pridie prælij fuiſſe, quo duo eius tentoria conciderint. *Mauriciana ſtatuæ caput, delapſum. Tentoriorum collapſio.*

Non conueniebat inter Albertum Brandenburgenſem, & Epiſcopum Bambergenſem: cui Albertini ſubinde aliquid eripiebant: & cui Camerales, auxilio ſua ſententia erant. Cæſaris hortatu, Heidelbergæ de negotio componendo agitur à Bauaro, & VVirtembergico ſed fruſtrà. Etiamſi enim ab Epiſcopis (Bamberg. & VVirtzburgenſi) magna pecunia offerebatur Alberto: hic repudiabat. Volebat enim pacta, quæ cum ipſis & Noribergenſibus inierat, & quæ Cæſar approbaſſet, rata haberi. Ergo ad arma conuertebatur, multumq; damni dabat. Sleid. lib. 24. *Alberti March. bellum Francoricum.*

Cum itaq; Bambergenſi, inter alia etiam Boteſtainum Marchio eripuiſſet: Martinus Kraus circa Calendas Maias, in hanc ſuam patriam, iuſſu conſilij Marchionis migrauit: ibiq; doctrinam Chriſti prædicauit. Sed circa exitum eiusdem menſis, Epiſcopo oppidum recipiente rurſum expulſus, Sultzbachij & Ambergæ Palatinatus ſuperioris, vſq; ad diem Septemb. 8. ſe ſuſtentauit. Tunc concionandi munus accepit in pago Schlycht: vbi primus Euangelium prædicauit. *Boteſtainum.*

Ludouicum Oetingenſium, patris & filij, bona poſſidebant Fridericus & VVolfgangus, filij ſenioris, diuerſæ religionis. ſibi antehàc à Cæſare tradita. Pater ipſos, vt ingratos, accuſabat. Eos Bauarus & VVirtembergicus, iuſſu Cæſaris conabantur Lauingæ reconciliare inter ſe: ſed nihil ſucceſſit. Habitabat ille Ludouicus, cum exularet, Oeningæ, in arce Ehingerorum. Eam à Georgio Ehingeno emit tunc, cum omnibus attinentijs: ſed poſtea reuendidit Aulico VVirtembergiæ ſecretario, Franciſco Curtio. *Oetingenſium Comitum diſſidium.*

Argentinæ, 17. April. erant nuptiæ ſplendidæ Ioannis Tiſchelij, cum filia Henrici Haaſij, Tribunorum plebis comeſtoris. Obijt is Ioannes 17. Febru. 1554.

Maij 2. Generoſus Baro Bernhardinus à Malberg, & vxor eius Eliſabeta à Meror, am bo ætate iuuenes, cum cognato ſuo Ioanne Dallamontio ſene, & famulitio, domi Froſchæſſerinæ, noſtri conuictores fiebant, ad aliquot menſes: dum Gallicus metus è Lucemburgenſi agro abiret. *Bernhardinus, Baro Malbergius.*

Zanchus. *Vtebantur eadem nobiscum mensa duo Italici Doctores, Hieronymus Zanchus Theol. & Hieronymus Massarius Medicus. Tunc linguam Italicam discebam: & postea, ab Iulio Cæsare Pasibalo siculo Mamertino.*

Sleidani vxor obijt. *Maij 15. baptizata est Ioan. Sleidani filia Iola. Maij 21. (die Pentecostes) ad sepulturam, in cœmiterium S. Galli, prosecuti sumus Iolam, infantis huius formosissimã matrem, patria Altensem, Doctoris cuiusdam Ioannis filiam, in eo puerperio mortuam.*

S. Blasii Abbas. *Erat controuersia magna inter Samblasianum Abbatem, Hercyniæ sylvæ: & Christophorum, Ducem VVirtembergensem. Sed ea composita est per arbitros, à Rege Ferdinando constitutos: qui erant, Ioan. Philippus Schad de Mittelbiberach in VVarthausen, & Doctor Adamus VVernher, atq; Georgius de Ehingen. Transactum Iun. 18. Nellingæ, in præpositura domo.*

Habebat hostes Brandenburgicus, non tantùm Noribergenses, & Episcopos, Bambergensem ac VVirtzeburgensem sed etiam Duces, Henricum Brunsuicensem, & Electorem Mauricium. His enim, & alijs (etiam VVirtembergico) ex Camera mandatum erat: vt Episcopis contra quietudinem illius ferrent opem. Nec ingratum erat Imperatori, hos nunc inter se committi: à quibus antea ipse cedere coactus fuisset. Inter Albertum igitur & Mauricium, die nono Iulij (

Mauricij, in prælio cum March. Alberto commisso, interitus. *reuerendissimo & astuoso) prælium commissum est: in quo ille victus est: hic verò, tormento mannario ictus, vndecimo eiusdem mensis die interijt, anno ætatis 32. & ferè 4. Mensium. Sepultus est Friberga, Misniæ oppido. Locus prælij ab alijs aliter notatur. 1. ad Visurgim flumen. 2. non procul ab vrbe Brunsuiga, ad pagum Peinam. 3. in planicie Luneburgensi, ad pagum Seibershausam. Die autem 15. Iulij Argentinam fama prælij perlata est, à quodam, celeribus equis in Gallium nuntiaturo.*

Georgius Fabricius Chemnicensis, Iacobo Fabricio, fratri suo, Argentorati literis operam danti. S.

G. Fabricij hac de re epistola. *Res Boëmicas, Iacobe, ad Sleidanum nostrum mitto: quas illi reddet Rihelius. Adiunxi de proximo prælio in diœcesi Hildesheimensi narratiunculam, è castris scriptam, in Aula emendatam. Ante prælium, tractus ille, terræmotu concussus est: & in campo nocte præcedenti, frementium pugnantium, & equorum strepitus, terribili cum vento auditi. Proxime Lipsiam, qua Chemnicenium itur sanguine pluit. In oppido ipso, mira rabies canum, aliquot mensibus: qui se lacerabant inuicem ita: vt pugnando, mutuis morsibus conciderent. Credo, nunquam acrius in Germania pugnatum esse, Princeps noster, in sinistro latere supra cingulum ictus: tertio pòst die, cum intestina læsa essent, vt nec vrinam reddere, nec alia opera naturæ facere posset, vitam mortalem finiuit ardente inuocatione filij Dei. Nam interfuit Ioannes Albinus, optimus vir: qui iniquitatem*

Prodigia ante prælium.

Ioan. Albinus. *mulorum, ex aula & Ecclesia pulsus, summum iam in nostrum principem contulit beneficium.*

Comitia fient Lipsiæ pòst triduum. Arbitri constituti sunt inter Augustum (fratris Mauricij successorem) & Ioãnem Fridericum senem (Electorum decus, & suas possessiones, repetentem) Rex Daniæ, socer Augusti, Electores Brandenburgensis & Palatinus, Dux Cliuensis, Bauarus, VVirtembergensis, Landgrauius Hassiæ. Vtinam pia pax restituatur: & fugiantur impiorum societates & fœdera. Heu, quò redacta Germania est: Vale Misenæ 17. Cal. Septemb. 1553.

Idem, fratri Blasio Fabricio.

Wolff von Werter/ist mit in der Schlacht gewest: vnd hat sich vmb mein Herren/ das ist/ vnder den rechten Hänen/ finden lassen. Ist jhm/ Gott lob/ nichts wiederfahren. Das tröstlichst ist mir gewest: daß vnser Herr/ seliglich gestorben: auch von Herrn Johan. Albino/ der im Churfürsten Krieg/ zu Kemnitz/ von jhm zoge in vngnaden/ neben Gott/ gewißlich erhalten. Hat bekannt/ er wölle gern sterben: vnd diese Sprüch: *Quis meæ voremeam audiunt:* Vnd/ *Sic Deus dilexit mundum, &c.* zu trost hertzlich angenommen: vnd begert/ jhm offt dieselbigen vorzusagen. Ist biß an sein ende/ bey guter vernunfft gewest/

Sepultura Mauricij. vñ zu Freyberg/ mit gewöhnlichem gepräng begraben/ neben seinem Vatter vñ Sohn/ (*Henricum & Albertum*) seliger gedechtnüß. Ist auch sein Bitschir Xing/ altem brauch nach/ die weil er keinen Leibs Erben verlassen/ beym Grab zerschlagen worden. Datum

Terræmotus. 17 Augusti/ zwischen sieben vnd achten auff den abendt: vmb welche zeit/ ein groß Erdbidem/ daß mir die Bücher vnd Schreibzeug auff dem Tisch vmbgefallen/ gewest. Vor zwey Jahren weynet hie ein Kind in Mutterleib. Vorm Jar schwitzet ein Weib in jhrer kranckheit drey tag blutigen Schweiß. Ist nicht vergebens gewest. Gott wöll vns gnedig seyn/ vmb seines Sohns Jesu Christi willen. *Vale* 1553.

Durauis

Durauit hoc prælium 3. horas, postè meridiem. Perierunt 4038. homines: inter quos, quatuor Principes. 9. Comites, 250 nobiles. Nomina principum: Mauricius Elector, Carolus victor, & Philip. Magnus, (Henrici Brunsuic. filij) & Lunæburg. Fridericus. Cæsorum numerus.

Angliæ Rex Eduardus, ætatis 16. annorum, moritur 6. Iulij, adolescens optimæ indolis. Successit ei 9. Iulij, Maria soror sua, Caroli Cæsaris ex sorore neptis (postea, Philippo Regi Hispaniæ nupta) & Pontificia religio per Angliam restituta est. Fuerat quidem Ioanna Suffolcia, ex testamento R. Eduardi, Regina constituta: sed eam sequente anno, cingallorus capite plexerunt, puellam miserandam. Sleid. 25. Eduardus, Rex Angliæ, obijt. Maria, Regina.

Dux VVirtemberg. Christophorus magnos sumtus fecit in arce Stutgardiana innouanda: & paradiso, seu horto amplissimo, exornando.

Georgius, Comes VVirtemberg. & Mompelgardensis, Ducis Christophori patruus: cùm Reichenvveiræ certa conditione viueret: amica cum Christophoro transactione inita, præfecturam Newenburgensem, comitatumq; Horburgensem & Mompelgard. recepit: ac postea 1555. anno, Sept. die 10. Reichenvveiræ nuptias celebrauit cum Barbara, Landgrauij Philippi filia: quæ ei Horburgi filium Vlricum peperit anno sequente. Georg. Comes VVirtemberg. & Mompelg.

Rectura Tybingensis.

Rector 139. Iacobus Schegkius, Philosophiæ & Med. D.

Inscripti. Adamus Zuuicker Memmingensis, Maij 21. Hector Vogelmann Laugingens. Caspar Hertzog Monacens. Henricus Efferem Colonienſis. Philippus, Comes in Hanavv, & Dominus in Liechteneck. Ioannes Magetrus Brackenhaimens. Christoph. Rid. VVurmlingens. Martinus Ruland. Frisingens. Tybing. Schola.

Rector 140. Iacobus Beurlinus, Theol. D.

Inscripti. Nicolaus Bruckner, Mathematicus, Octob. 26. Ernestus, & Hugo, & Philippus, à Rechberg. Samuel Neubeuser Esslingens. Hodie adhuc, concionator celebris Vlmæ. Theodoricus ab Arvv. Ioan. Sebast. à Nippenburg. Bernhardus Taler Monacens.

Decanus Philosophiæ. D. Melchior Volmarius Rufus.

Magistri facti. Ioannes Stattman Halensis, 6. Id Febru. VVendelinus Schemp Vlmensis. Bartholomæus Hettler Haslachensis, 4. Non. Aug. Christophorus Cautus Stutgardianus.

Doctores Tybingæ 19. April. creati.

Theol. Iacobus Andreæ. Ludouicus Rabus Memmingens. Iurisc. Ioan. Christophorus à Gich. Anastasius Demler. Iacobus Kunigspach. Vlricus VVolfhardus Memmingens. Petrus Feurer. Medic. Ioannes Kobolt. Iosua Boschar.

Viuebat adhuc 1553. anno, Georgius VVidemannus: ille, ex quo multa in hoc opus transtulimus. Scripserat olim duos libros, de Franconiæ & Sueuiæ rebus: cum adhuc Ethnicismus ibi esset, vsq; ad eorum Ducum extinctionem. Eos ambos miserat 1525. anno Murrhartum, ad Abbatem Osualdum, & Martinum magnum cellarium, postea Abbatem. Ambo verò hi libri, à Rusticis seditiosis lacerati, & perditi sunt: nec exemplar aliud VVidemanno fuit: ac de labore resumendo desperauit tanto. Duos etiam libros proposuerat scribere de Kochanis rebus. Scripturus ibi erat de Comitibus Kochengoiæ, siue Schongoiæ, siue Rosengarti: ac de rebus gestis ad tres fluuios, Kocham, Bileram, Rhotam, vsq; ad amnem Muram: iam inde à tempore, quo Hunni ad Muram peruaserant: & Castellum Hunnenburgum extruxerant, ante Murrharti fundationem. Eos autem libros, impedimentis interuenientibus, non scripsit: sed alia: vt, Chronicon capitum 8. & Kalendarium 855. historiarum. Verum nihil horum editum est, bello in Germaniam illapso. Filium reliquit Georgium: qui Halæ viuit hodie, sub monte in suburbio ἀτειχίστῳ, & scribam Chomburgensium agit, vir multæ lectionis Germanicæ. Cuius filius, superioris Georgij nepos, Georgius & ipse dictus, noster Tybingæ anno millesimo, quingentesimo, octuagesimo nono, auditor erat, adolescens bonæ spei. VVidemannus. Georgius.

Abbatissa hoc 1553. anno erat Sæflingæ, prope Vlmam, Catharina Schærtlerina: die Ehrwirdig/vnd Wolgelahrte Frauw.

Militum præsidiariorum signa sex, quæ totum annum fuerant Augustæ mandatu Cæsaris, mense Septembri inde dimittuntur.

Conuentus erat principum Hailprunnæ: Palatini, Moguntini, Bauari, VVirtembergici, &c. Alberti (opinor) Marchionis causâ. Is postea 1. Decembris à Cameralibus proscriptus est, vt publicæ quietis perturbator. Conuentus principum, Hailprunnæ.

Augustæ, coniugia.

Matrimonia Augustæ. Iacobi Comitis Montefortensis, 9. Ianuar. & Catharinæ Fuggerinæ: quæ erat filia Antonij senioris: & soror Marci, Ioannis atq; Iacobi.

Doctoris Ioannis Bapt. VVeberi, Cæs. Cancellarij, & Sibyllæ Langenmantelinæ, Maij 15.

Doctoris Sebastiani Christophori Rechlingeri, equitis aurati, & Annæ Vogelinæ, Iun. 5.

Sebast. Schertlinus, in gratiam Cæsaris repositus, omnia sua bona recuperat.

Iacobi Sturmij mors.

Argentorati, Octob. 30. obijt duplici quartana febri, nobilis & clarissimus vir, Iacobus Sturmius. Cuius funus posti die dolentes prosecuti sumus: elatum à tribus classicis præceptoribus, & totidem ministris Reip. Injiciebamus εἰς μνημόσυνον τῆς ὑγρᾶς, glebas aliquot terræ, super capellum, in foueam demissum.

Vitam hanc reliquit 13. Cal. Febru. Bernhardus, Marchio Badensis & Hochbergensis. Landgrauius Susenbergæ, Dominus Rhætelæ & Badenvvileræ, Pforizæ sepultus.

Sic & 6. Febru. Ernestus Badensis Marchio, Anno ætatis suæ 71. Bernhardi pater.

Hofæ obsidio, & deditio.

Curiam Nariscorum siue Hofam, obsessam, & tormentis concussam, Noribergensibus & Episcopo in deditionem adduxerat Henricus, Comes Plauius. Eam Brandeburgicus circa Michaelis paucorum equitum operâ subito aduentu recepit: præsidiarios occidit & expulit. Adest mater mea: quæ suppellectilem nostram (eo tempore ibi apud Conradum Krausium senatorem relictam: quo pater Ecclesiastes Botenstaini factus fuerat) permissu & literis Marchionis munitam, inde Schlychtam ad patrem reuexit. In quo tumultu vidit militem quondam Præsidiarium, filio ab ipso Marchione, nulla deprecatione valente, confici: cuius sanguine, in atrium domus Krausianæ illato, aspersum vnum suppellectilis vasorum fuit: sicut Memmingæ postea, & hic Tybingæ, diutissimè conspiciebatur.

Eiusdem receptio per Marchionem.

Schlycht.

Ioach. Trummer.

Circa natalem Domini, auunculus meus obijt, Botestaini ciuis, ætatis circiter 33. annos, Ioachimus Trummerus: confectus magnis laboribus & curis: quas tulerat in defensione eius oppidi, ne à Marchionis incenderetur: cuius conseruatio, ei accepta referebatur. Nam sæpius (ablatis à Marchionis, aliàs ab Episcopi, militibus) occupatum fuit.

Stutgardiæ in Leonhardi fano: A. D. 1553. 1. Iun. obdormiuit in Christo Alexander Diller.

Et in hospitalario: Nouemb. 2. nobilis Sigismundus à Stæringen.

Zasia Catharina.

Hirsaugiæ. A. Domini 1553. auff Sambstag/S. Catharinæ tag/ starb die Tugendsam Fraw Katharina Zasin/ Herrn Johann Vlrich Zasij/ beyder Rechten Doctor/ Röm. Käys. Maiest. Hoffrahts/ ehliche Haußfraw: deren G. G. S.

Eiusdem Anni die 17. Octob. obijt Georgius, Princeps Anhaltinus: qui Mersburgi conciones Euangelicas (rara & miranda auis) ipse habuit: & scripta pia atq; erudita, edidit.

LVDOVICI, VVIRTEMBERG. DVCIS NATIVITAS. OBITVS ELEctoris Saxoniæ Joan. Friderici, & aliorum. Iulius Cæsar Paschalis ex Messatia Siciliæ. Schola Memmingensis. Olympia Morata, Itala eruditissima. Gymnasium Tybingense. Achilles Gassarus. Innuocatio in vestitu.

CAPVT XXVIII.

Ludouici, VVirtemb. Ducis, natiuitas.

ANNO 1554. nascitur Cal. Ianu. (1. die Ianuarij) mediâ septima post meridiem, Illustrissimus princeps ac Dominus noster, Dominus Ludouicus, Stutgardiæ in arce: parentibus illustrissimis Duce Christophoro VVirtembergico, & D. Anna Maria Brandenburgens. Testes in sacro Baptismate postridie, delecti erant VVirtembergiæ proceres: astante illustrissima. D. Sabina auia, in hypocausto equestri. Cœnantib. adfuit tunc etiam generosus Carolus Comes Zollerus. is, hodiernorum Comitum pater.

Hirnbach.

Ianu. 16. funebrem orationem habuit M. Paulus Calber, de obitu Clariss. viri Casparis Vollandi, Iudicis & Professoris Tybingæ. De quo versus sunt studiosi Medicinæ, M. Iosephi Hirnbachij Lindaui, in Elegia: ceu Musa Scholæ Tybing conquerente.

Quæ mihi sub mediâ splendentem luce Sichardum
Abstulit, & cæca mors quoque nocte tegit:
Te quoque quàm celeris gressu, quàm linida vultu,
Eripuit superis, Docte Benigne locis?
Hoc quoque pòst superis Petrus decessit ab oris,
Longæuus senio, Brunus & arte grauis.
Labitur ingenio magnus, meritisque potens vir,
Vollandus, nostræ firma columna scholæ.
Tu Deus ast alios horum in vestigia siste,
Præstantes simili dexteritate viros.

Febru.

Februar. 21. mortua est Sibylla Cliuensis, uxor Ioannis Friderici Saxonis Vinariæ. Ipse undecimo die post secutus est, Mart. scil. 3. cum antea transegisset cum electore Augusto, retinens & ipse nomen atq; Insignia electoris. Sleid. 25. *Sibylla, Electoriſſa Sax. mori, itemq; mariti.*

Die Mart. 7. Martinus Kraus pater: prædicato fideliter Schlychtensibus Christo & eorum iuuentute in Catechismo instituta: placidè post aliquot dierum infirmitatem obdormiuit in Christo: cùm per eos dies nihil ferè, nisi de Christi Ecclesia, locutus fuisset: in ea docendam vrgendamq; tam fidem erga illum, & charitatem erga proximum. Sepultus est ibi ante templi vestibulum. *M. Cruſij P. obitus.*

IACOBVS FABRICIVS CHEMNIC.

Cruſius hîc placidâ requieſcit morte ſolutus:
Ter quinis luſtris multa ldolenda ferens.
Qui medium vitæ diuina docendo peregit:
Cui meritum Chriſti, vita ſalusque fuit.
Nunc immortales aſſumptus viuit in oras:
Et terris viuum filius eſſe facit.

Mart. 18. à nobis discessit Iulius Cæsar Paschalis Mamertinus: fidelissimus mihi L. Italicæ magister. Cui quoniam sustentationem quandam pecunia destituto, Argentorati ab optimo & misericorde viro, D. Luca Patodio, in cœnobio S. Marci: per literas q; à generoso Barone Malbergio, ac Dallamontio (qui iam discesserant) comparauissem: ipse hoc mihi carmen, pro tenuibus officijs (cùm parum possem) reliquit. *Iul. Cæs. Paschalis Siculus.*

Cruſio gentil, ſe'l vel mi renda homai — Che ne ſi acerbi, ò ſi penoſi, i guai
A quella, ond'io ſoſpiro, à lieti giorni: — Fur di che auuolto io mivedea in piu torni:
Tèprò de miei qui voſco empi ſoggiorni — Che voi con opre, & con parlari adorni,
L'amaro, il dolce Sol, che'n voi Frouai — Diſacerbar non ne poteſte aſſai.

Per questi à colpi di fortuna Crudi contra mia vita scermo. Ond' ella à voi si debbe: che da voi la conosco io.

Doll. ui adunq;: & morte non l'engoi
Pria, che co'l uo i'adempia il mio deſio:
Ch'èdi moſtrar, ch'io u'ami, & gradir ſtudi.

Audio, longè post, cùm Geneuâ in Italiam rediisset, comprehensum, & Romæ exustum esse.

Mense Aprili, Martinus Cruſius Recturam latinæ apud Memmingenſes ſcholæ ſuſcepit. Collegæ eius erant viri pij Doctiq́ue: Dauid Vuger, Dauid Michael, Ioannes Vogtius. Classes enim quatuor: ad rationem Argentinensis scholæ accommodatæ. Scholarchæ, Barthol. VVolfhardus, patruus eius: Lucius Friburgerus, & Balt. Funccius. Visitatores, idem Barthol. VVolfhardus: & concionatores: Barthol. Bertolinus, Magnus Michael, & Michael Lamin'erus. Institutio iuuentutis, Latina & Græca. Bertelini Cruſius conuictor erat, viri optimi. Postea mense Iulio, piæ matris viduæ: quam ad se è Schlychta receperat. *Memmingenſis Schola Latina.*

Mense Iunio, medio circiter, Schweinfurti hæc acciderunt. Obsessum erat oppidum, quò cùm præsidio intrauit Albertus Marchio ab eius hostibus. Quod oppidum cùm ipse videret diu seruari non posse: diripuit, & discessit. Successerunt Noribergenses, & Episcopi, Henriciq́ue Brunsuicens. miles, qui illud compilatum incenderunt. Erat ibi Doctissima Itala OLYMPIA FVLVIA Morata, Germani Andreæ Grunthleri Medici vxor, Latinè & Græcè miræ eruditæ. Hæc libr. 2. Epistolarum suarum, Deus nos, inquit à medijs flammis eripuit: cùm vrbanas etiam ex hostilibus nos admonuisset, vt ex vrbe exiremus, priusquam ab omni parte arderet. Cui parentes, exiuimus spoliati & nudati omnibus: ita, vt ne obolum quidem licuerit efferre. Imò in medio foro, nobis vestimenta detracta fuerunt. Neque mihi quicquam, præter lineam tunicam, relictum fuit, quo corpus tegerem. Cùm verò ex vrbe essemus egressi: capiebatur ab hostibus maritus meus: neque eum vel minimo redimere poteram. Et, cùm eum ab oculis abduci viderem: lacrymis & gemitibus ἀκαλύτοις Deum comprecata fui: qui statim illum liberum ad me remisit. Hamelburgum versus iter habere capimus: quo ego vix perreptabam. Abest enim oppidulum tria milliaria Germanica à Suinfordio. Inuitique ciues illius oppidi nos recipiebant: cùm esset eis interdictum, ne quenquam nostrum hospitio acciperent. Ego autem inter pauperculas videbar omnium mendicarum esse REGINA. *Olympia Morata, Itala doctiſſima.*

„ *In illud oppidum introij nudis pedibus, capillis passis, veste concisa: quæ ne ipsa quidem erat mea:*
„ *sed à quadam muliere mutuò mihi data. Incidi ibi etiam in febrim, &c. Tandem Deus respe-*
xit ipsos. Comes enim Rineccensis, & Comites Erbacenses, eos prolixè acceperunt. Et Grunb-
lerus postea in collegium Heidelbergensis Academiæ, publicè artem Medicam profitendi causâ,
cooptatus fuit.

Venationis liu. *Erant controuersiæ inter R. Ferdinandum, & Christophorum D. VVirtembergiæ, de Ve-*
natione in Hohenbergensi nemore. De ijs decretum est & factum Ebingæ Octobr. 4. ab vtrinsque
partis commissarijs: vt amicè transigerentur Rotemburgi ad Nicrum, die Dominico post Er-
hardi: interim neutra parte venante, offensionis vitandæ causâ. Subscripsit F. G. Z. Zollern
vnd Sigmaringen: *Georgius Spat, Capitaneus Constantiæ: VVilhelmus de Massenbach, Ma-*
rescalcus: & Ioan. Caspar de Anweil.

In VVirtembergia, vterq; delectorũ ordo (beyder außschuß) *maior & minor, ordinatus est.*

In Tybingensi Academia.

Tybing. Acad. *Rector æstiuus 141. erat Nicolaus Varenbuler, V. I. D. & Canonici Ordinarius.*

Inscripti. Laurentius Schlehenried, V. I. D. Professor publicus, Maij 8. Bruno Seidel Er-
fordiensis. Seruatius Ehinger Vlmensis. Victor, & Ioan. Iacobus, Felini, Augustani, Iun. 2. Clau-
dius, & Guilielmus, & Ioannes, à Montfort, Burgundi, fratres. Claudius Boguetius, eorum
præceptor.

Rector 142. hybernus Leonhardus Fuchsius, M. D. per totum annum.

Inscripti.

Melchior Munsterus Beschkaimensis, Ian. 26. Nicolaus VVieland Vaihingensis. Inscri-
Caluam migratio Academiæ. *ptus Caluæ, per Vice Rectorem D. Iacobum Beurlinum. Migrauerat enim Academia, propter pe-*
stem Tybingæ. Philippus Heerbrandus Gieng. Iacobi frater. Ioannes Philippus Brassicanus
Viennensis.

Decanus artium. M. Ioannes Hiltebrandus. 2.

Magistri Renunciati. Samuel Hailandus Basilienses, Ianu. 31. Hodiè adhuc, Ethicæ pro-
fessor, & illustris stipendij Ephorus. Samuel Eisenmanger Brettanus. Postea, Mathem. profes-
sor. VVirichus VVieland Vaihingensis. Nicolaus Mægling Tybing. pridie S. Iacobi postea Med.
Doct. Martinus Claßius Stutgardianus. Aaron Mang Vlmensis.

Coniugia, Augustæ. *Nuptiæ hoc Anno, Augustæ. Gregorij Schræteri D. & Barbaræ Langenmantelinæ, Ian.*
30. Ioannis Georgij Baumgartneri (qui fuit Baronis filius, & Dauidis frater) & Annæ de Kay-
nach, April. 9. Samelis Hainzelij (qui erat Ioannis Baptistæ & Pauli frater) & Barbaræ VVi-
serinæ, Octobr. 24.

Memmingæ nuptias 20. Augusti celebrarunt cum duabus virginibus Tetticouerinis, sorori-
bus: Adolfus Occo Augustanus, Med. Doctor, cum Anna: Dauid verò à Kirch Lindauiensis,
cum Sabina.

MORTES.

Stutgardiæ, & Iun. obijt Onophrius Grempius, anno ætatis 67.

Achillis Gassari filiolus. *Augustæ obijt filiolus D. Achillis Gassari Lutherus: qui sic apud Bruschium in M. Script.*
loquitur.

Hac ego sub gelidâ iaceo tellure Lutherus:
Non is quem vidit Saxonis ora virum:
E cœlo missum postremæ ætatis Heliam:
Quo Duce prostratus iam propè Papa iacet:
Sed puer, egressus primi vix vltima lustri
Tempora: at hac magno natus in vrbe viro.
Is GASSARVS erat, prænomine dictus Achilles:
Historicus, Vates, cosmographusque bonus.
Mater erat veneranda, & honesta: & fœmina formæ,
Mentis, & ingenij, nobilitate potens:
Anna Maria, secunda parentis & aurea coniunx:
Patricio ad nostrum sanguine nata Lycum.
Cuius post superos, prima hæc domus, atque maritus,
Proxima viuificans Musica, cura fuit, &c.

Obijt

Obijt Xystus quoque Betuleius Augustæ.

CHRISTO SACRVM.

Qui locus insigni vidit cum laude decentem,
Xystum Betulium: nunc tegit ossa viri. Betuleius.
Ingenium, mores, doctrinam, Scripta per orbem
Cognita testantur: spiritus astra tenet.
Ille quidem luctum patriæ, doctisque bonisque
Liquit: at haud similem liquit in orbe sui.

Vixit Annos LIIII. Menses III. Dies XXVI.

Gymnasio Augustano præfuit Annos XVI.

Obijt autem XIII. Calend. Iulij. Anno M. D. LIIII. Iohannes Baptista & Paulus Heintzelij, fratres germani Præceptori benè merito F.C.

Irrepsere vitia hoc tempore in vestitus ratione, passim per Germaniam: vt, circa 1554. annum caligæ follicantes, ad talos vsque dependentes: circa 1570. pugionum vaginæ cum extremo munimento nodosq; tanto: vt caput ijs ferè pueri adæquaret. Pertæsum intra paucos annos est huiusmodi vanitatis. Hodie verò, etiam à multis annis, magna indusiorum collaria linea, vel torques, vbique in vsu sunt: cùm olim colla Germanorum, sicut adhuc hominum in Asia & Africa, nuda essent. Hodie denique, circumquaque latè expansi pilei inolescunt. Dominus det nobis mentem sanam. Vestitus vitia. Stattliche Pfifferlinge.

Finis Vndecimi libri, in tertia parte Annalium Sueuicorum.

MARTI=

MARTINI CRVSII, GRÆCÆ ET LATINAE LINGVAE IN ACADEMIA TYBINGENSI PROFESSORIS, ANNALIVM SVEVICORVM, in tertia parte, Liber Duodecimus.

Nihil opus est, pluribus argumentum huius libri annotare. Perspicuum enim est ex argumentis singulorum capitum. Satis est, indicari: hunc librum, totius operis postremum, habere permultas & varias res, Ecclesiasticas & Politicas, sub imperijs horum Cæsarum, in Sueuia & alibi gestas: Caroli V. Ferdinandi I. Maximiliani II. & Rudolphi II. Inesse multa Tybingensia, & alia Sueuica. Præterea, Belgica, Gallica, Anglica, & Hispanica: vsque ad annum 1594. Igitur ad explicationem singulorum accedamus.

COMITIA AVGVSTÆ CAROLI V. IMP. POSTREMA. TRADIDIT is Belgium, & Regna cætera, Philippo F. Academiæ Tybing status, & migratio. Petrus Asotus Dillingæ. Matrimonia clarorum hominum Augustæ. Obitus clarissimæ fœminæ, Olympiæ Moratæ Ferrarien sis: & viri eius, Andreæ Gunthleri Sueuofordiani.

CAPVT I.

Comitia Augustæ, Caroli V. postrema.

ANNO 1555. *Augustæ Comitia habebantur à R. Ferdinando, nomine Cæsaris: vbi Febru. 5. quamuis adhuc pauci Principes adessent: causam vastationis Germaniæ attribuebat Religionis: & existimabat, remedium adferri posse per colloquia Theologorum. Agebat etiam de iuuandis auxilio, afflictis ordinibus: & perturbationibus otij publici, coërcendis. Sleid. lib. 25. Durauit hic conuentus vsq; ad mensem Septembrem. Ibi decretum tandem est factum: nemini propter Augustanæ confessionis Religionem, nec Principi, nec ciuitati, bellum inferendum esse. Vide Sleid. lib. 26. Interfuerunt inter alios. Otho Episcopus & Cardin. Augustanus, Volf. Abbas Campidonensis, Christoph. Dux Virtemberg. Carolus & Philibert. Marchiones Badenses. Filius Cæsaris Philippus, in his Comitijs aliquot certamina equestria & pedestria, pulchra & delectabilia, peregit.*

Qui Philippo F. Belgium, & cætera Regna, tradit.

Imperator Carolus, ætate, & rerum mole, defatigatus: statuimus, inquit, propter inualetudinem nostram, labores, & profectionum molestias, Regna nostra Hispanienses reuisere: & reliquum vitæ, cum tranquillitate peragere. Quapropter filio nostro Philippo charissimo, Regi Angliæ & Neapolis: cùm per ætatem aptum gubernationi rerum Belgicarum videamus: cedimus libera voluntate & potestate, omnes terras citeriores: Ducatus, Marchionatus, Principatus, Comitatus, Baronatus, dominia, ciuitates, oppida, castra, arces, quæ ibi sunt: cum Regalijs, feudis, hominijs, allodijs patrimonijs, aduocatijs, redditibus, prouentibus, confiscationibus, mulctis, pertinentijs, & appendicijs ipsorum omniũ iure, &c. Actum in ciuitate nostra Bruxella, 25. Octobr. 1555. Cæsar postea filio etiam tradidit Hispaniam, Siciliam, Sardiniam, Baleares insulas, Americæ & noui orbis dominicatum, cæterasq; regiones: reseruatâ sibi tantum M.C. coronatorum pensione, ad suos & comitum vsus.

In Academia Tybingensi.

Tybing. Acad.

Die S. Lucæ, Rector 143. Lectus est Martinus Frechtus, S. Literarum Licentiatus, & earundem Professor.

Inscripti in Album Vniuersitatis, inter alios multos. Daniel Fuchsius Tybing. D. Leonhardi F. April. 10. Aurelius Augustinus Curio Mont Calereanus. Laurentius Frisæus Rotenburg. ad Tubarum, April. 27.

Decanus Philosophicus. M. Ioannes Mendlinus iterum.

Renuntiati Magistri, inter plures: Ioannes Brastperger Vracensis, 12. Calen. Febru. Ioan. Vvernherus Cnoderus Stutgardianus. Post hanc promotionem, Facultas artium cum suis Dis-

Discipulis concessit Caluam, propter pestilentiam Tubingæ orientem. Docebat Georg. Liebler in arce. Facultas Philosophica, Caluæ.

Caluæ pridie Cal. Aug. creati.

Martinus Hofstetter Canstattensis. Ioan. Iacobus Heroldus Halensis. Bernhardus Brentius VVilensis. Iosua VVolfhart VVaiblingensis.

Hoc anno cùm iam Academia Dillingensis fundata esset ab Episcopo Cardinale Othone, concessu Papæ Iulij 3. eò profectus est Petrus Asotus Hispanus, cum alijs: qui Cæsari Carolo quadriennium à confessionibus fuerat. Is contra Articulos confessionis, quam Dux VVirtemberg. Christophorus in Concilio Tridentino exhibuerat, scripsit: & id scriptum ipsi Duci, dedicare ausus est. Quod deinde Ioannes Brentius copiosè refutauit. Episcopus autem Vergerius, Italicè conuertit: vt ei nationi etiam paterent illius Hispani impostura contra S. literas. Asotus, Dillingæ.

A Comite VVirtemberg. Georgio, 10. (al. 13. Sept. in Alsatia Reichenweirę celebrantur nuptiæ, cum Hassica Landgrauia Barbara: præsente Duce Christophoro VVirtembergensi, VVilhelmo Landgrauio Hassiæ, alijsq; multis proceribus & nobilibus. VVirtemb. Georgij nuptiæ cum Barbara Hassiaca.

Nuptiæ Augustæ Rhætiæ.

Ludouici Langa VVeri Iurisc. & Felicitatis Heelinæ, Maij 13. Philippi VVursingi Medici, & Catharinæ Pfleurinæ, Iun. 17. Baltasari Trautsoni Baronis, & Susannæ Fuggerinæ, Iul. 29. Timothei Iungij Iurisc. Cæsarei Consiliarij, & Helenæ Breuninæ. VVolf Dieterichi Baronis Hardeccij, & Reginæ Fuggerinæ, Aug. 4. Augustana matrimonia.

Ioannis VVelseri (Præfecti vrbi, loco Marci Fuggeri) & Catharinæ Remboldinæ, Oct. 14.

Alberti Reiffenstainij, & Magdalenæ Sigmarshenserinæ, Nouemb 10.

Anno 1555. Octob 9. quadrante horæ post secundam pomeridianam, natus est Vlricus iunior, Comes Helffenstainius, Vlrici senioris F.

Ad eundem annum ponit Munsterus Frobenium Christophorum, Comitem Cimbrensem: & vxorem Kunigundem, Comitem Eberstainiam. Inde liberos: Annam, Leonoram, Apolloniam, VVilhelmum 1563. Iohannam, Kunigundin, Sibyllam, & Mariam.

De mortuis quibusdam. Stutgardiæ, in Templo Parochiali.

Doctissimo, ac sinceræ Religioni deditissimo viro, pientissimoq; Ducali Præceptori, M. ICHAELI TIFFERNO Illyrico: monumentum hoc pietatis ergò positum. Vixit annos LXVII. Anno Christi M. D. LV. mense Aprili sepultus. Tifferni mors.

Caluæ, ante chorum Templi.

Pia & honesta matrona, Magdalena, Reisarij filia: M. Matthiæ Garbitij Illyrici, Græcæ linguæ, Tubing. hîc ritè in Christo humata, piè defunctorum perfruitur quiete. Obijt anno Domini M. D. LV. Iulij 5 ætatis suæ 34. S. I. C. D. M. M. G. I. F. F. Interpretor: Sanctè in Christo defunctæ, M. Matthias Garbitius Illyricus fieri fecit.

In Thermarum ferinarum suburbano Templo

A. 1555. obijt nobilis Veltin Schatt von Engelsdorff/ Freytag nach Viti/ Iun. 21.

Phorcæ. An. 1555. die annunt. Mariæ obijt nobilis & strenuus D. Christophorus ab Habsperg, eques. Vicarius vel locitenens Phorcensis, anno ætatis suæ 67. In Choro Monast. Dominicanorum. Carolus Marchio Badensis, Friderici Palat. Rheni, Ducis Bauariæ, filius trimus, 11. Septemb. mortuus. In Choro collegij S. Michaëlis.

Octob. 26. moritur vesperi horâ quartâ, Heidelbergæ, Olympia Fuluia Morata Grunthlerina: quæ postridie honorificè in cœmeterio S. Petri sepulta est: sicut ex literis Ioannis Geisselbachi, quas ad D. Laurentium Frisæum Tybingam dederat, ego 26. Septemb. 1559. cognoui. Olympiæ Moratæ obitus.

Andreas Grunthlerus Cælio S. Curioni suo S. P. D.

Vide, te quæso, ornatissime mi Cæli: quam modis omnibus Deus me affligat: cui post deletam patriam, ereptæ bona, extinctos amicos, & propinquos fermè omnes: tandem etiam charissimam vxorem abstulit: qua solâ adhuc superstite, videbar omnia cætera posse moderatè ferre, &c. Vixit mecum non totum quinquennium: neq; animum magis sincerum & candidum, neque mores probiores sanctioresq; vidi vnquam, &c.

Quomodo ea vitam finierit.

Iam igitur (post diuturnam & assiduam febrim) cùm è somno paulò antè experrecta esset: visa est

visa est mihi, nescio qua dulcedine, læta, clanculum ridere. Accessi propius: &, quid nam tam suauiter rideret, interrogaui. Videbam (inquit illa) modò in quiete locum quendam, pulcherrimæ clarissimaq; luce refertum. Cumq; plura præ imbecillitate proloqui non posset: Age (inquam ego) bono esto animo, mea vxor: in illa pulcherrima luce tu habitabis. Subridens iterum, annuit capite: & paulò pòst, Tota, inquit, sum læta. Nec plura deinceps locuta est: nisi cùm iam tam oculorum acies hebesceret. Vos quidem, inquit, vix amplius agnosco: omnia autem cætera mihi videntur plena esse pulcherrimis floribus. Et hæc quidem postrema illius fuit oratio. Non multo enim pòst, quasi dulci quodam somno oppressa, efflauit animam: cùm iam per dies aliquot, magna assueratione sæpius affirmasset: se nihil aliud magis cupere: quàm dissolui, & esse cum Christo, &c.

Parentes eius. Annos nondum vixerat XXIX. Reliquerat matrem Ferrariæ, in Italia, Lucretiam: & in Germania, fraterculum Æmylium. Pater verò Fuluius Peregrinus Moratus Mantuanus, iam obierat, vir doctissimus. Didicerat Græcè primùm in patria, à Chiliano Sinapio Medico: sicut ipsa scribit his verbis ad eum: ὅτι ἐγὼ παρὰ σὲ τὸ πρῶτον τῆς ἑλλάδος φωνῆς ἐδ ἐσοχέσθαι, καὶ τὴν ἀρχὴν, παρελάβον. Andreas autem Grunthlerus Sueuifordianus, iuuenis doctissimus, Ferrariæ, Medicam Lauream assecutus, eam in matrimonium, & in patriam suam Schwvinfordiam, duxerat: nec diu postea dilectæ vxori superstes fuit & iuxta eam sepultus est, vt & Æmylius frater. Quoties habui in animo, ad illam Græcè scribere! Distuli, satis temporis adhuc fore credens. Interea mihi præreptæ est ἠδωμαχοία. Composuit Grunthlerus cantionem 4. vocum εἰς κώτην, patheticam & suauem: Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum.

Venetijs quantus hominum numerus. Quia in doctissimæ Italæ commemorationem & mortem incidi: etiam ponam, quot homines eodem hoc 1555. anno, censu habito, Venetijs viui inuenti sint, ὡσανεραινεὶ σὺ μικροκόσμῳ.

Viri 48333. Fœminæ 55412. Iuniores à 6. vsq; ad 20. annos, 49923. Monachi 2688. Monachæ 2580. Iudæi 923. Summa 159859.

Eodem 1555. anno, Cimbrensis Comes, VVildenstaini dominus, Godfridus VVernerus, obiit. Cui nupta fuerat Hennenbergia Comitissa Apollonia.

Bucerus & Fagius. In persecutione Anglica, Buceri & Fagij cadauera, quadriennio antè mortuorum, effossa & cremata sunt, Febr. 16 sed sine sensu doloris.

MIRA QVÆDAM, IN NATVRA. EMENDATIO MARCHIONIarum Badensium Ecclesiarum. Illustriss. VVirtemberg. & Mompelgard. Domini Friderici nativitas. Acad. Tybingensis. Monasticæ Scholæ in VVirtembergia. Abbas Hirsaugiæ, Ludouicus. Hieron. VVolfius Oeting. Nuptiæ & mortes quorundam. Caroli V. resignatio Imperij ad Ferdinandum.

CAPVT II.

ANNO 1556. Ian. 4. in pago Oberhausa Episcopatus Dillingensis, vitulus cum duobus tùm posterioribus pedibus natus est. Corpore tamen erecto currens, celeritate vitulos omnes facilè superabat. Lycosth.

Cœlibiatus. Ianu. 11. Augustæ, cœlum se aperuit, tanquam fissum. Vnde multi se Deo commendabant, tanquam extremo die oriente. Ibi paulò pòst, Macheropæi cuiusdam vxor, spe ampliss. præda, in suis ædibus Mercatorem quendam sclopo interfecit. Secutæ sunt aliæ quoq; cædes: de quibus apud eundem Lycosthenem & Iobum Fincel. part. 3.

Sub initium Martij, Cometa conspectus est, vsque ad medium Aprilis. Inde, magnus calor secutus.

Vngnadius Ioannes. Generosus D. Ioannes Vngnadius, Baro Sonnetcensis, 20. Mart. Mansfeldum profectus, sponsalia cum generosa Magdalena, Comitis VVolfij Barbeiensis filia, 13. April. egit: & nuptias 1. Iul. apud Barbetum celebrauit. Cyriac. Spangenberg. Vixerunt sequenti tempore Vraci, & apud nos Tybingæ, illustri pietatis & amoris coniugalis exemplo: ille senex, hæc iuuencula.

Dux VVirtemberg. Christophorus, cum alijs deputatis, Iudicium Cameræ reformauit, initio Maij.

Badensium Ecclesiarum reformatio. Iunij 1. exiuit Ecclesiastica ordinatio, Augustanæ confessioni conformis, Pforzhaimio nomine March. Caroli Badensis, omnes suas Ecclesias reformantis. Quam ad rem vsus est opera Doctorum Theol. Iacobi Andreæ & Iacobi Heerbrandi, VVirtembergensium: ac Maximiliani Mærlini, Superintendentis Coburgi: Simonis denig; Sultzeri Basilien sis. Beuther.

Friderici, VVirt. & Mompelg. D. natalis. Iulij 11. nascitur illustrissimus Princeps, Comes VVirtembergiæ & Mompelgardiæ, Fridericus: qui hodie apud Mompelgardenses, &c. dominatur.

Aug.

August. 27. mediâ decima antemeridiana, in arce Stutgardiana, Duci Christophoro filius Maximilianus natus est. Susceptor eius fuit ex S. lauacro, qui venit Bruxella à Cas. Carolo, 30. Augusti mensis Stutgardiam, Maximilianus Archidux Austriæ, Rex Bohemiæ, cum sua coniuge Maria, Caroli Imper. filia, Regis Hispan. Philippi sorore, ipse Regis Ferdinandi F. Affuerunt S. ablutioni, pater Christophorus, & auia Sabina Eberhardus & Ludouicus Duces, atq; sororcula 5. teneræ. Præterea, Ioan. Philippus Rhingrauius, Comes Sebast. Helffenstainius Henricus Pincerna Lympurgensis, Baro Hevvensis Albertus Arbogastus & alij nobiles. Obijt verò infans 1557. Mart. 17. & postridie Tybingam vectus, in choro Templi, terræ mandatus est. VVirtemb. Maximilianus, natus.

Administratio Scholæ Tybingensis.

Maij 1. Rector 144. designatus est Iacobus Capelbeccius, V. I. D. Schola Tybing.

Inscripti. Rupertus Dyrr Schorndorffens. Theol. D. Zacharias Ezzelius Nußdorffens. Michaël Hilmar Bietighaimens. Ioan. Sebast. à Zedvvitz in Liebenstein.

Octob. 18. Chilianus Vogler, V. I. D. Rector 145.

Inscripti Gabriel Vollandus Tubingens. Octob. 31. Christoph. Rid Meßingens. Febru. 24. Henricus Besserer Memmingens. Ioan. VVilhelmus à Neuhausen. Christophorus Hermannus Kirchensis.

Decanus Philosophiæ. M. Georgius Lieblerus.

Magistri Caluæ 12. Febr. declarati. Ioannes VVieland ex Hala Sueuorum, Guilelmus Bidenbach Brackenhaimens.

Reuersa est Facultas Tybingam mense Martio. Magistri 12. Aug. renunciati. Ex quibus:

Christophor. Cuno Stutgardianus: Georgius Hamberger Dinckelspuhelens. Doctor Iuris Melchior Volmarus Rufus, qui Græcas & Latinas literas, διακοσίοις φλορήνοις κατ' ἔτος vtiliter docuerat, senio morbisq; confectus, missionem petens à Senatu Academico, consecutus est. decretis liberaliter ei, vt optimè merito de Schola, in reliquum vitæ tempus, quotannis centum Florenis. Melch. Volmarus.

Institutæ sunt hoc tempore Scholæ in VVirtembergensibus Monasterijs: in quibus pro indoctis Monachis, iuuentus ingeniosa erudiretur ad veram pietatem, & vtilem rei Christianæ doctrinam. Hirsaugiam itaq; vocatus est, ob eam causam, M. Henricus VVeickersreuter, Caluensis Ecclesiæ Pastor: qui postea factus est Theol. Doctor, & huius Monasterij Abbas, vt suo loco cognoscetur. Scholæ Monasteriorum in VVirtembergia.

Defunctus est hoc anno Abbas 43. Ioannes: cuius Epitaphium hoc est.

A. Dom. M. D. LVI. obijt pius in Christo pater, Iohannes Schulteti, Abbas huius Monasterij, natus de Bietigheim: qui regnauit triginta annis. Et sub illo PICTVRA huius Templi incepta & finita est. Tandem est mortuus & sepultus, hîc in medio Ecclesiæ. Cuius anima requiescat in sancta pace. Amen. Die 13. Decemb. Hirsaugiæ Abbates.

Successit in locum eius 44. Abbas, hoc 1556. anno, Ludouicus Stutgardianus. Relicto is Monasterio An. 1534. in patriam se, ad vitam priuatam, receperat. Cùm autem plurimos annos conuentualis, adeoq; Prior, fuisset: supplex est factus Principi, Abbatiam petens. Optato igitur responso accepto: Abbatem vsq; ad 1560. egit: & 18. Aug. obdormiuit. Epitaphium ei sculptum est in medio Templi, è regione suggesti.

Reuerendus huius Monasterij Abbas, Dominus Ludouicus Velderer, Stutgardiæ natus parentibus honestißimis: Georgio Velderer, & Margareta Seckachin: in Christo moritur anno M. D. LX. die XVIII. Aug. ætatis suæ LXXXIIII.

Obijt VVaiblingæ 11. Ian. 1556. Comes Henricus de Castel: natus patre Henrico de Castel, & Elisabeta Helffenstainia. Habitabat, vt Præfectus, pater Henricus in arce Schorndorffensi: Ducisq; deinde Ludouici tutor, dum is adolesceret, cum alijs fuit, Duce Christophoro mortuo atq; Administrator Ducatus esse iussus est, ab anno 1569 vsq; ad 1575. Inter Vlmam & VVirtembergiam, transactio quædam de iure venandi circa Haidenhaimum, facta est.

Augustæ, Cal. Septemb. Hieronymus VVolfius (Isocratis, Demosthenis, & aliorum Græcorum Scriptorum, interpres Latinus) docendi initium in Schola Annæa fecit. Tunc tantùm 193. Discipuli, in ea erant. Hieron. VVolfij, Augustæ docens.

Connubia Augustæ.

Doctoris Iuris Melchioris Heintzelij, & Reginæ Vlstetinæ, Nouemb. 4. erat is Christophori Heintzelij cæci frater: ad Ioannem Bapt. Heintzelinum, & fratres, nihil pertinens. Nuptiæ ibidem.

Vlrici VValtheri (qui erat vxoris Doctoris Nicolai Vambyleri frater) & Annæmariæ Krafftterinæ, Nouemb. 25. Fuit ille 1582. consul: & post contentionem de Calendario nouo, muneri excusatione valetudinis renuntiauit.

Caroli Imp. literæ ad ordines Imperij, breuiter.

Carolus Quintus, diuinâ clementia Romanorum Imp. Augustus, vniuersis & singulis Electoribus atq; Principibus, tam Ecclesiasticis, quàm secularibus: Prælatis, Comitibus, Baronibus, equitibus, Nobilibus, Capitaneis, Vicedominis, Præfectis, Vicarijs, Magistratibus, Iudicibus, Burgimagistris, Consulibus, communitatibus, alijsq; sacri Imperij subditis, & fidelibus dilectis: lecturis, aut legi præsentes audituris: amicitiam, gratiam & omne bonum. Reuerendissimi, venerabiles, illustres amici, & cognati charissimi: similiter generosi, nobiles, & spectabiles, deuoti & fideles dilecti. Cùm multis causis moueamur: præsertim ætate, & continua infirmitatis molestia: omnibusq; viribus corporis ad obeundas res necessarijs, destituti simus: & serenissimo Principi, Regi Angliæ & Hispaniæ, Regna nostra tradiderimus, & velificaturi in eam simus: ideo, ne Respubl. Christiana, maximè S. Imperium, detrimentum (quod Deus auertat) patiatur: volumus & constituimus, vt serenissimus & potentissimus Princeps Ferdinandus: Rex Rom. Hungariæ, atque Bohemiæ frater noster charissimus: vt legitimus Rom. Rex, habeat absolutam potestatem agendi: quæcunq; ad dignitatem, commodum, aut augmentum S. Imperij, necessaria videbuntur, &c. Ideo vobis mandamus, vniuersis ac singulis, pro potestate Imperiali sub grauissima indignatione & pœna: vt ei fidelitatem ac obedientiam præstetis, &c. Datæ sub impressione sigilli nostri, Sudburgi in Zelandia, VII. die Septemb. M. D. LVI.

Ferdinandum fratrem pro se Carolus Imp. Cæsarem cõstituit.

Paulus 4. Pont. hanc Resignationem non probabat, quod sibi facta non esset: sed successor eius, Pius 4.

Obierunt præter suprà dictos etiam hi, hoc 1556 anno.

M. Frachtij obitus.

1. *Tybingæ, Martinus Frachtus, Septemb. 14. in Templo S. Georgij sepultus.*
2. *Stutgardiæ, Ianu. 20. die Lunæ,* die Edel vnd Tugentsame Fraw Veronica/ *Baltasari Eislingeri vxor, nata ex Langemantelijs.*

Sperberseck.

3. *Nyrtingæ, Aug. 2. nobilis & constans Ioannes à Sperberseck. Resurgat ad vitam. Vxorem habuit Sibyllam Thumminam à Neuburg.*
4. *Herrenalbæ, Abbas 19. Georgius Peissius vel Tripelmannus Tybingensis, Mercklingæ humatus. Successit ei 20. Abbas, Philippus Degen Vracensis.*
5. *Halæ, nobilis & clariss. Iuris vtriusque Doctor, Philippus Ehrer,* mit dem Bärn/ *Nouembr. 29.*

Sleidani mors.

6. *Argentinæ, Ioannes Sleidanus Historicus, morbo epidemio, 13. Octob. ætatis 50.*

MARCH. ALBERTI OBITVS. COMITIA RATISBONENSIA. COLloquium VVormaciense. Νικόλαος καλῆς, ἕλλην. Gymnasium Tybingense. Bellum inter Reges, Hispanum & Gallum. Nuptiæ & obitus quorundam.

CAPVT III.

Alb. Marchio obijt.

ANNO 1557. Ianu. 8. Albertus Brandenburg. Marchio: cùm sæpius ab hostibus suis victus, tandem in exilium pulsus fuisset: Pfortzhaimi mortuus est (anno ætatis suæ 35.) apud affinem suum Marchionem Carolum Badensem & Hochbergensem. Sepultus est 10. Ianuar. ibidem in Templo S. Michaëlis. Adfuit ei Doctor Iacobus Heerbrandus: qui discessum eius ex hac vita pium, & cætera omnia scripto Germanico declarauit. Natus fuerat ex Marchione Casimiro, & Susanna Bauara.

Comitia Ratisbonæ.

Comitia sunt celebrata Ratisbonæ: quibus inter alios intererant: Episcopi, Georgius Bambergensis, Melchior VVirceburgensis, Eberhardus Aichstettensis, Otho Augustanus, Georgius Ratisbonensis. Principes, Albertus Bauarus, VVolfg. Palatinus, Ericus Brunsuicensis, Christoph. VVirtembergensis, Philibertus Badensis, Ludouicus Landgrauius.

Colloquium Theologicum VVormaciæ.

Mart 11. Decretum vel Recessus comitiorum, recitatus est, vt moris, palàm: de pace Religionis, de colloquio Theologorum VVormaciæ habendo, de auxilio contra Turcam conferendo. Eius colloquij initium VVormaciæ est factum mense Septembri: præside Iulio Pflugio, Episcopo Numburgensi. Collocutores, Pontificij: Michaël, Episcopus Mersburgensis. Delphius, Suffraganeus Argentinensis. Canisius, Staphylus, & duo Theologi Louanienses. Augu-

Augustanæ Confessionis: Philipp. Melanchthon. Erhardus Snepfius, Professor Ienensis. Ioannes Brentius, Stutgardiâ. Iacobus Rungius, Pastor Gripsvvaldens. Georgius Cargius, Anspachensis. Ioan. Pistorius Nidanus.

Notarij ex Euangelicis.

Paulus Eberus, & Iacobus Andreæ, pastor Gœppingensis.

κριτήριον, vel Norma, Pontificiorum.

Perpetuus Ecclesiæ consensus.

Euangelicorum.

Prophetica & Apostolica Scripta, atque Symbola. Pura etiam Scripta Ecclesiasticorum.

Nullum autem effectum habuit id colloquium: quòd de Criterio non conueniret: dissensioq́ inter Lutheranos de Adiaphoris rebus orta esset. Ita occasio colloquio abrumpendo data est, pontificijs non inuitis. Bucholc. & Beuther.

Viuebat eo tempore nobilis quidam Gœppingæ, Ioannes de Liebenstein, papista. Qui etsi 8. annos audiuerat ibi concionantem Doctorem Iacobum Andreæ: semper tamen Missificem secum tenuerat: expectans, quando tandem decisio de Religione fieret. Cùm verò audiret, nihil in hoc colloquio effectum esse: Pontificiosq́ dicere: Scripturam non esse vocem Iudicis, sed materiam litis: valde ipse ægrè ferens, illos nolle Scripturas Iudicem, mox reformandam ad Euangelium curauit Ecclesiam suam. Liebenstainius Ioannes.

Mart. 28. mecum erat Memmingæ Nicolaus Kali Græcus, ex oppido Misseniæ Peloponnesi Corone oriundus: sed in Siciliæ vico ταυρομένι habitans: postquam scil. Imp. Carolus V. Græcos ex illa peninsula in Siciliam transtulerat. Quærebat λύτρον, quo se, matrem, fratres duos, & sororem, à Piratis Afris captos, redimeret. Habebat literas commendatitias à Præfecto Messanæ Antonio Rocæ. Loquebatur Italicè, & quædam Latinè, ac vulgariter Græcè. Græcus Nicolaus Calæ, Memmingæ.

April. 19. agebamus progressiones Scholasticorum (sicut quotannis) in Schola Memmingensi: recitabantur leges: præmia dabantur primis: declamabat Magnus Michaël, Magni Concionatoris F. Lat. & Græcè: cantabatur Musicè. Schola Memmingensis.

Per æstatem Rector 146. Scholæ Tybingens. erat Michaël Rucker, Med. D. Acad. Tybingana.

Inscripti. Ioannes Musius Gedenensis Prutenus. Georgius Ostermaier Coronensis Transyluanus. VVilhelmus Holder Marpachensis, Iun. 6. Eberhardus Schenck à VVinterstetten. Israël VVieland Vaihingensis. Octob. 7.

Rector 147. Iacobus Beurlinus, S. Theol. D.

Inscripti. Bernhardus Hugo VVolfachensis, Oct. 29. Frider. & Henricus Schytzij, Stutgard. Ioan. Schopfius Bernhausensis. Ioan. Schmid Memmingens. Ioan. Eggelspach Biberacens.

Decanus artium. Matthias Garbitius Illyr. 3.

Magisterij honore ornati. Gallus Etschenreuter Yberlingens. Paulus Phrygio Tybing. Ioan. Gerlach Beblingensis. Iosephus Feierabent Halensis.

Oratoriæ professioni, loco M. Pauli Calberi, doctissimi viri, præfectus est M. Michael Toxites: Poëta Laur. & Comes Palatinus.

Ad Poëticæ professionem conductus est Ioannes Secceruitius. Secceruitius.

Doctori Philippo, in Mathematica professione successit M. Samuel Eisenmenger, vel Siderocrates, Brettanus.

Augustæ matrimonia, hoc 1557. anno.

1. *Generosi Marci Fuggeri, & Sibyllæ Comitissæ Eberstainiæ, Mart. 1. Obijt ipsa 1589. in Septembri.* Augustanæ nuptiæ.

2. *Hieronymi Froschelij patricij Doctoris, & Vrsulæ Eheninæ. Fuit ipse, primò Syndicus Augustanæ Reipub. postea verò, nobilitatis Sueuicæ, vbi Kocheranus quadrans, Syndicus: hodierno verò tempore, Augustanæ ciuitatis aduocatus.*

3. *Sigismundi, Baronis à Lamberg, & Leonoræ Fuggerinæ, Decembr. 11.*

Bellum erat inter Reges, Hispanum Philippum, & Henricum II. Francum. Tunc 10. die August. ante vrbem Sanquintinum, Gallorum exercitus cæsus est: maiore ex parte Germanis interfectis. Ceciderunt permulti insignes viri. & capti sunt, præsertim ex gente Gallorum. Inter eos, Comes Albertus de Arbogast, Fridericus de Heben, Rex de Iuetot: & Comes Spiegelbergius, suæ stirpis vltimus. Le Roy de Iuetot, Der König von Tiffto / bey Roan in Normandia. Bellum inter Hispanum & Gallum RR. Spiegelberg. Iuetot Regnum; vel Tiffto.

Erectum fuit id Regnum 536. anno Christi, à Rege Childeberto, ob satisfaciendum hæredibus nobilis viri: quem in Sacro Missæ occiderat. Beuth. lib. 27.

Initio Octob. proficiscebatur Nicolaus de Pollweiler, cum 20. signis militum quos ex superiore Austria, Sueuia, & Alsatia, collegerat, per comitatum Burgundiensem, ad urbem Burgum versus. Sed cùm Francus Rex, post superiorem cladem animum & vires collegisset: Guisiusque Dux aduersus Pollweilerum tenderet: hic retrocessit in Burgundiam, militemque misit secit. Ibid.

Landau. *Obijt 24. Maij 1557. D. Ioan. Iacobus de Landau in Landau, eques: Iacobi, qui 1519. obierat, filius. Scribebatur, zu Landaw vnd Waal. A consilijs fuit Cæsari Maximiliano I. & Imp. Carolo V. & R. Ferdinando. Imperator belli fuit, quod Maximilianus cum Venetis gessit: atq; ad Vicentiam præliatus est. Legatus eius primarius fuit tunc Georgius Fronspergius, Baro & eques. Vxorem habuit Sophiam, natam ex familia Schenckiorum in Schenckenstain. Humatus est in Templo Vvaalæ, iuxta vxorem. Filium habuit, Iacobum de Landau in Landau: qui vitam reliquit 11. April. 1560. am grünen Donnerstag/ mediâ hora 8. antemeridiana. Vvaalæ sepultus, iuxta parentes suos, in Parochiali Ecclesia, sub chori altari.*

Nippenburgiæ Aguetu obitus. *Stutgardiæ obierunt. Nobilis & honesta matrona Agnes de Nippenburg, natu Zyvvifelina, vltimo Ianu. Fürstlicher Kinder zu Wirtemberg Hofmeisterin/ illustrissimæ progeniei Vvirtembergicæ educatrix: sepulta in parochiali Templo. Nobilis item vir Melchior Schaufus, Christo consisus, 20. Maij. Et in Leonhardino, honesta matrona, Anna Stabelina. 27. Decembr. Deinde 1577. mense Iunio, vir eius Ioannes Brollius. Scio, quòd Redemptor meus viuit: & in nouissimo die, de terra resurrecturus sum: & rursum circundabor pelle mea: & in carne mea videbo Deum. Iob. 19.*

Ein Oberschinbein/ im Rhein gefunden worden (da Hygelsheim/ vnd Mylberg) viermal so lang als nachgehend Maß.

IMP. XV. FERDINANDVS AVSTRIVS. Ein Armenischer Bilger. LEGITImæ natiuitatis testandæ ratio. Schola Tybing. & Vlmensis. Mors Imp. Caroli V. & aliorum illustrium atque clarorum hominum. Quorundam matrimonia. Perpetua namque in terris, γένεσις καὶ φθορά.

CAPVT IIII.

ANNO 1558. conuentus erat Electorum Francofordiæ. In quorum manus cùm Carolus V. Imperium 24. Febru. resignauisset: successit XV. post Hohenstauffensium Cæsarum interitum, IMP. CÆS. FERDINANDVS AVSTRIVS, P.F. Aug. qui imperauit

Cæsar 15. Ferdinandus. *A. 6. M. 4. D. 13. vt Onuphrius numerat.*

Armenius peregrinator. *Mart. 9. Memmingæ ad me veniebat peregrinator quidam, Armenius natione & Religione, Dauid Ciornis: qui fuerat Hierosolymis, & in Hispania apud Iacobum Compostellanum. Loquebatur Italicè. Dicebat, Armeniam parêre Persis. Vir procerus.*

VVirt. D. Vlricus, natus. *Maij 11. mediâ 10. antemeridiana, natus est Principi Vvirtemberg. Christophoro filius Vlricus. Compatres, minorum numeri Delecti. Obijt 7. Iul. eiusdem 1558. anni: & postridie Tybingam vectus, cum cæteris Ducibus humatus est.*

Baptizatorum puerorum in Codice inscriptio. *Eodem anno cœptum est prudenti consilio Tybingæ, inscribi statim in Ecclesia codice, puerorum baptismo initiatorum Christo, & suscipientium, nomina. Idem mos in toto Ducatu seruatur. Sic cuiq; suo tempore testimonium legitimi ortus petenti, mox facilè dari potest: etiamsi illi, qui nouerant, mortui sint.*

In Academia Tybing.

Acad. Tybing. *Vernus Rector erat 148. Nicolaus Varenbyler, I.V.D.*

In Album relati: Dauid Thoner Nœrdlingensis. Magnus Michaël Memmingensis, Iun. 5. Samuel Budina Carniolanus. Ioan. Iacobus Freiberger de Achstetten, Septembr. 1. Ioannes Iosnanius, Chilianus Draieuius, Martinus Strelezius, Stanislaus & Ioannes Pignozechij fratres, Nicolaus Rotcouius, nobiles pueri Poloni, Caronenses, & Premislienses, cum Præceptore Alberto Syluio, Septemb. 24.

Hyemalis Rector 149. Doctor Iacobus Schegkius. Inscripti.

Inscripti. Lud. Munsterus Bessicaimensis. D. Albertus & VVolfgangus ab Hohenlohe, fratres, Nouembr. 7. Paulus ab Hochfeld prope Argentinam. Barthol. Bertelinus, Bartholomæi F. Memmingensis.

Decanus Philosophiæ. M. Ioan. Hiltebrandus, 3.

Magistri renuntiati. Ioannes Brentius Halensis, Febr. 16. Samuel Neuheuser Esslingensis. Ioachimus Heckmaier Tubingens. Sebastianus Kienlin Tubing. Iul. 27. Erhardus Vollandus Tubing.

In Collegium Philosophicum recepti sunt. 1. M. Georgius Hizler Giengensis, Argentorato huc vocatus, vbi plures annos docuerat, mense Aprili. 2. M. Samuel Isenmangerille, Græca & Latina hic Mathematica docentes. G. Hizlerus.

Hoc tempore fiebat noua schola constitutio Vlmæ per Doctorem Lud. Rabum, S. Classium: Rectore M. Petro Agricola: cùm se munere hoc præceptor Gregorius Leonhardus, abdicasset. Post tempus Agricola Lauingam se contulit: eique Martinus Balticus successit, qui adhuc vtiliter præest. Schola Vlmensis emendatio.

Calendis Aug. Philippus Melanchthon M. Ioan. Fleischmannum commendauit literis, Coburgensem, Consiliarijs March. Badensis Caroli: vt hunc Orphanum is diutius in Acad. Tybing. sustentaret, vt dignum.

Obierunt.

1. *Carolus V. Imp. Septemb. 21. febri tertiana, in Hispanica Batica, in claustro S. Iusti, anno ætatis 58. liberis, Philippo Rege: deinde Mariâ Maximiliani I. Vngariæ & Bohemiæ Regis (postea Imperatoris) atq; Iohannâ, Regis Lusitaniæ, vxoribus, relictis: ex Isabella Lusitana conjuge natis. Naturalibus autem, Margarita, & ex Ratisbonensi puella Ioanne Austrio, genitis.* Caroli Imp. obitus.

2. *Maria, Caroli V. soror, Octobr. 18. olim Vngariæ & Bohemiæ R. Ludouici vxor: postea Belgij per aliquot annos Rectrix. Gubernatrix loco eius successit Margarita, Caroli Imp. filia: quæ nupta fuerat Octauio, Parmæ & Placentiæ Duci.* Mariæq; Reginæ.

3. *Maria, Regina Angliæ, R. Philippi coniux, Nouemb. 17. Cui successit Nouemb. 26. sua soror Elisabeta, Annæ Boleniæ filia, hodierna inclyta Regina, è carcere educta. Tunc, Pontificia religio iterum è Regno amandata.* Elisabeta, Regina Anglia.

4. *Generosus Michael Zalieski Polonus, Tybingæ ἀδίνων καὶ ἐπιτρόπων φονευθεὶς: Διὰ κύνα, ὃς αὐτὸν ἀφῆπασεν, ὃν ὅμως ἠγνόει λαχών. Longum in Sangeorgiano pendet Epicedion: ex quo, hæc.*

Corpore procero spectabilis altior ibat:
Pectoris eximijs, ingenijsque, bonis, &c.
Dumque domum repetit, charis digressus amicis:
Quos dulcis patriæ consociarat amor:
Luce palàm incursat, transfigens pectora ferro,
Insontemque (nefas) ebria turba necat, &c.

5. *Vlricus VVolfhardus, Med. D. clarissimus, Albani Senatoris frater, Memmingæ, April. 26. anno ætatis 62. relictis inter alios filijs: Bartholomæo Med. & Vlrico V. I. DD.*

6. *Georgius, Comes VVirtemberg. & Mompeligard. quando profectus erat cum vxore Barbara Bipontem: visendi affinis VVolfgangi, Comitis Palat. causâ: minus bona vtens valetudine. Paucis ergo diebus post, decumbens in lecto, inter alios Psalmos etiam 67. Psalmo (Deus miseretur nostri) cantato, piè placideq; expirauit: ac Iul. 19. in Templo illius oppidi sepultus est.* Georgij VVirt. & Mompel. mors.

7. *Pfortzæ sepulta, Illustrissima Domina Kunigundis, filia Casimiri, Marchionis Brandenburgici: vxor Caroli, March. Badensis. Obierat, ab Onolitzpacho Phorcam reuertens, Gamundæ Sueuorum 3. Kal. Mart. 1558. anno ætatis 34. Fuerat religionis & virtutum studio præstantissima Princeps. Humata iuxta fratrem Albertum.*

Iul. 12. nobilis decessit Bernhardus VVidergrien de Stauffenburg.

Denig; natali Christi, nobilis Maternus de Osburg, Marchionis Caroli Capitaneus.

8. *D. Erhardus Sneppfius, 1. Nouemb. Ienæ, ætatis 63. defunctus est.*

9. *Melchior Zobel. Episcopus optimi nominis, Herbipolensis, Ostrofranciæ Dux. April 15. in sua vrbe sclopo ab insidiatoribus 15. confectus, manu Christophori Kretzeri, ministri VVilhelmi à Grunbach. Percussor, altero anno Augustæ proscriptus in comitijs est. Qui in Lotharingia captus, & VVirceburgum versus abductus: noctu, custodibus dormientibus, laqueo sibi gulam præfocauit.* ἐπ' αὐτοφώρῳ κακὸν ἔργον.

10. *Esselingæ, in Templo D. virginis. Ioannes* Vmbgälter / nam in seiner blühenden Jugendt schaden im Heerzug Neapolis/1558.

Ioan. Reinhardus Vmbgalter Esslingensis, nach der Keyserlichen Besatzung in Trier/Bürger daselbst verheyraht/ nach seinem absterben 1. Martij 1558. begraben.

11. *In Ecclesia Baltzhaimensi. Anno Domini* Mitwoch den 19. Octobr. starb der Edel vnd Ehrnvest / Herr Hans Walther Ehinger von Baltzheim/alter Burgermeister zu Vlm: dem Gott der Allmächtig gnedig seyn/ vnnd ein fröhliche Aufferstehung verleihen wölle/Amen.

Augustæ, coniugium initum est Caroli VVolfij Rechlingeri, & Catharinæ Seuterinæ Landspergens. 1. Aug. Obijt ipse 1588. in Septembri. Coniugium item Dauidis Bürglini Iurisc. & Comitis Palatini, atq; Annæ Zangmaisterinæ. Obijt ipse 1590. relicta hac Anna, & filio Danielle, Doctore & ipso iuris.

COMITIA PRIMA CÆS. FERDINANDI AVGVSTÆ. EPISTOLA Philip. Melanchthonis, iuuenis cuiusdam commendatitia. Status Academiæ Tybing. Martinus Crusius, ibi professor factus. Schola Kunigsbrunnensis. Obitus honestorum aliquot hominum. Orti belli Gallici tempus.

CAPVT V.

Comitia Ferdinandi Cæs. Augustæ.

ANNO 1559. *Comitia sunt acta Augustæ à R. Ferdinando: in quibus est sancita pax Religionis: exequiæque factæ Carolo V. & vtriquæ Reginæ Mariæ, Vngaricæ atque Anglicæ. Ad quas exequias non sunt ingressi Protestantium Legati: præter Legatum Electoris Palatini, qui tamen oblatam à Cardinale August. qui Missam celebrauerat, sacram patinam, noluit osculari (Bucholcero teste) & ideo ille iratus exclamauit: Si non vis benedictionem; habeas tibi maledictionem in æternum.*

Philipp. Melanchthon de oppido Phorca, vel Pfortzemo.

Pfortzheim, Porta Hercynia.

S. D. omnibus lecturis has literas. Supra Spiram situm est oppidum in aditu Syluæ Marcianæ: quod vetustas nominauit PORTAM Hercyniæ. Inde nunc nomen est Pfortzheim. Duo ibi fluuij in Entium influunt. Entius non procul inde in Nicrum effunditur. Eam ora ad Nicrum attribuit Ptolemæus Charitimis: quod à Garten factum esse existimo: quia amœnitas viciniæ Nicri tanta est: vt verè dici possit hortus. Nunc etiam Ecclesias habet florentes, rectè inuocantes Deum. Celebratum est oppidum Porta Hercyniæ, scriptis Capnionis: qui ibi natus est, in familia honesta: & ibi edidit primus Grammaticam Ebræam, Latinè scriptam. Id oppidum, & propter Capnionis memoriam diligo: & quia ibi adolescens, apud sororem Capnionis suauissimi viri (ante triennium ab Ioanne Hungaro Phorcensi, domi aui mei benè instituius) at apud viros eruditissimos, Georgium Simlerum, & Iohannem Hiltebrandum, vtilissima Latinæ & Græcæ linguæ exercitia habui. In eius oppidi vicinia natus est Vandalinus Girichius: qui in celebri vibe Myforum Friberga, Ecclesiam secundi Templi rectè & docuit, & gubernauit. Eius Girichij filius est hic Vandalinus Girichius: qui fuit auditor Georgij Fabricij, viri excellentis eruditione, & virtute. Apud quem linguam Latinam ita didicit: vt eleganter scribat carmen, & solutam orationem. Deinde in Academia nostra, cum lingua Latina & Græca Philosophiam coniunxit. Scit autem, genus humanum, & conditum esse à Deo, & sanguine filij redemptum esse: vt Deum rectè agnoscamus, & inuocemus: & vt eius conspectu, in tota æternitate læti fruamur. Ideo doctrinam Ecclesiæ studiosè didicit: & piè amplectitur confessionem Ecclesiæ nostræ. Cùm igitur hic Vandalinus Girichius Fribergensis, in docendo vsui esse possit: oro venerandum virum, Pastorem Ecclesiæ Dei in vrbe Pfortzheim, & alios honestos & doctos viros in ea vrbe: vt huic Girichio, redeunti in patriam sui patris dulcissimam, præstent hospitalia officia: & alicubi docendi locum tribuant: eique libenter opem ferant; quia Orphanus est: cùm sciant scriptum esse: Esto pater Orphano. Tunc Deus magis te diliget; quàm diligit te mater tua. Quid promitti maius potest amore Dei erga nos tanto: qui superet vatt. nam ζωγονίαν, quæ est ardentissima? Libenter ergo benefaciamus talibus Orphanis, qui Deum rectè inuocant: & Ecclesiæ seruire possunt, & volunt. Talis cùm sit hic Girichius: non dubitandum est, Deum, patrem orphanorum, vicissim benè facturum esse ijs, qui ipsi opem ferunt. Oro autem

Girichius, pater & filius.

Commendatio filij.

eum Deum, patrem Domini nostri Iesu Christi: vt & pios orphanos, & suam Ecclesiam, quæ vere est orphana in hoc mundo, clementer gubernet, & protegat. Datæ Calendis Maij, anno 1559.

Descripsi ab optimo hoc iuuene, eodem apud me anno hanc dulcem commendationem. Obijt ipse circa principium Febru. 1561. in Monast. Hirsaugiensi docens.

Hoc tempore conflagrarunt in pago VVila Schonbuchiano, circiter 110. domus. *VVila pagus.*

Tybingæ.

Rector in æstate 150. erat Gebhardus Brastperger, V. I. Doctor & Professor. *Tybing. Schola.*

In Album vniuersitatis recepti.

Moses Hermold Bietigkaimensis, Maij 12. Iacobus Schopper Biberacensis, Maij 13. Henricus de Sauly, Comes de Ligny, Dominus de Rain. Hermanfridus de Cusante, Baro S. Iuliani. Steph. de la lege. Annius Pellisorius Parisiensis. Henricus Pempelfort Dusseldorpensis, Maij 17. Christoph. Dietmaier Memmingens. Iun. 5. Martinus Crusius Botenstainius, Iul. 5. Lucas Batodius iunior, Argentinensis, Octob. 12.

Per hyemem Rector 151. Iacobus Heerbrandus, S. Theol. D. & Professor.

Inscripti.

Gaudentius à Laubenberg. Paulus à Prag, natione Hebræus, Noribergæ in Christum baptizatus. Caspar Vogler, Doct. Chiliani Professoris Iuris F.

Decanus Philosophicus. Mich. Toxites Rhætus, poëta & Comes Palat.

Magistri renuntiati. Georgius VValch Rotemburg. Nicri, Cal. Febru. Iacobus Mercator Synadelphingens. Philippus Heerbrandus Gieng. D. Iacobi frater.

Martinus deinde Crusius Botenstain. Aug. 9. E Memmingensi hic schola Tybingam profectus, Professor Latinæ & Græcæ linguæ, atque Rhetoricæ, apud inclytam hanc Academiam factus est: & in Monasterio γυμνοποδίων (quondam Nudipedum) ab illustrissimo Principe D. Christophoro, ob adolescentes nobiles alendos & instituendos, clementer collocatus. Idem, non longè pòst in collegium Facultatis Philosoph. receptus: & Declamationibus iuuentutis præpositus. *M. Crusius, Tybingæ Professor.*

Promotus etiam Andreas Laubmaier Stutgard. sed postea, Iuris D. factus.

Eodem tempore, Ethicæ professio M. Samueli Hailando mandata est. Præclarus enim vir, M. Matthias Garbitius, Græcus & Ethicus Doctor, circa Calendas proximi Maij, ad Christum emigrauerat: postquam annos 22. in hac Academia docuisset. In cuius honorem funebris oratio, à M. Georgio Lieblero fuit habita: quòd ex Illyria, tenuibus Parentibus natus, Noribergam ad Ioach. Camerarium, VVitebergam ad Melanchthonem, & inde horum commendatione Tybingam (Duce Vlrico restituto, & scholam instaurante) venerit, fidelissimeq; docuerit. Huius ergo locus, morte eius vacuus fuerat hoc millesimo, quingentesimo, quinquagesimo nono anno factus. *Sam. Hailandus. Matthiæ Garbitij mors.*

Erant Professores tunc, & mox inde, in Acad. Tybingensi, hi. Theologi. Iacobus Beurlinus, Iacob. Heerbrandus, Theodoricus Snepfius. *Professores Tybing. 1559.*

Iurisconsulti. Gebhardus Brastperger, Nicolaus Vogler, Chilianus Varnbyler, Anastasius Demlerus, Ioannes Hochmannus, Iacobus Cappelbeccus.

Medici. Leonhardus Fuchsius, Iacobus Schegkius, Michaël Ruckerus.

Philosoph. & artium. Ioannes Mendlinus, Dialect. Melancht. Ioan. Hiltebrand. Dialect. Rodolphi, vel organi Aristotelis. Georgius Hizlerus Rhetoricæ, Grammaticæ Græcæ, & Demosthenis. VVilh. Bidenbach, Grammat. Latinæ Melancht. aut Linacri, & officiorum Cicer. Ioan. Schenbelius, Arithmeticæ & Euclid. Sam. Eisenmanger, Sphæræ & Theoricarum. Sam. Hailandus, Ethicæ. Georg. Lieblerus, Physicæ. Ioan. Seccerutius Æneid. Virgilij. Crusius, Basilij, Sophoclis, postea Homeri. Item, Orationum Cicer certarum, & Rhetoricæ Melancht. Et alij: vt, Iacobus Stabelius, Terentij & elementorum Græcæ L. Melchior Munsterus, Latinæ Grammat. Melanchthonis, in classe Pædagogij quarta & infima.

Contubernij Rector, erat M. Georgius Hamberger.

Eodem millesimo, quingentesimo, quinquagesimo nono anno, in Monasterio Regiofontano, seu Kynigsbrunnensi, Schola cœpta est sub Abbate Iacobo Schroppio: veniente eò D. Ioanne Bentio April. 10. primusq; ibi præceptor 15. Iul. factus est, M. Ioan. Forsterus iunior: interim etiam Diaconum Ecclesiæ agens. Hunc secuti sunt: *Kynigsbrunnensis Schola.*

2. Iodocus Stiger Belga Campensis, anno 1561. Sequentes, omnes Magistri.
3. Vitus Zipperer Herrenbergensis, 21. Aug. 1561.
4. Michaël Pistor Kirchensis, 25. Sept. 62.
5. Marcus Remninger Gertringensis, 4. Sept. 1565.
6. Iacobus Cæsar VValtenbuchensis, 9. Iul. 1568.
7. Iac. Keurlæber Nyrting. 15. Iun. 1569.
8. Thomas Blaicher Hæchstetensis Palatinus, 30. April. 1571.
9. Theophilus Edelman Baling. 2. Octob. 1572.
10. Melchior Bæstlinus Bebling. 16. April. 1575.
11. Ioan. Kyrsner Herrenberg. 21. Maij. 75.
12. Iosephus Hailpronner Entzvveibing. 76.

Sub Martino Clæssio Abbate.

13. Lud. Fridericus Gailingius.
14. Georg. Straus Blattenhartensis.
15. VVolfg. Alber Metzing. 1579.
16. Israel Stæhelin Illingensis.
17. Bernhardus VVagner Caluensis, 1580.
18. Abrahamus Sailer Steinenberg. 10. Nouemb. 81.
19. Ioan. Maisterlinus Marbach. 1584.

Huius anni die Maij 6. Schola cœnobij Anhusensis translata est in Regiofontanam Scholam: & ibi cœperunt ali 21. adolescentes.

20. Martinus Textor Stutgard. 1584.
21. Ioan. Naschold Stutgard. 24. Iul. 85.
22. Zachar. Nocker Stutgard. 24. Nouemb. 86.
23. Daniel Salomon.
24. Samuel Hebsacker Vracensis, 11. April. 1588.

Monasteriorum Præceptores & Discipuli.

Breui transferuntur tales Magistri, ad ministerium Ecclesiarum. Sic & in alijs Monasterijs, sub Magistris binis, aluntur studiosi: qui postea Tybingam in stipendium illustre transmittuntur: vbi gradum Magisterij adepti, Theologiæ studijs mancipantur: ac postea Ecclesijs Ducatus præficiuntur. Quin & longè latéq; emittuntur: quando procerum aliquis, aut nobilis, aut ciuitas, Ministrum Ecclesiæ ab Illustrissimo Duce nostro petit. Sed prius in Templo præsente populo, χειροτονοῦνται, ordinantur.

Dorotheæ Mariæ VVirt. natiuitas.

Septemb. 3. horâ 1. mediæ noctis, nata est Duci VVirtemberg. Christophoro filia Dorothea Maria. Susceptores: Ludouicus Palat. Electoris Friderici F. & Dorothea, Regina Daniæ nata, vidua Palat. Friderici, etiam dicta Maria.

Obierunt 1559.

Landau.

1. D. Philippus Landauus: Henrici, qui 1510. obijt, filius. Hic filios genuit, Dietrichum, & Iacobum, atque Henricum. Theodoricus ad Massiliam 1537. obijt. Sepultus Saphonæ in prouincia. ἄγαμος. Iacobus 1530. ad Florentiam miles interijt: extra eam vrbem in fano quodam sepultus.

Henricus à Landau in Landau, VVaal, & Almanshofen, in matrimonio habuit Vrsulam de Freiberg in Eisenberg. Hinc nati sunt hi tres.

Georgius, qui obijt in Filtz 19. Maij 1562. Sepultus VVaalæ in Parochiali fano.

VVolf Philippus à Landau in Lauterach. obijt 3. Maij 1566. in Bobenhausen. Sepultus Lautrachi in Parochialis Ecclesiæ choro. Vxore vsus est Chunigunde Hohenecciæ.

Dietrichus à Landau in Lauterach. Hic in lucem editus est 3. Aug. 1543. Coniux eius prior, Sibilla fuit Bubenhofia: posterior verò, Anna Gemmingia. Vide sup. annum 1510. & 1519.

Nobilium & aliorum obitus.

2. Fridericus Nippenburger, quondam Rector Ecclesiæ in Scheckingen. VVilæ sepultus.

3. Ioannes Kunispach Iurisc. 4. Ianu. anno ætatis 81. Qui maiorem vitæ partem in Ducalibus negocijs, vt fidelis consiliarius, peregerat. Stutgardiæ in Hospitalario fano humatus.

4. Hieronymus VVelling, honoratus ciuis Stutgardiæ, Mart. 26. qui vnus ex susceptoribus illustrissimi Principis nostri D. Ludouici, in Baptismo fuerat. In eodem fano, terræ traditus.

5. Mel. hior

5. *Melchior de Sachsenhaim, Octob. 5. piè. Caluæ quiescens.*

6. *Baltasar Kæfelin, Theol. D. & professor amplius 40. annos in Acad. Tybingensi, Octob. 4* B. Kæfelin.

7. *Ioannes Kraus Botenstainensis, patruus meus, Mart. 24. concionator Euangelicus in oppido Palatinatus Sultzbacho, &c.* I. Kraus.

8. Die Ehrn vnd Tugendtsam Fraw Elisabeta Kellerin: *primò Iacobi Furdereri Richenfelsij, deinde Ioannis Kunigsbach Licentiati, vxor. Obijt 3. Ianuar. anno ætatis 68. Sepulta ad S. Leonh. Stutgardiæ.* Wir wissen auch / so vnser Jrdisch Hauß dieser Hütten zerbrochen wirdt: daß wir einen Baw haben / von Gott erbawet: ein Hauß nit mit Henden gemacht / das ewig ist im Hiñel. 2. Cor. 5.

9. *A. Domini 1559. den 4. April. starb die Edel vnd Tugendtsam Fraw / Isolda von Helmstatt / geborne von Wolfstain: der Seel Gott gnedig vnd barmhertzig sey. In Parochiali Stutg. Ecclesia.*

10. *In Hospit. Stutgard. Octob. 27. nobilis Hainricus Silberborner VVormaciensis, VVirtembergicus consiliarius.*

Augustanus patricius Abrahamus Hæchstetter, Med. D. Margaretam Hemmingerinam Tybingæ duxit, in Aprili: ibi habitauit, ac mortuus est. Ioan Iacobus Haan, Iuris D. Octob. 25. Apolloniam Maierinam duxit, & Mindelhaimum incoluit. Abr. Hæchstetter.

Augustæ iuxta Nudipedum aquam, in veteribus mœnibus, circiter 50. domus opificibus ædificatæ sunt, & tabernis instructæ.

In Gallia, pax erat facta inter Reges Henricum Gallum, & Philippum Hispanum: huicq; filia illius desponsata. Sed vltimo Iun. Henricus in torneamento, læthaliter læsus à Comite Ludouico Mongomerio Scoto, Iul. 10. obijt. Cui successit filius suus Franciscus 2. qui regnauit tantùm 1. A. & 4. M. 25. D. Sub quo exortum est DIRVM GALLIÆ religionis causa bellum: quod etiamnum durat. Galliæ Reges, & belli hodierni initium.

RECTORES TYBING. SCHOLÆ. HIRSAVGIÆ ABBAS, HENRICUS VVeickersreuter. τοξεία γυμνασιαρχή. Cœnobij Rorhaldensis Epigramma. Obitus aliquot clarorum hominum. Abbas Bebenhusæ, D. Eberhardus Bidenbachius. Apud Tybingam vorago terræ, & inflammatio cœli. Conturbatio Mercatoriarum rationum.

CAPVT VI.

ANNO 1560. *Rectura hæc erat Tybing. Academiæ.* Schola Tybingensis.

Calend. Maij Rector 152. Anastasius Demler, V. I. Doctor, & professor.

Inscripti. Daniel Hauff Beurensis, Maij 8. Melchior Iager Neiffensis, Maij 21. Ioan. Otho à Gemmingen, Iul. 8.

Octob. 18. Rector 153. Leonhardus Fuchsius, Med. D. & professor.

Inscripti. Ioan. & Lucius Friburgeri, Memmingenses, Nouemb. 16. Nicolaus Beringer Vlmensis. Daniel Mæglinus Tubing. Mart. 15. Valentinus Funccius Velcuriensis. April. 4.

Decanus artium. M. Ioan. Mendelinus. 3.

Promoti Magistri. Christoph. Hermannus Kirchens. Feb. 7. Gabriel Vollandus Tubingens. Georgius Burcardus VVeissenburg. Iul. 31. Israel VVieland Vaihingensis.

Mense Martio cùm D. Gebhardus Brasperger se propter ætatem docendo abdicasset: in locum eius successit Valentinus Volcius Horbensis, V. I. D. Valent. Volcius.

Stipendiũ nouũ illustri stipendio adadificari cœpit in vsum Mompeligardensiũ studiosorum.

In Hirsaug. Monasterio, Abbas 45. fit Heinricus VVeickersreuterus (primus ibi Augustanæ confessionis Abbas, vxorem habens, natione Francus Schvvabacensis) mense Augusto. Vir pius erat, & candidus: antea Tybingensis Ecclesiæ aliquandiu Diaconus: deinde eiecto è Ducatu INTERIM, Caluæ pastor & superintendens A. 9. cumq; 1560. anno, ab illustrissimo Duce Christophoro, in Monasteria Scholæ Euangelicæ introducerentur: Heinricus hic, primus ibi locatus est pater, seu Abbas. Simul ipse Ecclesiæ Caluensi, & Scholæ Monasticæ præfuit: Doctor ante Abbatiam creatus Theol. à Tybingensibus. Habuit 4. filios, & 10 filias. An non hoc nobilius, & Deo placentius est: quàm impurum agere cœlibatum? Hirsaug. Euangelicus Abbas 1. Henricus VVeickersreuter, πολύτεκνος.

Stutgardiæ 23. Septemb. celebrari cœptum est nobile certamen balistariorum & bombardariorum: quod multos dies durauit. Interfuerunt certatores 1505. vexilla 96. Adfuerunt multi illustres viri, nobiles, & ciues, alijq; Spectatores innumeri, & Gynæceum ornatissimum. Primum Iaculatorium Stutgardiæ certamen.

cepit

cepit præmium Noribergenſis, VVendelinus Steinerus, nempe 100. Ducatos. Köſtlicher/ dann vor alten zeiten ein Turnier.

Rorharda. In cœnobio Rorhalda, non procul à nobis diſsito, fuit adhuc anno 1560. ſupra oſtium Templi, in parte interiore, inciſum in ſaxo, hoc Diſtichon, maiuſculis literis.

EX MERITO CHRISTI TANTVM, SALVAMVR ABVNDE.
ERGO TVIS FACTIS NE FIDAS, OPTIME FRATER.

Dixerunt, qui hinc expatiati, id videbant, clariſsimi viri (quorum vnus, D. Ioannes Brentius, hodie Hirſaugiæ Abbas) Domine Prior, hoc carmine prorſus euertitur Monaſtica bonorum operum fiducia. Quod cùm ii non intelligeret: demonſtrarunt ei explicatione ex S. literis ſolida. Vno igitur menſe poſt, cùm eò redijſſent; non amplius eum lapidem reperierunt: ſed pro eo inuiſo, alium ſine illo Diſticho lapidem. Nihil enim potuerat Prior contra obiecta, de ſolo Chriſti merito iuſtifico, reſpondere. Interrogatus autem, cur priorem lapidem remouiſſet: reſpondit ſictè, propter ædificij neceſsitatem factum eſſe. Fuerat is Prior, antequam γαμρίμβρος fieret, Phyſici noſtri M. Georgij Liebleri famulus, nomine Ioannes Nopper. Ergo in denſo etiam Papatu, fuit Euangelium, ſed tenebris obſcuratum, de ſolo conſeruante Chriſto. Sic Argentorati in ſummo Templo, ſupra altare, vbi miſsificabatur, ſcriptum eſt: Fruſtrà me colunt, docentes doctrinas, traditiones hominum: nempe ex Matth. 15.

Auguſtæ matrimonia. Auguſta, Ioan. Iacobus Fuggerus, Raimundi F. Georgij frater, mortua prima vxore: ſecundam duxit 4. Mart. 1560. Sidoniam à Rolas, dictam VVatzlerinam, nobilem.

Ioan. Fuggerus, Antonij F. Marci frater, Maij 27. Eliſabetam Nothaſtinam, nobilem Bauaram, matrimonio ſibi copulauit.

Eodem anno, Mart. 24. natus eſt Comiti Vlrico Helffenſtainio ſeniori filius Rudolphus, paulò antè ſeptimam pomeridianam.

Defuncti ſunt.

Melanchthon obijt. 1. April. 19. Philippus Melanchthon, paulò ante horam 7. veſpertinam, ætate annorum 63. & totidem dierum.

2. Tybingæ ante introitum Chori ad ſiniſtram, in muro ſtatua eſt armata, complicatis manibus ad Deum. Anno Domini M. D. L X. auff den 13. Nouemb. iſt verſchieden der Edel vnd Veſt Heinrich Oſtheim Erbmarſchalck/ Burckvogt hie zu Tubingen geweſt: dem Gott ein frölich Aufferſtehung verleihe/ Amen. Sub pedibus. Gedeon ab Oſtheim, filius parenti ſuo chariſsimo hoc fieri curauit. Eſt hic Gedeon, iam diu noſter Præfectus maior, patri ſucceſſor, ſenex: qui frequentiſsimè S. concionibus intereſt.

Oſtheimij.

3. Stutgardiæ, in Parochiali. A. Domini 1560. den 4. tag April. ſtarb die Edel vnd Tugendtreich Fraw Apollonia von Plieningen/ geborne von Schönaw: deß Edlen vnnd Veſten Hans Dieterichen von Plieningen/ Landhoffmaiſters/ geweſne gelichte Haußfraw: welcher Gott ein fröliche Aufferſtehung verleihen wölle/ Amen.

Schunaww.

4. Nobilis Marcus Chriſtoph. à VVellwart, Nouemb. 3. in thermis Cellenſibus, vbi etiam ſepultus.

5. Ambroſius Blaurerus, Theologus.

Carolus IX. R. Galliæ. 6. Franciſcus 2. Rex Galliæ, Decemb. 5. cui ſucceſsit frater Carolus 9. vel Carolus Maximilianus.

7. Vlricus Vilſerus Landshutenſis, Iuris ſtudioſus, Tybingæ. Qui nocte poſt 14. Die Decemb. de quarto cœnaculo cubiculi ſui, in ſubiectum, lapidibus ſtatum, ſolum decidit, ac poſtridiè mortuus eſt. In ſuburbano cœmeterio humatus.

8. Vlmæ, præceptor meus benemeritus, Gregorius Leonhardus, Decemb. 29.

Fugger. Anton. 9. Antonius Fuggerus (Marci Ioannis & Iacobi, pater) morbo veſicæ. Babenhauſe ſepultus & cùm ei antè in æde D. Mauricij. Auguſtæ parentatum fuiſſet. Antea quoq; vt recuperaret ſanitatem, ſingulis pauperibus in publico ciuitatis Hoſpitali, & in tribus Leprocomijs, quaternos Aureos diſtribui iuſſerat. Idem mille Taleros patribus familias & viduis egenis, qui locarium ægrè perſoluere potuiſſent, dedit. Nec non totidem Aureos, quibus is per vrbem mendicantibus. Singulis etiam pauperibus, die parentationis ad S. Catharinam, ſenos cruciferos. Quorum mendicantium capita fuerunt quater mille. Henning.

10. Mortui, quaſi rediuiui.

In Anglia, Martinus Bucerus, & Paulus Fagius: qui ante quadriennium igne in ci-

uerti

turres redacti fuerant: publicis laubibus ornati (teste Buchole.) honori suo restituti sunt, Iul. 30.

In Mauritiania Cæsariensi, Rex vrbis Fessæ, per Hispanos, metu suppliciorũ è patria ex- Fessæ Rex.
ulantes, conuersus ad Christianismum est, & baptizatus, cum magna suorum multitudine.

Decemb. 2. Pont. Pius 4. concilium Oecumenicum Tridenti indixit, futurum proximo resurrectionis Dominicæ die, ad hæreses extirpandas.

Decemb. 3. Ioannes Brentius, Stutgardiæ Præpositus, Abbatem Bebenhusæ creat, Eber- Bebenhus. Abbas, Eberh. Eidenbach.
hardum Eidenbachium, S. Theol. D. habentem vxorem & liberos: qui adhuc præest, consiliarius Principis, vir excellens & reuerendus. Cœnobio huic subsunt pagi: VVeilschonbuchense, Offterdinga, Lustnouia, Iesinga, Reissa, Immenhausa. Iuxta Offterdingam erat olim cœnobiolum, dictum zum Hailigencreutzthal. Tantum supereſt nunc turris: & ibi sepultura est Offterdingensium.

Decemb. 27. inter Tybingam, & pagum Iesingam, subitò extitit vorago quædam (foru- Vorago in agro, fluit foramen.
men) in agro: alia 36. pedes, lata 20. Os eius rotundum, nec maius puteo communi. Aqua, quæ infra, altitudo erat pedum circiter 9. Postridie, ante Solis ortum, conspectius in aëre est ignis maximus, passim per Germaniam, longus alicubi 4. aut 5. stadia, latus 1. stadium. Putabatur aliquibus in locis esse incendium: & ideo homines concurrebant ad restinguendum. Minuebatur tamen ea opinio, non esse in terra incendium: quòd sub flamma candor conspiceretur. Pestis deinde, & aliæ pœnæ, hoc χάσμα secutæ sunt. Chasma.

Templum Tybingensis pagi Dærendingæ, hoc anno flagrauit. Factum in curiâ Æditui: qui prunas ad Horologium reliquerat. Sequenti tempore, pulchrè instauratum est.

Est quidam locus j. milliari à Pforzemo Durlacum versus, non procul à pago VVilfer- S. Maria ad quercum.
tingen. Ibi Templum in sylua erat, Marianum ad quercum (vnser Frawen zu der Aich) longè ornatissimum. Rumor erat, sacrificio oblato, sanatos ibi fuisse claudos, & alijs morbis obnoxios. Deuastauit id Badensis Marchio Carolus 1560. mense Maio. Et tamen homines adhuc eò proficiscebantur cum oblationibus.

His temporibus (vt subinde aliquid noui, tempus afferre videtur) pestis quædam Mercato- Mercatorum Bancarotta.
res, qui celebres in magnis ciuitatibus erant (vt, Augustæ, Vlmæ, Memmingæ) inuadebat: vt mensas & rationes conturbarent, ac bonis cederẽt, multosq; creditores defraudarent. Vielleicht darumb/ daß das Kronenbäumlin in Gallia/ ꝛc. nit mehr frucht bringen wolt. Sie machten Bancarotta. Aber das freuwlich recht/ war ein weitter Sack: also/ daß sie nachher reicher waren: dann wann sie die gleubiger bezalt hetten.

Eia agite in trevvis, haltando glãuba cniuis:
Talia ne Kerckris straffere conueniat.

CONCILII TRIDENTINI CONTINVATIO: AD QVOD EVANGELICI Principes venire recusant. Elicurti per VVirtembergicum recuperatio. Peregrinatio Hierosolymitana & Sinaitica, Comitis Leostainij Adelberti. Patriarcha Alexandrinus Ioachimus. Administratio Scholæ Tybing. Euangelicorum Theologorum profectio Lutetiam Parisiorum. Plurium honestorum hominum ortus & obitus.

CAPVT VII.

ANNO 1561. *circa Ianu. 7. parabat Dux VVirtemberg. Christophorus iter ad Naumburgensem Principum conuentum in Turingia: sicut etiam breui eò profectus est. Papa enim Pius 4. concilium, quod 1546. cœptum Tridenti erat à Paulo 3. & continuatum 1551. sub Iulio 3. continuaturus deinceps erat hoc tempore.* Concilij Tridentini continuatio.

Aderant igitur Naumburgi, Principes ipsimet hi, Palatinus Rheni Fridericus, Elector. Augustus, Saxoniæ Elector. Dux VVolfgangus Palatinus. Ioannes Fridericus, vel Ioan. VVilhelmus, Saxoniæ Dux. Christophorus Dux VVirtembergensis. Philippus, Landgrauius Hassiæ. Marchio Badensis Carolus.

Legatos verò miserant:

Marchio Brandeburg. Ioachimus Elector. Dux Palat. Georgius, Friderici Elect. frater. Marchio Brand. Georgius Fridericus, Dux Pomeraniæ Barnimus. Ioan. Fridericus Pomeranius, prose & fratribus. Dux Ioan. Albertus, & Dux Vlricus, Mechelburg. fratres.

Dux Adolphus Holsatiæ.

Dux

Dux Franciscus Saxoniæ in Lavvenburg. VVolfgangus, Ioachimus, Carolus, Ioachimus Ernestus, Bernhardus fratres & cognati, Principes Anhaltini. Georgius Ernestus, & Poppo fratres Comites Hennebergenses.

Eo inuitati Euangelici principes à Papa, venire recusant.

Venerant duo nuntij Apostolici (vt apud Pontificios nominantur) Naumburgum: Zacharias Delphinus, Episcopus Farensis: & Franciscus Commendanus, Episcopus de Zanthe: ambo patria Veneti. Hi 5. Febru. inuitabant Principes ad concilium, circa Pascha Tridenti celebrandum: commendantes curam Pontificis, vt à Deo constituti Pastoris animarum: quomodo possent errantes reduci ad vnionem Ecclesiæ: cùm iam ferè tot Euangelia essent in Germania, quot Doctores. Dari Principibus tutam profectionem eò, fide publica. Responderunt Principes & Legati, Feb. 7. se manere in Augustana confessione, anno 1530. Carolo Cæsari exhibita. Se non agnoscere Papam, vtpote Ecclesiæ perturbatorem: qui & in doctrina erret: nec potestatem indicendi concilij habeat: nec sumendi sibi Iudicis partes: cùm de grauissimis erroribus accusatus sit: suam, non Christi, gloriam quærat: Cæsares & Reges sibi subijciat: nationes bellis inter se concutiat. Non esse verum, quòd dicatur: se nihil certi in doctrina habere: sed aliud alijs Euangelium esse. Patêre constantiam suæ rectæ Religionis, in confessione illa Augustana. Neminem à se agnoscit Superiorem, quàm Cæsarem Ferdinandum. Se Legatis quoq; nisi Papæ nomine talia nuntiassent, beneuolentiam & honorem declaraturos fuisse: vt virisapientibus, amplo genere natis: ac præsertim erga Venetos, animis benè affectos esse. Ita, hi dimissi. Papa postea in concilij fabricatione perrexit: ad quod tamen ex Germania, Gallia, & aliunde, non multi venerunt.

Argumenta eorum.

Ludi, Augustæ.

Augustæ, Pyrrhiche (ἐνόπλιος χορεία, ein Schwerdtantz) acta est in foro vinario: cùm Dux Bauariæ Albertus aduenisset, cum quadam Ferdinandi Cæsaris heroide. Etiam arx ligna erat extructa, ignitos iactus vomens. Piscatores denique, in fluuio contis concurrebant: alteri rubro & albo vestiti: alteri, glauco & albo.

Elicurti erepti, per VVirtemb. Ducem recuperatio.

Cùm esset controuersia de Elicurtico in comitatu Burgundiæ dominio, inter Ducem VVirtembergensem, & Comitem Ortenburgensem, in Dolensi iudicio: tertius quidam, Claudius Franciscus de Rhye, oppidum & arcem Elicurtum 15. Maij occupauit: tanquam ius eius rei, ex quodam testamento haberet. Dux igitur Christophorus, illud Comitatus Mompelgar densi asserens: mense Iunio misit cum vna legione peditum, & aliquot centurijs equitum, Dominum Hebensem Albertum Arbogastum, qui, vt Præfectus Mompelgardensis regionis, arcem tormentis quatiret, amissa recuperauit: & 11. Iul. præsidio firmauit. Rem omnem Simo Schardius, in Epitome rerum sub Ferdinando gestarum explicat.

Hierosolymitana Alberti Lavvenstainij peregrinatio.

Anno hoc 1561. à 30. die Maij, vsq; ad 16. Aug. 1562. generosus Comes Albertus à Lavvenstain, Dominus in Scharpfeneck (postea, ad proxima vsq; tempora, in VVirtembergica aula viuens) cum alijs multis, peregrinationem Hierosolymitanam, Alcairicam, & Sinaam, peregre. Soluit quisq; Venetijs Hierosolymam vsq;, & inde Venetias, 60. coronatos. Peregrinatæ in eadem naue etiam fœminæ sunt: inter quas, Monialis Italica: ἧτις ἐγκώμιον ἐγένετο. Quidam etiam Græci interfuerunt. Venetijs 4. Iul. enauigarunt, peregrinatores circiter 60. In tota naui, circiter XX. homines.

Ragusium.

Ragusiani 13. Iulij Comitem munerarunt cibarijs & bellarijs. Habent Ducem, sicut Venetiæ: & tributum soluunt Turcis. Præterueximus Corfunam (Corcyram) 17. Iul. Cephaleniam & Zacynthum 18. Iul. Cerigum (Cythêra) 19. Iul. Candiam (Cretam) 21. Iul. Ibi vrbs Candia (Cythæum, Matium) est: ἐχόσα γυμνάσια ἱππικὰ ἔτι καὶ γυμνάσια. Ibi est Monasterium S. Catherinæ: vbi, multa Germanorum Comitum & nobilium Insignia, anno 1468.

E Candia 5. Aug. discesserunt: & 10. Aug. Cyprum aspexerunt. Aug. 18. Iassam (Ioppen) venerunt.

Aug. 23. Turcæ & Mauri, qui eos deducere debebant Hierosolymam, ebrij, petulanter in insultabant, καὶ ὑπερηδέως.

Rama.

Aug. 24. Ramam asinis equitarunt. Ibi etiam erant Alemannorum Insignia: Comitum Zimmerensium, Zollerensium Hanoiensium. A Turcis, quidam ipsorum malè pulsati.

Aug. 27 Hierosolymam peruenerunt. Sepulcrum Domini 29. Aug. eis Gardianus monstrauit: ac multas antiquitates Christi, & sanctorum: quas Vlmensis quoq; Frater Felix, in sua peregrinatione commemorat.

Iordanis fl.

Septemb. 1. Bethleemi multa antiqua viderunt. Septemb. 7. ad Iordanem venerunt, 25. milliaribus ab Hierosolyma distantem. Postridie in eo lauerunt. Est aqua calida. Interpretebantur

vtebantur Christophoro Ragusiano: cui fuerunt circiter 500. Ducati noctu furtim ablati, muro cubiculi eius perfracto.

Cæteris plerisq; peregrinatoribus, reditum spectantibus: Leostainius, & quatuor alij Alcairum & Sinai petere constituerunt. Ergo 27. Septemb. Hierosolymis exierunt Ramam. Septemb. 30. Gazæ viderunt columnas, & rudera ingentia, à Sampsone prostrata: & tamen ante Christum annis 1154. Sæpe Arabes ab eis pecuniam exegerunt: inter quos Rex aderat. Homines nigri, & fœdi. Iratus fuit Alkairensis Primas Turcicus: & se Imperatori Turcarum de his exactionibus significaturum dixit. Sed contempsit ille Rex. Gaza C. Arabes.

Octob. 12. & 13 transierunt terram, qualis est sal: & 13. Octob. terram arenosam. Infestabantur à magnis pediculis: qui vocantur, Pharaonis pediculi. Hyeme tantus ibi calor est: quantus apud nos æstate. Aquam salsam per quatriduum coacti sunt bibere. Pediculi Pharaonis.

Octob. 20. Alcairum peruenerunt. Ibi, Græcorum Monasterium. In ea vrbe, Templa circiter bis mille. Benè tractabantur ab Italo hospite: vno die 4. Medinis, id est, decem crucigeris circiter. Alcairum.

Octob. 26. Pyramidem & sepulcrum Pharaonis viderunt, mill. 15. Ital. extra vrbem.

Nouemb. 10. Patriarcham Græcum, ibi habitantem, de profectione Sinæa, quando suscipienda, interrogabant. Hic erat senex 120. annorum, valens adhuc iter facere: & carnem 80. annis non comederat. Patriarcha Græcus.

Nouemb. 17. Alcairo exiuerunt, montis illius petendi causâ. Soluebat quisq; 3. Ducatos, & 10. Medinos, hinc inde. Æstus erat magnus.

Nouemb 28. in Monasterium S. Catharinæ venerunt. Quibus postridie prior (ὁ ἡγούμενος) ossa illius sanctæ & alia multa, humaniter monstrauit. Situm est in loco depresso, inter altas petras. Monachi eius, Græci sunt: pascuntur ex vrbe Alcairo. Ideo sæpe coguntur esurire. Multa patiuntur ab Arabibus. S. Catharina ossa.

Nouemb. 20. montem Oreb. viderunt. Infra quem, Monasteriolum, etiam Græcorum Caloierorum (καλῶν ἱερέων) quod, nomen τῶν τεσσαράκοντα, Quadraginta sanctorum, habet. Sinai multò altior mons est, quam Oreb: &, ex eo mare rubrum prospicitur. Oreb mons.

Decemb. 2. in cœnobio Catharinæ ex ipsis obijt Dauid Furtenbach.

Decemb. 5. abierunt: & Alcairum 21. Decemb. redierunt. Consul Venetus ibi eis 24. Decemb. conuiuium dedit.

Decemb. 26. Patriarcha Comiti Græcum testimonium scripsit peregrinationis huius: quod posui in lib. 3. meæ Turcograciæ.

Sequenti 1562 anno, Ianu. 4. auecti sumt naue Alexandriam versus: quò 7. Ianu. appulerunt. Pestis ibi erat. Coniecti sunt in carcerem, tanquam Æthiopem quendam occidissent: cùm id Ianizarus ipsorum fecisset. Sæpe ferro vincti sunt: & in magno periculo versati. Magni proceres existimati, & Alcairum reducti. Febru. 11. incepit Alcairensium Christianorum ieiunium. A 12. Febru. vsq; ad 15. eiusdem, Alexandriam reuersi sunt. Alexandria AEgypti.

Febru. 17. Anconam conabantur petere, sed frustrà: ventis per multos dies incommodis. Itaq; 6. Mart. Rhodum reiecti sunt: quam inexpugnabilem iam Turcæ fecerunt. Mart. 11. Candiam ad sinistram reliquerunt. Mart. 22. præteruecti insulam & arcem Cytherorum. Deinde 25. Moream (Peloponnesum) & oppidum Coronen, satis munitum. Mart. 28. Græci Peloponnesij eis carnem, & alia cibaria, vendidêre. April. 13. Zanthum (Zacynthum) viderunt. Propè iacet insula parua Striuali (vna Strophadum) vbi pulchrum Monasterium est, plus 80. Monachorum Græcorum. Zanthum 16. Aprilis ingressi sunt: & 19. Cephaleniam. Striuali. Strophades.

April. 20. S. Mauram (ins. Leucaden) Turcis subiectam, viderunt. Inde 22. Corcyram, propugnaculum Venetorum inuictum. 25. Valonam & Dyrrhachum Turcarum praterierunt. 29. Ragusam. Non intromissi, propter Alexandriam pestem. Maij 2. ante Anconam XXIII. bombardas suas nauales emiserunt. Nec ibi intromissi, propter eandem causam. Inde, iterum Hierosolymam. Tandem 16. Aug. in patriam. Corcyra.

Rectores Tybingenses. Æstate, Rector 154. Iacobus Cappelbeccus, V. I. D. & professor. Acad. Tybingensis.

Inscripti. Ioannes Burcardus, Fridericus Iacobus, Conradus, & Ioan. Albertus, ab Anweil, Iun. 4. Gotfridus, Baro Lympurgicus. Ioannes Schulter Æntringensis, Aug. 6. Caspar Schek, ex oppido VVila.

Hyemalis Rector 155. Theodoricus Snepfius, S. Theol. D. & professor.

Inscripti. Caspar & Fridericus Nostitij, Regiomontani, Octob. 31. Rudolphus & Henricus à Binavv, Misnenses. Stephanus Dupsius Tubingens. Iacobus Græter Halensis. Ioan. Iacobus à Gemmingen.

Decanus artium. M. Georgius Lieblerus, 2.

Magistri designati. Paulus VVonecker Badensis, Febru. 12. Georg. Pistorius Eßlingens. Anshelmus Pfluger Reutling. Iul 9. Ioan. Neobolus Æntringens.

Culingius. *Conductus est Poëticæ Professor, Stephanus Culingius Saltzensis Turingus.*

Vergerius. Scalichius. *Viuebant hîc, Episcopus Petrus Paulus Vergerius, & Doctor Paulus Scalichius: qui contendebat, se ex nobilissimo Veronensium Scaligerorum genere ortum ducere.*

Commissarij Scholæ, vel Visitatores, nomine illustrissimi Domini nostri, erant: Nobilis Baltasar à Gyltlingen. Ioan. Brentius Stutgard. Præpositus. Sebastianus Hormoldus, Præfectus Bietigkaimensis. M. Caspar VVildus.

Clæßij. *Knittlingæ natus est 22. Maij M. Valentinus Clæßius: patre, M. Martino Claßio Vbingeride, Parocho Knittlingensi. & Præfecturæ Maulbrunnensis Superintendente, 1558. facto: matre verò, Agnete Dempfina Tybingensi. Susceptoribus, Abbate Maulbrunnensi, Valentino Vannio: & Catharina, Michaëlis Strafferi Quæstoris KNIttlingensis vxore. Duxerat Martinus Agnetem, Baltasaris Tybing. filiam, 26. Nouemb. 1555 Quæ peste in puerperio 8. Decemb. 1564. Knittlingæ obijt.*

Annæ VVirt. natiuitas. *Stutgardiæ 12. Iun. nata est in arce, illustrissima D. Anna. Commater, VVolfgangi Palatini vxor Anna, Haßiæ Landgrauia: & Marchionis Brandeburg. Georgij coniux Æmilia, Ducissa Saxoniæ.*

Schorndorffæ, cùm maxima campana fissuram cepisset, refusa est: hisce cum verbis, vnâ linea in circumferentia:

Auß dem Fewr bin ich geflossen:
Stephan Fürst von Vlm hat mich gegossen. 1561.

Lutetiam missi, Tybing. Theologi. *Circa diem Octob. 4. missu illustrissimi Ducis Christophori, profecti sunt Lutetiam versus, ob Colloquium de Rebus Religionis, ad serenissimum Regem Nauarræ Antonium (tanquam illius propinquum) Doctor Iacobus Beurlinus: Melchior à Salhausen: Doctor Iacobus Andreæ, Gœppingæ Superintendens Ecclesiarum in VVirtembergia: & Baltasar Bidenbachius, concionator Aulicus. Cùm autem Stutgardiâ eueherentur: equus cæteris generosior sub curru mortuus concidit.*

Tybing. Theologorum dignitates. *Nouemb. 3. ab illustrissimo Domino nostro, per commissarios supradictos, honorib. & commodis aucti sunt hi excellentes viri, professione Doctores Theologiæ: vt Iacobus Beurlinus (Lutetiæ absens) esset Ecclesiæ Tybing. Præpositus, & Academiæ cancellarius. Iacobus Heerbrandus, Ecclesiæ Decanus. Theodoricus Snepfius, Parochus Ecclesiæ.*

Præterea factus est M. Ioannes Brentius, D. Ioannis filius, extraordinarius Theol. Professor.

Licent. Samuel Hormoldus, Sebastiani filius, cursorius Institutionum Iuris extra ordinem (παράξυξ) explicator: propter nobiles à Principe venientes, & propter scribas informandos.

Vlmæ ludi Germanici moderator Grammaticus & Arithmeticus, erat Lampertus Bongartner, celebris.

Augustæ, Leonhardus Christophorus Rechlingerus Cos. viduus, Barbaram Langenmantelinam viduam, Ian. 27. vxorem duxit.

Hailprunnæ quædam mulier enixa est infantem: qui erant quaterni oculi, aures, & pedes: duo autem διδοῖα. Vixit vnam tantùm horam.

Obierunt hoc 1561. anno.

Mortui plures. 1. *Stutgardiæ, Febru. 15.* Der Ehrnvest vnd fürnehm Joseph Albrecht Schütz / *Friderici Schutzij Iurisc. pater.*

2. *Octob. 15. ibidem Ioannes Epp. V. I. Doctor, & Consistorij Principalis Aduocatus.*

3. *Ibidem, in Hospitalis fano, Caspar Bær Iurisc. Principis VVirtemberg. Consiliarius: cui vxor Margareta 10. liberos pepererat: & in eodem loco sepulta est.*

Gal. 4. Postquam completi essent dies: misit Deus filium suum.

Esa. 53. In liuore eius sanati sumus.

Rom. 4.

Rom.4. Resurrexit propter iustitiam nostram.

4. *Tybingæ, nobilis vir Ioannes Conradus de Fyrst, Mart.5.*

5. *Aug.16. ibidem, Sibylla Rhonerina, M. Martini Crusij vxor, puerpera; Suazæ 9. April. 1535. VVolfgango Rhonero, & Euphrosynâ Capitlina Veldkirchensi, nata. Cuius frater Raimundus Rhonerus, honoratus hodie ciuis Vlmæ viuit filio præditus bono, VVolfgango: qui filiam posteà duxit Esselingæ. Cos. Bernhardi Reihingi Anuam, ex Anna Veischerina natam, Crusianæ vxoris Catharinæ sorore.*

Νῦν μὲν θανόντος θεσπεσίου, ζῆς τ' ἐν χρηστῷ·
Λαμπρῶς δὲ κἀν βλέψιν σε δεῖν τε χρεών.

6. *Michael Rucker, Med. D. & professor Tybingæ, Octob. 9. cui venerandus Gabler Decemb.30 successit.* Gabler.

7. *Georgius de Ebingen, Maij 5. Kilbergæ. Qui feudo acceperat à Cæsare, eiusq; ditione Hohenbergensi, dimidium pagi Buhelæ ad Nicrum, cum alijs quibusdam. Eadem posteà filius eius Iacobus accepit. Erat tunc Comes Zollerensis Carolus, Hohenbergensis ditionis præses.* Buhel.

8. *Octob.28. Lutetiæ, dominante peste, Doctor Iacobus Beurlinus Dornstettensis, ætatis suæ anno 41. obijt. Dixit tunc in hanc sententiam.* Iac. Beurlinus.

Ἐγγὺς ἐγὼ θανάτου, φρίξαιεν δ' ἔκλυες· ἀστὸς μοι
Ἦν μέλος· θανὼν ἐμάθον πάσης ἐκ πατρίδος.

In Epitaphio Latino:

Vir magnus, magna celebriq́ue sepultus in vrbe,
Parrisijs: celsæ stant vbi tecta Scholæ.
Spiritus in cœlis, à carnis mole solutus,
Virtutesq́ue Dei, iustitiamq́ue, colit.

Habuit clementissimus & pius princeps, liberûm eius, in legatione ipsius mortui, posteà paternam rationem; liberaliter ad honesta matrimonia dotando.

Iacobus Schegkius M. Martino Crusio S.

Vehementer, V. D. Crusi, κοσμάκτωρ tuum de obitu clarissimi D. D. Beurlini me delectauit. Nullo enim fuco veritatem historiæ, & rei ipsius, atq; doloris tui & omnium grauitatem, elegantissimis tum verbis, tum sententijs, expressisse mihi videris. Legi & relegi crebrius. Aliàs citius mississem, πρέπει γὰρ ἅλις, μὴ λίαν τις, πάντα τὸν πλησίον, τὰ παλαὶ ἐπιεικῶς. Editio eius non minus tibi, quàm nostræ Scholæ, erit honorifica. Multi enim sunt, qui putant, nos Græcum Poëtam non habere. Οἵτε ἐπίσυρτον τὸ φόμα, ὅπως λοιδορῶντες ἡμᾶς πάντων τῶν. Vale 21. Decemb. 1561. Extat id carmen l. bro 2. Poëmatum Crusij, 1566. ab Oporino excusorum.

9. *Episcopus Sidonius Michael Helding. Item Caspar Schvvenckfeldius, in Sueuia, mense Decembri.*

10. *Melchior Volmarius Rhot, Iurisc. & artium Professor Tybingæ, Isnæ obijt: quò propter ingrauescentem ætatem profectus fuerat.*

11. *Phorcæ. Illustrissima D. Maria, Marchionis Caroli Badensis, & primæ eius coniugis* Maria Marchionissa.
Kunigundæ Brandeburgicæ, filia 8. annorum. Welche zu jhrer jugendt/mit verwunderlicher andacht/Gottsforcht/tugenden/begabt gewesen. Mortua 11. Nouemb feria 3. Sepulta in S. Michaelis choro interiore.

12. *Hailsprunnæ. Viuus monumentum hoc fidei meæ posui: qua credo, me consepultum cum Christo in Baptismo, rursum ab ipso in die censoria resuscitatum iri, GEORGIVS* Artopœus.
Artopœus dictus. Has inclytas ædes rexi tres annos Abbas. Condimenta vitæ meæ fuerunt labor & luctus. Tuus certè, ô homo, vltimus dies abesse non potest. Viuere igitur volens, obsecro, ne facias morte digna. Qualis enim exieris de hac vita: talis futuræ vitæ reddêris. Obijt anno Christi M.D.LXI. die XXV. Augusti. Congruunt hæc cum ijs quæ initio Sueuiæ in Adamo scripsimus.

BELLVM CIVILE IN GALLIA. FRANCOFVRTI CORONATIO Regis Rom. Maximiliani. Conuiuij Cæsarei ἐκφρασις. Sueui multi, in eo conuentu. Administratio Acad. Tybing. Vinearum percussio in VVirtembergia. Generatio hoc anno, & interitus.

CAPVT VIII.

VVirt. D. Christophorus, cum Lotharingis.

ANNO 1562. Febru. 15. Dux VVirtemberg. Christophorus, & D. Ioannes Brentius, Tubernis Alsatiæ erant: Cardinalis Lotharingi, & fratris eius Francisci Guisij oratu: tanquam colloquendi causâ de controuersia & compositione Religionis: sed reuera agebatur ab ipsis callidè: vt auxilia Germanorum, ne in Galliam contra Pontificios venirent, auerterentur. Beuter. lib. 28. Hinc iam ciuilibus armis, inter partes diuersæ Religionis atrociter certatum est: nempe inter Condæanos & Guistos: Catharina Medicea, Regis Henrici vidua, Regis Caroli 9. mater, plurimum ad eam rem pro his contra illos conferente.

Gallia bellum ciuile.

Maximiliani, Regis Rom. Coronatio.

Idem Princeps Christophorus, & Landgrauius Lud. Francofordiæ cum amplius CCC. equitibus honoris causâ adfuerunt: quando Bohemiæ R. Maximilianus, præsente patre Ferdinando Cæsare, vltimo die Nouemb. in S. Bartholomæi Templo, Rex Rom. coronatus fuit.

CONVIVII CÆSAREI DESCRIPTIO. TOMO 3.

Germ. rerum Schardij.

1. *In Senaculi Aula, erant omnia magnificè instructa: mensis ordine dispositis: sed illâ, quæ vna Cæsare & filio posita erat, septem gradibus altiore.*

2. *Huc iam accubituris: Elector Brandeburgicus, vt S. imperij Archicamerarius, è cœnaculo illo descendens, & equo insiliens, à tripode, prope coquinam Cæsaream sub dio posito, malluuium deauratum & mundissimam mappulam accipit: secum ad cœnaculum portat: equum Comiti Zollerensi, vt imperij Vicecamerario, èx officij iure proprio tradit: pedes per gradus cœnaculi ascendit: tubis tympanisq; hinc inde sonantibus: ac manibus Cæsaris Regisq; lauatis: eidem comiti, & malluuium & mappulam retinenda tradit.*

3. *Elector Saxoniæ descendens, vt Archimarescalcus, equo conscenso: in auenæ effusæ ingentem aceruum ad eundem ferè locum, infertur cùm equo: modiolum argenteum inauratum auenâ replet concutitq;: & eum Comiti à Pappenheim, vt Imperij Vicemarescalco, ad reliquum auenæ distribuendum tradit: atq; ad cœnaculum equo reuersus, hunc eidem Comiti seruandum relinquit.*

Conuiuij Cæsarei ingressus.

4. *E cœnaculo descendit etiam Elector Palatinus: ad officium suum: quod in Imperij gerit, faciendum: vt Archidapifer, seu Discophorus, Imperij. Veniens is ad coquinam Cæsaream, tres catinos deauratos, cibi plenos, vtrâq; manu ad cœnaculum portat: præcedente ipsum Electore Saxoniæ cum nigro bacillo, tanquam Architriclino, seu aulæ Cæsareæ Marescalco. Deinde apud cœnaculum ex equo descendens: hunc Comiti à Seldeneck, vt Imperij Vicedapifero, tradit. Ferculapræcedente Saxone cum bacillo, mensæ Cæsareæ apponit. Catinos postea idem Comes seruauit.*

5. *Vnus è Baronibus à Lymburg. Archipincernæ Rom. Imperij (quod est officium Electoris Bohemiæ) vicem gerens: vasa potoria aurea & argentea procurans, Cæsari Regiq; pocula ministrat: quæ sibi postea de iure retinet.*

6. *Proximè coquinam Cæsaris, fons erat, copiosè vinum è fistulis profundens: quibus uisi inde haurientibus.*

7. *Moguntinus, cum alteris duobus Ecclesiasticis Electoribus ad mensam Cæsaris accedens: & dextrâ baculum argenteum 12. marcarum, oblongum (cui tria sigilla Electorum Archicancellariorum affixa erant) pellans: factâ honorifica inclinatione, officijs & iuribus suis præmissis: se suosq; confratres Ecclesiasticos Electores, & officia ipsorum, humiliter nouo Regi Rom. commendat: omniaq; felicia precans, illa sigilla Maiestati eius offert. Sed Rex ea collo eius, ceu torquem circumdedit: dicens, se Ecclesias & iura ipsorum tuiturum: vt & cæteris Imperij statibus benignum futurum.*

8. *Executis iam sex Electoribus sua munia: substituti sunt 12. inclyti Comites: qui proiectis Cæsareæ & Regiæ mensæ inseruirent: ipsiq; singuli, singulis mensis accumbentes, pransi sunt, in eodem cœnaculo.*

Mensarum hic ordo erat.

a. Cæsaris & Regis.

b. Ad dextram, Moguntini.

Inter vtranque, è regione Cæsaris, mensa Treuerensis.

Ad sinistram, Colonienses.

c. Palatini.

Saxonis, & Brandeburgici.

Cuius

Cuiq; mensæ, suus abax adiunctus: in quibus, aurea & argentea vasa, & lances.

Certatim astantibus, & cuiq; ministrantibus, suis nobilibus Pocillatoribus, Dapiferis, & bacillonibus.

Erant non longè à conspectu Cæsaris, aliæ duæ mensæ. Vna, VVirceburgici & Spirensis cum Duce Bauariæ & Iuliæ. Altera, Ducis Lotharingiæ, & Ducis Areschoti, ac Principis Vraniæ, aliorumque.

9. *In proximo conclaui, mensæ nõ minus magnificæ erant. In his Legati ciuitatum sedebant: vt, Coloniensium, Noribergensium, Francofurtensium & aliorum, cum hilaritate.*

10 *Prandio ferè finito: Electores sex ad mensam Imperatoris & Regis accedentes: quisq; Imperialia sua munia, quæ interea Vicarij habuerant, repetiuerunt: ac paululum pro forma ministrarunt.*

11. *Cæsar & Rex, à mensa digressi, spectaculum publicè datum, è sublimi loco videbant. Erat autem maximus BOS ASSATVS: varijs animalibus (sicut equus Troianus) refertus: cuius pars ad inauguratum Regem fuit delata: reliquum plebs mira contentione diripuit. Modò ne etiam veru, quo circumactus ille bos fuit, ab aliquo inter diripiendum deuoratum fuerit. Sed tamen nullius ventris dolor, postea cognitus est.*

12. *Cæsar & Rex è Senaculo, Electoribus cæterisq; Principibus ac nobilibus comitati (eodem ordine, quo è Templo exiuerant) tympanis & tubis percrepantibus, ad Palatium suum redierunt: Electoralemq; Senatum (adhuc Pontificalibus indutum: quo & inter prandendum vsus fuerat) clementer & honorificè, datis dextris, à se dimiserunt.*

Quàm fuerunt hæc, celsa & delectabilia! Quàm spectatu & auditu digna! Quàm mirarentur prisci Romani, tantam gloriam ad Germanos (illam barbaram gentem) deuolutam esse! Sanè talia, pro tempore facienda sunt. Quid ni? Largitur Deus interdum bona gaudia curis. Constituit, & honorat, Magistratum. Tantùm dolet mihi, tempus in lætitia non potuisse, nec posse, sisti. Si enim hoc fieri posset: quot splendida conuiuia, quàm iucundi sermones, quàm suauis musica, quàm amabiles choreæ, continenter manerent! Nos semper delectaremur ἀπαύστως. Sed istud irreuerens & improbum tempus, semper currit. Quis potest alligare? ἐξίστησι τὰ πάντα, τῆς φυσέως, καὶ τῆς θέσεως. Es ist eben alle ding nur ein weil. O mater Eua, quàm nos perdidisti! Honoranda mater, non maledico tibi. Decepta fuisti, cùm non putares. Hinc, tales res nostræ: tam instabiles, tam fluxæ. Quid: dicis tu, sapiens Ecclesiaste? Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Quid tu, diuine Paule? Nostra ciuitas & gubernatio, in cœlis est. Huc ergo, sola in solum Christum fide contendamus. Nam fiducia virtutum nostrarum pannus mulieris immundus est. Cogita quisq; qui te mundissimum tuis speciosis operibus putas: quàm habeas sæpe immundas & diabolicas in te cogitationes. Prò Deum, quanta cæcitas tua, tibi præsidentis! Da gloriam Deo. χάριτι σεσωσμένοι, Eph. 2. ἡ χάρις βασιλεύει, Rom. 5. Fide purificat corda immunda Deus. ἐπίκρισις.

Sueui inter alios interfuerunt hi.

Cum Ferdinando Cæsare, Georgius Comes ab Helffenstain. Ludouicus, Comes à Levvenstain. Carolus, Comes à Zollern. Otho, Comes ab Eberstain, stipatorum præfectus. Otho, Dominus ab Heideck. Georgius Ilsing, prouinciæ Sueuiæ præfectus. D. Ioannes Baptista VVeber, Memmingensis. Deinde, cum Maximiliano Rege: Otho, Comes ab Eberstain. Ludouicus & VVolfgangus, Comites ab Eberstain, Barones à Neugarten. Georgius Schenck à Stauffenburg. Cum Duce Bauariæ Alberto erant: Fridericus, Comes Oetingensis. Henricus, Comes in Fyrstenberg. Vlricus, Comes Montefortius. Albertus, Comes in Levvenstain. Degenhardus, Baro à Stauff. Fuit in his comitijs, Philippus Comes ab Eberstain, armaturæ pedestris capitaneus. Francofordiæ tunc, Sueui.

Interfuit Ebraimus quoque Strotschenius, natus Polonus, à Turca Solimanno missus pacis causâ, cum muneribus, anno χεζοπροφήτου Mahometis 969.

Enumerabo præcipuum etiam comitatum VVirtembergici Ducis Christophori. VVirtenbergenses.

Ludouicus, Landgrauius Hassiæ.

Eberhardus, Dux VVirtemberg. F.

Ioan. Theodoricus à Plieningen.

Eckhardus Bolensis. N. Vollandus. N Marescallus.

Sebastianus, Comes Helffenstainius. Heinricus, Comes in Castel.

Christophorus & Henricus, Domini à Lympurg. Albertus, Comes Hohenloius.

Georgius Comes Tubingensis. Iobus, Dominus in Heideck.

N. Dominus à Schwartzenburg. Nicolaus à VVernsdorff. Anshelmus à Leipfig. VVolfgangus, Dominus ab Heideck. VVolfgangus Schenck. Ioan. VVilhelmus Schenck. VVolff Dietrichus Megezer. Hugo à Rechberg. Erasmus Laiminger. N. Ingelizhofer. VVilibaldus Vrmyllerus. Sebastian Partheinius. Georgius Marescallius. Iordan. Braitenbachius. N. Binau. N. Liechtenhan. N. Mentzinger. N. Landawer.

Consiliarij & Magnates.

Bernhardus à Stain. VVernerus à Munchingen. VVolfgangus à Dienstet. N. Talcherus. D. Ioannes à Stainhaim. VVolfgangus Theodoricus Nothafft. N. Bernhauser. Ioan. Sigismundus à Freiberg. Vitus Schonerus. Iacobus Heieneckerus. Melchior à Sulhausen. L. Baltasar Eulingerus. Franciscus Curtius. D. Ioannes Schwartzius Med. D. Ioan. Sechelius Iurisc. Ambrosius Reschius. Hermannus Ochsenbachius, Castellanus Tybing. Conradus Schlerffius.

Theologi.

D. Ioannes Brentius.
M. Balthasar Bidenbachius, concionator Aulicus.
Summâ, Principum duorum VVirtembergensium & Landgrauij Lud. fuerũt 316. equites.

Scholæ Tybingensis curatio.

Academia Tybing. Die Febru. 4. creati sunt Doctores 8. Inter quos, Ioannes Brentius iunior (nunc Abbas Hirsaug.) Theol. & Georgius Hamberger Medicus.

Scheubelius. Febru. 22. M. Ioannes Scheubelius, plurimas figuras Mathematicas Euclideas, Senatuiin Bibliothecam, quæ construi incipiebatur, donauit, in ligno sculptas singulas.

Die Philip. & Iacobi, Rector 156. factus est Chilianus Vogler, V. I. D. & professor.

Inscripti.

Ioannes à Gallenberg Carniolanus: Laurentius & Andreas Paradeiseri, Carinthij: Ioan. Adrianus à Greiseneck: & VVolfgangus Apelles, eorum Præceptor, Maij 27. Paulus & Ioannes Clarneri, Noribergenses.

Falckenstainij Comites. VVirichus & Sebastianus, generosi Comites à Falckenstain: auditores Crusij assidui per triennium, & sex menses, in Ciceronc. Præceptor eorum, Antonius Schimmelius VVestphalus. Iul. 16.

Stephanus Gerlachius Knittlingens. & Christoph. Zick. Culmbach. Aug. 13.

Die S. Luca, Rector 157. Iacobus Schegkius.

Inscripti.

Dauid Vnger Memming. Pastor Kilbergensis. Nicodemus Fræschlin (Frischlinus) Balingensis, Nouemb. 12. Ioan. Iacobus Grynæus Bernensis, Febru. 1. Baltasar Engelhart Adelman von Adelmansfelden, Mart. 11. Christophorus Heerbrãdus, D. Iacobi F. April. 22.

Decanus artium.

M. Georgius Hitzler Giengensis: αὐὴρ ἐνμάνης, ἐυπρέσωπος, φιλάνθρωπος.

Magistri creati.

VVilhelmus Holder Marbach. Feb. 3. Ioannes Schmid Memmingens. Christoph. Rad. Meßingensis. Leonhardus Engelhartus Halensis, 12. Aug. Fuerat is Eppingæ Ludimagister: & inde dimissus, quòd Caluini dogma improbasset. Tybingæ verò 1. Iun. receptus erat Professor lectionum duarum Latinarum, in prima vel infima Pædagogij Academici classe.

Zimmermannus. VVilhelmus Zimmerman Neustatensis. Postea, Theol. D. & 1582. Haidelbergæ concionator, Electoris q consiliarius. Hodie, multos iam annos Græcij Ecclesiastes.

Tobias Baltz Kircheus. Medic. D. Eodem Decano Professor in Pædagogio conductus est.

M. Georgius Burchardus VVeissenburgensis Franco.

D. Iacobus Andreæ, Cancellarius. Postremis ferè diebus mensis Iunij, huc Gœppingã nouerca migrauit Doctor Iacobus Andreæ: & factus est nostræ Ecclesiæ Præpositus, Academiaq Cancellarius.

Laubmarius D. Cœpit circa S. Iacob. diem, M. Andreas Laubmarius Stutgardianus (postea, Tybingæ Doctor iuris, & adhuc eius in Academia professor) esse Præceptor illustrissimo Duci nostro, D. Ludouico. Ad quem post multos annos, sæpe dicebat Iacobus Cancellarius, nostrûm multis audientibus: Ihr habt vns ein frommen Fürsten gezogen. Educasti nobis pium Principem. Deus tibi gratiam referat.

Successus

Succeßit etiam hoc 1562. anno, in Schorndorffenſis Scholæ adminiſtrationem, M. Chriſtophorus Ridius Meßing. Quem Magiſtratus oppidi, & eruditus, & eruditorum amans, donauit 5. Ianu. 1575. iure ciuitatis, atq; centum Florenis, propter virtutem eius, & fidelitatem. Deceſſor ipſius in rectura Scholæ, M. Melchior Haindel fuerat, Bauarus: qui 5. Octobr. huius 1562. cum M. Sebaſt. Kienlino Tybingenſi: hodie Pfortzæ iam per diu Phyſico. Ipſe verò, factus eſt Phyſicus Eßlingæ: poſtea, Stutgardiæ: vbi 22. Febru. 1570. obijt. Fuerunt tunc 13. Doctores creati, diuerſarum Facultatum: à Doctoribus, Sneppfio, Varenbylero & Fuchſio. In prandio, pro ſingulis conuiuis ſoluebantur XVIII. crucigeri. Hodie verò, duplum ferè.

Noctis, quæ ſecundum diem menſis Auguſti ſecuta eſt, horâ nona, Tybingæ formidabiliſſima fulgetra, & duo fulmina, acciderunt: συνεχῶς ἐν τῷ φοβερωτάτῳ ἀστραπάς, καὶ δύο σκηπτοί. Poſtridie, mediâ hora duodecima mediana, Eripuêre nigræ nubes cœlum mq;, diemq;,

Sueuorum ex oculis: terris nox inſtitit atra.

Tunc, μετὰ λαίλαπος ὄμβρος, καὶ χάλαζαι ἐξάλιοι: imber ponderoſus, & grando vbiq; crepitans, à Stutgardia & VVaiblinga Lorcham vſq. Tybingæ & alibi, vineæ & vites horribiliter percuſſæ, & depopulatæ. Iacebant botri vbiq; humi, & pauciores pendebant, conuulneratæ & contritæ. Dixiſſes propè, te ſtragem multorum millium militum κρυφάστων cernere. Eam propter calamitatem, dilatæ ſunt ædificationes per Ducatum omnes, ad tempus melius, præterquam Stutgardiæ. Scriptum eſt à Principe Chriſtophoro, in pariete conclauis Stutgardianæ arcis: Balingam (vbi parum vinearum eſt) plus decumani vini, quàm Stutgardiam (τὴν πολλὴς οὖσαν ἀμπελόφυτον) hoc autumno dediſſe. Vinearum affl. ctio in VVirtembergia.

Idem 1562. VVaiblingenſes cœperat arcem, & venatoriam domum, ædificare. Quibus abſolutis: eò ſæpe VVirtembergici Principes veniunt, in ſylua Schonbachia venandi causâ. καταλύσεως ibi eſt, diuerſatio (ein außſpann) proficiſcentium Tybingam, aut Stutgardiam. VVaiblingenſes.

Nuptiæ hoc anno.

1. Ioannis Georgij Freibergij, Achſtetenſis: & Sabinæ de Freiberg, Eberhardi Freibergij, equitis in Haltsvvang, Ronavv, & Neidlinga, Cæſarei Conſiliarij, filiæ. Celebratæ die Pentecoſtes. Hinc nati, poſt alios vtriuſq; ſexus liberos, Adami tres: Philippus, Ioannes, & Georgius. De quibus, aliâs.

2 Auguſtæ. April. 13. Ioannis Achillis Ilſungi (fratris Chriſtophori, Baronis, Cæſ. Maieſtatis Conſiliarij) & Barbaræ Honoldinæ. Deinde, Doctoris Conradi Pij Peutingeri (qui fuit Claudij F. & Conradi, Alciato noti, N.) atq; Eliſabethæ Rechlingerinæ. Item Narciſci Peutingeri, & Magdalenæ Rechlingerinæ. Ambæ nuptiæ, Septemb. 7. Erant duo fratres, ſponſi duarũ ſororum. Magdalena iampridem eſt defuncta. Eliſabeta adhuc ſuperiore anno viuebat. Ilſungius.

3 Mansfeldi. Comitis Ludouici Oetingenſis, & Suſannæ, Comitis Alberti relictæ filiæ, Aug. 26. Quæ 8. Septemb. 1565. obijt: & in fano arcis Harburgenſis humata eſt. Ipſe verò 1. Octobr. 1569. obijt Harburgi: ductâ ante (vt Spangenberg. ait) viduâ fratris ſui relicta.

Obierunt præterea 1562. ſequentes.

1 Stutgardiæ. Die 15. Mart. noctis horâ 2. nobilis Ioannes Herter de & in Hertneck, VVirtembergicæ domus Magiſter, Haußhoffmeiſter/ Præfectus Sultzenſis. Sepultus in Parochiali. Mortuus.

In Leonhardino, ibidem. Præclarus Michael Schvveichardus V. I. D. & VVirtembergicus conſiliarius, Febru. 18.

In eodem Martinus Sturmlinus, Med. D. & Phyſicus in VVirtemberg. Aula.

Sæpius hic patriæ medicina ádiuuerat ægros:
Conſilijs, ſtudio, dexteritate, fide.

Obijt hic pater 13. Cal. Nouemb. 1562. mater verò, idibus Octob. 1544.

Ibidem. Die Decemb. 19. Margareta Voitina: vxor primò Ioannis Kynigi, Zahlmeiſters zů Stutgart: deinde, Ioſephi Alberti Schytzij, præced. anno mortui.

2. Tybingæ. Nobilis Ioannes ab Anvveil, præfectus oppidi maior, Octobr. 13. Poſtridie ſepultus: concionem funebrem habente D. Theod. Sneppfio ex Pſalmo: vbi de portantibus dicitur ſemina ſua cum lacrymis.

3. Bebenhuſæ. D. O. M. S. Anno Domini M. D. LXII. die XXVIII. Septemb. egregius vir, pietate & doctrina præſtantiſſimus, M. Sebaſtianus Coccyus: illuſtriſſimi Principis & Domini, D. Eberhardi Ducis VVirtembergici, Præceptor: cùm rebus eximeretur humanis: hanc ſedem oſſibus ſuis delegit. Coccyus.

Sagarum combustio.

Sagas XLI. hoc tempore Comes Helffenstainius Vlricus combussit. Sæpe in hoc genus sceminarum, à Deo ad Satanam transgressarum, tum in comitatu illo, tum Horbæ, tum Rotemburgi, tum alibi, sequentibus temporibus igne animaduersum est.

SCHOLÆ TYBING. RECTORES. INCENDIVM NORDLINGÆ. Bellicus aries Reutlingæ. Confirmatio pacis in politia & Ecclesia. Ordinatio militiæ in Sueuico tractu, vel circulo. Iusiurandum militaris Scholæ. Coniugia aliquot, & mortes, clarorum hominum. Finis Concilij Tridentini. Scriptio concionum in Templo.

CAPVT IX.

Bertelini Bartholomæi obitus. Gemmingens. Theodoricus.

ANNO 1563. Ianu. 8. audiuimus Tybingæ: Memmingensem Ecclesiasten Bartholomæum Bertelinum esse mortuum, virum benè de illa Ecclesia meritum. Huic hospitium exulanti Euangelij causâ benignum præbuerat, nobilis genere ac pietate vir, Theodoricus à Gemmingen, Plicardi F.

Rectura Tybing. Gymnasij.

Tybing. Gymnas.

Æstiuus Rector 158. erat Ioannes Hochmannus I.V.D. & Professor.

In Album relati. Ioannes & Velbertus Riedeselij in Eisenbach, Maij 18. Hermannus, Comes à Vvida. Ioannes Georgius, atque Otho, Comites Solmenses, Iun. 26. Petrus Breitschwart Pforzens. Petrus Funck Memmingens. Sept. 17. Stephanus Neudærffer, & Hieronymus Kaler, Noribergens. Andreas Planer, ex comitatu Tyrolensi, Octobr. 1. Hodie, clarissimus apud nos Philosophiæ & Med. Professor.

Hyemalis Rector 159. D. Iacobus Heerbrandus Theologus.

Inscripti. Eusebius Stetter Kirchensis sub Teck Nouemb. 5. Nunc diu Scholæ Oisterbergicæ hîc Moderator. Christophorus Spindler Gœppingens. Ecclesiastes Labaci. Mortuus 1591. Simon ab Vngnad, Baro in Sonneck. Ianu. 22. Eberhardus Landschad à Stainnach. Michael Gramter Halensis, Feb. 28. Ludouicus de Refuge Parisiensis, Marc. 22. Conuictor meus, sedens turba Gallicis. Ioannes Moser Gœppingens. Iurisc. & Consiliarius principis nostri. Ioannes Huldrichus Heck à Staineck. Christoph. Clemens Tasinger Rauenspurgensis. Ioan. Vvilhelmus Goldschus à Signovv, Rauenspurgens. April. 25. Ioannes Pappus Lindauus, April. 29. Hodie Antistes Ecclesiæ Argentinensis.

Decanus Philosophiæ. M. Samuel Siderocrates Brettanus.

Magistri creati. Michaël Knor Aitenshaimensis, Feb. 17. Conradus Vveick Vvindensis. Iacobus Schopper Biberacens. Iul. 28. Ioannes Vvidman Caluensis.

Incendium Nærdlingæ.

Maij 7. magnum incendium extitit Nordlingæ, damnosum, & maioris periculi. Id à muliere quadam ortum est: dum ancillæ Doctoris Lud. Sengij struens insidias, vt eam combureret: ab ipsa aberrauit: & præter voluntatem, ignem stramini iniecit. Ea per Magistratum capta est: forcipibus candentibus vulsa: & ad palum assata.

Aries bellicus, Reutlingæ.

Aries bellicus, repertus est ante Reutlingense oppidum: fortè factus, quando id fuit 1247. anno, ab Henrico Turingo obsessum. Est nunc extra curiam ibi, in transuersum affixus, cum inscriptione hac.

Memoriæ æternæ sacrum. Imperatore Cæsare Ferdinando primo, Pio felice, semper Augusto: Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Rege: Infante Hispaniarum, Archiduce Austriæ, Comite Tyrolis, regnante: S.P.R. Reutlingensis, arietem hunc, ne à posteritatis memoria desideretur, in publicum ponendum curarunt, anno Christi M. D. LXIII.

Als da regierte der Durchleuchtigst/großmächtigst/vnvberwindtlichst/ Römisch Keyser Ferdinand der erst / allezeit Mehrer deß Reichs: König in Germanien / Hungern/vnnd Bohemen: Infant in Hispania / Ertzhertzog in Osterreich / Graue zu Tyrol/ꝛc. vnser aller gnedigster Herr: Ließ ein ehrsamer weiser Rahr vnd Gemeind zu Reutlingen/ ꝛc. diesen alten Sturmblock / damit er in der nachkommenden gedächtnuß nicht verfiele/an dieses new Rahthauß hie offentlich anhencken: im Jahr nach der Geburt vnsers Herren vnd Heylands Jesu Christi 1563.

Pax Religionis, vt & ciuilis.

Habet iste aries 74. annulos, præfixus validissimo ferro.

Prouisio, paci ciuili antehac facta erat: consultumq; paci Religionis, per Imperium, præsertim Sueuiam, contra vim externam: deinde denuò 22. Nouembr. 63. Vlmæ est obsignata.

Circuli Germaniæ.

Circuli quinq;: Sueuicus, Bauaricus, Franconicus, Saxonicus, Rhenensis: superior & inferior.

Dissi-

Dieser Landfrieden / vnd Religionfried/ *comprehendit tantùm Pontificios, & Augustanæ confessionis professores, siue Lutheranos: cæteras sectas excludit. Horum duorum, neutri alteros armis oppugnare debent: sed iure inter se causas finire. Si quis Episcopus aut Prælatus, ad Augustanam confessionem se confert: amittit suum ordinem, sed sine infamia. Non debet is moueri Lutheranis, in Cameræ iudicio, propter Ecclesiastica bona, loco mota.* Capita illius pacis.

Non impediri vtrobiq; census, tributa, decimæ.

Nemo cogendus ad aliquam Religionem, nec fraude abducendus.

Licet migrare ad alterutrius loca, si quis volet: pensione emigrationis persoluta.

Causæ huius transactionis sunt: ne mutua sit diffidentia: ne Imperium in pericula incidat: & vt mutuæ charitate facilius concordia Religionis fiat. Qua etiam non sequente: nihilominus pax est colenda.

In ciuitatibus, vtraq; Religio maneat vt hactenus.

Nobilium ordo etiam hac pace comprehenditur.

Nullæ priorum constitutionum huic pacis officiunto.

Hæc Imperator, & Rex Ferdinandus, promiserunt se sanctè seruaturos. Sic & principes, & ciuitates.

Si quis alteri vim faciat: Principes se aduersaturos violatori promittunt, & vim patienti opitulaturos.

Iudices Cameræ iubentur, iustitiam vtriq; Religioni administrare.

Executio mandatur sententiæ Cameralium, contra pacis & prædictorum transgressores.

Pax Religionis & Reipub. antea in Passauiensi transactione sancita fuit. Confirmata rursus, Augustæ 1555. & Ratisbonæ 1557. Iterum Augustæ 1559 in perpetuum seruanda. Pacis eiusdem confirmatio iterata.

Ad executionem huius pacis, vel conseruationem, SVEVICVS CIRCVLVS, re diligenter pensitata, tria decreuit. Vnum, de personis necessarijs: alterum, de rebus: tertium, de modo executionis. Conseruationi pacis tria prouisa.

De personis.

1. *Imperator est circuli, vel Polemarchus,* Kreißoberster. *Qui receptus, iurat omnem fidelitatem, absq; respectu personæ. Quæ per ipsum, & maiorem partem ordinum, decreta sunt: rata sunto: etiamsi certas ob causas cæteri non adsint. Hodie, est Dux VVirtembergicus Ludouicus.* 1. Personæ.
2. *Sex viri,* Kriegsräht. *Bini de Principibus (Eccles. & politicis) & de Prælatis, ac comitibus generosis: atq; de ciuitatibus. Qui & ipsi fidelitatem iurant.*
3. *Si Imperator, vel Capitaneus, ipse adesse non potest: Vicarium loco suo idoneum, & iuratum habeto.*
4. *Si tempore belli Legato (ein Leutenant) opus sit: iuratus & ipse sit.*
5. *Certo salario conducti esse debent Duces & viri militares,* Haupt vnd Befelchsleuth.

De rebus.

Ærarium requiritur: ex quo Imperator, & Adiuncti, vel Seuiri, in alicuius hostis inuasione, pecuniam ad equitatum & peditatum conducendum promant. Interim etiam ordinibus, de succurrendo pro dignitate, iniunctum est. 2. Res.

Inuocandum vicinorum etiam circulorum subsidium, necessitate postulante.

Ærarij pecunia, tantùm ad necessitatem, non ad res paruas alienas, expendatur.

Ærarium & tormenta igniuoma, in vrbe potenti & tuta sint.

Milites mittuntor ad diribitorium seu locum delectus, à Polemarchis designatum.

De executione & modo.

Nemo ferat, vt in sua ditione concurrant milites: qui non dicant, cui legitimè stipendia faciant. 3. Executio.

Quisq; Procerum suos ita contineat: ne qua conspiratio & concursus eorum fiat: comminatione pœnarum, confiscationis bonorum, eiectionis vxoris & liberûm.

Nemo se ab exteris Principibus conduci patiatur.

Nemo exterorum ferendus est: vt in locis Imperij conscribat milites.

Milites errantici & aruscatores (Gartenknecht) ferendi non sunt: sed fide obstringendi, non reuersuros. Si in reuertantur: iudicio persequendi.

Si in cauponas veniant homines incogniti & suspecti: caupo Magistratui suo deferto.

Ad

Sueuici circuli partes 4.

Ad obequitandum, & vias tutas præstandas, partes circuli Sueuici quatuor sunt: singulas habentes descriptum suum quendam equitum & peditum numerum, ac Ducem.

In primo Quadrante sunt:

Dux VVirtembergicus. Prælati, Elvvangensis & Elchingensis. Comites & Barones: Helffenstainij, Oetingenses, Graueneccij. Ciuitates: Vlma, Reutlinga, Esslinga, Gamundia, Villa Hailbrunna, VVimpinum, Hala, Dinckelspuela, Bopfinga, Gienga, Oia, Nordlinga, Verla.

In secundo quadrante:

Marchio Carolus Badensis Hochbergens. Rhœtelensis: vnà cum cognatis: Abbatissa Rhotenmunsterana. Comites & Barones. C. VVilhelmus Eberstainius. Baro Geroltzeccensis. C. Fyrstembergenses. C. Carolus Hohenzollerens. Comites Sultzbachenses, & vt possessores Brandisij. Ciuitates: Rotvvila, Offenburgum, Giengenbachum, Cella ad Hammersbachium.

In tertio quadrante.

Principes, Cõstantiensis & Campidonensis. Prælati: Reichenavv, Salmensvveiler, VVingarten, VVeissenavv, Petershusa Constantiæ, Schussenriedũ, Ochsenhusa, Marckthala, Münchrhotum. Abbatissa: Lindauiensis. Buchauiensis, Heggbachensis, Gutencellensis, Baintensis, Bulleia Alsatiæ. Comites & Barones C. Fyrstembergenses, vt possessores dimidiæ partis VVerdenbergensium bonorum. Omnes Comites Montefortenses. C. Carolus Hohenzollerensis, vt possessor alterius dimidiæ partis VVerdenberg. bonorum. Possessor ditionis Iustingensis, Georgius Ludi à Freiberg. D. Ioan. Iacobus Baro Kynigseccius & Aulendorffius. Item, vt possessor ditionis Kynigseckbergensis. Possessor bonorum D. Schvveickardi de Gundelfingen. C. Georgius de Helffenstain. Domini Dapiferi VValdpurgenses: propter sua, & Sonnenbergensia ad eos delata bona. Comites Lupfenses. C. Zimmerenses. Ciuitates: Campidonum, Biberacum, Leutkirchum, Isnanga, VVanga, Lindauia, Rauenspurgum, Buchhornum, Yberlinga, Pfullendorffium, Buchouia ad Fadersehum.

In quarto quadrante.

Principes. Episcopus August. Prælati: Roggenburgensis, Vrspergensis, Ysinus. Comites & Barones: D. Georgius de Freuntsperg. Domini de Baumgarten. Domini, Marcus, Ioannes, & Iacobus fratres, Fuggeri. Ciuitates: Augusta, Kaufbeurum, Memminga.

Facienda singulis.

Certo die conueniunto equites cuiusq; Quadrantis, in suo loco: vt simul excursus omnium fiat: isq; communi sumptu Sueuici circuli.

Singulis septimanis, quisque Dux ijs, à quibus emissus est, significet res gestas, & circumstantias rerum.

Arx, in quam se receperint grassatores, post irritam admonitionem comburatur, aut destruatur.

Bona, quæ latrones eripuerint, possessoribus restituuntor.

Ne vocentur ordines ad arma, aut sumptus, nisi periculo probè explorato: ne inutilis labor & expensæ suscipiantur.

In maximo periculo, res ad Regem Rom. aut Cæsarem refertor.

Si quis, loco suo relicto: minetur incendia & malum alteri: denuntietur ei ius, & Receptor eius moneatur. Non enim profugi tales sunt sustentandi. Si ille non pareat: agatur contra ipsum, & Receptores, qui eodem numero habeantur. Capti, etiamsi damnum non dederint, tamen propter minas capite plectuntor.

Sigilla sua huic amico pacis Reipubl. & Religionis tractatui & consensui subdiderunt hi Magnates.

Marcus Sittichus, Card. & Episc. Constantiensis, Dominus Reichenoiæ, &c. Otho, Card & Episcop. August. Præpositus & Dominus Elvvangæ. Georgius, Abbas Campidonensis, &c. Christoph. Dux VVirtemb & Teccensis, Comes Mompelg. &c. Carolus, Marchio Badensis & Hochberg. Landgrauius Susenbergius, Dominus Rhœtelæ & Badenvveileræ. Philippus, Marchio Badensis, & Comes Spanheimius, &c. prose & cæteris Principibus. Gervvicus. Abbas VVirtgart. & Ochsenhausensis. Ioannes, Rockenburgius. Sebastianus, Elchingensis. Prose, & cæteris Prælatis huius circuli. Item Sigismundus ab Hornstein, Landtcommenthur der Balley Elsas vnd Burgundi/ Teut. ordinis. Hugo, Comes Montefortius & Rotenfelsius, Dominus Teinnagæ & Langenargæ. Carolus, Comes Hohenzoller. & Sigmaringensis, S. Imperij hæreditarius Camerarius. Prose, & socijs.

Con-

Consules deniq; & Senatus, Augustanus, Vlmensis, & Esslingensis: suo, & eaterorum ciuitatum nomine. Nouemb. 22. die Lunæ, anni 1563.

Bellicæ rei deinda constitutio legitur, & singularum personarum salaria menstrua. *Bellicæ rei constitutio.*

1. Imperatoris, vel Ducis generalis, personæ & res. *De peditatu.*

Acht Trabanten: *cuiq;* 32. fl. oder 8. Sold. Ein Prediger oder Caplan/12. fl. Ein Wundartzt/24. fl. Eidem auff ein Karren 12. fl. Einẽ Schreiber/12. fl. Einẽ Spiel/8. fl. Zween Wägen: auff jedẽ 24. fl. Zehen gemusterter Pferd: auff jedes 12. fl. Ein Koch 4. fl.

2. Legati eius, vel Locitenentis.

Trabanten. 4. jedem ein Sold. Currus 1. Pferd 6. Coquus 1.

3. Adiuncti, zugeordnete Ständ.

4. Vier Feldweibel totius peditatus.

5. Sechs Hauptleut. Jeder 40. fl. sein Jung 4 fl. Zween Trabanten: jedem 4. fl. Fendrich/20. fl. sein Jung/4. fl. Schreiber/8. fl. Waibel/4. fl. Furirer/4. fl. Feldscherer/4. fl. Pfeiffer/vier fl. Sub quoquo vexillo, 100. Sclopetarij.

6. Profoß/2. Trabanten. 1. Stockmeister. 2. Steckenknecht. 1. Nachrichter.

7. Schultheiß/vier Gülden/Gerichtschreiber/acht Gülden. Gerichtswaibel. Gerichtsleut.

8. Wachtmeister. stipendium eius, 40. fl. 1. Trabant.

9. Proutantmeister. Stip. eius. 40. fl.

10. *Sex falcones in quadam vrbe: ad quorum singulos, equi 8. In singulos equos, 6. fl. Ad singulos falcones, 500. globi quinarum librarum ex ferro, &c.*

11. *Sclopetarij.*

12. Schantzgräber/Pickel/Hauwen/Aext/Seiler/Ketten/Stangen.

13. Zeugmeister/Pfenningmeister.

14. Oberster Musterherr/Oberster Musterschreiber.

Hæc breuissimè, de peditatu. Nunc, de equitatu. *De equitatu.*

1. *Magister equitum*, Rittmeister. *Menstruum eius salarium*, 100. *fl.* Ein Trummeter/12. fl. Ein Feldscherer/12 fl. Ein Wagen/24. fl. Ein Troßross/6. fl. Jhme 12. Pferdt gemuster/144. fl. Fenderich/24. fl. Item/2. Furirer/2. Schmidt/2. Trabanten.

2. *Hastati. Habeant bonas galeas, torques, brachialia, vel loricas, thoraces, dorsalia.*

3. *Sclopetarij. Eis sint boni sclopi, valida venabula, manicæ, torques, chirotecæ, thoraces, dorsalia, Cassides chalybeæ.*

4. *Generosi equi.* Auff jedes/12. fl. *In duodecim quoſq;*, ein Droß oder Rottenpferdt: darauff 6. fl.

Vnum plaustrum, cum 4. fortibus equis, & omni instrumento.

Item, 1. halben Haacken/vnd ein Schweinspieß. *Salar.* 24 *fl. &c.*

Hæc paucissimis vtcunque notanda dixi: vt appareat, quàm laboriosa, quàm multiplex, quàm sumptuosa res sit militia.

Sententia Iuramenti equitum & peditum.

Velle Principibus & ordinibus circuli fideliter seruire: Ducibus & Officialibus obedire: nullas turbas excitare: fortiter in hostem agere: terrâ & nauibus, dies & noctes: officium facere in profectionibus & excubijs. Cuiq; stipendium 4. Florenorum per mensem datum iri (30. diebus, pro mense computatis) octo diebus ante, vel post mensem. Sin pecunia non adsit tunc: patienter molestiam ferre, & nihilominus officium facere. Qui secus faxit: periurus habebitur, corpore & vita pœnas luet. Sic & illi, qui sine testimonio nondum promeriti salarium: discesserint. Nemo in itinere excedat suo ordine: nemo ladat puerperas, grauidas mulieres, virgines, senes, pueros, sacerdotes, Concionatores, qui se non opponunt. Etiam Templa conseruentur: nec in fana & Monasteria, absq; mãdato immigretur. Nemo blasphemet Deum & Sanctos. Talia sunt capitalia. Si prælium, aut oppida & arces obtineantur: cuiq; militi mensis suus desinet, atq; incipiet: nec aliud à circulo ei debebitur. Si quod ex ipsis præsidiũ alicui loco imponetur: tuẽtor fideliter cõtra oppugnationes hostiũ: neq; ideo plus eis salarij dabitur. Si locorum dedutio fiet: nemo prædas ibi agat, aut vim afferat. In prælio, aut oppugnatione, nemo ad prædandum conuertatur: nisi de victoria constiterit: sed in *Iusiurandum militare.*

sed in sua statione maneat. Aliter, capitale fuerit. Si quis fugam ineat: proximus quisq; ipsum confodiat. Sin effugerit: infamis esto: & retractus, capite plectitor. Nemo prædatum excurrat, sine permissu Ducis. Nemo coitionem faciat suopte impulsu: neue colloquatur cum hoste: nec ad hostem scribat, literásve accipiat, absq; venia summi Ducis. Proditores præposito morum (profosio) indicantor: qui ex præscripto Capitanei cum eis agat. Qui inter se pugnant: dirimantur, nec coitio ad alterutrum fiat. Cui pax tertiùm mandatur, nec cessat pugnare: impunè occiditor. Qui alterum post pacem mandatam percutit: vitam amittat. Nemo in locis periculosis, præsertim noctu post eductas excubias, vspiam displodat sclopum, sub pœna corporis. Qui excubare iussus, neglexerit: arbitrio Ptolemarchi punitor. Qui excubias deserit: ἀπαραιτήτως, irrexorabiliter plectitor. Nemo sine permissu, alium pro se in excubijs constituat. Nemo seditionem moueat. Nemo cum diuersæ nationis hominibus ludat, ne maleuolentia existat, sub pœna corporali. Nemo cuiquam in locis amicis quicquam rapiat sub pœna vitæ. Commeatu aduecto, nemo irruat ante æstimationem factam. In delectu (in der Musterung) quisque suum nomen verè profiteatur, & patriam, proximámve ciuitatem. Nemo apud duos Duces nomen dato: nec bis delectum pertranseat, alienéve nomine. Nemo sua arma in delectu alteri commodet, bey Leibstraff. Nemo iniusso Imperatoris, ignem loco subijciat. Pedites ferant patienter, secum esse equites. Quisque fugiat ebrietatem. Nemo ad arma conclamet, nisi sit necesse. Conclamatione facta: quisque in locum assignatum concurrat. Nemo molendina frangat. Quicquid in prælio, expugnatione, aliásve, quisque ceperit: eius esto: exceptis tormentis & instrumento eorum. Pecora capta nemo alibi vendat, nisi castris, æstimata à Præposito. Nemo carnifici iniuriam faciat. Qui absque testimonio è castris abit: ei sua eripiantur, & ipsius vita puniatur. Nemo Dux, alterius Ducis milites recipiat, nisi illo permittente. Nemo in area lusoria, cum altero ludito in debitum: sed tantùm præsenti pecunia. Violatores horum capitum, pro periuris punientur.

De pace communi & Religionis, ac de militia, satis. Causam autem huic paci corroborandæ, sine dubio VVilhelmus à Grumbach dedit.

VVilhelmi Grunbachij occupatio VVirceburgæ.

Hic namq; Octob. 2. huius anni, cum peditatu aliquanto, & D C. equitibus, veniens, subito VVirceburgum occuparat: eò, quòd sibi, qui Marchioni Alberto decem annis antè inseruierat, bona sua erepta ab Episcopo Melchiore essent, nec vlla deprecatione redderentur. Diripuerat igitur Canonicorum & Monasteriorum bona: & Episcopo effugiente, ab eis transactionem quandam extorserat: quam postea Cæsar Ferdinandus rescidit: illumq;, & socios præcipuos, proscripsit, vt publicæ pacis perturbatores.

Dornstet.

Iul. 10. oppidum VVirtembergiæ Dornstetum, ex dimidio conflagrauit, igne fortuito.

Generatio hoc 1563. anno.

Nuptiæ Landgrauij Ludouici.

Maij 22. nuptias celebrauit Landgrauius Ludouicus cum Hedvvige VVirtembergica, Ducis Ludouici sorore, Stutgardiæ. Interfuit sponsi pater Philippus, & Dux Bauariæ Albertus, alijq; proceres, & multa nobilitas. Obuiàm exiuerant Dux Christophorus, & filius Eberhardus, ex vrbe, Landgrauio Philippo: in campoq; eum exceperant. Cum intrarent Stutgardiam: sponsus præcedebat, habens Ducem Eberhardum ad sinistram.

Sequebantur ambo patres: Landgrauius, ad dextram: Christophorus, ad sinistram. Dux Albertus, in arce manserat. Durarunt nuptiæ ad dies 8. omni cum honore & lætitia.

VVirt. Sophia, nata.

Nouemb. 27. Principi Christophoro nata est Stutgardiæ filia Sophia. Susceptor, frater puerperæ, Marchio Brandeburg. Georgius Fridericus.

Kirchperger.

Rotvvilæ, Ioannes Vlricus Mecker patricius, nuptias 25. Aug. cum Anna Kirchpergerina, sorore nobilis viri Georgij Kirchpergeri, Rotenburgum habitantis, celebrauit.

Vieheuser.

Augustæ, Maij 11. nuptias celebrarunt, Ioannes Hagenmyller Iurisc. Cæsaris Consiliarius, & Catharina VVelserina. Præterea, Octob. 24. Marquardus Freer Iurisc. & Felicitas Menhartina. Deniq;, Nouemb. 9. Sigismundus Vieheuser Iurisconsult. (Cancellarius Cæsaris) & Sabina VVelserina.

Augustani prytaneum nobiliorum (jhr Trinckstuben) destruxerunt, & melius ædificarunt.

Defuncti vita, eodem anno.

Mortui.

1. *Stutgardiæ, in Leonhardino. Ianuar. 16. Doctor Ioannes Schvvartz.*

VVirtembergiaca medicinam fecit in aula:
Non habuit vitæ, lustra per octo dies.

At

At meritum toto complexus pectore Christi est,
Fata subit corpus, spiritus astra petit.

2. *Ibidem in Hospitalario fano. Caspar Lutz Bernhusanus: publicus ciuitatis Stutgardianæ Protonotarius, Iun. 29.*

Hoc tumulo recubat virtutum gloria Caspar
Lucius, eximia vir pietate grauis.
Idem cœlesti post funera sede receptus,
Gaudia cum Christo non moritura capit.

3. *In Parochiali. A. D. 1563. auff den 7. tag Brachmonats/ starb die Edel vnd Ehrenreich Junckfraw Salome Erhartin/ jrs alters 66. jar/ deren Seel Gott gnad/ Amen.* *Virgo Irene.*

4. *In Leonhardino. A. 1563. den 13. Junij/ starb die ehrsam tugentsam Fraw Agnes/ Doctor Amandi seligen verlassene Wittib/ acht vnd siebentzig järig: D. G. G. S. Amen.*

Etiam 24. Iun. nobilis & præclarus vir obijt, ὑπερωμίας καὶ ἀξιωματικὸς, καὶ πρὸς ἐμὲ φιλαύθρωπος, Baltasar à Gyltlingen, Acad. nostræ Commissarius: de quo, antehac quoq; mentio facta. Hic quendam nobilem olim reprehendens adolescentem, meis fidelibus monitis locum non dantem, ad eum dixit: Wiltu nit studieren? Dich nicht adelich halten? Wiltu allein ein Wiesenwässerer werden? *Risit ob phrasin D. Ioannes Brentius pater: eumq; sermonem postea nobilibus narrauit. Adolescentem dudum pestis sustulit. Baltasar Bernecci sepultus est.* *Balt. Gyltlingius.*

Defunctus est Cimbrensis Comes, Frobenius Christophorus: qui vxorem habuit Künigunden de Eberstain. Progenies: VVilhelmus, Anna, Leonora, Apollonia, Ioanna, Kunigundis, Sibylla, & Maria.

Obijt quoque Thomas Naogeorgus Straubingensis, Decembr. 29. anno ætatis 52. in oppido Palatinatus VVeissenloha: antea remotus ob caluinismum è Stutgardia: vbi pastor ad S. Leonhardum fuerat.

VVaiblingæ monetarij falsi, viri 2. mulieres tres supplicium luerunt.

Tridenti, die Decemb. 4. Concilium expirauit, maturitatem suam assecutum. *Concilij Trident. finis.*

Hac hyeme, quædam etiam pestilens ægritudo, hinc inde aliquos corripiebat, Tybingæ, & circùm.

Eodem anno, galt allhie zu Tübingen (*post magnam caritatem annonæ*) ein Scheffel Korns wider 2. fl. 6. Batzen. War jederman froh/ vnd dancket GOtt. Dann man buch auch wider Hellerbrodt. *Annonæ laxatio.*

M. Martinus Crusius cœpit hoc 1563. anno, die Febru. 7. conciones in Templo S. Georgij, supra genua sua calamo Latinè excipere, ex ore Doctoris Theodorici Sneppfij. Postea, Febru. 21. Cancellarij Iacobi Andreæ. Deinde, 24. Febru. Doctoris Iacobi Heerbrandi. Græcè autem, 1564. Iun. 15. in eodem Templo scribere, improuisò (cùm Latinè cœpisset) irruente οὐθουσιασμῷ, ex tempore cœpit: in quo incepto perrexit deinceps: idq; adhuc 1592. continuat: &, quoad viuet ac poterit, continuabit. Multa nunc millia sunt concionum. Causæ facti 1. ob multas res optimas colligendas. 2. ob diligentius auscultandum, nec cogitationibus diuagandum. 3. ob stylum Græcum exercendum, & habitum eius alendum. *Concionum Græca scriptio in Templo.*

Accepi 12. Mart. 1592. cum huc scribendo peruenissem, literas amicas ex vrbe Liuoniæ Riga, à claro & sapiente viro, Dauide Heliconio, eius Reipubl. Syndico: qui ante septennium, Tybingæ in studijs gnauiter vixerat. *Riga.*

INCENDIVM VVAIBLINGÆ. COLLOQVIVM MAVLBRVNNENSE. Gubernatio Scholæ Tybingens. Baro Vngnadius Ioannes. Mors Cæs. Ferdinandi. Mors Sabinæ, Ducis VVirtembergicæ. Mors Medici Andreæ Vesalij. IMP. XVI. MAXIMILIANVS II. Pestis Basileæ & Stutgardiæ.

CAPVT X.

ANno 1564. Febr. 6. Interdictum Principis Christophori VVirtemb. in Templo post concionem recitatum est: ne Anabaptistarum, Suenckfeldianorum, Sacramentariorum, Scripta, in hoc Ducatu venderentur & emerentur, aut legerentur. *Hæreticorum Scripta, vetita.*

Mart. 29. VVaiblingæ cõflagrarunt aliquot ciuium domus (Simonis Schvvartzij, Hieremiæ Riesij, & Heppeleri) vnà cum quinque pueris. Ortum fuit id incendium: cùm ancilla lumine num- *VVaiblingæ incendium.*

ne nummum quæreret in fœno & stramine: quando mediâ nona homines in concione erant exitio oppidum. Tendebant pueri manus per fenestras, vociferantes: sed igne inualescente succurrinon poterat. Mater illorum abortiens, ipsa etiam perijt. Ancilla virgis oppido exacta est: vitâ stulta eius iuuentuti condonata.

Lauffæ incendiam. Conflagratio Templi parochialis Lauffæ (quondam ad honorem S. virgunculæ Regiwindæ extructi. Vide suprà part. 2. lib. 2. cap. 3.) annum, diemq; Mensis, his versib. continent.

Quindecies centum, decies sex, quatuor atque,
Anni, post cunas σάντις iêre tuas:
September celeres humeros nonas que parabat:
Hæc cùm sulfureo fulmine fana ruunt.

Erat illud fulmen primò ceu candela ardens. Sed cum nemo resisteret (quamuis facile resisti potuisset) ita increuit: vt Templum hoc in cineres & fauillas redegerit.

Parochiæ ad præfecturam Lauffensem pertinentes, sunt Gemerscheim & Ilsfeld. Habuit Lauffa olim Monasterium, & arces duas, quarum rudera supersunt.

Colloquium Maulbrunnense. April. 10 colloquium Maulbrunnæ actum est inter Theologos Ducis VVirtemberg. Christophori, & Palat. Electoris Friderici, de præsentia Christi in Sacramento altaris. Palatiniani erant: Michaël Tiller, Petrus Boquinus, Caspar Oleuianus, Zacharias Vrsinus, Petrus Dathenus. VVirtembergici: Abbas Maulbrun. Valentinus Vannius, Præpositus Stutgard. Ioannes Brentius, Acad. Tybing. Cancell. Iacobus Andreæ, Parochus Tybing. Theod. Sneppfius, concionator aulicus. Baltasar Bidenbachius. Durauit id colloquium vsque ad April. 17. Quibus de rebus legantur Acta publicata.

Tybingenses Rectores.

Schola Tybing. Maij 1. Rector 160. renuntiatus est Doctor Anastasius Demler.

Inscripti. Iosua Schar à Schwartzenburg, Maij 12. Ioannes Gottfridus, & Philip. Ernestus ac Conradus, à Berlichingen, fratres. Hieronymus Schyrstab Noribergens. Marcus de Zinzendorff, Baro Austriacus. Carolus & Franciscus à Remchingen. Helias Benignus Tybingens. Nicolaus de Tomitski, Baro Polonus, Octob. 5. Diligens Homeri auditor.

Octob. 18. Rector 161. Leonhardus Fuchsius.

Hannius. Inscripti. Ægidius Hunn VVinedensis, Nouembr. 1. Ioan. Casparus, Ioan. VVilhelmus, & Ioan. Ludouicus, à Sperbers Eck. fratres, conuictores M. Crusij σὺν τῷ γυμνασιάρχῃ, Decemb. 1. Ioannes Rauch Ebingensis, 7. Iun. Ioan. Membardus Herberting. Ian. 24. Philippus Schopfius Phorcens. Mart. 13.

Decanus artium. M. Samuel Hailandus.

Magistri creati. Ioan. Styrzel Holtzensis, Februar. 9. Ioan. Stæcher Illingensis. Vrbanus Vetscher Eßlingensis. Casparus Vogler Tybingens. Doctoris Chiliani F. Iul. 26. Matthæus Chytræus Menzingens. Daniel Hauff Beurensis.

Mart. 22. M. Georgius Hitzlerus 67. Baccalaureos creauit. Iam enim inceptum erat mittere primæ Laureæ candidatos, etiam ex Monasterijs: Maulbrunnensi, Hirsaugiensi, Bebenhusano, & Albensi: quæ dignitate cæteris præstant.

Vngnadius Ioannes. Viuebat hoc tempore Tybingæ, generosus Baro Ioannes Vngnadius, cum vxore & Gyneceo. senex pius & venerandus, Ecclesiæ & Academiæ fautor. Præferebatis 1. Iul. se catechismum Martini Lutheri minorem, Græcè conuersum, cum libris Sclauonicè versis, in Græciam transmittendum. Sed impedimenta interuenerunt.

Habitationum studiosorum æstimatio. Aug. 30. Professores Academiæ duo, & totidem oppidani Senatores, circumeuntes per ciuitatem, describebant: quid quisq; ciuis à Studiosis pro habitatione acciperet. Senatus postea certum precium præscripsit singulis habitaculis, quò minus grauarentur Studiosi.

Paci eorundem consultum. Iam antea etiam (Febr. 26.) paci inter Studiosos, & vinitores oppidi (inter quos interdum rixæ oriebantur) prouidentiâ illustrissimi Principis, & industria Senatus Academiæ amplissimi, consultum erat.

Radzivvilus. Septembr. 8. Tybingam studij causâ venit Lituanus Princeps, Nicol. Christophorus Radzivvilus. Postea 1583. frater eius Georgius factus est Cardinalis Pontificius.

Tradelius. Augustæ, Georg. Tradelius Iurisc. Reip. Aduocatus, viduus, nuptias 19. Iun. cum Sabina Pfisterina celebrauit. Ioannes Henricus Hervvartus, itidem viduus, Octobr. 30. cum Maria Rentzina.

Obierunt.

Obierunt.

1. *Imp Ferdinandus 25. Iul. die S. Iacobi. Pragæ, apud Annam vxorem sepultus. Peruenerat ad 62 annum ætatis. Filij eius. Maximilianus, successor Imperij. Ferdinandus, in comitatu Tyrolensi, Brisgoia Alsatia, &c.* Ferdinandi Cæs. obitus.

Carolus, in Styria, Carinthia, Carniola.

Filiæ. Elisabeta, nupta Sigismundo Augustæ Poloniæ Regi. Anna Alberto Bauaro. Maria Guilielmo Cliuensi. Magdalena. Catharina Francisco Mantuano, & post hunc Sigismundo Augusto Poloniæ Regi. Leonora, Guilielmo Mantuæ. Margareta. Barbara, Alfonso Ferrariæ. Vrsula. Helena. Iohanna, Francisco Florentiæ Ducibus.

2. *Obijt 30. August. Sabina Ducissa VVirtembergensis, Nyrtingæ. Sepulta Septembr. 2. Tybingæ. Funebrem ei postea orationem habuit in Aula Academicæ domus nouæ, M. Georgius Lieblerus. Inde, hæc. Cùm audiuisset, quandam nobilem matronam, quæ antea Pontificiæ religionis fuerat, in extremo agone ad solum Christi meritum confugisse: abiectis omnibus humanis meritis, & idololatrico cultu: prægaudio lacrymas non tenuit. Virgines quasdam nobiles, quas olim in Monasterium coniecerat, postea reuocauit: tamdiuque tenuit, dum eas à superstitionibus rursum abduceret. Dicebat, se nullum relinquere meliorem thesaurum: quàm quem apud pauperes, aut benemeritos ministros, depositisset. Pauperibus ægrotis, qui medicamenta non habebant, ipsa misit gratis ea, quæ emerat, aut præparauerat. Etiam pecuniam eis misit: quò melius valetudini operam dare possent. Hydropicum ipsa sanauit medicamine: quod à Carolo V. Imp. acceperat, aduersus aquam inter cutem præsentissimum. Recens denique exortum in cibo, potu, vestitu, luxum, damnabant. An non iste, inquit, qui ita tumidas serico, & talorum tenus dependentes, caligas gestat, morioni, quàm homini similior videtur? Ecce galerum eius Pyramidalem. Ecce, quomodo sibi in desipientia sua placeat.* Sabinæ VVirtembergæ obitus.

Excesserat ipsa LXXIII. annum vitæ. Post cuius obitum, in Templis Ducatus sic oratum est. Precatio à mortem illius.

Ewiger/Allmächtiger/Barmhertziger GOtt vnnd Vatter/der du durch den Todt deines eingebornen Sohns/vnsers lieben HERRN/vnnd einigen Heylands/JEsu CHristi/dem Todt seinen gewalt genommen: vnd durch sein Aufferstehung/das ewig Leben widergebracht hast: auff daß wir von dem gewalt deß Teuffels erlöset/vnnd durch die Krafft derselbigen Aufferstehung/vnsere sterbliche Leib auch von den Todten auffer weckket werden: Verleih vns gnediglich/daß wir solches festiglich/vnnd von Hertzen/ohn allen zweiffel glauben. Vnnd nach dem du zu diesen zeiten/vnsers lieben Landtfürsten Frauw Mutter/auß diesem leiblichen Leben erfordert hast: vnnd sie durch deine Göttliche Gnad/deinen lieben Sohn Jesum Christum/für jren einigen wahren Heylandt erkandt: sich auch allein seines einigen Verdiensts vnd Erlösung/von Hertzen getröstet: so seyen wir gäntzlicher zuversicht: sie werde durch dich/HERR JEsu Christe/mit aller Gnaden vnd Barmhertzigkeit/in Himmlischer seliger ruhe/zu der fröhlichen Aufferstehung/mit allen Außerwöhlten Christen erhalten. Hierauff dancken wir dir gehorsamlich aller gutthaten: so du je gnedig bewiesen hast: vnnd bitten dich/du wöllest vns auch in rechter wahrer Erkandtnuß deines lieben Sohns vnsers einigen Heylands Jesu Christi erhalten: daß wir mit rechtem vesten Glauben vnd vertrauwen/auß dieser Welt/so wir nach deinem Göttlichen wolgefallen beruffen/scheiden: vnnd die fröhliche Aufferstehung vnsers Leibs/auch besitzung deß ewigen Himmlischen Erbtheils/mit allen Heiligen erlangen mögen. Durch denselben vnsern HERRN Jesum Christum: der mit dir/vnd dem H. Geist/lebt vnd regiert in Ewigkeit/Amen.

3. *Stutgardiæ, in Leonhardino. April. 14. die Vener. honestus vir Burcardus Styckel, cameræ Principis consiliarius.*

4. *Caluæ. August. 13.* Der Edel vnnd Ehrnvest Wolff Rauw von Winendaw: dem Gott gnad/Amen.

5. *Eßlingæ. Ianu. 19. Bernhardus Reibing, senior consul, anno ætatis 71. Et vxor eius Catharina Laucherina, 2. Febru. eiusdem anni, anno ætat. 42. Fuit soror Vlrici Archigrammatei. Bernhardi illius filius, est hodiernus consul Bernhardus.* Reibing.

6. *Basileæ. D. Martinus Borrhaus Stutgardianus: professor librorum veteris Testamenti, in Academia: linguæ Hebraicæ, Syriacæ, & Chaldiacæ, peritissimus. Obijt 4. idus Octobr. 1564. anno ætatis 65. cùm grauissima lue, in ea vrbe circiter 7. millia hominum perijssent.* Borrhaus.

Vesalij mors. 7. *Andreas Vesalius, Caroli V. & Philippi R. Medicus (qui etiam morti Henrici 2. Franciæ Regis adfuerat) cùm in Cyprum cum Malatesta Ariminensi nauigasset, Venetæ Reipub. Capitaneo: & in reditu Venetias versus tenderet: vtpote amplissimo salario ad professionem Patauinam conductus; ad insulam Zacynthum tempestate delatus, in solitudine perijt miserè; & à Turifice reperiente, humatus est. Huius Vesalij faciem, & Martini Crusij similimas esse inter se, Doctores Acad. Basil. 1566. omnes dicebant.*

Maximil. II. Cæsar 16. *Post Patris Ferdinandi obitum, XVI. factus est IMP. CÆS. MAXIMILIANVS II. IVNIOR, AVSTRIVS, P. F. Aug.*

Lazarus Schwendius, eques auratus, à Cæs. Maximiliano in Transylvaniam missus, rem feliciter contra Turcas gerebat.

Pestilentia Stutgardiæ. *Octob. 31. Principis nostri liberi, Tybingam Stutgardiâ propter epidemiam luem confugere. Quo die Doctores 14. creabantur: inter quos, Theologi, M. Conradus Wolfius Plauius, & Lucas Osiander. Iurisc. M. Ioannes Brastperger, M. Michaël Vaius. Medici, M. Samuel Sidrocrates, Philippus Grauber, & Georgius Wincklerus. Ipse Christoph. Princeps huc 4. Nouemb. cum comitatu Aulico vênit. Habitarunt in arce. Musicum verò Collegium, mecum in cœnobio Nudipedum.*

Stauffensis Comes Antonius. *Viuebat circa hoc tempus Antonius, illustris Comes in Stauffen, natus circiter 1520. qui in iuuentute, artium & linguarum studia coluerat: & postea prudenter ditioni suæ præerat. Pantal. Parte German. 3. Hoc Stauffen in Brisgoia est: sed Hohenstauffen, in Wirtembergia.*

FRIGIDISSIMA HYEMS. RECTVRA TYBINGENSIS. VVIRTEMbergiæ administratio. Lites nobilium quorundam pacatæ. Nuptiæ & mortes insigniorum hominum. De Episcopo Petro Paulo Vergerio. De Barone Ioanne Vngnadio.

CAPVT XI.

Hyems algida. ANno 1565. *ineunte, tanta vis hyberni frigoris erat: vt vites & arbores interirent multis in locis: & flumina conglaciarent, Neccarus, Mœnus, Visurgis, Albis, Rhenus, Danubius. Nix quoque in multis locis valles expleuit, & complanauit. Vnde postea ingens inundatio facta est.*

Primus Truber. *In vicino vico Derendinga, Ecclesiæ pastor erat vir pius & fidelis, Primus Truberus. Hic libros sacros in Sclauonicam linguam conuertente: Mæcenatibus illustrissimo Duce Christophoro, & generoso Barone Ioanne Vngnadio: exemplarium vis in regiones Turcicas missa fuit.*

April. 19. & circà, Stutgardiam Tybingâ discedebant: qui huc pestem fugerant. Iam enim flagellum recesserat.

Gymnas. Tybing. *Æstiuus Scholæ Tybingensis Rector 162. erat M. Ioannes Mendlinus Tybing.*

Inscripti.

Laurentius Gualther Kuechelius Vlmensis, Maij 4. Hodie, clarus ibi Med. Doctor. Alexander Kammerer Tybingens. Maij 25. Hodie, Physicus Reutlingensis. Baltasar Rhelinus Nordlingensis. Augustinus Brunnius Annæmontanus. Hodie, Pastor Ecclesiæ Iesingensis. Historicus.

Hybernus Rector 163. Theodoricus Sneppfius, Theolog. Doct. & Professor, Parochus Tybing.

Inscripti. Petrus Perion Lugdunensis. Daniel Grickler Bulachens. Petrus Villotius Hericuriensis. Guilielmus & Ioannes de Saulx, Comites de ligny, Barones de Ramo aureo.

Decanus Philosophicus. M. Martinus Crusius.

Magistri renuntiati. Simo Studion Auracensis, Febr. 14. præsente Episc. Vergerio, Principe Lituano, & comitibus Falckenstain. Wiricho ac Sebastiano. Nicodemus Frischlinus Balingens. Nicolaus Taurellus Mompelgardensis. Philippus Schopfius Pforcensis. Hodie, Duralci Medicus.

Homericum auditorium. *Homerus, frequentiâ Auditorum suorum mense Nouembri effecit: vt Auditorium ipsius infrà in contubernio, ædificando ampliaretur. Vnde, Homericum auditorium appellari cœptum.*

Wirtembergiæ Politia. *Iun. 19. Ordinum Ducatus erat conuentus, de Duce aliquando succesſuro: ein Landtag. Mista enim πολιτεία est. Monarcha ditionis, ipse Dux: Aristocratores, ipsi consiliarij: Democratores, Delecti pauciores, Delecti plures, conuentus ordinum: nempe ex singulis oppidis, qui totum populum*

populum repræsentant. Ad primos minora negocia, ad alteros grauiora, ad tertios valde ardua, referuntur.

Erat controuersia quædam inter nobiles vicinos, Iacobum Ehingenum, & Dauidem Staium: quæ benè transacta est: vtroq; partem suam pagi Byhela pacificè & quietè obtinente. *Bühel pagus.*

Comites Oetingenses infesti erant Nordlingensi ciuitati: cibaria eis inferri à suis vetantes, aucupia impedientes, & retia eripientes. Pacem verò ipsis Dux VVirtemberg. Christophorus mandauit vtrobique, vt Sueuici circuli Imperator. Res postea per ipsum, & Episcopum Augustanum, Abbatemque Cæsariensem, Vlmenses & Thonavverdenses, transacta. Erant fratres, VVolfgangus, & Fridericus, atque Ludouicus, Comites Oetingenses. VVallerstain, Friderici domicilium. *Oeting. Comites, cõtra Nordlingam.*

In Thermis ferinis, in fenestra Hospitij, pictum & scriptum. Vlrich/ Graff zu Montfort vnd Rotenfels/ Herr zu Tettnangen/ Tagen/ vnd Wasserburg/ ꝛc. Fürstl. Durchl. Ertzhertzog Ferdinand zu Oesterreich Raht/ oberster Hauptmann vnd Landtvogt vorder Osterreiches. 1565. Rubrum vexillum, in campo albo.

Inter Reges, Gallum & Hispanum, Sacrum fœdus (sancta liga) Baionæ initum est: de religione reformata per Galliam delenda. *Sancta liga. Fœdus inter Gallum & Hispanũ.*

Nuptias apud Augustanos (teste Henningo) celebrarunt. *Augustana nuptiæ.*

1. Hieremias Martius, Med. D. vir 6. linguarum peritus, Textoris ciuis F. cum Sabina Gundelfingerina, Ianu. 15. Hæc iam nupta est cum consule Michaële Maiero Mercatore. Dono mihi dederat 1583. D. Martius, Los quatro libros del Cortesano, compuestos en Italiano por el conde Baltasar Castellon &c. ὅτι περὶ τὴν ἱππικὴν γλῶτταν αὐτοδίδακτος ἦμεν.

2. Leonhardus Rhauvvolf, Medicus & ipse, Mercatoris filius, cum Regina Iungina, Febr. 26. Obijt hic peregrinatione Syriam omnem (aliquot linguarum gnarus) cuius peregrinationis descriptionem trium librorum Germanicam, eruditam & iucundam legimus. Ipse iam ab anno 1588. Ordinum Archiducatus Austriæ Medicus est, ac Lincij habitat. *Rhauvvolf.*

3. Baro Villingerus iunior Carolus, cum Sidonia Isabella Fuggerina, Mart. 15.

4. Ioannes Matthæus Stamler Scholarcha cum Anna Maria VVeisina, Maij 16.

5. Dauid VValther (cuius sororem Reginam, Doctor Nicolaus Varenbylerus, Professor Iurũ Tybingæ, habet) cum Maria Linckina patricia vidua, Nouemb. 5. Obijt ipse 1579. Mariam Tybingæ 1566. Iun. 12. vidimus, ἀξιωμάτων γυναῖκα.

Obierunt.

1. Febr. 4. Stutgardiæ, in Hospitalis fano. Der Ehrenvest vnd fürnem Martin Eisengrein/ Stiffts verwalter zu Stutgart: cùm antea 10. Ianu. eiusdem 1565. anni duxisset quartam vxorem Behrlerinam Dinckelspubelensem, Hieronymi VVelleri viduam. *Defuncti.*

2. Octob. 19. Die Ehrenreich vnd Tugentsam Fraw Anna Stäckin/ ex genere Kellerorum: vxor D. Conradi Stæckij Medici.

3. In Leonhardino. Ioannis Knoderi, V. I. D. & Consiliarij VVirtembergensis, sepulchrum: qui octogenarius animam Deo reddidit 26. die Iunij, anno Dom. 1565. *Knoderus.*

Ἀνέῳχετο καὶ ἀνεῴχετο.

Socer erat M. Georgij Liebleri, apud nos Tybingæ Physici Professoris. Eius vitam carmine Græco descripsimus: quod cum Latina conuersione M. L. Engelharti, libr. 2. Poëmatum nostrorum, 1566. impressorum, extat.

4. Episcopus Petrus Paulus Vergerius Iustinopolitanus, Octob. 4. Tybingæ: & 7. eiusdem mensis in Sangeorgiano sepultus. Funebrem concionem D. Iacobus Andreæ Cancellarius habuit ex 1. Timoth. 1. quomodo Paulus fuerit persecutor Ecclesiæ: deinde, ad Christum conuersus: tum, & Apostolus factus. Concionem Græcè excepi, ex qua, hæc de vita illius. *Vergerius.*

Νῦν δὲ παραπλήσιον τῷ ἀποστόλῳ παῦλῳ αὖθις ἐν τῇ γῇ παριδάμιον, πέτρος παῦλος ὀνειγέσιος. Ὃς πατ' ἀρχὰς μὲν ἀδόξως ἐν παλαβίῳ ἐγένετο· ἔπειτα δ' εἰς ῥώμην ἐλθὼν, ἐπίσκοπος τῆς ἑαυτῆ πατρίδος ἀντιγραπόλεως ἀνεδείχθη. Μετὰ ταῦτα, περὶ ζοίας ἀποστολικῆς ἠξιώθη· καὶ εἰς ζυτιμπέργην παραγενόμενος, τῷ λαθάρῳ παρέστη μετανοεῖν, καὶ πρὸς τὴν καθολικὴν (τὴν ῥωμαϊκὴν λέγω) ἐκκλησίαν ἐπιστρέφειν. Ἐλαφρόμενος τὴν ὑγιάνουσαν διδασκαλίαν, καὶ ἐλίωξε, καὶ ἐπιβλάσφον. Ἀνεγνώσθησαν δὲ τὰς ὑπὸ λαθήρου ἐκδοθείσας βίβλους, τῇ αὐτῇ παρέστην ἀποκαλίαν, καὶ αὐτὸς, ἀνεθεμάτισε τὴν θείαν ἀλήθειαν αὐτοφθαλμεῖν. εἶπε δ' ἐπικλῆν εἰς ναταβίον· ἐργάνησον τινὰ, ἀνέῳγεν ἐπίλιλον, ἄγιον· ἀποστάντα μὲν πρῶτον τῆς τῆ πάπα διδαχῆς· εἶτα δ' αὖ πρὸς αὐτὴν μεταθέμενον, καὶ διὰ τοῦτο τῆς σωτηρίας ἑαυτῆ ἀπογνώσαντα· ὃν παρεμυθήσατο μὲν, χάριτι δὲ οὐ διὰ. τῇ ἀπογνώσει γὰρ οὐκ ἐβάπτιζον· ἐλπὶν ἔν ἔστω φωτὶ τῷ Σπίρᾳ ἐμβάσειν, μετέγνωσι· βουληθεὶς μὲν καὶ πρότερον, ἀκαιρίαις δὲ ὑπὸ νοσημάτος δέξηται. Τότε δὲ ἀλλὰ.

ἀλλ' ἀλλοῖος μεταβαλλόμενος ἐκολπίσθη τὴν ἐπίσκοπὴν, ὡς τεχμαίρεσθαι ὑπάρχειν τινὰ θεῖον ἐν τοῖς ῥωμαϊκοῖς ἤθεσι ῥωστώνης ἐπιβολήν: ἀ οὖν τ' ἐκλιὼν μετέμεινεν, ἀπεπάλυτο δὲ πολλὰ πονηρίας τῆ πόλει: πλὴν ὑπὲρ ὑπὲρ ἐξαρτος ἐπὶ τῶν ἀνυστὸς εἶναι αὐτὰ πανδάσαι τὰ πεπαιγμένα, ὡς εἰς τέρμονα διαλθεῖν. ἅμως μὲν τοίγε ἐμαχέσατο τὸν ἀνδρ' ἐκτόν. νῦν δὲ τὸν βίον μεταλλάξαντα, ἐνέλπιδές ἐσμεν, ὅσα διὰ χρόνου παλαίσας, πολλαπλασίων οὐ τῆ βελτίω τῶν ἔρκτων πομπεύσαι.

Vngnadius. 5. *Obierat generosus Baro Ioan. Vngnadius à Sonneck sub initium huius 1565 anni in Bohemiæ arce, sororij Ioachimi Schlickij, VVintricia senex magno natu. Qui cùm iussisset se in Ducatu VVirtembergensi humari: eò aduectus est exanimis (Tybingam scilicet Academiâ, & opidi Magistratu, obuiàm ante portam Neccaricam prodeunte) iussuque illustrissimi Ducis Christophori magnificè in Sancti Georgij fano est sepultus. Iun. 17. Qui cùm sub R. Ferdinando, Styriæ & Carinthiæ præfuisset: se in Scholam VVirtembergensem, & vicinas Ecclesias, contulerat: vt in doctrina sincera magis confirmaretur. Deinde, in VVirtembergiam à Principe Christophoro receptus, VVraci diu habitauit: postea, Tybingam transijt. Multa pia nostrorum Scriptorum in Sclauonicam vel Croaticam linguam transferenda curauit: & ad Turcicas gentes, vt Christianismo imbuerentur, portanda: Opera primi Truberi Carniolani, Stephani Consulis Histriani, & Antonij Dalmatæ, in Tybingana Georgij Gruppenbachij Typographia vsus. Procero corpore fuit aspectu venerabili, affatu clemente. Concionatus in funere eius, ibidem D. Iacobus Andreæ est, ex Matth. 16. Si quis vult me sequi, &c.* μάλ' ἄμοιρον ἔφασκον εἶναι Ἀχαιὸν τὸν ἀνδρ' ἐκεῖνον λαμπρὸν τῶν πολιτῶν μετοπισθον, ὅπως παθαρῶς πυρώσιτο τὰ τῆ χειρῖ, καὶ εἰλικρινῶς τὰ αὐτῆ ἔργα μετέχοιμι τῶν ἀγαθῶν. φυγὼν γὰρ ὑποπτήσσω πᾶσαν, τὴν ἀλήθειαν περιπεφεύγως: καὶ οὐ δοκέοις δὲ τὸ τῆ μανίης περιβύτη ξυμεῦνος: Νῦν ἀπολύοις τὸν λᾶλον σὺ, λέγοντα, οὐ ἐρέω. *Vxor eius illustris & pia Magdalena, Comitissa Barbeiana, iuuencula ferè, vnicè senem mitem & suauem dilexit: nec diu post obitum ipsius vixit: sed lucto 16. Nouembr. huius 1565. anni confecta, dicta apud nos fuit. Quàm erat hoc pulchrum spectaculum omni hic populo, & rati um, imò vnicum: quando conciones sacras frequenter audiant, manibus inter se iunctis incedentes! Canus dominus, venerando aspectu: mulier ætate formæ integra, viri & heri sui obseruantissima. Dixisses par castorum* Αὐδὶς αὐτάκιον πρὸς ἀτέρμονα χαίματα φωλάδων turturum esse. Αὐδὶς αὐτάκιον πρὸς ἀτέρμονα χαίματα φωλάδων.

Obierat pater Dominæ Magdalenæ, 24. Ianuar. huius eiusdem anni, VVolfius senior: cui vxor fuerat Domina Agnes, Comitis Manisfeldensis Gebhardi filia.

Franc. Erhardus. 6. *Durlaci in Templo.* Auff den vierdten Nouembr. Anno LXV. starb Franz Erhardt von Vlm: der fromb / redlich / vnnd groß Staatschreiber: Welches Cörper gar nahe sechs Centner gewogen. Der Allmächtige Gott wölle jhm ein fröliche Aufferstehung geben.

Basileæ, sub picta choreâ mortis, κὐτιμεναῖοι.

Was lebt / das stirbt durch Adams Not:
Was stirbt / das lebt durch Christi Todt.

Seldius. 7. *Augustanus Georg. Sigismundus Seldius, Impp. Caroli V. & Ferdinandi Vicecancellarius: & Maximiliani II. intimus consiliarius: ex prædio, quò expatiatus fuerat, redire 26. Maij properans: cisio, dum Psalmos legit, excussus, caput Saxo allidens, perijt: Ioanne Vdalrico Zasio, Cæsarij Vicecancellario, ex altera cistæ parte saluo desiliente.* χαιρεφῶντα, καὶ τὸ σοφὸν χάρεκα.

Melite ins à Turcis oppugnata. *Hac æstate, Turcæ insulam Meliten maximo apparatu inuaserunt (Duce Mustapha) Solymannus, altero anno, in Vngaria Iula, & Sigetho captis, 5. Septembr. ἐλιήρους, mortuus est. Successit ei Selymus 2 filius.*

COMITIA IMP. MAXIMILIANI AVGVSTÆ. BELLI TVRCICI Gestio, sine successu. Curatio gymnasij Tybingensis. Haganoa, ad Augustanam confessionem. Matrimonia virorum illustrium. Obitus præstantium hominum: inter quos, Medicus Leonhardus Fuchsius.

CAPVT XII.

Comitia Augusta. ANno 1566. *Comitia celebrabat Cæsar Maximilianus II. Augustæ, cum Principibus: inter quos & VVirtembergicus. Confirmata est pax Religionis: & bellum in Turcas decretum, posteaq; susceptum.*

Tunc

Tunc Augustus Saxo, sub ditio. in vestitu Electorali, huius dignitatis, & Ducatuum suorum inuestituram, à nouo Imp. suscepit. Nam 12. dominiorum vexilla, à 12. comitibus spinnen, serica veste indutis, portabantur: & sex Principes, in hoc actu inseruiebant: VVolfg. Palatinus Rhen. Georgius Frider. Marchio Brandenburgensis, Christophor. VVirtembergensis, Ioannes iunior Dux Holsatiæ, Ioach. Ernestus Anhaltinus, & Henricus Lignitius Silesius. Horum primus, Dux VVolfgangus, ad Cæsarem verba faciens, Augustum præstito iuramento in fidem recipi, sulta oratione petebat. Cæsari, in tabulato ad hoc peculiariter constructo, præter Electores quatuor, Albertus Bauarus, VVilhelmus Iuliacensis, duo Electoris Palat. filij. Marchio Ioan. Georgius Brandenburgicus, & Ioan. Fridericus Pomeraniæ Dux, cum multis alijs Comitibus & Baronib. inseruiebant. Comitati sunt Augustũ, præter Principes & Comites, circiter 20. alæ equitũ. *Augustus, Sax. Elector.*

Catalogus copiarum, tunc in Turcam ducendarum.

Marchio Philibertus ducturus erat equites 500. Ludouicus Vngnadius, 1000. Comes Gunther Schwartzenburgius, 1350. Comes de Barbi, 1000. Iacobus de Schulenburg, 1000. Christoph. de Schellendorff, 1000. Rigendorff, 350. Hispanici sclopetarij equestres erant 1000. Hispani sclopetarij pedites, 1000. Itali Hippotoxotæ, 1000. Itali Podotoxotæ, 1000. Hussari equites, 6000. Poloni equites 4000. Burgundici equites, 1000. Pedites mercenarij, 45. signa. Absq; Aulicis, & hereditarijs regionibus. Comes Georg. Helffenstainius, Signa 12. Fridericus de Hattstat, 10. VVaithumb, 10. *Copiæ in Turcã ducendæ.*

Tybingæ, à Præfecto oppidi pronuntiatum fuit 12. Maij: quenq; ciuem debere contribuere aliquid (Demosthenis, συνεισφορὰν) ad bellum Turcicum tribus pensionibus: ad Pentecosten, ad S. Iacobi diem, & ad S. Michaëlis. Nemo non libenter conferebat. Idem fecêre singuli Academiæ Professores. Septemb. etiam die 9. signum campanæ dari cœptum hîc est, & deinceps quotidie, Deum inuocandi contra Turcas causâ. Sic fieri Princeps iusserat. *Tributi ad hoc bellum exactio.*

Bellum quidem hoc gestum sedante exitum huius anni, dimissum.

Rectores hoc anno.

Maij 18. Rector 164. Chilianus Vogler Iurisc. & Professor. *Gymnasium Tyling.*

Inscripti. Troianus. Baro de Aursperg. Iacobus Gering Iesingus. Polycarpus Leiser VVinedensis. Georg. Dalmatinus Carniolanus. Antonius Varnbyler, D. Nicolai F. Ioan. Lud. à Glauburg. Francofurtens.

Octob. 18. Rector 165. Iacobus Schegkius.

Inscripti. Martinus Aichman Schorndorffens. Decemb. 5. Otho, Baro à Liechtenstain. Theodoricus, & Fridericus, & Sigismundus, à Plieningen fratres. 1567. Feb. 22. Ioan. Philippus Brauch Gamundianus. Decanus artium. M. Ioannes Hiltebrandus, 4. Magistri facti. Andreas Planerus VVoltzanẽsis, Feb. 20. Philippus Hailprunner Æntzveibingens. Eusebius Sietter Kirchensis. Samuel Myller Lindauius, Iul. 31. Med. D. Petrus Funccius Memmingens.

Ab Imp. Maximiliano, sub exitum Maij, Argentinensis Schola priuilegijs ornatur: quæ creat deinc Baccalaureos, ac Magistros. *Argentinensis Schola.*

Missus est hoc anno Philippus Heerbrandus Doctor Hagenoam, ob Euangelium prædicandum: postquam Ecclesia reformatio, ibi à D. Iacobo Andreæ facta esset. *Hagenoæ, Euangelij prædicatio.*

Cum Petrus Bentzenouius, Erlingæ commendator Rhodij ordinis, à Nordlingensib. auexisset plaustrũ decumarum: ciues ex ea vrbe 200. arcẽ eius ingressi, reuehi suas fruges coëgerunt. *Bentzenouius.*

Nuptiæ celebratæ sunt 12. Febru. Principum, VVilhelmi Landgrauij, & Sabinæ VVirtembergicæ: quam eò aduexêre Parentes, Christophorus & Anna Maria: Dux item Eberhardus, cum aliquot sororibus. *VVilhelmi Landgr. nuptiæ.*

Nuptias etiam celebrauit apud Augustanos, Michaël de Eitzing Baro, cum Maria Fuggerina, Octob. 20. *Eitzing.*

Item, Baro de Spaur Gaudentius, cum Veronica Fuggerina, eodem tempore. *Spaur.*

Vlricus VValther viduus (Doctoris Nicolai Varenbyleri affinis) cum Magdalena Ienischina, Decemb. 30.

Bibliotheca hoc anno Augustæ, ad Diuæ Annæ ædificata est splendida, [illegible]. In parte inferiore, Auctores M. Scr. Græci: in superiore, Latini Scriptores. *Bibliotheca Augustana.*

Vita defuncti sunt. *Mortui:*

1. Stutgardiæ. Mart. 13. nobilis Ioannes Philippus de Mentzingen, Aulicus.
2. In Leonhardi fano, Præstans vir, Philipp. ab Engelshofen, 10. Kal. Mart.

Dormit in hac vrna corpus mortale Philippi:
Qui clarus generis nobilitate fuit.
Expectatque tubæ vocem, tempusque supremum.
Quo Deus electos summa per astra vehet.

Leonh. Fuchsius. 3. *Tybingæ. Doctor Med. Leonhardus Fuchsius, Maij 10. Sepultus est postridie in suburbano cœmeterio: eiq; concionem habuit mediâ quarta, Doctor Iacobus Heerbrandus, ex Esa. 3. tria tractans. 1. Qui sint prænuntij, exitij. Fames, clarorum hominum mors, iuuenes imperiti Rerumpub. Rectores. 2. Quæ sint causæ exitij. Contemptio Dei, & improba vita. 3. Quomodo malum illud effugiamus. Sanctitate fidei, & probitate vitæ.* Hæc, *copiosè Heerbrandus. De vita & morte illius oratio Geor.* Hitzleri *extat. Fuit autem Fuchsius, procero corpore, animo magno. Celeberrimam fecit hanc scholam, & suum nomen. Inuiserunt Hispanorum docti, quando in præsidijs huius Ducatus erãt, lectiones eius: & curatione eiusdem vsi sunt fideli. Quodam die carpsit, nescio quid, in Anatomicis Vesalij, auscultante peregrino viro. Lectione finita, is ad Fuchsium accedens: cur me, comiter inquit, reprehendisti? Qua in re te vnquam læsi? Es ne tu Vesalius? Inquit Fuchsius. Vides ipsum Vesalium: refert hic. Tum inter eos gratulatio, amica collocutio, & ad conuiuium inuitatio.*

Pestilentia Tybingæ. Academiæ migratio Esselingam. 4. *Catharina Voglerina, secunda Martini Crusij vxor, Nouemb. 3. Tum Academicus Senatus, αὐθημερὸν de mutando loco decretum fecit. Pestilens enim morbus inciderat. Itaq; Academia tota, eodem mense, cum CCCC. studiosis Esslingam commigrauit: humanissimè ei hospitium ea vrbe concedente. Crusius autem suasu beneuoli Senatus, aliò cessit. Basileam videlicet se ad tempus conferens. Vbi doctorum clarorumq; virorum, præsertim Ioan. Oporini Typographi, summam humanitatem expertus est. Interim piam matrem, & filiolam Sibyllam, etiam morte amisit, 16. & 17. Nouemb. Quo die ipse Doctorem Simonem Sulcerum, τὸν παῦν, bis concionantem audiuit: & cum eo pransus est, funerum suorum ignarus. Sybilla autem modò dicta, Sibyllæ Crusiadis F. vno die ante auiam paternam sepulta est. Sed auiâ paulò pòst mortuâ: illius loculus sepulcro rursum extractus, loculo auiæ superinpositus est, in cœmeterio suburbano: vt, quæ in vita animis coniunctissimæ fuissent: in morte corporibus seiunctæ ne essent.*

5. *Bebenhusæ, 1. Iun. honestus Iacobus Enderis, Iacobi Andreæ Cancell. pater, defunctus est.*

6. *Esslingæ, Decemb. 2. obijt generosa D. Agnes Auelacherina, nata Baronissa de Liechtenstein, Comitissa Murauiensis ex Scyria, vidua.*

Imaginum è Templis Belgij exturbatio. *Antuerpiæ, & in alijs locis inferioris Germaniæ, simulacra & imagines è Templis eiecta sunt: ab hominibus, qui Hispanicam inquisitionem horrebant: & libertatem Religionis sibi permitti volebant. Hinc, ingentia mala, adhuc durantia.*

Chius. *Turca Chium Genuatibus eripuit, insulam nobilissimam: quod Melitensibus contra ipsum fauissent.*

TYBING. ACADEMIA, ESSLINGÆ. ECLIPSIS SOLIS, ET BELlum Gothanum. Hispanica inquisitio, in Belgio. Hanc tu Germane caueto. Matrimonia quædam. Præstantium hominum mortes.

CAPVT XIII.

ANNO 1567. Academia Tybingensis erat Esslingæ, locis commodis dispertita: docebatur discebaturq; non minus frequenter, & frequentibus auditorijs, quàm Tybingæ.

Crusius, Basileâ Esselingam. *Eôdem Martinus quoq; Crusius (nuntio ab humanissima facultate Philosophica Basileam misso, quæsitus, num adhuc viueret, vt rediret) Esslingam incolumis 4. die Febru. vênit: eoq; breui suppellectilem aliquam librariam Tybingâ vexit: Græca in domo Tribus Sartoriæ (postea etiam in Monasterio Nudipedum) Latina verò in Mercatoria ad murum basilica, docuit: in conuictu pij & docti viri, Philippi Bubij, Latinæ scholæ Moderatoris, viuens. Quò postea suos (qui interea alibi vixerant) Discipulos nobiles recepit, fratres Sperbers Eckeros. Accessêre non longè pòst tres filij à magno Magistro curiæ, nobili & excellente viro, Ioanne Theodorico à Plieningen: per Scholæ Stutgardianæ Rectorem, Ioannem VVackerum, adducti. Quorum trium Pliniorum nomina, præced anno annotata sunt: Theodoricus, Fridericus, & Sigismundus.*

Magistratus Esslingici personæ, eo tempore hæ erant.

Esselingenses proceres. *Consulares viri, Antonius Fleiner, Ioachimus Blattenhardus, Ioan. Saxo. His adiuncti, Petrus Danheuser, & Matthias Heervvartus.* His *quinq; viris, arcanum vrbis consilium constabat.*

Sabat. Reliqui Senatores, ordine sessionis. Iodocus Burckardus, Vrbanus Veischerus (cuius gener postea Crusius factus est: sicut dudum antè, Georgius Hamberger, Med. D. & professor) Ioannes Dattus, Caspar Legerus, Conradus Stainlinus, Sebast. Sáxo (Ioannis frater) Ioannes Rhor (organicæ musicæ artifex) Conradus Moser, Andreas Schloßberger, Ioan. Simo Raier, Ioan. Stabel (præcipuus hospitum, vel cauponum) Vlricus Enderis, Ioan. Machtolfus senior, Bernhardus Dyrr, Caspar Leger iunior, Petrus Eberhardus Motzbeccus. Post hos, Leonhardus Gandelfinger prætor (Stattammen) Ioannes Baptista Krættlinus Iurisc. Syndicus: Vlricus Laucher senex, cognomine Venediger, Archigrammateus: & Stephanus Hoderer, dictus VVeißinger, Scriba forensis, Gerichtschreiber.

Quatuor præfecti rationibus, vel Quæstores (Raiter) Christophorus Teschlerus, Ioan. Machtolfus iunior, Bernhardus Reibingus (alius noster) & Iacobus Bubius.

Alij boni & honorati in eadem vrbe officiales: vt, Thomas Draco, curator Blaubeurensis curiæ: iamdudum ad beatam translatus viam. Et Georgius Aichmannus: pius, prudens, procerus, perhumanus, magno & vegeto natu, vir: Præfectus Bebenhusanæ curiæ VVirtembergensis: adhuc in viuis. *Aichmannus Georg.*

April 9. meridie, terrifica fuit eclipsis Solis: ab hora 11. vsq; ad horam primam: in 28. gradu arietis, non longè à cauda draconis: magnitudine 10. punctorum, & 2. Minutorum: quam videbamus Eßlingæ. *Eclipsis Solis.*

Vrbs Gotha, ab Electore Augusto iussa Cæsari obsessa, dedita est cum adiuncta arce Grimmenstain, April. 13. captusq; Ioannes Fridericus iunior, Dux Saxoniæ: qui Grumbachianas partes fouerat. Facta est ea deditio commissarijs Cæsaris: Othoni ab Eberstain, Fabiano à Schœnaich, & Christophoro Carolo VVitzio, virtq; equiti aurato. Tum Grumbachius, qui Herbipolim occupauerat, senex 73. annorum, cum socijs affectus est supplicio. Hierant, Christianus Pontanus Iurisc. iunior, captiui Ducis Cancellarius: & VVilhelmus à Stein: atq; Dauid Baumgartner Augustanus, Baro. Summa expensarum in obsidionem Gothanam, fuit nongenties quinquagies mille, sexcentorum triginta quatuor, Florenorum. Summa demolitionis arcis, quinquagies quinquies mille, quingentorum, & quinquaginta nouem, Florenorum. Soluerunt eas expensas contributione, ordines Imperij, κατὰ τὸ ἀναλογον. *Gothanum bellum.*

Vlricus, Comes Helffenstainius, metuens Regem Hispaniarum Philippum, & executionem diram concilij Tridentini, quæ instare putabatur: relictâ Euangelij professione, quam susceperat, rediit ad pontificiam Religionem. Quod & Venerandus Gabler propter eadem causas, vt illi familiaris, fecit. Itaq; concionatores Lutherani, ab illo missi facti sunt: quorum vnus erat M. Iacobus Dachtlerus: Hebraicæ dehinc linguæ apud nos professor: qui etiamnunc conciones sacras habere solet. *Euangelicorum quorundam dejectio, metu Tridentini concilij exequendi.*

Tybingensis Acad. Rectores.

Æstinus, D. Iacobus Cappelbeccius, 166. Rector. *Tybing. Schol.*

Inscripti, Eßlingæ. Crispinus Vnger Biberacensis, Maij 11. Conradus à Rosemberg. Georg. Philippus à Berlichingen. Philippus, Comes ab Hohenlohe, Dominus in Langenberg, Iun. 12. Iacobus Prætelius Styrus, Sept. 29.

Rector hybernus 167. Valentinus Volcius Horbensis, Iuris D. & professor. Inscripti, Eßlingæ. Georgius Mylius Augustanus. Ioannes Plieninger VVildpergensis. Theodoricus Aquarius Lybecensis. Ianu. 26. anno 1568. cùm iam sub exitum præcedentis anni, Academia Tybingam redijsset: humanissimè ab Eßlingensibus habita. Oseas Hala VVaiblingens. April. 8. Ioan. Ludouicus Haveenreuter Argentoratensis, Maij 1. Philosophiæ Decanus. M. Ioannes Mendelinus, 4. Magistri creati, Eßlingæ, in pulcherrimo S. Mariæ fano, Febru. 6. Caspar Zimmermannus Neustadiensis. Erhardus Cellius Pfædersheimensis. Poëticæ hodie apud nos Professor, vir clarissimus. *Academiæ redditus Tybingam. Cellius.*

Deinde 7. Aug. ab eodem Mendlino renuntiati. Christoph. Spindler Gœppingens. Ioannes Schulter Æntringens. Postea, Cancellarius Principis: hodie, Sueuo Halensium Syndicus. Helias Benignus Tybingens. Stephanus Gerlach Knittlingesis. Ioan. Vesenbeck Zaisenhausensis. Nunc, Vlmæ Ecclesiastes. Daniel Mæglingus Tybingens. Laurentius Gualther Kuechelius Vlmensis. Physicus Vlmæ. Post Stephanum Culingium Iurisc. mandata est Poëtica lectio M. Nicodemo Frischlino Balingensi. In locum Doctoris Fuchsij, conductus est 28. Iun. Medicinæ Professor, Doctor Ioannes Viscerus Vemdingensis: qui altero anno Tybingam migrauit. *Schulter. Gerlach. Ioan. Visc. D.*

Hailprun-

Hailprunnæ Mercurius *Morſcheimius ſcholam rexerat: cui poëta nobilis Cæſareus Ioannes Lautterbachius ſucceſſit.*

VVirtembergia iura. *Edita ſunt hæc in VVirtembergia, hoc tempore: quæ ad iuſtam iuris adminiſtrationem, ad rectam ædificationem, ad ius ſyluaticum, pertinebant.* Landrecht vnd Landtsordnung/ Bawordnung/ vnd Forſtordnung.

Muro ſuburbium Stutgardiæ cingebatur.

Homicidia. *Menſe Auguſto iunior quidam Hirnhaimius de Haltinga, qui Nordlingæ Mercatorem occiderat: in arce ſua VVellſtain ſeruum ſuum, animo occidendi prouocauit: & ab eo perfoſſus eſt. Sed & ſeruus foſſus, poſtridie Hohenſtati eſt mortuus: quæ nobilium Adelmannorum de Adelmansfelden arx eſt.*

Albani Ducis ſæuitia in Belgio. *Ferd. Albanus Tolet. Dux, à R. Philippo miſſus, in Belgium cum exercitu vênit, Hiſpanicæ inquiſitionis introducendæ causâ. Quam ad rem vſus eſt magna ſæuitia, conſilium etiam dederat pontificijs in Gallia: darent operam de intercipiendis optimatibus, qui à papatu deſciſcerent. Satius enim eſſe, habere vnum SALMONIS caput, quàm mille RANARVM capita. Hoc anno ſecundum bellum in Gallia geſtum eſt, vſq; ad menſem Martium ſequentis anni.*

Blattenhardus Nicolaus, è Turcia rediens. *Nicolaus Blattenhardus Eſslingenſis, cùm ante 25. annos, in Pharmacopolio Grani Vngariæ captus fuiſſet: intereaq; multa grauia, in ſeruitute Turcica paſſus: redijt 6. April. 1567. (Dominicâ Quaſimodogeniti) in patriam, cum Sicula muliercula, quæ ipſum magnâ pecunia redemerat. Sed quamuis ei coniugium promiſiſſet: tamen præſtare fidem datam non potuit. Viuebat enim, contrà quàm putauerat, prima eius vxor adhuc. Illam ergo ſatis magnâ pecunia data (Senatu ſic agente) flentem, cœlitesq; obteſtantem, dimiſit, ad ſuos reuerſuram. Ita primam vxorem retinuit: à qua non multum boni ei contigerat. Nihil enim conferre antehac ad redemptionem ipſius voluerat. Ad reditum autem eius, mirum, quanti extra vrbem Eſslingam concurſus hominum, rem inuſitatam admirantium, facti fuerint.*

Auguſtana coniugia. *Auguſtæ coniugium inierunt. Ioan. Chriſtophorus Geringus, I.V. Doctor, cum Sibylla de Steten vidua, April. 8. Item, Bernhardus VValther (cuius ſororius, Doctor Nicolaus Varnbyler pater) cum Franciſcina Kraffteride, April. 21. Item, Philippus Lux Iuriſc. Aichſtettenſis, cum Vrſula Rentzina, Septemb. 22. Deniq; Oſualdus Trappus, Baro Tyrolenſis, cum Vrſula Villingerina, Nouemb. 9.*

Certamen baliſtariorum. *Circa diem D. Martini, Auguſtæ certamen erat percelebre baliſtariorum in quo primas obtinuit 14. ictibus, Ruſticus quidam VVirtembergenſis, auferens centum Florenos. Numerus certantium erat 450. virorum. Vicies quater ad eundem ſcopum tela mittebantur. Intererat Albertus, Dux Bauariæ, cum coniuge ſua. Intererant Duces VVilhelmus & Ferdinandus multiq; cum nobilibus. Vexilla præmiorum à ciuium filijs pueris portabantur: qui albis amiculis ſupra cæterorum veſtitum tecti erant: atq; aureis ornati ſertis & monilibus, argenteisq; pugionibus. Matth. Oporinus.*

Mortui hoc 1567. anno.

Defuncti. 1. *Stutgardiæ, in Leonhardino. Ianu. 30. pietate & eruditione commendatus adoleſcens, Hiob Feßlerus, LL. candidatus, anno ætatis ſuæ 28.*

Ianu. 19. nobilis infantula 10. menſium: Die Edel vnd viel Tugendtſam Jungfraw/ Brigita von Zylnhart.

In Hoſpit. Templo. Febru. 4. Martinus Eiſengrein, collegij Eccleſiaſtici procurator, anno ætatis 60.

In Parochiali. April. 16. generoſus Baro Ioannes Iodocus Haideccius, ætatis anno 66.

Senfftina. *Octob. deniq; 30.* Die Edel vnd Tugendtſam Fraw Kynigund Senfftin von Sulburg/ geborne von Reckenbach: deren Seel Gott G.V.B. ſey/ Amen.

Ich bin die Aufferſtehung/ vnd das Leben/ Wer an mich glaubet: der wirdt lebẽ/ ob er gleich ſtürbe/ Joan. 11.

2. *Mart. 10. Tybingam aduecta vênit illuſtris domina, generoſi Baronis Vngnadij coniux: illa fideliſſima, de qua ſuprà dictum eſt. Iuxta eum ſepulta.*

Vannius. 3. *Maulbrunnenſis Abbas, Valentinus Vannius, Aug. 25. Olim Canſtadij & Stutgardiæ concionator.*

Bonauentura. 4. *Eßlingæ. April. 8. Bonauentura Steltzer ſenex venerandus, Eccleſiaſtes: vnus ex illis VImenſibus concionatoribus, olim ab Imp. Carolo captiuis abductis.*

5. Rauen-

5. Rauenſpurgi M. VVendelinus Schempius, hydrôpr: ille, qui captiuos Theologos ſecutus fuerat. Rauenſpurgenſi Eccleſiæ fideliter inſeruierat. Schempius.

6. Philippus, Haſſiæ Landgrauius, vltimo die Martij. Natus fuerat 13. Nouemb. 1504. Phil. Landgr.

Filij eius.

VVilhelmus, natus 24. Iun. 1532. Ludouicus, 27. Maij 1537. Philippus. Georgius, 10. Sept. (al. 15. Decemb.) 1547.

Filiæ.

Agnes: nupta 1. Mauricio. 2. Ioanni Friderico, Saxoniæ Ducibus.
Anna, Palatino VVolfgango.
Barbara, Georgio Comiti Mompelgardenſi.
Chriſtina, Adolfo Holſatiæ Duci.
VVildpergæ, oppido in valle Nagoltina, magna inundatio fuit: vi aquarum primò ad Altenſaigum cœlitus delapſa.

TYBING. ACADEMIÆ, DOMVM REVERSÆ, PROSPER SVCCESſus. Salinæ oppidi Sultzæ. Matrimonia & obitus quorundam. Inter defunctos, de Ducibus VVirtembergicis Eberhardo & Chriſtophoro. Nouiſſimorum VVirtembergiæ Principum genealogia. Bellum inter Ducem Albanum, & Principem Aurantium, in Belgio.

CAPVT XIIII.

ANNO 1568. Vniuerſitate Tybingenſi, ex beneuolo & honorifico Eſslingenſi hoſpitio domum feliciter reuerſa; vniuerſi rurſum Tybingæ docere aggredimur. Sed quia non pauci ſtudioſorum, totum illud exilij tempus, licet publico edicto & comminatione admoniti, Tybingæ remanſerant: Senatus Academicus eos quotquot non habuêre iuſtam cauſam, hoc tempore Scholaſtica ciuitate propter inobedientiam excluſit: & oppidano Magiſtratui tradidit. Ianu. 22. vterq; oppidi Præfectus, in Senatum vniuerſitatis veniens (vt quotannis eſt moris) vſitato fidelitatis (ad priuilegia tuenda) iuramento ſe Vniuerſitati obſtrinxit. Febru. etiam 3. Senatus oppidanus, gratulabundus de reuerſione, Senatum Academicum apparatiſſimo prandio in curia excepit. Præfectus maior, Ioannes Truchſaſſius ab Hefingen: minor Præfectus, Balthaſar Mytſchelius: Cellarius, Rudolphus Riepius (ὁ δυσπάθειαν ἐν τῇ ἀρχῇ λαβὼν ἀνάπαλιν ἐγκρατὴς ὤν) & Eccleſiaſticus Procurator, M. Ludouicus Daigker: Caſtellanus verò, Ioan. Hermannus Ochſenbachius. Gymnaſium Tybing. domum reuerſum. Domi tunc ſaëla.

Rectores Academiæ.

Die Philippi & Iacobi Rector 168. Iacobus Heerbrandus.

Inſcripti inter permultos hi. Primus Truber Theologus, Maij 10. Acacius & Marcus Hohenfelderi ab Aiſtersheim fratres, Maij 17. Maximilianus Vitus Holiſchuher, & Sigiſmundus Ortelius, Noriberg. Iul. 6. Ioannes Thomas Schvvartz ex Altorffo VVirtembergenſi, Iul. 11. Iuriſc. Ioannes & Iacobus Hartlieb. Antonius Rhem, Ioan. Conradus Velin, Auguſtani: cum Præceptore ſuo, Iacobo Cellario, Aug. 7. VVolfgangus, Comes Caſtellio, Sept. 21. Carolus à Dachsperg, & Melchior à Ruoſt, ἀμφιπρόσωποι μα, Sept. 23. Ioan. Fridericus, & Ioan. Ludouicus, Comites à Naſſau Sarbruck domini in Helfſtingen. Adamus Nicolaus Schnurmius Gieſſenſis, Iuris Licent. Octob. 19. Mauricius & Erneſtus illuſtres Comites à Dietz, Landgrauij Philippi filij. Nicolaus Confluentius, Magiſter morum. Octob. 17. Erat doctus, & diligens noſtrarum lectionum auditor. Dominus Mauricius: elegans corpore & animo. Hohenfeldi. Dietzij Comites.

Die S. Lucæ, Rector 169. Anaſtaſius Demler.

Inſcripti. Ioannes Oxlinus Geiſslingenſ. Octob. 27. Iacobus & Sebaſt. Demleri, Tybingenſ. Euſtathius Bernhardus Pariſienſis. Michaël Mæſtlinus Gœppingenſ. Decemb. 3. Ioan. Fridericus Taſinger Rauenſpurgenſ. Eberhardus, nobilis à Remchingen, ἀνοσιτόκμα, 29. Ian. 1569. Ioan. Conradus ab Aurbach, σωζόμενος μα, Febru. 7. Ioan. Buſenreut Auguſt. Febru. 17. Hodie iam diu, in Altorffiana Noriberg. profeſſor Iurìs.

Ioan. Henricus Hecklin à Staineck. Ioan. Morſius Eſslingenſ. Mart. 13. Iuriſc.
Georgius Leonhardus Vlmenſ. Mart. 25.
Georgius Geiger Vlmenſ. ἀμέμπτος μα. Med. D. Vlmæ.
Henricus VVellingus Tubing. April. 18. Ita creſcebat rurſum Academia, egregiâ inuentute, poſt ſui ab aduerſitate reſtitutionem.

Decanus

Decanus artium.M.Georgius Liebler,δεύτερος, tertius.

Magistri facti, inter alios. Ioannes Dæntzelius Machtelhaimensis, Febru.18. Iacobus Hartsæsser VVaiblingens. Ægidius Hunn VVinedens. Aug.11. Doctor postea Theol.Marpurgi 1577.& 1591. Iacobus Hailprunner Æntzvveihingens. Iacobus Andreæ Tybingens. Cancellarij F. Ioannes Rupertus Aitùhaimensis.Concionator 1582.in op. Hæringen,2. milliaribus ab Ilfælda clariss.viri Mich.Neandri.

Prætelius. *Septemb. 22. promotisunt à M. Crusio 47. Baccalaurei. Inter quos erat Iacobus Prætelius Styrus:cuius pater Iacobus, ad 109. annum vitæ peruênit.*

Hamberger. *Febru.7. Georgius Hamberger, Med. D. ab vniuersitate in locum Gableri conductus est (ælius meus honorandus) qui 30.Maij, Rotenburgo Tubari, vbi medicinam fecerat, huc migrauit. Satis de Schola,si non nimis multa. Attamen ad honorem Dei,qui nos paternè reduxit, commemoranda ex multò pluribus duxi. Transeo nunc ad huius anni alia.*

Sultzæ oppidi salinæ. *In oppido VVirtembergico Sultza,Salinæ erant 14.extra oppidum: quæ ad 4. salinas, vel sartagines,hoc anno redactæ sunt:ratioq excogitata,separandi dulcem aquam à salsa. Ex quatuor his sartaginibus,hebdomadatim bis eximitur sal,die Mercurij & Sabbati. Ex vnaquaq sartagine,60.modij(Sümmere)quando aqua separata est. Sic fiunt quotannis 24860. modij. Sine parata non est:sartago hebdomade quaq dat 80.modios. Fiunt sic per annum 33280.modij. Singulò aquæ partim separata, partim inseparata, supputetur: fiunt 29120. modij annuatim. Singulis hebdomadibus lignorum vlnæ 80.vel 90.ad 4.sartagines requiruntur. Sal hoc,in 18.partes distribuitur. Cuius pars,ratione feudi, Ducis VVirtembergici est:pars,ad quosdã venit Sultzenses, die Guten: pars, ad cœnobia Alperspachense & VVikhtense: reliquæ partes, ciuium Sultzensium sunt. Resp.ipsa nullam partem capit. Consortibus autem 4. iam dictis, de 20.salis modijs datur quarta pars,quæ vocatur,ein Zoll:& decima sexta pars,quæ appellatur,ein Becher. Sic ex Solomone Schvveickero Sultzensi didici.*

Brunsuic. Ducatus Ecclesiarum reformatio. *Cancellarius Tybing. Acad. D. Iacobus Andreæ,1. Septemb. Tybingâ in Brunsuigiam profectus est:à Principe Iulio,ob Ducatum hunc à Pontificia doctrina reformandum vocatus. Nam pater eius, Dux Henricus,die Iun.11. obierat, anno ætatis 79.*

Coniugia aliquot.

Nuptiæ Bauaricæ. 1. *In Bauaria,Monaci,Febru.22.Inter VVilhelmum, Ducem Bauariæ, Alberti F.& Renatam,Francisci Lotharingi Ducis F. Interfuêre multi Principes: inter quos, Augustanus Episcopus Card. cum 100. Eberhardus Dux VVirtemberg. cum 300. equitibus. Nomine Hispaniæ Regis,Comes Zollerensis Carolus aderat: Friderici verò, Palat. Electoris, Baro Lympurgius Fridericus. Ex vrbe Augusta, Chrysostomus Peutinger, Hieronymus* im Hofe / *& Georgius Tradelius Iurisc. Beuther lib.29.*

2. *Dux Christophorus VVirtemberg. egit nuptias Ioanni Sigismundo de VVellvvart in Fachsenfeld,Stutgardiæ:quòd hic Duci benè seruierat:& virginem ex Gynæceo duxerat.*

Nærdlingæ, puer trimulus. 3. *Nærdlingæ 30.Maij(Dominico)portæ Bergerinæ custos VVilhelmus Krutzer, vesperi reperit ibi puerum trimulum: quem detulit Senatui in Orphanotrophium. Biennio pòst operarius quidam,vxore eius mortua,interrogatus,quò filiolus ipsius venisset? Respondit,se nutricem alicui dedisse. Cùm acrius premeretur:confessus est,se ante biennium Nærdlingæ,ante Bergerinam portam deposuisse,quem portarius repererit.ἀγωγεὺς τις:humanitatem hic exuerat. Sed cognati matris Nereshaimenses,puerum ad se receperunt. Vicus etiam est illis in locis,* Grosselinga. *Grosselfingæ, inter Nærdlingam & Bopfingam: vbi multa tecta hoc anno conflagrarunt, horreis frugum plenis.*

Sutor,nobilem se Augustæ fingens. 4. *Sutor quidam Silesius, in quadam magni nominis vrbe Sueuica, tanto artificio ornatus & morum,se pro nobili venditare potuit:vt patriciæ ibi fœminæ coniugium nactus fuerit:& à propinquis sponsæ,in magno honore habitus sit. Discessit inde cum vxore,& veste ornatu,q eius rè omni,in patriam suam. Ea erat pagus, in quo ipse Sutoriam exercuerat. Obuiàm egressa est mater eius,anus paupercula:quam iussit ab vxore in currum recipi. Graue hoc splendidæ mulieri visum. Postquam autem in pagum peruentum est:ibi demum vere vidit, quali nobili se commisisset:homini scil.operario,& barbaro ingenio. Omnia enim,quæ secum attulerat, coacta est relinquere:vixq, miserabilibus lacrymis, & ardentibus precibus, obtinuit: vt ab eo in Bauariam reduceretur. Expressè enim responderat scelestius: sæpe in animo sibi fuisse,eam, cùm in patriam*

veheretur, fluuio aliquo submergere. Tum ab ipsa recessit: quæ reliquum postea vitæ, coniugij expers consumpsit. πίστεις καὶ ἀπιστίας ὤλεσαν ἄνδρας. Multò magis, γυναῖκας.

Eodem 1568. anno, Rustico cuidam, Ioanni Maiero Vndersultzensi, peperit in villa Obersultza (vbi habitat ipse etiam hodie) vxor sua Catharina, Ioannis Mensenmarij Gæchingensis (qui vicus Gæchinga pertinet ad Præfecturam Caluensem) filia, die X. Octob. tres filias: Barbaram, Catharinam, & Agnetem: quæ omnes postridie, à Pastore Obersultzensi Ioanne Cunone baptizatæ, & in Codicem Baptizatorum inscriptæ sunt. Eodem anno, tempore verno, vacca quædam enixa est eidem Rustico Maiero tres vitulas: albo & rubro colore sparsas: ita inter se similes, vt dignosci non possent. Eæ biennio post singulos vitulos pepererunt, optimumq́ lac præbuerunt. Eidem Rustico, eodem anno, ouis duos agnos peperit: quod tamen inusitatum non est. Mulier illa modò 1593. obijt. Ipse autem senio præditus est. Hæc Samueli Haideno Caluensi, V. I. Doctori, & illustrissimi Principis nostri iudicio Aulico Assessori, M. Lazarus Molitor, Sultzæ in Præfectura VVildpergensi concionator, per literas significauit: Haidenus autem, qua me beneuolentia prosequitur, mihi patefecit. *Rusticus progenie fortunatus.*

Defuncti hoc 1568. anno.

1. Tybingæ, 2. April. collega noster M. Ioannes Hiltebrandus, vir eruditus & laudatus: cui M. Erhardus Cellius, Rector contubernij & Professor L. L. orationem funebrem in Aula noua habuit. *Mortui.*

In vicino quoq́ ferè Tybingensi ciuitati cœnobio Bebenhusano, obijt Iun. 25. die züchtig vnd Tugendtsam Margareta Bidenbachin: ac 17. Aug. Dauid Bidenbach, puerulus bimus: reuerendi Abbatis D. Eberhardi liberi dilecti.

2. Stutgardiæ, in Leonhardino. Iul. 6. puella nobilis (die Edel vnnd viel Tugendtsam Jungfraw) Christina de Zylnhart, septennis.

Aug. 20. der Edel vnd Vest Hans Israel von Zylnhart.

Octob. 22. honestus vir, Leonhardus Gerlach Beblingensis, Cameræ VVirtembergicæ Consiliarius.

In Hospitalario. Honesta & pia matrona, Anna Degina Vrachiana, Casparis Lutzij coniunx. 1563. mortui.

Christe, tibi vixi: tibi sum demortua. Cuncti
In te nos morimur, viuimus, atque sumus.

3. Schorndorffæ. Iul. 17. starb der Wirdig vnnd Wolgelahrt Ludouicus Bertsch/ Pfarrherr allhie zu Schorndorff: dem G. G. S. Amen. Vixit 68. A. Fuerat secundus Euangelicus concionator. Subtus excisa apparet lampas, cum volante scheda: in qua, hoc Dictum: Lucerna pedibus meis, verbum tuum. Sub lampade, Distichon, annum mortis habens. *Bertsch.*

BIS seX LVstra gerens, annos sIMVL oCto, qVIesCIt:
IesV pLVs LVstrans oCto VbI reXit oVeIs.

Iul. 24. nobilis & fortis VVolf Dieterichus de Fravvenberg.

4. Caluæ. Nouemb. 12. nobilis Sebastianus à Lierhaim.

5. Gœppingæ diem suum obijt 2. Maij, illustrissimus princeps VVirtembergiæ, Dux Eberhardus: cùm iam inde à tempore Bauaricarum nuptiarum, minus rectè valuisset. Sepultus est 8. Maij Tybingæ, in choro Templi, vbi Herôa VVirtembergensium extant. Concionem funebrem, à M. Balt. Bidenbachio habitam, libro 6. Germano Græciæ nostræ habes. *Eberhardus, VVirt. Dux, obijt.*

6. Obijt & inclytus Princeps, ac Mæcenas noster, Christianissimus Dux Christophorus, 28. Decemb. & 2. Ianu. 1569. Tybingæ mandatus honorificè terræ est: concionem habente funebrem, Doctore Iacobo Heerbrando. Scripsi multa in libro Germano Græciæ sexto. Certè, vt in vita, ita & in morte, excellens fuit: in qua suam animam, in manus Dei tradidit. Dudum enim se antea piè & sapienter præparauerat: Testamento condito, cæterisq́ rebus benè dispositis. Morienti astitit chara coniux: astitêre nonnulli Ecclesiastici & politici Consiliarij. Ducauit A. 18. M. 1. D. 22. Vixit A. 53. M. 7. D. 16. Addam quædam vltrà. Erga suos clemens erat: erga vicinos & exteros, humanus & hospitalis. Eos consilio & auxilio iuuabat. Inde factum est, vt honore & gratia vbiq́ valuerit. Vicinos etiam Principes, quotannis ferè vino, lignis ad ædificandum, & alijs rebus, honorauit. Venatione, valetudinis causâ vtebatur: nec eam rebus necessarijs impedimento esse volebat. Itaque & libros; & fasces literarum, & quæ ad scribendum pertinerent, semper habuit secum. *Christoph. item VVirt. Princeps.* *Mores eius.*

Ædificationes. Non excitauit is munitiones nouas: quippe Dei fauore, & sua innocentia, ciuiumq; beneuolentia fretus. Tantùm ferè vetera ædificia, sarta tecta seruabat. Decem verò insignes domos extruxit (quod iam diu dignæ Principibus deessent habitationes, propter varios Ducatus casus) ferè à fundamentis: Stutgardiæ, Gœppingæ, Tuelæ, Brackenhaimi, Leonbergæ, Neoburgi, Grauenecci, Pfullingæ, Stainhylbæ, & VValtenbuchi. In primis, Stutgardiæ amplissimam ædificauit Cancellariam: hypocaustorum 24. & aliorum conclauium, ac fornicum, ob scripta reseruanda. Registraturam veterum & nouorum monumentorum literarumq; instruxit ornatissimam. Quin & Regio ipsa, pacifico sub eius gubernatione statu, aucta est in ciuitatibus, ædificijs priuatis, agris, vineis, opibus. *Laboreo.* Laboriosus ad administrationem erat. Omnia enim ardua negotia oblata (Imperij, Ducatus, exterorum, Ecclesiastica & politica) manus & cerebrum eius subierunt. Ad supplicationes & consultationes, prudenter respondebat, ac subscribebat. Multas literas ipse scripsit, multas correxit. Potuit simul, ceu nouus quidam Iulius Cæsar, & scribere & dictare, & audire & respondere: τὸ θαυμάσιον, καὶ ἀληθέστατον. Sæpe ad mensam, quando corpus curandum erat, literis subscripsit. *Sermones.* Aliàs inter cibum capiendum, loquebatur de Religione, de historijs, de iuridicis rebus, de naturalibus (vt, de plantis & gemmis) de rebus externis quas vidisset: & quæ sibi accidissent. Etiam post cibum, huiusmodi colloquijs delectatus. *Vxor & liberi.* Prandium sumebat cum generosis comitibus, nobilibus, consiliarijs, aut extraneis (qui rarò defuerunt) cœnam verò, plerunq; in Gynæceo: liberis adhibitis, quos ex amantissima coniuge sua duodecim susceperat: cum qua in quintum & vicesimum annum concorditer vixit. Sæpe etiam cum nouem decemve liberis hilarè accubuit. Nunc verò cum Christo beatus viuit: quem nomine req; fideliter gestauit. *Successor, Dux Ludouicus F.* Successit in locum eius, filius LVDOVICVS: qui hodie cum laude, feliciter itidem & pacificè rebus præest, Religionis veræ iustitiæq; tenacissimus, dignus patre filius. Tunc autem cùm 15. modò annorum esset, curatores illustres & fideles habebat: Marchionem Brandeburgensem Georgium Fridericum, Carolum Marchionem Badensem, Palatinum VVolfgangum (etsi hic breui in Galliam, tertio bello exorto, partibus reformatæ Religionis opem ferens, cum exercitu profectus est) & Dominam matrem: qui curatores tunc Stutgardiæ erant. *Castellio Henricus.* Post eorum autem discessum, Vicarius Ducatui gubernator remansit, generosus Comes Henricus de Castel.

GENEALOGIA NOVISSIMORVM VVIRTEMbergiæ Ducum.

- Henricus Comes. Vide suprà lib. 8. cap. 16.
  - Vlricus 3. Dux. Coniux, Sabina Bauara.
    - Christoph. 4. Dux. Vx. Anna Maria Brandeburgica.
      - Filij 4.
        - Eberhardus, natus 1545. obijt 1568.
        - Maximilianus, natus 1556. obijt 1557.
        - Vlricus, natus & mortuus 1558.
        - Ludouicus, natus 1554. Ianu. 1. Dux V. qui 1593. Aug 8. obijt. successore Ducatus ex altera linea, D. Friderico, Georgij filio.
      - Filiæ 8.
        - Hedvvigis, nata 1547. Ludouico Landgr. nupta 1563. obijt 1590.
        - Elisabeta, nata 1548. nupta Georgio Ernesto Hennenbergio 1568. Georgio Gustauo Palat. 1586. obijt 1592.
        - Sabina, nata 1549 nupta VVilhelmo Landgr. 1566. obijt 1581.
        - AEmilia, nata 1550. nupta Richardo Palat. 1578. obijt 1589.
        - Leonora, nata 1552. nupta Ioachimo Ernesto Ascanio 1571.
        - Dorothea, nata 1559. Othoni Heinrico Palat. nupta 1582.
        - Anna Maria, nata 1561. nupta Ioanni Georgio Lignicio 1582.
        - Sophia, nata 1563. nupta VVilhelmo Friderico Saxoni 1583. obijt 1590.
    - Anna, virgo 1530. defuncta.
  - Georgius. Vx. Barbara Hessa. postea, Danieli Comiti VValdeccensi nupta.
    - Vlricus, obijt 1556.
    - Fridericus, Comes VVirtemberg. & Mompeligard natus 1556. Iul. 11. Sibyllam Anhaltinam 1581. duxit; Ioach. Ernesti filiam.
    - Eua Christina, nata 1558. Octob. 23. obijt 3. Mart. 1575. in oppido Kirchaimo.

7. Bas-

7. *Basileæ. 6. Iul. 1568. etiam Ioannes Oporinus fato functus est: Typographus Græcè & Latinè perdoctus: ipse libros excudendos πανυμέριος ad prælum corrigens: de omni Repub. literaria, & meis Scriptis excudendis, optimè meritus.* Oporinus.

8. *Phorcæ apud Dominicanos. A. Domini 1568.* den 19. Jun. starb der Edel vnd Vest Reinhart von Yburg: der 37. Jahr Marggräuischer Badenischer Diener gewesen: dem G. G.

Bellum suscepit contra Ducem Albanum, nimis in Belgio sæuientem, VVilhelmus Nassouius, Princeps Orengianus, vel Auraicus. Sed ab Albano victus est. Albanus antea Comites duos, equites aurei velleris, Egmondanum & Hornanum, capite Bruxellæ multauerat. Antea etiam Orengiani filium Philippum VVilhelmum, in Hispaniam amandauerat, ibi detinendum. Comes denique Adolphus, frater Orengiani, in pugna quadam ab Hispanis interemptus erat. Belgicum inter Albanum & Nassouium bellum.

QVÆDAM NOERDLINGENSIA. SCHOLÆ TYBING. REGIMEN.

Ecclesiæ Ducatus Brunsuicensis, reformatæ. Regina Angliæ Elisabeta, diris deuota.
Insignium hominum obitus. Abbas Hirsaugiæ, Ioannes Parsimonius.
Facta in Gallia & Italia. Bipontini Principis VVolfgangi liberi & Scholæ.

CAPVT XV.

ANNO 1569. Ian. 11. tanta inundatio erat aquarum Nærdlingæ: vt SS. VVolfgangi & Ioannis fona, Nosocomeia, & Molendina altè in aquis starent. Sic & extra vrbem, horti & rura. Non poterant homines inuicem commeare. Postea tamen paulatim decrescebant aquæ. Exortæ sunt offensiones quædam, inter Comitem Oetingensem Ludouicum, & Nordlingenses: cùm his molendinum pannarium (ein Walckmyle) quod circa purificationis Marianæ, Grosselfingæ in suo adificauerant, Comes destruxisset: illi autem vicissim ante arcem eius Hochhausam, vno milliari à Nordlinga distantem, castellum aquæ in arcem vehendæ fregissent. Alia etiam damna, inuicem illata fuerunt: donec à Proceribus Sueuiæ pax eis mandata fuit, sub multa multorum millium Aureorum. Et tamen offensiones quædam acciderunt: donec Comes Ludouicus, circa principium Octob. mortuus est: cui ex VVirtenbergensi aula Comes Gotfridus filius successit: Consulibus tunc Nordlingæ, Petro Sengio, & Georgio Hectore Vogelmanno. M. Scr. Inundatio Nærdlingæ. Offensiones eius ciuitatis cum Oeting. Comite.

Tybingæ Rectores. Æstate, Rector 170. Ioannes Hochmannus Iurisc. Tybing. Schola.

Inscripti. Ioannes Bernhardus, & Vlricus, atq; Antonius, & Nicolaus, quatuor filij Doctoris Nicolai Varnbyleri, Maij 3. Adamus Hagen. Carinthius, & Ludouicus à Dietrichstein, nobiles, Maij 12. Ioannes Studenberg, Comes, Maij 16. Ernrichus Vngnad, & Dominus in Sonneck, Baro, Maij 28. Andreas ab Aursperg, Dominus in Schœnberg, Baro: & Iacobus Gall à Gallenstein, Iun. 17. Ioannes Langius Memmingens. Iun. 20. Iacobus Monau Vratislauiens. Iun. 29. Hieronymus Viscerus Vemding. Ioannis Med. Doctoris & professoris F. Aug. 6. Philippus Ludouicus, Comes ab Hanau & Rineck Dominus in Muntzenberg: & Martinus Delius Hamburgens. Sept. 9. Ludouicus à Michelsrain, Baro in VValdeck, Sept. 10. VVolfgangus Strein, Baro à Schvvartzenau, Septemb. 23. Viscerus Hieronymus. Hanau. Strein.

Hyeme, Rector 171. Theodoricus Schneppsius.

Inscripti. Hieronymus Varnbyler Tybingens. Octob. 29. Superiorum frater. Constantinus Ferber Dantiscanus, Octob. 30. Hieronymus à Glauburg Francofurt. Nouemb. 28. Martinus Rummelin Ebingens. Iurisc. Caspar Kantengieser Erfordiens. Albertus Thum à Neuburg, Ianu. 23. Iosephus ab Avvo VVachendorffens. Philippus Apianus, Med. D. Ianu. 31. Postea, Mathematum hic professor. VVilhelmus à Grumbach, Mart. 2. Ioan. Schuler Gœppingens. Mart. 18. Georgius VVeigenmeyer Eslingens. April. 25. Celeberrimus Hebraicæ linguæ hîc professor: plurium Orientalium & Australium linguarum doctus: vir humanissimus & candidus, πολυμαθέστατος. M. Henricus Polanus à Polansdorff, April. 29. VVeigenmaier.

Decanus Philosophiæ. M. Georgius Hitzler, 2.

Magisterium consecuti Febru. 16. Stephanus Dupsius Tybingens.
Iacobus Heerbrandus Tybingensis. Michaël Grater Halensis.
Moses Pflacher Emmenhausens. Aug. 10.
Christoph. Heerbrand Tybingens.
Leonhardus Engelhard Halensis, M. Leonhardi filius.
Georgius Dalmatinus Gurgfeldianus. Labaci postea concionator.

Daniel Griekler Bulachenſ.

Decemb. 19. fuerunt XI. Doctores creati: inter quos, Theol. VVilhelmus Zimmermannus: Iuriſc. Cancellarius Oetingenſis Iac. Moſer: Medic. Andreas Planer, & Samuel Myller.

Recepto Euangelio fœliciter à Duce Brunſuicenſi Iulio: Præpoſitus & Cancellarius laudabus Andreæ, inde huc 12. Februarij redijt.

Eliſabetæ R. excommunicatio. Febru. 25. Pius 5. Pont. Excommunicationem Reginæ Angliæ Eliſabetæ edidit.

Labacum. Mart. 17. M. Chriſtophorus Spindler à D. Iacobo Andreæ, in Eccleſia, ex Apoſtolica S. Illorum inſtitutione ordinatur futurus Labaci Eccleſiaſtes. Deinde 27. Mart. idem præpoſitus ſex Magiſtros ex illuſtri ſtipendio initiat: ad Brunſuicenſem Ducẽ Iuliũ mittendos concionatures.

Senfft. Nobilis vir florebat 1569. Melchior Senfft iunior. Vxores eius. 1. Kynigundis de Rechenbach. 2. Margareta de Seckendorff. Michaëlis, fratris eius, vxores. 1. Catharina Cronbammerin. 2. Dorothea Rechenbachia. 3. Sibylla Hertenſteinia, nata de Vahenſtein. 4. Sibylla Lammersheimia. Melchior Senfft ſenior, pater ſcil. vxores habuit. 1. Margaretam de VVeiſchenfeld. 2. VVandelbaram de Stetten.

Kirchperger. VVilæ prope Tybingam, nuptias celebrauit Andreas VValch (adhuc 1592. Acad. Tybing. Notarius) cum Agatha, D. Georgij Kirchpergeri Rotemburg. ſorore, Ianu. 17.

Defuncti hoc anno.

Mortui. 1. Stutgardiæ, in Hoſpitali. Iul. 29. Sebaſtianus Træſchius, anno ætatis 35.

Vtilis & patriæ, priuatis vtilis actis:
Diuitibus charus, pauperibusque ſimul.
Et verè Chriſti meritis confiſus Ieſu,
Suauiter in cœli ſede receptus agit.

Mart. 31. honeſtus Sebaſt. Ebinger Tybingenſis.

In Leonhardino. Octob. 13. Ioannes Burger Nyrtingenſis.

Mens mea, Chriſte, tuis mitiſſime traditur vlnis.
Te colui: tecum vita perennis erit.

Megitzer. 2. Tybingæ. Nobilis & egregius vir VVolf Dieterichus Megizer à Veldorff. Aug. 20. De quo poſtridie funebrem concionem habuit D. Theod. Sneppfius: ex diſputatione Matth. 22. Chriſti contra Sadducæos de reſurrectione mortuorum. Addita ad extremum, hæc tunc excepta.

ὁ θεὸς, θεὸς τῶν ζώντων, ὃν ἐγὼ δοξάζω πέμψας μέτρα ἀπολύσασα τὰς ψυχὰς: ἵνα μὴ φθονῶν αὐτοῖς ὑπερβλὴν εὐφημιῶν λοιπὸν, ὃν καὶ ἔπαυσε ὁ ἀποθανὼν: διὰ τὴν ἀμαθῆ βάσει μὲ εἰς τὸν ἐνίγμον βίον ἐπανῆλθε: ἀλλ' ἐπὶ τοσοῦτον γήμας ταλαιπωρίας; διὰ τὴν ἱερατικὴ μὲ τῆς παρούσης μακαριότητος; ὃ βέλτιον, μᾶλλον ἐν ἀληθείᾳ, ὁ μακαρίτης Wolfgangus Dieterichus Megizerus, ἐγένετο τριετῶς ὁ γε ἐν υἱὸς: ἐν τε τῇ συμφορᾷ ὡς, πλέον χριστιανὸς ἦν, καὶ, ὅτι ἐπαινετὸν διῆγε τὸν βίον. οὗτος καὶ ἀποθνήσκων, ἔφη (πεπιστευκὼς τὸ ἱερὸν, τὸ ἀναγκαῖον) ἱμείρεσθαι, ἐχρῆν. σὺν τῷ ἐμῷ, ζῆν τε καὶ θανεῖν, κέρδος. Manet eius honeſtiſſima vere nobilis, relicta etiam (Agnes ab Anweil) etiamnum vidua: in concionibus ſacru frequens, in mitigenda ueſica, & liberos bene educans.

3. Nicrokirchemij. in Templo parochiali. A. 1569. verſchied der Edel vnd Veſt Philipps gratz von Aurbach: dem G. G.

VVeickersreuter. 4. Hirſaugiæ, in Templo, non procul à ſuggeſtu, in tabula ad columnam. Clariſſimo viro, D. Heinrico VVeickersreutero, Doctori Theologo, & Monaſterij huius Abbati dignißimo, anno M. D. LXIX. VIII. April. piè mortuo, F. F. F.

VVeickersreuterus iacet hîc, venerabilis Abbas,
Qui fuerit: lecto carmine, doctus eris.
Cùm vitæ & ſtudij clareret nomine: nactus
Regenſpurgiacæ eſt ſceptra ſuprema Scholæ.
Mox claram docuit verbum cœleſte Tubingam:
Pòſt Calueníe annis pauit ouile nouem.
Doctorem hinc fecit laudata Tubinga ſacratum.
Abbas Hirſchaui factus & inde fuit.
Primus Euangelicus pia dogmata tradidit Abbas:
Spectandus vita, relligione, fide.
Hîc duo luſtra vigens, numeroſa prole beatur.
Chriſto animam placidè reddidit inde ſuam:
Poſt Kœnniga vxor, natorum funere triſtis,
Peſte Tubingenſi ſtrata necante fuit:

Hoc

Hoc iacet ipse quidem Templo, iacet ipsa Tubingæ.
Sed videt aspectum mens vtriusque Dei.

Successit in locum eius Abbas 46. IOANNES PARSIMONIVS: *de quo posterius.*

5. *Vlmæ. Aug. 23.* der Edel vnd Ehrnvest Herr Görg Besserer von Rhor / elterer Herr deß Rahts zu Vlm. *Antea verò 1564. Mart. 12. vxor eius,* die Edel vnd Ehrentreich Fraw Margareta Ehingerin von Baltzhaim / in Gott seliglich verschieden. *Sepulti ambo in vetere Bessererorum conditorio Parochiæ: quæ fuit in O. sanctorum cæmeterio.*

6. *Eßlingæ. April. 22.* ist die Edel Fraw Brigita Grempin / Hans Thoma Drachen Haußfraw / gestorben.

7. *Argentinæ, Nouemb 13. obijt M. Melchior Speccerus Isnensis, concionator pius: Græcè benè doctus & Aristotelicæ disputandi subtilitatis gnarus.* Speccerus.

8. *Nouemb. 24. Basileæ, Cælius S. Curio: corpore heros, animo Ciceronianus elegans, humanitate erga me eximia.*

In Gallia, cùm iam esset tertium bellum ciuile: Princeps Condæus, captus, perfidè interfectus est. Ibi etiam mortuus est Dux Bipontinus VVolfgangus, qui Religionis reformatoribus auxilio venerat. Hi deinde 3. Octob. magno prælio ad Moncontorium cæsi sunt à Regijs. VVolfg. Bipontinus.

Ducis VVolfgangi proles: ex Anna, Philippi Landgrauij F.

Philippus Ludouicus, hodie Neoburgi sedem obtinens. *Ioannes.*
Otho Henricus. *Fridericus. Carolus.*

Filiæ etiam S.

Christina. Anna. Elisabeta. Barbara. Maria.

Celebratur meritò optimi huius principis memoria: quòd inter alia multa laude digna, etiam duas insignes Scholas instituit. Vnam, in Neoburgensi Ducatu, Lauingæ: vocato ad instruendam lectionibus vtilibus, Ioanne Sturmio. Alteram, in Bipontino Ducatu, Hornbachæ: vbi S. Pirminij quondam sedes, & sepulturæ locus, fuit. Schola ab illo instituta.

Pont. Pius 5. Cosmum Medicem, ex Duce Florentino, 27. Aug. Magnum Hetruriæ Ducem fecit: quòd faueret Regi Galliarum contra Hæreticos: cuius Regis mater, erat Catharina Medicea. Hetruriæ Dux magnus.

MAGNVS DVX FLORENTIÆ, INAVGVRATVS. ACADEMIÆ TYbing. status. Nuptiæ Magnatum. Mors eximiorum & nobilium hominum. Inter quos, Ioannis Brentij senioris, & Ioan. Theodorici Plinij. Incommoda exigne, aqua, fame, bello. Comites nostri temporis Tybingenses.

CAPVT XVI.

ANNO 1570. *Mart. 5. (die Dominico Lætare) Pont. Pius 5. Cosmum Florentinum, præsentibus omnibus Cardinalibus, Romæ in Sacello S. Sixti, Magnum Hetruriæ Ducem inaugurat: coronam consecratam capiti eius imponens, & sceptrum (vt re ipsa Rex esset) tradens. Quem actum Cæsar Maximilianus per legatos improbauit: vt in præiudicium Imperatoris Rom. hac coronatione facta: cùm Florentia & Senæ inter Cameras Imperij Rom. censeantur. Coronæ inscriptum erat:* PIVS V. PONT. MAX. *ob eximiam dilectionem, ac catholicæ Religionis zelum, præcipuumq; iustitiæ studium.* Inauguratio magni Ducis Hetruriæ.

In Anglia coniurauerunt Comites duo in caput Reginæ Elisabetæ, ob papatum restituendum: Thomas de Northum belland, & Carolus de Oueſt melland. Sed ea coniuratio, 24. Nouemb. detecta est. Coniuratio Anglica.

Rectura Tybingæ.

Æstate, Rector 172. Chilianus Vogler. Acad. Tybin.

In Matriculam relati. Andreas, liber Baro de VVindisch Gratz. Georgius Sigismundus, & Bernhardinus, ambo de Mindorff. Christophorus à Rhatmansdorff. Seufridus Rhinschad. VVolfgangus Staiger. Sigismundus Lutzendorffer. Georgius Campana. Sigismundus à Gleubach. Sigismundus Funccius. Ioannes Membardus, horum omnium præceptor, Maij 16. Georgius Flæck Caluensis, Iul. 20. Christianus Doldius Francomontanus Hessus, Aug. 15. Alexander VVolfhart VVaiblingens. Aug. 17. Caspar Lutz Stutgardianus. VVilhelmus in arena Schondorffensis. Christophorus Stæbelin Stutg. Octob. 3. Membardus.

Hyeme, Rector 173. Iacobus Schegkius.

Hofman. In Album relati. Ioan. Adam Hoffman, liber Baro in Brimsel & Streichaw. Andreas
Tieffenbach. VVolfg. à Pollheim, Baro. Michaël Reichart Ratisbonensis. Sigismundus à Teuffenbath Syrus. Omnes Octob. 31. VVeickerus, liber Baro à Pollheim & VVartenburg, Austriacus. Bern.
AEntzlinus. Reichart Ratisbonens. Nouemb. 20. Hieremias Seng Nœrdlingens. Mart. 5. Albertus à Berlichingen, Maij 22. Matthæus Æntzlinus Stutgard. Ioannis Directoris F. Maij 25.

Philosophiæ Decanus. M. Samuel Hailandus, illustris stipendij præfectus.

Leiser. Magistri renuntiati. Polycarpus Leiser VViuedens. Febr. 1. Theol. D. VVitembergæ, & hodie in vrbe Brunsuiga. Benedictus Vnger Phorcensis. Hieremias & Samuel Pistorius Neustad. VVirtembergiæ. Martinus Plancus Riedlingens. Philippus Bubius Esslingens. Philop-
Bartenbach. pi F. Ioan. VVeickerstreuter Tybingens. Ioan. Bartenbach Botvvarens. Postea, Hebraicæ Linguæ hîc professor. Paulus Maior Nordling. Aug. 2. Caspar Schegckius VVilens. Iacobus Prætelius Oberfeldius. Ioannes Membardus Herberting. Hodie à multis annis, Scholæ Lancianæ Euangelicorum Procerum Rector. Alexander Camerarius Tybing. Med. D.

Dyrrhius. Maij 2. hîc erat Rupertus Dyrrhius D. Ecclesiastes Pforzensis: commendans collegio Philosophico septem beneficiarios Marchionis Caroli.

Præfectus minor Tybingæ, erat M. Ludouicus Daicker: Consul, Conradus Stamler: Senator, Georgius Kyrner: qui 27. Maij iurarunt in statuta Vniuersitatis, more singulorum annorum.

Mense Iulio Comitia Cæsar Maximilianus Spiræ celebrabat.

Clæsius. Circa medium eiusdem mensis, M. Martinus Clæsius (tunc Knitling. Ecclesiæ pastor: & præfecturæ Maulbrunnensis Superintendens) à Duce VVirtemberg. Rhodam sub Ripperg transmittitur Rhenum, Ecclesiæ à papatu reformandæ causâ, missus etc.

Nuptiæ quorundam.

Ioan. Casimiri nuptiæ. 1. Iun. 5. nuptias celebrabat Ioannes Casimirus, Comes Palat. Rheni (Friderici Palat. Electoris, & Mariæ Brandeburgicæ, filius) cum illustrissima virgine Elisabeta: Augusti Electoris Saxoniæ, & Annæ Reginæ Danicæ, filia. Factum Haidelbergæ, magnâ illustrium nobilitatis frequentia, Ibi Principes, miserati Galliæ deuastationem, 12. Iun. literas scripsêre: Regem & suos ad pacem cohortantes. Subscripsêre literis ambo Electores: & Fridericus, Marchio Brandenburgens. Ludouicus, Dux VVirtembergens. VVilhelmus, Philippus, ac Georgius, Landgraui Hassiæ: Adolfus, Dux Holsatiæ: & Carolus, Marchio Badensis.

2. Tybingæ. Intercramus nuptijs Andreæ Planeri, Med. D. cum filia M. Georgij Liebleri, Maij 27.

Kirchperger. 3. Ebingæ ad Nicrum. Nuptiæ Ianu. 9. D. Georgij Kirchpergeri, cum nobili vidua Susanna à Lindenfels, in arce Ebingana. Hinc, multi liberi. Anna Maria, 1570. Octob. 4. Andreas Carolus, 28. Septemb. 1571. patrino, Abbate Samblasiano Nigræ Syluæ, Casparo Thoma obijt.

Susanna, 15. Mart. 1573. patrino, Georgio Schartlino, Cos. Rotemburgensi. obijt.

Otho Iosephus, 21. April. 1574.

Andreas. 24. Octob. 1575. patrino, prædicto Abbate S. Blasij.

Susanna secunda, 30. Iul. 1577. patrino, D. Philippo Apiano, Tybingæ Mathematum Professore.

Ferdinandus, 22. Nouemb. 1578.

Agnes, 26. Mart. 1580.

Carolus, 23. Octob. 1582.

4. Augustæ, nuptias egerunt. Nouemb. 27. Iacobus Fuggerus, Antonij (primi Baronis) F. & Anna, Georgij Ilsungi, equitis, & præfecti Prouincialis Sueuiæ, filia. Octob. 16. Christophorus de Steten, viduus: & Regina Varnbylerina, Doctoris Nicolai Iurisc. F.

Maximil. Imp. filiæ. 5. Maximiliani Imp. filiæ nupserunt: Elisabeta, Regi Franciæ Carolo IX. & Anna, Regi Philippo Hispano.

Obitus quorundam.

1. Stutgardiæ. Iun. decimo sexto, obijt Barbara Fæslerina, Ioannis Hippolyti Treberi vxor.

In Hospit. Templo, tabula est senis, Adami VVeinmanni: qui 7. Aug. Marchiobadenæ defunctus erat.

In

In Parochiali. An. D. 1570. auff Montag den 11. Octob. vmb 12. Vhr zu Mittag/ starb der Ehrwürdig vnd Hochgelehrt Herr Johan Brentz/ Probst zu Stutgarten/ *Fhr. VVhr.* Raht/ seins alters im 72. vnd als er der Kirchen Gottes/ vber die 50. Jahr getrewlich gedient. Vnser HERR vnd Heyland Jesus Christus/ wölle jm ein fröhliche Auffersteh̃ung verleihen/ Amen. *Brentij obitus.*

Sub imagine Brentij
Voce, stylo, pietate, fide, candore, probatus:
Iohannes tali Brentius ore fuit.

In tabula.

Iohannes Brentius, natione Suevus, patria VVilensis, Theol. clarissimus, Ducum VVirtembergensium Consiliarius: inter primos repurgatæ Ecclesiæ instauratores fuit. Scripturas propheticas & apostolicas, in Scholis sacris concionibus, Comitijs Imp. Rom. & lucubrationibus suis illustrauit, ac propugnauit. Confessionis causâ exilium constanter tulit: consilijs Ecclesiam, & communem patriam, iuuit: vitæ innocentiâ professionem ornauit. Et cum in hoc suo curriculo, quinquaginta & amplius annos, magno Ecclesiæ commodo elaborasset: placidè in Christo obdormiuit: & summo piorum omnium luctu, hîc sepultus est. Anno Dom. 1570. mense Septembri, die 11. Cùm vixisset annos 71. menses 2. Dies 3.

Septembr. 8. ad meliorem vitam transijt, nobilitate vetere, pietate, prudentia, virtuteque conspicuus heros, Ioannes Theodoricus à Plieningen: magnus VVirtembergicæ curiæ Magister: Academiæ nostræ commissarius, sicut D. Brentius. Successit eius in locum (etsi non immediatè, sed post alium) gener suus, virtutibus ornatissimus, Erasmus de Laimingen, patronus noster honorandus. De Brentio autem, & Plinio hoc, plura extant in Germano Græciæ libro sexto. *Et Plieningeri magni Magistri curiæ.*

2. *Tybingæ. Febru. 20. vesperi circa horam 5. expirauit clarissimus Euclidis professor, M. Ioannes Scheubelius. Sepultus postridie post horam tertiam, extra portam fabrilem. Cui concionem habuit ex Ioan. 11. (infremuit Spiritu) Magister Caspar Zimmermannus, VVilhelmi frater, Diaconus Tybingensis Ecclesiæ. M. autem Erhardus Cellius, Mart. 8. publica oratione in Aula noua virum celebrauit. Vixerat ad 76. annos: in oppido 3. milliar. hinc Kirchaimo, gemellus 1494. natus.* *Scheubelij mors.*

Febru. 8. nobilis adolescens, studiosus, à Birn. concionem habuit D. Theodoricus Sneppfius ex Psal. 91. Longitudine dierum replebo eum. Τέθνηκε δ' ἐξαίφνης ὁ σύγγονος, πάλφωμαλέος νέος ἐὼν τὸ πάπαρ, ἴσα παῖχεν ὑπάρξε παρὰ ἰσλαπεῖ ἀγυμόνι, καὶ χώρας διεπόντας. ἡμεῖς δὲ μὴ ταραχθῶμεν τῷ πάθει αὐτοῦ. Κοσμίως γὰρ τ' ἐωυτὸν βίον ᾠκονόμησεν καὶ εἰς τὸ ὕστερον ἐκμέλλων ἐρρῶσθαι. μελετάτω μοῦτοι πᾶς τις βάλεσθαι τοῦτα, καὶ μετανοείτω.

April. 26. Nobilis matrona, Anna à Fyrst nata ex genere Neuneccio. Et huic concionatus est Sneppfius, ex 1. Tim. 6 Præcipe diuitibus. δεῖ ἀγαθοῖς ἔργοις πλουτεῖν, καὶ μεταδοτικὸν εἶναι τοῖς πένησιν ἐστί. τοιοῦτον, καὶ ἡ σύγκλητος ἐγένετο αὐτοκράτορι τὸ τῆς ἀγίας συναγωγῆς παράγγελμα, οὐ τοῖς ἐκείνης ὑπηκόοις οὐχ ἁμαρτάνουσι, πλουσίοις καὶ εἰς τὰς πονουμένους ὑπὲρ καὶ τ' ἀνάγκης χρῆσθαι, ἐπὶ τέλει τῷ εἰς ὁμολογήσασι, κάλλιστα μετέλαξε τοῦ βίου. *Et Annæ Fyrstiæ.*

Maij 28. Stephanus Gerberus, Cos. Tybingensis senex pius. Concio Sneppfij ex Esa 3. Non agnoscunt homines bonum & prudentem Magistratum, quantum sit Dei donum. Ideo sæpe tales Deus tollit.

Aug. 19 generosus Baro, Ioannes à Staremberg, studiosus, Baronis Ioannis F. concionem habuit 22. Aug. Sneppfius, ex Psal. 116. preciosa, mors sanctorum. Τὸν σὺν εὐσεβείας παῖν ἐμέλησε καὶ συχνὰ πάνυ εἰς τ' ἄνθρωπον ἐπιλήσασθαι προσηύξατο πολλάκις, χωρίσας ἑωυτὸν τῶν πλησίον, τὸ ἀγιμποδιγότερος εἶναι. καὶ νῦν ἀπροσδοκήτῳ νόσῳ περιπεσὼν, πᾶς πρὸς τὸν χριστὸν ἑτοιμάσασε καὶ τῷ τιμίῳ τοῦ χριστοῦ σώματι καὶ αἵματι ὧν πλήστο· ἀεὶ χαρᾶς, ἢ ποτ' ἂν λυπῆσαι ἔφιετο. *Staremberg. Baronis.*

Octob. 29. sepultus est generosus D. Ernestus à Dietz, in Templo, adolescentulus: concionante eodem Sneppfio ex 1. Cor. 15. Seminatur in corruptione. ὁ δεῖ πάντα πλαγῶναι ἀνθρώπους, τοῦτο πάρεστι ἐπιδεῖξαι. διατί, σαφῶς γὰρ ὁ θεὸς ἀπόλλυσι τὴν τιμὴν πάντα πᾶσιν ἀθανείας, ἀτιμίας, φαυλότητος, καὶ φθορᾶς γέμοντα: δυνάμεως, εὐλογίας, πνευματικοῦ, καὶ αἰώνιος καταγώσεται. ὁ δὲ μακαρίτης ἦρτο ἦτοι, ἀνηλάσας πίστει τοῦ μαθόντος, ὅτως ἐπιστήμων ἦν τῶν θείων γραφῶν: ὡς χειλὸν εἰδέναι, οὐ τίνι πιρκλείω ῥήσεις ἐπάγη πίστει.

3. *Auraci. Sepultus est 24. Ianu. nobilis iuuenis Petrus à Graueneck: qui modò 14. diebus antè, nuptias Auraci celebrauerat, cum Vrsula, Caroli à Remchingen sorore. Carolus verò hic, tunc cum Petri huius sorore nuptias ibidem peregerat.*

Et Matthai Aulberi. Abbatis.

4. *Blabyræ. Obijt reuerendus & doctißimus vir, S. Theol. D. Matthæus Aulberus: Abbas Blaubyrensis, & collegij Stutgardiensis concionator: anno ætatis 75. cuius Epitaphium in Hospitalario Stutgardiæ fano extat.*

5. *Caluæ.* Auff Montag/ den 6. Tag Nouembr. starb die Edel vnnd Tugentreiche Frauw Otilia Hauwerin/ geborne von Sternenfels: weiland deß Ehrenvesten Baltasar Friderich Hauwers von Hauwenburg/ Vogts allhie/ eheliche Haußfrauw. Der allmächtige ewige Gott/ vnd Vatter vnsers HERRN Jesu Christi/ verleihe jr am grossen Tag ein fröhliche Aufferstehung/ vnnd vns sampt jhr das ewige Leben in Christo/ Amen.

6. *VVilæ oppido. D. Philippus Imser Argentinensis, 20 Octob. 1570.*

7. *Vlricus, Comes Helffenstainius, Ianu. 17. obijt.*

Alia hoc 1570. anno facta, aduersa & damnosa.

Κακοζηλία.

Bacchanalia infelicia.

Mense Febru. (cùm 5. die eius, essent Bacchanalia) conuenerant generosi comites, & homines nobiles in arce VValdebergica Comitatus Hohenlohensis, in monte altißimo sita amicitiæ & hilaritatis gratiâ. Gynæceum ergo vênit, eleganter ἀγγελοειδῶς, in modum Angelorum, vestitum: virosq́ ludo tesserarum prouocauit. Viri postea, vt αὐτίθεσιν, cõtrarium facerent: τατανοειδῶς, Diabolorum specie, in medium venerunt: mulieribusq́ vicißim tesseras protulerunt. Nihil tale malo animo fiebat. Et tamen vide, quid secutum sit. Accidit ibi magnus error. Cùm enim vestitus ipsorum, esset ex lino, stupa, pice, compositus: ignis eum corripuit: vel ministro propinquo, facem non benè regente: vel aliquo lusorum, in candelam mensæ inter ludendum impingente. Nam vtrumq́ dictum fuit. Perniciem attulit flamma, quæ celeriter exarserat, duobus illustribus Comitibus, Tybingensi, & Domino loci. Aliquot etiam nobiles, in magnum periculum & cruciatum coniecit. Etsi enim ministri aquam afferre conabantur: tamen ea frustrà, profluens perijt: partim trepidatione festinantium, partim fundo vasis excidente. At nec in amplo labro saxeo, vbi aliàs semper erat, reperta vlla aqua est. Itaque ambusti miserabiliter sunt: neque chirurgorum etiam opera aliquid potuit.

Tybing. C. Georgius.

Nouissimorum Tybingensium Heroum γενεαλογία, Dominorum in Liechteneck.

Conrad. 1530. sup. lib. 7. c. 12.	*Georgius 1570. Vxor eius, Comitissa Erpachensis VValdpurga.*	*Eberhardus.*
		Conradus, Rector Tybing. Acad. 1582.
		Albicus. Argentinæ interfectus. 25. Oct. 92.
	Agatha 1560. nupta Eberhardo, Comiti Hohenlohensi & VValdenbergensi.	*Hermannus, obijt Patauij. Sepultus Villaci Carinthiæ.*
		Georgius, obijt Lympurgi 19. Febr. 1587. Fuerat posthumus.

Sed, vt Felix VVelperus mihi misit, priorum & horum series hæc est.

Clara Friburgensis.

1. *Gazzo, & vx. Clara Friburgensis. Soli superfuisse dicuntur de antiqua stirpe Tybing. Palatinorum. Ipsum, qui haberet vnam tantum filiam, negligenter vixisse: & Tybingam VVirtembergensi oppignerasse. Dominæ Claræ res mariti displicuisse. Disceßisse igitur ab eo Liechteneccum, & filium honestè peperisse, ex ipso: cui nomen Conradi fecerit, ex aui Friburgensis nomine. Virum claræ, suum diem Bæblingæ obijsse.*

2. *Conradus modò dictus, vnicus ex tota Tybing. comitum stirpe. Vx. Thierstainia.*

3. *Conradus, Comes Tybing. Dominus Liechtenecci. Vxor, Comitissa Lupfenia.*

4. *Henricus & Ioannes, Teutonici ordinis. Georgius, habens vxorem Agatham, comitissam Archensem. Conradus: cuius coniux, Bæcklina diues. Sepulta Friburgi apud Dominicanos, ἄτεκνος.*

5. *Conradus, Georgij filius, & Georgius ἄτεκνος.*

6. *Georgius 1570. &c.*

Halæ Sueuorum, lapidi ad Vntervverdensem portam inscriptum.

Inundatio Halæ.

Als 1570. die Jahrzahl war/
Den ersten Decembris/ ist wahr:
Bracht Hall der Koch in grosse gefahr/
Gleich in der Nacht vor dem Aduent/

Wie

Wie man das Fest von alters nennt:
Der Rohtstäg brach/vnnd floß darvon:
Den vnderwerdt hett gründt kein Mann.
Ein stück am Burgerstäg zerbrach:
Die Henckerebrück ließ auch ein krach.
Deß Eichthors Mauwr/der Sulfferstäg/
Brachen/vnnd floß viel Holtz hinweg.
Iofrà in lapide.
Wenn Gott die Menschen wil auffwecken:
Kan ers mit Feuwr vnd Wasser schrecken.

Circa Nordlingam 2. Decembr. incurrebat tanta vis aquarum: vt Baldingenses signum campanis darent, ob periculi magnitudinem.

FAMES.

Erat hic 1570. annus, nubilus, pluuiosus, tristis. Vnde, quanta secuta sit annonæ exasperatio: ex sequentibus patet. Fames magna.

Tybingæ hat golten.

1. Scheffel { Korn 10. fl. / Rocken 7. fl. / Fäsen 4. fl. / Habern 1½. fl. } vnd ist kommen biß auff { 11. fl. / 8. fl. / 5. fl. / 3. fl. }

1. Sümmern { Erbiß 1. fl. / Hutzeln 1. fl. }

1. Maß { altes / newes } Weins/ { 14. ß. / 7. ß. }

1. Scheuben Saltz 4. fl. kommen biß auff 4½. fl. 1. Pfundt Schmaltz 5. ß. kommen biß auff 6. ß. 4. Eyer 1. ß.

Nærdlingæ, 2. Decemb. galt ein Malter Korn 5. fl. 3. batzen. Der Rock/ 4. fl. 3. batzen. Die Gerst/ 5. fl. 12. batzen. Habern/ 3. fl 1 Ort.

Ebnetæ in Duro campo, Decembr. 2. quidam non sustinens amplius videre famem suorum, Ebnet. ex liberis suis duos suspendit. Cùm de tertio idem facturus esset, & de vxore: eorum vociferatione homines concitati sunt, qui eos liberarunt. Homo, Nereshaimum abductus est. Nærdlingenses tamen frumento & pane liberaliter suis ciuibus subuenêre.

In Styria etiam tanta fame, & annonæ incendio, laboratum est: vt querna folia fuerint molita, & inde panis confectus.

Πασῶν μοὶ συγχεῖ δαΐδαλος λιμὸς ἰσβεστόων·
Λιμῷ δ' ἀνίστορ θανέειν, πάσι πόνμορ ἐπιπεύθειν. Odyss 12. Nullum genus mortis miserius est, quàm fame mori.

Bellica.

In Gallia pax 3. Aug. facta est: quòd Regi aliter Elisabetam F. mittere nollet Imperator: & inter alias conditiones, traditæ sunt Reformatis vrbes 4. Rupella, Montalbanum, Cognacum, Charitæa. Sed insidiosam fuisse pacem, exitus declarauit. Galliæ pax insidiosa.

Turca, insulæ Venetorum Cypro infestus, Nicosiam Septemb. 9. expugnauit. Valde hic annus afflixit orbem Christianum. 1. fame longè latè. 2. diluuio in Belgio. 3. terræ motu circa Italiæ Ferrariam. 4. Cypro ferè tota amissa. Cypri Nicosia amissa.

ADHVC FAMES IN SVEVIA. CONIVGIVM ANHALTINI PRINCIPIS cum VVirtembergide. Friderici, VVirtembergici & Mompelgardici Herois, Tybingam aduentus. Scholæ Tybingensis gubernatio. Eiusdem secunda Esslingam propter pestilentiam migratio. Turcarum clades in Græco mari. Obitus aliquot honestorum vtriusque sexus hominum.

CAPVT XVII.

ANNO 1571. *Ianu. 1. & circà, rarum quoddam auicularum genus in quibusdam locis volabat: habens pennulam rubram in extrema ala continuam.*

Dura-

Famis duratio. Durabat caritas annonæ apud Tybingenses: valente vno medimno farris, oder Kärns/8. florenis. Alebam tamen 12. conuictores Studiosos, dans in mensa Quartale vini: soluente vnoquoq; (sicut vbiq; iam receptum erat) pro hebdomade 14. bacios. Princeps autem, & Vniuersitas, siligine clementer subueniebant alentibus adolescentes, dando illam minori precio. Eadem Vniuersitas, & Facultas artium, oppidano Magistratui petenti semel atque iterum liberale pecuniæ subsidium impertiuêre, pauperibus ciuibus diuidendum.

Frigoris magnitudo. Erat sub exitum Ianuarij, sæuißimum frigus, iacente maxima niue. Fuerunt tribus hactenus annis, totidem frigidißimæ hyemes. Puteus altißimus Franciscani apud me cœnobij, Febr. 1. congelauerat totus. Idem πάθος sensit totus Podamicus lacus, apud op. Constantiam. Mox tamen remisit post principium Febr. frigus, & niues liquescebant.

Anhaltini Principis nuptiæ, Stutgardiæ. Ianuario mense, die Martis post Trium Regum, nuptiæ celebrabantur Stutgardiæ: inter Ioachimum Ernestum Anhaltinum, & Eleonoram VVirtembergicam. Interfuerunt, Marchio Brandenburg. Georgius Fridericus, & Georg. Ernestus Hennenbergius, cum vxoribus. Carolus Badensis ægrotans, tamen legatos suos interesse voluit. Durabat celebritas hæc dies 8. Ludi equestres & pedestres. Sponsos domum versus discedentes, prosecutus est April. 4. Dux Ludouicus, & Domina mater: veneruntque Dessouiam Calendis Maij. Reuersi sunt indefeliciter domum: nisi quòd mater, propter debilitatem aliquandiu mansit in Haßia. Postea, reducta Nyrtingam. Sequenti tempore huius anni, cùm Principes curatores venissent Stutgardiam, ob quædam regiminis corrigenda: certamen sagittariorum & sclopetariorum fuit. Magnum tunc Curiæ Magistrum agebat nobilis vir, Iacobus de Hoheneck.

Hoheneck.

Delecti maiorum gentium, vel maius consilium Ducatus, Der groß Außschuß/hoc anno. Cœnobia.

VVirtembergiæ regimen. Bebenhusa, Eberhardus Bidenbach. D. Denckendorffum, Bartholomæus Kæß. Maulbrunna, Ioannes Mageirus M. Adelberga, Christoph. Binder.

Præfecturæ.

Stutgardia, Ioannes Amstetter. Tubinga, Propter pestem non aderat. Brackenhaimum, Ioannes Hugo. Vaihinga, Ioan. Bühel. Schorndorffium, Ioan. Schmidlapp. Vracum, Henricus Schvvartz. Kirchemum, Vlricus Baltzius. Blabyra, Ioannes Magius. Marbachum, Eberhardus Hacker. Canstadium, Ioannes Schvveickardus. Calua, Ioan. VVagner. VVeinsperga, Martinus Sailer. Gœppinga, Christophorus Iæger.

Friderici, VVirt. & Mompelgard. Principis, Tybingam aduentus. Mense Martio, ex Gymnopodéo emigrabam: quòd illustrißimus Princeps ac Dominus, Dominus Fridericus, Comes VVirtember. & Mompelgardiæ, cum familia sua huc venturus, & eò immigraturus, esset: sicut & die Maij 18. factum est. Magister Curiæ eius, erat nobilis Samuel à Reischach: præceptor, M. Caspar Schegkius VVilensis, iuuenis egregius.

Profectitia cœna April. 3. cœnam magnificam ἐξιτήριον, Rectori & professoribus Academiæ, dedit illustris Comes Hanoiensis, D. Philippus Ludouicus. Qui vicißim 9. April. cœnæ Vniuersitatis, in domo Sapientiæ interfuit. Hic postea in Galliam profectus, magno periculo interfuit, in illis sequentis anni Thyesteis nuptijs.

Sex extiterunt incendia his diebus, Tybingæ, etsi minora.

Simon Simonius. Cœpta est hoc tempore philosophica contentio, edendis libellis, inter D. Iacobum Schegckium, & Simonem Simonium Italum Lucensem. Schegckius obtinuit.

Grando, Mense Maio, die 6. grando grauis, Eßlingæ, Æntringæ, Iesingæ, & circùm, vesperi stragem dedit: cùm matutino tempore albæ nebulæ ascendissent. Librales fuêre, qui ceciderunt, lapides.

Spicæ. Nordlingæ valebat hoc mense, 1. malter Korns 10. fl. 3. Batzen. Sic & hordeum. Der Rock/9. fl. 2. Batzen. Der Habern/5. fl. 3. Batzen. Eodem mense, circa eam ciuitatem cusini sunt reperti: in quibus spicæ 4. erant aut 10. aut 11. aut 13.

Prope Oetingam verò, quædam spica fuit 3. quadrantes cubiti longa, præter culmum.

Mercklingæ ignis. Maij 11. in Hertfeldiensi vico Mercklinga, ædificia circiter 46. semihorâ deflagrarunt. Nærdlingensium Doctor Sebastianus Rettinger, Pragæ à Cæsare securitatem proficiscendi ad mercatum ipsorum impetrauit Mercatoribus cùm Oetingenses non darent.

Annona Tybingæ. Tybingæ per hoc tempus, hæc erant frumenti precia. Ein Scheffel Korns/von 7. biß auff 8½. fl. Der Rock/4. biß auff 5½. fl. Die Fäsen/3. biß auff 3½. fl. Der Habern/2. fl. Ein sümmern Erbiß/10. Batzen. Vetus vinum, 10. aut 12. ß. Nouum vinum, 14. aut 16. ß. Sal, 3. aut 4. fl. Libra butyri, 2. B. Non poterat etiam comparari Tybingæ frumentum. Ergo Argentorato,

rato, concedente illo humanissimo Senatu, Academia huc aduexit, sub initium Maij: vt nostros conuictores alere possemus.

Fames etiam & pestilentia exinde, Augustam infestabat. Ein scheffel Korns vmb 15. fl.

Regimen Scholæ Tybingicæ. Die Philip. & Iacobi, Rector 174. Iacobus Cappelbeccius. Gymnasium Tybing.

Inscripti. Reichardus & Sigismundus à Liechtenstain, fratres, Barones: Erbkammerer in Steir / Landtmarschalck in Kärnten / Herren zu Moraw / Maij 14. Fridericus, Princeps & Comes in VVirtemberg & Mümpelgart. Magister Aulæ, Samuel à Reischach. Nicolaus à Rotemburg, nobilis & Camerarius huius Principis. Fridericus & Sebastianus à Plieningen. Acacius à Gutemberg. Raphael ab Helmstet. Frid. Princeps.

Ioannes Chassöenus, Gallicus Præceptor Principis. Relati omnes in codicem Rectorij, Maij 25. Ipse illustrissimus, Maij 25. omnes Academiæ Professores, prandio principe digno, in Refectorio Monasterij γυμνοσοφιστικῶς accepit. Leo Kraffi Vlmens. Iun. 6.

Sequentes, Etslingæ inscripti: quò rursus Vniuersitas propter pestem concedere coacta est, vt postea dicam.

Hieronymus Megisser, M. Hieronymi F. Stutgardianus, Septemb. 25. Ludouicus, Comes Oetingensis, Gotfridus & Nicolaus Moseri Tybingenses, Theodorus Gallus Oetingens. Oct. 16. Megisser. Pestis.

Die S. Lucæ, Valentinus Volcius, Rector 175.

Inscripti. Ioan. Conrad. Eßlich Rodenshaimensis, Octob. 20. Iacobus Feierabend Heilprunnensis, & Philippus à Neipperg, Octob. 16. Ioan. Christoph. ab Engelshofen, Octob. 27. Iacobus Epp Vracensis, Nouemb. 4. Ioan. Pleickardus Landschad à Steinach, Nouembr. 6. Ioannes & Iacobus Hettleri M. Bartbol. filij. Philippus & Erasmus Marbachij fratres, Argentinenses, Doctoris Ioannis FF. Decemb. 18. Ioan. Baltzner Teruisiens. nobilis, 6. Mart. 1572. Ioannes Philippus, & frater eius Ioan. Ludouicus, filij M. Ioannis Kynig, Syndici Academiæ, April. 12. Feierabend. Marbachij.

Matthias Bernhardus,
Tobias,
Maximilianus,
} Manlichij Augustani fratres, Maij 1. Manlichij.

Decanus artium. M. Martinus Crusius, 2. Magistri 20. creati Febr. 14. inter quos erant. Rogerius Lotharius Augustanus. Ioan. Hofmannus Halensis. Ioan. Fridericus Tasinger Ranenspurgens. Conradus Thalhaimer Tybingens.

Deinde 1. Aug. 21. Magistri: ex quibus, hi: Ioannes Langus, & Lucas Xellius, Memmingenses. Dauid Kyber Argentin. & Baltasar Memminger Oetingensis. Omnes 4. Conuictores Crusij. Michael Mæstlinus Gæppingens. Ioannes Oexlinus Geislingens. Mæstlinus.

Iul. 24. Creatus est Med. D. Christophorus Engel Vratislauiensis, à Georgio Hambergo, Med. D. Tybingæ. Mirificè tunc studiosi hinc fugiebant, hominibus aliquot peste morientibus.

Iul. 28. Consiliario illustrissimi Neoburg. Princip. M. Petro Agricola, commendauimus M. Iacobum Cellarium in Scholam Lauinganam: qui nunc etiam ibi cum laude docet. Cellarius.

Aug. 10. Georgius Leopoldus de Landau (Baro zum Hauß vnd Kappottenstein) nascitur in Kappottenstain, patre D. Achatio, de quo sup. 1545. Landau.

Aug. 20. D. Ioannes Hothmannus creauit 2. Doctores vtriusque Iuris: Fridericum Rotenburgeruberanum, & Christophorum Reichardum Neopurgensem. Postridie cæpimus Eßlingam remigrare: quò ego 22. August. peruenimus, in commodatam mihi gratis domum à benigno socero, Vrbano Vetschero. Senatus Academicus, Eßlingensem Senatum, & officiales Principis (Archmannum & Draconem) 10. Septemb. in publico hospitio ad prandium adhibuit. Eßlingenses postea vicissim ipsis omnem beneuolentiam declararunt. Antea 6. Septembr. mecum erat auunculus meus, ex Trubacho montanorum Babenbergensium, Henricus Trummerus, iam 66. annorum, optimus vir. Reichardus. Secunda Schola Tybing. migratio Eßlingam.

Docere Eßlingæ incepimus 17. Sept. in omnibus Facultatibus.

Septembr. 20. conuocatis omnibus studiosis, in domo Mercatoria, ante Regiminis hypocaustum, Notarius interdictum Senatus nostri recitauit: ne quisquam Studiosorum, amplius bominem ex pestilentia Tybingensi venientes reciperet: aut cum illis communicaret quicquam: sub crimine periurij. Contagio enim (inquit prorector D. Schegkius tunc) res periculosa est. Potest aliquis, ipse non morbens, spiritale venenum, sua conuersatione in alium transmittere. Idem Eßlingenses etiam, postridie per Parochum M. Christoph. Hermannum in Templo; Contagio pestilentiæ cauetur.

Templo, suis ciuibus interdixerunt. παπῶς δὲ τότε περὶ ἡμῶν, πολλοὶ τῶν οὐ τυβιγγη ἐφεύγην, πίεζόμενοι λιμῷ τε καὶ λοιμῷ: καὶ ἀπεχρησάμεθα μὲν ἕνιοι τῶν ἀναλημισκομένων ἀνων: ἐπέσχοντο δὲ τῆς ὁρμῆς. φοβῷ, εἰ μὴ τῶ θεῷ, ἀλλ' ἐκείνοις ἄρχουσι. Hactenus Tybingæ sustulerat morbus homines amplius trecentos: ac ferè bestia dicebantur trans Rhenum migrasse propter corruptionem aëris.

Sol, mœstus & sanguineus.

Septemb. 29. (die Sabbati) circa horam 1. pomeridianam (quando ego cum amicis ambulabam in amplissimo & amœnissimo suburbano, aut ferè interurbano, πολυθρύλητόν ἄρα καὶ μεγαλοδόξου prato: quod ipsi Cespitem vocant: ego verò, Campum Martium) illo 29. die Septembr. inquam, Sol per nubes apparuit paruus & tristis: deinde purpureus, vel sanguineus. Inde in parietibus domorum, ἀπαύγασμα cernebatur πυρσοειδὲς, splendor rubicundus. Præsignificauit certè sanguinem aliquem, breui futurum. Echinadeium ne, an Lutetianum, an vtrumq; ?

Cyprui, in potestatem Turcarum redacta.

Turcæ, classe apud ins. Echinadas superati.

Octob. 7. commissum est maximum, & maximè memorabile, prælium, inter Turcas (quibus Aug. Fanaugustâ, totâq; Cypro potiti fuerant) & inter Christianos, ex Papa, & Rege Hispano, & Venetis, colligatos. Commissum est apud insulas Echinadas: vbi Acarnia, & sinus Corinthiacus, est: Imperatore præcipuo, Ioanne de Austria, Caroli V. naturali filio. Interfuerunt Hispani, Itali, Germani, Sueui. Vicit classis Christiana. Cæsi fuerunt ex hoc (probabiliter) circiter 7616. Ex hostibus verò, partim interfecti, partim capti, 29990. Naues captæ, triremes communes 117. paruæ 13. sed destructæ aut demersæ, 80. circiter: fuga elapsa, ad 40. Historiam omnem perfectè descripsit Ioan. Petrus Contarenus Venetus, Italicè. Conuertit verò latinè Ioan. Nicolaus Stupanus: Abbatiq; S. Blasij in Hercynia sylua Casparo dedicauit. Allata sunt hæc εὐαγγέλια Venetias 19. Octob. & Stutgardiam ad principem 24. Octobr. Nuncio Augustano 17. horis à Fuggero peruolante. Quatriduo pòst ego resciui Esslingæ. Descripsit sequenti anno victoriam hanc carmine Heroico Hieronymus Volsius: dedicauitq; nobili & magnifico viro, D. Georgio Ilsungio à Tratzberg: equiti aurato, vtriusq; Sueuiæ præsidi, Neoburgi ad Rhenum præfecto: Archiducum Austriæ, & trium Cæsarum, Consiliario.

Eleemosyna Acad. Tybing.

Tybingam hoc tempore Vniuersitas complures Florenos misit: per Ecclesiæ Diaconi, pauperrimis ciuium distribuendos. Memor etiam nostri clementissimus Princeps ferinam carnem misit Esslingam, Professoribus diuidendam. Mortui hactenus, vsque ad initium ferè Nouemb. Tybingæ, vltra 620. homines.

Extremi iudicij drama.

Sicut autem Academia se Esslingam contulerat: ita Principis Aulicum consistorium, VVaiblingæ erat. Ibi ciues drama de extremo iudicio, circa Dominicam Lætare satis dextrè peregerunt. Idcirco Stutgardiam à Principe vocati sunt, vt ibi quoq; agerent. Quod cùm postridiè Paschatis facerent in foro: ecce malum improuisum cecidit agentium contignatio, Infernus exarsit, Diaboli profugerunt. Deus in throno altè sedens, periclitatus est, & iratus murmurauit. ἡ τέλειω πάντα τρόφη καὶ λύσις, γέλως: exitus, in risum spectatorum vertit.

Mense Decembri remisit pestis, Tybingæ. Peremerat ea supra nongentos homines. Die 14. eiusdem mensis, linguæ vulgaris Græcæ initium discenda feci, legens conciones Alexij Rartuni corcyrensis.

Senfftiorum nobilium, circa hos annos matrimonia.

Senfftiij.

Ernfridus Senfft in matrimonio habuit, 1. Elisabetam de Karpffen. 2. Agnetem de Volckenstain, circa 1568.

Conradus à Schwalbach, Agatham Senfftiam. Baltasar à Stetten, Salomen Senfftiam, 1571. Burcardus Senfft, 1. Mariam Iacoben de Gundelshaim. 2. Margaretam de Thim. Albertus Senfft, Elisabetam Feuterinam à Karpffen, 1586.

Mortui aliquot notabiliores, hoc 1571. anno.

Defuncti.

1. Stutgardiæ, in S. Leonh. Templo. Septembr. 6. Ioannes VVinter Schorndorffens. anno ætatis 73. Qui fuerat Minister & Consiliarius trium VVirtembergicorum Ducum: Vlrici, Christophori, & Ludouici.

Iun. 29. Anna Furderin, Michaëlis Burckardi vidua, ætatis anno 63.

April. 23. Margareta Haidina: quæ fuerat Michaëlis Schweickardi Iurisconsult. (1562. mortui) vxor.

In hospitalis fano. Ianuar. 21. starb die Edel vnd Tugentsam Frauw Anna Wellingin/geborne Gaißbergerin: der Gott ein fröliche Aufferstehung verleihen wölle/Amen.

Augusti. 18. (die Sabbati) der Ehrnhafft vnd Fürnem Lorentz Maier/Wirt vnd Kirchenmeister/ætat. 38.

2. Tybin-

2. *Tybingæ. April. 26 Vrsula, M. Leonhardi vxor ferè 24. annos: quæ postridie, Vniuersitate deducente, humata extra oppidum est. De qua, plura in libro Germano Gr. 6.*

Iul. 21. VVolf Conradus Schvveickardus, bonus Bibliopola. Postridie concionem habuit funebrem Doctor Iac. Heerbrandus.

Octob. 4. VVolfg. Zanger Iuris. qui Tybingâ Ober Eßlingam cesserat, ibi defunctus est.

3. *Bebenhusæ. VVilhelmus Bidenbachius, reuer. Abbatis D. Eberhardi frater, S. Theol. D. qui profuerat multùm Stutgardiæ, concionando fideliter & eruditè. Sepultus est 6. April. Rectore & Doctoribus Acad. honoris causâ egreßis. Fuerat singulari facundia præditus: peruenerat ad 32. annum ætatis. Triste sui desiderium omnibus bonis reliquit.* Bidenbachius VVilhelmus.

In terris puro gestabas pectore Christum:
In cœlis sancta pace beatus eris.

4. *VVachendorffæ. A. 1571. Octob. 29. nobilis Ioannes de Ovv. Hic reformauerat Ecclesiam suam, ad Regulam Aug. Confeßionis. Frater eius Fridericus, 1586. Vxores Ioannis.* Ovv.

A. 1554. Octob. 29 hora 6. mane, starb die D. H. F. vnd F. Fraw Rosina/ Marggräfin zu Baden.

A. 1571. Aug. 27. die Edel vñ tugentsam Fraw Maria von Ow/ geborne von Neuneck.

5. *Reutlingæ. Decemb. 4. mediâ 10. hora antemeridiana, nobilis & proba matrona Veronica Megenzerina de Veldorff, nata ex Neuneccia stirpe, natu grandis.*

6. *Vlmæ, apud VVengenses. Idibus Februar. Antonius Kaut Presbyter, præpositi Ambrosij (1552. mortui) frater.*

7. *Misenæ. Iul. 13. Georgius Fabricius Chemnicensis, θεοφιλὴς ἀοιδός.* G. Fabricius.

In Anglia, Nordfolcius Dux, & 1569. & 1571. annis, in caput Reginæ Elisabetæ, cum multa nobilitate coniurauerat. Ergo captus, capite 17. Ianu. 1572. Londini plexus est. Fortunam ipse sibi hanc finxerat, fortuna præsenti non contentus. Nordfolcius Dux.

IN IVSTÆ IN STVDIOSVM CÆDIS IVSTA VINDICTA. ACADEmiæ Tybingensis domum reditus, & muneris functio. Laxatio annonæ. LVtetIa Mater sVos natos DeVora VIt: sententia numerum anni Christi continens. Incendium Augustæ. Stella in cœlo noua. Obitus D. Ioannis Fessleri, VVirtembergici Cancellarij, & aliorum bonorum. Status rerum Belgicarum.

CAPVT XVIII.

ANNO 1572. *hyemis tantum frigus fuit: vt fontium aquæ, glacie concreuerint. Eßlingæ, cùm 24. Febr. ad cœnam Domini accederetur, vinum in calice congelascebat.* Hyems frigidissima.

Mart. 17. decollatus est Reutlingæ, quidam ciuis Tybingensis: qui eò in Asylum confugerat: eò quòd adolescentem studiosum, pauperis viduæ exteræ filium, famulum, noctu aliquò missum, ex insidijs petulanter hominem sibi prorsus ignotum, occidisset. Suscepit ergo iustam innocentis vindictam, & suorum priuilegiorum defensionem, Senatus amplißimus Vniuersitatis: reumq; conuictum, ad pœnas debitas luendas, non sine magno sumptu adegit. Iac. Vochezer. Studiosi interfecti vindicta.

Noua lex prouulgabatur, de nulla moneta habenda, nisi imperiali: cùm omnis generis externa nomismata inualuissent: hominibus auaris ea importantibus: & contrà Imperialem pecuniam cum lucro exportantibus. Collybo igitur animi hominum (durante adhuc acerba frugum penuria & caritate) mirè exulcerabantur: & concursus famelicæ plebis metuendus erat. Succurrit tamen breui Dei paterna benignitas. Monetaria lex.

April. 28. Vniuersitas, domum reuersura (quod Dei gratiâ, pestilentia iam cessasset) Senatui Eßlingensi φιλοξένῳ καὶ συνεργέτῃ, prandium ἐξιτήριον, profectitium, hilarè dedit.

Ita mense Maio omnes Tybingam læti redijmus: fausta nobis precantibus etiam hominibus pauperibus & mendicis: qui in tanta fame, ducenti aut trecenti, quotidie fatigauerant fores Academicorum: quorum beneficia grati prædicabant. Per totum autem pestilens tempus, Tybingæ cum ouibus suis manserant concionatores: Theodoricus Sneppfius D. Parochus: & tres Diaconi, M. Iacobus Geringus, M. Helias Benignus, & M. Michaël Otho: omnes fidelißimè officio, & docendo, & ægrotis inuisendis, functi: ac diuinitus, in tanto periculo luis conseruati: cùm 950. circiter homines eâ extincti essent. Reditus Acad. Tybing.

Romæ, Papæ pio 5. succeßit Gregorius 13. mense Maio: qui mox largißimas indulgentias publicauit. Greg. 13. Pont.

Tonitrua. *Maij 25. triſtem Pentecoſtem Tybingæ habebamus: propter antemeridiana terribiliatonitrua, & ingentem Nicri exundationem.*

Æſtate, Rector 176 erat D. Iacobus Heerbrandus.

Anomœus. Hyperius. *Inſcripti. Iacobus Andler Herrenbergenſ. Iun. 7. Ioan. Huldenrichus Glatzenſis Siluſſus. Ioan. Leonhardus Fleiner Eſslingenſ. Salomon Schweicker Sulzenſ. Iun. 19. Georgius Reperius Baro à Pollheim: & præceptor eius Matthias Anomœus Vvonſidelenſ. Nariſcus, Iul. 3. Ioan. Iacobus Cappellbeccius Tybingenſ. Ioan. Fridericus à Nippenburg, Sept. 14. Vvolfgangus à Vvildenſtein. Ioan. Georgius Godelman Tutling. Sept. 18. Laurentius Hyperius Marpurgenſ. Sept. 28. Vvilhelmus à Remchingen, Octob. 17. Hyeme, Rector 177. Anaſtaſius Demler.*

Inſcripti. Agnes Kynigsbachina: Iacobi Kynigsbachij, quondam Vvirtemberg. Ducis Chriſtophori Conſiliarij relicta vidua: nacta, interceſſione illuſtriſſimi Principis Ludouici, in tutelam Vniuerſitatis recepta, Octob. 22. Petrus Bilſinger Phorcenſis, 9. Iaun. 1573. Iacobus Bernh. Schegkius Tybingenſ. Ioan. Cyriacus, liber Baro Pollheimius: cum Henrico, comite Ortemburgenſi, April. 26.

Decanus Philoſophicus, Philippus Apianus D.

Haidenus. *Magiſtri facti. Ioannes & Ionas Laminet Memmingenſ. Febr. 14. Eſslingæ. Samuel Haidenus Caluenſis. Michaël Demler Tybingenſis. Ioan. Plieninger. Auguſt. 14. Tybing. David & Ioannes Andreæ Tybingenſes, D. Iacobi Cancelli filij. Marcus Langmaiſſer Memmingenſ. Antea 26. Mart. promouerat 19. Baccalaureos M. Cruſius, Eſslingæ, in Templo Franciſcano.*

Annonæ laxatio. *Tybingæ Iun. 2. poſt reditum ab Eſslinga, iterum omnes docebamus. Ibi annona, Deo noſtri miſerente, laxabat. Nam medimnus farris emebatur 17. Iun. 5. Florenis: & 20. Iun. 4. fl. 4. B. Deinde, cùm optima fuiſſet meſſis, 3. fl. 7. B. Ideo, in Eccleſia publica gratiarum actiones fiebant.*

Sic Nærdlingæ, menſe Auguſto, galt der Kärn 2. fl. 6. Batzen. Der Rock 28. Batzen. Gerſt/ 3½ fl.

Hoc anno, Tybingæ, è monte Auſtriaco, per ſubterraneos tubes, fons in ſtipendium illuſtre (olim, Auguſtinianum Monaſterium) duci cœptus eſt.

Auguſti menſis die 24. (S. Bartholomæi) prætextu pacificarum nuptiarum, quas celebrabat Nauarreus Rex HENRICVS (hodie Rex quoq; Franciæ, bello Pontificij fœderis occupatus) cum R. Caroli IX. ſorore Margarita (ad quas nuptias, tanquam ad foueam exitiabilem, Proceres etiam Reformatæ religionis per ſpeciem beneuolentiæ inuitati erãt) eo die, in quam, manè occiſus eſt clariſſimus Franciæ Admiralius, ſeu Nauarchus, Caſpar Colignius, Lutetiæ, cum magno nobilium virorum & fœminarum numero: inuaſi etiam in cubilibus ſuis, perfidioſiſſimè & crudeliſſimè. Exiſtimatur, hoc die Lutetiæ occiſa eſſe amplius nouem millia hominum. Eodem modo per ſequentes dies, in alijs etiam vrbibus Gallicis ſæuitum eſt in Reformatos: quos Pontificij Gallij Hugonottos vocant: quòd Hugo Capetus olim (anno 988. Chriſti) à ſuo Rege defecerit. Periit tunc Lutetiæ Petrus quoque Ramus: qui infeliciter in Franciam ex Germania (in quam excurrerat propter Gallicos motus) redierat. Melius ei fuiſſet, diutius Scriptis cum D. Iacobo Schegkio, de Ariſtotelica philoſophia concertare. Euaſerunt tamen

Lutetiana perfidioſiſſima laniena. Hugonotti. Petrus Ramus. Mongomerius. Nauarraus Henricus. *è pernicioſo reti, ex tanta clade, aliquot illuſtres viri: Comes Gabriel (al. Ludouicus) Mongomerius Scotus, Vidamus Chartrætus, duæ filij ipſius Admiralij, & propinquus eorum Candelotius, & nonnulli alij. Nauarraus ſponſus & Condæus (illius 1569. interempti filius) vix conſernati, ſed coacti redire ad religionem Papiſticam. Papa autem ſanctiſſimus, Gregorius XIII. publico Scripto hoc Regis Caroli, & matris eius Catharinæ, factum approbauit: gloriam huius præferens proximæ nauali de Turcis victoriæ. Hugonottorum reliquiæ* ἐξ ἀκαθέλου κακάδος (auß der mörderiſchen Wolffsgruben) *miſerabiles, confugerunt Rupellam, Nemauſum, Montalbanum, & in alias vrbes munitionesque ſuas. Multi etiam, in Heluetios, in Palatinatum, & in Anglia.*

Πῶς ἐπιστρ ἀμφαλοῖς πῶς ὤλεσ' ἀνάκτινα ὄχλος; 2. Samuel. 1.

Ὑβρις ἄκρητος ἀπώλεσεν αὐτόν.

Ἔδωκε τὰ θνησιμαῖα αὐτῶν βρώματα τοῖς πετεινοῖς τ. οὐρ. Psalmo 79.

Argentinam ſtatim tertio die, quàm facta fuerat, hæc laniena nuntiata fuit: Tybingam verò, Sept. 2. necdum credebatur. Cùm deinde quidam Argentinenſis, qui Lutetiam miſſus fuerat, inde

inde exiret: Parisini quidam eum ossibus occisorum inceßuerunt. Tanta erat petulantia. Gratulabar ego sequenti tempore nobilibus, qui antehac mecum vixerant: & studiorum ac linguæ causâ, Parisios petierant: Ioanni Casparo Sperberseccio, Friderico & Sigismundo Plinijs: quòd beneficio Dei, ex illa carnificina elapsi redijssent. Plieningeri.

Fertur, illo cruento Bartholomæi die, arbor cornus, quæ 9. annos arida fuerit, pulchrè floruisse: qua Pontificij mirè exultauerint. Cadauer bi Admiralij, ante vrbem in Patibulum Malfalconum sustulerunt, & carmine pyramidis inuersæ illuserunt. Cornus arbor.

Quel nouueau changement? Quelle metamorphose:
Sur le lict d'un gibet, à Maufaucor repose,
Ce grand Achitophel, plutonicq; Admiral,
Insidieux Vlisse, & perfide Hannibal, &c.

Epitaphium contrarium.

Caspari de Coligni, D. de Castilione, Admiralij Franciæ: qui contra datam fidem Regiam, in nuptijs Regijs, ex inopinato obrutus, per Guisianos, vnà cum suis miserè est trucidatus, Aug. 24. in die S. Bartholomæi, anno 1572.

Ille Dei miles iacet Admiralius: armis
Omnibus inuictus, victus ab insidijs, &c.

Septemb. 24. Tybingæ, Doctores renuntiati sunt: à Theod. Snepfio Theologi, M. Christophorus Hermannus, & Georgius Senger: ab Ioanne Hochmanno Iurisconsulti, M. Caspar Vogler, & Christophorus Engelhardus. Interfuerunt Actus, illustrissimi Principes nostri, D. Ludouicus, & D. Fridericus.

Octobr. 17. noctis horâ 8. magno incendio Augustæ, iuxta Pharmacopolium post D. Mauricij, in Sacerdotis domo, per incuriam procuratorum mercatoriorum incolentium orto, magna iactura mercium accidit, præsertim olei: conflagratione totius amplissimæ domus. Sonitus campanarum in aliquot turribus, ingens: ita, vt horaria campana in turri porta S. crucis, rupta sit. Itaque de loco suo deposita est: ponderis 4. centenariorum, & 19. librarum. Cuius loco noua suspensa est campana: quæ pendet 9. centenarios, ac 20. libras. Incendium Augustæ.

Nouemb. 18. audiebamus, stellam quandam nouam apparere: imò iam antea, circa sanguinarij Bartholomæi diem, conspectam esse. Stella magna, candida, clara, tremula, miranda: quæ duravit, etsi tandem decrescens, vsque ad finem Ianuarij, in 1574. anno. Sita in Firmamento, ad septentrionem, in sede Cassiopeiæ. De qua stella, quæ non fuerit Cometa, multi multa scripserunt. Iudicabant, prænuntiam esse maximarum calamitatum, atque adeo extremi diei. Stellæ nouæ apparitio.

Decemb. 9. nascitur Rappottenstaini, Ioannes Vilhelmus Landauius, Baro Hausanus & Rappottensteinensis, D. Achatij filius 2. Landau.

Decemb. 17. ab Ioanne Viscero D. Medico, Doctores Medici creati sunt: Daniel Mœglingus, Laurentius Gualtherus Kuechelius, & Caspar Gutmannus: præsente etiam illustrissimo principe, Vlr. Virtemb. & Mompelgard. comite, Friderico. Doctores.

Decemb. 23. Haidelbergæ percussus gladio est in foro Ioannes Syluanus, Theolog. Licentiatus: qui superioribus temporibus vxorem Tybingæ duxerat. Non rectè ambulauerat in via Domini, & fide Dominis præstanda. Syluanus.

Obierunt hoc 1572. anno.

1. Stutgardiæ, apud S. Leonhardum. Mortui.

D. O. M. S.

Magnificus & nobilis Dominus Ioannes Feßlerus I. V. D. consultissimus: religionis zelo, innocentiâ vitæ, animi moderatione, prudentia, atq; eloquentia singulari, clarissimus: illustrissimis Principibus VVirtembergicis, Vlrico difficilimis casibus, Christophoro grauissimis negotijs, Ludouico ætate iuuenili, cancellarius, & à consilijs secretis: tribus Imperatoribus, ordinibus omnibus, ob rerum Imperij longum vsum atq; experientiam multa cum laude notus: senectâ, eâ quidem summa, non tamen graui: superatis multis periculis, in sua statione perdurans: vt officio placidè functus: sic vitâ placidè & piè defunctus: hîc multis patriæ gemitibus sepultus est: anno 1572. die 22. mensis Martij. Vixit annos 69. menses 10. dies 2. horas 14. sedecim liberorum ex vna coniuge pater, 41. nepotum auus, 1. proneptis proauus. Ioan. Feßlerus.

In Parochiali. Das Blut Jesu Christi reynigt mich von allen meinen Sünden.

Gailingia. Auff den 21. Tag Maij/*anno* 1572. zu Nacht vmb zehen Vhr/ist in GOTT entschlaffen/die Edel vnd tugentsam Margareta Gailinge von Altum/geborn von Sachsenheim/jres alters 64. jar. Deren Seel Gott gnädig vnd barmhertzig seyn wölle/Amen.

In Xenodochiali. Ianu. 11. honestus vir, Sebastianus Beringer, ciuis Tubingensis, Virtembergensium aquarum praefectus (Seemeister) *anno aetatis 67.*

Iun. 18. Iacobus Rhaw principis Virtemberg. Cammerschneider/ *aetatis 48.*

In Tabula. MARCI CAP. X.

Lasset die Kinder zu mir kommen/vnd wehret jnen nicht/dann solcher ist das Reich Gottes. Warlich ich sage euch: wer das Reich Gottes nicht empfähet/als ein Kindt/der wirdt nicht hinein kommen.

Laininger. Deß Edlen Vesten Herren Erasmi von Lainingen zu Rotteneck/ꝛc. Rahts vnnd Landthoffmeisters allhie: vnd Agnesen/ geborn von Plieningen/ seiner ehelichen Hausfrauwen/ehe vnd leibliche Kinder.

Æmilia, den 11. *Octob.* deß 1572. jhrs alters in der 9. Wochen.

Felicitas, den 18. *Nouemb.* deß 1582. jhrs alters im vierdten Jahr.

Ludwig den 28. Nouemb. deß 1582. seines alters im 6. Jahr. Welchen Gott der Allmächtig/sampt allen Christgläubigen/ein fröliche Aufferstehung verleihen wölle/Amen.

Octobr. 3. obijt honestus & prudens Vlricus Gaier (Iohannis F. 1552. mortui) Stutgardiæ Consul.

Decemb. 7. reuer. vir, M. Michaël Hilmaier, Ecclesiæ huius pastor, & vicinarum Superattendens.

Barbara Snepfia. 2. *Tybingæ Maij 20. noctu 11. hora, Barbara mortua est, D. Theodorici Sneppfij coniux, de partu, cum infante. Cuius funebris concio, à D. Iacobo Heerbrando, postridie post horam tertiam habita, cùm illa in Templo S. Georgij humata esset, extat Græcè & Latinè in nostra Germano-Græcia. Fuit illa D. Ioannis Brentij beati filia.*

Defuncta posterius est Margareta Vollandina, quondam Simonis Engelharti V. I. D. uxor, Assessoris in iudicio Cameræ Imp. & funebri concione à Th. Sneppfio ornata est. Sap. 3. Iustorum animæ in manu Dei sunt. Quæ est magna consolatio piorum, in cruce & morte. ἐσὼτε δὲ ἡ γυνὴ, σὺν ἐξῆτε πᾶσι σὺν χαμόνως ἐλίσσετα, διβχίως καὶ τῆ ἀσβεστὸν πίστιν ὁμολόγησον.

Neobolus. 3. Æntringa. *Iul. 28. Pastor Ecclesiæ Ioannes Neobolus senex 88. annorum, in lectione patrum exercitatus: ideoq; ad Theologicas tractationes adhiberi solitus. Cuius successor in ea Ecclesia etiamnum fideliter præst, M. Ioannes filius.*

4. *Mundelshaimi. Iun. 2. nobilis Georgius Nytteldo Treppach, Præfectus Mundelshaimensis.*

Geusij in Belgio. *In Germania inferiore, cùm Duci Albano res in vado esse viderentur: ecce tibi noui contra eum hostes, appellati Geusij. Occuparunt hi ciuitatem Holandiæ Brielam: & in fidem Orangij Principis adegerunt. Postea, plureis Holandicas & Seelandicas vrbes. Strenuè bellarunt omnes: ita, vt paucis annis, Hispani ex illis locis extirpati fuerint. Nam etiam à fratre Orangij Comite Ludouico, & Vilhelmo Comite Bergensi fortiter adiuti sunt. Cùm deinde veniret Albano successurus, Dux de Medina cœli: apud Flißingensem portum à Geusijs deuictus est: & rebus suis cessurus, Medina cœli. Dux de Medina cœli: apud Flißingensem portum à Geusijs deuictus est: & rebus suis cessurus,

ANno 1573. vsq; ad 5. Ianu. fuit maximum frigus: Liquescentibus autem mox niuibus: Nieri exundatione, pons Tybingæ sub arce sublicius, 7. Ianu. totus abreptus est. Exundatio.

Lacus quoq; Acronius, vel Podamicus, gelu constrictus vniuersus fuit. Tunc in ipsis Bacchanalibus, Antonius Roht vel Erythræus (M. Valentini Erythræi, quondam Argentinæ Professoris, nepos ex fratre eius M. Matthia, Lindauij quondam cōcionatore) puer 5. annorum (Magister verò 1589. Tybingæ factus) transportatus est ab ancilla patris, à Lindauio patria Brigantium vsq; in rei memoriam. Lacus Podamicus.

Mensura lacus illius.

Vom Marckt Roschach / gen Argenstättlin / 7141. Klaffter. Von Romishorn gen Buchhorn / 7275. Klaffter. Von Bregentz / auff dem Eiß / biß gen Lindauw / an die Brück / 3125. Klaffter / oder 7330. Schritt / wie einer geht / sieben Werckschuch für ein Klaffter gerechnet. Item / 21861. Werckschuch von Bregentz gen Lindauw. Dimensus est omnia Brigantinus prætor Hælle. cum Senatore. Circuitus deniq; Lindauij, 4450. gressus.

Stellam illam nouam, fatebantur omnes, in ætherea regione esse: cùm Cometæ sint in elementari regione. Existimabat verò noster mathematicus, D. Philippus Apianus, nihilominus Cometam esse: in eaq; sententia persistebat. Stella noua.

In Gallia, vrbs Rupella, vel Roschella (quæ superiore anno, exeunte Septembri, à R. Carolo 9. grauissimè obsessa fuerat) se fortissimè defendebat. Itaq; Rex pacem cum Hugonottis tandem fecit: quæ 11. Aug. postea Lutetiæ publicata est. Rupellæ obsidio. Pax Galliæ.

In Holandia, vrbs Harlemum vehementissimè ab Albano obsidebatur. Quæ cùm se acerrimè tutaretur: & octies per eruptionem hostes cecidisset (25. Mart. aliquot Eßlingenses etiam: inter quos, Eberhardum soceri mei Vrbani Veischeri F.) tamen 13. Iul. coacta ad deditionem est, arbitrio se victoris permittens. Ideo plurimi inde, gladio vitam finierunt. Harlemi C. obsidio.

Obijt Romæ 4. nonas Apr. Episc. Augustanus Otho: qui 1545. roseo galero à Papa accepto, Cardinalis factus fuerat, tit. S. Balbinæ. Succeßit Ioannes Egolfus de Knœringen. Augustani Episc.

April. 5. (Dominicâ Misericordia Domini) M. Stephanum Gerlachium, in Stipendio apud nos illustri viuentem, Cancellarius Iacobus Andreæ in Templo χειροτονεῖ, ordinat: iterum Constantinopolin, cum generoso Barone Dauide Vngnadio, Cæsaris legato: qui pium & eruditum aliquem iuuenem, in illa Thraciæ vrbe sibi concionatorem futurum, ab illustrissimo Principe Ludouico petierat. April. igitur 7. Martinus Crusius, ὡς φιλέλλην, literas Græcas (Gerlachij commendatitias, & periculum Græcorum facturas) ad Patriarcham Constantinopolitanum N. (nesciens nomen eius) composuit. Quas Gerlachius (vnà cum Græcis D. Cancellarij literis) die 9. April. abiens, Viennam versus secum abstulit: & eò 20. Aprilis vênit. Inde 10. Maij egressus, Budam cum hero suo Vngnadio 18. Iun. peruênit: atque ita progressus, per Bulgariam, de loco in locum, tandem 6. Aug. Constantinopolin intrauit. Legatur tota nostra Turco Græcia: & eius soror Germano Græcia. Vtraq; non sine multis Typographicis mendis edita, doctum & æquum Lectorem flagitat. Hoc iam principium extitit θεόθεν, multarum & magnarum actionum: scribente Patriarcha, rescribentibus Tybingensibus, Papistis & alijs oppugnantibus. Deus euigilabit. Constantinopolin Steph. Gerlachij profectio.

Regimen Scholæ Tybing.

Die Phil. & Iacobi, Rector 178. Ioan. Viscerus, Med. D. & Professor. Acad. Tybing.

Inscripti. Matthæus Grabisgadius Stutgard. Ludouicus Daicker Tybing. Hieronymus Gerhardus Stutgard. Daniel Brusthius VVaibling. ἐμπρόσθιος. Iun. 19. Petrus Heerbrandus, Iacobi D. filius.

Die S. Lucæ, Rector 179. illustrißimus Princeps Fridericus, Comes VVirtembergens. & Mompelgardensis.

Inscripti. VVolfgangus Comes, Dominus in Castel. & præceptor eius, M. Paulus Maier Nœrdling. Octob. 25. denuò. Ioan. Caspar à Sperberseck, denuò, Decemb. 3. Baltasar à Rust, Decemb. 9. Tobias Kraus Nyrtingens. 19. Febr. 1574. Ioan. Lætus, & Iacobus Zebelius, Lauingani, Mart. 26. Dauid Lang, & Georgius Schies, Memmingenses, April. 19. Iacobus & Daniel Bidenbachij Stutgardiani, eodem die. Castel. Rust.

Decanus artium. M. Ioannes Mendlinus.

Magistri Creati. Thomas Læher Synadelphingens. Feb. 11. Iacobus Lieblerus Tybingensis. VVilhel. Mæglinus Tybing. Ioan. Parsimonius Augustanus. Matthias Anomæus VVonsidel. Aug. 5. Ioan. VValch Schorndorffensis. Ioan. Morsius Eßling. Mart. Tafel Rosenfeldensis. Andr. Hailman Stutgardianus.

Fulmen. *Iun. 28. Eßlingæ de cœlo icta est, & disiecta, turris: in qua 70. modij pulueris tormentarij erant. Afflicta sunt mœnia, tecta domorum, fenestræ, fornaces. Nemo tamen hominum periit.*

Nuptiæ apud Augustanos celebratæ.

Hieronymi Fræschelij D. & Reginæ Pfisterinæ, Mart. 11.

Philippi Eduardi Fuggeri (qui erat Georgij filius, Raimundi primi nepos) & Mariæ Magdalenæ, Kynigseccia Baronissæ, April. 21.

Ioachimi Menhardi D. vidui, & Barbaræ Agnetis Schwærtzinæ, Aug. 12.

Stebenhaber Memmingensis. *Memmingenses habebant in Senatu virum nobilem, pium, eruditum, Melchiorem Stebenhaberum. Cuius hortatu Schola Latina, in Monasterium S. Elisabetæ translata est: Præceptore Ioanne Langio patre: cui postea filius M. Dauid successit. Ab eadem Republ. medio cur. Iulij vocatus D. Iacobus Andreæ, eò venit, propter M. Eusebium Cleberum, Ioannis F. Interea tractatum est de negotio cœnæ Dominicæ. Memmingenses Cleberum, quòd à Zwingliana sententia non desisteret, dimiserunt.*

Fames. *Rursus annonæ difficultas, & fames, hoc anno inuasit: Academiaq; frugibus succurrit, tum alentibus conuictores, tum pauperibus oppidanorum ciuium, iusto precio eas vendens.*

Sal. *Nordlingæ modius salis (ein Scheiben Salts) venibat 5½. Florenis: Senatusque ciuibus subueniens semimodium vendebat 6. crucigeris.*

Vini austeritas. *Octob. 21. vindemiam cristem habebamus: quia parum musti, & quidem austerissimi: cuius acetum præstitisset. Nam multi vino abusi bono fuerant. Hinc, pœna.* Εἰ γὰρ καὶ τοῖς ἀκρατεστέροις ἐπιμεμεγμένον αὐτὸ τῆς κράσεως ἐπῆν μέθη.

Preces in Ecclesia. *Mense Nouembri, illustrissimi Principis decreto, preces conceptis verbis in Templis haberi cœptæ sunt, ad signum campanæ:* Allmächtiger ewiger Gott vnnd Vatter vnsers Herrn Jesu Christi/ wir arme elende Sünder bekennen vor deinem Angesicht/ &c.

Nouembr. 8. illustrissimus Rector Fridericus, Statuta Academiæ recitanda de more curauit, ipse præfatus & concludens.

Doctores, creati. *Nouembr. 23. creati sunt Doctores septem. Ab Iacobo Heerbrando, M. Ioannes Pappus Argentinæ Theol. Professor, & in summo Templo Ecclesiastes. Ab Ioanne Hochmanno, M. Andreas Laubmarius (qui præteritis temporibus, à pædagogia illustrissimi Domini huc ad Studium Iuris redierat) & M. Ioannes Moser, Caspar Lucius, Balthasar Eisler, Baltasar Eisengrein, & Leonhard. Blepflius Vlmenses.*

Ehing. Georgius. *Georgius Ehingenus, Iacobi F. ducit vxorem Magdalenam de Preisingen, Ioannis Vdalrici filiam, in veteri Preisinga, vel Kranvvinckel. Viuunt adhuc Tybingæ ambo coniuges.*

Defuncti hoc 1573. anno.

Mortui. 1. *Stutgardiæ, in Leonhardino Templo. Octob. 1. Laudata mulier Cordula: Amandi quondam Mæglingi, I. V. Doctoris, deinde Ioannis VVinteri, vxor & vidua: quæ 24. Iul. 1521. Ratisbonæ fuerat.*

In Hospitalis fano. Iun. 1. Agnes VVeilerina, VVirtemberg. Cammerfrauw/ *anno ætatis suæ 70.*

2. *Vracl. Ian. 23. (die Veneris) Margareta Nüttlina, Melchiori Kurreri Stutgardiæ Secretarij vxor, ætatis 55. A. 9. M.*

In Templo humata. Deine Todten werden leben / vnd mit dem Leichnam aufferstehen. Wachet auff/ vnnd kommet/ die jr ligt vnder der Erden. Dann dein Thaum/ ist ein Thaum deß grünen Felds/ Christus ist aufferstanden von den Todten: vnd der Erstling worden vnder denen/ die da entschlaffen sind. Todt / wo ist dein Stachel? Hell / wo ist dein Sieg?

3. *Eßlingæ. Die Innocentum obijt,* Der Ehrenvest vnd Hochgelehrt Joseph Leininger.

4. *Mundelshaimi. Anno 1573. Aug. 28. mortuus est nobilis Conradus de VVittstatt, dictus Hagenbach in Helffenberg.*

5. *Marchionissa Anna Maria Badensis, Caroli & Annæ Palatinæ filia 8. annorum. Carolocastri mortua, Phoreæ humata.*

6. *Alibi obijt Helffenstainensis Comes, Baro Gundelfing. Georgij, Vlrici F. qui Carolo V. in bello contra Protestantes adfuerat.*

Lud.

Ludouicus, Helffenst. Comes. | Elisab. Lympurgensis.
- Lud. 1525. ad VVeinspergum Αἰκ Ἀγλοφατισμένος.
- Vlricus, vx. Catharina Sonnenbergia.
  - Georgius. 1573.
  - Sebastianus.
  - Rudolphus.
  - Elisabeta. & Barbara.

Tybingæ orationem habuit D. Theod. Sneppfius, pridie natalis Domini, de hoc Festo (vt singulis annis fit in Aula noua, ad studiosos) celebrans tanti beneficij Dei memoriam, & ad pietatem adhortans. Oratio de natali Christi.

Nouemb. vltimo, Dux Albanus ex Belgio cum filijs auocatus, successorem habuit Ludouicum de Requisenza, Magnum Castiliæ commendatorem, Mediolanensem aliquandiu Regis Philippi legatum, vel Vicarium. Antè autem. Iul. 13. cùm miserrimum Holandiæ Harlemum (armis non victum, sed fame) se arbitrio Albani tradere coactum fuisset: vnus Albanicus carnifex, nomine Ostertag, vno die decollauit Harlenses CCXX. & puer eius, tres: sicut papisticus castrorum concionator, carmine edito scripsit: addens, Harlenses animosè præbuisse ceruices. Alijs diebus plures subinde occisi, & summersi. Belgica. Albani Ducis successor. Harlemi deditio. Carnifex.

Mense Decembri Henricus, Caroli IX. Galliarum Regis frater, ad Polonos proficiscebatur (Spiram 10. Decemb. transiens) illorum Rex futurus. Poloniæ R. Henricus Gallus.

RVRSVS BELLVM IN GALLIA, ET IN BELGIO. ADMINISTRAtio Tybing. Scholæ. Augustana confessio, Constantinopolin missa. Alia varij generis. Obitus clarorum hominum. Stephanus Feirabendus, & poëma eius παυσιπόνου, vel παυσιλύπου. Amurates 3. Turcarum Sultanus.

CAPVT XX.

ANNO 1574. Febru. 13. Rappottenstaini natus est Hartmannus Landauus: generosi Baronis Hausani & Rappott. Acacij filius 3. Landau.

Eiusdem 74. anni Febru. 22. Principi Vranio, siue Auraico, Mittelburgum (vrbs præcipua Selandiæ) deditum est. Paucis diebus pòst, Pontificijs non quiescentibus, bellum in Gallia resumptum est. Hugonotti complura oppida occupabant: Mongomerius, in Nordmannia: alij, circa Lugdunum, in Prouincia & Langedoccia. At etiam nouum genus Regi Carolo aduersantium exortum est, Maleconteni appellati: pontificiæ quidem religionis & ipsi: sed volentes eijci Italos & Guisios è Francia, vt quietis turbatores, dominari per omnia quærentes. In Belgio, 14. April. ab Hispanis cæsus cum suis est Comes Nassouius Henricus. Frater verò eius Ludouicus, & Electoris Palatini minimus natu filius, qui etiam contra Hispanos profectus fuerat, nec viui, nec mortui, amplius inuenti sunt. Mittelburgi deditio. Gallici belli redintegratio. Nassouij, ab Hispanis cæsi.

Tybingæ, 1. Maij Rector 180. factus est per D. Ioannem Viscerum, Ioannes Hochmannus D. huic Insignia Recturæ, illustrißimo Principe Friderico tradente. Tybing. Gymnasium.

Inscripti.

Albertus & Christophorus Senfftij à Sulburg, Maij 11. Andreas VValch Schorndorffensis. Ioannes Comes in Hardeck & Glotz, & Machland: Baro de Staremberg, Dominus in Kreutzing hæreditarius Pincerna Archiducis Austriæ, & Dapifer Styriæ, &c. in Lotrintz, Maij 29. Andreas VValch Nicrò Rotemburgens. Notarius Vniuersitatis (M. Georgij, prouincialis Scribæ Rotenburgi, frater) eodem die. Matthias Tinctorius, pistor Schvvinfurtensis. Postea Iul. 28. Doctor Theol. à D. Theod. Sneppfio creatus. Michaël Schvvicker Sueuo, Halensis. Ioan. Pleicardus à Berlichingen. Septemb. 20. Rudolphus VVolfg. von der Grien. Tinctorius.

Octob. 18. Theod. Sneppfius, 181. Rector.

Inscripti.

Paulus & Philippus Heerbrandi, Doctoris Iacobi FF. Octob. 20.

Eberhardus & Georg. fratres, Barones à Lympurg, &c. Octob. 29.

Caspar Traub Haidelshaimens.

Ioan. Christophorus Zænger, D. VVolfgangi F. Tybingens. 2. Ianu 1575. Zanger.

Ioan. Baptista, Ioan. Fridericus, Ioan. Iacobus, Ioan. Ludouicus, & Marcus Haintzelij, Augustani: filij D. Ioan. Baptistæ, septemuiri eius Reipub. Febru. 7.

Decanus artium.

M. Georgius Lieblerus, quartùm:

Osterlinus. Flack. *Magistri creati.* Michaël *Osterlin* VVildpergens. *Feb.* 17. *Ioannes* VVeininger Tybingens. *Georgius Flack Caluensis. Christophorus Stahelin Stutgard. Aug.* 4. *Georgius Brenning* VVeidens. *Variscus. Andreas Heß Minsingen. Decemb.* 15. *Petrum Eggelium Rauesburgensem, D. Georgius Hamberger creauit Doctorem Medicinæ. In Brunsuigia, Academia Iulia* Helmstadij est *institutæ.*

Conuentus Vlmæ. *Procuratione Cæsarij, mense Augusto conuentus erat Vlmæ: præsentibus inter alios, etiam* VVirtembergico *Duce, & Augusta Eslingaq: ob transigendas controuersias inter Comites Ottingenses, & ciuitatem Nærdlingensem. Sed sine effectu.*

Barthol. Hettlerus. *Mense Septembri, quia M. Leonhardus Engelhartus Stutgardiam à nobis migraturus erat: Rector eius Scholæ (pro Ioanne* VVackero, *rude propter senectutem & merita donato) conductus (cui Scholæ adhuc* 1592. *Mart.* 22. *feliciter præest) ideo M. Bartholomæum Hettlerum, virum doctum & bonum, Senatus Academicus in locum eius conduxit: isq; nunc etiam diligenter muneri præest, in classe* 1. *&* 2. *Pædagogij Academici coniunctis, quamuis senex.*

Constantinopolin scriptio. *Septemb.* 16. *Constantinopolin D. Iacobus Andreæ, & M. Crusius, ad Patriarcham & Gerlachium scribunt Græcè: Patriarchaq; mittunt Augustanam confessionem Græce donatam conuersam à D. Paulo Dolscio.*

Nuptiæ hoc tempore celebrabantur Ducis Bipontini, cùm Iuliacensis Ducis filia: quibus Principes etiam Hessus & VVirtembergicus interfuerunt.

Hornstain. *Viuebant Bruno & Baltasar de Hornstain in Hornstain, fratres & soror eorum, Maria de Hornstain: Iacobo de Ehingen in Kilberg & Neuneck, propinquitate iuncti.*

Furtum. *Quidam faber lignarius hoc anno, noctu* VVaiblingæ *in curia se abscondens: effractione facta, multum publicæ pecuniæ abstulit. Accusatus est alius quispiam: & in periculum capitis tantisper coniectus: donec tandem verus fur est deprehensus. Sæpe fallit suspicio.*

Mortem cum vita 1574. commutarunt.

Defuncti. 1. *Stutgardiæ. In Parochia. April.* 24. *mediâ tertia noctu, Melchior de Schawenburg Fhr.* VVhr. Haußhoffmaister (*curator domesticus Aulæ*) *ætatis* 54. *anno.*

Gerhardus Hieronymus. *In Leonhardino. Hieronymus Gerhardus Haidelshaimensis, V. I. D. pietate, prudentia, & eloquentia, clarissimus: illustrissimorum Principum* VVirtemberg. *Consiliarius, & Vicecancellarius: tubam hîc Archangeli expectans, requiescit. Obijt* 4. *idus Maij, anno* 1574. *ætatis suæ* 55. *Huic orationem funebrem habuit Tybingæ* 25. *Nouemb. loco Catharinicæ orationis Decanus Hizleri, M. Georgius Lieblerus. Quæ edita est: dedicata Osualdo Gabelkouero, Med. D. & Medico Gœppingensi: Fabiano Egen, Archigrammateo Reutlingensi: Christophoro Luzio, pupillaribus rationibus præfecto: & Dominico Kautzio, Præfecto Maulbrunnensi in Knittlingen.*

Iun. 6. *Dominicâ S. Trinitatis, Aurelia Ionathæ Sauteri Vlmensis, Calligraphi & Arithmetici (Modisten) Stutgardiæ, vxor: quæ fuerat filia Vlmensis Ecclesiæ adiunctarum Episcopi, Doctoris Ludouici Rabi.*

In Hospitali. April. 23. *honesta matrona Maria Længina; Ioannis Kielmanni, Med. Doctoris, coniux: anno ætatis suæ* 34.

G. Gruppenbach. 2. *Tybingæ.* Magdalena Morhardina *Typographa: soror Catharinæ, Iacobi Vogleri* (τῦ ἐμοῦ διδασκάλου πνεύματος) *vxoris: & nouercæ Georgij Typographi celebris. Concionem habuit in funere eius, M. Ioannes Lieblerus, M. Georgij F. Diaconus, ex* 118. *Psal. non moriar, sed viuam &c.*

τῶν τῆς ἀποθνήσκειν τέχνην, μᾶλλον ἐμάθετε ἢ νῦν παρεῖσε ἂν ὑμῶν τις τὸ ἄλλα ἐνδεὴς γενόμενος, καὶ τὴν ἐπὶ τῷ θεῷ πίστιν, τὴν εὐσεβείαν μυστηρίῳ βεβαιοῦσθαι μὴ ἐν θλίψεσιν ὑπομένειν παρασχόμενος.

Kynigsbachina Agn. mors. *Decemb.* 10. *Agnes Kynigspachina socrus D. Chiliani Vogleri Iurisc. Professoris. Cui idem Diaconus concionem habuit, ex Iobi* 16. *de præsentis vitæ itinere arumnoso: in quo tamen succumbendum non sit: sed fortiter & constanter Christo innitendum. Matronam etiam à pietate, perceptione Dominici viatici, & patientia morbi, commendauit.*

Arnsperg. 3. *In Templo Regiofontano.* Auff Mitwoch den 22. Septemb. *anno* 1574. war der Edel vnnd Ehrnuest Wilhelm von Arnsperg / Forstmaister der Herrschafft Haidenhaim / mörderisch von den Wildpret dieben am Wagrain erschossen: dem Gott mit allen Hailigen / ein fröliche Aufferstehung verleihen wölle / Amen.

Feierabent. 4. *FEIERABET. Poëma eruditum & elegans STEPHANI FEIERABENT, Iurium D. Aduocati & Syndici Hailpronnensis (qui obijt M. D. LXXIIII) post mortem eius exijt,* 1590. *nundinis Francofurti vernis. In quo Poëmate, ab initio Mundi, vsq; ad no-*

ad nostra tempora, Feierabet (obitus innumerorum insignium hominum: tanquam otium, & cessatio à laboribus vespertina) recensetur. Inde hæc sunt.

Sola fides iustos facit. At quid rarius illa?
Difficilis verè res mihi, vera fides.
Vera fides toto fecit Feirabet in orbe:
Vmbraque vix fidei iam superesse solet.
Vera fides inquirit, amat, veneratur, & ardet,
Aeternum toto pectore & ore Deum.
Inuocat hunc solum: colit in discrimine quouis.
Hunc, licet occidat, pro patre semper habet.

DVCES SVEVIÆ, IMPERATORES ET REGES.

In Solymas tendens CONRADVS tertius oras. *Hohenstauffen. ses Proceres.*
Feierabent fecit, dum sine fruge redit.
Suenus erat, pietatis amans, & fortis in armis:
Annos bis septem Regia sceptra tenens.
FRIDERICVS fecit, rufæ cognomine barbæ,
Feirabent: lumen, terra Sueua, tuum:
Pontificis fastum, varios expectus & astus:
Sancta quibus sedes turpiter vsa diu.
HENRICVS fecit Feirabent sextus: & idem,
Fridrici soboles, fortis, vt ille, fuit.
Nam Calabros vicit, Belgas domuitque rebelles,
Quem modò defunctum Sicelis ora tenet.
Altera Friderici proles generosa PHILIPPVS,
Feirabent fecit post sua bella parem.
Pontificis pariter technis & crimine pressus:
Ense Palatini cæsus Othonis obit.
(Cum fœtu & Feirabet habet charissima coniux:
IRENE luctu mortua Græca viri.)
Fecit OTHO quartus Feirabent: fraude parauit
Qui sua sceptra, dolo Pontificisque sacro.
Mox sed eum spoliat Procerum sententia Regno.
Dum fugit à Galli robore victus, obit.
Feirabent fecit Cæsar FRIDERICVS & alter:
Pontificum miris pressus vbique dolis.
Feirabent quartus fecit CONRADVS: & idem
Fulmine percussus perfide Papa tuo.
Conradi fecit Feirabent filius illic:
Ausonius sæuo quem necat ense pater.
Scilicet hæc pietas Romani Præsulis. Idem
Si fieri clemens cæde doloque potest:
Ritè vices Christi sic iam gerit: atque sacrati
(Quis dubitet?) meritò vult caput esse gregis:
Sicque Duces malè Feirabent fecêre Sueui:
Lumina qui Regni summa fuêre sacri.

DVCES VVIRTEMBERGICI.

Feirabent fecêre suum cum laude potentes *VVirtembergenses.*
VVirtembergiaci, fortia corda, Duces.
Fecit EBERHARDVS, Barbati nomine notus:
Doctus, & extructor, docta Tubinga, tuus.
HVLDRICVS, patriâ pulsus, patriaque receptus,
Feirabent, animo fortis & acer, habet.
CHRISTOPHORVS fecit, nulli pietate secundus,
VVirtembergiaci gloria magna soli:

Filius

Filius Huldrichi, dignus patre, dignus & arce
AEtherea, dignus Christe tuoque choro.
Fecit EBERHARDVS, nimiùm properantibus annis,
Iunior: ante diem, raptus ad astra, suum.
Feirabent faciet LVDOVICVS, tempore nostro
Dux iuuenis. Viuat secula multa, precor.

DE LVTHERO.

Lutherus.

Feirabent fecit magnus post fata LVTHERVS:
Post varias tenebras, lumen in orbe nouum.
Qui populos odijs varijs commouit, & armis:
Dum reparat verbi dogmata pura sacri.
Dum docet æternæ quæ sit via vera salutis:
Saluificam Christi restituitque fidem.
Dum reprobat falsos cultos, reparatque probatos:
Oppugnatque tuos, perfide Papa, dolos.
Hunc ego diuinum, sanctumque vocabo prophetam:
Pontifici quamuis ilia rupta crepent.

DE CRVSIO.

Martinus faciet Feirabent Crusius: inter
Grammaticos danda est gloria prima cui.

Alij, hoc anno mortui.

Marchio Badensis Albertus, Caroli & Kynigundæ F. 3. idus Maij, anno ætatis 19. Phorcæ humatus.

Cyprianus Leouitius, Mathematicus Lauingæ, Maij 25.

Ioachimus Camerarius Babenpergensis, April. 17. anno ætatis 74. & D. 5. Sepultus Lipsiæ April. 19.

Galliæ Reges. Muretus. Mongomerius.

Carolus IX. Rex Franciæ, ὁ αἱματόφυρτος, Maij 30. Quem Romæ Muretus funebri oratione mirificè deplorauit. Successit frater Henricus 3. è Polonia Viennam & Venetias, & inde in Galliam, aufugiens. Ante cuius aduentum, captus fuit Comes Mongomerius (qui ex superiore laniena euaserat: & fortiter multa fecerat) ac Lutetiæ capite mulctatus, in partesq; dissectus, est.

Selimus, Turc. Sultanus.

In Oriente, Decemb. 13. Selimus Rex Turcarum: cui F. Amurates 3. successit: qui mox occidit 5. fraterculos suos, vt sine impedimento regnaret. Idem breui Tunetanum Regnum Hispanis eripuit: & arcem Guletam extirpauit.

Pestis.

Pestilentia quoq; in Sueuiæ locis, tempore autumnali sæuijt: VVimpinæ, Biberaci, Campidonæ, & alibi per Algoiam.

VARIA, TYBINGENSIA ET ALIA. ADMINISTRATIO SCHOLÆ Tybingens. Reformatio Ecclesiæ in oppido Ola. Animalculum cum spica concretum. Rudolphi Austrij coronationes Regales. Baronis Aurspergij Heervvarti interitus. Primæ nuptiæ Ducis VVirtembergici Ludouici. Obitus nobilium & honestorum hominum.

CAPVT XXI.

Constantinopoli literæ Tybingam allatæ.

Xylander.

ANNO 1575. Ianu. 4. multæ Gerlachij literæ Constantinopoli Tybingam allatæ sunt: & vnæ à Patriarcha Hieremia: humaniter scriptæ ad D. Iacobum Andreæ, atque ad M. Crusium.

Medio Ianu. M. Guilielmus Xylander Augustanus, Professor Haidelbergæ Græcus, nobiscum Tybingæ erat. Qui principi nostro, Græcæ Diophanti Arithmeticæ Latinam conuersionem suam excusam obtulit: & 50. Taleris muneratus est.

Febru. 16. (die Mercurij cineritio) in curia oppidana, cum honesto multarum mensarum sodalitio (vt quotannis in more positum est) prandebamus: præsente Præfecto maiore, nobili ab Hæfingen: præsentibus, Rectore Vniuersitatis, & Comite VVolfgango à Castel, Doctoribus, Magistris, Senatoribus, ciuibus honestis.

Mart. 10. M. Georgius Volmar Haganoam proficiscebatur: Philippo Heerbrando D. ibi mortuo, successurus in concionando.

Rectura

Rectura Academica Tybingensis.

Tybing. Acad.

Die Philip. & Iacobi, Rector 182. Chilianus Vogler.

Inscripti. Christoph. & VVolfgangus Nicol. Zylharti. Albertus Lud. Comes in Ostingen, & VVilhelmus de Neideck, Iun. 3. Ioan. & Ioan. Christophorus, Iærgeri agnati, liberi Baro. nes Austriæ superioris, & M. Paulus Dintzbek Ratisbonensis, Iun. 10. Georgius Fridericus, Comes Hohenlobens. Dominus in Langenberg, & Philip. Bubius Eßlingens. Iul. 9. Martinus Claßius Knittling. Aug. 9. Ioan. Christophorus, Harter ab Hertneck Septemb. 13. Acacius, & Georgius, & Lucas Gutthæter, Poloni nobiles: & Ioannes Schilling, nobilis, eodem die. Ioan. Georgius Siguartus VVinedens. Septemb. 28.

Siguartus.

Die S. Lucæ, Rector 183. Georgius Hamberger Dinckelspubelens. Med. D. & professor.

Inscripti. Gregorius Leonhardus Vimens. Octob. 22. denuò. Ioannes Henricus à Stain zu Büßel/Decemb. 1. Carolus de VVacogne, Baro in Campsart: & Antonius Dorifolius Parisiensis: atq; Caspar Seua Lugdunens. Galli. Decemb. 2. Ioan. Iacobus à Lamberg, liber Baro in Stain & Gutenberg: Andreas ab Hohenwart zum Gerlachstain vnd Rabensperg: Maximilianus Gall zu Rudolfs Eck: Joan. Ludouicus Saur zum Rosieck vnd Trephen/ Decemb. 13. Ioannes Christophorus Neubergius Augustanus, 6. Febru. 1576.

Stain. Lamberg.

Decanus Philosophicus. M. Georgius Hizler, 3.

Magistri promoti. Petrus Heerbrandus Tybingens. Febru. 9. Michaël Hizler Nærdlingens. Iacobus Godefridus Schmalenburg. Aug. 10. Henricus VVelling Tybingens. Iacobus Zebrius Laugingensis. Christoph. Schvvartz Stutgardianus. Alexander VVolfhardus VVaibling. Ioan. Conradus Eßich Hirsaugiensis. Ioan. & Iacobus Hettleri, M. Barth. Filij.

VVelling. Eßich.

Maij 10. M. Laurentius Hyperius, Doctor Med. à D. Ioanne Viscero creatus est.

Maij 26. M. Georgius Burcardus hinc discessit Rotemburgum ad Tubarum: Rector ibi Scholæ futurus.

Chalcocondyles.

Nactus sum Turcicam Laonici Chalcocondylæ historiam, & Alexiadem Annæ Comnenæ, Græcè M. Scr. commodatò: illam à Xylandro supradicto: hanc, à septemuiro Augustano Ioan. Baptista Henzelio. Reddidi vtranque fideliter. Hactenus neutra Græcè est excusa.

Augusti. Episcopus Knæringerus mortuus est 8. Iun. cui successit Marquardus à Berga, Iul. 26.

Olareformatio.

Iun. 29. Cancellarius D. Iacobus Andreæ, in oppido Imperiali Ola Ecclesiam corrigit, & puram Euangelij doctrinam plantat rigatq;.

Animalculum cum spica.

Iul. 7. ἐτέχθη μεν βουγάτηρ παλχερίη, ἐν τῆς τριτάτης χαμεύνης.

Mense Augusto, Itzlingæ ad Zechtam, repertum est aliquid adspicam accretum (ῥοφοῦσιν τοιγάρτοι) quod triduum vixit, habens faciem planè humanam: & corollam in capite, lineo pannicalo albo circumuolutam, vtrinque dependente. Vertit ceruicem, & os identidem aperuit, atque clausit. Colore aurum referente fuit. & in ventre, instar lumbrici magni. In tergo autem, ceu hordeacea spica. Ostensum Nærdlingensibus est: vt ait VVilhelmus Kratzer, ipsorum portarius.

Terra AEgyptia, animantium genitrix.

Sicut scilicet Ægypti terra humore & calore bene temperata, βουγενῶς, produxisse dicitur lib. 1. Diodori ficuli varia genera animantium. ὅσα γὰρ ἐκ τῆς ὑπὸ τοῦ ὕδατος καὶ τοῦ θερμοῦ κατὰ τὴν χώραν ταύτην ἐξ ἀρχῆς διαφθειρομένης καὶ συνισταμένης, ἐν τέλει τοῦ χρόνου ἐξεθρέψατο μόνα, ἐν τέλει τοῦ παντὸς ἐκ μὲν τῆς ἰλύος ἐπὶ τὸ φῶς ἀναβλαστάνοντα, τὰ μὲν τελείως ἐσχηματισμένα, τὰ δὲ ἀτελῆ καὶ ἡμιμόρφητα, τὰ δὲ ἔτι βώλου συμφυῆ τυγχάνοντα. Nilo recedente, ex limo, Sole tepefaciente, nasci animalia: quorum alia, perfecta sint: alia semiperfecta, gleba adhuc concreta. Ipsi nihil de vero Deo, omnium rerum creatore sciebant.

Aug. 18. literæ nostræ, cum 5. Exemplaribus Augustanæ confessionis Græcis, Constantinopolin versus dirigebantur.

Rudolphi Austrij coronatio Regalis. Aurspergij Heervvarti à Turcis interitus.

Septemb. 22. coronabatur Maximiliani Cæsaris filius Rudolphus, Pragæ in summo Templo, Rex Bohemiæ. Quo die interfectus est à Turcis apud Budacikin Croatia, vir fortissimus, Baro Aurspergius Heervvartus, Archicamerarius in Carniola, & Marca Croatiana: filiusq; item VVolfgangus Engelbrechtius (aliquando noster Tybingæ auditor) vulneratus & captus est. Patri caput hostes abstulère: cadauer magno luctu conditum est Labaci. Postea, caput quoq; precariò à Turcis receptum. Occubuit vnà Fridericus VVeichselbergius, Daniel Tetrauius, nobiles fidissimi & animosi: cùm dominum suum relinquere nollent. Sic antea alij duo Heroës occubuerunt, ὁ δεῖνες: Comes Nicolaus Serinius, & Georgius Thurius, οἱ τοῦ δεῖνος ἄμφω. Omnes, multitudine

multitudine Turcarum oppreßi. Cantionem lugubrem & honorificam, de occaſu Aurſperg. edidit, ſine nomine autoris, Ioannes Gebhardus, arcis Labacenſis Præfectus. Miſit ad me Tybingam 1577. Eccleſiaſtes eius ciuitatis, M. Chriſtophorus Spindlerus Gæppingenſis, ὁ μακαρίτης

Altera Rudolphi coronatio.

Nouemb. 1. idem R. Rudolphus, coronatus eſt in Cathedrali Templo Ratisbonæ, Rex Romanorum, anno ætatis 24.

Matrimonia aliquot.

Oeting. C. Gottfridi nuptiæ.

1. Ianu 30. nuptias celebrauit Oetingenſis Comes Gottfridus cum Hohenlohenſi Comitiſſa. Ad quas etiam Nordlingenſes inuitati, miſerunt Coſ. Georgium Schmidium, cognomento Hauarum: & Aduocatum ſuum, Doctorem Sebaſtianum Rettingerum. Donarunt craterum 70. fl. & 30. in eo Aureos.

VVirt. Ducis Ludouici.

2. Nouemb. 7. illuſtriſſimus Dux VVirtemberg. Ludouicus, cum illuſtriſſima Marchionißa Badenſi Dorothea Vrſula. Miſi Epithalamion Græcolatinum: κὐτὸ μισάμην τ. τάλαρα. Academia obtulit duplum poculum πεχρυσωμένον ἀπχνοῦν. Nordlingenſes, per Coſ. Petrum Sengum & Archigrammateum, Craterem 180. fl. Tunc Albertus Comes Hohenlohenſis, in concurſu equeſtri, ab Anhaltino, Ioach. Erneſto periculosè læſus eſt.

Et aliorum.

3. Auguſtæ. Hieronymus VValther patricius, I.V. Doctor, Annæ Scholæ Scholarcha, cum Catharina Rechlingerina vidua, April. 13.

Ioan. Henricus Haintzelius, ſeptemuiri F. cum Barbara Neithartina, Iul. 18.

Ioan. Chriſtophorus de Schœllenberg Baro, cum Suſanna Iſungina, prouincia Præſidis (deß Landvogts) filia, Aug. 29.

Mortui hoc 1575. anno.

Mortui. Hohenlohius Comes.

1. Stutgardiæ. In Parochiali. Illuſtris & generoſus Dominus, Dominus Albertus, Comes de Hohenlohe, & Dominus Langenburgi, Ludouici Caſimiri ex Anna Comitiſſa à Solms filius, ſub hoc conditorio quieſcit. Obijt 16. Kal. Decemb. anno Chriſti 1575.

Vixit A. 32. M. 5. D. 3. Viuat cum viuentibus immortalis. Der Gerechten Seelen ſind in Gottes Hand: vnd kein quaal rüret ſie an. Dann ſie ſeind im frieden. Sap. 3. Der Gerecht ob er zeitlich ſtirbt: iſt er doch in der Ruhe. Sap. 4. Selig ſind die Todten, die dem HERRN ſterben. Apocal. 14. Chriſtus iſt mein Leben/ vnd ſterben iſt mein gewin/ Phil. 1.

Kurtz.

Ibidem. Als der Edel vnnd Ehrnveſt Frantz Kurtz von Gertringen/ Fhr. Wirt. Cammer Secretarius/ in das 37. Jahr getrewlich vnnd wol gedient: iſt er Chriſtlich auß dieſem Jammerthal abgeſchieden: vnd ſein Geiſt Gott dem HERRN/ vnd was vorigs an jhm ſterblich/ dieſer gegenwertigen behaltnuß auffzuheben/ befohlen. Lebt 58. Jahr/ 14. tag. Starb den 29. Augſtmonats/ *anno* 1575. der Allmechtig wölle jhm/ neben allen Chriſtglaubigen/ ein frewdenreiche Aufferſtehung verleihen/ Amen. Habuit funebrem poſtridie concionem D. Lucas Oſiander.

Anvveil.

Anno 1575. den 15. tag Nouemb. ſtarb der Edel vnd Veſt Hans Caſpar von Anweil: ſeins alters 21. Jahr. 4. Monat/ 5. tag. Dem Gott gnad/ Amen.

Sperberi Eck.

In Hoſpitalario. Mart. 31. honeſtus vir, Sebaſt. Ebinger Tybingenſ. Sepultus eſt etiam 1. *Decemb. Stutgardiæ, Ioannes Caſpar à Sperberi Eck, egregius iuuenis. Fuerat Pinerna Principis Friderici, Comitis VVirtemberg. & Mompelgardenſis.*

2. *Tybingæ, Margareta, Bernhardi Gerberi Coſ. vxor: quæ piè vixerat, & 29. Mart. pie obierat.*

Iua Chriſtina.

Defuncta eſt 30. Mart. Kirchaimi in arce, illuſtriſſima virgo EVA Chriſtina, Principis Friderici, Comitis VVirtemberg. ac Mompeligard. ſoror: quæ April. 5. Tybingam aduecta, terræ mandata eſt: concionante D. Luca Oſiandro. Inde, prandium in arce.

Sept. 7. Rudolphus Riepius ſenior, Cellarius: pater Rudolphi, hodierni Cellarij: cuius filiam, & ex hac liberos, ille vidit, vt tam proauus.

Decemb. 27. honorandus ſocer meus, Iacobus Voglerus: qui 1503. natus fuerat. De quo D. Iacobus Heerbrandus, in concione: ὁδὲ ψαλμὸς νῦν ἐπλήρω, ὁ ἐπίσκοπος δὲ τὸν σωτῆρα ἐδόξασεν ὁ γεγηρακὼς μετὰ τῶν ἀγγέλων ἀλλὰ νοσῶν, καὶ ἐτελεύτησε πολλῶν.

3. *Gæppingæ. Maij 26. die Sabbati ante S. Trinitatis, Apollonia Aulberina, coniux Theologi Martini Claßij VVingeri, M. Valentini Claßij auia: quæ 23. vidua vixerat: & ad 70. annum vitæ peruenerat.*

4. In

4. *In Thermis ferinis, in fano suburbano. A. 1575. Decemb. 26. Obijt* Sebastianus Herpst/ Vogt zu Wildbad 36. Jahr/ Alters 64.

5. *Vlmæ. Exeunte hoc 1575. anno, Eberhardus Besserer, magno natu heros, Rector Reipub. per annos multos, diem suum obijt. Versata autem est hæc familia, amplius CCCC. annos in Repub. administranda.*

6. *Esslingæ, Christoph. Rauchbain Gamundianus, iuuenis honestus.*

7. *In Austria. Obijt Hausæ, 23. Septemb. D. Ioannes Landauensis, Baro Hausanus & Rappeltenstainanus, Cæs. Maiest. Consiliarius, generosi D. Georgij F. Vxor ei fuit Iuditha Behaimina de Frideshaim. Humatus* im Land ob der Ens/ zum Wartperg im Machland viertail. Laudau.

Magna fuit, & priore & hoc anno, vsq; ferè ad tempus messis, fames: ac Tybingensis Magistratus liberos pauperculorum pauit quotidie in Hospitali, pulte & pane. Secuta verò pias preces est messis tantâ vbertate: vt gratiæ in Ecclesia sint sæpius actæ Deo. Fames.

LITERÆ E CONSTANTINOPOLI TYBINGAM. ITELIVS THEODORICUS à Gemmingen. Catecheseos eruditio apud iuuentutem Sueuicam. Rursum pax in Francia occidua. Comitia Ratisbonæ. Rectura Tybing. Academiæ. Primum Patriarchicum de Augustana confessione responsum. Iaculatorium certamen Argentinæ. Matrimonia & obitus aliquot clariorum hominum. IMP. XVII. RVDOLPHVS. II. Vrbis Antuerpiæ funestatio.

CAPVT XXII.

ANNO 1576. *Elisabeta Austriaca, Regina Franciæ, vidua, in Germaniam rediens, Ianu. 11. Basileæ erat.*

Calendis Ianu. Episcopus Augustanus Marquardus, celebrauit in Templo Cathedrali Augustæ, primam suam Missam: præsente Alberto, Duce Boiariæ. Successit ei in Præpositura Cathedrali, Gebhardus Dapifer VValdpurgensis. Ipsum Marquardum 15. Ianu. Dillingæ, in arcis sacello, prorsus Episcopum consecrarunt: Iacobus Naturensis Episcopus, Bambergensis: Melchior Adrimitanus Præsul, Augustensis: & VVolfgangus Philadelphiensis Nullatenens, Aichstetensis, Suffraganei. Auguſt. Episcopus Marquardus.

Tybingæ medimnus farris, circiter 3. fl. emebatur.

In Castello Roseccio, cum M. Hieremia Godelmanno, eius Præfecto (viro optimo & humanissimo) ego, & M. Barthol. Hættlerus, Ianu. 7. eramus, animi causâ.

Ianu. 18. literas è Constantinopoli accepi. 1. M. Steph. Gerlachij Latinas. 2. Græcas Ioannis Zygomalæ, Rhetoris Patriarchici, viri septuagenarij. 3. Græcas filij eius Theodosij, Protonotarij. Vterq; ex Nauplia Peloponesi oriundus. 4. Græcas Patriarchæ Hieremiæ, Cancellario nostro & mihi communes. 5. Theodosij eiusdem Græcas (eruditas, beneuolas, prolixas) ad Auditores Græca L. Tybingensis Academiæ: quæ, æditæ extant. Respondimus April. 16. ad singulas Græcorum Græcè. Annus Mundi Græcis erat 7085. Indict. 4. Turcis verò à Pseudopropheta Mahomete 983. Literæ è Constantinopoli.

Mart. 24. Cancell. Iacobus Andreæ, iter Saxonicum ingressus est, vocatu Electoris Saxoniæ Augusti. propter Caluini dogmatibi irrepens. Ei pridie cœnam, felicis profectionis causâ, Senatus Academicus dedit. Rediit Aug. 27. Iacobi Andreæ Profectio Saxonica.

Esslingæ 2. April. Eitel Dietrichus de Gemmingen in Steineck, quoniam ætate grandi erat: quieti suæ consulens, bona sua filijs suis diuisit, Ioanni Pleicardo & Bernhardo Gemmingensibus. Cui actui adhibiti sunt: Gemmingerus.

Joan. Caspar Kecheler à Schwandorff in Thalhaim/ Wirtembergischer Haußhoffmaister.

Wilh. Adelman *ab* Adelmansfelden.

Reinhardus à Neuhausen in Hofen.

Theodoricus von vnd zu Gemmingen.

Debuerant etiam adesse, Iacobus ab Ehingen, & Ludouicus à Neuhausen in VVeisenstain. Sed illum ægritudo, hunc herilia negotia, abstinuerunt.

Martij 25. die Dominica, & sequentibus Dominicis, vsq; ad Dominicam Palmarum, ciuium pueri & puellæ, hora prima post prandium, ex Catechismo examinabatur, in Templo à Ministris Ecclesiæ, de sex capitibus Religionis Christianæ: Baptismo, Symbolo Apostolorum, oratione Dominica, Decalogo, cœna Domini, & potestate clauium. Sic quotannis fit. Dominicis diebus Catechismo iuuentus eruditur ad pietatem.

ante tempus Paschale. Cùm igitur oppidum Tybingense in tres partes, quas vigilias vocant, diuisum sit: & vnaquæque earum, in duas dimidias partes: iubetur singulis Dominicis, vna dimidia pars comparere in Templo. Discunt autem antea Catechismum in Scholis, & domi apud parentes: sed in Templo examinantur, sicut dictum est. Ita diligentissima iuuentutis ratio habetur, Tybingæ, & in cæteris oppidis ac locis Ducatus.

Vineæ, geluperditæ.

April. 19. noctu, perierunt frigore horribiliter vineæ, quæ pulcherrimè germinauerunt. Homines enim superioris famis, & diuinæ beneficentiæ obliti, ebrietate bacchati fuerant: vulneribus & cædibus, multis in locis, factis. Deus ergo petulantiam hac plaga coërcuit: ac statim nullum amplius in plateis vinum venale erat.

In Gallia cum potenti exercitu erat Palatinus Ioan. Casimirus, Electoris Friderici F. auxilians Regi Nauarræo Henrico, & Principi Condæo Henrico. Cum eo erant, Dux Ligniticus, Nicolaus de Hattstat & Bunningen, Henricus de Stein, Ioan. de Lauffen, Nobilis de Myllenen Heluetius, Doctores: & Ioannes Eben Tybingensis, Leutenant Coactus tandem est Rex Gallicarum Heinricus ad pacem.

Iterum pax in Gallia.

Comitia Ratisbonæ.

Comitia Ratisbonæ indicta ab Imp. Maximiliano erant. Adea igitur, Calendis Maij profiscebatur nomine Principis Ludouici nostri, clarissimus & prudentissimus Iurisc. & Acad. Tybing. Professor, Doctor Nicolaus Varnbylerus.

Rectores Tybingæ.

Tybing. Schola.

Æstiuus, Rector 184. Anastasius Demler.

Inscripti. VVilhelmus Kraus Stutgard. Iun. 8. Iacobus ab Ehingen, nobilis. Ioannes Mottius Esslingens. Aug. 21. Georgius Kroël à Schillenfurst, & Ioan. Vlricus à VVarthausen, Sept. 28. VVolfgangus Vrmyller à VVolfotingen, Bauarus nobilis, Octob. 5.

Hyemalis, Rector 185. Valentinus Volcius.

Inscripti. Georgius, & Christophorus, & Iosephus, filij M. Georgij Liebleri, Octob. 20. Abrahamus Schvvartz Altorffens. VVirtembergicus, Nouemb. 1. Michaël Fendius Mumminus, & Magnus Agricola Holizemius, Nouemb. 6. Melchior & Iacobus Calberi, Tybingenses fratres, Decemb. 7. M. Lambertus Calenius Lunæburgens. 16. Ianu. 1577. Theophilus Volcius Tybingens. & Tobias Schantz Owens. April. 16.

Calenius.

Decanus artium. M. Samuel Hailandus 3.

Magistri creati. Ioan. Berlocher Schongauiensis. Ioan. Grabügadius Stutgardianus. Febru. 15. Ioan. Morhardus Tybing Hieronymus Gerhardus Stutgard. Paulus Noderer Esslingens. Ioan. Georgius Godelmannus Tutlingens. Ioan. Vdal. Lorchensis. Ioan. Mauchius Vaihingianus. Dauid Langius Memmingens. Aug. 1. Ioannes Rouch Nerensis. Iacobus Andler Herrenbergens. Theophilus Dachtlerus Biberacens. M. Iacobi F.

Morhardus.

Andler.

Maij 9. creati sunt 4. Doctores: Ioannes Schulter, Conradus Thalbaimer, Nicolaus Varenbyler iunior, Iurisc. & Alexander Camerarius, Medicus.

Iun. 7. Doctor Iacobus Schegkius (natus circiter 66. annos, Professor 44. hic annorum) renuntiat suis lectionibus Medicæ & Organicæ. Adhuc tamen vsq; ad 29. Maij 1577. docuit. Sequenti tempore cæcus factus est.

Responsum Patriarchæ Graci primum, ad Aug. I. confessionem.

Iun. 18. cùm cænaremus in illustri stipendio tres affines (Ioannes Grynberger Iurisc. & Hieronymus Schyrstabius Noribergens. atq; M. Crusius) allatus est fasciculus literarum ex vrbe Constantinopoli, cum primo Patriarchæ Hieremiæ Responso ad Augustanam confessionem: quod ex Græco Latinum, iussu illustrissimi Principis, non ita multis diebus Crusius fecit, celsitudini eius misit. Erant plereq; illarum literarum 15. Maij scriptæ.

Hunnius. Polycarpus.

Iul. 16. renuntiati sunt Theologiæ Doctores, Ægidius Hunnius, & Polycarpus Leiserus, Doctoris Lucæ Osiandri priuignus. Octob. 29. Fridericus Schytzius, Doctor Iuris.

Helmstadij Academia.

Decembris 6. Iulius, Dux Brunsuicensis & Luneburg. per literas petijt à Principe nostro Ludouico, propinquo & compatre suo dilecto: vt sibi, propter suam recens fundatam Academiam, mitterentur Academica Priuilegia & instituta, nec non contubernij omnis ratio & administratio, Vniuersitatis Tybingensis. Datum Heinricstatt/bey vnserm Hofflager/am 6. Decemb. anno, &c. 76. Et sic factum est.

Iaculatorium certamen, Argentorati.

Argentinæ, hac æstate, insigne certamen fuit. 1. Sagittariorum: in quo primas tulit Daniel Giger, Quindecimuir Argentinensis: secundas, Legatus Palatini: tertias, Rusticus quidam VVirtembergensis. 2. Bombardariorum: vbi victor fuit Vitus Myller Canstadianus, vel Cantharopolitanus.

litanus. Tigurini munus attulerant Argentinensibus, naui vectam ollam magnam æneam, pulmenti miliacei plenam (ein frommen Hirs--brey) sine prunis calidi, per milliaria 30. vno die Tiguro Argentinam. σύμβολον Διὸς ἀλκαῖ ταχείας πὰρ θερμῶν ἰφ' ἁρμάτων, εἴ τις παρανέσοι, ἐπουρίαις. In Tribuconsulis, Hospites lautè accepti. Drama Græcum, à studiosis adolescentibus artificiosè actum. Munera, victoribus allata curru: quem elephas factitius, equum inclusum habens, trahebat, tanquam currum priscum Romanum triumphalem, pretiosis pannis & floribus ornatus: cui puer insistebat, vexillum, victori certaminis dandum, tenens. Honorati sunt etiam victores choreis venustissimarum virginum, à viris nobilibus ad eos adductarum. Quis fando omnem illam magnificentiam explicaret? Ollaque deniq; fortunata adfuit: in quam seni crucigeri imponebantur. Marchio autem Bad. Carolus, pro 470 personis imposuisse fertur. Exitum ego huius cæcæ fortunæ ignoro. Ergo, ad alia.

Aug. 4. Nordlingæ, ein Malter Rockens/vmb 20. Batzen. Gerst vñ Kärn/vmb 2. fl. Inuasit ibidem pestilentia: quæ vsq; in 1577. annum durans sustulit ad 1400. homines. *Fames & pestis, Nærdlingæ.*

Septemb. 25. Cancell. Iacobus Andreæ, cum vxore, & 4. minoribus liberis, VVitebergam Saxonum auectus est.

Nuptiæ apud Augustanos.

1. VVenceslai Seuteri I.C. Sueuottalensis, cum Dorothea VVeißlandina Vlmensi, Augustæ educata, Ianu. 16.

2. Caroli, Baronis de VVolckenstain, cum Iohanna Fuggerina. Marci F. Maij 7.

3. Georgij Henischij Bartfeldensis, D. Medici, & Mathematum in Schola Annæa professoris: cum Regina VVirsungina, Iun. 4.

Tybingæ 25. Nouemb. nomine illustrissimi Domini recitata est (sicut quotannis fieri solet aliquo die) coniugalis ordinatio: vt, Iuniores ne matrimonium contrahunto sine consensu parentum: Ne sunto auaræ & turpes pronubæ, in angulis coniugia imperitæ iuuentutis constantes, &c. pœnæ, transgressoribus constitutæ. *Matrimonij leges.*

Obierunt.

1. Stutgardiæ, in Parochiali. Maij 6. starb der Ehrnvest vnd Hochgelahrt Herr Johann Krauß/beyder Rechten Doctor/Fhr. Whr. Rhat: dem Gott gnedig sey/Amen. ἐξάφνης ἐτελεύτησε. *Defuncti.*

In Leonhardino. Aug. 11. der Edel vnd Ehrnvest Vlrich von Betzeck/ætatis 65. Septemb. 16. proba fœmina Dorothea Eisengreinina, M. Blasij VVagneri vxor. In Nouembri, pia & honesta matrona Vrsula, Ioannis Fæsleri Cancellarij beati vidua. Decemb. 7. Aurelia Kastnerina Marchiobadensis, VVolfgangi Ganssij Augustani coniux.

In Xenodochiali. Nouemb. 6. Matthæus Heller, Principis Consiliarius, anno ætatis 46. cui & viuo & mortuo, Clypeus & galea erat Christus, Ephes. 6. In cœmeterio, mense 1. Octob. Catharina Lutzin.

Prope Stutgardiam obijt 31. Aug. nobilis & eximius virtute atq; eruditione iuuenis, Ioan. VVilhelmus à Sperbers Eck. *Sperbers Eck.*

2. Tybingæ. Mart. 8. Catharina, Iacobi soceri beati vidua, piè & placidè: quæ 1511. nata erat, die S. Catharinæ in oppido Calua. Superstes fuerat filiabus: Annæ, Grynbergero nuptæ: Mariæ, Schyrstabio: Catharinæ, Crusio.

Maij 23. Elisabeta, Doctoris Henrici VVeickersreuteri, beati Hirsaugiensis antehac Abbatis filia, virgo: ἰυνεμιδεῖσα μετὰ χλωρῶν ἐπὶ τῷ φερέτρῳ στεφάνων, παρθένος σεσωσμένος, ὡς ἔθος. Iul. 6. Sepulta est in Templo nobilis virgo Anna Maria ab Anweil, Casparis Præfecti olim maioris hic filia.

Octob. 15. Dauid Schegkius, V. I. D. Iacobi D. filius, Principis consiliarius. Nouemb. 28. Præfectus Tybingæ maior, Ioan. Truchsæs ab Hæfingen.

3. Kilbergæ. Octob. 16. Iacobus de Ehingen: relictis filijs. 1. Burcardo, in Kilberga & Neunecco: 2. Georgio in VVanecken & Neunebo.

4. Haidenhaimi. Auff den Sontag den 8. April. A. 1576. war der Ehrnhafft vnnd Fürnehm Jacob Koch Forstmaister der Herrschafft Haidenhaim/mörderisch von Wildpret--dieben/im schönen Haßlach erschossen: dem Gott gnade/Amen. *Iacobus Koch.*

5. Vlmæ, vel Baltzhaimi. A. Domini 1576. den 2. April/entschlieff im HERRN/die Edel vnd Tugendtreich Fraw Martha/geborne Remin/Herrn Hans Ehingers (1583. mortui) Ehliche gewesne Haußfraw. Hæc filios, ex nobili viro suo, Ioanne Ehingero susceptos,

Memmingam in Scholam & mensam 1555. meam addúxit: vbi ad biennium manserunt cum Lúcio. Hi erant, Ioan. Christophorus (hodie consul Vlmæ) & Ioannes Georgius, dudum in expeditione Orengiani Principis mortuus. Nunc mater quoq;, & cera illa Heroina, sub terra quiescit. Tam viuaces ne oculos, tam splendidos, tam acres, quales nunquam vidi in fœmina alios, morte corruptos esse? πῶς δὲ μὴ τοῦτο θαυμαστὸν, ὅτῳ εἰμὴ τοῦτ', ἄλλο τί ποτε;

6. Reutlingæ. Nicolaus Mæglingus, Med. D. Ianu. 15. VVilhelmi & Danielis Medicorum frater.

Xylander. 7. Haidelbergæ, M. Guil. Xylander, mense Febru.

Erythræus. 8. Altorffij Noribergensium, M. Valentinus Erythræus, vir pietate & doctrina præstans, Scriptis editis præclarus, Præceptor olim aliquandiu mihi colendus.

Maximil. Cæsar. 9. Imp. Maximilianus inclytus, Octob. 12. decimâ circiter antemeridiana, anno ætatis 50. Natus enim Viennæ, 1. Aug. 1527. ex R R. Ferdinando & Anna. (sicut eius dem anni, 21. Maij die, patruelis eius R. Philippus, ex Carolo V. & Elisabeta, vel Isabella, magni Lusitaniæ R. Emanuelis filia) Caroli ille huius filiam Mariam, in matrimonio habuit. Dixit quodam die Precæ ad Iacobum Andreæ, mitissimè: O Doctor Jacob / wie habt jhr so viel Wiedersacher! Abet fahret in negotio Concordiæ beständig fort. Nouemb. 4. recitatum est post concionem de suggestu apud nos Tybingæ, Scriptum nostri Principis ad populum, hoc summatim argumento. Quoniam Augustus Imperator noster nuper diem suum obierit: nos debere. 1. optare maiestati eius letam resurrectionem. 2. emendare vitam nostram: cùm mors ne tam potenti quidem Domino parcerit. 3. Successori in Imperio precari pias & felices actiones.

Reliquit liberos: Elisabetam, Annam, Ladislaum, Rudolfum, Ernestum, VVenceslaum, Matthiam, & Maximilianum.

10. Allatum est mense Ianu. 1576. Tybingam: versum, vinculis ruptis, ferijs natalitijs proximis, discerpsisse generosam Comitissam, Ioannis Aurspergij Baronis vxorem, in arce

Rudolphus II. Imp. XVII. Successit XVII. post Sueuicos Duces, rei Romanæ gubernatores, IMP. C. Æ. S. RVDOLPHVS 2. P. F. Aug.

Sumptus Gallici ciuilis belli. In Gallia. Anno 1576. Febru. 27. scriptum est: Parisinos, iam per 15. annos, cum circumiacente terra, expendisse Regi ad bellum, plus triginta sex Milliones Francorum (Moneta hac, apud nos Semitalero valet) sed & amplius sex Milliones, & ducenta millia, Francorum, tantùm dono in diuersa loca misisse. Cùm ergo Rex adhuc bis centum millia Francorum, ab eis ad alendum conductos Heluetios peteret: vehementer hoc à se deprecati sunt.

Ioannes de Austria, Præses Belgij. In Belgio, Ludouico de Requisenza mortuo, successit Ioannes de Austria, Turcica classis debellator: ac mense Nouembri, dira laniena Hispanorum extitit in ciues Antuerpianos, & militeis Germanos. Ibi Comes Eberstainius Otho, in nauiculam insilire & aufugere conans, ab ea aberrans, in aquas decidit, ac perijt. Cuius generosa coniux Felicitas, quæ ad eum profecta fuerat, postea redijt in viciniam nostram, ad sua, Boltringam.

Antuerpia direpta. Direpta tunc Antuerpia fuit, & aliquibi inflammata, miserabilem in modum.

Poloniæ R. Stephanus. In Polonia, Rex coronatus est Cal. Maij Cracouiæ, Stephnus Bathorius, Transyluania Palatinus: qui magnas postea res gessit aduersus Moscobitam.

ACADEM. TYBINGENSIS ADMINISTRATIO. PRIMA aduentus contrarium Responsum, Constantinopolin. Cometa barbatus. Nuptiæ & mortes clarorum hominum. Inter defunctos, M. Ioannes Mendlinus. Cursus vitæ D. Achillis Gassari Pirminij. Pestis apud Reutlingenses.

CAPVT XXIII.

ANNO milleſimo, quingenteſimo, ſeptuageſimo ſeptimo, literas Byzantio à Steph. Gerlachio accepi.

Tyb. Osterbergica Schola. Mart. 13. M. Eusebius Stetter, incipit agere Moderatorem Scholæ Oesterbergicæ apud nos: cùm M. Ioannes Crapnerus, eo se munere abdicasset.

Rectores Academiæ Tybing.

Gymnasium Tybing. Maij 1. Rector 186. Iacobus Heerbrandus.

Inscripti.

Inscripti. Dauid Grunblat Rosenauiensis Vngarus. Matthæus Oporinus Augustanus, Maij 25. Georgius Vogel Regiomontanus. Fridericus Francus Nordlingens. Iun. 19. Bernhardus Hausius Knielingens. Aug. 8.

Octob. 18. Rector 187. Iacobus Cappelbeccius.

Inscripti. Nicolaus Stupanus, & Gubertus à Salicibus, è Clauenna Rhætiæ, Octob. 27. Philippus Megetzer à Veldorff, Nouemb. 25. Ioannes VVeidner Halensis, Nouemb. 27. Crispinus Fluggius Lybecens. 5. April. 1578. Antonius Freius Lindauus, April. 9.

Decanus artium. M. Martinus Crusius, tertiùm.

Magistri promoti. Christoph. Zehmannus Schvvandorffius, Febru. 13. Non multò pòst præfectus est Scholæ Bipontini Hornbachensi. Hieronymus Megisser Stutgardianus. Georgius Schießius Memmingens. Rudolphus Riepius, Rudolphi F. Tybingensis. Michaël Schvveicker Halens. Aug. 14. Matthias Pauli Lauinganus. Iacobus Bidenbach Stutgardianus. Henricus Efferenus Schorndorffius. Megisser.

Maij 9. creati sunt Theol. Doctores, Philippus & Iacobus Haibrunneri, atq; Ioannes Væsenbeccius, à Rectore Iacobo Heerbrando: & Ioan. Vlricus Varnbyler, à D. Ioanne Hochmanno. Decemb. 18. Doctor vtriusq; Iuris renuntiatus est Matthæus Æntzlinus, Ioannis Directoris Stutgard. F. Væsenbeccius. AEntzlinus.

Sub exitum Iunij, Responsum Græcum misimus ad Patriarchæ primum Responsum. Deinde, à Calendis Iul. vsq; ad Michaëlis ferè, Compendium Theol. Iacobi Heerbrandi, à Crusio Græcè conuersum est. Quod Patriarcha 4. Mart. 78. in Thessalia accepit: quando suas Ecclesias visitabat. Responsum 1. ad Patriarcham.

Tybing. 18. Maij, quidam propter blasphemias & periuria, pœna digna affectus est. ἐγλωσσοτομήθη ἐν ἀγορᾷ, λύο δακτύλους ἠκρωτηριάσθη, καὶ μαστιγωθεὶς ἐξωρίσθη. Blasphemiæ pœna.

Mense Octobri, M. Martino Clæßio (tunc Hospitalario Stutgardiæ concionatori: & speciali Stutgardianæ Præfecturæ Superintendenti) commissa est Abbatia Kynigsbrunnensis: à magno Magistro Curiæ Iacobo ab Hobeneck. & Præposito Baltas. Bidembachio, Ioanneq; Æntzlino Directore. Kynigsbrunn.

Martinus Forbisser Anglus, à 26. Maij, vsq; ad 17. Septemb. nauigatione in regiones Occidentis & Septentr. perfecta, 200 dolia (Tonnas) auri ibi reperti, in Angliam retulit, ex gentibus valde barbaris & stupidis, tinnitu & splendore rerum lætantibus. Forbisser.

Primis Augusti diebus, Antuerpiæ arce & vrbe expelluntur à ciuibus, & Belgicis ordinibus, præsidia Austrio fauentia. Et sic Auraicus Princeps potitus est Antuerpia. Antuerpia.

Vidua quædam nobilis & pia, filium inobedientem in Academia habens, multoties eum literis ad pietatem & officium adhortata est: desperatumq;, tandem execrata est: ipseq; non multò pòst noctu vulneratus, miserè perijt. Maledictio enim matris eradicat fundamenta filiorum, Ecclesiast. 3. Inobedientis matri filij, in viridi ætate extinctio.

Lieber Sohn / wie magstu mich in meinem Alter also betrüben? Man schreibt mir / du seyest Weinsüchtig. Halt das Maul zum Wasserkrug. Du bist ein Betler / vnd wilt Sammet tragen. Ich wolt / daß dich ein Pestilentz darnieder stieß. Wer den Eltern nicht folgt: auff den kömpt alles vnglück: daß einer erstochen wirdt / oder sonst schändtlich vmbkompt. Ach deß grossen Leidts / das du mir zuzeuchst. Besserstu dich: so will ich das Mütterlich Hertz wieder zu dir wenden. Wo nicht: so fahr hin: so bin ich dein Mutter nimmermehr. Ich merck deine Tück wol. Wann ich nur todt wer: so meinstu / du hettest gewonnen. Aber es wirdt dich wol gerewen. Ach daß du ein Kindt der ewigen Seligkeit würdest: vnd dir helffe der liebe Gott / der dich erschaffen hat: vnnd der Heyland Jesus Christus / der dich erlöst hat: vnd der H. Geist / der dich geheiliget hat in deiner Tauff / ꝛc.

Nouemb. 13. horâ 6. noctis Cometam παγωνίαν *Tybingæ vidimus: qui 10. Nouemb. Constantinopoli videri cœpit. Stabat in vno primorum graduum capricorni, aliquantùm trans Eclipticam Septentrionem versus, longus 13. gradus. Durauit 2. M.* Cometei.

Decemb. 5. Gebhardus, Baro VValdpurgens. factus est Archiepiscopus Coloniensis. Sed quia duxit vxorem postea: in ea dignitate permanere per Papam non potuit.

Nuptiæ Tybingenses. Celebrarunt nuptias, Maij 7. Antonius Varnbyler, Ecclesiæ Diaconus cum Ioannis Visceri Med. D. filia Sibylla: & Maij 8. Vlricus Varnbyler, cum Agnete Kynigspachia. Ambo, Nicolai Varnbyl. senioris filij. Nuptia.

Augustanæ nuptiæ. Nicolai Varnbyleri Iurisc. iunioris, & Constantiæ Ienischinæ, Octob.

14. Deinde, Adolphi Occonis, Med. D. & Reginæ Geirhosinæ, Nouemb. 18. Præterea, Ioannis Hartliebij Iurisc. & Euphrosynæ Valberinæ, Decemb. 4.

Hoc anno, iuuenes patricij, splendidam Augustæ choream (ein herrlichen Gesellentantz) celebrarunt, in patriciorum orchestra: sicut eam quinquagesimo quoque anno celebrari mos receptum est.

Hoc 1577. anno mortui.

Vitâ functi.

1. *Stugardiæ, in Parochiâ.*

Wer Gottes Sohn/ vnd Jungfraw Kind/ Jm glaubet vnd vertrawt allein:
Mit Demut in der Krippen findt/ Dem will Gott gantz barmhertzig seyn.

Bedenck das End.

Staineckh. Die Edel vnnd Tugendtsam Fraw Küngund Hecklin von Staineckh/ geborne von Schönaw: Hans Jacob Hecklen von Staineckh/ gewesen Landvogts zu Mümpelgart/ hinderlassne Wittib: ist im 60. Jahr jhres Alters zu Stutgardten den 13. tag Martij/ *anno* 1577. im HERRN seliglich entschlaffen. Dern der Allmechtig/ mit allen Christgleubigen ein fröliche Aufferstehung verleihe/ Amen.

A. Domini 1577. Aug. 7. starb der Edel vnd Vest Eberhart im Thurn von Schaffhaussen/ *Ætatis* 30.

Hoheneckh. *A. Domini* 1577. den 7. Christmonats/ starb Jacob von Hoheneckh/ in seiner Kindthait: Jacobs von Hoheneckh zu Vilseckh/ Fhr. Whr. Landhoffmaisters Agnesen/ gebornen von Münchingen/ seines Ehegemahels/ Eheleiblicher Sohn: dem GOtt gnedig sey/ Amen.

Apud S. Leonhardum, Iun. 11. Joan. Vlricus Neiffer/ Fhr. Whr. Landschreiber.

Mense Iunio, Ioannes Broll, ciuis Stutgard. cuius anima Deo viuat.

Was hatt jr mich hie mein langes Leben? Jch bin nur tod/ ein faules Aas:
Mein Leib der hat mich vber geben. Mein Gütter all ich hinderlaß.

Scio quòd Redemptor meus viuit, &c. Iob. 19.

A. 1577 *die S. Steph. obijt Cyriacus, nobilis à Rinckenberg, iunior.*

Oseæ 13. *De manu mortis liberabo eos: de morte redimam eos. Ero mors tua, ô mors: morsus tuus ero, Inferne.*

1. *Thess* 4. *Nam si credimus, quòd Iesus mortuus est & resurrexit: sic & Deus eos, qui dormierunt, per Iesum adducet cum illo.*

In Hospitali. Aug. 16 *honestus vir, Ioannes Baier, ætatis suæ* 49.

Linsius, Lentulus. 2. *Tybingæ, In Templo humatus est* 10 *Mart. Zynnpertus Linsius (Lentulus) Memmingensis, Med. D. Ruperti Lentuli à Dorndorff frater: qui superiore anno pestem Eßlingæ vitauit, huc concesserat. Piè in Christo defunctus est.*

Mendlinus. *Iun.* 14. *horâ* 4. *manè. M. Ioannes Mendlinus, Dialectica Professor, vir egregiæ âdfrictæ & humanitatis cum grauitate coniunctæ, proceræq; staturæ. Semper delectatus fui suauitate & bonitate viri: à quo teneo adhuc Versiculum clericalem:*

Te primùm benedic: quia Presbyter ipse facit sic.

Postridie sepultus extra oppidum, concionatus est M. Iacobus Dachtlerus, ex 2. *Tim.* 4. *de hanc sententiam. Discamus, benè mori, exemplo Apostoli Pauli. Nam mors est* [illegible] *immolatio nostri. dolorifica quidem, sed Deo grata. Est & ἀνάλυσις, resolutio à multis ærumnis. Vita verò præsens, ἀγὼν καὶ ἆθλος, certamen & cursus est: contra cupiditates improbas, contra Mundi tentationes, cõtra Diaboli assultus. Quo certamine* [illegible] *ad vltima vsque spiritus: semper ad vlteriora cursu contendendum est, idq; fides conseruatione.*

Moriendum benè.

Ob coronam iustitiæ consequendam.

Tum βραβεῖον, præmium sequetur, rectè viuentes & morientes, δικαιοσύνης στέφανος, iustitiæ corona, δικαίως, ὑπρτὸς: καὶ μόνον τέλειος δικαιοσύνη τὸν μισθὸν διδοῖ. τοῦτον δὲ μόνον ἐκ θεοῦ κεκτημένοι: καὶ μόνοι ἐλευθέριοι, πίστει καθ' ἕξιν μαχόμενοι καὶ νικῶντες διεπορεύθησαν. Iustus est, Iudex ille: & præmium perfectæ tantum iustitiæ dat. Eam autem solus impleuit Christus: & nobis donat, fide accipientibus, quæ sit testata virtutibus à Deo mandatis. Hanc coronam etiam hic venerabilis senex accepit: cuius fiducia in solo fuit Christo: qui fidem suam muniuit S. cœnæ perceptione, tum aliàs anxiè sæpe, tum in tempore mortis: qui ex Psal. 32. *dixit: Beati, quorum remissæ sunt iniquitates: qui feliciter in sua statione egit, ad* 38. *annos docendo: qui deniq; pecuniam ad sustentandos pauperes studiosos legauit.*

Iun.

Iun. 27. *Ioannes Krugius, Senator oppidanus, honestus & pius: qui se consolatus est Dicto Iobi* 19. *Scio, quòd Redemptor meus viuit: quod postridie in sepultura eius D. Theoph. Snepfius explicuit.*

Aug. 31. *Barbara Stamlerina, Conradi Stamleri Cos. vidua, Doctoris Iacobi Heerbrandi socrus: Snepfio postero die Dictum ex Psal.* 13. *Illumina oculos meos, explicante.*

Septembr. 6. *humatus est nobilis adolescens, Rudolphus VVolfius à Creen, vel Grün,* ἀριδηλότατος γὰρ ὑπὸ βροτοῖς θανατικὸς πετρωμένος. *Concio M. Thomæ Lœheri, ex Luc.* 13. *Non soli peccarunt isti Galilæi.*

Octob. 14. *Carolus Drachstet Lunaburgensis, & ipse Studiosus nobilis. Concio eiusdem Diaconi, ex Esa.* 40. *Omnis caro fœnum.* Χόρτος χλωρὸς, ἀνθος, ἄνθος καλὸν, ἀνεβὸς καὶ ἐμαρὸς ἔδεκτ.

Bebenhusæ verò vitæ valedixit Aug. 20. *nobilis & validus VVendelinus de VVildenovv, Volij de VVildenovv. dictus Volius, iunior, anno ætatis suæ* 45. *senior deinde VVendelinus VVildenouius Volius,* 16. *Iun.* 1579. *ætatis* 75. *anno.*

3. *Vlmæ. Circa diem S. Thomæ, Christophorus Ebinger Eßlingens. Med. D. obijt, amicus charus.*

4. *Eßlingæ. Decembr.* 29. *Vrbanus Vetscherus, ferè nonagenarius.* Βιωσιμώτατος ἀνὴρ καὶ ἀνεβέστατος ἡμῶν πατήρ. *Prosecuti sumus, Georgius Hambergerus, Bernhardus Reihingus, & ego (ἐγὼ καὶ τὰ γαμβρός) funus postridie: concionemq; habuit per honorificam Parochus Ecclesiæ, Doctor Christoph. Hermannus, ex Esa.* 9. *Puer natus est nobis.* *Vetscher.*

5. *Reutlingæ, in Templi pariete iuxta ambonem. Nicolaus Mœglinus Doctor. Barbara Gutgsellin. Anno* 1577.

Nicoleos Mœgling septem Reutlinga per annos
Doctor eram Medicus, non sine laude tuus.
Mille & quingenti, septemq; decennia, sexq;
Anni, bant medium lane bicepsq; tuum:
Octo ego lustra videns, annumque, fragillima clausi
Lumina: morsq; mihi tormina ventris erat.
Quam docui infirmos mihi erat patientia curæ.
Viuus eram Christi, mortuus eius ero. *Mœglingus.*

6. *Augustæ. Achillos Gassarus* 4. *Decembr. decessit: aridissima febri, & melancholia, laborans. Natus fuerat* 3. *Nouembr.* 1505. *ante ortum Solis, Lindauij: ex Vlrico Gassaro, & legitima vxore eius Vrsula Randeccina: Caspari, nobilis à Randeck, filiâ. Additum ei fuit nomen Firmiani, anno* 1512. *in confirmatione, ab Ioanne Fabri, Vicario tunc Parochiæ Lindauiensis: Postea, Episcopo Viennensi. Obijt pater Gassari* 1. *Mart.* 1517. *Louanij: Chirurgus industrius, miles strenuus, vir eo dignus: de quo aliàs satis diximus. Ipse Achilles* 1528. *Med. Doct. creatus est, Septemb. vltimo, in ciuitate Galliæ prouincialis Auraica. Literas initiò apud patrinum suum, Lindoiæ didicerat, Leonhardum Baierum. Postea* 1520. *Selestadium, mense Maio ad Ioannem Sapidum est missus. Anno autem* 1522. *reuocatus in patriam rebus physicis per tres menses, Argouæ sub Vrbano Regio priuatim dedit operam. Quo anno etiam VVitebergam ad Philippum Melanchtonem profectus: vsque ad* 1525. *annum, ad studia humaniora incubuit: & Medicinæ limina salutaria cœpit. Inde Viennam Austriæ profectus, sub D. Simone Lazio studium medicinæ compleuit, ac mathemata didicit. Postmodum* 1525. *in Galliam Occitanam abiens, Montempessulanum petijt. Inde, Auenionem, siue Auraicam: vbi Insignia Doctoræ consecutus est, vt antea diximus. In hanc sententiam, ipse de se: sicut ex Marco Henningo didici.* *Gassarus.*

7. *Hirsaugiæ, prope suggestum, inter altare cœnæ Dominicæ, & Baptisterium.*

Anno Domini 1577. am 10. tag Maij / starb der ehrsam Michel Karg: Johan Karg genannt Parsimonij, Abts zu Hirsaw / geliebter Vatter. Welcher / als er zu Augspurg vber die 50. Jar / mit seiner Haußfrauwen / deß ermelten Abts Mutter / in der Ehe gelebt: ist er hernacher *anno* 1574. den 8. *Septemb.* sampt gemelter seiner Haußfrauwen / zu seinem Sohn dem Abt / herab in das Kloster kommen. Bey dem er sein Leben Christlich vnd Gottselig vollendet / im 80. jar seines Alters. *Kargij. Parsimonij.*

8. *Mart.* 23. *mortuus est Marchio Carolus Badensis, Ernesti Marchionis F. in arce Carolisburgo, anno ætat.* 48. (*cùm* 24. *annos regnasset: Ecclesias suas puro verbo Dei reformasset: & di-* *Badensis Marchio Carolus.*

& ditionem amplissimis ædificijs exornasset) relictis filijs tribus: Ernesto Friderico, & Iacobo, & Georgio Friderico. Sepultus est in Collegij Sammichaelici interiore choro, Phorcæ. Vxores habuit, Kunigundin Brandeburgicam, & Annam Palatinam.

Peste Reutlingæ mortui.

Reutlingæ, per totum hunc 1577. annum, obierunt pestilentia homines 728. Inter quos, mense Septembri, 89. Octobri, 266. Nouembri, 204. Inter quos, semel vno die, nempe 14. Octobr. 17. homines.

Anno autem 1578. vsq; ad 16. Ianu. 28. homines. Infantes porrò, omni illo tempore, circiter 150. Summa omnium mortuorum, 906.

Hoc anno, aut non multò secus, lapidum alabastri albi latoniæ, inter Tybingam & Herrebergam, prope pagum Kai, inuentæ sunt.

Einsidel.

Deflagrauit huius 1577. anni die 12. April. Monasterium Einsidelense, cum pulchro suo vico tectis scil. 80. combustis. Incensum fuerat ab Othmaro Stær Bischoffscellensi, & socijs. Idem 21. Septemb. prioris anni, bonam etiam partem oppidi Curiæ (inferiorem Maienfeldam versus) combusserat. In Appendice Stumpfij.

ANNI SECVLARIS ACADEMIÆ TYBING. CELEBRATIO: SCHOlæq; eiusdem administratio. Transmarina peregrinatio Ioan. Theobaldi à Gemmingen. Illustrium hominum coniugia. Quorundam clarorum obitus. Salomonis Schvveickeri descensus Constantinopolin, & Stephani Gerlachij inde reditus. Clades Hispanorum in Africa.

CAPVT XXIIII.

Sintzendorff. Salomon Schvveicker. Cōstantinopoli.

ANNO 1578. Ianu. 1. Legatus Cæsareus Ioachimus à Sintzendorff, & concionator eius Euangelicus Salomon Schvveicker Sultzensis, Vngnadio & Gerlachio successuri vrbem Constantinopolin intrant.

Illustrissimus Princeps, de Hospitali Tybingensi emit domicilium B. virginis (zu den Armen) è regione meæ domus: quod nunc est celsitudinis eius σιτοβολῶν, granarium. Statuta est ibi τῆς θεομήτορος, annorum 64. tunc.

Febru. 4. Doctores V. I. creauit D. Ioannes Hochmannus: Andream Fabricium Siles. & Georgium Avverum.

Iubilæus annus Academiæ Tybing. celebratus.

Febru. 20. celebratus est Tybingæ secularis annus, seu Iubilæus: nempe centesimus ab institutione huius Academiæ: cùm pridie illustrissimi Principes huc venissent: Ludouicus VVirtembergensis, & vxor eius, huiusq; fratres duo Marchiones: magno cum comitatu generosorum comitum & nobilium. Celebratio ea sic est peracta: vt breuiter dicam, quæ obseruaui. Nam egregio carmine latino, rem omnem prolixè descripsit M. Erhardus Cellius. Horâ media 8. antemeridiana, die 20. Febru. orationem latinam habuit D. Theodoricus Sneppsius, in Aula (vt vocant) noua: præsentibus iam dictis Principibus, nobilitate omni, & Monasteriorum Abbatibus, Iudicibusq; Aulicis, Magistratu oppidano, & multitudine Studiosorum. Quæ oratio fuit de laudibus Principum VVirtembergicorum: propter Academiæ fundationem, & beneficia in eam collata. Deinde: vniuersis in Templum (quod proximè situm est) ingressis (resonantibus Tubicinibus Principis, & tympanis ex ære militaribus reboantibus) concio Germanica, à Doctore Iacobo Heerbrando (cancellarius enim Iacobus Andreæ, in Saxonibus aberat) habita est, tali tempore & statu digna: ante & post eam, Musicis Principis concinentibus. Absoluta vtraq; oratione: in arcem ascendimus omnes: post horam 11. pranderi cœptum est in equestri Hypocausto magno, multis mensis: ferculis ter appositis: nempe quinis, quaternis, ternis: cantionibus humana voce, & vario instrumentorum genere sonantibus. Comœdiam postea Nicodemus Frischlinus egit Prisciani: barbarie superiorum seculorum mortui: & præsenti seculo per Erasmum Roterod. ac Philippum Melanchr. resuscitati. Durauit solennitas vsq; post horam vesperi quintam. Postridie D. Lucas Osiander funebrem concionem habuit: de iuuene Stutgardiano, Daniele Büchsengiessero: qui 19. Februar. in dispositione tormentorum arcis, Principibus venientibus rupto tormento postremo, interierat. Postea Vniuersitas prandium dedit: ad quod Principes quidem non descenderunt: sed Aulici, nobiles, Abbates, Doctores, & alij, in domo Sapientiæ, mensis 13. epulati sunt. E regione verò, in domo vicina Ioannis Krugij beati, apud viduam: in vno hypocausto, 3. mensæ erant: in altero, etiam 3. Missus ciborum, ter appositi: scil. quini, & bis septeni. Celebratum conuiuium, vsq; ad tertiam vespertinam. Postero die, Magistratus Tybingensis donum, Vniuersitati datum, vidimus (per Archigram-

ebigrammateum Isaacum Schwartzium) taurum opimum: in cuius fronte, Insignia oppidi: dextro latere, Principis: in sinistro, Academiæ. Cornu illius dextrum, inauratum: sinistrum, miniatum. Eodem die, Principes discesserunt. Tum 23. Febru. (die Dominico) omnes Professores, cum vxoribus in domo Sapientiæ prandimus & cœnauimus, mensis 6. Et hic fuit anni secularis celebrati letus finis. τῷ θεῷ δόξα. Taurus felix.

Postea autem mense Aug. omnes Abbates, quoniam inuitati ad eam celebritatem venerant, preciosum craterem duplicatum Academico Senatui donarunt.

Ex concione 20. Febr. Doctoris Heerbrandi, breuiter exceptum.

Ἡμᾶς λέγειν τὸ ἰωβηλαῖον τοῦτο μετὰ μεγίστης εὐχαριστίας: διότι τὸν θεὸν ἀκολουθήσαντες, ἐκτετρώμεθα τὴν ἐκ τῶν θανατικῶν λιμῶν ἀλλοφυλῶν, καὶ τοῖς Ὀυιττεμπεργικοῖς χρήσιμον εὐχαριστήριον τοῦτο τεῖχος τε ποιησάμενοι, καὶ τῷ ζῶντι καὶ κύριῳ ἑτοίμως πείθεσθαι, ὅτι, διακηκύττες ἐπικαλεῖσθαι τὸν θεὸν ὡς πατέρα ἀγαθὸν, καὶ παντὸς κακοῦ παλαμναῖος ἄρτις καὶ ἀεὶ νικῶν, τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐπέστησε σωτῆρα, ὃς σώζει ἡμᾶς ἐκ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν: καὶ ἵνα ἐνδόξως ἐπὶ μέγιστον διατείνῃ τὸν ἀκολουθίαν: τὸν ζωῆς πηγὴν, ὡς σώζει ὁ μακαρίτης αὐτὸς πίστις ὠνόμασεν, μὴ γὰρ ἀγνοεῖτε τῶν καθ' ἡμᾶς πραγμάτων ἐν ἡ πηγὴ ἡ ζωηρὰ: ὥσπερ αἱ, παλαμαι μοὶ οὐ ἀλλαλαὶ δεῖξε λαμπρὰς πρᾶναι ἄστε, νῦν δ' ὑπὸ τῶν τέρμων ἀφανισθέντες, τότε δ' εἰσπαμέσουσι ἡ λιλαιπαλία ψευδὴς, ἀγρόμενοι πάντα ἀνθρώπου βίος, καὶ πᾶν πανὸν, πεφανέλωθε δὲ πάντας, εἰ λύναντας, διατηρεῖν τὴν πηγὴν: καὶ, ὅσοι διψάσαλοι, πεῖν ὧν καὶ ἐπιμανῶσι λιλαίεσθαι: ἵνα μὴ ἀπόληται ἡ τελεία, μηδὲ μέτρον ἀλλ' ἀπόλητα γένωνται, Iubileus, quomodo celebrandus.

April. 25. M. Georgius Burcardus, qui Scholam Roteburgotuberanam rexerat, ad nos Tybingam rediit: Professor Dialecticæ futurus, quam Mendlinus dotuerat. Ideo, in collegium nostrum receptus. G. Burcardus.

Calendis Maij, Rector 188. factus est D. Ioannes Viscerius.

Inscripti. D. Andreas Planerus (successor D. Schegkij in docendo, Argentorato reuocatus) denuò 26. Maij. Truderus & Iacobus Biornones, Dani fratres: & Hieronymus à Stein, Borussus, eorum Præceptor, Iun. 2. Illustrissimus Georgius Gustauus, Comes Palat. Rheni, Dux Bauariæ, Comes Veldentiæ, &c. Frid. Melchior Comes de Falckenstain, Dom. in Oberstain, &c. Ioannes Leo, Magister Aulæ: Daniel Pappus, Præceptor: Philibertus de Kippenheim: Iul. 2. Iacobus Schegkius Tubingens. Aug. 27. Barthol. Kellenbentz Siessensis prope Gœppingam. Acad. Tybingens. Biornones Dani. G. Gustauus.

Die Lucæ, Rector 189. Nicolaus Varnbylerus.

Inscripti. Paulus Segedinus, Fabianus Piso Bellerius, Dauid Sigismundus Cassouiensis, Michael Carolinus, Vngari, Nouembr. 2. VVolfgangus Iacobus Nothafft ab Hohenberg, & Iacobus Eberhardus de Reischach, Nouembr. 26. Ioannes Theodoricus Sneppfius, D. Theodorici F. Tybing. 4. Marc. 1579. Vitus & Ioannes Ernestus, Domini de Schonburg, Domini in Glochau & VValdenburg: Maximilianus Baro de Scharpfenburg: Gynther & Rodolfus à Biuau: VVolfgangus à Berbisdorff: M. Pancratius Siessenbach, Hirsbergensis, Præceptor Baronum: April. 29. Nothafft.

Decanus Philosophiæ. Doctor Philippus Apianus.

Magistri Creati. Martinus Bohemus Merstettensis, Febr. 5. Leonhardus Rennerius Roßfeldensis. Ioan. Georgius Siguart VVinedens. Iacobus Frischlinus Balingens. Nicodemi frater. Ioannes Christophorus Neuberger Augustanus. Fridericus Prenninger Rotemburgotuberanus. Iul. 30. Magnus Agricola Holzhaimensis. Felicianus Truberus Campidonensis, Primi F. Siguartus.

Maij 14. D. V. I. creatus est. M. Samuel Haidenus Caluens. Haidenus.

Maij 15. post horam 12. vsq; ad secundam, ingens imber, inundatio, grando, interitus aliquot hominum & pecorum, laceratio vinearum, Horbæ, & alijs in locis. Sagis accepta referebatur vulgò tanta calamitas. Iunijq; 7. exustæ sunt ab Horbensibus mulieres tales 9. Inundatio.

Iun. 24. Stephanus Gerlachius, literas in ciuitate Bulgariæ Sophia, Tybingam ad M. Crusium scripsit: quas is 30. Aug. cum patriarchicis literis accepit. Sophia, ciuitas Bulgariæ.

Nobilis vir, doctrinâ, humanitate, plurimarum rerum vsu præstans, Ioannes Theobaldus à Gemmingen, hoc 1578. anno transmarinam ad S. Palæstinæ loca profectionem suscepit. Die 21. Iun. Venetijs, in portu Malamocco nauim conscendit, cui nomen Donata: & insulam Corcyram petijt, Zacynthum, Cretam, Cyprum, & Syriæ Tripolim. Terrâ montem Libanum adijt: ac Tripoli reuersus, naue Saracenica Ioppen peruênit. Inde terrestri itinere Ramam, Hierosolymam, Samariam, Galilæa Nazaretam, & Damascum. Distat Damascus ab Hierosolyma ducentis milliaribus Italicis. Damasco profectus est per antiqua oppida & vicos, Zedneram, Nebrotum, Iuberudam, Caroam, Leuiram, Chemesum, Luizam, Gemmingeri Theobaldi peregrinatio Hierosolymitana. Damascus.

Lutzam, Chamanam, Hotorum, Marram, Marum, Harakeiam, in vrbem Alepum (Antiochiam, Comagenem) quæ à Damasco CCXXX. mill. abest. Alepo Tripolin rediit, per Ital. mill. CCC.

Damiata. Inde Damiatam (Pelusium, Heliopolin) Saracenica naui accessit, per CCLXXX. milliaria. A Damiata per Nilum cymbâ petit magnam vrbem Cairum, milliarib. CC.

Rosseta. Inde Rossettam deuectus est, vbi Nilus in mare defertur. A Rossetta, Alexandriam: quæ

Alexandria. CCL. mill. Ital. à Cairo distat. Alexandria conscendit Massilienſem nauim: quam à pernicitate

Melite. Saëttem (Sagittam, ναῦν ταχυπόρον) vocant: & MM. milliaribus, ad inſ. Meliten, ſemper in mari, per 49. dies aduectus est. Hinc, in Siciliam & Neapolin: ac terrâ, in vrbem Romam. Tandem, φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν, in patriam exoptatam. Viuebat Hainshaimij 1589.

Messii dies. Augusti 10. gratias egimus Deo in Ecclesia, hortatu D. Theod. Sneppfij, pro diuitiùm messi, quam Deus hac æstate dederat, perceptione. Orauimus etiam ipsum pro Carinthijs, Styrijs, & Carniolanis (sicut nostris se precibus commendarant) in animo habentibus, arces quasdam amissas, armis à Turcis recuperare.

Traiectum. Septemb. 26. accepi literas ex vrbe Traiecto, Theodori Canteri, cum Græca oratione Nyſſeni de funere Pulcheriæ. Sed non existimo Pulcheriam illã esse, quæ fuit Theodosij minoris ſorur.

Nuptiæ.

1. Maij 26. Richardi Palat. cum Æmylia VVirtembergenſi.

2. Augustæ. Antonij Fuggeri (qui erat Georgij F. Raimundi 1. Baronis N.) cum Barbara, Comite Helffenſtainia, Febru. 4.

Viehеuſer. Doctoris Sigismundi Viehеuſeri, Vicecancellarij Cæsarei, vidui: cum Felicitate Rehlingerina, Sebastiani Christophori Rehlingeri patricij, Doctoris & equitis, Augustanæ vrbis Aduocati, quondam filiæ.

Bombarderium Augustæ certamen. Certamen hoc anno celebre actum est Augustæ in Rosenouia, tormentis falconarijs, per hebdomadas sex. Erant iaculatores D. C. XII. Emittebantur globi 800. passus vsq; ad scopum. Quisque vno tormento ter iaculabatur. Scopo ter icto: brabeum abstulit ciuis Augustanus Dauid Pæglinus, opificio Macharopæus.

Eodem anno, Martinus Zobel, ciuis eiusdem vrbis, super fossa Franciscana nouum Xenodochêum (Bilger Hauß) fundauit, in vsum pauperum ægrotorum. Deus ei propicius sit.

Zygomale Theodosij nuptiæ. 3. Constantinopoli, Theodosius Zygomalas Protonotarius, cum virgine Græca Irene Mꝛschina, Nouemb. 2. nuptias celebrauit.

Obierunt.

Defuncti.

Balt. Bidembachius. 1. Stutgardiæ, in Parochiali. D. O. M. S. M. Balthasarus Bidembachius, Grumbergi in Hassia natus, in Ducatu VVirtembergico à teneris educatus: vir eximia eruditione, iudicio acerrimo, eloquentia singulari præditus: Theologus insignis & sincerus: illustrissimorum Ducum VVirtembergensium concionator Aulicus: & in administratione Ecclesiastica Consiliarius: in hac æde Præpositus: Ecclesiæ Christi, concionibus & consilijs vtilissimè inseruiit: gregem sibi commissum, exemplo innocentis vitæ, ad pietatem inuitauit. Cùm ministerio Ecclesiastico, magna cum laude functus esset annos 25. piè in Domino obdormiuit: & multis auditorum suorum lachrymis, sepulturæ mandatus est. Anno Salutis 1578. die 17. Augusti. Vixit annos 45. menses 7. dies 3.

Nostrum nemo sibi viuit, moritur sibi nemo:
Non fas est nobis viuere, nonque, mori.
Viuimus at Domino, Domino morimurque redempti.
Vt viuendo Dei, sic moriendo, sumus.

In Hospitalario. Ianu. 16. starb der Ehrnhafft vnd fürnam Johan. Rörach / Fürſtlicher Rentkammer Raht.

Breuningus Conr. 2. Tubingæ. Conr. Breuningus Cos. senio & auctoritate grauis, Feb. 20. apoplexiâ tertiũ ictus, quando pransuri ascendebamus in arcem. Concionem in funere eius 22. Feb. D. Theod. Sneppfius habuit. Μυρίοις πκτανηνέγκατο τοὺς ἀνειλόμενος, ἐξαίφνης ἐτελεύτησεν. Μᾶλλον μὲν δὴ, ὅτε κεῖνον οἰκτίλουσι, ἢ τοῦτο θάνατος, καὶ οὐδενὸς πρόχειρα ὁ θεὸς αὐθρωπον ὅσιον τοιοῦτος ἐποίησεν μὲν οὖν τῇ τῶν ψυχῶν πρὸς σωτηρίαν ἀρχῇ κατακοσμῆσῃ.

Gerlach. Ioannes Ioan. Gerlachius, V. I. D. Tybing. oppidi Aduocatus. Cõcionatus est 9. Apr. D. Th. Sneppfius. ἦν ὁ τιθαμμένος, πιστὸς εἰς χριστὸν ἀνὴρ, καὶ τὸν τρόπον ἀγαθὸς, ἀπειλὴ δὲ ἀ τοῖς ἀποθανοῦσι ἀμυγεῖσθαι, ἀλλὰ τοῖς ζῶσιν· ὑμᾶς ἀξιῶ πάντας, σὺν παρασπουδῇ θαι εἰς τὸ σύντομον ὄντ' ὠφέλιμον ἐνδημεῖν.

Ambro-

Ambrosius VVidemannus à Mœringen, iuuenis Studiosus nobilis. Concionatus est idem Sneppsius. αὐλεῖται μοὶ πατασυνιθεὶς, τῷ θεῷ δὲ τὴν ψυχὴν παραβεβαινος: συωσυχεμενῳ αὐτῷ καὶ τῷ, ὃς παρεσχεν αὐτῷ.

3. Hirsaugiæ, è regione Suggesti. M. Michael Parsimonius, Ioannis Parsim. Abbatis ibi filius, 12. Octob. 1578. ætatis 19. anno.

Alibi mortui.

In Belgio, Ioannes de Austria, Octobr. 1. Cui successit Princeps Parmensis, ex sorore Regis Hispaniæ natus. Ioan. de Austriâ.

In Africa, Sebastianus Rex Portugalliæ, Aug. 4. cum multis millibus occisus: dum Muleium Mahametum, Regnis Fessano & Marocino à patruo Abdelmelecho expulsum, restituere conatur. Habuit in exercitu suo, tria etiam millia Germanorum. Nullum filium reliquit. Itaque Rex Hispan. Philippus Austrius, hodie Regnum Portugalliæ possidet. Antonius enim, ex ea familia nobos, exclusus est. Portugal. R. Sebastianus.

Reduxerat Cancell. Iacobus Andreæ 20. Septemb familiam suam huc: sed 2. Octobr. M. Ioanne Georgio Godelmanno comitatus, rursus in Saxoniam abijt. Iacobi Andreæ Profectiones.

Decemb. 11. (die Iouis) M. Stephanus Gerlachius (cùm 5 annos Constantinopoli fuisset: & in reditu Pragam ac VVitebergam adijsset) ad nos Tybingam feliciter redijt. Stephani Gerlachij reditus Tybingam.

GRÆCORVM ADVENTVS TYBINGAM: CLIMACTERICVS HOMICIDA annus. Rectores Tybingenses. Secundum Patriarchæ Responsum. Fulmen Tybingæ. Nuptiæ & obitus clarorum hominum. Mastrichensis vrbis clades. Status Ecclesiarum præsens in Saxonia.

CAPVT XXV.

ANNO 1579. Ducem Ludouicum, iam feliciter sui iuris in administratione rerum factum, ordines Ducatus pro dignitate donis obedienter honorarunt. Iste noui anni auspicijs.

Febru. 2. ad me vênit Græcus Cyprius, Stamatius (Eustachyus) Donatus: cum commendatitijs à Doctore Argentinensi Ioanne Pappo: colligens eleemosynam, ad suos in Turcia captiuos redimendos. A quo multum didici ad intelligendam vulgarem linguam Græcam. Abijt 27. die eiusdem mensis. Venerunt sequentibus temporibus alij multi Græci hue. Stamatius Donatus Græcus, Tybingæ.

Edidit hoc mense Hieronymus VVolfius Quæstiones ex tribus libris offic. Ciceronis, anno ætatis suæ 63. (sicut ego Sueuicos Annales, cùm ipse mea ætatis 63. inchoaui) quem annum αὐλαγοδιδάσκαλον virorum domitorem) vocari ab Astrologis ait: quo Aristoteles, Demosthenes & Cicero, decesserint. Inscripsit auditori suo, Christophoro Pentingero, Narcissi F. Cl. Pij N. Conradi Pron. Climactericus annus, αὐλαγοδιδάσκαλος.

Regimen Acad. Tybing.

Maij 1. Rector 190. Ioan. Hochmannus. Schola Tybing.

Inscripti Gottfridus Thum à Neuburg, & Georgius VVolfg. à Kaltenthal atq; Christoph. à Dinstetten, Maij 11. Petrus Henerus Lindauus. Med. D. hodie VVormaciæ, D. Georgij Hamberg. gener. Philip. Engelhartus Tybingens. M. Leonhardi F. Maij 26. Andreas Musselius Noribergens. Iul. 2. Ioan. Georg. Sighardus August. Iul. 31. Henerus.

Octob. 18. Rector 191. Chilianus Vogler.

Inscripti Henricus Reus, Dominus de Plawen, medius, Nouemb. 17. Hercules à Salicibus Clauennas Rhætus, Decembr. 24. Ioannes Georgius, & VVilhelmus, & VVolfg. Christophorus, à Rotenhan, Francones, 27. Febr. 1580. Paulus Ienischius Antuerpiens. April. 23. Ioan. Soldanus Franckenbergensis Hessus, April. 24. Rotenhanij.

Decanus Philosophiæ. M. Georgius Lieblerus, quintùm.

Magistri renuntiati. Februar. 25. Sebastianus Redinger Aubens. Franco. Baltasar Sprenger Peurbachius Austriacus. Dauid Grunblat Rosenauiensis: Zacharias Hattler Nyrtingens. M. Bartholomæi Filius. August. 12. Ioannes Camentarius Ombdensis. Iacobus Rabus Monhemius. Casparus Bucher Austriacus Kirchschlagens. Ioannes Mageirus, & Andreas Osiander, Stutgardiani.

Maij 21. allatum est ex Thraciæ metropoli, SECVNDVM Patriarchæ Hieremiæ Responsum: quod Crusius vsq; ad 12. Iun. Latinum fecit. Secundum Patriarchæ Responsum.

Iun. 14.

Iun. 14. commodatò mihi Basileâ missum à Doctoribus Vlrico Coccio (Rectore tunc Academiæ) & Iacobo Grynæo, venit ingens M. Scr. volumen operum Gregorij Nazianzeni, Græcum, & antiquum: quod etiam iusto tempore ἀνεκαίστως remisi. Est 587. foliorum.

Fulmen arcui Tybing. *Iun.* 19. post horam 1. pomeridianam, cùm mecum esset M. Stephanus Gerlachius: domus icta est terribili cum sonitu, turricula arcis Tybingensis: habens magnam vim in se pulueris tormentarij. quæ momento oculi dissipata est, fenestræ arcis, & vicinarum domorum tecta cõfracta. ὅμα, ὁ, τι συμπῖπτει, καὶ ὁ συμβλασμὸς, καὶ ἀπορυγασμός.

Concordiæ in Religione pura opus. *Iul.* 27. audiebamus Tybingæ, negotium concordiæ in retinenda confessione Augustanæ (propter quod in Saxonibus erat D. Iacobus Andreæ) iam perfectum esse, & sub prælo versari. Rediit is 10. *Aug.* ad nos.

Hebrææ L. professores Tybingæ. Eodem tempore Lectio Hebræa (mortuo *Iun.* 15. M. Ioanne Bartembachio: viro optimo, qui insignem à Deo gratiam habuerat ad consolandos morientes) à Senatu Academico mandata est iuueni, præclaram S. linguæ notitiam habenti, Georgio VVeigenmaiero, Georgi Theologi filio.

Vindemia tristis. Circa 26. diem Octobr. erat vindemia tristis. Botri enim acerbi & congelati. Semper namq; præcesserant pluuiæ & frigus: ita, vt matureſcere uua non possent. Quocirca & frumenti pretium crescebat.

Matrimonia.

Steph. Gerlachij nuptiæ. 1 Tybingæ. Cùm 23. Nouemb. D. Iacobus Heerbrandus Theol. creasset, Stephanum Gerlachium, & Georgium Mylium Augustanum, Gerlachius postridie nuptias cum Brigitta, M. Samuelis Hailandi priuigna, celebrauit.

2 Augustæ. Adamus Schiller, Iuris D. nuptias celebrauit cum Elisabeta Schærmaierina Vlmensi, Mart. 2.

Fridericus Ilsungus, Præfecti regionis F. cum Iuditha, libera à Puchaim, Septemb. 20.

Ioan. Baptista Heintzelius, Septemuiri F. cum Barbara Hainhoferina, Octobr. 26.

Fuggeri Octauij. Octauianus Secundus Fugerus (Raimundi, primi Baronis, è filio Georgio nepos) cum Maria Iacobe Fuggeride, (Antonij Fuggeri, Raimundi fratris, itidem primi Baronis, ex Ioanne filio nepte) Nouembr. 22. Obijt ipsa 7. Iul. 1588. relictis multis liberis.

Rechbergij Baronis. Philippus Baro Rechbergius, cũ Anna Mariæ Fuggeride, Maria Iacobes sorore, Nouemb. 22. Quotidie per 14. dies 200 mensæ alebantur, in harum sororũ nuptijs. Nupsit hæc, illo mortuo, 1. Iul. 1588. Baroni Conrado Bemmelbergio iuniori, viduo, Bauarico VVembdingæ Præfecto.

Ἐτέχθη μοι ιθ. ἰουλίῳ θυγάτριον θεοδώρα, χωρὶς βλάβης: εἰ καὶ ἡ νυφοστόμα αὐτὴν, ἡ γαμετὴ μου καλέσασα, λίαν ἐτετάραχτο τῷ προειρημένῳ συμπτῶ: καὶ ὅτι ὀρθότερον, μαμίην τῆς ὀνομαζομένης ἐμπορικοῦ. Baptizata est eodem die vesperi: testificantibus, & fideiubentibus, V. I. D. Andrea Laubmario, & nobili domina Agnete à Fyrst.

Mortui hoc 1579. anno.

Defuncti. 1. Stutgardiæ, in Leonhardino. Ian. 4. Christophorus Kienlinus Pharmacopola, consularis.

Mart. 20. Iacobus Burchardus, Superioris VVirtembergici Consilij Registrator.

Aug. 8. honesta matrona Margareta Grawerina, Beati Fabri Iurisc. vxor.

In Hospital. Mart. 22. Melchior Kurrer, egregius & fidelissimus Secretarius annos 40. trium Principum: Vlrici, Christophori, & Ludouici: cùm vixisset A. 59. M. 2. D. 1.

Iulij 10. honesta mulier, Catharina Kyngspachina: Ioannis Fautij, & Georgij Schmackij, ciuis Cansladiensis, vidua.

2. Bebenhusæ. Ioan. VVendel de VVerdnorw, dictus Vol. senior, annorum ad 76. Iun. 16.

Henricus Schweicker. 3. Sultzæ. Henricus Schweicker, Solomonis pater, vir corpore & animo procerus & pulcher, Iun. 28. Postero die sepultus: quo vrbs Mastrichum ad Mosam, præsidio ordinum Belgicorum munita, tamen ab Hispanis, & socijs eorum Germanis, vi expugnata, crudelissimè funestata est: ita quidem, vt de 12. millibus propugnantium, vix 1. mille euasisse dictum sit. *Mastrichi expugnatio.* νίκης, οὐ πρόσεστι οὐ πρίστις οὐ, ἀλλὰ τὶς συμπάσχει τοῖς τηλικούτοις συμφοραῖς; χαλεπὸν δὴ εἰς. Δικτῶν, τραῦμα τῇ παρδίᾳ φερει. Ferè nemo amplius meminit proximi horribilis cometæ. μετανοῶμεν.

Barth. VVolfhardus. 4. Vlmæ. Bartholomæus VVolfhardus, Med. D. Vlrici Med. D. Memmingæ F. vir corpore & animo præcellens.

Ioan. Plieninger. 5. Grætij Styriæ. *Aug.* 27. M. Ioannes Plieninger, pius ibi concionator: sicut antea in Damabij insula Comorra, in castris D. Kielmanni.

Cùm

Cùm hæc 28. Mart. scriberem: literas ex nundinis Francofurt. accipio. Quarum cur non meminero: potius, quàm duorum aut trium corruptorum in antiquo Ethnici Romani saxo verborum: quæ à multis ita studiosè conquiruntur! At quanti hodierna fierent: si ante mille, aut bis mille, annos essent scripta! Negligimus præsentia, tanquam parua: vetera curiosè inuestigamus, quamuis minuta, tanquam magna. Et nostra fierent magna, si longinquitas temporum ea exciperet. Antiquitatis studium.

M. Martino Crusio, Præceptori & amico suo, S. à Domino.

Viuo adhuc in patria: Ecclesiæ, quæ ad D. Vdalricum colligitur, Diaconus vnius vxoris maritus, vnius filij pater. Religio nobis est pura & sincera: congruens cum Scriptis, in libro CONCORDIÆ comprehensis. Pax & tranquillitas, publica & priuata: Princeps & Magistratus, pientissimus, clementissimus, & iustitiæ amantissimus. Superstes etiam mihi est parens septuagenario maior: qui iam vltra 50. annos à Secretis fuit, & est etiamnum, amplissimo Senatui in hac patria nostra. Sunt & fratres mihi Iurisprudentiæ & Medicinæ Licentiati & Doctores: vnus verò, S. Theolog. candidatus, & liberalium artium Magister. Ecclesijs vicinis iam pax restituitur. His enim diebus, in conuentu Torgensi actum est de visitatione & reformatione Ecclesiarum & Scholarum: ad normam doctrinæ, in libro Christianæ Concordiæ comprehensæ, instituendâ. Visitatores constituti, Theologi 4. D. Selneccerus, D. Polycarpus, D. Georgius Mylius, & M. Georgius Lusthenius, Electoris Augusti olim concionator Aulicus. Exules passim restituuntur. Sic Felicianus Clarus, Hertzbergam: vnde fuerat expulsus cum Superintendente suo, M. Theodosio Fabricio: qui nunc Gœttingensi Ecclesiæ præest. Vale. Datæ in Salinis Saxonicis, VI. Mart. M. D. XCII. Philippi Galli Epistola. Ecclesiarum Saxonicarum status.

T. M. Philippus Gallus.

In Croatia, noua vrbs Carolostadium ad Archiduce Austriaco Carolo conditur, ob fines melius contra Turcam defendendos.

CONFLAGRATIO MONAST. SCHONBVCHIANI. FORMA CONcordiæ, edita. Academiæ Tybing. Rectores. Gesta in Belgio. Alttorffensis Noribergorum Academia. Comes Maximil. Fuggerus. Meteora quædam. Nuptiæ & obitus quorundam. Melancholici morbi effecta. Heröes aliquot Vngari.

CAPVT XXVI.

ANNO 1580. Ianu. 6 manè ab hora 5. vsque ad 7. conflagrauit cænobium S. Petri, à nobis non longè in sylua Schonbuchia dissitum: cùm balneum fuisset calefactum, nec ignis benè curatus. Accurrerunt studiosè Tybingenses & Rotenburgenses. Combusta perierunt aliquot pecora. Erat à Principe Eberhardo Barbato, consentiente coniuge Barbara Mantuana, conditum. Es hieß das Blauwe—Münch—Closter: oder Stifft Sanct Peters zum Einsidel im Schainbuch. *Præpositus ibi fuit anno 1492. M. Gabriel Byhel. Libellus ea de re Vlmæ excusus ab Ioanne Regero 2. Mart. 1493. ait cap. 1.* Wir stifften den Stifft Sanct Peters/ mit einem Probst/ als einem Haupt: vnd zwölff Canonikenpriester vnd Cleriken: nach der zahl Christi/ vnnd seiner zwölff Aposteln. Einen Meister vom Adel/ vnd zwölff Edeln/ oder Rittermässigen/ in der Herrschafft Wirtemberg sitzende: oder die mit langen Diensten/ oder alten Lehenpflichten/ vnser Herrschafft verwandt sind: oder / wo sie allhie nit weren/ sonst im Landt zu Schwaben: sonst von keinem andern Landt. Auch zwölff ehrbar Bürger von vnser Landtschafft/ Leybrüdern vnd Conuersen. Die all in gemein leben/ vnd ein Capitel machen/ vnterworffen/ vnd eingeleibt seyn sollen. *Capita omnino 30. erant ordinationem totam huius fraternitatis continentia. Quæ omnia postea sub Duce Vlrico, luce Euangelij restituta, euanuerant.* Monasterij S. Petri conflagratio. Fundatio eius.

Ibi castellum est amœnum: Equarum domus (Stuthauß) *dictum. In quo est rubus caninus* (ein Hagdorn) *dilatatus & patulus ad 52. vlnas circumcirca, columnis 40. insistens lapideis: nec quisquam stipitem eius circumplecti* (περιπηχύνεσθαι, περιοργυῦσθαι) *potest. Pulchræ quoq; vites, circum parietes castelli eductæ, quotannis in sylua vicina, ceruorum greges obambulantes cernuntur.* Rubus caninus.

Factus est hoc tempore, Dænckedorffæ præpositus, M. Ioannes Stæcher, Iacobus Schroppius, erat Maulbrunnensis Abbas.

Medio Februarij, mandata est extraordinaria lectio Theologica Tybingæ, D. Stephano Gerlachio: quam antea D. Ioannes Fasenbeccius habuerat.

Initio Martij, res iterum importatæ sunt venales ex comitatu Oetingensi Nordlingam, Cæsare agente. Nam antea interdictum fuerat.

Formulæ concordiæ publicatio.

April. 24. publicata est Dresdæ, FORMVLA concordiæ: opus in Christiano orbe maximè memorabile, Deo gloriosum, hominibus salutare. Subscripserunt ei multi Principes, Comites, ciuitates. Ex Sueuis, Lud. Dux VVirtembergensis: Fridericus Comes VVirtemb. & Montisgardensis: Marchionum Badensium, Ernesti & Iacobi, curatores: Gottfridus, Comes Oetingensis: Heinricus de Lympurg, Semper-liber. Vlma, Eßlinga, Reutlinga, Nordlinga, Sueuica Hala, Hailprunna, Lindauia, Memminga, Kauffbeurum, Isna, Campidonum, Gienga, Ol., Bopfinga, Donawverda, VVimpina. Constituta ideo hac concordia est: quod ab aduersarijs dictabatur: esse duos quidem, aut tres, Lutheranos esse: qui de confessione Augustana consentirent per omnia.

Collegia noua Scholastica, Augustæ.

Iesuitæ, hoc est sequenti tempore, destructis Christophori Fuggeri domibus, adificabant Augustæ nouum collegium Studiorum: & contrà Euangelici ciues, nacti aliam quandam eiusdem Fuggeri domum, condebant aliud collegium, contributione à ciuibus facta.

Rectores Tybingæ.

Acad. Tybingens.

Maij 1. Rector 192. Georgius Hamberger Medicus.

Inscripti. Caspar Bauhinus Basilienses, Maij 9. Georgius, Erenricus, & Adamus, fratres, ex Carinthia, Maij 20. Dauid à Kirch Lindauus, Iun. 10. Ioan. Itellus Senfft à Sulburg, Aug. 1. Nicolaus Iungius Lybecens. August. 10. Michaël Geller Campidonens. Aug. 30. Ioan. Vulcius VVetteranus Hessus, Oct. 5.

Octob. 18. Anastasius Demler Iurisc. Rector 193.

Inscripti. Ioan. Iacobus VValch, & Iacobus Zuincker, Schorndorffenses, Nouemb. 28. Ioan. Ludouicus Heller Stutgard. 10. Febr. 1581. Leonhardus & Erhardus Vranij, Gerstettenses, April. 6. Otho Rosencrantzius, Danus nobilis: & Nicol. Fridaugius Hadelens. Saxo, eius Præceptor, April. 18.

Decanus artium. M. Georgius Hizler, 4.

Græca exercitia.

Magisterij in artib. & Philosophia gradum consecuti. Feb. 10. Bernhardus Hausius Keitlingens. Martinus Curbinus Schorndorffens. Hi duo, primum locum habentes, Græcè Quæstiones memoriter tractarunt. Sic etiam, eorum Respondentes Magistri, Ioannes Morhardus, & Alexander Hubnerus. Quod nouum in hac Academia erat. Christoph. Lindlinus Stutgardianus. Ioan. Christophorus Brem Lindauiensis, Martini F. ibi Scholæ Magistri. August. 17. Sebastianus Bloß Minsingensis. Ioan. Ludouicus Binder Marbachens.

Iun. 15. Creati sunt Doctores Iuris: Gregorius Leonhardus Vlmensis, Gregorij F. & Ioan. Maier Lucchouiensis Saxo.

Secundum Responsum ad Patriarcham.

Hac æstate, parauimus & misimus Græcam αὐτοκόησιν, ad secundum Patriarcha Scriptum Constantinopolin.

Mart. Schenck.

Iun. 17. in Belgio, non longè ab vrbe Græninga (ab ordinibus Belgicis obsessâ quam Malecontenti tenebant) Martini Schenckij Nideckij exercitus, iussu Parmensis veniens, Hohenlohensis comitis Philippi exercitum cædit: & ad 1500. viros, equites & pedites, interficit. Tunc ordines obsidionem Græningæ reliquerunt. Beuth. lib. 30.

Capitis dolor.

Mense Iulio, multis in locis homines dolore capitis & destillationibus decumbebant (in Stipendio quidem illustri, 7. mensæ Studiosorum) & abstinentes à vino, euadebant.

Mensura vini, proximâ vindemia collecti, vno nummulo vendebatur, propter austeritatem. Quidam Neckershofæ impius iuuenis, poculum Deo contemptim propinans, rigidus ibi constitit.

Alttorffiana Noribergens. Schola.

Aug. 24. Schola Noribergensium Alttorffensis, Academica priuilegia accepit, Baccal. & Magistros creandi.

Septembr. 3. ad illustrem comitem Maximilianum Fuggerum, militiæ Teutonici ordinis Heroëm, Scriptio.

Litera ad Maximil. Fuggerum.

Τῷ γενναίῳ καὶ πραστάτῳ κυρίῳ, κυρίῳ μαξιμιλιανῷ τῷ φυκκέρῳ, δουκὶ, ὑποδοχῇ καὶ ὑπακοῇ.

Ἐμ χθεσῷ χαίραν. Πέμπω σοὶ γενναῖε σὺ μεγαστόκος, πράτιστε κύριε μαξιμιλιανέ, τὸ ἀρχέτυπον πολιτογραφίας σου τῆς διὰ πόδα γενέμενον ἔγνων· καὶ ἔτι, ποιημάτιόν τι τῶν ἐμῶν. (Biduum Gerlachianum) τοῦτο δὲ πατρογραφῶν σοὶ καφενίσιμον (ἐς ἣ γονικότης σὺ καὶ σὸς τὰς αἰτεῖ) δέλεν διελθμοεῖν τά πω, ἐγκαταβοῦ τυβίγγῃ, τῇ γλυκείᾳ πλημβρίᾳ, ἐτεὶ τῆς σὺ σκήνοικον ὀνομάμεθ. ἀφ' πω!

τῆς γενναίας σὺ μεγαλοψυχίας ὑπηλάγης, Μαξιμιλιανὲ ὁ Κρέσιος.

Doctiss.

Doctissimo viro, M. Crusio, amico suo colendo. Signor mio honorando.

Ho riceuuto vna sua amoreuolissima, insieme con alcune sue compositioni. Subito veddi quel, che già per inanzi vdito haueuo: cio è, che V. S. era ornata non solamente di rara dottrina, ma ancora di molte lingue, &c. Da Haidelbergo, alli 4.to Ottobre, 1580. D. V. S.

Come fratello, Massimiliano Fuggaro.

Dictum fuit, Maximilianum Heröem, ex horrendo bombardarum suæ nauis sono, in illa terribili cum Turcis ad Echinadas pugna, obsurduisse.

In Thermis ferinis scriptum. Jacob deß H. Römischen Reichs Erbtruchsäß / Freyher zu Waldpurg vnd Wolfeck. 1580. *Tres nigri Leones, in flaua planitie. Facies eorum, dextrorsum. Insignia scilicet priscorum Hohenstauff. Ducum Sueuiæ, post mortem Conradini, VValdpurgensibus data.*

Septembr. 21. nocte, hora 11. ad incendium hinc excurrebatur: quod in pago vicino Lustnouiensi esse putabatur. Sed fuit inflammatio cœli, instar erecti fluuij supra eum pagum. Postea diuisit se in Ameranam vallem versus. Propter tamē luciditatem lunæ, minus rubens apparuit. Nam 23. Septemb. manè plenilunium secutum est. Chasma.

Octob. 10. & 27. Cometam vidimus. Cometa.

Nuptiæ.

1. *Augustæ. Ioannis Friderici Hainzelij (Septemuiri F.) cum Maria Buronerina (quæ est materteræ Marci Henningi filia) April. 25.*

Francisci Tucheri, Theol. D. cum Veronica Langanaurina, Decemb. 7.

2. *Tybingæ Hilleri, & Sophiæ Snepfiæ, D. Theodorici filiæ, Septemb. 13. præsentibus multis nobilibus vtriusq; sexus hospitibus, λαμπρῶς. Quando mecum erat M. Chilianus Freimyller, patriâ Sueuo Halensis, professione concionator: cum vxore sua, Susanna Gallianerina Corinthia: πολλῇ πάλι μεγάλῃ, πάλι ἀγλαΐᾳ ἔργ' ἐτέλεϊ: in Flitschacherica clausura (faucibus) 2. milliaribus à Teruisio, natâ. Propter quam dictam, & Euangelij professionem, Viennæ diuturnum carcerem passus fuerat.* Chilianus Freimyller.

3. *Basileæ. Leonhardi Turneisseri ad Turrim, cum virgine Marina, Matthiæ Heerbroti F. Rauespurgi habitantis, annos 27. natâ, Nouemb. 7. Cui sponsæ, vt Tybingæ natæ, testimonium legitimæ natiuitatis. Octob. 20. ab Academico Senatu datum fuit, Basilienses requirentibus.* Turneisser. Natiuitas legitima, necessaria.

οὕτω πολὺ μᾶλλον πάλι αὐχμηρὸν, ἢ ἀγρόϊκον: teste Plutarcho, in libello elegantissimo, qui est de natorum educatione, τοῖς γὰρ πατρίδος, ἢ μητρόθεν, ἢ ὅλως γιγνόμενοις, πάνυ βέλτιον παραπολλεῖ τὰ δυσγενέστ' ἐνόντα, παρὰ παύτα τὸν βίον πάλι πρόχειρα τοῖς ἐλέγχειν πάλι λοιδορεῖσθαι βουλομένοις.

Mortes.

1. *Stutgardiæ, in Leonhardino. Iul. 21. obijt beatè Ioannes Nickel senior, ætatis anno 74. cælebs* Longæuorum obitus.

In Hospitalario. Anno Domini 1580. in die Iacobi, piè obdormiuit reuerendus vir, D. Vitus Angelus: cùm innocenter vixisset A. 78. Euangelion verò Christi fideliter docuisset A. 44. Expectat hîc beatam resurrectionem. Doctoris Lucæ Osiandri socer.

D. O. M. S.

ΒΙΩΣΑΣ ΑΠΕΘΝΗΣΚΟΝ.

Hoc mea Sechelij clauduntur membra sepulcro. Ioan. Sechel.
Christe, velis animam; quæso, beare meam.
Nate Dei, miserere mei; delicta remitte:
Daque tui meriti posse salute frui
Sed mea, non dubito, per Christum membra resurgent.
Spes est, Sanctorum velle tenere locum.
VVirtembergiaca sum vita functus in Aula:
Aequa fuit studium iura referre meam.

Obijt 22. Septemb. dimidiâ vndecima matutina, anno 1580. Cuius anima quiescit in pace.

Pelican ernehrt die Jungen mit seim Blut:
Christi Blut Leben geben thut.
Phœnix verbrent sich, wirdt wider schön. Phœnix auis.
Christus Todt vns erlöst mit seinem Aufferstehn.

Anno Domini 1580. Aug. 9. honestus vir Andreas Stæhelin obijt, Pharmacopola, & Senator Stutgardianus.

Eodem anno, Cyriacus Horn, τεχίγαμος. Sepultus in cœmeterio.

Iunij item 19. Ioannes Schwartzius, Med. D. M. Samuelis Hailandi primignus.

2. Tybingæ. Rector Vniuersitatis Scholasticæ studij Tubing.

Virgo Vrsula Kynigina.

Excessit ex hac misera & arumnosa vita hesterno die, honestissima & elegantissima virgo Vrsula Kœnigin: M. Ioannis Kœnigi, Vniuersitatis huius Syndici, viri integerrimi & fidelissimi, "filiola. Quæ vix dum pupillarem ætatem egressa: in primo aureæ virginitatis flore, parentibus "tristissimus erepta est: hoc est, quia Deo dilecta fuit: ex hac hominum seculi nostri pessimorum "turba & colluuione sublata est, & abrepta: ne, vt Sapiens ait, malitia intellectum ipsius immuta- "taret: né ve anima eius fraude circumueniretur. Et nobis exemplum reliquit, nullam ætatem esse "tam viridem, quæ morti non sit proxima: tanquam adolescentes quàm senes, quotidie à nobis a- "uelli: ideoque omnes nos vigilare oportere: quia nesciamus, qua hora Dominus venturus sit. Ecce "enim flosculus decidit, & exarruit. Quia tamen in Christo placidè obdormiuit: in beata illa & sem- "piterna vita longè nitidius efflorescet. Beati enim, qui in Domino moriuntur: & preciosa in con- "spectu Domini, mors Sanctorum eius. Cùm autem nos humanitas doceat, & iubeat: vt extre- "mum illi honorem persoluamus: hortamur omnes, vt hodie ad horam tertiam pomeridianam, ad æ- "des ipsius paternas conueniant: & funus pro more honestè deducant.

Obierat 25. Feb. & postridie in cœmeterio suburbano humata est: τῇ προτέρᾳ ὡρᾳτῆς, πρὸς δυσμαῖς ἐτεθαπτο μένη. Concionē habuit in Sangeorgiano Tēplo D. Anton. Varnbyler, ex Iob 19. his sententijs. 1. Scio, Redemptorem meū viuere. οἶδεν ὁ ἰωβ ὅτι ἔστιν, ἐν τῷ ῥήματος θεῦ, τοῦτο λέγει, μόνον τοῦ λόγου τοῦ θεοῦ, αὐτὸ ὄργανόν, καὶ ἡ γῆ, καὶ τὰ ἄλλα, ἢ αὐτὸ, ὥστε παράπλασιν λαμβάνομεν, ἡμᾶς γινώσκειν ὅτι ὁ θεὸς, καὶ λογικὰ κτίσματα, καὶ ἄλογα, καὶ ἄψυχα, καὶ ἔμψυχα, καὶ ἀόρατα, καὶ ὁρατὰ, καὶ ἀΐδια, καὶ πρόσκαιρα, καὶ ἀθάνατα, καὶ θνητὰ, καὶ ἀσώματα, καὶ σώματα, καὶ ἀσχημάτιστα, καὶ σχηματιζόμεν

6. *Halæ Sueuicæ. In æde S. Mich. April. 28.* Joannes Christoph. Adler / *ætatis 72. anno.*

7. *Phorcæ. Aug. 28. illustrißima Princeps, Domina Cleopha, Marchionissa Badensis, Comitissa Sultzensis, vidua.*

8. *Augustæ. Octob. 8.* Hieronymus *VVolfius, ille doctißimus scriptorum Græcorum interpres. Sepultus Octob. 11. NOBILITATI literatæ, Hieronymo VVolfio Oetingensi.* Hieronymi VVolfij.

Ex Pincernarum Schvveinsbaindensium, qui in primis auctoribus Cæsariensis cœnobij numerantur, legitima stirpe oriundo: in quo, & fratre Henrico, Norimbergensi Archiatro, illa ipsa exstincta est: Socrati Sueuico, Græcè Latineq; doctißimo: Christianæ philosophiæ & eloquentiæ Principi: viro ad scribendum, dicendum, docendum, nato: antiquæ virtutis ac fidei Germanicæ exemplari: præceptori optimo, & amico maximo:

Sex Hencelij, *fratres germani, Ioh. Baptistæ FF. publicè debitum priuata pietate M.P.*

Vixit cœlebs annos LXIV. Dies LV. Horas XIX. Anno Gymnasio & Bibliothecæ præfuit Annos XXIII. Multiplicium diuini ingenij monumentorum, Europam atq; Asiam hæredes reliquit. τοῖς παισὶν εἶπε χρήσομαι, μεγάλη χάρις αὐτῷ.

9. *Oeniponte. April. 24. inter 4. & 5. horam pomeridianam, die Dominico S. Georgij, illustrißima* Herois *Philippina, ex genere Augustanorum VVelserorum nobili & clarißimo nata. Cuius incomparabili pulchritudine captus, serenißimus Archidux Austriæ Ferdinandus, anno 1548. in Comitijs Augustanis, coniugio eius carere non potuit.* Νικᾷ δὲ καὶ σίδηρον καὶ πῦρ, καλή τις ἔσα: *vt Anacreon ait. Celebrauit eam oratione prolixa Georgius Roner, V.I. Doctor (Raimundi Roneri, affinis mei, ciuis Vlmensis, frater) iam dicti Archiducis consiliarius. Fuit illa (inquit) excelso animo, prudens, proba, pudica, rerum diuinarum studiosa, humilis. Summo studio ægrotos inuisit, aut inuisendos curauit: è partu laborantibus fœminis sæpius adfuit: eleemosynas largissimè distribuit. Myropolium etiam proprium, in pauperum vsum habuit. Ad corpus eius quod attinet: quis non in illa insignem & admirandam pulchritudinem celebrauit? Quis non in ea, plusquam heroicam totius corporis speciem laudauit? Quis non eximiam illam, & decentißimam proceritatem, prædicauit? Quis non insignem capitis honorem, viuidum oculorum vigorem, Regiam oris dignitatem, cum amabili venustate, pariter maiestate temperatam, summa cum iucunditate aspexit? Omnibus præsentibus & absentibus, priusquam exspiraret, quantum præ infirmitate potuit, humilitate maxima valedixit. Omnes astantes agnouit, sibiq; dicta intellexit. In extremo etiam agone, omnes corporis partes studiosißimè tectas voluit: manicas à brachijs vsq; ad manus trahens. Corpus mortuum per aliquot dies, omnibus, etiam infimæ sortis hominibus, priusquam sarcophago includeretur, conspici permissum fuit: vt scil. mors ne tantis quidem personis parcere cognosceretur. Postea ligneæ cistæ, stanneo sarcophago obductæ, inclusa, sepulta est honorificè, & solenni pompa, 29. die eiusdem Aprilis, Oeniponte in capella, S. crucis Templo & Monast. amplißimo contiguâ: à sereniß. Archiduce Ferdinando sumptuosißimè constructâ. Reliquit hæc serenißima Princeps, Marchionissa Burgouiæ, Comitissa Prouincialis in Nellenburg, Comitissa in Hohenburg, &c. filios: Andream Cardin. de Austria, & Carolum, fratres Marchiones Burgouiæ, Landgrauios Nellenburgi, Comites Hohenburgicos, &c. De mortuis, satis.* Philippina. Virtutes huius Heroidis.

Decemb 3. Ioannes Leschius, puer circiter 10. annorum, apud nos ægrotans, mira & terribilia agebat, ac dicebat. Erigebat se è lectulo: digitis indicibus fodiebat creberrimè volas manuum suarum: dira mala ventura clamabat. Quonam effugiemus? Mox dextrorsum in gyrum corpus celerrimè, iterum terúe iactabat: & rursus, vt initiò, iacebat. Pulsabat digitis genua, tanquam tympana: pugnabat & fodiebat manibus, tanquam in feruentißimo prælio. Percutiebat frontem suam, nisi obijceretur puluinus. Inuocabat filium Dei: iram Dei, & Infernum, denuntiabat vinolentis, blasphemis, adulteris. Dicebat, breui signum in cœlo visum iri: bella cædes, pestilentiam, fore. Se miraculum, & nouum prophetam à Deo datum esse. Interquiescebat: post interuallum eadem ordine repetebat. Oratum est pro eo in Ecclesia. Res in longinqua loca emanauit. Progressu temporis, ille conualuit: nihil horum meminit: adhuc superest: nec omnia, quæ Melancholici dicunt, credenda existimantur. Leschij pueri furor.

Celebres iam erant Vngari aliquot Heroës: Serinensis, & Nadastus, atq; VVodianus: strenui excursores in hostes. De quibus dicebatur, eos solere manus suas lauare sanguine occisorum Turcarum. Vngarici Heroes.

Castitatis votũ, à Medico Liebschytzio oppugnatum.

Viennæ hoc anno Medicus quidam, nomine Beniamin Liebschytzius, in anatome dixerat cadaueris. τὸς ὄρχεις musculis carere: & ideo non voluntarias actiones habere, sed naturales. Proinde votum castitatis, nimium esse. Sequi enim inde πυσώσεις καὶ ἀκαθαρσίας. Idcirco nullum esse præsentius contra eas medium, quàm τῶν ὄρχεων ἐκτομήν. Hunc vehementer oppugnare cœperunt Iesuitæ, tanquam impium. At is publico scripto se acriter defendit: quod hîc die Sanctæ Andreæ legimus.

TYBINGENSIS ACADEMIÆ MVLTA. MONETA IN VVIRTEMbergia. Tertium Græcis Responsum de Augustana confessione. Incendium Sultzensis oppidi. Anastasij Herbstij Turcica captiuitas. Quædam Anglica & Belgica. Nuptiæ illustrium & honestorum virorum. De Godelmannis, Hieremia M. & eius F. Ioanne Georgio D. Obitus illustrium & honestorum hominum.

CAPVT XXVIII.

Visitatio Acad. Tybingensis.

ANNO 1581. Commissarij Principis nostri, Ianu. 9. ob Academiam inuisendam (vt quotannis fieri solet) aderant: Erasmus Laimingerus, magnus Curiæ Magister: Ioannes Brastperger Iurisc. Cancellarius: Ioan. Mageirus, Stutgardianæ Ecclesiæ Præpositus: Lucas Osiander D. Aulicus concionator: & M. Caspar VVildus.

Doctorum Creatio.

Ian. 18. creabantur 5. Doctores. 1. Bachmannus Levvensteinius Hassus, à D. Volcio. 2. M. Simon Basius Gernspachensis. 3. Caspar Maier, VVaiblingens. 4. Ioannes Kleesættelius Nærdlingensis. 5. Adamus Iungius Feuchtvvangensis. Omnes quatuor, Med. Doctores, à D. Hambergero. Quo die sequens etiam Epistola Tybingam vênit

MARTINO CRVSIO, vtriusq; linguæ Professori Tubingæ.

Alberici Gentilis Itali epistola.

Scribo ad te nunc ex vltima Britannia. Hem quò deuenimus? Pater & frater mecum sunt. Sunt mecum in te amando coniunctissimi. Cupio tuas videre literas. Vale, & me mutuò ama. Datæ Londini 3. Kal. Nouemb.

Tuus Albericus Gentilis.

Pater erat Matthæus, Medicus: Albericus, Iurisc. & Scipius, frater Alberici. Patriâ, Perusini Itali erant: ex qua propter religionis mutationem excesserant: & aliquandiu Tybingæ vixerant.

Argyri Græci, Tybingæ.

Ianu. 23. duo Græci, κυρλυκᾶς & κυρανδρέας, ἀργυροῖ, de Argenteis, mecum erat: ex insula Sandorina (sanctæ Irenæ) quæ olim appellata fuit Therasia, θηρασία, non longè ab Ins. Creta. Calamitati suæ stipem colligebant. Lucas, vir 60. annorum: alter verò, 36.

Græca L. vulgaris.

Mense Aprili, βατραχομυομαχίαν Homericã vulgaris linguæ, Auditorib. explicuit κρύσεις: vt huius etiam gustum aliquem perciperent.

Tybing. Acad. Rectura.

Tybing. Scholæ administratio.

Maij 1. Rector 194. renuntiatus est D. Theodoricus Sneppsius.

In Album inscripti. M. Ioannes Scholtzius Vratislauiens. Maij 9. VVolfgangus, & Georgius Sigismundus, Barones in Eck & Hungerspach, Maij 20. Henricus & Hiltebrandus ab Einsidel, Misnenses: & Baltasar Crassus VVerdensis, Præceptor eorum, Iun. 5. Gebhardus à Maiendorff: Busso Clammerus ab Aluensleben: & Ioan. Himselius Northusanus, horum præceptor, Iul. 1. Abel VVeinlin (Vinarius) Herrenbergens. Leui Schæntz Ovvensis, Lud. Mynster VVaiblingensis, Aug. 30.

Einsidelij.

Schæntz.

Octob. 18. Rector 195. Iacobus Heerbrandus.

Inscripti. Benedictus Magnus Memmingens. Nouemb. 7. Georgius Fridericus, & Ioannes Ludouicus, & Carolus Sigismundus, nobiles Hutteni, fratres, 20. Ianu. 1582. Franciscus Aloisius ab Hauckurt, Lotharingus, Ian. 29. Michaêl Ziegler Gryningens. Maij 1.

Hutteni. Ziegler.

Decanus Philosophicus. M. Samuel Hailandus, 4.

Magistri renuntiati. Febru. 1. Ioannes Bidenbachius Bebenhusanus, Abbatis Eberhardi F. Hieronymus Toxites Sorauiensis. Ioan. Christophorus Parsimonius Hirsaug. Ioannes Christophorus Zængerus Tubingens. Ioan. Ludouicus Kynig Tybing. Aug. 16. Vitus Myller Bulnhaimens. Matthias Hafenræffer Lorchens. Conradus Kircher August. qui Hebraicè dixit: priores verò, Græcè: cæteri, latinè. Tobias Schæntzius Ovvens. Valentinus Clæssius Knittlingens. Ioan. Castolus Hunnius Beblingens. D. Ægidij Theologi frater.

Zængerus. Myller. Hafenræffer. Clæssius.

VVaiblin-

VVaiblingæ ædificata est hoc anno noua Schola supra murum oppidi. Vetus, etiam ibi sita, Adiuuis Scholæ attributa. In ea Schola fuit inter alios institutus, etiam Doctor Iacobus Andreæ: patre natus Iacobo, artem fabrilem exercente: & ideo Schmid Iacob nominato. Vnde multi Doctorem Iacobum quoq; Schmidlinum appellarunt. *VVaibling. Schola.*

Hoc tempore, in VVirtembergia non iam amplius moneta Imperialis, id est, in Imperio Rom. cusa, inter homines versabatur: sed tantùm Philippici Hispanienses 20. Baciorum: & Aurei eiusdem precij: atq; coronati Italici 23. Baciorum, circumcisi tamen (ἰουδαϊκῶς περιτετμημένοι, περιψαλασμένοι) & Equites ac Quinarij, Rappenmünts: nummi tamen VVirtembergenses, quorum vndecim vnum faciunt Bacium. Sed cæteris generibus postea etiam exportatis: hodie Equites & Quinarij tantùm, & nonnunquam Bononienses trium Baciorum papicipites, ac paciores nummi iam dicti, in manibus versantur. *Moneta in VVirtembergia.*

M. Matthias Anomœus Variscus, factus est Tybingæ Doctor Med. 5. Cal. Iul. hoc 1581. anno.

Iul. 5. TERTIVM mittit Responsum Patriarcha Græcus Hieremias: quod Septemb. 10. accepimus. *Tertium Patriarchæ Tybingam Responsum.*

Iul. 30. vesperi post quintam, die Dominico, grando præcipitauit densissima, per quadrantem horæ, magnitudine iuglandium. Mediâ septima, rursus μεγάλοις ὄμβροις, grauis imber, & aliquanta grando. In arce, 2700. orbiculi matores fenestrarum confracti. *Grando.*

Septemb. 3. generosus & strenuus vir, D. Acacius Hœbenfelder (ex superiore Austria huc profectus, ob concionatorem Euangelicum secum Lincium ducendum: quem ab illustrissimo nostro Principe impetrauerat) omnes Professores Academiæ, in publico hospitio lautissimâ cœna accepit. *Acacius Hœbenfelder.*

Septemb. 10. (die Dominico Patriarchicas & Theodosianas è Thracia literas accepimus, cum Tertio Responso, cuius modò mentio est facta. Accepi tunc literas etiam Solomonis Schweickeri (qui interea Hierosolymam viderat) ex Rosseta Ægypti, super Nilo ab eo scriptas. Non volebant amplius Græci nobiscum de Religione agere: quod solis sacris literis, veteris & noui Testamenti (reiectis humanis commentis & Traditionibus) cum ipsis certaremus: quibus ipsi αὐτοφωλαμεῖς, resistere non possunt, vt nec Pontificij. Dissentimus, ab illis, 1. de Processione Spiritus S. 2. de libero arbitrio. 3. de Iustificatione coram Deo. 4. de numero Sacramentorum. 5. de inuocatione Sanctorum. 6. de vitæ Monasticæ meritis. Postea, tertiam αὐτεπήκοον, siue Responsionem contrariam, scripsimus, & misimus. *Litera Tybingam è Constantinopoli & Rossetta. Capita Religionis controuersa. Responsum tertium ad Patriarcham.*

Extant omnia hactenus cum Græcis Acta & Scripta, Græcè & Latinè 1584. VVitebergæ excusa: quæ à Pontificijs certatim oppugnata Scriptis sunt. Sed Dei consilium euerti ab irrisoribus non poterit.

Septemb. 13. Israëlem Spachium Argentoratensem, Doctorem Medic. D. Ioannes Viscerus hic creauit.

Septemb. 14. in oppido Sultza, quod 4. milliaribus hinc abest, conflagrarunt domus & horrea CXII. cum curia, & inibi literis, ac Schweickerorum (Solomonis & fratrum) domo. Vtinam nostrè domus meæ sexta & suprema contignatione incendium magnum, cum dolore magno: etsi nondum sciebamus, vbi illud esset. Damnum ex hoc igne acceptum, æstimatum est 43828. fl. Vicissim ad instaurationem collecti sunt ex oppidis & cœnobijs Ducatus, fl. 10627. b. 20. In quibus, Tybingense oppidum & Præfectura dedit 388. fl. 22. k. Academia 130. fl. 45. k. Plurimæ arbores à multis ad ædificandum datæ, à Principe quidem 4000. Multum denique frumenti & panis, à multis. Loca VVirtembergiæ, ex quibus succursum est. Stutgardia, Tybinga, Vracum, Nyrtinga, Kirchemum, Balinga, Rosenfelda, Duttlinga, Haidenhaimum, Dornstetum, Newenburgum, Backnanga, Blabyrum, VVildperga, Leoberga, Bietighaimum, Grieninga, Neustadium, Lauffa, Schorndorffa, Calua, VVineda, Herrenberga, Gœppinga, Neissa, Nagolrum, Meckmyla, Botwarum, Cansladium, Vaibinga, Beblinga, Syndelfinga, VVeinsperga, VVaiblinga, Brackenhaimum, Giglinga, Beilstainum, Marpachum, Dornhanum, Hornberga, Mercklinga, Malschum, VVildbad, Bebenhusa, Lorcha, Adelberga, Herrnalba, Maulbrunna, Kynigibrunna, Hirsaugia, Alpersspachum, Anhusa, Denckëdorffa, Langenstainbach, Sachsenhaim, Derdingen. *Sultzæ op. incendium. VVirtembergiæ oppida & Monasteria.*

Septemb. 16. *absolui opus Turco Græciæ & Germano Græciæ, superioribus temporibus cœptum,* οὐ πολλάκις χρεία.

Krasse Ioan. Vlricus.

Septemb. 24. *nobiscum erat Ioannes Vlricus Crato Vlmensis, egregius iuuenis: qui Tripoli, ciuitate Styriæ, diu captiuus fuerat. Quinto die pòst, literas accipio è Constantinopoli à Theodosio, Ilselda à Neandro, Oxonio Angliæ à Gentile.*

Sol. Schvveickeri reditus Tybingam.

Nouemb. 10. *Solomon Schvveickerus, ex Oriente ad nos Tybingam redijt. Ei carmen Græcolatinum scripsi* συγχαρτικὸν: *quod compendio quodam peregrinationis illius declaratæ.*

Lunæ Coma.

Decembr. 21. *manè ante quartam, bis ex arce signum tormento datum est, tanquam incendij in viciniore aliquo vico. Sed fuit coma, infrà & suprà ex luna: tanquam si esset Cometa.*

Herbstus Anastasius, à Turcis captus.

Anno hoc 1581. *militans contra Turcas Anastasius Herbstius. Anastasij F. consiliarij VVirtembergici: quodam die, maioris experientiæ capiundæ causâ, cum quodam præcipuo viro, Christophoro Putnerino, Canischam versus equitans, à Turcis interuenientibus (ipso Christophoro, ab eis occiso) captus est, & Sigetham abductus. Qui Turcæ, præter grauia tormenta,* λύτρον *ab ipso poposcerunt etiam septem millium Talerorum: quam tamen postulationem, tandem octingentis Taleris definiuerunt. Tunc ipse, implorato auxilio nobilis & strenui equitis, Ioannis Globiceri in Parlebenstain & Sangeorgio, Cæs. Maiest. & Archiducis Austriæ Caroli, Consiliarij, in Græciæ Copreinicio Capitanei: fide ab eo apud Turcas interposita: è captiuitate ad eum dimissus est: ea conditione, vt aut* 800. *illi Taleri proipso penderentur: aut ipse ad diem restitueretur in captiuitatem. Qua de re, ipse Anastasius miserabilibus literis,* 28. *Iul.* 1583. *ad patrem scriptis: sui liberationem ab eo petijt. Sic & Græcium, ad M. Stamlerum Tybingensem, concionatorem tibi Prouerum Euangelicorum scripsit. Stamleri hortatu, Ducatus Styriæ administri (*die verordneten*) ad patrem Anastasium itidem scripserunt. Veniens deinde Stutgardiam Stephanus Schmid. Archiducis Caroli, & ordinum Styriæ, Castrensis Scriba, cum captiuo Herbsto: octingentos illos Taleros ab Anastasio P. accepit, nomine Capitanei Globiceri,* 22. *Octobr.* 1583. *Item* 114. *fl.* 28. *Kr. nomine sumptuum factorum: & 25. fl. viaticum, ad redeundum domum: equi deniq; causâ,* 30. *Taleros. De quibus ipse omnibus apocham Anastasio seniori dedit. Scripserant etiam, rogatu Globiceri, ad Ducem Ludouicum, illi Proceres: atque adeo ipse Archidux Carolus: vt persolutio* τῶν λύτρων *præstaretur. Sed & Globicerus, Esslingam ad Casparum Hirschium, ordinum Styriæ Secretarium, eandem ob causam. Commendabatur in illis literis, Globiceri pietas & bonitas: quam homini ignoto, efflictim supplicanti, præstitisset. Non autem potuit aliquid de precij magnitudine decerpi apud Turcas. Innotuerat enim iam aliquatenus eis: patrem captiui, in re lauta esse: & Ducis apud Turcas. Innotuerat enim iam aliquatenus eis: patrem captiui, in re lauta esse: & Ducis VVirtembergici consiliarium. Ita pater, literis à Proceribus quoq; illis rogatus (ne & filius, vbi irredemptus restitueretur, & propter eum alij concaptiui, deteriore conditione essent) filium paterna charitate permotus, liberauit. Filius autem sequenti tempore, vt amissa de Turcis recuperaret, ad Vngaricam militiam redijt: sed mortuus est.*

De ipsius liberatione.

Perit.

Insidiæ in Elisabetam Anglam.

Eodem 1581. *anno, Itali & Hispani aliquot, qui proximo anno capti fuerant (quando nauta aliquot Hispanicæ, Hyberniam adortæ, ab Anglis profligatæ sunt) corruperunt aliquot in Aula Reginæ Elisabetæ Ministros: vt personati, ac laruis tecti, dominam per ludum Bacchanalem interficerent. Sed deprehensi pœnas luerunt.*

Belgarum publica defectio ab Hispano R.

Mense Iulio, Belgici ordines, Regis Hispani obedientiam, Insignia & Sigillum, publico Scripto à se abdicarunt: deinde, Malecontentos prælio profligarunt. Beuth. lib. 30.

Coniugia aliquot huius anni.

Friderici VVirt. & Mompelg. nuptiæ.

1. *Stutgardiæ.* 22. *Maij, & deinceps, nuptias celebrauit illustrissimus Princeps Fridericus, Comes VVirtemberg. & Mompelgardicus: cum illustrissima Principe Sibylla Anhaltina, Ioachimi Ernesti filia. De quibus nuptijs, libro* 6. *Germanographiæ.*

Gregorij Leonhardi D.

2. *Tybingæ.* 11. *Mart. Gregorius Leonhardus Vlmensis, Iurisc. cum Cæcilia Rhorina, Ioannis Gerlachij Iurisc. viduâ. Aderant Gregorij quoq; sorores, lectissimæ fœminæ, ex vrbe Hala, Susanna & Euphrosyna, cum virís suis, Georgio Hermanno Iurisc. Syndico: & Matthæo Hambergero, Cos. Halensi.*

Æntzlini.

Matthæus Æntzlinus Iurisc. (Haidelbergæ tunc Professor Iuris) cum virgine nuptiale sacrum obijt Sabina, D. Nicolai Varnbyleri patris filiâ: πολλῶν ἐυπρεπῶν καὶ ἀχθυομένων γάμων καὶ ἀχρήστων, τῶν γάμων τούτων.

Ioan. Truchsassius ab Hæfingen, 11. *Decemb. cum virgine Sibylla à Gemmingen.*

3. *Augusta.*

3. Augustæ. April. 3. Doctor Theodorus Apianus, cum Regina VValtherinâ.

M. Dauid Hæschelius, Græcè & Latinè doctissimus, in Schola Annea docens, 24. Maij, cum virgine Regina Gunthlerina. Hæschelij.

4. Rostochij. Mense Maio, Ioannes Georgius Godelmannus, V. I. Doctor: cum virgine Regina, reuer. Doctoris Dauidis Chytræi filia, nuptijs operatus est. Natus fuit hic Ioan. Georgius, anno 1559. die Maij 12, in oppido Tuttlingen, ad Danubium sito, tribus ab vrbe Constantia (Vdalrici Zasij patriâ) milliaribus: ex parentibus honestis, Hieremia Godelmanno, & Maria Holdschuerina. Hieremias hic, patriâ Gartachensis, vir pius fuit, doctus, prudens. Argentinæ Ioan. Sturmium audiuit: Tybingæ verò, Michaelem Vaium, & Iacobum Schegkium, in Philosophia: sed in Iure, Carolum Molinæum, Matthæum Gribaldum, & Ioannem Sichardum: honoremque Magisterij consecutus est, Decano Iacobo Schegckio. Secretarius fuit generosi Comitis Michaelis à VVertheim: deinde, VVirtembergici Principis Christophori Præfectus in territorio Tuttlingensi: tum, sub Duce Ludouico, arcis Rosecciæ Castellanus, non longè à Tybingâ. Rerum sacrarum erat studiosissimus: ac maximè legebat Scripta Lutheri. Brentij, & Chytræi: de controuersijs Religionis benè iudicare poterat. In concionibus audiendis, frequens: manè & vesperi, Psalmodiarum studiosus, cum familia tota. Vitâ & moribus, grauis: iustitiæ, contra pecuniæ cupiditatem, amans: eius, quod semel rectum iudicasset, tenax. Professores Tybingenses coluit: eosque persæpe in arcem ad se inuitauit. Acceptus Principibus, consiliarijs, doctis, & subditis. Lites, si quæ in sua administratione incidissent, prompte & celeriter dirimebat. Liberos suos (etiam priuigenos) ad optima quæque educauit. Tandem, vt piè & iustè vixerat, placidè quoq; in Domino, anno millesimo, quingentesimo, octuagesimo secundo, obdormiuit. Mater Ioan. Georgij Maria, fœmina præclara: nobilis & clarissimi patricij Noribergensis, Georgij Holdschueri (postea Cancellarij Derbatensis in Liuonia) filia fuit: excellentis verò Iurisc. Doctoris Ioannis Hemmingeri, consiliarij quondam VVirtembergici, neptis. Quæ millesimo, quingentesimo, sexuagesimo octauo anno, Tybingæ defuncta, in eodem, quo postea charus maritus, sepulchro est humata. Ioannes autem Georgius F. Stutgardiæ & Tybingæ literis institutus: anno ætatis 16. primæ laureæ honorem, inter 39. competitores primus, pridie Calend. April. à M. Georgio Liebhero accepit, millesimo, quingentesimo, septuagesimo quarto anno, Rectore illustrissimo Principe, Comite VVirtemb. & Mompelgard. Friderico. Deinde, cùm organon Aristotelis à D. Iacobo Schegckio, Rhetoricam à M. Georgio Hizlero, Homerum à M. Crusio, Ethicam à Sam. Hailando, Physicam à Georgio Liebhero, Astronomiam à D. Philippo Apiano, & M. Mich. Mæstlino, audiuisset: disputando & declamando se exercuisset: cum alijs 23. eruditis iuuenibus, 15. Febru. millesimo, quingentesimo septuagesimo sexto, Magisterij gradu à M. Sam. Hailando Decano ornatus est. Inde ad studium Iuris transijt: in quo ex Doctoribus has lectiones audiuit. Institutiones à Chiliano Voglero, & Andrea Laubmario: Codicem, à Nicolao Varnbylero: Librum 2. Decretalium, ab Ioanne Hochmanno: Pandectas, ab Iacobo Cappelbeccio, & Anastasio Demlero: denique Feudalia, à Valentino Volcio: atque millesimo, quingentesimo, septuagesimo octauo, præside Ioanne Hochmanno, disputationem de Litis contestatione tutatus est. Postea, mense Octobri eiusdem anni, per Franconiam, Turingiam, Misniam, in Saxoniam cum D. Iacobo Andreæ profectus est: ac VVitembergæ clarissimos Iuris Antecessores audiuit: Matthæum VVesenbecium, & Ioachimum à Beust. Nobilibus quibusdam petentibus, priuatim Institutiones explicauit. Inde varias vrbes & regiones perlustrauit: Magdeburgum, Brunsuigam, Helmstadium (vbi D. Mynsingerum, & D. Bercholtum appellauit) Luneburgum, Hamburgum, Lubecam, VVismariam, ciuitates Ansaticas. Rostochium 1579. mense Aprili: & mox, vicinum Daniæ Regnum, Academiamque Hasniensem. Rostochium reuersus, Institutiones Iuris 30. studiosis declarauit, & vno anno absoluit: ac de præcipuis materijs, disputationes singulis hebdomadibus exercuit. Pro quibus fidelibus laboribus, centum Ioachimicis à gratis auditoribus donatus est. His ingenij dotibus, hac docendi dexteritate, hoc industriæ eruditæ specimine, D. Dauid Chytræus motus, petenti in matrimonium filiam suam charam, haud difficulter dedit. Nec tamen mox nuptiæ celebratæ sunt: sed sponsalibus peractis, Godelmannus noster per Marchiam, Misniam, Bohemiam, Pragam, Noribergam, anno 1580. in patriam ad patrem rediit. Inde, Argentinam. Vbi Oberto Giphanio salutato, per Alsatiam ascendit Basileam. Ibi cum tribus alijs candidatis, anno ætatis 21. Insignia Doctura, Cal. Septemb. suscepit: primo loco per sortem obiecto. Actui interfuêre, generosus & doctissimus Baro Zerotinus Carolus, Simo Sulcerus, Vdalricus

Godelmanni.

Hieremias Godelmannus.

Maria Holtschuerina.

Eorum filius, Ioan. Georgius Godelmannus.

Studia ipsius.

Peregrinationes.

Gener D. Chytræi factus.

Et Doctor Iuris.

Vdalricus Coccius, Theodoricus Zuinggerus, & Franciscus Hottomannus. His peractis: cum generoso Zerotino in Comitatum Mompelgardensem, & inde per Burgundiam Vesuntium vsq; excurrit. Postea Basileam, & inde in patriam Tuttlingam (honorificè exceptus) atq; ad patrem recurrit: Præceptoribusq; suis fidelissimis Tybingæ, conuiuio ab eis honoratus, valedixit: & mense Septembri rebus ex animi sententia confectis, Rostochium redijt. Vbi sequenti mense, in numerum Professorum receptus: prælectionemq; Ciceronis de legibus, sibi à collegio Iuris assignatam, Cal. Decemb. inchoauit: præmissa oratione contra calumniatores studij legalis: & disputatione publica de Iure venandi. Ac nuptias tandem (satis terrâ iactatus, & alto) cum expetita sponsa, in Rosea vrbe hoc 1581. anno lætus celebrauit: Epithalamijs à Casselio Nathane Chytræo, Crusio, & alijs, amicè accantatis.

Professor, Rostochij.

Reichardi Streinij nuptiæ.

5. *Nuptias celebrauit generosus Heros Reichardus Streinius, cum pernobili D. Regina, generosi Ioannis Tschermemelij filia charissima, circa diem Septemb. 25. conuiuijs splendidis, omniq; honesto gaudio, refertis. Quæ lætitia tamen, in magnam tristitiam vertit: mihiq; conuiuium liberûm S. viri Iobi, in memoriam reuocat. Nam 27. Septemb. (die Mercurij) manè, à Carolospachio illustris Ortemburgensis Comitis Ernesti, profectus curribus & equis omnis ornatissimus cœtus nuptialis, sponsæ domum mariti deducendæ causâ, horam post 12. Freudeccium (vbi generosus D. Gabriel Streinius) peruênit, hilarè & honorificè exceptus. Conuiuio ibi vesperi inito: & amanter modesteq; celebrato: cùm iam bellaria, & alia, tollerentur: en sedilia mensarum retrorsum flecti: ita, vt quidam putarent: ea ioci causâ ab aliquibus ponè stantibus attrahi. Sed (ô casum improuisum & terribilem) subitò aulæ pauimentum (longitudinis 8. vlnarum, latitudinis amplius 5.) magno fragore, cum omnibus hominibus & rebus (cultris etiam, & gladijs vagina elapsis) deorsum ad trium & dimidiatæ vlnarum profunditatem decidit: coorto simul denso puluere, & vento eiusmodi, vt ianuas concluserit. Multi viri & fœminæ læsi sunt: alij magis, alij minus: multis nihil accidit. Quidam, ruderibus & puluere obruti. Miserabiles clamores, & fœminei eiulatus. Sed D. Ioannis VVolfhardi Streinij magnanima coniux (perstricta licet aliquantùm ad oculum, & alibi) prima extitit à ruina exiliens, fenestram aperuit, opem inclamauit. Allatæ scalæ, fores apertæ. Quibus nihil, aut parum, acciderat mali: continuò alios protraxerunt, erexerunt, animarunt. Medicæ & Chirurgicæ manus, vbi opus fuit, adhibitæ. Læsus inter alios fuit, ipse quoq; Comes Ortemburgius Ernestus: & multò grauius, vxor eius: sed filiæ Comitissæ Iohannæ nihil accidit. Læsus, D. Ioannes Tschermemelius: cuius vxor postridie abortiuit: filiæ Christinæ sinister oculus, loco motus. D. Gabriel Streinio casus nihil mali attulit: sed coniux eius amantissima, inter cadendum à gladio vulnerata, non sensit, antequam in lectum se contulit. Eadem 19. Octob. infantem puellam enixa est: quæ tertiâ post Baptismum hora obijt. Sed & ipsa puerpera, horâ eiusdem diei decima. Læsa quoq; est filia D. Gabrielis Catharina in capite. Priuignæ item duæ, Anna Susanna, & Regina: atq; priuignus Richardus, D. Henrici Starembergij F. Sponsus Streinius, in capite & dextero brachio perstrictus: duobus transuersis tignis pressus: calce oculos impletus. Sed Dominæ sponsæ, casus nihil incommodauit. Gabriel verò Streinij Aulicus Magister Kyrenschopfius, genere nobili ortus, dum infrà stat, commotioneq; superioris loci turbatur, eius casu oppressus perit. Pridie etiam, Tormentarius quidam bombardam, nimio puluere oneratam emittens, eâ rupta ictus interijt. Interim à quibusdam improbis, qui accurrerant, vestes & ornamenta nuptialia, furtim ablata. Satanas deniq; planè simile Iobeæ calamitati exemplum renouare voluit: sed misericordia patris cœlestis conatum eius refregit: & moderatâ visitatione, pietatem professos, vigiliæ & orationis admonuit. Erat autem generosi D. Gabrielis Streinij concionator hoc tempore, M. Chilianus Freimyller Sueuo Halensis.*

Casus pauimenti Aulæ.

Succursus.

Aliquorum læsio.

Fures aliqui.

Obitus aliquot honestorum hominum.

Defuncti.

Conr. Engel.

1. *Stutgardiæ, in Hospitali. Septemb. 16. Obijt Conradus Engel, Principis consiliarius, ætatis suæ 57. anno: cùm 37. annos fideliter inseruijsset. Vxores habuit: Otiliam Benderinam Marbachensen, per 1 annum, 1550. mortuam: & Annam, Conradi Schottij D. viduam, cum ipso 31. annos viuentem.*

G. Kyrner.

2. *Tybingæ. Iun. 2. Georgius Kyrner, Senator pius, ætate septuagenarius, aut eo maior: qui antea 1. Maij, cùm in Ecclesia concionem audiret, repentè conciderat, domum abductus fuerat: cùm nullum antehac per omnem vitam morbum sensisset.*

Bernhardus

Bernhardus Schegckius, clarißimi Philosophi Iacobi F. ὁ τοιοῦτος νέος (inquit concionans S. Iun. D Cancellarius) Bernh. Schegckius.
πολὺ κρεῖττον ἐνεργῆσαι ἐν Λυπάδι, ἵνα ἀλλὰ μὴ τὸν νοῦν ἀλλοτριοῦσθαι ἐπιθυμῇς: ἐν πάσῃ γὰρ αὐτὸν ὁ κύριος ἐξεπαίδευσεν ἐντολῇ. ἄγαν δ' ὑπομονητικῶς τελευτᾷ: καὶ ἐπὶ χριστῷ πεποιθὼς ἐξέψυξεν. ὀλίγον δὲ ἀπώλεσεν: ἀλλὰ πάρδοσκαὶ ἔσωσεν, τὸν χριστόν, ἅπερ ἐν γραφαῖς ἐνυγκαμόνως δὲ φιρέτως αν οἱ φιλοτιμοτέρας αὐτῷ, οἱ δὲ νεώτεροι ἐννοοῦσιν: ὡς ὃν καὶ ἐκεῖνος ἐκάστοις, ὅ. ἐν ζῶν ὁ θεὸς ἀνανεωμεν: ἀλλ' ἐν παντὶ διορθωσάσθωσαν: καὶ πρὸς τὸν πόνον ἑτοιμασαν: ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐν ὑμῖν ἀπονωνται.

Septemb 26. Valentinus Volcius, Iuris D. & Professor clarißimus, hydrope mortuus piè & patienter est. Viduam eius postea duxit M. Vitus Myllerus, Academiæ Professor. Val. Volcius.

Diu ægrotauerat etiam D. Ioannes Brastperger, Cancellarius VVirtembergicus, hîc apud socerum D. Chilianum Voglerum. A quo cùm hinc 20. Septemb. abijsset: speciem conualescentis præbens: & mecum humanißimè colloquens: tamen 16. Nouemb. diem suum in Christo obijt: qui cum ad æterna gaudia, cum omnibus pijs resuscitet, Amen. Ioan. Brastperger.

3. Schorndorffæ. Decemb. 19. starb der Ehrnvest vnd Fürnehm Herr Sebastian Aichman: D. G. G.

4. Augustæ. April. 6. obstetrix quædam obijt: quæ feliciter 1172. infantes excepit, annis 42. huius stationis suæ. Ipsa, & mater eius, atq; auia, hoc munere functæ sunt 109. A. Obstetrix.

Obiit. 25. horâ 10½. meridiana. Ioan. Baptista Haintzelius, ὁ πλεινὸς τῆς πόλεως μυρίους βλεπτῆρας, fato concessit. Sic & frater eius Paulus H. Cos. 12. Maij, itidem 10½. meridiana hora. Ioan. Bapt. Haintzelius.

5. Memmingæ. Mense Martio obierunt, VVolf Dietrichus Laupius, & Ioannes Stabenbaberus, nobiles. Leonhardus Hanckinus, Senator: & Balt. Corraderus, maritus olim Mariæ Rhætinæ Augustanæ diuitis: cum qua nuptias vltimo die 1554. anni celebrauerat: quæ ei, quamuis parua & gibbosa, sed pulchrâ facie, & benè morata pulchros liberos pepererat. Item 19. April. inclytus Senator Memmingensis, & Scholarcha bonus, Lucius Freiburgerus. Deniq; 15. Maij, Ioannes Langius: qui Memmingensi Ecclesiæ & Scholæ 33. annos fideliter inseruierat. Natus fuerat 1524. circa S. Iacobi diem. Eramus olim condiscipuli, & amici. Extat oratio de vita & morte eius. Successerunt ei filij sui optimi: Ioannes, in Ecclesiæ ministerio: Dauid, in Scholæ regimine. Lucius Freiburger.

6. Mundelsheimi. 25. Febru. mortua est nobilis Maria Magdalena de Nieffenburg: clarißimi doctißimiq; viri Ioan. VVolfij, LL. Licentiati, nec non illustrißimorum Principum Palatinorum, & Marchionum Badensium, Consiliarij intimi, Præfectiq; Mundelsheimensis, coniunx: superstitem posse se relinquens filiam nomine Susannam, sex annos natam.

7. Argentinæ. Mart. 17. Ioannes Marbachius, Theol. D. vir reuerendus & doctißimus, Præceptor in Theologicis noster beatæ memoriæ, vitam hanc mortalem cum illa cælesti commutauit. Ioan. Marbach. D.

8. In Hassia. Aug. 17. D. Sabina VVirtembergica, Landgrauij coniux optima. De qua oratio Ægidij Hunnij D. extat.

Decemb. 30. literas M. Ioannis Spereisij Austrij VVelsensis accepi, Lutetiæ 20. Nouemb. scriptas: quibus significabatur mihi, Gallias sic satis quietas esse: excepta peste & latrocinijs, ciuilium bellorum reliquijs. Antonium, Portugalliæ R. expulsum, auxilia recuperandi Regni à Gallo Rege petere. Adesse duas legationes Turcicas: quarum vna inuitet Regem ad circumcisionem fulli Turcici: altera petat, ne Rex Galliarum ferat opem Hispano R. Philippo, cui Amurates bellum facere cogitet. Litera ex Lutetia.

STEISLINGA, AD VVIRTEMBERGIAM. DRAGVS ANGLVS.

ἀκμαιότατος πλωτὴς, orbis terrarum circumnauigator. Tybingensis Acad. actiones. Græci duo, Tybingæ, Trucellus & Calonàs: atque status quarundam vrbium Græcarum. Comitia, Augustæ ὑπὸ τῶν Ῥωμαιικῶν acta: in quibus, multi illustres & nobiles Sueui. Noui Calendarij origo. Nuptiæ & obitus præcipuorum aliquot hominum. De longæuo Ecclesiaste Iacobo Pfæffingero.

CAPVT XXVIII.

ANNO 1582. Ianu. 10. creati sunt hîc Tybingæ, duo Med. Doctores à D. Georgio Hamergero, Hieremias Sengius, & Hieronymus Viscerus. Iuris Doctor factus est à D. Ioanne Hochmanno, Martinus Rymmelius. Hiero. Viscerus.

Mortuo

Steißlinga, ad VVirtembergiam.

Mortuo sub initium huius anni, nobili viro Pancratio de Freiberg absq; liberis, & collateralibus hæredibus: qui fuerat Vasallus Principis VVirtembergici: Steißlingensis illius ditio. Duci Ludouico cessit, vt legitimo feudi domino. Hic ergo subditos eius, in fidem suam adegit: Præfectum eis constituit, M. Abrahamum Volmarum Vracensem: Ecclesiam ibi reformauit puriore Euangelij doctrina: Pastoremq; præfecit M. Zachariam Greinsium Stutgardianum: qui antea Ecclesiæ Grabenstadianæ in Neiffensi Præfectura præfuerat. Primam itaq; in noua Ecclesia concionem, in Dominicâ Palmarum habuit.

Laubmarius.

Mense Febru, in locum D. Valentini Volcij, substitutus ab Acad. Senatu Professor est D. Andreas Laubmarius.

Philippus, vltimus Comes de Spiegelberg & Pyrmont, circa exitum Februarij mortuus est, ex familia Comitum Lippiensium.

Trucellus Græcus, Tybingæ.

April. 16. Græcus Cyprius Nicosianus huc vênit, Alexander Trucellus: quærens 200. Zecchinos: id est, Venetos aut Vngaricos Ducatos: quòd captiuus à Turcis abductus, ijs se, & fratrem ac sororem, redimere cogeretur.

Marmoras heros.

Dixit mihi, Marmaram quendam, strenuum Græcum, Famaugustæ: qui solitus sit equo excurrere, quando ea vrbs obsidebatur, & multos interficere Turcas. Sustulisse horum vnum de equo: & hastâ sua eleuatum portasse in vrbem: atq; in conspectu Ducum abiecisse. Cùm autem vrbs esset dedita: à Turcis requisitum esse, vt combureretur, nisi Turca fieret. Sumpto deliberandi spatio: se post triduum tradidisse Turcicæ Religioni. Itaq; Ducem esse factum magni agminis. Egressum in locum alijs ignotum, inebriasse Turcas: atq; ebrios occidisse, decenos quindecenos, vicenos: quotquot deniq; quolibet die potuerit. Tandem, re patefacta, captum esse, & decollatum. Nam vt combureretur, religione vetabatur, quam amplexus (etsi fictè) fuerat.

Socolouius.

Eodem mense, Stanislai Socolouij conuersio Latina primi Patriarchici ad Tybingenses Theologos Responsi, Cracouiæ excusa, huc allata est: calumnians, Lutheranos hæreticos voluisse sibi caput præficere Patriarcham Græcum. Sed ei acriter 1584. responsum est: non Lutheranos, sed Papistas, esse hæreticos: nec Lutheranis deesse caput, quia habeant Christum, qui sit Ecclesiæ suæ caput, &c. Responsum est etiam aduersus scripta VVilhelmi Lindani, & Ioan. Baptistæ Ficklari, &c. In præfatione Constantinopolit. Act. & Scriptorum, Græcè & Latinè editorum.

Lindanus. Fickler.

Scipius Gentilis. Dragus Anglus.

April. 30. literas accepi Londino Angliæ à Scipio Gentile ad me scriptas: quibus narrat mihi eleganti stylo: Anglum quendam, nomine Dragum, conditione Nautam, ingenio & industria maximum, quatuor abhinc annis se commisisse pelagi periculis: ac tribus nauibus circumuectum esse totum terrarum orbem: tantosq; thesauros attulisse in patriam, vt incredibile sit. Sed eos, omnium oculis, suis etiam, subiectos fuisse. Hunc igitur hominem, ex humili sua conditione, in amplissimum equestris ordinis gradum, à serenissima Regina Elisabeta euectum esse. Nauem eius, fluctibus æstuq; Maris infractam, ad ripam fluminis Tamesis, veluti posteritatis fama, & intuentium stupori, consecratam conquiescere.

Γυμνασιάρχαι Tybingenses.

Acad. Tybingana.

Mense Maio, & deinceps, Rector Academiæ Tybing. 196. erat Ioannes Viscerus.

Inscripti. Ioan. VVilhelmus à Schnitzenbau, liber Baro in Sonneck & Dornau. Conradus VVachman Nienburgens. Saxo, Præceptor eius, Maij 28. Simon Eisen Crailshaimens. Iun. 5. Hieronymus, & Ioannes & Matthias, Ranzouij, Holsatæ, Iul. 6. cum Nicolao Goricio Salqualensi, Præceptore. Ioannes Springer Viennensis, Iul. 18. Laurentius Smidlinus Stutgard. Aug. 18. Ioannes Christophorus Cellarius Memmingens. Aug. 24. Ioannes & Adamus Czeica ab Obramouitz, & in Cazo, Barones Bohemi: & Ioan. Beneskius Marcomannus Hunobradensis Morauus, Aug. 28. Dauid Heliconius Liuonus, Septemb. 18. Dauid Occo, Adolfi Med. D. F. Augustanus, Septemb. 23. Gotthardus à Starnberg, Baro & Dominus in Steinbuhel: Richardus à Starnberg, Baro auff Nideck/Wildberg/vnd Läbenstein/ Octob. 15.

Rantzouij.

Occo.

Starnbergij.

Mense Nouembri, & deinceps, Rector erat 197. Ioannes Hochmannus.

Inscripti. Daniel Reinol Blochingens. Octob. 30. Conradus, & Albicus, & Hermannus, fratres, generosi Comites Tybingenses: Præceptor eorum, Caspar Cantegiesser: Famulus, Felix VVelper Lorensis, Nouemb. 2. Ludouicus Gabricius Goriciens. Nouemb. 16. Ernestus VVilhelmus à Miltitz, Nouemb. 29. Albertus Mellemanus Berlinensis, 31. Ianu. 1583. Eberhardus à Gemmingen, April. 11. Guilielmus Ratcliffus Anglus, April. 19.

Tybingenses Comites.

Gemmingen.

Decanus Philosophicus, M. Martinus Crusius, 4.

Magistri

Magistri facti. Febru. 14 Crispinus Fluggius Lybecensis Saxo. Leonhardus Taurinus Marcopibertanus Francus. Recitauit Græcam orationem contra Physicen: quam Græca responsione defendit Georgius Salizhuber Miesbachens. Bauarus. Iosephus Hættler Nyrtingens. M. Bartholomæi Professoris F. Iacobus Mater Bimighaimens. τῶν μὲ πολλῶν παιδαγωγῶν, πάππας γνησίως. Abrahamus Schwartzius Altorffens. & Vuittembergicus. Aug. 8. Bartholomæus Marclinus Lauinganus. Simon Martini Gieugens. Ioannes Smidlinus Stutgardianus, Laurentij Secretarij F. Antonius Freius Lindauiensis. Simon Abinus Vaihingensis. Fluggius. Hattler.

Cùm 24. Iun. N Frisiblinus Labacum discederet, ibi scholam recturus Poëtica & Historicalectio, mandata postea est M. Erhardo Cellio, viro doctissimo & modesto poëtæ. Nundinis autumnalibus Francofordiæ, compendium Theologicum D. Iacobi Heerbrandi exijt, Latinè & Græcè excusum Vvitebergæ, vno libro τῶ λόγου μεγέθους. Cellius.

Iun. 18. (die Lunæ) per totam hebdomadem, ac per totos dies, D. Iacobus Andreæ Cancell. in Aula noua, contra Caluinistica dogmata disputauit, maximâ doctorum virorum & studiosorum frequentiâ.

Iun. 22. quatuor Sagæ, crematæ sunt Rotemburgi ad Nicrum: inter quas, vna anus 90. annorum.

Iun. 27. Gabriel κλωνᾶς, patriâ Corinthius, Sacerdos circa Philippos Macedoniæ, sex dies mecum erat, in vulgari L. me instituens. Commendatitias habebat à Patriarcha Hieremia: & literas Brunonis Seidelij Med. D. Erfordiani, ad me. Paucula ex multis, quæ dicebat. Calonâs Græcus.

Athenarum arcem custodiunt Turcæ: vrbem habitant Christiani. In montibus ibi multi sunt latrones, & in vallibus. Sed γυμνὸς ἄνθρωπος οὐκ ἔχει τι ὄνος καὶ χρυσίον (inquit ridenti ore) ἀνὴρ φέρων ἀπὸ χιλίων λῃστῶν: Cantabit vacuus coram latrone viator. Athenæ hodierna.

Corinthus habet plus ter mille domos. Athenæ sexies mille, sicut audiuerit. Turcis pendunt sex Aspra, ἀπὸ ἑκάστης κεφαλῆς, ex vnoquoq; furno. Vtraq; vrbs mœnibus caret: vtraq; arcem habet in monte. Mons Athenarum, non admodum altus: sed Corinthi, altior & saxosus. Corinthus.

Thebæ, adhuc metropolis est, distans circ. 7. milliaria Germanica ab Athenis. ὡραία καὶ ἀγαθὴ πόλις: ἔχουσι τὰ βρώματα πολλά. Thebæ.

In vrbe Siciliæ Messana sunt 6. Templa Græcorum (quia eò multi ex Peloponneso fugiunt) & sunt sub Patriarcha Byzantino. Rex Hispaniarum eos tuetur: etsi Papa non libenter videt. Messana.

In tota Græcia virgines domi occultè seruantur, propter Turcas: mulieres verò, tantùm Constantinopoli & Adrianopoli, Virginum custodia.

Eodem 27. Iun. die, Imp. Rudolphus ad Comitia, Augustæ indicta, venit: vbi iam antea Elector Saxoniæ Augustus, & alij quidam Principes, erant. Eôdem proficiscens, Stutgardiâ Iul. 3. sta. Dux Ludouicus cum coniuge sua exiuit. Comitia Augusta.

Erant autem cum Celsitate eius in his Comitijs.

Illustrissimus Princeps Fridericus, Comes Vvirtembergiæ & Mompelgardiæ. Conradus Thum de Neuburg, loco Aulici Marescalci. Christoph. de Degenfeld, Aulæ Magister. Comes Albertus Leuvenstainius. Hainricus, Pincerna Lympurgens. Comes Georgius Frider. Hohenlohens. Ioannes, Pincerna Lympurgens. Ioan. Burckardus, Dominus de Haideck. Dominus Henricus Tertzlebi. D. Henricus de Stain in Storzingen superior Præfectus Haidenhaimens. Georg. Rudolphus Marescalcus, stabulo vel equili Præfectus. Dapifer: Carolus de Dachsperg. Nicolaus de Gelnitz. Ioan. Henricus de Thann. Ioan. Christophorus Herter. Fridericus Hundbiss. Ernfridus Senfftius. Alij: Iacobus de Hohenecke, qui Magnum curiæ Præfectum egit. Ioan. Ludouicus Spæt. Marescalcus fuit. Erasmus de Venningen, Maior Præfectus Newenburgi. Vvirtemb. Ducis Comitatus ad ea.

Consiliarij nobiles: Gedeon de Ostheim, Præfectus Nagoltensis. Hodie, Tybingensis. Burckardus de Berlichingen. Baltasar de Karpfen. Carolus de Remchingen.

Cubicularij, Kammeriunge: Ernestus de Rotkirch. Sebastianus de Schauelitzki. Theodoricus de Plieningen.

Docti consiliarij: D. Chilianus Bertsch. M. Caspar Vvild. D. Lucas Berlin. D. Baltasar Eisengrein. D. Iacobus Haug. Melchior Iæger, Cammersecretarius. Anastasius Herpst, coquinæ Magister. D. Paulus Constantinus Phrygio, Medicus. D. Osualdus Gabelkouer, Medicus.

Aulici concionatores: D. Lucas Osiander. M. Vvilhelmus Holderus.

Aulici concionatores: D. Lucas Osiander. M. Vvilhelmus Holderus. Burckardus de Ehingen. Satellitum capitaneus. Nobiles Aulici: Seufridus de Mulhaim.

Ioachimus Quast, equitum Capitaneus. Albertus de Liebenstain. Conradus Ioannis Dunt. VVolf Dietrichus Renck de VVildenberg. Ioan. Conradus Megenzer. Fridrich Schumberg. Ioan. Vlricus de Remchingen. VVolfius de Biberitsch. Ioan. Vilhelmus de Faulach. Casparus VVettin. Lud. Casimirus Ebrer. Iacobus de Ehingen.

Maiores Præfecti: Auracenſis, Fridericus de Braitenbach. Tutlingenſis, Georgius de Vlma. Marpachenſis Ioan. Georg. de Halyweil. Sachſenhaimi, Hermannus de Ianowurz. Alij nobiles & miniſtri: Bernhardus de Sternenfels. Fridericus de Nippenburg. Georgius de Ehingen. Georg. Chriſtophorus de Venningen, &c.

Prandio adhibiti 14. Iul. à Duce Ludouico, in horto Ioannis Fuggeri, Auguſtæ.

Prandij conuiua.

Elector Moguntiæ. Elector Sax. Archi Dux Carolus, & ſerenitatis eius coniux. Epiſcopus VVirceburg. Iulius. Palat. Philippus Ludouicus Neuburgenſis, cum vxore. Dux Bauariæ Ferdinandus. Dux ipſe VVirtembergenſis cum ſua coniuge. Maior natu Domina Badenſis, viuens apud Bauaricam Ducem. Electoris Sax. vxor. Adminiſtrator Magdeburgicus. Ducissa Bauariæ. Dux Bauariæ. Ducissa Mechelburgenſis. Dux Vlricus Mechelburgicus. Iunior Electoris Sax. vxor. Ipſe Chriſtianus, Dux Saxoniæ. Domina Bauarica, Ducissæ ibi ſoror. Palat. Otho-Henricus. Palatina Neuburgenſis. Fider. VVilhelmus, Dux Saxoniæ. Fridericus Palatinus. Marchioniſſa Badenſis, Marchionis Philippi ſoror. Landgrauius Leuchtenburgicus. Comes Stolbergenſis.

Comitijs his intererant harum Sueuicarum ciuitatum legati.

Auguſtanæ.

Legati ciuitatum Sueuicarũ.

Ioannes Matthæus Stamler, & Matthæus VVelſer: Ambo, Senatores. Georgius Tradelius, & Conradus Pius Peutinger: Doctores, Aduocati & Syndici vrbis.

Vlmenſis.

Albertus Schad, ſenior conſul. Matthæus Græck. Ambo, intimi ibi conſiliarij. Vim VVick, V. I. D. & Aduocatus ibi.

Eſslingenſis.

Ioan. Baptiſta Krætlin, & Melchior Haintzlinus: ambo, Doctores, & Syndici ibi.

Nordlingenſis.

Carolus Gundelfinger, Senator. Sebaſtianus Rettinger, D. & Syndicus.

Halæ Sueuicæ.

Conradus Fuchs Conſul. Georgius Hermannus, D. Aduocatus & Syndicus.

Rotvvilæ.

Ioan. Hiltebrandus Mocher, D. apud Cæſaream ibi iuriſdictionem.

Hailprunnæ.

Clemens Imlinus Coſ. Samuel Hormoldus, Syndicus & Aduocatus.

Dinckelſpuhelæ.

Ioannes Schilperger Coſ. Hiltebrandus Thiermaier, D. & Syndicus.

Sueuicæ VVerdæ.

Matthæus Funccius Coſ. VVernherus Seuter, V. I. D.

Memmingenſis Reipub.

Rhaphaël Sattelinus Coſ. Vlricus VVolfhardus, V. I. D. & Aduocatus.

Gamundiæ Sueuicæ.

Henricus Holtzwvartus Coſ. Bernhardus VVendel Stättmeiſter.

Lindauiæ.

Ioan. Rudolphus Ehinger, Doctor.

VVimpini.

Nicolaus Maler, Archigrammateus.

Kauffbeuræ.

Ioannes Curtius, ſenior Coſ. Ioan. Heuler Archigrammateus.

Biberaci.

Gottſchalcus Klock Iudex, & Conſiliarius intimus.

Vberlingæ.

Conradus Eſchlinſperger Coſ.

Leukirchæ.

Lenkirchæ.

Rhaphaël Sattelin Cos. Vlricus VVolfh D. & Aduocatus Memmingæ.

Bopfingæ.

D. Sebastianus Rettinger.

Oppidi VVilæ.

Bernhardus Rodacker, senior Prator.

Habuerunt Reutlingenses quoq; & aliæ ciuitates, suos in Comitijs hisce legatos. Atq; Campidonum, Isna, Gienga, Ola, Buchornum, Buchouia plumarij lacus, eosdem cum Reipub. Vlmensi.

Vrbis Augustanæ tunc primores & Duces conducti.

Supremus, D. Ioannes Gaudentius de Raittenaw in Hofen, eques. Magister equitum, Augustani Proceres & Duces.
D. Laurentius de Kuedorff, eques. Præfectus vrbi, Augustinus VVeissnerer. Capitanei, vel Duces: Ioan. Sebastianus Schærtlinus in Burtenbach. Ludouicus Schærtlinus in Binswangen. Christoph. Tanner de Klagenfurt. Petrus de Mellerstatt. Georgius Ancklesyrysseios τὸ τῆς πόλεως αὐθέντικὸν. Nicolaus Spicksius. Ioan. Schmatzholtzius. Ioan. Beckius. Militibus ædificatæ sunt adiculæ iuxta Geggingeram portam.

Aliquot Suevici Comites & Barones, præsentes.

Albertus, Henricus, & Ioachimus, Comites Fyrstenbergenses, Hailigenbergenses, & Suevici Magnates.
VVerdenbergenses: Landgrauij in Bara, Domini in Hausa. in Kyntzingia valle. Eitelfriderius, Com. Hohen Zollerensis, Sigmaringens. & Veringensis: Dominus Haigerlochi & VVerstaicensis, Imperij Rom. Archicamerarius, &c. Iacobus, S. Imperij Rom. hæreditarius Dapifer, Baro in VValdpurg: Dominus in VVolfseck, Zeil. & Mursletten. Item Com. Carolus & Christophorus, Domini in Schær ac Trauchburg. Henricus Dominus Lympurgi, S. Imperij Rom. hæredit. Pinc. & Semper. liber. Sic & D. Fridericus. VVilhelmus & Gottfridus, Comites Oetingenses. Georg. Comes Montefortius: Dominus de Bregantio, in Tetnang, Argen, & Peckbach. Schwevchardus & Rudolphus, Comites Helffenstainij, Barones Gundelfingij & Gomeginsij. VVilhelmus, Comes & Dominus Zimmerensis: Dominus in VVildenstain & Meßkirchen. Henricus, Comes Lupfenius, Landgrauius Stulingensis, & Dominus in Hewen. Marcus, Ioannes, & Iacobus Fuggeri, fratres: Barones Kirchbergæ & VVeissenhornæ. Georgius de Freundsperg, Baro Mindelheimius: Dominus in Petri monte, & Stærtzinga. Michaël Ludouicus de Freiberg.

Sed extat descriptio prolixa, populari lingua, horum Comitiorum: à Petro Flaischmanno in Franckendorff, Cæs. Maiestatis Caduceatore, vel Heroldo, Augustæ 1582. edita.

Tybingæ 11. *Iul. Doctores creati sunt: à D. Hochmanno, Iurisconsulti, M. Christianus* Doctorum renuntiatio.
Doldius, M. Iacobus Zebelius, M. Hieronymus Gerhardus: à Planero verò, Medicus, M. Dauid Grynblat Rosenauius Pannonius. Rotenburgi, rursus complures Sagæ combustæ.

Aug. 12. *Græcam Epistolam amicè scriptam, Venetijs accepi, Archiepiscopi Philadelphiensis Gabrielis: Græcæ in Veneta vrbe Ecclesiæ Antistitis.* Gabriel Græcus.

Octob. 17. *de nouo Calendario, quod Pont. Gregorius* 13. (*exemptis* 10. *diebus qui inter* 4. *& 15. huius Octob. erant*) *ediderat, clari & sapientes viri existimabant, non esse approbandum: cùm non iussu Imperatoris & Electorum, ac Principum, per Mathematicos eruditos & accuratos, ea Calendarij emendatio facta esset. Erat conuictor meus inter alios, M. etiam Petrus Ionæ filius & doctus vir.* Gregorianum Calendarium nouum.

Decemb. 3. *initiatum est nouum Collegium Lutheranum Augustæ, celebri actu introductis adolescentibus: Rectore ei proposito Georgio Mylio, Theol. Doctore.*

Decemb. 17. *Doctores Iuris creati sunt à D. Hochmanno* 4. M. *Ioannes Leonhardus Fleiner, & M. Paulus Noderer (ambo Esslingenses) atq; Iacobus Andlerus Herrenbergens. & M. Simon Eisenus Francus: qui D. Iacobi Heerbrandi gener factus est.* Doctores.

Nuptiæ.

1. *Friderici de Plieningen, VVirtemberg. Consiliarij, 19. Maij, cum ANna Maria, Dachenbusij Michaëlis relicta filia virgine.* Coniugia.

2. *Augustæ Pauli Gartzweileri I. C. cum Leonora Marissina, Octob. 22. Ioannis Iacobi Heintzelij (Ioannis Bapt. filij) cum Sabina Neithartina, Nouemb. 12. Item Ioannis Ludouici Haintzelij, fratris illius, cum Susanna Neithartina.*

Natus est Hainricus de Landau, Freyher zum Hauß vnd Rappottenstain/ D. *Lucij* Landau.

1541. *nati F. natus autem* 12. Maij 1582. zum Hauß. *Erat in Schola nobili Linciana* 1593. *cum Pædagogo* M. *VVilhelmo* Honoldo *VVeidenstetensi, Vlmensium ditionis, antehac Discipulo nostro. Vide* 1519 *A. Sororem habet idem* Henricus, *Catharinam* 8. *annorum.*

Ex vita discesserunt.

Mortui. 1. *Stutgardiæ, apud S. Leonhardum.* Mart. 22. Der Ehrnvest vnd Fürnehm Christoff Thomas/ Fhr. Whr. Rent Kammer Raht: *ætatis* 57. *A.* 3. M. *ministerij* 38. *&c.*

In Hospit. Die ascensionis Christi, nobilis Ioan. Georgius Dachspergius in Aspach & Ramsels, Principis Castellanus Stutgardiæ.

Tettelbachia Barbara. 2. *Tybingæ. Humata est* 30. *Ianu. ante oppidum Barbara Tettelbachia, matrona bonestissima: Medicinæ Doctoribus nupta, antea VVilhelmo Mæglingo, deinde Ioanni Viscero, concionatus est D. Stephanus Gerlachius ex Genes.* 47. *de vita in terris, quòd sit,* 1. *peregrinatio (ergo impedimenta, more viatorum, abijcienda)* 2. *breuis, iudicio Iacobi Patriarchæ.* 3. *arumnosa, etsi interdum Sol assulgeat. Ergo, ad alteram vitam præparatione contendendum esse: sicut etiam pia hæc matrona fecerit. Sepultus* 17. *Maij est ante meridiem,* M. *Hieremias Godelmannus de quo suprà dictum est. Cui filius Ioan. Georgius* D. *Epitaphium fecit:*

Hierem. Godelmannus.

Nomine vt Euandrum, sic & virtutibus æquans,
Ieremias iacet hîc: præstans pietate, Deique
Sincerus cultor: fuci expers, integer omnis.
In dictis factisque fides, Constantia, candor,
Et probitas inerant: commissi cura fidelis
Officij: & patribus patriæ, populoque, probata
Integritas: scelerisque odium, fraudisque dolosæ, &c.

Concurrit ad eius funus, M. *Crusij filiola quoq; Eudoxia, tunc ibidem humata. Hieremias autem funeris deductionem, etiam Senatus Academicus, & cœtus scholasticus frequens, præsentiâ sua honorauit: vt viri pij & iusti: qui librum quoq; aureum Chytræi conscoeri, de vita æternâ quàm ante obitum legendo absoluerat. Illius* 17. *diei deinde nocte, cometam magnum hîc conspeximus, inter occasum & septentrionem (pagum Hagelochium versus) qui stabat ferè erectus, cum coma sursum, in Geminis, inter duas stellas: quarum dextera, in humero Heniochi: sinistra verò, capella. Ioannes autẽ Georgius Godelmannus, propter obitum patris, per Marchiam, Brunsuicensem Ducatum, Hassiam, & Palatinatum, in patriam cum sua coniuge Regina est profectus. Qui* 10. *Aug. etiam ad me, clari & chari hospites, venerunt. Reuersus deinde cum suis feliciter Rostochium: muneri suo strenuè institit: & absolutis libris Ciceronis de legibus: vltimum Tytulum Pandectarum, qui est de Regulis Iuris, mense Decembri huius anni exorsus est.*

Cometa magnus.

Ioan. Georg. Godelmannus.

Pfeffinger Iacobus obyt. Longæuus. 3. *Hausæ, in Zabergæa. Obijt* 17. *Aug.* 1582. *pietate & doctrina venerabilis vir, Iacobus Pfæffinger, annum* 96. *Natus enim fuit Basileæ* 1486. *Idem* 1513. *Romam peregrinatus est: vxorem Spieglinam de VVeilbach* 1522. *duxit, Zimmeræ concionator. Inde in Saxonia* 12. *annos vixit: ex qua Schorndorffam vênit. Inde, Hausam* 1540. *& Sachsenhaimũ* 1542. *Postea, VVimpinum, vbi aliquot annos concionatus est. Erat deinde* 1556. *concionator VVormaciæ: sed Hausam* 1560. *redijt. Duas vxores habuit: quarum vna, VVormaciæ obijt: altera, Hausæ: quam duxerat* 1556. (*Catharinam, priorii vxoris Vrsulæ* M. *Leonhardi Engelhardi sororem*) *virginem* 23. *annorum, ipse iam senex septuagenarius. Hæc cum ipso* 13. *annos vixit: eiq; filium & filiam peperit. Ipse tantisper vixit, dum tertios ex filia liberos vidit. In ludo acierum, siue scachico, insignis erat artifex. Eum mei amantem, ex animo colui, vt patrem venerandum suauissimis moribus præditum. Epitaphium ei hoc loco ab affine Leonhardo E. positum est.*

Lapsa meæ vitæ cùm ter sex lustra fuerunt:
Insuper & lapsus septimus annus erat:
Commisi moriens animam tibi, Christe Redemptor:
Commisit proles mortua membra solo.

Dalburgia matrona longæua. *Venit mihi hîc in mentem, matronæ illius ex Dalburgiorum genere nobilis: quæ in sexto gradu descendente trinepotem vidisse perhibetur. De qua sunt Versiculi.*

1. 2. 3. 4.
Ein Mutter zu jhr Tochter sprach: Sag deinr Tochter/ jhr Tochter gmach
5. 6.
Erschall: daß jhrer Tochter rain/ Liebs Kindlin in der Wiegen wain. *Latinè.*

Latinè.

1. 2. 3. 4.
Mater ait Natæ: Dic Natæ, filia, Nata
5. 6.
Vt moneat, Natæ plangere filiolam.

4. *Alibi. Mortuus est postremus Comes Lupfensis, D. Henricus, Decemb. 26. relicta coniuge Anna Magdalena, Baronissa Gerolzeccensi: & sorore Margareta: quæ fratri composuit prolixum carmen Germanicum: Engen in Ecclesia iuxta tumulum illius extant: cuius initium:*

O Heiliger/ O starcker/ O einiger Gott: Da es dir wolgefallen hat:
Auß dieser Welt zunehmen hin Den hochgelobten Bruder mein:
Heinrichen/ Graffen zu Lupfen/ genannt: Landgraffen zu Stuelingen wol erkannt:
Herrn zu Hohenhewen vnd Roßneck: Den jetzt hierbey diß Grab bedeckt:
Ein Vatter seiner Vnterthan: Wie solches jhr groß klag zeigt an/ ꝛc.
Ach Herr so bitt ich dich/ du wöllest nicht/ Mit vns gehn in dein streng Gericht/ ꝛc.

Paruo circuitu Landgrauiatus Stulingensis continetur, duorum fortè milliarium. Ibi est 1. pagus Vnderstülingen. 2. *oppidulum* Stülingen. 3. *arx* Stülingen *in monte: vbi Præfectus erat Henricus, nobilis ab Vlma. Postea generosus D. Conradus Bappenhaimius, Lupfensem ditionem, ex Cæsareis literis sibi vendicauit. De quo infrà in* 1591. *C. Vide part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 9. *de permultis Lupfensibus Proceribus.*

Argentorati mortui sunt hoc anno peste, 2714. *homines.* *Pestis Argentinæ.*

VRBIS ANTVERPIÆ PERICVLVM. COLONIENSIS ARCHIMYsta Gebhardus. Regimen, & plures res, Acad. Tybing. D. Iacobi Schegkij Religio. Pont. Romani infinita potestas. Matrimonia & obitus insigniorum personarum.

CAPVT XXIX.

ANNO 1583. *Græci numerabant à condito Mundo* 7092. *annum, & Indictionem* 11. *Augustana Schola Annæa.*
Tunc Augustanam Scholam Annæam regebat M. Simon Fabricius Francus.

Ianu. 7. *Princeps Alenzonius, Regis Galliarum Henrici frater, conatus est (specie inuadendi Parmensis Ducis: contra quem ipse, Dux à Belgis creatus fuerat) Antuerpiam occupare: sed excussus est à ciuibus, amissis suorum amplius mille, multisq; captiuis abductis. Ciues ferè* 150. *interierunt. Conatus idem est postea, factum hoc coloribus quibusdam excusare.* *Antuerpiæ C. periculum.*

Hoc mense, ad Colonien sem Electorem Gebhardum, qui Euangelicæ doctrinæ cupidus erat, ex Ducatu VVirtembergensi missi sunt: D. Lucas Osiander, Ioannes Dapifer liber Baro, D. Balt. Eisengreinius, & nobilis Ostheimer. Scriptum etiam eiusdem Archiepiscopi exijt: quo potestatem suis omnibus faciebat, Euangelij secundum Augustanam confessionem prædicandi. Nuptias cum Agnete Mansfeldensi celebrauit. Hæc intolerabilia erant Pontificijs. *Gebhardus, Colonien sis Elector.*

Febru. 10. *Augustæ cæptum est, à Pontificijs obseruari Gregorianum Calendarium. Cùm autem annus habeat dies* 365. *& horas* 5. *ac Minuta* 49. *essent à nato Christo ferè* 14. *dies, ex illa Minutorum collectione. Sed Papa accommodat ad Nicæni concilij tempus: quando æquinoctium vernum incidit in* 21. *diem Martij.* *Calendarium Gregorianum.*

Conuentus erat ordinum magnus Stutgardiæ, ad plures hebdomadas: de oneribus Ducatus alleuandis: de ferarum maleficijs, diligenti quotannis venatione ab agricolis, auertendis: de alijs etiam rebus, rectè & ordinè administrandis. *Stutgardiæ conuentus.*

Non benè conueniebat hîc inter studiosos nobiles aliquot, & quosdam ciues: ac metuebatur aliquis tumultus. Ideo & Vniuersitas, & Præfecti ciuitatis, strenuè paci eorum studuerunt. April. etiam 12. *Interdictum illustrissimi nostri Domini affixum est. Manè Præfectus minor, ad ciues orationem Pacificam habuit: horâ verò* 12. *Cancellarius noster, ad studiosos.* *Studiosorum & ciuium Tybinga pacatio.*

Rectores.

Maij 1. *Rector* 198. *factus est D. Anastasius Demler.* *Academiæ administratio.*

Inscripti. Albertus, & Carolus, & Ludouicus Georgius, liberi Barones à Lymburg: Præceptor eorum, Felix Roschman Halensis: Magister morum, Ioan. Sigismundus Mendel à Stainfels. Maij 17 *Ioan. Fridericus à Degernovv Halensis, Maij* 26. *Barthol. & Martinus à Starnberg, Iun.* 4. *Georg. & Martinus Neumaieri Monacenses fratres, Iun.* 10. *Christoph. à Berlips. & Erasmus à Butler, nobiles Hassi, Iul.* 5. *Lymburg. Barones.*

Octob.18. Rector 199. D. Theodoricus Sneppsius.

Inscripti Georgius Galgenmaier Donavverdens. Nouemb. 17. M. Ioannes Hartmannus Baier Francofurtens. 28. Ianu. 1584. Paulus Sneppsius Tybing. & Ioan. Christoph. VValch Spirens. & Martinus Crusius Tybing. F. Febru. 9. Caspar Hirsch, Secretarius Prouincialium Styriæ, Mart. 16.

Hirsch.

Decanus artium. M. Georgius Burcardus.

Magistri designati Febru. 6. Ioan. Osualdus Vracens. Bernhardus Buhelius Neoburgens. Philippus Heerbrandus Tybingens. Otho Gryphius Goarensis Hassus. Felix Bidenbach Stutgardianus. Aug. 14 Ioan. Zehender Bisikaimens. Iacobus Mageirus Vaihingensis. Ioan. Osiander Stutgardianus Ioan. Segnitius Kittingensis Franco. Paulus VVeniger Cycnocomæus.

VVeigenmaier & Clæssius.

Hac æstate libentissimè in Africam & Arabiam, linguarum ibi gratiâ, profecti fuissent: primùm, Georgius VVeigenmaier, Professor apud nos Hebræus: & post eum, M. Valentinus Clæssius. Sed non successit.

Medio mense Iunio, abundante hominum multitudine in ciuitate Tybingensi: nec sedium satis in Templo S. Georgij habente: nouis passim subseclis factis, & veteribus magis coniunctis, atq; stationibus in altiore loco nouis extructis: illi defectui benè consultum est, studio Præpositi Ecclesiæ, & Scholæ Cancellarij, D. Iacobi Andreæ. Tunc D. quoq; Iacobus Schegkius (domi suæ iam, & deinceps, ob valetudinem affectam manens) cœnam Domini ita accepit: vt crederet, 1. non in vtroq; Testamento S. literarum, vmbras esse: sed in veteri tantùm, typos: in nouo verò, rem ipsam. 2. Indignos etiam percipere corpus Domini, sed sibi ad iudicium. 3. non statueret Capernaiticam, seu Crassam, manducationem: sed simpliciter, & sine Tropo, nobis dari Domini corpus, sicut verba Institutionis sonent.

Iacobi Schegkij senis confessio Christiana.

Iun. 17. M. Fridericus Prenninger Roteburgo Tuberanus, creatus est hîc à D. Andrea Laubmario, V. I. Doctor.

Sagarum crematio.

Iul. 12. Rotemburgi ad Nicrum, 10 sagæ sunt exustæ: sicut superiore mense, 13. Horbæ. Deinde 30. Aug. iterum Diabolicæ mulieres 9. Rotemburgi.

Beielstain.

Aug. 5 in fossa oppidi Beihelstaini, infrà ex salice erupit fluxus sanguinis, diu profluens & fœtens.

Aug. 26. cœnantibus in stipendio illustri, Cancellario nostro & D. VVolfgango Theodorico Placio, Biberacensis Ecclesiæ Antistite, atq; me: dictum fuit, Paraphrasin Biblicam D. Lucæ Osiandri, tale opus esse: quo vtilius nullum, iam inde à temporibus Apostolorum exiuerit.

Septemb 11. Doctorem Med. fecit M. Heliam VValdnerum Memmingensem, Ioannes Viscerus Med. D.

E Patauio litera.

Septemb 14 literas Patauio accepi. 1. Græcas Constantini Patricij Chij. 2. Latinas. M. Ioan. Morhardi Tybingensis. 3. Iohannis à Bronchhorst & Batoborch, liberi Baronis in Gronsuelt ac Rymborch: amicè scriptas, omnes. Bronchhorstius meam φιλελληνίαν Græcis, ibi studiorum gratiâ versantibus, commendarat: inter quos, philosophiæ deditos, primas obtineret Nicolaus Londanus, Neopolitanus ex Peloponneso.

M. Philip. Gallus.

Septemb. 26. epistolam accepi M. Iacobi Gotfridi, Ministri Ecclesiæ in vrbe Brunsuicensi, 7. id Septemb scriptam: commendantis M. Philippum Gallum Saxo Halensem: D. Nicolai Galli, P. M. Theologi præstantissimi ex fratre nepotem: trium linguarum cognitione, & suauitate morum præstantem iuuenem. Huius ipse ex amita neptem habebat in matrimonio. Clarissimis viris, inquit, συνεργεῖς in collegio Philosophico, officiosam ex me dicito salutem. Etiam emerito D. Schegkio: qui quamuis oculis captus sit: plus tamen omnibus Europæ Philosophis ipsum videre, certum est.

Saga.

VVisenstaigæ, 25. Sagæ combustæ: & 15. nuper Hechingæ. Adeo his temporibus, pestis hæc mulierum inciderat.

Scriptum in Anathematismum Gregorianum, quo Elector Coloniensis Gebhardus VValdeburgius ictus fuerat, hoc tempore hîc vidimus. Quo scripto monstrantur Papæ impietas, tyrannis, superbia qui, indictâ causa, inconsulto Cæsare, Gebhardum condemnet. Eum sibi arrogare in omnes (Cæsarem etiam) potestatem. Dicit Papa in Anathematismo: Christum suam S. Catholicam Ecclesiam, in Petro, & successoribus eius Romanis Pontificibus, collocasse: vt ij super Regna & gentes constituti, potestatisq; diuinæ principatum in terris obtinentes, decernant, quicquid in ea plantari & euelli debeat.

Anathematismus Papæ in Coloniensem Gebhardum.

Nouemb.

Nouemb. 15. M. Michaël Mæstlinus, qui Haidelbergæ docuerat, est receptus: vt sit Mathematicæ Professor apud nos: cùm se docendi munere D. Philip. Apianus abdicasset. Mæstlinus.

Viennæ natus est 5. Decembr. D. Georgius Ernreich de Landau, Baro Hausanus & Rappott. quartus D. Acacij filius. Landau.

Decemb. 11. creati sunt Doctores: M. Tobias Bruno Augustanus, à D. Heerbrando: Ioan. Steinvveg Belga, à D. Hochmanno: Iosephus Brentius, Ioan. Theol. filius, à D. Hambergero. Tobias Bruno.

Pridie natalis Domini, oratio habita est à D. Theod. Sneppfio pulcherrima: quàm mirabilis sit natiuitas Domini: quanta humanæ naturæ per eam nobilitas introducta; quanta sint beneficia à Christo allata. Nix cecidit, genuum tenus alta.

Nuptiæ.

Augustæ. D. Georgij Fuggeri, Marci F. Antonij N. Georgij Pron. cum Helena Baroniss. Balphij nuptiæ.
Madrutschia, Febru. 4. Nicolai Balphij, Baronis Vngarici: cum Maria Fuggerina, Marci F.

Iun. 5. Ioan. Pauli Zangmaisteri, Med. D. cum Sabina Manlichia, Octob. 30.

Iul. 24. natus est mihi ex vxore Catharina filius Conradus: ἐξαλλόμενος, sedigitus, in manu dextra: tanquam essent 2. Indices. κυάλοχοι, vel susceptores, è S. fonte: illustris comes à Tybingen Conradus: & nobilis vidua Agnes Megizerina: baptizante Doctore Antonio Varenbylero. Obijt 2. Iun. sequentis anni.

Obierunt.

1. Stutgardiæ, in Paroch. Mart. 23. Der Edel vñ Vest Wolff von Dinstett zu Heunsdorff: vetus Minister VVirtembergicus fidus. Ad S. Leonhard. Iul. 14. der Ehrenvest Johann Jäger/ Fürstl. Wirtemb. Rentkammer Naht/ ætat. 55. Defuncti.

In Hospit. Aug. 1. honesta Elisabeta Treutvveinina, Martini Nittelij vidua 39. Æ. quæ vixit 85. annos.

2. Illustrissima Dux VVirtembergica, Domina Dorothea Vrsula, illustrissimi Principis nostri D. Ludouici vxor: cùm nuptijs gloriosæ Sophiæ, VVilhelmo Friderico Saxoni nuptæ, Vinariæ 5. Maij interfuisset: in reditu Noribergæ 19. Maij obijt: & 29. Maij Tybingæ honorifice sepulta est. Quæ de re Germano Græc. libr. 6. Ideo programmate iam antea monitierant Academiæ ciues: vt conuiuijs & Musicæ propter tantum luctum abstinerent. Idem ciuibus oppidi, à suo Magistratu mandatum fuit: donec princeps iterum permitteret. VVirtemb. Ducissa obijt.

3. Tybingæ. Maij 13. sepulta est magnifici Rectoris, D. Anastasij Demleri, vxor Barbara. Funebrem cõcionem habuit D. Theod. Sneppfius. κἀτὴν ἀποθανοῦσαν μὲν, σεσωσμένην δὲ ψυχὴν ὑπεγαγετο καὶ τὰ τοιαῦτα συναλλάσσοντας, τὰς ἀμαχείας ἐρῶντας παῦσαι: μαχητὰς δὲ τοὺς ἀγαθοὺς ποιῆσαι. Μέτερ ἐχέθυσαν ζόε, τ' λεγτὸν. μέτερ αὐαλύσαι ἐπεθύμησεν: ὃ δὲ σοφίσε, ἃ τις λέξειν, ὡτὴν καὶ σωσηνεεδαι τὴν νόσον. Barbara Kyngspachina.

Scholastica Mæglingia.

Iul. 13. ad sepulturam prosecuti sumus piam anum, Scholasticam nomine: quæ, mater fuit trium Mæglingorum, Medicinæ Doctorum: VVilhelmi & Nicolai μακαρίτων, & Danielis Professorij præsentis. Concionatus ex 90. Psalmo est Diaconus, M. Christoph. Stæbelinus, de vitæ brevitate & laboribus.

Anna Iacobi Andreæ.

Iul. 25. terræ mandata est laudata matrona Anna: dignissimi Cancell. Iacobi Andreæ vxor, concionante D. Antonio Varenbyl. ex Philip. 1. Mihi viuere, Christus, &c. ταῦτη ἡ ῥήσει, καὶ ἡ τελευτήσασα αὐτὴ σεμνοτάτη χριστιανὴ, ἐκτὴν παρεμυθήσατο. ἅτις ἐπλησίεσεν εἰς χριστὸν: καλὸς τὰ ἐνικα αὐτὴν ἐγερῖ. καλὸν ὑπόδειγμα πᾶσιν ἐγένετο τοῖς σεπτοῖς συνηθέσιν ἐκτὴν ἐπέρωσεν τὴν ἀρρωστίαν τλήπινος ὑπομένον. Ὁ μὲν χριστὸς (ἐχομένη ἐρη) ζωὴ μοι: τὸ δὲ θνήσκειν, κέρδος.

Aug. 3. in funere proceri & robusti viri, ætate florentis, in iure doctissimi Aduocati M. Baltasari Rhaieri Esslinganensis, concionem habuit Christ. Stæbel. ex Esa. 40. Omnis caro fœnum.

Nouembr. 13. obijt eruditus vir, M. Paulus Calberus, olim Professor huius Academiæ, ætatis circiter 61. anno.

4. Esslingæ. Ioachimo Plattenhardo. Esslingensium consuli, viro prudenti, literato, sinceræ Religionis & Reipub. studioso, patriæ ornamento, placidè in Christo defuncto: hoc elogium, ad posteritatis memoriam vxor mœrens posuit. Obijt sexagenario maior, mense Aprili, D. VII. Anno æræ nostræ M. D. LXXXIII. Plattenhardus Ioach.

5. Vlmæ. Anno Domini 1583. den 12. Mart. ist im Herrn seliglich entschlaffen/ der Edel vnd Vest/ Hans Ehinger von vnd zu Baltzhaim/ ein stiffter dieser Capell/ vnnd anfänger der Begräbnuß. Sepultus est cum coniuge Martha, Baltzhaimi. Diese beyde warten mit allen Christgläubigen/ der frölichen Zukunfft deß HERRN

Mensch nimb der Stunden eben war: Wann die ist außgelauffen gar:
So kompt der Todt/thut dein begern: Deß du dich nit wirst erwehren.
Drumb rüst dich/all stund sey bereyt: Laß dir den Todt nicht machen leydt:
Durch Christum hoff die Seligkeit.

Item.

Die Aufferstehung Christi macht: Daß vnser keins hie scheidens acht.

Cum alijs multis ibi præclaris Dictis: mihi à charis affinibus, Raimundo Ronero, & Hieronymo Schneevveißio, mißis. Saxum deniq; ibi est: suprà, Iudicium extremum: infrà, Resurrectio Christi, simulacris artificiosè excisis. Ad vtrumq; latus saxi, Seruatij & Ioan. Christophori fratrum, auiæ 16. cum suis Insignibus, &c. Ad dextram, Vatter Anfrawen: *Seckendorff, Sunthaim, Krafft, Geßler, Steidlin, Roßhaupta, Krafft, Fugger.* Mutter Anfrawen: *Ilsung, Stamler, Langenmantel, Bach, Rot, Hærvvart, Brandenburg, Vœhlin.*

Palat. Elector Lud. *Alibi defuncti. Ludouicus Palat. Elector, Friderici 3. filius, Octob. 12. manè mediâ sexta. Habuit vxores, 1. Elisabetam Landgrauiam. 2. Annam Ostro Frisiam. Filium reliquit Fridericum, 18. hodie annorum.*

Freimyller. *M. Chilianus Freimyller Halensis Sueuus, 26. Iun. Rosenburgi infra Viennam: sicut mihi 16. Decembr. huius 1583. anni, vidua eius Susanna, ex vrbe Cassouia scripsit.*

Maij 27. insignis heros Lazarus Suendius, præsenti vitæ valedixit.

VINITORVM TYBINGENSIVM CONSVETVDO. ACTA ET SCRIpta Constantinopolitana. Academiæ Tybing. Rectores. Fulmen Biberacense. Darmarius Peloponnesius, Tybingæ: & de quibusdam vrbibus Græciæ. Sueuo Halensis Thomas Schvveickerus. πολυγραφοῦς. Ortus & interitus, semper sub lumine Lunæ.

CAPVT XXX.

Sclopetarij Tybing. pagi. *ANNO 1584. initio Ianu. vbiq; humida tempestas erat, inundationes, impedimenta viarum. Ciuibus Tybingensibus mandatum 25. Ianu. est: vt parcius nuptiæ & conuiuia instruerentur. Item parati erant in Tybingensi Præfectura 1300. sclopetarij, si necessitas aliqua posceret.*

Vinitorum festiua Tybingæ processio. *Mart. 5. (postridie cineritij Mercurialis diei) Vinitores incedebant modestè bini, post horam 12. meridiei (sicut iam ab antiquo fieri consueuit) in longa acie: in cuius medio, quidam altam crucem portabat: de quâ dependebat lagenula, halec, & spira triticea. Interdum duo tales sunt signiferi, in diuersis aciei partibus. Quæ crux significat, iam labores in vinetis operandi redire. Sequebatur longus puerorum ordo, restim ductantium. Priores protrahebant, posteriores retrahebant. Tamen priores, hic valentiores, pergebant vlterius. Interim ludi huius moderatores, morionum habitu discurrebant, vt omnia rectè fierent. Exijt pompa postea, in conuiuium suo loco amicum: atque ita celebritas vsque in noctem producebatur. Hic festus dies quotannis ita agitur: ageturq;.*

Dum iuga rupicolæ, botros dum vitis, habebunt.

Coloniensium Archiepiscoporum conflictus. *Erant his temporibus crebri conflictus, inter VValdpurgensem Gebhardum, & Austrium Cardinalem, de Coloniensi Archiepiscopatu: quem hic tandem, illo obtruso, obtinuit.*

Caluinismus, Haidelbergam introductus. *Haidelbergæ, præsente Ioanne Iacobo Grynæo Doctore, & Palatinatum regente Ioanne Casimiro Palatino, doctrina Caluiniana introducebatur.*

Venetis excusa Strigilis Grammatica Nic. Frischlini, huc veniebat. Hinc origo postea belli Grammaticalis.

Constantinopolit. Acta. Simo Sulcerus. *April. 25. Acta & Scripta Constantinopolitana, VVitebergæ excusa: & Turcogracia, Basileæ, huc allata sunt. Quo die Basileâ ad me D. Simo Sulcerus scribens, Elucet, inquit, ex Turcogracia, rerum maximarum vtiliumq; copia & varietas: quæ vtinam Orbi Christiano familiariter innotescat: & à multis attentè pieq; legatur, ac consideretur: propter animaduersionem Dei in impietatem, & misericordiam suam erga aliqualem Ecclesiam. Benè vale, mi Crusi: & Sulcerum, senectâ morbisque languentem, pijs supplicationibus Deo commenda. Saluta collegas tuos, & Theologos.*

Hoc tempore verno, Castellanus arcis illustris hîc factus & Ioannes Kynig, M. Ioannis Syndici Academici F. qui militiam cùm aliam, tum Melitensem secutus fuerat: magnamq; rerum experientiam sibi comparauerat.

Admi-

Administratio Tybing. Academiæ.

Maij 1. Rector lectus est 200 illustris ac generosus Dominus, Dominus Conradus, Comes de Tubingen, Dominus in Liechten Eck: adiuncto eius generositati pro Rectore, D. Theodorico Sneppfio. Acad. Tybing. Tybing. Comes Conradus, Rector Academiæ. *Habuit postridie concionem Rectoriam, Magister Christophorus Stahelinus.* Ὑπὲρ παιδεύσεως τῶν θείων: ὅτι ἀνιόντι τῷ ἔτει ἐνίοις, ὀλιγωρεῖν, ἢ καὶ μετ' ἐπιπλοκῆς ποιεῖσθαι τὴν χρῆσιν, καὶ ἡμῖν παιδευτέον ποιήσασθαι τὰ θεῖα καὶ τιμᾶν καὶ δόξαν τῷ θεῷ, καὶ σῶ πειθῶ ὠφέλειαν, μετ' εὐσεβείας καὶ ἡσυχίας: τῷ αὐτῷ καὶ κατὰ τὸ ῥῆμα πάντα πράξαντες εὐλογοῦντες, καὶ ἀγαθὸν τέλος προσδοκῶντες, ἀμήν.

Horâ deinde decima, in Senaculo Vniuersitatis, pransi 3. mensis hilare fumus: in quarum prima, Rector comes Conradus, cum duobus fratribus: & cum tribus Baronibus Lympurgensibus, ac totidem Baronibus Starembergensibus, & Barone Schnitzenbaumio.

Inscripti in Album. Florianus Gensterer Kitzingensis, Maij 5. Daniel Schumaier Suntheimensis. Ioan. Conradus Gœltzer Chomburgens. Christoph. Lucius Viennensis, cæcus: & Ioan. Hapsenceder Grieskirchensis, Pædagogus, Maij 11. Antonius à Streithorst, Saxo nobilis: & Henricus Bocerus Vvestphalus, Præceptor eius, Maij 12. M. Felicianus Clarus Saxo Mindensis, Maij 22. Ioan. Iacobus Hugo Augustanus, Aug. 20. Michael Beringer Vlbachens. Aug. 27. Hermannus Baro in Milchling & Vvilhermsdorff, cum Præceptore Philiberto Martio Augusti. Octob. 12. Cæcus, Christoph. Lucius. Milching.

Octob. 18. Rector 201. D. Georgius Hamberger.

Inscripti. Franciscus Hieronymus Schyrstabius Noribergens. Octobr. 21. Petrus Hener Lindauus, Nouemb. 9. Ioan. Adamus à Sternefels, 26. Ianu. 1585. Vlricus Bollinger Vvangens. Mart. 22 Lucas Osiander Stutgard. D. Lucæ F. April. 20. Christoph. Ridius Schorndorffens. M. Christophori F. & Lud. Arnsperger indidem, April. 28. Hener.

Decanus artium. M. Georgius Liebler, sextùm.

Magistri creati. Februar. 14. Nicolaus Iungius Lybecensis. Ioan. Theodoricus Sneppfius Tybing. D. Theodorici F. Michael Zeller Campidonens. August. 5. Ioannes Feringer Herrenbergens. Iacobus Zuincker Schorndorffens. Benedictus Magnus Memmingens. Georg. Vogel Regiomontanus.

Maij 2. accepi literas Culmbacho, à S. Theol. D. Ioanne Streitbergero. Tuas literas superiore anno accepi, inquit: quas summa cum voluptate legi. Reuocabant illæ mihi, mi Crusi, tempus il lud Curiense: quo illic vnà eramus, ego & Parentes tui: quorum tantus in me fuit amor, & tanta beneuolentia: vt pater iam grandis natu, me, vt filium, complecteretur. Mater certè me alterum filium nominabat: &, quia me haberet, altero se filio auctam prædicabat: cùm tu illi esses vnicus. Et obuersatur mihi adhuc ob oculos, illa pientissimorum Parentum tuorum virtus: singulari in Deum religione conspicua. Certè, si à domesticis meis discedo: post illud tempus vix inuenio alios: qui eâdem æquè me humanitate & fauore cõplexi sint, ac tui isti honestissimi Parentes. Ago nunc LXVII. ætatis annum: filium meum M. Victorinum, in vestra Academia esse cupio, &c. Ioan. Streitbergerus, Theol. D. ” ” ” ” ” ” ” ”

Maij 10. turris Templi Biberacensis, horribili fulmine percussa est, horâ vndecima noctis. Conflagrauit tectum, & pars magna infrà: colliquefactæ sunt campanæ: horologium perijt, & organon nouum musicum. Tabularium Reipubl. ex partibus Templi decidentibus prostratum, & conquassatum. Interierunt quatuor homines: inter quos, sponsa virgo: nuptias postero die Lunæ celebratura. Clamauit ea ante mortem (sed & cæteri) Domine Iesu Christe, miserere mei. Læsi denique amplius triginta homines, in corporibus suis fuerunt. Qua de calamitate, concio pia & erudita Doctoris Conradi Vvolfg. Platzij Parochi eius Ecclesiæ fidelissimi, extat, populari sermone scripta. Posterius verò, illa omnia in melius sunt restituta. Biberacensis Templi fulmen.

Maij 22. redditæ mihi sunt literæ Græcæ, quas Meletius, magnus Protosyngelus, & Procurator Alexandrini Papæ Patriarchæ, Iudicis Oecumenici, 1583. Octobr. 14. ex vrbe Cairo (olim Memphis dictâ: hodie Ægyptus etiam & Misyris appellatâ) scripserat: cùm literas meas, & compendium Theol. accepisset. Cairo literæ Tybingam allatæ.

Maij 25. Georgius Mylius D. Augustæ, in negotio controuerso Noui Calendarij, à Præfecto vrbi captus, vt ad Pontificios abduceretur, liberatus per ancillam effugit: ac veste muliebri euasit tunc inde, & postea Vlmam: vbi vxor eius, partui vicina, priore terrore extincta est: quam multa hominum millia, honorificè ad sepulturam prosecuta sunt. Mylij, Doctoris Augustani, periculum.

Iul. 10. Princeps Orengius, à quodam per insidias occisus in Belgio est, Baltasaro Seracco.

Aug.

Conuictorum precium pro victu, crescens.

Aug.12. M. Georgio Hizlero, oculis suis medente, Crusius explicare incepit in Aula nouâ, 3. & 4. classibus Pædagogij coniunctis secundam Philippicam Ciceronis. Deinde duas mensas conuictorum alebat: dante vnoquoque 46. fl. permissu Senatus, per annum: appositis 3. aut 4. ferculis, & semimensura vini quotidie. Ita precia rerum crescebant paulatim magis magisq; cum circa 1559. annum, tantùm 36. fl. soluerentur. Sic, in omnibus etiam alijs mensis.

Darmarij Andreæ Laconis, Tybingam aduentus.

Aug.30. veniebat huc vir egregius Græcus, Andreas Darmarius Epidaurius Laco: venales libros M. Scr. Græcos aduehens. De quibus D. Gerlachius & ego, quosdam 8. Septemb. eximius 35. coronatis Italicis, in Bibliothecam illustrissimo Principi nostro.

Obseruata ex Darmario.

Athenarum barbaries.

Athenienses oleum, & alia multa, Venetias aduehunt. Eorum multi, sunt Musici. Aliàs, magna Athenis barbaries est. οὐδεὶς τούτων, πεπαιδευμένος. Ergo Demosthenes & Plato Athenas non amplius hodie agnoscerent. Talis barbaries, Corinthi quoq.

Sparta.

Sparta, etiamnum μεγίστη πόλις ἐστὶ, maxima vrbs est: vbi Græcorum, omnis ætatis & generis L. millia reperiuntur. Multi etiam Iudæi. ἀτείχιστος, mœnibus caret. Arcem Turcæ tenent, valde munitam. Ipse puriorem ibi L. Græcam didicerat, à Dorotheo quodam Nauplienſi.

Eurotas flu.

Eurotas Fluuius (nunc ἤρης, Iris) maximum pontem habet, prope aream Lacedæmonis: quæ hodie non amplius vrbs est: sed fruges ibi iam exarantur. ὀλίγα αὐτῆς σύρισκονται ἐρείπια: paucæ inueniuntur reliquiæ. Talia sunt humana.

Nauplium.

Nauplium, maius Spartâ est: habens LX. millia Græcorum πάσης ἡλικίας.

Venetijs, XV. millia omnis ætatis, Græcorum sunt. Interdum ibi XXX. millia Græcorum negotiantur: cùm appelluntur naues: Alexandriâ, Creta, Constantinopoli & ex insulis.

Templa Græcis concessa, in Italia, Anconæ, S. Annæ: Neapoli, S. Catharinæ.

Cæcus Musicus Hispanus.

Cùm videret Darmarius inter meos conuictores, cæcum mihi assidentem, Christophorum Lucium: & pulcherrimas varijs generis Scripturas, pede exaratas ab Halensi Sueuo, Thoma Schvveickero, brachijs carente: miratus est, ac dixit de cæco Hispano docto Salina, optimo in organis musico, & aleam scitè ludente, his verbis.

Ἐν πόλει σαλαμαντίνῃ τυφλός ἐστι διδάσκαλος μουσικῆς, ὀνόματι σαλίνας. ὃς λαμβάνει κατ' ἔτος φ. χρυσίνους ἐκ τοῦ βασιλέως τῶν ἱσπανῶν, γεγονὼς ἔτην. Αὐτὸς μετέφρασε πολλὰς βίβλους μουσικὰς, εἰς τὴν λατινικὴν γλῶσσαν: ὡς καὶ τὰ Ῥτολεμαίου ἁρμονικά. Καὶ δονεῖ, ἤγουν κρούει (er dönet) τὰ μουσικὰ ὄργαναλίαν ὑπερφυεστάτως: καὶ ἑλληνικῶς ἄδει τὰ Ἀνακρεόντεια μέλη: καὶ παίζει τὰ ζάρια, ἤγουν κύβους.

A prædicto Schvveickero pede scriptæ in tabella membranea diuerso modo sententiæ sequentes, mihi ab Ioan. VVeidnero Lendsidelio, Scholæ Halensis Sueuicæ Rectore. 4. Aug. 1584. missæ erant.

Pede scriptæ sententiæ, à Thoma Schvveickero.

Christus ist vns von Gott gemacht zur Weißheit / vnd zur Gerechtigkeit / vnd zur Heiligung / 1. Corinth. 1.

GOTT MEIN TROST.

Christus ist die Warheit / vnnd das Leben:
Die Aufferstehung wil er vns auch geben.
Wer an jhn glaubt / das Leben erwirbt:
Ob er gleich hie schon leiblich stirbt.
Wer lebt vnnd glaubt / thut jhm die Ehr:
Wirdt gwißlich sterben nimmermehr.

PROPE EST DOMINVS, omnibus inuocantibus eum: omnibus inuocantibus eum in veritate. Voluntatem timentium se faciet: & deprecationem eorum exaudiet. Psal. 144.

Befehl dem HERREN deine Wege / vnd hoff auff jhn. Er wirdts wol machen.

Brachia quòd nobis digitosque manusque negauit
Natura: en dextro scripsimus ista pede.

Dieweil ich (daß es Gott erbarm)
Hab weder Finger / Händ / noch Arm:
Vnd mich also behelffen muß:
Schreib ich das mit meim rechten Fuß. *Anno ætatis 43.*

Vindemia vberrima.

Aug.31. Nicod. Frischlinus, relictâ Labacensi Schola, huc πανοικὶ redit.

Medio Septembris fuit vberrima circa Tybingam, & alibi, vindemia. Certè in Ducatu nata

nata est tanta vini copia: vt mensura vno nummulo emeretur: multum vini profunderetur, aut Calx eo macerare tur.

Nouembr. 1. natus est Rappottenstaini, Gottfridus de Landau, Baro Hausæ & Rappottenstaini, D. Acacij filius 5. Landau.

Nouemb. 3. in Senaculo Academiæ 4. mensis prandebamus: inuitatu generosi comitis Tybing. Conradi, quia Rector fuerat: qui & inaurato poculo Senatum honorauit. Musicâ hilarabatur conuiuium, ex adolescentibus Stipendij illustris (vbi Musicæ professioni præerat M. Christoph. Lindlinus) dulcissima.

Nouemb. 10 creati sunt Doctores: Antonius Varnbyler, Faber Bietickaimensis, M. Michael Sandberger Stutgardianus, M. Zacharias Hettler Nyrtingensis, Iuris: & Vlricus Andreæ, Medicinæ. Promotores, Heerbr. & Hochm. & Planerus. Doctorum creatio.

Nuptiæ hoc 1584. anno.

1. Tybingæ. Maij 19. M. Iacobi Maieri Biticensis, cum M. Crusij ex secundo coniugio filia Maria Magdalena. Interfuit etiam Rector Academ. illustris Comes Tybing. Conradus, cum fratribus: & Albertus, semper-liber Baro Lympurgensis. Matrimonia.

Item Iun. 2. Petri Heneri Lindauiensis cum Dorothea, D. Georgij Hambergeri Med. F.

Septembr. 1. M. Andreæ Osiandri, cum Barbara, M. Samuelis Hailandi genuina, mea autem Spiritali filia.

2. Augustæ. Ioannis Hartliebij D. vidui, cum Regina Rætina Vlmensi, April. 21.

Matthæi Schoreri I. C. cum Pheronica Haintzeliade; Christophori Haintzelij (nihil ad alteros pertinente) filia.

Defuncti sunt.

1. Stutgardiæ, ad S. Leonhardum. Maij 19. (die Martis) honesta Magdalena: Sebastiani Thomæ, in cancellaria VVirtembergensi operas dantis, vxor. Mortui.

In Hospitali. Decemb. 15. laudata matrona Amalia (ἐμμέλεια) Ioannis Hippolyti Treheri altera vxor, quæstorij Consiliarij (Rentkammers Rahts) nata Isingrinia.

Gar Christlich lebt diese Matron:
Hat armen Leuten guts gethon.
Liebt GOTtes Wort/ versorgt jhr Hauß:
Schweifft nicht viel hiel hin vnd her darauß/ ꝛc.
Bekam groß freuwd vor jhrem end.
Sie sprach/ vnd hub auff jhre Händ.
Freuwd vber freuwd/ ich bin genesen.
Jch bin schon in dem Himmel gewesen.

2. Tybingæ terræ commissus est 7. Febru. in suburbano Dei agro, M. Caspar VVildus: illustrissimi Principis nostri Consiliarius: τὰ μὲν πολιτικὰ, ῥρόνιμος: τὰ δὲ πρὸς θεὸν, σύνεσις: τὰ δὲ κατὰ τὸ σῶμα, τὴν μέτριος, ἴνα μὴ τὸν ὑπνον, μηλανοπόγων, ἀλγυσκάλος, καὶ φρονιμοκάλος. Cœlionatus in Templo est D. Theodoricus Sneppsius: & postea mense Martio, latinè ipsum celebrauit M. G. Lieblerus. Caspar VVild.

Sepulta in Sangeorgiano 14. Februar. est nobilis virgo, Feronica ab Anvveil: soror D. Agnetis à Fyrst, vel Megizerina, τῆς τιμίας σωτηρίας μου. Concionem habuit D. Antonius Varenbyler, ex 2. Cor. 11. Virginem castam abstituere Christo. Δεῖ τηρῆσαι τὴν παρθενίαν, ἵνα μὴ θηριόδηλος γενήται ὁ βίος, ἕως νομίμως γάμου τὰς πύρας, ἀλλὰ καὶ τοὺς υἱεῖς. ἀλλ' ὁ διὰ τοῦτο, προτιμοτέρα παρθενία ἢ παρθενικὴ τάξις, τῆς γαμικῆς συζυγίας. οὐ γὰρ χριστῷ ἦν, ὅτι ἰσάγγελος, ὅτι ἔλλαμψ: ὅτι γυνὴ, ὅτι παρθένος. τῇ γὰρ πίστει, καὶ τῇ ἀγάπῃ τῇ εἰς χριστῷ, τοῦτο ποιοῦσι πάντες. ἀλλ' ἐκεῖνο τελεῖ ἡ σωματικὴ παρθενία: ἡ δὲ πνευματικὴ, καὶ τελεῖ. πνευματικὴ δὲ παρθενία, τὸ πιστεύειν εἰς τὸν χριστὸν, ὡς παθαγώτατον νυμφίον, καὶ κάλλιστον. αὐτὸς τῷ τιμίῳ ἑαυτῷ αἵματι ἐλυτρώσατο νύμφην, ἵνα μὴ τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἕκαστον χριστιανὸν, ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν. διὸ, ἐπὶ μόνῳ τῷ νυμφίῳ τὰ τῆς παθλίας ἡμῶν μοιχείας, τὸ αὐτὸ ἀποχρῶντας, τρέπεσθαι ἐπὶ τὰς ἀντίσεις. ἔτι; ἐκκλησία παρθένος: ἁγία καθ' ὅλον σῶμα, καὶ ψυχὴν, ἁγία. ἐκκλησία τοίνυν ἡμᾶς ὁ κύριος τῇ ἑαυτοῦ δικαιοσύνῃ ὡράϊσε: διὰ ἡμᾶς σεμνὸν διὰ χριστιανῶν αἰῶνα βίον ἄγειν: καὶ μὴ καταῤῥυπαίνεσθαι κακίαις. νυμφαγωγοῦσιν δὲ πρὸς τὸν νυμφίον χριστὸν: πρῶτον μὲν, ἁγίας ψυχῆς ἀποβλέποντες εὐ ταῖς ἐκλογαῖς: εἶτα δὲ, ἐπὶ τῆς ἐκλογῆς ἀκολουθησίαις. διὰ τοῦτο, μιμώμεθα τὰς φρονίμας τῶν παρθένων, μὴ τὰς ἄφρονας. ὅτω καὶ ἡμεῖς νῦν ἀγωνιζόμεθα καὶ σεμνὸν ἐθάλαμον παρθένων: ὅτις καὶ εὐσέβειαν, καὶ ἀρετὴν, κεκτήσατο, τὸν νυμφίον χριστὸν μακαρίσεται λαμπρῷ ἐπαίνῳ δοξάσατε. Virginitas, corporis & animi.

Septemb.

Bernh. à Rohr.

Septembr. 20. concionem funebrem habuit Doctor L. Oſiander: cùm hîc diem ſuum obiiſſet nobilis vir, Bernhardus à Rhor: qui cum illuſtriſſimis principibus huc venerat: VVirtembergico, Saxonico, & Lignicio. Fuit ille Ducis præſentis Lignicij Ioannis Georgij, Magiſter equitum, ſeu Mareſcallus. Cui nobilis apud nos Studioſus, Honorius à Saurau Styriomarchius, Epicedium ſcripſerat: quod excuſum, in cœmeterio ſani Iacobi, antequam ex ea funus efferretur in S. Georgij Templum, inter doctos diſtributum fuit. ἦρ ἐκείνος, ἡροϊκὸς ἐξ ἰσου: πᾶσι μὲν αὐλοῖς καλῶς ἀκκαυτίσατο ἀνὴρ δὲ εἰς τέρψιν αὐθαρείως τραπεσυσάμενος. ἔπειτα δὲ, ἐγγαθὸς βυθληρέγοτ ἐγένετο: δικαιοσύνης καὶ νηφαλιότητος σπουδαγώτατος καὶ ἀκοσι, τῆς ἀληθοῦς πέγιστος ἐπιμελητής. ὡντῷ ὁ ζεὺς τὰ φιλτάτ χαρίσατο, καὶ πᾶσιν ἡμῖν, κοίσειν σὺν ἐπαύνῃ τῇ ἡμέρᾳ.

Blandina Sneppfia.

3. *Leyvenſtaini. Blandina obiit Sneppfia, Doctoris Theod. Snepfij ſoror: antea Villorino Strigelio Theologo, poſtea Ioanni Veiſchero Eßlingenſi, Senatoris Vrbani filio, nupta.*

Epitaphium Aurelij, Epiſcopi Italici, Hirſaugiam translati: & in maiore Templo poſt ſummum altare poſiti.

Hirſaugia, S. Aurelius.

Den 14. *Nouemb. anno* 1584 iſt Sanct Aurelij Grabſtein / auß der Kirchen deß alten Kloſters (weil ſolche Kirch / auff Fürſtlich befelch abgebrochen worden) herein in die Kirchen deß newen Kloſters / damit er zur gedächtnuß behalten werde / geführt / vnd hinder den hohen Altar geſetzt worden. Auff dieſem Grabſtein ſind folgende wort / am rande vmbher gehauwen.

Anno benignitatis octingenteſimo triceſimo, almi Præſulis Aurelij venerando corpore de Italia tranſlato, eſt eidem Hirſaugia ſuſcipiendo fundata.

VINI VILITAS TYBINGÆ. GRÆCORVM ALIQVOT TYBINGAM aduentus. Capitaneus Venetus Hemous. Scholæ Tybing. Rectura. Alexandria Ægypti, & Cairum. Variæ res plurium locorum. Ciuitas Hailprunnenſis. Matrimonia & deceſſus honeſtorum hominum.

CAPVT XXXI.

Vini vilitas.

ANNO 1585. *Ianu.* 7. war die Weinrechnung allhie / für ein Fuder / oder für ſechs Eymer / 12. fl. 24. ß. *Ideſt, tanta erat vilitas vini Tybingæ: vt 6. cadi, ſiue 1. plauſtrum, valeret tantùm 12. fl. & 24. ß. à vinitoribus, quibus in ſpem vindemiæ, ſuperiore anno pecuniam mutuò dediſſes. Qua pecunia hodie ne vnum quidem cadum emere poſſumus.*

Epperies ciuitas.

Ianuar. 10. literas ad me dedit Iacobus VVagner Nouiſolienſis: ſcholaſtica conditione ſubgens in ciuitate Vngariæ ſuperioris Germanica, Epperies dictâ: mediô inter Caſſouiam & Bartpham, non procul à ſede Ruberiana. Significabat, ibi M. Samuelem Soitarum docere in Eccleſia & verbum Dei, in illis Germanicis ciuitatibus tam purè ſonare, quàm in VVirtembergia.

Mulier incendiaria.

Febru. 12. Nordlingæ ſupplicio affecta eſt candentis forcipis, & combuſtionis, mulier quædam: quæ ſæpe pagum Schweindorffium, ex quo ipſa erat, incenderat, virumque ſuum interfecerat.

Tholoites & Argyrus, Græci.

Februar. 18. Græci duo ad me veniebant: Ioannes Tholoites ἱερεὺς *Theſſalonicæ: & iterum Andreas Argyrus, nihil petens, ſed amicitiæ alterius gratificans. Habebat Ioannes Græcum teſtimonium ab Epiſcopo Eccleſiæ apud Venetos Græcæ, Gabriele: captum eſſe cum matre, vxore & liberis, à Turcis: & opus eſſe amplius 300. Ducatis ad liberandum ipſos. Matrem habebat nomine* πυρίαν ἦν, *Cyriacam, 65. annorum, vxorem verò, Theodoram, ex oppido Platamona, in alio, ad mare, 8. milliaribus Germ. à Theſſalonica. Dicebat (ferè aſtipulantibus ſequentium annorum*

Platamona C.

Theſſalonica.

Græcis) Theſſalonicæ habitare circ. 80. millia Iudæorum. 20. millia Turcarum. 50. millia Græcorum.

Die 1. Martij, D. Nicolaus Varnbyler P. Doctorijs honoribus exornauit Henricum Bocerum Salcatenum, & Ioannem Strobelium Vffenheimenſem, vtriuſq; Iuris.

Aquila, Tybinga.

Mart. 29. aquilam viuam, vlnæ latitudine alas expandentem, occiput album & calidum habentem, carnis fruſta ſemilibria deuorantem, nihil bibere ſolitam, hîc apud generoſos comites Tybingenſ. videbamus.

April. 2. Nicro Rotemburgi decollatus eſt homicida quidam à tyrone carnifice, ita, vt non decideret caput: ſed ab altero aſtante carnifice, inter cadendum ſtatim exciperetur.

April. 3. literas Patauij ad me ſcripſit præclarus iuuenis, Matthæus Grabisbadius, Medicinæ ſtudioſus. Inter alia, Venetos pacem habere à Turca: quòd omnem theſaurum, quem Nauarchus ipſorum

ipsorum Petrus Hemous, nobilis Venetus, Tripolitanæ Dominæ (tempestate ac ventis adipsorum inf. Cephalleniam, & sinum Adriaticum, delatæ) eripuisset, restituerint: & sanguine insuper eius dē Hemoi, nō sine dolore suo, iram Barbari placauerint. Ian. 30. honorificè tamen in Monasterio, seruorum appellato sepeliuerint. Sed scribit in Suppl. Annal. Turc. Leunclauius noster, de dira crudelitate & libidine: quam ille Hemous (Emum ipse vocat) & socijs, in mares 250 fœminas 40. exercuerit: illis mactatis, his post stupra concisis, vtrisq; in mare iniectis. Inter quas virgo, ex Cornaria Venetorum familia nobili, 12. annis ante in Cypro à Barbaris capta: Christianam se dicens, & pudori suo parci à filio fratris illius nequicquam obsecrans, lacrymas lectori excutere potest. Factum, exeunte ferè 1584. anno. Cæterùm, Grabisgadium 1587. Stutgardiæ vltimùm salutauit: cùm iam esset vnus ex Medicis Principis: sed non multò pòst mortuus est. Hemou Venetus.

Acad. Tybingensis administratio.

Tybing. Schola.

Maij 1. Rector 202. Iacobus Heerbrandus.

Inscripti. Iacobus Schad, & Hieronymus Schleicher, Vlmenses, Maij 8. Theodoricus & Hieronymus, Barones ab Eck fratres, Iul. 12. VVolfgangus, & Ludouicus, & Marcus, Hæhenfelderi Austriaci, fratres. Georg. Bernhardus, & Ioan. Sigismundus, Kirchbergeri Austriaci, fratres. M. Georg. Grynæus Budizenus Pannonius, Præceptor. Iul. 31. Christophorus Senfft à Sulburg. Aug. 9. Christoph. à Lauingen, Aug. 10. M. Paulus VVeiß Strælensis Silesius, Professor Theol. in Acad. Regiomont. Septemb. 22. Thomas Laurentij, Aboënsis Cathedralis Ecclesiæ Pastor in Finlandia sub Rege Sueco, Septemb. 24. Theodoricus & Christoph. à Schliben, Borussi nobiles, Sept. 27. Eck. Hæhenfelderi. Kirchbergeri. Senfft. Finlandus Thomas Laurentij.

Octob. 18. Rector 203. Andreas Laubmarius I.C.

Inscripti. Ioan. Christophorus à Zilnhart, Decemb. 14. Zacharias Startzer Viennensis, 12. Mart. 1586. VVolfhardus Spangenberg Mansfeldens. April. 3. M. Victor. Streitberger Culmbachens. April. 24. Streitberger.

Decanus Philosophiæ. M. Georgius Hizlerus, quintùm. Sed cùm oculis captus esset: vicariam pro eo suppositi operam M. G. Lieblerus, per totum annum.

Magistri renuntiati. Feb. 17. Dauid Mageirus Vaihingensis. Ioan. Giffthail Gæppingens. Georgius Læderer Neuffens. Christianus Pfister Tybingens.

Aug. 11. Georg. Riederer Augustanus. Michaël Ziegler Gruningensis. Matthæus Vogel Regiomontanus. Conradus Lindemannus Durlacens. Nicolaus Fennius Schweinfurtensis. Hodie, Scholæ Eßlingens. Moderator. Osualdus Heberlinus Rauenspurgens. Ziegler.

Maij 10. & 11. eramus Stutgardiæ, ego & amici quidam: quādo celebrabat secundas nuptias illustriss. Princeps Ludouicus, cū illustrissima Palatinide D. Vrsula. Exhibui Epitalamion Græcolatinum, quod libro Germanogræc. 6. extat: pro quo largè mihi gratia clementer relata est. Nuptiæ secundæ VVirt. Ducis Ludouici.

Maij 20. hìc erat vir diues, honestus, & pius, Andreas Bohemus, Noribergensis: qui complureis apud nos alit Studiosos S. Theologiæ. Ἐκτῶμον οὐ τῇ Ἀκαδημαϊκῇ σοφίας εἰπόντα, μετὰ τιμωτέρας μαιεύτης, διὰ φωνῆς κἀθ' ὁμωλίνης πᾶι ἐρρωνίνης. Andreas Bohemus.

Iun. 3. D. Theod. Sneppfius ordinauit duos Ecclesiæ ministros: M. Tobiam Zellerum, & M. VVilhelmum Elenhaintzium: quos habiturus erat illustris Comes Salmensis Iulius, in Vngaria Euangelium annunciaturos.

Missus etiam concionandi causâ fuit hoc anno ab illustriss. Duce VVirtemberg. M. Valentinus Claßius, ad generosum D. Hieronymum Schlickium, Comitem in Passaun, Baronem in VVeißkirchen, &c. Sequēti tēpore reuersus, nunc Ecclesiasticomunere in VVirtēbergia fungitur. Hieron. Schlick.

Circa medium Iunij, Doctor Georgius Mylius, cui in patria Augusta consistere non licuerat, VVitebergæ factus est Professor & Cancellarius Academiæ. G. Mylius.

Tybingæ, post aliquot dies, iussu Senatus amplissimi, Pro M. Georgio Hizlero, visui reciendo operam dante, Oratoriam eius prælectionem obire M. Crusius cœpit, donec ille conualesceret. Sed quamuis multa tentaret, nec sumptibus vllis parceret, ille pius & eximius vir: visum non amplius recepit. G. Hizleri cæcitas.

Iul. 19. excusa exijt confessio D. Iacobi Schegkij: se de cœna Domini sentire cum Theologis VVirtembergensibus.

Iul. 23. Rotenburgi 9. Sagæ ad tres columnas exustæ sunt. Sagæ.

Hoc tempore, Augustani aliquot Patricij, cùm nollent assentiri alteri parti, in rebus ad Ministros Ecclesiæ Lutheranæ spectantib. ante noctē vrbe excedere coacti sunt. Quidā Senatores assensi. Exules Augustani.

Græci duo Corcyrenses.

Aug. 4. duo miseri Græci Corcyræi hic erant: Ioan. Constantinus Parasceua senex: & Andreas Nicolaus, nepos eius ex fratre: cũ asino, quo senex vehi solebat. Loquebantur vulgari L. Græca, & Italicâ. Dolebant, se non intelligi, quò venirent. Profugerat senex cum 24. Christianis, quos Cõstantinopoli liberauerat: sed Thessalonicæ captus, cruciatibus subiectus fuit. Oculis æger erat: in nares eius, aceto & fuligine inditis: sinistrum brachium sagitta traiectus, sicut videbamus. Deniq; in 700. Zecchinos condemnatus.

Antuerpia, hoc tempore Hispanis dedita.

Matth. Aentzlinus.

Matthæus Æntzlinus I. C. in locum D. Iacobi Cappelbeccij, senis emeriti, & affectæ valetudinis successit.

Græcus, Philipp. Mauricius.

Nyrtingæ pestis.

Iac. Kauffmannus.

Helias Benignus.

Aug. 26. Portæ Neccaricæ custode ad me veniente, exiui: introduxi ad me Græcum Corinthium, Philippum Mauricium cum famulo Italo: fide antea Portario data ab ipsis: se intra mensem non fuisse in loco pestilente. Infectus enim erat hoc tempore aër: & Nyrtingæ 500. homines mortui sunt: inter quos & M. Iacobus Kauffmannus, Scholæ ibi Moderator: vir Græcè & Latinè perdoctus, bonus & pius. Sic & optimus M. Helias Benignus, Pastor Ecclesiæ, Sept. 10. sepultus: qui superiori tempore, incolumis in peste Tybingensi manserat. Dicebat hic Mauricius (vir 35. annorum.) se ab Imp. Mauricio illo prisco descendere. Proinde literis sigillum imprimebat, in quo aquila biceps erat. ἀετὸς δικέφαλος, παρθενοπρόσωπος, στεφανηφόρος. Habebat literas à Patriarcha Hieremia: in quibus nominabatur σὺ γενέστατος, nobilissimus: & dicebatur pater & patruus eius ab Agarenis captus, & in carcerem coniectus, tanquam cum Christianis facientes.

Dicta ab eo.

Alexandria AEgypti.

Alexandria Ægypti, fortè vix 100. domos habet. Rudera & dumeta, ibi. Aër morbidus, νοσοποιὸς: & ideo minus ibi hominum: sed multi mercatores. ὁ περίβολος, ambitus vrbis, 12. milliarium Italicorum: castellum, 1. milliarij.

Cairum.

Cairum distat ab Alexandria circiter 300. milliar. & vocatur Missyrium. τοῦ νεοῦ καιρίου, noui Cairi, ambitus, est 18. milliar. sicut Cõstantinopolis. τοῦ παλαιοῦ δὲ, veteris verò, 24. mill. cuius tantùm ὁ περίβολος, murus, restat: & inibi Templum Græcorum, ὁ ἅγιος Σάβας. quæ est μεγάλη ἐκκλησία, quam Patriarcha tenet. Sunt ibi pauci Græci, πραγματευτάδες. Mercatores: vt, interdum 30. vsque ad 59. Ipse verò, pauper & despectus.

Græci, Danielis Palæologi Athenienſis, aduentus.

Septemb. 14. huc vênit Athenienſis vir, Daniel Palæologus, montis Atho Hieromonachus, à portario oppidi adductus. Habebat testimonium vulgari L. ab Abbate Dorotheo: præsidente ibi 21. Monasterijs: in quibus, 12. millia Monachorum. Habebat etiam testimonia, ex illo Græco testimonio desumpta, maximarum personarum: Gregorij 13. Papæ, Imp. Rudolphi, Regis Philippi, Ernesti Coloniensis Archiepiscopi, Ferdin. Archiducis Austriæ, &c. Regis Philippi datum fuerat 20. Decemb. 1580. Ipse, ita rudis, vix vt suum nomen scribere posset.

Subscriptiones Græci testimonij.

Λωρόθεος, ἱερομόναχος, καὶ πρῶτος πάντων καθηγουμένων τοῦ ἁγίου ὄρους.

Γαβριὴλ, ἱερομόναχος καὶ καθηγούμενος (Abbas) ἁγίας μονῆς τῆς τῶν ἰβέρων.

Arsenius Contopulas, Roma.

Dicebat, Arsenium Contopulam Cyprium, Episcopum esse Græcorum, qui Romæ essent, habentium ibi circiter 50. domos, Religionem Græcam retinentium. Ali adolescentes Græcos ibi studiosos circiter 80. à Papa.

Germano Græcia hoc mense exijt.

Elisab. Angliæ Regina.

Octob. 1. Programma Reginæ Angliæ Elisabetæ: se Belgis opẽ laturam oppressis. vt vicinis, amicis antiquitus, propter portus & negotiationem: & quia crudeliter ab Hispanis tractati sint.

Nouemb. 17. Doctores creati sunt: inter quos, Theol. Christoph. Freius, Iudenburgi Styriæ concionator.

Nauarræi R. excommunicatio.

Proscripsit hoc anno Papa Regem Nauarrhæum, & Principem Condæum.

De Halensi Sueuiæ fonte, numerale 1585. M. Iacobi Græteri Pastoris Distichon.

Fons Halensis.

LargVs, & Intenso fLVItans, HaLLensIA, Labro,
Fons tenet hIC CentVM pLaVstra saLVbrIs aqVæ.

In diesem Jar ward renouiert Diß Bildwerck / vnd mit Farben gziert:
Der Kast ernewert auch zugleich: Helt hundert Fuder Hällisch Eich.

De Hailprunnensi fonte 7. fistularum, iam vetus est hoc:

Fons Hailprunnensis.

Fonte salutifero bullantes vndique venæ,
Monstrant æterni munera sancta Dei.

Descripsit

Descripsit hoc laudatum Imperiale oppidum pluribus annis ante, bono carmine Latino, M. Iacobus Zückvvolfius, hodie ibidem Ecclesiastes: Reperiuntur Hailprunnæ scaturigines fontium amplius ducentæ. Molarum duarum altera, tredecim molares versat. Portæ oppidi, tres. Vna, Fleiniana: quia meridiem versus, ad vicum Fleinum ducit. Altera, Sulmontia, Boream versus: ad oppidum Sulmont deducens, iuxta Nicrum. Tertia, in medio, Pontana: à ponte lapideo, qui ciuitatis mœnia, & ripam Nicri oppositam, coniungit, occasum versus. Numerus ciuium, circiter M. D. Religio, pura Lutherana. Patria hæc fuit clarissimi Theologi Erhardi Sneppfij. Pagi Hailprunnensium, 4. Primus, Fleinum, vineis & vinitoribus abundans. Secundus, Beckingum, agricultura celeberrimus. Tertius, Franckenbachum, venationibus & aucupio nobilis. Postremus, Neckergartachum, Nicro proximus: cuius incolæ, piscationibus dediti. Hailprunna.

Decemb. 11. literas è Thracia accepi: vnde cognoui, Patriarcham pro Hieremia extruso, factum fuisse ἐπιβάτην quendam Pachomium: sed eodem abrogato, Patriarcham esse Theoleptum, bonum virum. Constant. Patriarcha.

Plurium hominum coniugia.

1. *Tybingæ. Nuptias 26. Ianu. celebrauit Iosephus Brentius, Med. D. cum Anna Hillerina Herrenbergensi. Obijt ipse postea 1586. Halæ Sueuorum.* Coniugia.

D. Iac. Andreæ Cancell. cum Regina vidua: & Hieronymus Gerardus I. C. cum Anna Maria, D. Nicolai Varnbyl. F. & M. Ioan. Georgius Siguardus Diaconus, cum Margareta, D. Iacobi Cappelbeccij F. Febru. 16.

2. *Aug. Caspar de Meggavv Baro, cum Vrsula, Philippi Eduardi Fuggeri F. Mart. 4.*

Et obitus.

1. *Stutgardiæ, in Hospitali. Apr. 13. mortua est honesta matrona Clara, Matthiæ Aulberi Theol. D. vidua, anno ætat. 81. cui pepererat 10. liberos. Vnde 163. filios, nepotes, & pronepotes, viderat.* Obitus.

Gleich wie sie in Adam alle sterbē: Also werdē sie in Christo alle lebendig gemacht werdē.

Iun. 3. starb die edel vnd tugentreich Fraw/ Agatha Jägerin von Gertringen/ geborne Lutzin. die hernach der Allmächtig zu ewiger frewd vnd Seligkeit erwecken wölle. Agatha Iagerina.

Hæc tres filiolas, & tres enixa puellas,
Auxit Iægerum prolis amore patrem.

Vxor fuerat nobilis & magnifici viri, intimi Consiliarij Principis, Melchioris Iægeri.

Octob. 21. honestus Ioan. Conradus Fautus.

2. *Tybingæ. Mart. 16. D. Chil. Vogler, I. C. & amplius 30 ann. Professor Institutionum, ferè septuagenarius, pius, & semper bonus. Notabilem pecuniæ summam in stipendium Martinianum legauit. Sepultus in populari cœmeterio. Concionatus est D. Cancellarius, ex 14. Rom. Siue viuimus, Domino viuimus, &c. Cellius post tempus latina eum oratione celebrauit.* Chilianus Vogler.

Apr. 28. Hieronymus Varnbyler, D. Nicolai I. C. filius νέος ἀγαθὸς, σώφρων, πεπαιδευμένος: καὶ μέγας αὖ γενόμενος, εἶ ἔζησον.

Iun. 6. Pia & honestissima matrona, Elisabeta VVystina Argentinensis, M. Georgij Hitzleri vxor 34. annos. Eius concio funebris, à M. Crusio edita Græcè & Latinè est. Elisab. Hizlerina.

August. 19. Alexander Camerarius, Consularis: Pater Alexandri, Med. D. & Reutlingæ Physici. ὀρθόδοξος ἦν, εἰς τὸ ἱερὸν θαμήζων, καὶ οἴκοι ἀγιόγραφα φιλαναγνωστῶν.

3. *Hirsaug. A. D. 1585. die 15. Nou. obijt honestus iuuenis, M. Ioan. Christoph. Parsimonius, Ioan. Parsimonij Abbatis Hirsaug. F. Præceptor Hernalbensis, & Pastor Dominici gregis in Michelbach, an. ætat. suæ 21. Sepultus è regione Suggesti, inter mensam cœnæ & baptisterium.*

4. *Hailprunnæ. Octob. 8. Christophorus Fleckius, Archigrammateus Beilsteini: Hailprunnam profectus, & ibi 29. ætatis anno, morbo correptus. Concionem honorificam & piam, habuit in Nudipedum eius vrbis fano, M. Ioannes Strubinus, Concionator & Superintendens.*

5. *Schafhusæ, pago prope oppidum VVilā, sepultus fuerat 1458. VVolfgangus de Stain, cognomento longus. Anno autem 1585. cum propter frequentiā auditorum ex eo oppido ad Euangelicas M. Michaelis Oesterlini, Ecclesiæ Schafhusanæ pastoris, conciones confluere solebant, ædificium templi ampliaretur: VVolfgangi illius ossa effossa sunt: inter quæ, tibiæ mensura tanta fuit: quanta est mensura huius lineæ, octies sumptæ.* VVolfg. Longus à Stain.

Fuit caupo quidam 1557. Mulbergæ (vbi Hygelshaimum ad Rhenum) Erhardus Han: qui femoris os habebat, nouies eandem lineam longitudine æquans.

Et fuit sparsa fama per VVirtebergiam: hoc anno reperta esse ossa cadaueris, sexdecim pedes longi.

Alijs in locis mortui Gretzingæ, vxor Ecclesiastæ Solomonis Schweickeri, Mart. 15. Memmingæ, vxor Senatoris Albani VVolfhardi: quam is habuerat 57. annos.

Petrus Agricola.

M. Petrus Agricola, Palatini Neoburg. Consiliarius: inter Herbipolin & Onolzbachium, ἀποπεπλυμένος, prope pagum Rains Acker, 7. Iulij. Sepultus Vffenhaimi. Vir pietate & prudentia propè singulari.

DISCORDIA AVGVSTÆ PROPTER MINISTROS ECCLESIÆ. Tybingensia varia, Aduentus aliquot Græcorum, & plures res Græciæ hodiernæ. Fames & pestilentia quædam. Campana ingens Erdfordiana. Res aliquot Anglicæ. Generatio & interitus hoc anno. D. Theodorici Sneppfij, & Primi Truberi mors.

CAPVT XXXII.

Augustæ discordia.

ANNO 1586. (vt priore quoque, & sequenti) dissidium Augustæ inter Senatum & Concionatores erat: quod hi ius eligendi & vocandi Ministros Ecclesiæ, ad se, non ad Senatum, pertinere dicerent. Exitus verò tandem is fuit, vt Concionatores in exilium expellerentur. Quidam Vlmæ hospitium benignum habuerunt: donec ad functiones alibi peruenirent. Ægrè ferebat populus Augustanus, illa fieri. Ideo præsidio militum à proceribus custodiebatur vrbi. Legantur scripta de his rebus edita.

Concionatorum exilium.

Nomina electorum Theologorum.

M. Christophorus Neubergius: nunc Haidenhaimi in VVirtembergia, Ecclesiæ Parochus. M. Christoph. Metcardus. M. Magnus. Zacharias Bechel. Hieremias Herman. M. Martinus Rieger. M. Ioan. Georgius Groos. Georgius Sunder Reisser. M. Nicolaus Falco. M. Christoph. Bogner. M. Ioan. Baptista Hebenstreit. Matthæus Herbst, vel Oporinus.

D. Iacobus Andreæ, 7. Aug. pro concione, Tybingæ, explicato Euangelio Dominicali Luc. 19. de Hierosolymit. excidio.

Ἐγεβλήθησαν τινες ἐπὶ τὴν ἱερουσαλὴμ ἐπὶ πόλωσε Λυγδηνε. ἵνα ἐξέλθωσιν ἀνομέως: καὶ οἱ τε, πολὶ τὸ γονέων αὐτῶν, πολὶ τὰ ἔθνη. ἵνα αὖ θέον πὸν πῦρ βγέξεσιν ἐπὶ τὰς αἰτίας αὐτῶν: ἀλλ' ἵνα ἀντιμιμηται ἀπολάσωσι ταῦτα. Ἀνέβησαν δὲ οἱ περὶ τῶν ἕλλινα παλόντων πολὶ, ἢ κὰ μὴ πολὶ ὑμεῖς τοιαῦτα πάθωμεν.

Rectores Tybingæ.

Tybing. Schola.

Æstiuus, 204. Andreas Planerus, Med. D.

Inscripti. Laurentius Fortelius Gotthus, Maij 3. Ioannes Angelus Lorchens. Maij 7. D.

Iærger.

Ioan. Ludouicus Hauuenreuter, Argentinensis Professor, Maij 24. Helmhartus Iærger in Tolet & Staineck, liber Baro in Creutzbach: Ioan. Dietmarus Grünthaler in Grents Eck Iun. 19. Beatus à Gyltling in Berneck Iul. 20. Tobias Lotharius, & Ioan. Georgius Magnus, Augustani, Aug. 4. Philippus Heerbrand Haganoënsis, Sept. 23. Philippus Hailandus Tybing. Octob. 13.

Hybernus Rector 205. Iacobus Heerbrandus.

Inscripti. Dauid Rungius Pomeranus, Oct. 26. Ioan. VVilhelmus à Gemmingen, Nouemb. 12. Pomponius Eleman Frisius, Bibliopola, Decembr. 30. Ioan. Rudolphus Fabij à Præpositis, Rhætus Curiensis, 14. Mart. 1587. Ioan. Hippolytus Tybingens. April. 15. Marcus Nevv Geppingensis, April. 26.

Decanus Philosophicus. M. Samuel Hailandus, 5.

Promoti Magistri. Febr. 9. viginti quinq; inter quos, Thomas Laurentij, in Finnonia Aboensis Cathed. Ecclesiæ primarius pastor. Georgius Otho Nærdlingensis. Hodie, Diaconus Esslingæ. Ioannes Schumarius Sunthaimens. Erhardus Schneppfius Tybing. D. Theodorici F. Abel Vinarius Herrenbergensis. Georg. Franciscus Eppius Kirchensis. Aug. 3. quinquaginta, inter quas, Christoph. Scholtzius Vratislauiens. Matthæus Henricus, & Ioan. Menta, Augustani. Iustus Gryphius Goarinus. Erhardus Vranius Gerstettensis. Lud. Munsterus VVaiblingens. Ioan. Springer Viennensis. Conradus Fabri Stutgardianus.

Grammaticale bellum.

Hoc tempore, vsq; in 1588. annum, bellum Grammaticale inter M. Crusium, & N. Frischlinum exulantem, flagrabat.

Halbritter.

In explicatione Institutionum, D. Chiliano Voglero successit D. Ioannes Halbritter ad Ambergensis, Michelfeldi natus, eximius Iurisc.

Puchenius.

Mart. 14. M. *Andream Puchenium Brunsuicensem (cuius pater Andreas, Lybecensis Ecclesiæ Antistes erat) Doctorem Theol. creauit D. Ioannes Brentius.*

In Bi-

In Bibliothecam Acad. Tybing. recipiebatur Bibliotheca numerosa librorum omnis generis: quam clariss. Iurisc. Ludouicus Grempius Stutgardianus, Argentorati huc legauerat. Bibliotheca Lud. Grempij.

Mompelgardi inter se congressi disputando sunt mense Martio, de Cœna Domini, & alijs capitibus Religionis controuersis, Iacob. Andreæ Cancellarius, & Theodorus Beza. Mompelgardica disputatio.

Insignia videbamus nouæ Vniuersitatis Iesuiticæ: apud Gracienses, sub Archiduce Carolo erectæ.

Insignia & verba hæc, in fenestra hospitij, apud Thermas ferinas.

Eitel Friderich / Graff zu Hohenzollern/ Sigmaringen/ vnnd Vringen: Herr zu Haigerloch vnd Wehrstain: deß H. Röm. Reichs Erbkamerer/ Röm. Keys. Mt. Raht/ 1586. Sibylla/ Gräfin zu Hohenzollern/ geborne Gräfin von Zimbern/ 1586.

Mense Aprili magna erat penuria frumenti. Ideo multis suorum Decumanorum, & alijs, Vniuersitas vendendo succurrebat. Fames. Tybing. Schola Oeconomi.

Habet ea suos Procuratores in pagis & oppidis hisce: Neckerdalsingen, Feurbach, VVeila in Glemsgoia, Leonberga, Sindelsinga, VVolfenhausa, Ascha, Ringingen, Mittelstatt, Metzringa, Enningen, Grammenstetta, Sielmingen. Eleemosynam quoq; frumentariam, & pecuniariam, Xenodochium contulit.

Glemsgoia, das Glemsgöw/ *ab amne Glemsa nomen habet: qui olim terminus fuit inter Constantiensem & Spirensem diœcesim, vel Episcoporum iurisdictionem: ita vt, quicquid citra est, illi: quicquid vltra, huic cederet.* Glemsgoia.

Maij 15. duo Græci adueniebant: Michael, Sacerdos Leodoricij, oppidi sub Triccensi Episcopo, biduj itinere ab Athenis: & cum eo Stamatius (qui aliâs etiam fuerat) eius interpres. Habebat Epistolas cõmendatitias Michaël Græcas tres. 1. Patriarchæ Constantinopolit. Tholepti: cui subscripserant alij etiam Patriarchæ: Alexandrinus Syluester, Antiochenus Ioachimus, & Gabriel Iustinianæ primæ Achridanus. 2. Syluestri, Alexandrini Patriarchæ. 3. Gabrielis, Archiepiscopi Philadelphiæ, Venetijs. Græci duo, Tybingæ.

Fuerant Patriarchæ illi tunc in magna Synodo Constantinopoli: quando pro Pachomio Patriarcham fecerunt Theoleptum. ὁ τῷ προσώπῳ πανόμοιον τὴν μὲν εἶναί, ὁ μιχαὴλ ἔλεγεν, *Verba Theoleptj, cur λύτρον quærat Michael.* Synodus Constantinopoli.

Δέξασθαι καὶ τὸν ἀπὸ τῆς ἐπαρχίας τῆς θεοφιλεστάτης ἐπισκόπων (Iacobi) λεσγωσκίου παρόντα πρεσβύτερον, κύριον μιχαὴλ· ὃ ἡ ἐπ' ὀνόματι τιμωμένη τῶν πανευλόγων ταξιαρχῶν Archangelorũ Michaëlis, Gabrielis, &c. ἐπαλαία, τῇ πολυχρόνιᾳ ἐσσαθρωβεῖσα, πῶς οἷόν ὑπεῖλει. θέσιν, ἣν βλέπω πανθοῖς ἐντὸς ὁ πῶγος, ἀνεπαίσιον αὐτὸν. καὶ φθονηθεὶς παρὰ τῶν ἔξω (à Turcis, extra Ecclesiam versantibus) ὑπέπεσον εἰς μυρίας πειρασμούς. Μάλιστα δὲ ἰδιωτῶν, καὶ ἰδιότρως ον ἐαυτὸν, καὶ τὰν ἐπιπλησίαν αὐτῶν, τῶν χειρῶν αὐτῶν, ἐξοδιάσας (expendens) ἄσπρα χιλιάδας δέκα πούτε, καὶ ἐπίσκοπε. διὰ δὲ ἔχει ἐγγυητὰς ἕνδεκα τῶν χειροτόνων, καὶ τὰν γυναῖκα (nomine γαμβρὸν) καὶ τὰ παιδία αὐτῆς (Ioan. & Georgium) καὶ τὰ, ὅσα πέπτηται, πῆμματα. διὸ προστρέχει πρὸς ὑμᾶς, ἐλεημοσύνης δεόμενος, &c. Theolepti Patriarchæ verba commendatitia.

Abeo dicta.

Θάλασσα Mare, { Μαύρα, nigrum, Pontus Euxinus. / Ἄσπρα, album, Ægæum, Archipelagus.

Ἄρχοντες, Proceres Græci, Constantinopoli.

1. *Constantinus Palæologus, & frater eius Ioannes, ex Imperatoria familia. Sunt negotiatores, habent vxores & liberos: habitant duo separata palatia.* Proceres Graci in vrbe Constantini.
2. *Corphinus*, κορφινῶς. Ἐξ ἀμίλης, id est, *tractat Sultani Amuratæ pecunias mercatorias.* ἀμίλης.
3. *Eugenicus*, εὐγενικὸς· ἀρχὸς εἰς τὸ πουτοσπάλι: *dominus in breui scala. Negotiatur ibi suis pecunijs.*
4. *Syrgiangus*, συργιάγγος (ὑγιαίνοις) ἄρχων μέγας, καὶ πραγματσίλις τῆς βασιλείας τοῦ σουλτάνου μερέτι: *potens Mercator Amuratæ.*
5. *Muzalus*, μυζέλος. *Eiusdem Sultani ditissimus negotiator in Moscouia, pellibus ex animali*, κουάρι. κουάρι dicto τυτίσι, σαμύρι. πραγματσυτὶς εἰς τὰ σαμύρια. Kauffher: mit Zobeln: *vt ego intelligo.*
6. *Photinus*, φωτεινὸς· ἀρχὸς τῆ σουλτάνᾳ τὸ ψαρεμόσαρο: *negotiator in foro Piscario.*
7. *Andreas Rhales Adrianopolita*, Ἀνδρέας ῥάλης ἀπὸ τὴν ἀδριανόπολι: *Cuius filiam habet Andronicus, filius suspensi dudum in ciuitate Ponti Anchialo, Michaëlis contacuzeni. E cuius Michaelis Bibliotheca, anno 1578. Constantinopoli distracta, Chronicon Græcobarbarum mihi 100. Aspris (2½. Thaleris) Stephanus Gerlach. emerat.* Rhales.

Hieremiæ Patriarchæ exilium.

Exulabat hoc tempore Hieremias, Patriarchatu à Bassis electus (quoniam bi pecuniâ promouent, & deijciunt, quem volunt) in insula Rhodo: ad quem 18. Aug. 1586. consolatorias literas scripsi. Sequenti tempore, in Moscouia vixit, donec pristinam dignitatem recepit.

Leyvensteinum op. occupatum.

Maij 24. illustrissimus Princeps noster occupauit oppidum Leyvenstain, Comitis Ludouici: qui eius Celsitudinis Vasallus esse detrectabat.

Iul. 5. Ioanni Ludouico Hauuenreutero, Medici Doctoris tribuit Sueua Tybinga decus. vt cum Erhardo Cellio, versibus gratulante, loquar.

Pussium.

Iul. 6. op. Nussium à Parmensi obsidente concussum atrociter est: immissis 24. horis, ex 32. tormentis, 4000 globis. Post aliquot etiam dies, in potestatem redegit.

Aug. 2. D. Matthæus Æntzlinus creauit V. I. D. VVilhelmum VVidmannum Halensem.

Graci, Astellas & Musikius.

Aug. 27. duo Græci venêre: Constantinus Astellas Constantinopolit. & Manuel Musikius Athenienses. Reddiderunt mihi literas, sui commendatrices. I. Ioan. Leyvenclaij. 2. Hugonis Blotij D. Bibliothecarij Viennæ Imperatoris Romani. Patriarchicas Græcas commendationes habebant: Prior, Hieremiæ; posterior, Theolepti. Causa calamitatis illorum ponebatur: quòd cùm Christianos fugitiuos à Turcis, apud se occultassent.

Ex eis annotata.

Chalcis Euboeæ.

Chalcis insulæ Euboeæ ciuitas, hodie εὐβοια *dicta, magnitudine Tybingam æquat. Interfuit Græcæ meæ Lectioni Manuel, lib. 7. de prælio nauali Atheniensium & Syracusanorum. Postridiè (27. Aug.) mecum interfuerunt ambo concioni D. Cancellarij.*

Comneni. Athenienses, Venetijs negotiantes.

Dicebant, adhuc Comnenorum familiam esse Constantinopoli, viuentes suis reditibus.

Athenis præcipui viri, semper Venetijs negotiantes, sunt: παλαιολόγος ἰάσονας, καὶ τὸ γένος. Νικολὸς, ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ. Βαρβὶς, καὶ ὑὸς αὐτοῦ ἰωάννης. ἀγγελὴς παλαιὸς. θεοδωρὴς γιαλόρης. τερπαντάζουλος χρυσὸς. μαυρόσος παλαιολόγος. Γιοὺ ἀνὴς (Iohannulus) παβλόγης. Καστανόλης, Μιέρος τῦ μαμᾶ. Καντίλης Γιαλίνος. Βαγαρχῆς, Δημήτρης Ζορζὸς.

Οἱ Ἀγαρηνοὶ, Turcæ semper bellum cum Persis gerunt: sed Persa vincit.

Inter Turcas & Græcos Constantinopoli, nulla est discordia, sed tranquillitas. Sic & in cæteris locis.

Corona, ciuitas Peloponnesi.

ἡ κορώνη, *Corona Ciuitas Peloponnesi,* πόλις ὡραία, *pulchra est. Totam incolunt Agareni. Oleo abundat. Extra coronam habitant Christiani & Iudæi. Turcis pax cum Christianis est: cum Iudæis non:* ἀλλ' ὡσαυτῶς οἱ λύκοι μετὰ τῶν ἀρνίων.

Troia. Sigeum. Tenedus.

Vrbs Priami (Troia) cœpit ἀνακαινίζεσθαι, *instaurari, à Christianis. In Sigeo promontorio, quod vocant caput Gianitzarin, duo pagi sunt,* δύο χωρία.

Tenedus, paruum oppidulum est, ab Agarenis habitatum. Christiani extrà habitant. ἐκτὸς πλείστων ὀλίγον, καὶ πικρόν.

Lemnus.

Lemnus habet ἕνα μέγιστον, *maximam vrbem, à Turcis habitatam; Christianis, foris habitantibus. Deinde,* ξ. περιχώρια, *60 pagos. Plurimas habet naues, sed arborem nullam.*

Scyrus.

Scyrus, insula est amœnissima: quam soli Christiani incolunt. Copiam vini profert.

Maria Ostella, longæua.

Maria Ostella, auia Constantini huius, vixit CXXX. annos. Ipse hic Ἀγγελὰς *mihi pinxit Calliupolin (à solis Turcis habitatam) & Constantinopolin,* παχυμερέστερον.

Constantinopolis. Trapezus. Capha. Auiasia.

Fuit ipse Constantinopoli, & Trapezunte, & Caphæ, & Amasiæ. Ambitus primæ, est 18. miliarium Italicorum: secundæ, 5. tertia verò, 4. Sed Amasia parua est, καὶ τρισβάρβαρος *(inquit) maximè barbara: in qua linguæ Mengrelicæ (Colchicæ) vsq; est. Et Caphæ, & Trapezunte, sunt Christiani, non modò Turcæ. Ecclesiæ, Constantinopolitano Patriarchæ subiectæ. Græcè loquuntur. Trapezus, sunt 2. ciuitates, Trapezus & Erisa. Vtraq; habet Metropolitanum, sicut & Caphæ.*

Prouerbium:

Μακρὴ ῥόγα, μαύρη ἡμέρα: *Nigra vua, nigra dies:* ὅτι ὁ χειμὼνας ἔρχεται. *quòd hyems veniat. Hæc, ex illis.*

Pestis circa Tybingam. Frigus.

Pestis autem in vicinis apud nos pagis, homines carpebat. Ideo solennis mercatus, qui die Lunæ & Martis post diem S. Martini solet Tybingæ celebrari, omissus est: ne qua contagio morbi inferretur. Tanta etiam vis frigoris, mense Nouembri erat: vt aliquot dies nullum frumentum moli posset.

Decemb. 19. D. Ioannes Hochmannus, V. I. D. creauit Georgium Melchiorem Kyrvvangum, Georgij F. Doctoris, & Cameralis apud Spirenses Iudicij Aduocati atq; Procuratoris.

Hoc anno lapideum pontem ædificarunt Tybingenses super torrentem Steinachum.

Lite-

Literæ aliquot aliæ, ad Mart. Crusium hoc 1586. anno scriptæ.

1. *Maij 25. à generoso Barone in Lympurg, D. Alberto. Epistola hac (inquit) licet rudi & insulsa, te visitare apud animum meum constitui: ne forsan à te, cui multum debeo, rusticitatis aut negligentiæ nomine accusarer, &c. Geildorffio.* Epistola.

2. *Iul. 15. à Georgio Remo Augustano, Latinè & Græcè eleganter docto. Misit mihi Epistolam Græcam: quam, Venetijs cum Episcopo Gabriele Seuero (τῷ τῆς φιλαδελφίας) versans, mihi impetrauerat. Augustâ.*

3. *Iul. 24. à M. Petro Ionæ, ex Nycopia Sydermanniæ: quas 29. Sept. accepi. Viuebat ipse sub Duce Carolo, Principe Sydermanniæ, in Suecia.* Nycopia.

4. *Septemb. 4. à M. Ioanne Soldano Hasso, Græcè scriptæ, beneuolentia plenæ. Ex arce generosi Baronis Hofmanni Strechau. Filiorum Præceptor erat.*

5. *Septemb. 29. à M. Georgio Krippendorffio, Erdfordiâ qui & ipse apud nos studuerat. Magna eius vrbis campana Mariani Templi, illa βοῶπις πότνια ἤρη, fusa est 1497. ab opifice Erhardo de Campen, CCLXX. centenariorum. Baptizata postridie S. Trinitatis, & SVSANNA appellata, à Doctore Iohanne de Laphe. Circumferentia eius est XIIII. cubitorum, & sesquiquadrantis. Alta est 4. cubitos, 1. quadrantem. Semidiameter, à malleo vsq; ad oram, est 3. cubitorum, 1. quadrantis. Malleus ipse, sesquicubiti est, & semiquadrantis.* Erdfordiana campana ingens.

6. *Eodem 29. Septemb. Francofurto, à Scipio Gentile. Nuper (inquit hic bonus) coniuratio quorundam nobilium patefacta est in Anglia: vt Reginam Elisabetam necarent: & Scotiæ Reginam, ab ea in custodia asseruatam, liberarent: Regno Anglico inaugurarent: vrbem Londinum inflammarent: cædem hominum diuersæ Religionis facerent. Re patefacta: ingens est lætitia consecuta: per omnes vrbis vias excitati ignes, mensæq; stratæ: non sine maximo campanarum sono, & tormentorum fragore: tanquam is, dies natalis vrbis esset. Portus, qui antea, in illa trepidatione tenebantur diligenti custodia, ne quis è Regno emigraret, reserati nauibus & viatoribus sunt: quorum vnus, Scipius tuus, ad Francofordienses nundinas perueni. Mitto tibi Græcarum literarum Professori principi, Chrysostomi Homilias 6. ex M. Scr. Codicibus Noui Collegij, ab Ioanne Harmaro, Græco Oxoniensis Acad. Professore Regio, nunc primùm editas. Dragus ille, de quo nosti, redijt superioribus mensibus ex Indijs (orbe nouo) triumphator in Britanniam, magna cum præda: in qua ingens inerat vis earum bombardarum: quas Carolus V. Germanis bello ciuili ademerat. Vale, & mortuæ iam Græciæ diu viue.* Insidiæ in Elisabetam Anglicam detector. Ioan. Harmarus. Bombardæ superioris Germanici belli, in Anglia.

Coniugia plura.

1. *Nuptiæ celebratæ sunt Stutgardiæ, vltimo Octob. illustrissimi Principis Palat. Georgij Gustaui, cum Domina VVirtembergensi Elisabeta antehac cum Hennenbergio nupta. De quib. eruditum Epithalamion Marci Henningi Augustani extat. Item, Georgij Sartoris Stutgardiani.* Georgij Gustaui Palat. nuptiæ.

2. *Nobilis viri Melch. Iægeri à Gertringen, in Eningen & Buchenbach, intimi Consiliarij VVirtemberg. Ducis: cum nobili virg. Anna à Berlichingen, Aug. 15. Stutgardiæ. Descripsit Erhardus Cellius carmine, & L. Engelhart.* Melch. Iageri.

3. *Backnangæ Septemb. 12. nobilis Christophori Senfftij à Sulburg, cum nobili virg. Fide ab Hapsperg. Benè precatus est eis carmine L. Engelhart. Obijt pia hæc fœmina, cum geminis, & tertijs etiam liberis, 1589. Febru. 21.* Christ. Senfftij.

4. *Vlmæ Mart. 16. Georgij Mylleri Theol. D. cum Veronica VVeißina.*

Marci VVolfhardi Med. D. Memmingensis, cum Eufemia Heer vvartina, Febru. 21.

Obitus plurium.

1. *Stutgardiæ, in Xenodochio, Ianu. 27. obijt Iodocus Schmid, Cellarius VVildpergensis.* Mortui.

Febru. 25. Ioan. Rudolphus Altbusser, VVirtembergicorum ordinum Quæstor. Der Landschafft Einnehmer.

Maij 10. Anna Reibinga, Adami VVeinmanni vidua, 1570. mortui.

Iul. 6. nobilis & bona mulier, Anna Grempina de Freudenstain, ex Nothafftijs Hohenbergicis nata.

Octob 5. Christoph. Conradus de Berlichingen, Burckardi Aulæ Magistri ex Dorothea F. puer quadrimus, ac 24. dierum. Et antè, Feb. 10. Vrsula, sororcula eius 6. mensium, 2. dierum.

2. *Tybingæ. Ian. 14. Doctor Iacobus Cappelbeccius, Iuris Professor, senex pius & mitis: ætate iam ipse etiam cæcus. Hic VVitembergæ à D. Luthero viam salutis didicerat: Discipulos suæ fidei commissos, fideliter instituerat: in Italia etiam, Iura didicerat: domi res sacras diligēter legerat.* Iac. Cappelbeccius.

*Ianu.*30 *sepulta est nobilis mulier, eaq; religiosa, ante oppidum: Habspergerina: cuius liberi erant, Fides & Martinus.*

*Iun.*12. *Bernhardus Kienlinus consularis obijt: septuagenario maior: qui multis sacris Diebus, in morbo se ipse consulatus erat.*

Theod. Sneppfius defunctus.

*Nouemb.*9. *vesperi mediâ* 6. *hora, reuer. & perbenè de Ecclesia Scholaq; meritus, Doctor Theodoricus Sneppfius. Sepultus est in Templo, vbi vxor eius charissima Barbara. Concionem habuit D. Cancellarius, ex Esa.*3. *Deum, Rempub. aliquam perditurum, priuare eam alimentis, & sapientibus politicis Ecclesiasticisq; viris.* Ποσάκις ὁ θεὸς τὸν λεῶν (inquit) ἀφειδέσε! ποσάκις ἐπέπεμψε! πόσους ἰσχυρὸς ἐν τῷ μέσῳ πεποίηκε! πόσους διδασκάλους πλησε! νοῦν ὑπῆρχε θείας κήρυκας ἀνὰ πᾶσαν τοιοῦτος, οἷος ἦν Ἐρέφρων ὁ Σύνφιος. τὰς λίθους αὖ ἐκίνουν, ὅτως εἰπεῖν, τοῖς διδαχθεῖς αὐτὸς, οὐτ' αὖ ἐκίνουν τὸν ὕδωρ αὐτὸ ἔλωπε, τὸν μακάριον θεοδώρητον. Οἷον αὖθις! ὡς ἐνδιαθέτῳ ψυχῇ διδάσκοντα! ἀπιδόντος ἀνὰ τὸ, διὰ τὸ ἀλλότριον ὑμῶν, ὦ ἀκροατά. φοβοῦμαι τοίνυν, μὴ πλέονα πάθητι. ἐν οἷς ἄλλον δίδοντα ἄρχοντα, ἐν ὅλῃ τῇ γερμανίᾳ, παρὰ τὸν ἡμέτερον· ὃς τοιούτων ἐνπορίων ἔχει μεγάλων διδασκάλων. Δίνασαι δ' θεὸς ἐν ἰσῷ, ὑμέρας αὖτας ἀριθμεῖσθαι. διὸ μετανοεῖτε, καὶ ἐυσεβεῖτε. *Natus fuerat D. Theodor.*1525. *Nouemb.*1. *Legatur vita & mors eius, copiosè & pulcherrimè in funebri M. Erhardi Cellij oratione descripta: quam is* 13. *Ianu.*1587. *in Aula noua, splendidè & patheticè, ad* 3. *horas recitauit.*

Primus etiam Tyruerus.

3. *Deredingæ, pago suburbano. Iun.*29. *obijt pastor huius fidelissimus, Primus Truberus: qui primus Labaci Euangelium Christi docuit: & ante portam Templi Deredingensis humatus est: Concionante eodem D. Cancellario, ex* 2. *Tim.*4.

De quo, nos:

Vir tumulo hoc sanctus de sclaua est gente sepultus,
Primus: qui Christi nomine multa tulit.
Transtulit in patriam diuina volumina linguam:
Sparsit in eoas dogmata sancta plagas.
Pulchrè certauit: cursum ratione peregit.
Nunc ipsum in cœlo pulchra corona manet.

Patria eius fuit Rastzhiza. Peruênit viuendo in annum 78.

4. *Hirsaugiæ. Anno Domini* 1586. den X. tag Febru. Starb die Ehrsam Frawe Felicitas Kärgin: Johann Kargen / genannt *Parsimonij*, Abts zu Hirschaw geliebte Mutter: welche nach absterben jhres Manns / mit dem sie 53. Jahr in der Ehe gelebt / vnd der neben jhr allhie begraben liegt / noch 9. Jahr bey jhrem Sohn / dem Abt / im Kloster gelebt: vnd im 86. jhres Alters gestorben ist.

Ovv.

5. *VVachendorffiæ. Iun.*28. *nobilis Fridericus, pater Iosephi hodierni, ab Ovv. Ibi hodie concionatur M. G. Lieblerus, nostri Præcept. Liebleri F. Vxores Friderici.* 1. *Maria Hendschuchshaimia.* 2. *Elisabeta Etlinstettensis. Obijt illa* 1556. *Iul.*16. *hac verò* 1563. *Aug.*3.

6. *Vlmæ. Aug.*7. *obijt Vlricus Ehinger de Baltzhaim, & maiore Kætz. Apud hunc diuerti solebat Imp. Carolus* 5. *quoties Vlmam veniret: in magnifica iuxta Gregariam portam domo. Hunc idem Augustus* 1548. *seniorem Senatus Vlmensis fecit.*

7. *Esselingæ. Octob.*27. Starb Her: Peter Danheuser / Burgermeister.

Octob. 31. Starb Her: Thomas Drach / Blaubeurischer Pfleger.

8. *Phorcæ. C. S.*

Anna Marchionissa.

Illustrissima Princeps & Domina, D. Anna: filia D. Ruperti Palatini, Ducis Bauariæ, Comitis Veldentiæ: vxor posterior Domini Caroli, Marchionis Badensis: religiosissima Heroina, & exemplum sinceræ in Christum fidei, & virtutum omnium: post vitam laudabiliter actam, mortua 3. *Cal. April. anno* 1586. *annos nata* 45. *M.*4. *D.*18. *expectans postremum Christi saluatoris aduentum, hoc loco humari voluit. Extant conciones de ipsa funebres: M. Ioannis Ietzstein, Grabensis Parochi: & M. Petri Bilfingeri, Aulici concionatoris Corolispurgi: deniq;, M. Ioannis Zehenderi.*

Alibi obierunt.

Nicolaus Cisnerus I. C. Spiræ, Iudicialis Cameræ Assessor, pridie nonas Martij.

Petrus Beutrichus I. C. vir militaris (noster olim in togata militia Discipulus) 3. *nonas Febru. Quod tamen alicubi inueni, sequentis anni die* 12. *Febru. factum esse.*

Columnæ 2. effossæ.

Hoc 1586. *anno, in Marchionatu Badensi, inter Sintzheim & Steinbach, fortè ex terræ motu fossæ sunt duæ columnæ: quarum inscriptiones hæ ferè erant: sicut à clarissimo viro, Carolo Christoph.*

stoph. Beiero, Phorcensis Scholæ Rectore, accepi anno 1590. Vide autem part. 1. cap. 14. M. Aurel. Alex. Seuerum, ad annum Christi 224.

Columna 1.

IMP. CÆS. DIVI. SEVERI NEPOT
DIVI ANT NINI I. MAG. FIL.
M. AV NTO III. COS.
III. PPPP COS. GA.
AQ. AB. AQ. EVG. IIII.

Columna 2.

M. CÆS. DIVI.
SEVERI PII. NEPOTI.
ANTONINI. I. MAG. PII. FILIO.
M. AVRE. SEVERO ALEXANDRO
PIO FEL SL. AVG. PON ICI
MAXIMO TRIBVNICIÆ
POTESTA. COS. PATRI
PATRIÆ EINI.

Tunc enim ibi Romani dominabantur.

REGINÆ SCOTICÆ INTERITVS. ACADEMIÆ TYBING. GVBER. natio. Græcorum aliquot aduentus, & inter eos Patriarchæ Bulgarorum. Variæ res Græciæ, & Orientis. Castellum antiquum Achalma. Tybingensia & Schorndorffensia quædam. Rex Nauarræus in Francia. Patmus, & aliæ insulæ Græcæ. Ioan. Georgij Godelmanni profectiones. Matrimonia & obitus clarorum hominum.

CAPVT XXXIII.

ANNO 1587. (quando Græci numerabant à condito Mundo 7096. annos, Indict. 15. sequentia facta sunt.

Ianuario mense, Typographiam suam Georgius Gruppenbachius, in nouam & ampliorem domum transferebat, superiore anno ædificatam: aliquantò sitam inferius, quàm introitus est in arcem illustrem.

Febru. 8. Regina Scotiæ Maria Stuartina, ἐκκεφάλη, obtruncata est: nempe trunco prona imposita: vno carnificum, manus eius tenente: altero, caput securi amputante. Reginæ Anglicæ Elisabetæ, Regnoq; eius, insidiata dicebatur. Misisse nempe ei cistam dono elegantissimam. Quam cum quædam ex Gynæceo virgo, Reginâ negotijs occupata, seruandam accepisset: sed πολυπραγμοσύνῃ quadam aperuisset: ictu bombardulæ, artificiosè intra adornatæ, mortua conciderat. His de rebus, Scriptum Germanica lingua impressum prodijt. Mariæ, Scoticæ Reginæ, conatus in Reginam Angliæ Elisabetam, & obtruncatio.

Mart. 15. D. Matthæus Æntzlinus, aliquot Doctores iurù creauit: Mytschelinum, Schollium, Kynigum.

April. 17. D. Acacio de Landau, Baroni Hausano & Rappottenstainio, filius 6. Rappottenstaini nascitur, D. Ioachimus Iunior. Landau.

Rectura Tybing. Scholæ.

Maij 1. Rector lectus est 206. D. Ioannes Hochmannus.

In catalogum ciuium Academicorum relati. Ioan. VVilhelmus à Lavvenberg, Maij 8. Ioan. Ioachimus à Zinzendorff, liber Baro: Melchisedech Pontanus, Præceptor, Maij 23. Erasmus, Dominus de Starenberg, Iun. 6. Georgius Vlricus, & Lud. Ernestus, à VVellvvart fratres. Arbogastus à Rechberg, Iul. 21. Christoph. VVilhelmus à Stotzingen, Septemb. 28. Georgius & Lupoldus à Schulenburg, fratres: & Balt. à Seidem, Præceptor, Octob. 11. Gymnasium Tybing. VVellvvart.

Octob. 18. Rector 207. D. Georgius Hamberger.

Inscripti.

Ioannes Petri, Suecus, Octob. 25. Erhardus, Baro in Rappoldstein: Ioan. Sigismundus Mendel à Stainfels, Hoffmaister.

Matthæus Robertus Lotharingus, Præceptor: Egenolphus à Grisberg, famulus, Octob. 30.

Dauid Mægerlinus Tybing. Nouemb. 1. Vrbanus Crusius, Martini F. 2. April. 1588.

Decanus Philosophici collegij. M. Martinus Crusius, 5.

Magistri

Rungius. Magistri renuntiati. Febru. 22. hyeme longè frigidissima, Dauid Rungius Pomeranus Gripsvvaldensis. Georgius Albertus Burckardus Tybingens. M. Georgij Professs. F. Thomas VVidmannus Nœrdlingens. Baltasar Fischer Styrus Graciensis, ἀκπυλωνισταὶ οὐ ἐγχείοις μαχεῖς. Christophorus Lucius Viennensis, cæcus. τυφλὸς μὲν τὸν σωματικὸν ὀφθαλμὸν: τὸν δὲ τῆ νοῦ ὄμματι ὀξυδερκὴς, ἀλλὰ καὶ λιὰ μουσικῆ ὀργάνῳ σύντροχος. Iosephus Lieblerus Tybing. M. Georg. Professorii F. VVilhelmus Kienlinus Blabyrens. Leuius Schantzius Ovvensis. Aug. 2. Daniel Schubmarius Sunthaimensis. Samuel Grammer Nyrtingens. Græcè in Actu dixit. Ioan. Vlricus Kremer VVaiblingens. Ioan. Conradus Gœtzer Comburgens. Daniel Reinol Blochingensis. Dauid Vogel Regiomontanus.

Cæcus Lucius, Magister factus.

Leui Schentzius.

Vitus Myller. Octob. 2. Professor lectionum tertij in Pædagogio Academico ordinis, receptus est M. Vitus Myllerus Bulnheimensis Franco.

Graci duo, Dondes & Papadatus. Iul. 5. duo Græci huc venerunt. 1. Ioannes Dondes Cretensis, ex Chania (ἐκ χανίας, ἔστιν πολις Κρήτης) & Mahumetes Papadatus, ex vrbe Ambraciæ Arta, Ianizarus procerus. Hic se apud nos baptizari orabat, instabatq; baptizatum antea pernegans. Id ergo tandem (postquam diligenter etiam in Religione institutus, in examine respondisset expeditè) obtinuit. Namq; in Ecclesia hominum concursu refertissima, 20. Aug. post concionem vespertinam, à Diacono Græcè verbis sub Cosmæ nomine baptizatus est. Effugerat è Turcia cum magno periculo. De quo homine, in Græco eius Testimonio, quod à Pelagoniæ Metropolitano habebat legebatur: ὅτι ὑπάρξει μοι ὁ τοῦτο ἔχων γνησίως υἱός: οἱ δὲ τοῦτον ἐλάβον ἀπὸ τὴν ἐξ ἀγαλῶν μητρικῶν, βίᾳ καὶ δυναστείᾳ, νήπιον ὄντας παιδίον ἐξ ἐκείνων ἀπὸ τῆς λαμβάνειν χριστιανῶν παῖδας διὰ γιανιτζάρους. Pro, εἰς γιανιτζάρους. Erat 28. annorum. Militauerat contra Persas, sub Bassa supremo Osmanno, ibi occiso.

Papadatus, Tybingæ baptizatus.

Achalma, vetusta arx. Iul. 9. Reutlingam expatiati sumus: ego, & Compater meus M. Eusebius Stetterus, ac nobilis adolescens Eberhardus à Gemmingen, cum Præceptore suo M. Andrea Baiero: vt castrum vel arcem Achalmam (illam antiquorum comitum generosorum sedem: de quibus antehac part. 2. lib. 8. cap. 8. scripsimus) videremus. Ascendimus igitur ex oppido Reutlingensi, in montem præaltum & pulchrum, per 3. quadrantes horæ. Ingressi sumus duabus portis, in primum & secundum vestibulum: ac tandem tertiâ porta, in magnam & præcipuam castri partem. In cuius quasi meridio, alta turris est: in quam ex domo, quæ ad dextram prope murum est, per ambulacrum, in alto positum, transiuimus. Infrà enim iuxta solum, nulla ei turri porta est. Intra turrim verò, è sublimi per foramen, in profundissimum carcerem captiui olim demittebantur. Muri omnium trium partium arcis, peruetusti, & admodum alti, sunt. Est & altera turris, in extremo angulo arcis septentrionali, in parte scil. tertia, cuius partis murũ circumiuimus superius. Certè fuit magnificum quondam hoc castrum. Hodie, à VVirtembergico Forestario incolitur.

Æstas pluuiosa. Æstas hæc, primò pluuiosa erat: postea, feruida, & messis perbona. Solatium ergo, aduersus annonæ difficultatem: in qua medimnus farris, 8. Florenis valuerat. Nœrdlingæ verò, 14. Septemb. ingens decidit grando: quæ fenestras Templorum, & priuatarum domorum, contudit: ac pleraq; poma arboribus decussit.

Grando.

Tybingæ, solaria in 4. lateribus Sangeorgiani Templi fiebant, ad horarum spatia cognoscenda. Postea mense Decembri in turri eiusdem Templi, campana horarum pulsatrix, in partem exteriorem prolata est: vt clarius horarum signatio per oppidum audiatur: id quod meo Musæo conducebat: cùm sonus antea exiguè, hac in parte oppidi perciperetur.

Scherndorff. Scherndorffij, nouus extructus est ambon, ad musicè concinendum, proximè sub organo: conferente ligna illustrissimo Duce, & Senatu oppidano reliquas impensas. Ibi ergo diebus Dominicis & festis, Germanicè & Latinè concinitur, figurali & plana musica, celebrandi Dei gratiâ, & auditores delectandi causâ.

Organon musicum ibi. Organum verò ipsum, 1516. factum est. Habet 15. Registra, tubam militarem, auium timentum, pedale, tremulantes. Fundatum ab Vdalrico Gausbergio: qui Truchsassiam à VVeyhausen habuit. Contulerunt hi pecuniam liberaliter ad sacras actiones, 1517. & 1528. & ad aliquot studiosos Tybingæ alendos.

Patriarcha Bulgari Gabrielis, Tybingam introitus. Die vltimo Augusti, Feria 5. vesperi circa horam sextam, huc inuehitur Patriarcha Bulgariæ Gabriel, tribus curribus, duodecim equis, per Luschauiensem portam. Erant 12. hominum (inter quos aurigæ Germanici) cum ipso. In anteriore parte currus Patriarchici, quidam sedebat: tenens ante se pedum argenteum longum (τὸν πατριαρχικὸν) ipsius Patriarchæ: magno hominum concursu, ob inexpectatam rei nouitatem. Præcedente autem mense, literas de eius futura huc pro-

fectione,

fectione ad me dederat Praeâ Medicus Imperatorũ, D. Petrus Monauius: Iacobi Monauij Veratislauiensis primarij & doctissimi viri frater. Hospites itaq; illos (de consilio nobilis & egregij viri, Iosuæ Scheri à Schwartzenburg, maioris hîc Præfecti) in publicum hospitium fori, Insigni aureæ ouis notatum, dedixi. Ibi quotidie cum eis vixi: colloquens de varijs rebus: sed nihil admodum de Religione conferre Patriarcha volebat. Discesserunt 5. die Septemb. Vlmam versus, & in Italiam. Die autem 1. eius mensis, initiabat nouus Græcis annus, & noua Indictio, nempe prima. Septemb. 3. Patriarcha, & Comites eius Græci septem (cùm antè in Ecclesia concioni interfuissent, spectandi duntaxat causâ) in stipendio illustri, prandio accepti sunt. Ibi initio prandij (loco concionis, quam quotidie aliquis ex Magistris stipendij, tempore prandij & cœnæ habet) M. Samuel Grammer Nyrting, carmen Græcum, Heroicum & prolixum, ad Nonni imitationem, de suggestu amplissimi illius Hypocausti, docte recitauit, de Dicto Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum. Monauij.

ἐπιστολὴν, παρ' ἑαυτοῦ ἐξαπέστειλεν. Commendationem Græcè scriptam ad omnes Principes, &c. habebat Patriarchæ, à pluribus Patriarchis: qui in Synodo superiore fuerant: ex qua commendatione, hæc verba sunt. Commendatitiæ literæ Gabrielis.

Γράφομεν περὶ τῦ μακαριωτάτε ἀρχιεπισκόπε καὶ οἰκεμενικε πατριάρχε, τῆς πρώτης ἱερατικῆς, ἀγχιβαλῶν, καὶ πάσης βαλγαρίας, σερβιάς, μακεδονίας, ἀλβανίας, μολδοβλαχίας, ἀγγροβλαχίας, καὶ τῶν λεπῶν, νυρίκ ταβρυὰ, τῦ οὐ ἁγίῳ πνεύματι ἀγαπητῦ ἀδελφῦ ἡμῶν, καὶ συλλειτργῦ τῆς ἡμῶν μετριότητος· ὅπως παρὰ τῶν χαιρεπάνων αὐθεντῶν, καὶ τῶν θεῖον μὴ φοβουμένων, ἐρημώθη, καὶ ὡς, καὶ ἀγία τῦ θεῦ μεγάλη ἐκκλησία τῆς πρώτης ἱερατικῆς, ἀγχιβαλῶν, καὶ πάσης βλαγαρίας, φλαριανῦ ἀγάθωνος χιλιάδες λεπὰ ἑξ, καὶ ἐπίνενα, &c. Ergo πρέπει αὐτὸς πρὸς ἀγχιβαλῶν, καὶ πάσης βλαγαρίας, φλαριανῦ ἀγάθωνος χιλιάδες λεπὰ ἑξ, καὶ ἐπίνενα, &c. οὐ ἐτέθη, ἰνδικτ. ιγ. μηνὸς μαρτίν. Superscriptiones & subscriptiones, ijsdem verbis. Patriarchæ, qui subscripserant.

† θεόληπτος, ἐλέῳ θεῦ ἀρχιεπίσκοπος κωνσταντινουπόλεως νέας ῥώμης, καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης.

† σίλβεστρος, ἐλέῳ θεῦ πάπας καὶ πατριάρχης τῆς μεγάλης πόλεως ἀλεξανδρείας. Habebat hîc etiam consensum (τὸν γνωμικὸν) τῦ κυριλάτε πατριάρχε θεῦ πόλεως ἱεροσολύμων, κυρὶς σωφρονίς.

† ἰωακείμ, ἐλέῳ θεῦ πατριάρχης τῆς μεγάλης πόλεως αὐτιοχείας, καὶ πάσης ἀνατολῆς.

Deinde sequebantur Episcopi 31. Ponam Latinè. Episcopi subscribentes.

Cæsareæ in Cappadocia Euthymius. Ephesi Sophronius. Nicææ Cyrillus. Nicomediæ Sisinnius. Chalcedonis Dorotheus. Thessalonicæ Metrophanes. Cyzici Gabriel. Prusæ Gregorius. Trapezuntis Maximus. Philippopolis Theophanes. Corinthi Neophytus. Naupacti & Artæ Ioachimus. Ioanninorum Matthæus. Mesembriæ Ignatius. Iconij Ioasaph. Athenarum Nicanor. Adrianopolis Ioasaph. Smyrnæ Macarius. Bizyæ Cyrillus. Coæ Iacobus. Pisidiæ Gabriel. Serrharum Ananias. Sami Sophronius. Paronaxiæ Athanasius. Euripi (Euboeæ) Laurentius. Chij Gabriel. Zichnorum Gregorius. Nouorum castrorum (νίων κάστρων) Gabriel. Sozopolis Matarius. Præconesi Clemens.

Dramæ Nicanor.

Præcipui viri in comitatu Patriarchæ Achridani, qui huc venerant. Comites ipsius Gabrielis.

1. Hieremias Macedo. Pelagoniæ & Perleapi Metropolita. πελαγονία hæc, & περλέπης, sunt duæ ciuitates, itinere vnius diei à ciuitate Achridis. Mager Angesicht/schwartz Bärtlin.

2. Anthimus, ἡγομένεχος, καὶ μέγας ἀρχιμανδρίτης τῆς πρώτης ἱερατικῆς ἀγχιβαλῶν. Dicken Bart/schwartz.

3. Theodorus, ὁ τῦ γιωργίν, τῦ ἐν τῦ ἄργυς τῆς μεγάλης ἐκκλησίας ἀγχιβαλῶν ὑπηρέτης καὶ λειτυργός. Habitabat Constantinopoli: effieiens mandata Patriarchæ in Aula Sultani. Habebat vxorem & liberos, Theodosij Zygomalæ affinis. Ein feins Männlein/gälb vñ schwartz. Dicebat, Theodosio ex Irenæ, Theodoræ filia, natos esse liberos, Constantinum & Alexandrinum: καὶ θυγάτριον, κύριον μου ἔτι, ἅμα τὸ ῥοῦχο τότε βαστάζοντα. Theod. Zygomalæ liberi.

4. Ioasaph, κελλιώτης, ὁ ἐν βερόιαις. Schwartz Männlein.

5. Ioannes Menesis, πρωτονοτάριος ἀγχιβαλῶν, id est, Epistolarum lector. Famulus ad mensam, niger. Multis studiosis nomen suum Patriarcha in libellos inscripsit. Facit id viridi colore.

Ex eis percepta.

A Constantinopoli Chalcedonem versus, insulæ quinque sunt, illinc hoc numero milliarium distantes: πρώτη 6. δεύτερον 9. χάλκη 11. πέντε σήμος 12. χαρκία 13. In Chalce sunt duo Monastria. 1. ἡ μικρὰ, ἁγία τριάς, à patr. Metrophane, extructa. In Principio, quondam Regij liberi educabantur. Insulæ iuxta Constantinopolin.

Athenis

Athenæ. Athenis Templum est, μέγιστον καὶ παναρχαιότατον, S. Georgij. Vocatur, ἀκαμάτη ἐπικλήσει: ἐπεὶ τὸ τῶν πάλαι εἰς ἐρχομένους, ὑπὸ τῶ θαυμάζειν τὰ καλὰ αὐτῶν ποιμάδαι. In eadem vrbe adhuc Templum est, quod vocatur, τῷ ἀγνώστῳ θεῷ, Ignoto Deo: & eius altare habet eam inscriptionem. Est adhuc pulchrum, id Templum, propter etiam marmora. Sed nec Christiani, nec Turcæ, eo vtuntur.

Ioannina. Ioannina, vrbs Epeiri pulchra. Tota incolitur à Græcis; Turcæ, foris habitant. Habet portum dulcis aquæ.

Iustinianæ duæ. Ἰουστινιανὴ { πρώτη, vbi Achridæ. / δευτέρα, ipsa insula Cyprus.

In priore natus fuit Imp. Iustinianus: in altera, vxor eius Theodora. Ideo ambo hæc loca sic honorarunt: præsertim Imperator, quòd Patriarcham Achridarum, à se ornatarum, instituit: sicut Constantinus M. Constantinopolin, institutione Patriarchatus ornauerat.

Papæ à Patriarcha excommunicatio. Papam Romanum & suos ἀναθεματίζει (anathemate ferit) quotannis Patriarcha Constantinopolitanus, οὐ τῇ πρώτῃ κυριακῇ τῆς τεσσαρακοστῆς, παλαμοῦν τῆς ὀρθοδοξίας: primâ Dominica Quadragesimæ, quam Dominicam appellant Orthodoxiæ Dominicam.

Mores Græcorum, in prandio & cœna.

Mores in cibo capiendo. 1. Consecratio mensæ, patriarcha stante & incipiente: tum singulis aliquid admurmurantibus.

2. Fercula terna, aut quaterna: sine carnibus, & iure carnium: sed tantùm mihi, & Theodoro Procuratori.

3. Patriarchâ primò bibente, omnes assurgebant, benè precantes εἰς πολλὰ ἔτη. Postea bibente, non amplius assurgebatur.

4. Post cibum gratiarum actio, stando.

Vestitus Patriarchæ, quo in Templum iuerat.

Vestitus Patriarcha. Μανδύον, pallium. καμιλαῦχι, cuculla supra caput, à tergo dependens.

πώματα ὑπερθύρια, superior glauca pars pallij, infra tamen humeros.

ἔτερα πώματα, inferior pars pallij. ποταμοί, obliqui tres quasi fluuij, in pallio, Verbremmte Wasser: πόκκινο, Rhot. Tertius color mihi excidit. Cæruleus, vt puto.

καπελάδοι, galerus Patriarchicus. Erat ex velluto nigro, schwartzem Sammet.

Καμοκᾶς, pannus Damascenus: ex quo erat pallium.

ἐξ ὀξείας καὶ μαύρας μιγή, Braunblaw. Erat color pallij. βλατὶ, Turc. ταφτὰ, Taffet.

Vestitus Monasticus.

Monachorum vestitus. ῥάσο μαῦρο, pannus ex pilis niger: ex quo est vestis monastica. Gestabat μιτροπολίτα.

ῥάσο μέλαν, braun Münchstuch. Hoc tantùm Monachi vtuntur.

Σκιάδιο, pileus.

Pilei partes. Pilei partes. Κορφὴ (κορυφὴ) rotunditas supera. γύρος, τὸ σὺ μέσῳ, rotunditas media circumcirca.

μολίκι τῦ γύρου, circumferentia infima & latissima, der Sturm.

σωκαμίλαυχον (τὸ ἔσω καμιλαῦκιον) pileolus monasticus sub pileo.

ποπάμισο (ὑπὸ πάμισον) vel ἰμάτιο, interula, hemmet. χιτῶνος, tunica.

Ieiunia Græcorum. Die Mercurij (τῇ τετράδι) & die Veneris (τῇ ἕκτῃ) omnes Græci abstinent carne, butyro, pisce: vescentes tantùm pane, herbis, oleo. Sed Monachi (οἱ μοναζοντες) etiam oleo tunc abstinent.

Artifices nunc sunt Turcæ, inscribendo & pingendo: cuius ante centum annos erant rudes.

Tributum Patriarchæ Turcicum. Tenebatur Patriarcha Gabriel quotannis pendere 7. millia Ducatorum. Erat ex Ioanninis oriundus. Barbam gerebat (vir pulcher) coloris spadicei, densam, ac mystacem. De his, hactenus.

Mense Septembri, in altissimis parietibus Templi Tybing. S. Georgij, ex S. Bibliis, & ex historia Romana Germanicâ, imagines Patriarcharum, Regum, & Imperatorum Rom. vsq; ad præsentem Rudolphum 2. picta sunt.

Doctorum renuntiatio. Septemb. 25. Iureconsulti sunt hîc renuntiati septem: VVachmannus, Vict. Streitbergor Curiensis Variscus, Binder, M. Iosephus Hætzler, Schmidlappius, Cappelbeccius, Dretschius. Et duo Medici: Thomas Schlaierus, atq; Mylius.

Nauarræus R. Mense Octobri, nomen Regis Nauarræi Henrici (cuius nuptias eruentus ille Bartholomæus insignituit) iam clarum erat, magnâ victoria potiti de suis hostibus. Contra eum erat Rex Franciæ Henricus 3. & Guisij, & Mainenses, atq; alij.

Sub

Sub initium Nouemb. Sigismundus III. factus est Rex Poloniæ. Sigismundus, Poloniæ R.

Mense Decembri cognoscimus, D. Polycarpum Leiserum, VVitebergâ in vrbem Brunsuigam migraturum esse: quod & factum est. Successit D. Ioanni Heidenreicho: qui D. Martino Chemnitio successerat.

Circa medium huius mensis, incepta est Tybingæ illa pars Monasterij Gymnopodeij, quæ ad hortum, vel occasum, spectabat (olim à me habitata) destrui: ob nouum studiosis eo in loco collegium à Principe ædificandum. Francisci cœnobij Tybingæ destructio.

Eiusdem Decembris die 14. Græcus quidam, Iacobus Miloites (in Pathmo ins. natus, sed in Melo educatus) huc vênit, λύτρον & ipse quærens. Turcis enim obnoxius erat, propter seruos eis (sicut ipsi calumniabantur) abductos. Commendatitias habebat à Patriarcha Theolepto, mense Iul. Indict. 13. datas: quibus subscripserat etiam Syluester Alexandrinus, Ioach. Antiochenus, & Gabriel Achridanus. Syluestrum Iacobus dicebat iam nonagenarium esse: Ioachimum verò, Arabem, non admodum doctum. Commendauerat eundem Iacobum consulibus ciuitatis Leopolis Rußiæ, generosus Constantinus Corniactus Græcus (ex Cydonia Cretæ ins. vt audiui) habitans Leopoli (vbi Templum quoque Græcis est) vir longè ditißimus, animo humili & hospitali. A Rege denique Poloniæ commendationem habebat, 2. Iul. 1586 scriptam. Dicebat, se duobus locis vitam à Deo accepisse. 1. in Patmo. 2. in λευκολίμνῃ, VVeissenseha. Nam in sylua iuxta Franckenhausam, cùm ipse veheretur in vehiculo paruo: ei à tergo quidam laqueum iniecit & attraxit: famulus, qui equum regebat, & antea cum illo contra herum suum Iacobum conspirauerat, equum incitauit: vt illi gula citius frangeretur. Postea eum extra viam traxerunt in syluam: Taleris 40. spoliarunt, & veste: ac 4. vulneribus in facie & capite affecerunt, atq; profugerunt. Repertus est à duobus pastoribus, & in vicinum pagum ductus. Concionator Græcè intelligens, effecit: vt ex oppido VVeissenseha Chirurgus Ioan. Pætsch veniret. Ita sanatus est, à 14. Iul. vsque ad 14. Aug. 11. Florenorũ precio, à pijs collato. Testati sunt hæc literis, M. Zacharias Fræschel, VVeissenseha Pastor ac superintendens: & Thomas Georgius, illius Præfecturæ Quæstor. Profuit ei capitaneus quoque Leuinus de Seusa. Famulus captus, rotæ pœna affectus est. Græci Miloitæ aduentus. Corniactus. Latrocinium in Miloiten. Pætsch. Fræschel.

Ex illo obseruata.

Princeps Moscouiæ, cùm Græcæ sit religionis: quotannis magnas eleemosynas mittit Constantinopolin, Alexandriam, Hierosolymam, in montem Atho & Sinai, &c. Magnas etiam dat Corniactus. Habet enim plus centum pagos & arces: afferuntur ei vasa plena Talerorum quotannis: Regi Poloniæ dat pecuniam mutuam. Leopoli turrim Templi eduxit altiorem, quàm turres Pontificiorum sunt. Moscouiæ Princeps. Corniacti opes.

Patmus, est amœnißima insula, milliarium Ital. 18. in circuitu. Habet oppidum, in quo est Monasterium 150. interdum Monachorum: qui habent hortulos, & aliquas vites: cùm aliàs insula sit sterilis, sine frumento, sine vitibus. Habet hoc Monasterium multos pagos & reditus in insula Creta. Ciues negotiantur Venetijs. Non longè à mari abest mons, & spelunca: in qua S. Ioannes suos libros scripsit. Patmus.

Samos, pulchra & fructuosa insula est, fluuijs irrigua. Antea erat deserta: & modò ante 10. annos cœpit rursus ab hominibus incoli. Distat 40. milliaria Ital. à Patmo. Samos.

Meli ambitus est 60. mill. & habet 2. oppida, scil. κάστρον & χώραν. Frugifera & vitifera, sicut Creta. Facit copiam salis è mari, quod aliò exportatur. Melos.

Côs ins. habet 4. oppida: quorum nomina sunt, νεραντζία, πηλί, αὐτιμάχεια, κέφαλος. Côs.

In his & alijs insulis, paruæ puerorum scholæ sunt: vbi Psalterium, & alij libelli, ab eis legere & exponere discuntur. In multis etiam insulis Italica lingua docetur, propter negotiationes scil. Venetijs. Scholæ insularum.

Equites Albanesi (ἀλβανοί) strenui viri in bello sunt. Habent propriam quandam linguam, non Græcam: etsi eam quoq; didicerunt. κοντάρια φορούσιν, hastas gestant. Prouerb. ξημερώνοντας, καὶ διατάσσοντας: id est, ἐλθούσης ἡμέρας, ἐρχεται βουλή. Kompt tag / so kompt raht. *Pro, ἀξημερώνοντας, dilucescente.* Albaniæ equites.

Cùm Iacobo dicerem, Patriarcham Hieremiam recepisse nouum Calendarium Gregorianum (id enim ab Antonio quodam Posseuino scribi, in libro edito) pernegabat. Ergo Patriarcham ea de re per literas percontatus sum. Erat Iacobus 45. annorum. Sed ad Sueuica reuertor, Calend. Gregorijnum Patriarcha Byzantij receperit. Rursum de Ioan.

Non igitur possum hîc chari mei amici, de quo suprà scripsi, egregij Sueui, Doctoris Ioan. Georgij Godelmanni, non rursus meminisse. Cùm hic Rostochij 1584. Feudalia, & sequenti bien- Georgio Godelmanno.

nio constitutiones criminales Caroli V. Imp. explicuisset: Disputationesq; publicas sæpissimè de rebus magni momenti (vt, de vsuris: de Magis, Veneficis, Lamijs: de Testamentis, nuptijs, pignoribus) habuisset: multis etiam nobilibus viris, multis Rebuspub. consulendo, causasq; defendendo (primam equidem coram illustrissimo Megalopolitano Duce Vlrico) cum laude inseruijsset: hac

Rigam profectus. 1587. etiam anno, Rigam Liuoniæ, propter ciuiles discordias vocatus est. Eottaq; per Pomeraniam, Prussiam Samogitiam, & Curlandiam, mense Martio incolumis peruenit: ibiq; de voluntate clementissimi Principis sui, modò dicti, per annum mansit. Fuit & VVarsaniæ Polonicæ, in

Et VVarsaniæ. Electionis Comitijs: in quibus aliarum etiam gentium legati. Audiuit disertum & magnanimum

Cancell. magnus Polonia. Ioannem Zamoiscium, magnum Polon. Cancellarium: cuius coniux Chrysolis Batborea, Augustanæ confessionis erat. Adhibitus est in familiaritatem à generosis & doctissimis Baronibus:

Richardo Streinio Cæsaris Legato: & Erico Sparro, magno Suecia Cancellario, & Legato. Finitis Comitijs: per Toronium, Dantiscum, Elbingam, Regiomontem, se Rigam recepit. Inde Dan-

Dantiscum. tiscum ad Regem Sigismundum, recens electum, nuper ex Suecia profectum, missus: à Cancellario Sparro in conclaue Regis introductus: serenitati eius, nomine Reipub. suæ, de felici in Regnum Poloniæ aduentu gratulatus est. In reditu Rigam, ab Elbingensibus Academiâ & Aula Regiomontana, honorificè exceptus est. Missione dehinc à Rigensibus obtenta, honorarioq; amplissimo

accepto: nauem ibidem conscendit: & per mare Balticum (truci tempestate adscopulos Gottlandiæ

Lybeca. coorta) (L. milliaribus Lybecam appulit: ac mense Martio 1588. anni, Roseam in vrbem feliciter adsuos reuênit.

Inundatio Tybinga. Circa Tybingam 27. Decemb. magna erat aquarum inundatio, & caligo formidabilis.

Coniugia.

Augustæ, Febru. 9. VVolfgangus Conradus de Schwartzenberg Boius: Sibyllam, Iacobi Fuggeri Antonij filij filiam, vxorem duxit.

Halæ, Ianu. 17. nuptias celebrauit Ioannes Morhardus Tybing. Med. D. cum Anna Iosephi Brentij Med. D. vidua.

Obierunt hoc 1587. anno.

Mortui. 1. Stutgardiæ, in Hospitalario, Maij 18. Christiana & honesta mulier Magdalena Trebtrina: Ioãnis Egen, VVirtẽbergici granarij Cellarij (Kastenkellers) vxor: nata ℔ 35. Hebdom. 3.

Mit fried vnnd frewd fehret diese Matron/
Auß diesem Leben hinauff zu GOttes Thron.
Christum erhöcht/alß die Ehrin Schlang/sah sie an:
Auß seym Blut sie Leben hat/wie der Pelican.

Iun. 14. pia & laudata fœmina, Margareta Rhærina: Gregorij Kalleri, Rent Kammers Rhats Stutgardiæ, coniux.

Ioan. Viscerus Med. D. 2. Tybingæ, April. 22. hora 2. pomerid. die Sabbati, Ioannes Viscerus, Med. D. & Professor, benemeritus de Schola & oppido: Discipulus olim M. Lutheri, & Philip. Melanchthonis. Sepultus postridie extra oppidum, in communi cœmeterio. Concionem in Ecclesia Sangeorgiana habuit Diaconus M. Ioan. Georg. Siguardus: loco D. Theod. Sneppfij beati, iam Tybing. Ecclesiæ Pastor. σωθεὶς δ' ἀπὸ ἡμίσους ἔτους, ἐκμπὶ ὁ πολυέτης, ἐγγίζων τὴν εὐτυδον ἑβδόμῃ, ἀεὶ τὰ ἀγγεγραμμένα αὔξων: πολ. δὲ τῆνέσεσιν ἐναμιγλῶν παρέχετο ὑπομονὴν, πάσι δὲ ἀμικτον ἀφῆκε τὸ λῆξαι. Funebrem de vita & morte eius orationem, postea Cellius in Theologico Auditorio, siue Aula noua, tanto viro dignam habuit, quæ extat. Decuerat 19. A. Tybingæ. Vxores habuerat, Sibyllam Henzinam Norbergensem, Barbaram Tettelbachiam Onolzbachensem, & Margaretam Kynigsbachiam Stutgardianam. Reliquit liberos ex prima vxore, Doctorem Hieronymum: & Sibyllam,

Daniel Mæglingus successor. D. Antonij Varnbyl vxorem. Successit ei D. Daniel Mæglingus.

Obitus Iac. Schegckij. Maij 9 diem suum obijt inclytus Iacobus Schegkius, M. D. & professor itidem. De quo etiam Siguardus concionatus est, ex cap. 25. Genes. de Abrahami morte. Peruênit ad 75. annum ætatis: cum 44. annos hic docuisset: ac 10. annos visu caruisset. τὰ δ' γὰρ μυρία ἐκαλῶν ἐλαφρὰ ἐφόδοις ἐκέμενε: πάλι μακαρία τέλος ἔτυχεν: ὃ πᾶσι ἡμῖν πᾶσι τυχεῖν γένοιτο. Funebrem deinde orationem M. Georgius Lieblerus habuit, in Academiæ cœtu. Sepultus est extra occidentalem murum Sangeorgiani Templi: vbi & filius eius, Doctor Dauid Schegkius.

Virgo Anna Maria Herterina obyt. Nouemb. 28. humata est virgo nobilis, Anna Maria Herterina ab Hertneck. Quæ cùm superiori tempore fuisset desponsata nobili iuueni, Martino Habspergero: hic ante nuptias mortuus est. Obierat ipsa Tusslingæ, apud matrem suam: sed huc aduecta est, apud socrum Habspergerinam se humari volens. Academia igitur, & Senatus oppidi, & Aulici Iudices, omnes egregiâ

egressi sumus portam Neccaricam: & inde per Luschnauiensem portam, in suburbanum transriuum Ameram cœmeterium, prosecuti funus honorificè sumus. Concionatus est M. Eberhardus Bidenbachius nouus Diaconus, Abbatis Bebenhusani D. Eberhardi F. ex Psal. 31. Domine, in manus tuas commendo spiritum meum. Quod hæc beata virgo dixerat.

3. *Hirsaugiæ, è regione suggesti. Anno Domini* 1587. den 11. tag. Febru. starb die Ehrsam Fraw Otilia Bückin/Herrn Johann *Parsimonij*, Abts deß Closters/liebe Schwieger: als sie mit jhrem Ehwirt Johann Bucken zu Augspurg 24. im Wittwenstand 36. vnd bey obgemelten Herrn Abt allhie 18. Jahr/gelebt hat. Daß jhr gantz Alter war 78. Jahr. Ruhet allhie bey jhren lieben Encklin: jmmer wartend der frölichen Aufferweckung deß HERRN Jesu. *Otilia Byckina.*

4. *Eßelingæ. Anno* 1587. *die* 27. *Iunij*, ist in dem HERRN seliglich entschlaffen/der Edel vnd Vest Philip. Herwart von Pittenfeld/seines Alters im 24. Jahr. *Habuerat eo tempore tantam copiam vini generosi: vt multis cados integros donaret: ac, si quis ipsum ioco putaret dicere, accipe tibi cadum dono, diceret: Abi in malam rem, si non vis accipere.*

5. *Nordlingæ. Ianu. 22. Ioannes Reuter Cos. cui 26. Ianu. sepulto, concionem habuit funebrem D. VVilhelmus Lucius.*

6. *Mundelshaimi, in Templo maiore. A.* 1587. 1. *Maij, mortuus est nobilis VVilhelm Schenck de VVintersteten, anno ætatis* 55. *Per annos* 40. *minister & Præfectus illustriß. Marchionum Badensium, Caroli, & Ernesti Friderici filij, in Beßigkeim, & Mundelsheim.* *VVinterstetten.*

7. *Argentinæ. Ianu. 31. Ecclesiastes pius & eruditus, M. Nicolaus Florus, apud S. Aureliam.*

Properante ad exitum hoc anno: tristis fama ex Gallia increbrescebat: de Germanis Henrici Borbonij, Nauarræi Regis, circumuentis, & ad internecionem cæsis. *Clades Germanorum in Gallia.*

MOMPELGARDIÆ DEPOPVLATIO. FVNDATIO NOVI COLLEgij Tybingæ. Academiæ Tybing. actiones. Heluetiorum fœdera. Nicolaus Rales, Tybingæ. Hispanica classis, ab Anglis deuicta. Leopoldus Carolus à Stain. Turcæ, in Vngaria cæsi. Præcipui viri Vlmæ, & Halæ Sueuiæ. Coniugia & mortes. Vita Ioannis Parsimonij, Hirsaug. Abbatis.

CAPVT XXXIIII.

ANNO 1588. *circa primos Ianuarij dies, irruptione magni exercitus ex Lotharingis & Guisijs facta (per Gallos, Lotharingos, Burgundos, Italos, & Albanesos) ingens & plusquã Turcica sæuitia & libidines, in Mompelgardensi comitatu vastando exercitæ sunt: nullo antè bello indicto, nulla iusta causa antegressa. Locis tribus irruptio facta est: cùm nihil metuerent Præfecti locorum tale: quia nec Guisium, nec illum de Ponte, vnquam læserant: sed, tanquam pace alta, negotiationes Mercatorum mutuò factæ fuerant. Scelera, in miserrimum populum edita.* *Mompelgardiæ & Lotharingiæ deuastatio.*

Horrendæ blasphemiæ in Deum. Conuicia in Aratores, captiuitates, ad columnas alligationes, nec non ad caudas equorum, & aliò raptationes. Torsiones horrendæ, ob pecuniam extorquendam: nullo respectu ætatis, aut paupertatis. Pagorum direptiones, nulla erga lamentãtes commiseratio. Vulnerationes, verendorum læsiones, pulsationes mortiferæ. Impreßiones pileorum ex funibus contextorum in capita hominum, vt vndiq; sanguis efflueret. Crudelißimè & fœdißimè tractatum, fœmineum genus. Extractæ ex syluis etiam, dumis, speluncis, ceu feræ. τὰ τοιαῦτα οἱ θεῷ ἐχθροὶ ἐτόλμησαν, οἷα καὶ τὸν ἥλιον αἰσχύνεσθαι. *Pecora & iumenta abduxêre plus sex millia. Quæ abigere noluerunt: corruperunt, amputatis porcorum rostris, & aliorum animalium pedibus quatuor. Quis omnem immanitatem explicare posset? Etiam recentia sepulcra effoderunt, pecuniam quærentes. Omnibus denique rebus ablatis, domos & pagos plerosq; exusserunt. Tentarunt & oppidum Mompelgardum: sed à bombardis metuentes, tandem excesserunt. Illustrißimus autem Princeps Fridericus, Horburgi erat. Vxor & liberi, in Monasterium Alperspachium venerant. Inde, aliquantulum temporis se Stutgardiæ tenuerunt.* *Scelera militum istorum.* τυμβωρυχία.

Hinc secutum est, vt 6. Ianu. milites Tybingæ, & alibi in Ducatu, nostro Principi conscriberentur. Opitulaturus enim erat peditibus ter mille, sclopetarijs mille, equitibus bis mille ducentisq;. Equitum Dux constitutus, Dominus Heideccius, & maior Præfectus Vaihingensis: *Exercitus, à Duce Lud. contra paratus.*

Sclopetariorum, Schauelitzbius: cæterorum, Vitus Schœnerus, cum legato Stryckelio. Concionatores castrenses ex stipendio illustri, Magistri duo, Emmanuel Hebsacker, & Ioannes Zeitter. Ad quod idem munus destinabatur etiam Dornstettensis Ecclesiastes, M. Christophorus Gailingius. Debebat & capitaneus Ioan. Hemmingerus, Henneberga duo millia sclopetariorum deligere, atq; auctorare. Quæstores (ἀδνυμιαγάι, Pfenningmeister) erant Isaacus Schwartzius, & Anastasius Herbstius. Habitus est is delectus & auctoratio 12. Ianu. Herrenbergæ: præsente illustrissimo quoq; Georgio Gustauo Principe. Ianu. 14. conueniebant Tybingæ sclopetarij ex hac præfectura. Ianu. 21. exierunt hinc equites Stutgardiam, nobiles, Georgius ab Ehingen, & Leopoldus Carolus à Stain in Bybela. Verùm breui huc redierunt. Hemmingerus interim cum peditatu ingressus erat Mompelgardiam. Sed cùm nullus amplius reperiretur hostis: non multò pòst factus est expeditioni finis: & Princeps Fridericus cum suis, domum redijt. Sequenti tempore, instaurationi & solatio afflictorum, liberali manu ex Ducatu & extrà, subuentum est. Factum id Tybingæ, mense Aprili.

Hostis iam euanuerat.

Tessera (τὸ σύνθημα) Guisianorum, erat scutum: in cuius medio, gallus gallinaceus: in summo, triplex corona Papalis: ad cuius sinistram, claues S. Petri.

Causæ illius irruptionis.

Causa deuastationis Mompelgardicæ (teste Hertzogio in Chron. Alsat.) fuit quòd illustrissimus Princeps Fridericus, Comes VVirtemberg. & Mompelgardensis, nomine Principum Germaniæ missus fuerat: vt moneret Regem Henricum 3. ne se ita aseduci pateretur: quò minus ea faceret, quæ promisisset. Hoc Guisijs doluerat. Rex postea expulsus à Lutetianis est: & Guisius, Rex proclamatus. Ideo Henricus R. hunc, & fratrem eius Cardinalem nactus, anno 1589. occidit, Decemb. 23. Eapropter Dux Lotharingiæ, se in clientelam Regis Hispani Philippi contulit: & Hispanos ex Belgio euocauit. Ducis Guisij frater, est Dux de Mena, Regis Nauarræ aduersarius. Antea per Iacobum Clementem, Iacobitam Monachum, Menius & Guisiani, R. Henricum 3. sustulerant: qui tamen Henrico Nauarræo, vt hæredi prôximo, coronam Regni, antequam expiraret, tradiderat

Maximil. Austrij Polonica clades.

Ianu. 14. Maximiliani Austrij, de Regno Poloniæ cum Sigismundo Sueco certantis, clades accidit, & captiuitas. Suo tempore autem liberatio.

Vsuræ quæstio.

Mense Februario legimus libellum Germanicum, Ratisbonæ excusum: Magistratui ibi hortante ciues ad quiescendum: qui ægrè ferebant, dimissos esse 5. concionatores: qui docuerant, esse vsuram, accipere 5. fl. annuatim de centum. Ideo missus eò fuerat D. Iacobus Andreæ, Cancellarius noster.

Noui stadiosorum collegij primus lapis.

Martij 7. horâ pomeridiana 4. Tybingæ positus est in latere occiduo primus lapis noui studiosorum collegij (vbi antehac Franciscanum cœnobium steterat) Magistrij 12. ex illustri stipendio (vbi olim Augustinianorum collegium fuerat) musicè accinentibus. Postea 30. April. huius anni, mediâ hora 10. alij supra illum lapidem lapidi, lamina ænea cum inscriptione sententiæ, hoc collegium esse à Duce VVirtemberg. Ludouico fundatum, inclusa est: indito vitro vini albi: & vitro vini rubri. Saxum deinde aliud, superimpositum. Architectus, erat Georgius Bær: qui nomine Principis illum lapidem posuit.

Mart. 31. literas Græcas accepi ex vrbe Veneta: scriptas humanitatis πὰι φιλοπονίας causâ, à Maximo Margunio, Cytherorum (hodie, Cerigo) Episcopo.

Prandium principum, Tybingæ.

April. 16. in Noui stipendij (illustri stipendio adiuncti) orientali hypocausto, inuitatu illustrissimorum & clementissimorum Principum nostrorum, D. Ludouici, & Comitis Friderici, omnes Professores Academiæ prandebamus: μετεπέμπε ἡμᾶς ἐγκύκλους γλυκυτάτους, ὡδαπὸς τὸ πὰι ἐργαστήριον. Visitationem enim Academiæ, pridie cœptam Domini commissarij (Erasmus Laimingerus, magnus Curiæ Magister: Ioannes Schulterus, Cancellarius: I. Mageirus, Præpositus: L. Osiander, Aulicus Ecclesiastes: & Balt. Eisengrinius Iurisc.) μετὰ σὺ δόσεως absoluerant.

Gubernatores Tybing. Scholæ.

Schola Tybing.

Maij 1. Rector 208. lectus est M. Georgius Lieblerus. Physicæ Professor.

Inscripti.

Iacobus Micyllus Haidelbergensis, Maij 2. Ioan. Henricus Schærtlin à Burtenbach, Vlricus Schærmaier Vlmensis, Iun. 4. Ioan. Sigismundus Lupius Memmingens.

Philippus
Ioannes } Adamus, à Freiberg, fratres, Iul. 20.
Georgius

VVolf-

VVolfgangus Rhonerus Vlmens. Raimundi affinis mei honorandi F. Aug. 1. Rhonerius.
Octob. 18. Matthæus Æntzlinus Iurisc. 209. Rector.

Inscripti. Henricus Grabenius Brunsuicens. in Octobri. Matthias Kuechelius Vlmensis. Leonhardus & Fridericus Fuchsij Vlmenses, 1589. in Februario. Eitellus Eberhardus Besserer Vlmens. VVolfgangus & Fridericus, Barones à Pollhaim, in VVartenburg & Lutzelberg, fratres. Præceptor eorum, M. Benedictus Magnus Memmingens. mense Aprili.

Decanus artium. M. Georgius Burckhardus, 2.

Magistri facti. Febru. 14. inter competitores 26. Ioan. Ludouicus VValch Rotenburgens. VValchi.
M. Georgij, Scribæ prouincialis F. Ioan. Christophorus VValch Spirensis: Andreæ, Notarij Vniuersitatis, F. Ioan. Ludouici patruelis. Georgius Schweitzer Marpachens. Michaël Freiman Donawerdanus. VVolfgangus Gabelkofer Gœppingens. Aug. 14. in competitores 49. Martinus Solstaisch Altenburgens. Lucas Osiander Stutgardianus. Georgius Hamberger Dinchelspubelens. Thomas Beutler Rotemburgotuberanus. Paulus Snepfius Tybing. D. Theod. F.

Hoc tempore, pontificia religionis pagi, vel ciuitates, Heluetiorum (Lucernæ, Vria, Suitia, Helueticum
Syluania, Tugium, Friburgum, Soloduro detrectante) fœdus faciunt cum Hispaniarum Rege cum Hispano R.
Philippo, Mediolani 18. Maij. Vicissim alteræ ciuitates (Tigurum, Berna, Basilea, Schafhusa, fœdus.
Clarona, & Cobatiscella) Argentorati fœdus Iun. 9. renouant. Vidimus postea mense Augusto coniurationem & iuramentum pagorum 7. pontificiorum: se morituros in religione Catholica.

Hispanica classis potentissima, quæ quouis Regnum debellare Mundi posse videbatur, Classis Hispani-
contra Reginam Angliæ (quæ excommunicata est à Papa Sixto V. & Regnum eius, Hispanis ca contra An-
donatum) 20. Maij parata erat. Inerant bellatores 28687. & in nauibus, quæ Galeacia & Galeæ gliam potentis-
vocantur, Remiges 2808. Tormentorum & omnis instrumenti bellici, paratus horribilis. Testa- sima.
tur particularis enumeratio, typis edita. Regna autem Philippus Rex habet 9. Hispanicum, Arragonense, Granatense, Portugalense, Sicilense, Neapolitanum, Mediolanum, Floridam, & nouam Indiam. Etiam Burgundiam, & Belgium.

Maij 25. vsq; ad 1. Iun. valetudinis, diu minus commodâ vsus fueram, confirmandæ causâ: Κρηνοις expatia-
& vt viderem Hohenstauffam atq; Lorcham, &c. propter priscam Ducum Sueuiæ, Regum & tio ad Hohen-
Imperatorum Romanorum, gloriosam inde originem, & celebritatem: deniq;, si quid antiquitatis stauffam.
nanciscì possem: cum vno & altero amico expatiatus in illa loca. feriatis diebus Pentecostes sum.
Qua de re, postea seorsim dicendi locus erit.

Iun. 3. Synodus anniuersaria Theologorum, Stutgardiæ agebatur.

Iun. 4. venit huc Græcus, Nicolaus Rhales: literis Græcis mihi ex vrbe Praga commen- Græcus, Nicol.
datus à Philippo Mauricio: ibi post libertatem à Turcis adeptam, habitante. Rhales.

Commendationem etiam à Patriarcha Hieremia habebat. Etsi enim is in exilio erat: ta- Chalce insula.
men Patriarchæ nomen ei non deciderat. Erat Rhalis patria, insula prope Rhodum, Chalce dicta. In quam cùm 14. Italici homines effugissent ex Rhodo: ipse eos abscondiderat: effeceratq;, vt barcâ in Cretam enaderent. Latuit hoc aliquandiu: sed postea Turcis innotuit. Vnde in carcerem mensei 9. coniectus, κατηρ quærere cogebatur. Dicebat, Græcos Episcopos & Sacerdotes nolle: vt Biblia legantur à populo. Itaq; populum nihil audire, nihil scire, de Euangelio.

Iun. 21. & 22. terræmotus fuit apud Duellium, siue Hohenvvielam: quò singulis annis Terræmotus ad
Dux VVirtembergensis proficisci solet. Collapsa quædam sunt, quæ alta erant: & erecta sunt, quæ Duellium.
humilia erant.

Valde humida tempestas hoc anno obtinebat: & mensuræ vini precium, iam. diu erant Humidus annus.
duo bacij.

Iul. 10 Doctores creauit Medicus Daniel Mæglingus, Petrum Paulum Hæchstetterum, & Andream Schollium.

Ex Bernatium Heluetiorum ditione, hoc mense huc confugit Samuel Huberus: hodie Samuel Huber.
iamdudum Pastor vicinæ Dærendingensis Ecclesiæ: Scriptis persequens & Pontificios, & Calvinistas.

Iul. 21. & sequenti tempore, Angli fortissimè vicerunt, pessunderunt, dissiparunt, formido- Hispanice illius
losissimam illam, & opinione hominum insuperabilem, classem Hispanicam. Nam plures pugnæ classis ab Anglis
factæ sunt: Draguś (de quo suprà dictum est) egregiè tutatus est Anglicas partes. Iesuitas His- dissipatio.
pani secum habuerant 160. & aliquot centurias Monachorum, ad reformandas scil. Ecclesias Anglicas. Certissimam enim sibi victoriam polliciti erant. Fuerat triennium in classe Hispanica

adornanda consumptum. Erant in vna quadam eius naui 750. viri, & amplius 80. tormenta. In alia, 550. epibatæ, &c. Omnia Scriptis editis perticulariter & copiosè exposita sunt.

CLassIs Ibera per It peLago fVbVersa brItannIs.
hInC statVIt VInDeX CLara trophæa DraCo.

Leop. Carolus à Stain.

Aug. 4. Bybelam per semimilliare, cum M. Vito Myllero, Professore Tybingensi, concionari diebus Dominicis in illo pago solito, egressus: cum nobili & humanissimo viro, Leopoldo Carolo à Stain πρωτοστάτῃ, eram. Cuius pater Dauid arcem eius loci ædificauerat, XI. hypocaustabentis, aream amplam, & hortos adiunctos amplos, prospectu & circumspectu pulcherrimo. Epigramma vestibuli.

Hanc arcem & muros, hortumque, ac horrea fecit:
Qui vetera à saxo nomina Dauid habet.
Ille bonas coluit iuuenis qui sedulus artes:
Et vero doctos fouit amore viros.
Ille feri studijs clarum qui Martis adeptus
Nomen habet: cuius fortia facta patent.
Qui Musas igitur, vel tristia diligit arma:
Hunc amet. Hic vero est dignus amore coli.

Intus in arce, variæ picturæ: & Germanici Rythmi, pij & honesti. In fano non magno, Epitaphia.

In muro chori sinistro, in lapide ad murum erecto.

Rosenfeld.

Anno Domini 1518. auff den Kindlin tag / starb der Edel vnd Vest Juncker Jerg von Rosenfeld: vnnd nach jhm *anno* 1536. Jahr / starb sein geliebte Fraw Margret / von Hoheneck geborn / sein Ehliche Gemahel / den Gott gnad.

Ante altare, infrà in saxo.

Anno Domini 1525. auff den 22. tag Januarij / starb der Ehrwirdig Her: Eberhart von Rosenfeld.

Ipse fuerat ibi Sacerdos. Sic Rosenfeldia familia interijt: successit Bybelam Stainia.

In tabula altaris.

Dauid à Stain.

Anno 1565. den 18. Febru. starb der Edel vnd Vest Dauid vom Stein zu Bühel: der auch durch Gottes gnad daselbsten die reine Lehr deß Heiligen Euangelij hat angerichtet. Dem auch GOTT der HErr / mit allen Außerwelten ein frölliche Auffersteehung verleihe / Amen.

In muro dextro, in lapide.

Nach Christi Geburt in diesem Jahr /
1577. der 16. im Brachmonat war /
Entschlieff im HErren sanfft vnd fein /
Die Edle Fraw Anna vom Stein /
Geborn von Weiher die letzt genannt:
Stam̃ vnd Nahm ruhet in GOttes Handt.

VVeiher.

Fuit Dauidis vxor.

Septemb. 4. D. Georgius Hamberger creauit Med. D. Henricum Schræderum Lybecensem.

Eßling. Schola.

In secunda Pædagogij Acad. classe professores facti sunt Magistri, Martinus Solstaischius, & Henricus VVellingus. Eßlingæ autem, Philippo Bubio emerito, Scholæ moderator suffectus est M. Nicolaus Fennius Sueuifordensis. Diaconi Ecclesiæ, Antistiti Christophoro Hiermanno D. facti sunt, Magistri, Georgius Otho & Thomas VVidemannus, Nordlingenses.

Bello Grammaticali, cuius antehac mentio facta est, finis contigit: scribente ex nundinis Francofordianis Nicodemo Frischlino, præter longas etiam literas, in libello, quem dono mittebat, his etiam verbis: D. Martino Crusio suo Præceptori, indignus Discipulus, in signum futuræ reconciliationis.

Turcarum quadam clades.

Octob. 8. Turcarum 3. millia, superiorem Vngariam vastare aggressa (licet induciæ inter Impp. nostrum & Turcicum sint) cæsa sunt à 1700. Germanis & Vngaris equitibus, in tria agmina diuisis, alio post aliud succurrente, iuxta Comopolin Sixum. Capta, 4. tormenta magna,

magna, & magnus curruum numerus. De nostris periêre, Germani equites circiter 60 sclopetarij 60. Hussarones 250. Initiò autem à bombardis, occultatis, & improuiso emissis, multi nostrorum interempti fuerunt. Fortiter egerunt Duces Husarorum Kiserinus Michaël: & aliorum, Sigmundus Ragostius, Erlouiæ præses.

Parum vini collectum est Octobri mense, & alicubi austerum, apud nos. Creuit ergo veteris vini pretium valdè. Vini penuria.

Decemb. 18. creatus est Doctor Medicinæ, M. Ioan. Hartmannus Baier Francofurtensis, doctissimus & optimus iuuenis. Fuit filius concionatoris Francofurt. qui olim. Quæstiones Sphæricas ediderat. Baier.

Ad flumen Nicrum, non procul à VVaiblinga, infra arcem Rems Eccum, nobilium Kaltenthaliorum duorum est vicus Aldinga: quorum alter Euangelicam religionem, alter Pontificiam, in eodem Templo fouebat. Kaltenthalij.

Concionatores Vlmæ. Ludouicus Rabus, S. Theol. D. Ecclesiarum & Scholarum Vlmensium, in vrbe & agro, Superintendens: qui hoc 1588. anno, ætatis annum 63. & Ministerij Ecclesiastici 44. agebat. Vlmæ Concionatores.

Ioannes VVesenbeccius, Theol. D. M. Samuel Neubeuser. Iodocus Preissenstain. Qui in summo Templo concionabantur.

Præterea, ibidem Ministri verbi: M. Baltasar Vogt. & Leonhardus Huter. Alij, Sapientia & eruditione clari viri, Vlmæ. Daniel Schad Duumuir. Iodocus & Iacobus Schadij. Hammon Besserer, LL. Doctor. Ioan. Rudolphus Ehinger, Iurium D. Leo Krafft. I. V. Doctor. Reipub. Vlmensis Aduocatus. Ioan. Schermaier, item Iurium D. & Aduocatus. Sic Vitus quoque VVick. D. & Aduocatus. Henricus Schilbock. V. I. Licentiatus, & Vlmensium Aduocatus. Lucas Berlin. D. Fridericus Fuchsius, Leonhardi D. Filius, philosophiæ ac med. D. Reipubl. Vlmensis Medicus ordinarius. Laurentius Gualtherus Kuechelius, Med. D. & Physicus Reipubl. Vlmensis. Martinus Balticus, Scholæ Vlmens. Rector. Nicolaus Sitzlinus, quartæ Classis ibidem Præceptor à Baltico secundus. Alijq; clari viri.

In fenestra hospitij Ferinarum thermarum scriptum. Daniel Schad Vlmensis, D. F.

Non est mortale, quod opto.

F. Q. P. M. D. XC.

Senatores Halenses Sueuiæ, ordine sessionis.

Matthias Haimberger, Stettmaister, consul. Ioan. Mercklin, alter Stättmeister. Ezechiel Beischlag. Mauritius Schvvab nobilis. Abraham Eisenmænger. Georgius Myller. Iosephus Statman. Iohann. Christoph. Adler, nobilis. Michael Booz. Petrus Firnhaber. Fridericus Mosellanus. Baltasar Moser. M. Michaël Grater. obijt 2. Iun. 1590. vir bene de Sueuia nostra meritus. Chilianus Gutman. Ioachim VVirt. Dauid Holderbusch. Ioannes VVerner. Melchior VVenger. Michael Horlacher. Iosephus Feirabent. Dauid Statman. Caspar Sanvvald. Ioannes Haimberger. Henricus Hofman. Dess Reichs Schultheiss (Prator) VVilhelmus Thomas Sanvvald. Syndici & Aduocati. Ioannes Schulter D. Georgius Herman D. Ludouicus Burrer D. Archigrammateus, Ioannes Bock. Medici Doctores, Nicolaus & Georgius VVinckleri fratres & Ioannes Morhardus. Hala Sueuiæ Senatores. Iureconsulti.

Ministri Ecclesiæ. Ad S. Michaëlis.

M. Iacobus Græter, Prædicator & Decanus Capituli. M. Dauid Rœssler, Parochus & Procurator capituli. M. Felix Grater, Diaconus. M. Ioannes Kœberer, Subdiaconus. Concionatores.

Ad S. Catharinæ. Christoph. Græter, Parochus.

Ad S. Ioannis. M. Isaacus Eisenmanger. Dauid Vogelman.

Doctores Scholæ. Ioannes VVeidner, Rector. M. Ioannes Schneck. Adamus Soldenmaier. Ioannes Kraus. Baltasar Brummius. Præceptores.

Lindauij hoc 1588. anno, designatus est Sueuici circuli Chiliarcha, Valentinus Funccius, vir consularis.

Nuptiæ Tybingæ.

1. April. 16. Iosephi Hœttleri, V. I. D. cum filia Doctoris Iacobi Heerbrandi.
2. Maij 13. M. Eberhardi Bidenbachij Diaconi, cum Sebast. Vogleri Senatoris filia Maria, affinis nostri. Matrimonia Tybingæ.

3. *Nouemb.5.Victorini Streitbergeri D.cum Regina,M.Ioannis Kynig,Academiæ Syndici,F.in domo clariß.Doctoris V.I.Henrici Boceri:quib.(vt & Bidenbachianis) interfuimus.*

4. *Nouemb.26.Bartholomæi Kellenbentzij,Iurium Doctoris,cum Margareta Kynigspachia.Nupta bis fuerat antea:primò,D.Chiliano Voglero Iurisc.deinde,Ioanni Viscero Medico.*

Obierunt.

Mortui. 1. *Stutgardiæ,in Leonhardino. Mense Augusto, Iosanna Rauschnæblina Vlmensis,Christoph.Kienlini vxor,1579.mortui.*

In Hospit.Septemb.5.Margareta,Conradi Egen vxor,Ecclesiastici Synedri.

Erat Stutgardiæ,pietate,prudentia,præstans vir,Ioannes Christophorus Lucius, Consiliarius illustrißimi Ducis: qui Epitaphium sibi, etsi nondum mortuus, sicut quondam sepulcrum sibi Arimathiæus ille Iosephus præparauit. Incipit:

Aspice.qui transis Hac sub tellure Iohannis
Christophori Lucij molliter ossa cubant.&c.

2. *Tybingæ. Honesta Margareta, M. Michaëlis Mæstlini vxor, Mathematicæ professoris, Febru.15.Concio habita est à Diacono M.Eberhardo Bidenbach.ex Marc.13.Vigilate. Mors, omnibus certa:hora mortis,incerta. Præparatio ergo diligens, adhibenda: sicut & hæc matrona pia fecit.*

Iun.13.egregia Anna Maria,Hieronymi Gebhardi Iurisc.coniux. Concio,à Parocho Siguardo habita ex 19.Iob:Scio,quòd Redemptor meus viuit. Huic ipsa quoque animam suam commisit.Vtraq,in puerperio defuncta.

Iun.30.Martinus Crusius iunior.φθίσει μακρᾷ θεοσεβὼς ἀποθνήσκων.τῇ δ' ἐξῆς, ὑπὸ ἕξ μαγίστρων τῶ ἐπιφανεστάτου πατρὸς ἐπιτιμηθεὶς (τῷ φερέτρῳ πολλοὶς πατρίοις αὐθένται περάνειν κοσμιωτάτοις) πρὸς ἀπολιθῶσαν τὴν ἐντιμοτάτην ἀπαδημίαν, πρὸς ἱκανὸν τῆς πόλεως μέρος, συμπρὸς τῇ γῇ παρεθόθη. Natus fuerat 1568. nocte 30. diem Maij secuta.Complebat ad gradum Magisterij. Concionatus autem est Diaconus Bidenbach.ex 4.Sap.Senectus,venerabilis est,&c.Quem ferè quinquennio pòst secutus est 8.Maij 1592.frater suus Vrbanus (τελευτάσας τῶν μὴ ὢν) postridie æquali honore sepultus.Natus 17.Ianu.1574.Acceptarus & ipse Magisterij honorem,nisi simili φθίσει obijsset.

3. *Bebenhusæ. Decembr.31. nobilis Maria Salome de VVildnou, nata Spenglerina de Neckerburg.*

Ioan.Parsimonij,Hirsaug.Abbatis,obitus. 4. *Hirsaugiæ.Decembr.24. circa horam primam à meridie, Deo animam suam reddidit reuer.Abbas Ioannes Parsimonius,valde placidè:ita vt non mortuus,sed somno sopitus,videretur. Funus ei honorificum postridie factum est,in Templo Hirsaugiensi,inter parentes, & aliquot liberos suos. Interfuit missu illustrißimi Domini nostri, è Stutgardia Secretarius Laurentius Smidlinus. Natus fuerat hic Ioannes Augustæ 1525. postridie Epiphaniæ. Vsus est præceptore, cùm è puerilibus Scholis exiuisset,doctißimo viro,M.Sixto Betuleio.Innotuit,cùm in eius comædia personam Susannæ,ipse facie pulcher,egregiè egisset. Tybingæ factus est Baccalaureus 1540.*

Studia & vita eius. *Magister autem 1547. Febru.3. Lutherum & Melanchthonem VViteberga audiuit: cùm totum se studio Theologiæ dedidisset.Anno autem 1546 post mortem Lutheri, Augustæ munus Diaconi suscepit.Propter formulam deinde Interimicam,quam respuebat,Basileæ exulauit. Reuersus inde Augustam,vxorem 28.Ianuar.1550.Mariam duxit: ac ludum literarium aperuit, potestate à Consule impetrata. Sed non longè pòst iterum electus est: quòd nollet Scholam regere ex præscripto ipsius Interim:dicens,id constare ex horrendis contra Dei verbum mendacijs. Peperit vxor eius,in pago Augustana vrbi vicino Lipa filium.Hunc 10.septimanis pòst Tybingæ(antè enim non potuerat)baptizandum curauit:præsente ipsa etiam matre: quod multis admirationi fuit. Ibi & à Principe Christophoro,1552.Diaconus est factus: ac sub Ioanne Isemanno ferè quadriennium vixit.Inde Blaubyram 1556.translatus est.Vbi charam suam Mariam,partus difficultate amisit:cùm 7.annos habuisset secum viuentem.Postea virginem Augustanam Saram duxit. Anno deinde 1558. pastor Canstadiensis Ecclesiæ, & sequenti anno Stutgardiæ Aulicus concionator, constitutus est.Mortuo autem 1559.VVeickerfreutero,Hirsaugiæ Abbate.Parsimonio dignitas Abbatiæ mandata est.Ibi reliquum vitæ satis quietè exegit: muneri suo summa fide & diligentia fungens:& identidem 18.adolescentes,in artibus,linguis,& rebus diuinis,instituens: rudimenta quoq; Arithmeticæ, & Hebraicæ linguæ,priuatim tradens: denique 28.annos, Verbum Dei con-*

Imagines Templi Hirsaugiensis. *cionans. Descripsit sibi omnes etiam picturas Templi Hirsaugiensis. Ea autem sunt omnes historiæ veteris & noui testamenti: assignatis etiam ferè singulorum capitum summis. Imagines item*

Regum

Regum & Monarcharum, à Nimrodo ad Carolum vsque V. Sic & icones Patriarcharum, Iudicum, Regumq; populi Dei. In peristylio autem, omnes Allegoriæ veteris Testamenti, preciosis vitris inscriptæ, cum interpretationibus. Quas figuras Albertus quoq; Marchio Brandenburgensis, Dux Borussiæ sibi delineandas curauit: ob simile huic Templum Regiomonte construendum. Sed cùm multa essent obliterata, aut obscurata: Abbatis Parsimonij opera defectui benè succurrit. Tandem is, rebus piè & laudabiliter in sua statione gestis feliciter ad Dominum emigrauit, vt dictum est. Multa hic vir humanissimus, mihi ad Hirsaugienses in hoc opere res liberaliter contulit. Dominus Christus eum ad imperdita gaudia resuscitet, cum pijs omnibus. Amen.

5. Reutlingæ. Ianu 22. venerabilis Ecclesiastes obijt, Vitus Hermannus senex.

6. Eßlingæ nobilis Conradus Schvvartz Augustanus.

7. Gilstensi in pago. M. Dauid Andreæ, ibi pastor Ecclesiæ, D. Iacobi Andreæ Cancell. F. ἄρνω, ὁ σύσιβος.

8. Illustrissimi Marchionis Philippi Badensis & Hochberg. funus, à Rastadio Badenam, 18. Iun. 1588. vectum est.

9. Basileæ. Mart. 10. Theodorus Zuingerus, Med. & Philosophus excellens, fato conceßit. Theod. Zuinggeri mors.

10. Francofurti. Apr. 16. pius & laboriosus, mihi amicissimus, Ecclesiastes, Matthias Ritterus. Et Matthiæ Ritteri.

11. Helmstadij. Septemb. 25. Tilemannus Heßhusius, anno ætatis 62. At etiam 3. Maij, nobilissimus Iurisc. Ioachimus Mynsinger à Frundeck Sueuus: Ducis Brunsuicensis cancellarius.

12. Decemb. 13. in Gallia, Ducis Guisij, & Cardinalis fratris eius, propter eorum occultas machinationes contra Henricum R. Galliarum, cædes facta est.

13. Celeberrimi deniq; Iurisc. obierunt, Iacobus Cuiacius, & Franciscus Hotomannus.

DE OPPIDIS VVIRTEMBERGICIS: NEIFFA, KIRCHA, SCHORNdorffio, VVendlinga, & Nyrtinga. De Monasterijs, Adelberga & Lorcha. De castro Hohenstauffa. Variæ res in his locis omnibus.

CAPVT XXXV.

DIX I præcedente capite, me propter aliquot causas Hohenstauffam & Lorcham, hoc 1588. anno, cum amicis quibusdam excurrisse. Ea de re hoc capite separatim scribam. Exiuimus igitur 25. Maij, ego, & Anatolicæ hic Scholæ moderator, M. Eusebius Stetterus, compater meus: atque reuerendi Lorchensis Abbatis Abeli Vinarij F. Abelus M. tunc temporis in illustri stipendio Musicus Professor: comitante Vrbano filio meo 14. annorum. Peruenimus 2. milliaribus in oppidum Neiffam (cui in alto monte supereminet Neiffa arx, iam inde à vetustis temporibus celeberrima) ibique pernoctauimus in hospitio consulis Iacobi Schilterni. Pagi inter Tybingam & Neiffam: Lustenouia, Kirchetelesfurtum, Sickenhausa, Rummelspachum, Metzinga, Colberga. Expatiatio ex op. Tybinga. 1. Neiffa.

Postridie Templum intrauimus: in quo sepultura est nobilium Schillingorum. Ibi inter alia hoc Epitaphium.

An. Dom. 1352. obijt D. Hainricus D. Schilling: miles inuictus, & fundator altarium sub cancello constructorum, & consecratorum in honorem S. Iohannis Baptistæ, Katharinæ & Margaretæ virginum. Anno 1350. obijt D. Agnes, vxor sua. Schilling.

Extra Templum, oliuetum Christi & Apostolorum est, his cum verbis: Aberle Schleich hat 1504. den Oelberg gestifft.

Postea per vicos Beuram & Tettingam, 1. milliari Kircham venimus. Beuræ audiuimus S. concionem (erat enim dies Pentecostes) ex Ioan. 14. M. Danielis Hauffij, viri humanissimi, & rerum antiquarum Sueuiæ studiosissimi. In cuius horto vidimus multas exoticas plantas, ex Italia allatas: quas ipse studiosè educabat. Kircha (oppido pulchro, & benè munito: quod patria Eusebij nostri est) in suburbio apud consulem Martinum Creuserum mansimus. Tum vespertinæ concioni ex Gal. 3. M. Ioannis Schuleri Parochi interfuimus: cuius Diaconi erant, M. Philipp. Schickartus, & Michaël Gænslinus. Post concionem, castellanus arcis & Capitaneus, Georgius Keifer (senex 78. annorum: vxorem habens 75. annorum, eandemq; 51. annos in matrimonio) nos comiter duxit in arcem Kirchaimensem. Vidimus conclauia ἀνώγεων duorum omnia: semper cubiculum cum hypocausto contiguum. Inter quæ, cubiculum: quod aream interiorem, vel impluuium, spectat: in quo vitã finierat illustrissima Princeps Euachristina, VVirtemb. & Mompelgard. C. Vidimus εὐελθοντα, seu Bonauenturam: nauim sc. argenteam, longam & altam: omni instrumẽto nautico Hauffius. 2. Kirchaim. G. Keifer.

nautico ornatam (ein Nauen) *capacem circiter trium quadrantium mensuræ vini: sub contignatione, cui milites nautæq; insistunt. Quod vinum* (dieser Willkomm) *ebibendum propinatur ei: qui antea in arce non fuit. Vidimus in parte infima (sub illis* ἀνώγεως*) armentarium pulcherrimum & instructissimum.*

Die 27. Maij abiuimus Roßvveldam. Inter quam & Kircham foueæ lapidis fissilis sunt. Eminus vidimus arces in montibus celsis: Rechbergam, Stauffam, & Stauffeneccum. Inter Kircham & Eberspachum, saltum cerui 70. pedum: vtroq; extremo stipitibus notato. Transito fluuio Filsa: Eberspachum venimus: inde per syluam pineam, Adelbergam ascendimus (confecto 1. milliari) vetus & amplissimum Monasterium (de quo aliàs dictum) in tumultu Rusticano 1525. expoliatum, & combustum (Monachis Schorndorffam elapsis) relicto tantùm paruo fano S. Vlrici: quod fatuus quidam homo (Iacklinum vocabant) lacrymis ab eis deprecatus fuerat. Est meum, inquit, hoc: obsecro, parcatis ei. Ita conseruatum est. In cuius muro, per quem intratur, dextrâ parte intus, historia depicta est fundationis Monasterij: argumento singularum partium, aliquot scil. Quadrorum, tanquam tabularum, verbis ferè his addito, suprà, in medio, & infrà. Anfang diß Gottshauß Adelberg/wie es dañ von dem Freyherrn von Ebersperg/genannt Volcknandus/angefangen/vnd zu dem ersten (*intercedit suggestum*) den grauwen Brüdern/vnd zu letzt dem Orden von *Præmonstrat... Hoc, generale est supra picturam plurium Quadrorum positum.*

Cerui saltus.

3. Adelberga.

Pictura huius Monasterij fundati.

Sub Quadro iam primo (in quo, Monachi) positum est: Volcknandus ein anfänger diß Gottshauß/gibt den grauwen Brüdern die Hoffstatt.

Sub secundo Quadro (in quo etiam Monachi) quod ad sinistrum prioris latus est: Volcknandus gibt hie die Hoffstatt den Premonstratern von... *Et post intercedens suggestum:* Brüder von Roggenburg sind geführt vom Thal auff den Berg/das Gottshauß zu bauwen. *Vallis enim syluosa subiacet huic monti, in quo Monast. Adelberga est: per quam vallem nos 27. Maij ascendimus.*

Sub tertio Quadro (in quo, ædificatio.) Hie vbergibt *Volcknandus*, ein anfänger diß Gottshauß/den Bauw den... *In quarto, ad latus eius:* Hie wirdt der Fronaltar geweihet/ in beysein der Hertzogen von Schwaben. *In hoc Quadro, dedicationem vel consecrationem habente, Imperator cum cana barba, & corona Imperatoria, ad dextram conspicitur. Post ipsum, tres Principes: quorum vnus, cum rufa barba. In medio Quadri, vel tabulæ, Episcopus cum thuribulo supra altare. Ad sinistram, Sacerdos in viridi veste, tenens Episcopi pedum. Post Sacerdotem, Dominus Eberspachensis in veste cærulea, cum Cæsarie flaua.*

In lacunari fani, in Quadro.

Aliæ picturæ.

Imago τῆς θεοτόκου, μετὰ τοῦ παιδίου ἰησοῦ. *Episcopus cum pedo. Ante illam Deiperam, Fridericus Imp. 1. huius nominis, in veste aurea, tenens Templum cum turri: & Fridericus II. Imp. Post Episcopum, Henricus VI. & Philippus II. Impp. post patrẽ Fridericum I. Infra singulos, Insignia trium fuluorum leonum in campo rubro.*

In altero Quadro.

Imago virginis Catharinæ: deinde, Volknandus de Eberspach, cataphractus, Templum manu tenens. In Insignibus eius, Verres flauus in rubro campo super glauco stans.

In choro, in tabella parua orichalcea.

Lud. VVernher.

Ludouicus VVernher, patriâ Hochdorffensis cis Neccarum, ingressus Monasterium Adelbergense anno Domini 1505. ætatis suæ 15. ac in ordine Præmonstratensium, partim in Monasterio hoc, partim alibi, Ecclesiæ seruiens, inculpatè triuit vitam. Tandem cœnobio destituto suo Abbate, vltimus sui ordinis postremusq;, more veteri, anno 1547 sub Duce VVirtembergiæ Vdalrico Abbatiæ præfectus eam magna laude, & singulari Oeconomiæ studio, vsq; ad finẽ vitæ administrauit. Demum anno 1565. Ianu. die 5. fato suo functus, reliquum mortalitatis huc in sinum matris omnium deponi voluit. Quod posteritas illi succedens F. C.

In Christo, resurrectio mea.

Anno Domini 1565. gubernante Ducatum VVirtembergicum Duce Christophoro.

Supra portam Turris in hoc fano.

Berchr. Dyrr Abbas.

Anno Domini 1500. feria secunda Paschæ, Dominus Berchtoldus Durr, Abbas Adelbergensis, posuit huius capellæ primum lapidem, sub infula, ac alijs vestimentis, cum solennitate congruis, in præsentia sui conuentus & aliorum.

Est maius

Est maius aliquo oppido, hoc cœnobium: cuius ædificia, de nouo post seruilem tumultum restituta sunt.

Humanissimè ibi accepti fuimus, à reuer. D. Abbate Euangelico, Christophoro Bindero, sene procero, facie venerabili: & à procuratore Monasterij, Aristotele Engelharto. Viuebat ibi etiam tunc M. Sebastianus Pontanus Vlmensis beneficio Principis senex emeritus: quondam (ante etiam bellum protestantium) patri meo notus. Natus fuerat 1519 quo Nicolaus quoque noster Varnbylerus. Obijt postea 5. Februar. 1591. Pastor antehac Vnderlenningensis. Filium habuerat VVendelinum: qui à studijs Maulbrunnensibus, in militiam abierat. Alebantur Adelbergæ, studiosi adolescentes: Præceptore M. Martino Viola Marbachensi, adiuncto collega. Christoph. Binder Abbas. Seb. Pontanus.

Supra portam Pistrini, in lapide.

M. semel, C. quater, L. & X. ter. V quoque semel:
Sub patre Berchtoldo completur hoc opus anno.

Literis confirmauit hoc Monasterium Frider. Primus 1181 Indict. 14. anno Regni sui 30. Imperij verò 27 in castro Stauffen, 8. Kal. Iunij. Literas Friderici confirmauit PP. Alexander 1181. XI. Kal. Aug. Confirmatio Monasterij.

Circa tẽpora Cunradini vltimi, vixit VVirtemberg. Comes Eberhardus Greiner: quem pepererat Ducissa Poloniæ Agnes. Quibus temporibus precia rerum exigua erant.

1. Scheffel Rockens/2. ß. 1. Scheffel Dinckels/20. ß. 1. Scheffel Habers/16. ß.

Anno 1502. Frid. Comes Helffenstainius obijt in castro Niffen, vbi erat captiuus. Templum & turris 1540. destructa sunt: & lapides ad Schorndorffensem munitionem deportati. Hæc, Adelbergæ.

Postero die (Maij 28.) Adelbergâ egressi, transiuimus pagum ei vicinum nomine Hundsholtz: vbi pulchrum Templum: in cuius lacunari, picti sunt: Maria virgo & Abbas προσκυνοῦντες, ac duo Episcopi, 1494. Hundsholtz.

Berchtoldus, cognomine Durr, venerabilis Abbas,
Hanc tibi Christe sacram condidit Ecclesiam.
Et rogat, vt clemens, &c.

Epitaphium in solo fani.

Im jahr/als man zahlt 1583. am Freytag den 18. Octobr. starb der ehrsam Aristoteles Engelhart/der jünger/gewesener Student zu Tübingen/im 20. järigen alter: dem Gott gnade/Amen. *Fuit elegans iuuenis.*

Inde pergentes, reliquimus Beringam ad sinistram: peragrauimus viculum Zellam, vicum Birenbachum, duas villas Krætsbachias: hæc, in pratis. Postea syluam agros syluulam agros: semper paulatim ascendendo. Tunc (cum tota via fuisset 1. mill.) peruenimus in pagum Stauffam, infra castrum Hohenstauffense situm: in quem pagum porta castri sinistrorsum despiciebat. Ibi cùm aliquantùm sub tilia, ad radicem montis, quieuissemus: Concionator pagi M. Ioannes Maier, nos in illam antiquissimam & celebratissimam arcem duxit. Sperabam, me adhuc aliquid picti ibi visurum: vt, Aquilam Romanam aut insignia Ducum Sueuiæ. At hæc olim fuerunt: nunc præter nudos muros & turres, tegulis & lignis carentes, nihil erat visendum. Bone Deus, tantùmne splendorem potentissimorum principum ac Monarchorum, ad tam cadauerosum aspectum recidisse? Nullus Imperator, nullus Princeps, amplius hîc: nulli Aulici, nulli equites. Nulla Irena Græca, nulla alia Augusta: nulla ducissa, Nullum Gynæceum. Nullus strepitus amplius hominum: nullus tubarum clangor, longè lateque circumsonans. Omnia euanuerunt, vt fumus: auolarunt, vt auis. Rusticus Scultetus nunc claues ad portam ferè vetustate cariosam, habet: aream castri, gramine longo obsitam, demetit: sambucus hinc inde in angulis crescit. Etiam hodiernæ murorum reliquiæ, paulatim imminuuntur: saxis Gæppingam ad alias ædificationes deuehendis. 4. Stauffa pagus. Hohenstauffa hodierna.

Fuimus ad duas horas in arce: omnia lustrauimus oculis, diligenter, & quadam commiseratione sortis humanæ. Proinde cantionem quoq; ego, Mag ich Vnglück nicht widerstahn / cecini: Magister Eusebius trans murum sclopum suum displosit, tanquam valedictionis loco: quando rursus descendere volebamus. Notabo autem situm figuramq; loci & arcis.

Infrà est pagus, vt dixi, Stauffa. Inde ascenditur sinistrorsum in montem arcis. Ibi circa medium est planities modica: vbi olim choreas fuisse ductas, perhibetur. Deinde, vbi altius progres- Diligentior illius descriptio.

progressus fueris: porta bipatens castri occurrit, quæ vnica est. Mons ipse, rotundus, ceu pileus altus & fastigiatus: sed tamen ἑτερομηκῶς, lõgior, quam latior. Circumiuimus ipsa mœnia etiam extrinsecus: ac parum circà marginis restat: ita, vt castrum non potuisset magis extendi, quàm nunc ambitus eius est: quia mons, satis præceps. Ascenditur autem duobus locis. Primò, semitâ quadam (CCCCL. pass. à pago vsq; ad portam, quam nos secuti sumus) satis arduâ & angusta: ad cuius dextram, illa chorearum planities, de qua dixi, est. Deinde, latiore via, per ambages: quæ magis ad dextram montis (Lorcham versus) est, quâ currus agi potest. Quando portam ingressus fueris: castri iam duæ partes sunt, dextra & sinistra, muro interseptæ. In dextra, hodie nullum ædificium, præter partem muri cuiusdam, est: sed illa graminosa area, quam dixi. Eius longitudo & latitudo est meorum passuum circ. XLVI. In angulo à porta dextro, qui pagum subiectum Stauffam respicit, sacellum fuit. In sinistro, non longè à porta, iuxta intersepientem murum, puteus, iam lapidibus oppletus. In angulis, & iuxta muros, arbores & arbusculæ, in vtraque arcis parte. Iam per medium intersepimentum, porta est: qua in alteram castri partem, quæ ad sinistram est, intrabatur. Cuius partis longitudinem numeraui LX. passus: Latitudinem, XL. Ita totius arcis longitudo, fuerit CVI. passuum meorum. Ad sinistram autem manum, per portam ingredienti turris stat, alta tunc adhuc 52. pedes, dicta Mansthurn: *in quam captiui conijciebantur. Superius, non infrà (sicut etiam Achalmæ) introitum habebat. Iuxta eam turrim, ad latus muri, vbi porta à Stauffa ascendentibus est, Gynæcei habitatio fuit: sicuti nobis prudens pagi incola, grandis natu dicebat. Ibi etiam sub muro, de quo dictum, intersepiente, cella vinaria erat: hodie lapidibus ferè impleta. Irrepsi aliquantisper nequicquam. Arbores, iuxtà. In angulo huius partis extimo, qui ad dextram ingredienti est, turris stat,* Bubenthurn *nominata. Infra vicini lateris medium, cauitas est,* das Heydenloch *dicta. Fortè effossa tunc subruendæ arcis causâ: quando à Lothario Saxone quondam, aduersus Conradum III. Imper. bellante, obsessum fuit castrum. In huius quoque alterius partis area, gramen nascitur, & metitur. Murus circumplectens totam arcem, crassitudine fermè septem pedum est: alibi altior, alibi humilior: cùm multa deciderint, aut sublata inde sint. Primæ fuerunt mœnibus. Saxa, quadrata, quasi circum quatuor latera accisa: ita, vt media quadrata pars sit extantior: sicut in lapidibus Noribergensium mœnium. Adhuc lapides, ex illo Rusticano arcis incendio rubent. Supra murum ambulari potuit: & nos ibi obambulauimus, longè lateque despicientes. Certè longissimus & amœnissimus circumquaque prospectus est: &, qui acutè cernunt, vsque ad Rhenum prospicere possunt, si eius locorum situm sciant. Interdum etiam arat Scultetus internam aream, & frumento conserit. Pagus Stauffa, multis olim priuilegijs à Ducibus Sueuiæ dotatus fuit: quorum adhuc quædam remanere dicuntur. Nulla amplius imago, illis in partibus, nulla Epigrammata, nulla Insignia, nullus color. Omnia igne, pluuijs, aut temporum iniuriâ, detersa. Formosi quondam corporis, hodie tantummodò σκελετὸν videmus. παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου, vt Apostolus ait. Cùm enim 1525. anno, exercitus Rusticanus contrà veniret: Præsidium inerat solùm 32. virorum: absente tunc Castellano Georgio Stauffero ex Blossenstauffa: pro quo Michaël Reussius à Reussenstain in Vilseck, aderat. Rusticis autem, bombardis ab inferiore regione arcem incessentibus: præsidiarij, qui ita pauci, nec benè instructi, erat (etsi aliquot ex hostibus antè bombardis strauerant) excesserunt. Tunc ab alteris occupata fuit arx, & combusta. Quam calamitatem Lorcha quoque, ex Adelberga, & castrum Teck, experta sunt. Italus autem quidam, superiore tempore præteriens, de nomine montis quæsiuit. Quo cognito, respondit: AVREO MVRO circundandum esse propter Fridericos Impp.*

Partes castri duæ.

Haidenloch.

Prospectus ex arce.

A Rusticis Hohenstauffa perdita.

FIGVRA

Bubenthurn.

FIGVRA ARCIS HOHENSTAVFFENSIS, IN ALTO MONTE.

ἐπιπολαίως.



Das Heydenloch.

Eodem 28. Maij, ab Hohenstauffa Septentrionem versus, 1. mill. perrèximus Lorcham. V. §. Lorchá
bi reuer. Abbas, D. Abel. Vinarius, Ducatus huius Generalis dignissimus, nos magna cum gratulatione humanissimè excepit, & tractauit. Quod idem postridie Præfectus loci, Petrus Angelus (filium Ioannem Angelum in Tybing. Academia studentem habens) prolixè fecit. Inter Stauffam & Lorcham vulgò Lauracha) vici sunt, Maidis, Adelsteten, & Reichenhofa. Vbi Remsam amnem transieris: Lorcham versus paulatim altius ascendis.

Die 29. Maij (qui 1452. Constantinopolin & Imperium Græcum euertit) Templum Laureacense ingressi, omni diligentia contẽplati sumus, quæ poteramus. Satis illud magnum & pulchrũ est.

Explicatio arcis interioris.

Extra portam Templi, ad sinistram, in muro tabula est cum his verbis:

EN PRIMI Abbatis crura lacent hac sepultura.

Herbertus nomine. Obijt anno ✝ Domini 1124.

VVelvvartorũ sepultura.

VVelvvartorum sepultura. Vbi vestibulum, & litera a.

1. *Anno Domini* 1409. ist gestorben der Edel vnd Streng Herr Jörg von Welwart/ Ritter.
2. *An. Domini* ... Jar/ ist gestorben der Edel vnd Vest Jörg von Welwart.
3. *Anno Domini* 1442. Jörg von Welwart.
4. *Anno Domini* 1463. *VVilhelmus.*
5. *Tantùm statua est sine literis: quoniam à Rusticis, cùm aureæ essent, expoliata est.*

In opposito latere, vbi litera b.

1. Anno 1505 starb der Edel vñ Vest Vlrich von Welwart. *Hæc statua habet excisum ventrem: supra caput repentibus, serpente, rana, lacerta: quòd sit in sylua cadauer eius (cùm ipse venátum egressus, errauisset, non amplius exire valens) fuerit repertum, vt fermo est.*
2. *Anno Domini* 1500. Jörg von Welwart.
3. *Anno Dom.* 1509. *Hainricus V. VV. pridie S. Mariæ Magdalenæ.*
4. *Anno D.* 1520. *Renvvart V. VV. die Mercurij post S. Vlrici.*
5. *Anno D.* 1522. an vnser Frawen Abend/ Renwart von Welwart.

Suprà in muro.

1. *An. D.* 1551. *Maij* 30. *mediâ tertia*, Görg Hainrich von Welwart/ zu Lauterburg.
2. *An. Dom.* 1551. *Febr.* 11. Jörg V. W. zu Hohenroden/ Obervogt zu Schorndorff.
3. *An. Dom.* 1566. *Ianu.* 7. Sebastian von Welwart zu Hohenroden.
4. *A.* 1567. *Apr.* 7. Hans Conr. V. W. *Anniuersarium illorũ celebrarunt Monachi postridiè S. Mart. Erant sex ex Monasterio, & totidẽ ex pago Lorcha presbyteri. Salarium*, 8. ß. obolares.

In summo Sacristiæ muro, corpus Ecclesiæ respiciente, vbi litera C.

Lorcha, à Rusticis incensa.

Post Christum vt natum ter secula quina abiêre:
Vicenus quintus cùm insuper annus erat:
Et sexto nonas Maij: horribile dictu,
Plangendum lacrymis, luctiferisque modis:
Cœnobium hoc flammis vastauit Rustica turba, &c.

In statua Abbatis. Da gloriam Deo.

A. D. 1479. *obijt venerabilis pater, D. Nic. Schenck de Arberg, Abbas huius Monasterij.*

In chori parte inferiore, vbi iuxta altare.

A. 1576. 18. *Nou. obijt reuerendus vir, D. Georg. Vdal. Abbas Monast. reformati primus.*

Tempus erit, Christi quo mox virtute resurgam:
Vt semel extremam clauserit hora diem.

Iam in æde, seu corpore Ecclesiæ.

Lapideum sepulcrum est, quod suprà posui, tanquam altare; longum ferè 11. *spithamas, latum* 6. *& totidem altum.*

Circa quatuor latera eius, in supremo ambitu, vel marginib. hæc verba incisa sunt.

1. *Anno Domini* 1102. Ward diß
2. Closter gestifft. Hie ligt begraben Hertzog Friderich von Schwaben. Er vnnd
3. sein Kindt/ diß Klosters stiffter gewesen sind.
4. Sein nachkom̃en ligen auch hiebey. Gott jn allen gnädig sey. Gemacht im 1475.

De imaginibus Principum, in columnis Templi pictorum.

Imagines columnarum.

Frid. Antiquus, & Agnes.

1. *Fridericus I. Dux Sueuiæ, & vxor Agnes, genibus innixi, inter se manibus elevatis cæ*nobium altè tenent, vt fundatores benefici. *Ille, in pellicea veste viridi, canus: hæc, in palla glauca, super tunicam russã. Vide Germanograc.* 4.

Insignia.

2. *Fridericus II. ἐπιφθαλμος, prioris filius, in veste rubra, tibialibus viridibus.*

Insignia Baronum Hohenstauffensium, erant tres fului leones, in campo nigro: galea insistens columnæ: supra quam pennæ caudæ pauoniæ oculatæ.

Insignia Ducum Sueuiæ, tres fului leones, in campo rubro.

Frid. Barbarossa.

3. *Fridericus Barbarossa, Friderici II. F. cuius faciei similis est facies hodierni Bebenhusani Abbatis, D. Eberhardi. Vestitus viridi tunica: barbam habens rufam diuisam. Insignia Sueuica, in pectore bicipitis aquilæ nigræ coronatæ.*

4. *Henricus VI. Imp. cum cærulea veste pellicea, & viridibus tibialibus.*
5. *Fridericus II. in chlamyde glauca.*
6. *Conradus, Rex Rom. cum viridi tunica, & rubris tibialibus.*

Conradinus.

7. *Conradinus vltimus, pulchra facie adolescens, cataphractus, cum gladio in dextra: pallio longo per tergum dependente. Galea, ad pedes eius. Supra hanc iconem sequens figura. Procumbit ipse in trunco: carnifex fune demittit securim super ceruicem ipsius. Post carnificem sedet Papa in solio, cum Cardinale, Carolo & Gallo.*

Philippus & Irene.

8. *Rex Philip. & Irene, vel Maria Græca. Hi genibus innixi, veste pedes tectos habentes, tabellam eleuatam (ille dextrâ, hæc sinistra manu) tenent. In cuius tabellæ medio, Christus est crucifixus: sub quo, Ioan. & Maria: In dextra tabellæ ala, imolatio Isaaci; in sinistra, exaltatus serpens Mosis. Philippus, coronam gestat: rufum capillum & barbam habet: glaucum collare fericum, circa ceruicem: viridi paludamento indutus, pelle suffulto. Irena, coronata est: sub corona retrò vittam gestat glaucam: antè, aliquid albi. Deinde, collare album: & tunicam glaucam, cum manicis retrò angustis, antè verò amplis, Fimbriæ aureæ, in tunica & manicis.*

Supra tabellam prædictam, imago S. Mariæ cum puero Iesu est. Insignia enim huius Monasterij, sunt tres imagines coniunctæ. 1. Pauli. 2. Mariæ. 3. Petri.

LORCHAE

LORCHÆ PICTI,

Augusta IRENE Imp. PHILIPPVS.



Literæ fundatoris, Friderici I. Ducis Sueuiæ & Franconiæ, scriptæ sunt 1102. *(erat Indictio.* 10.*) Nonis Maij, die Sabbati. Confirmauit fundationem Conradus Rex* 1139. *Indict.* 2. *in loco, qui Laureacus nuncupabatur. Fridericus I. Imp.* 1154. *Indict.* 2. *anno Regni sui* 3. *Gœppingæ. Henricus R. cauit, ne alienarentur bona cœnobij, Nordelingæ* 1228. *Indict.* 1. 7. *idus Septembris. Fridericus quoque* 2. *Imp. roborauit* 1215. *Indict.* 3. 12. *Calend. Iul. anno Regni sui* 3. *literis Vlmæ datis.*

Carmen de Magnatibus, Lorchæ sepultis.

Carmen ibi sepultorum.

Si fundatorum tu quærens nomina, quorum
Communis fossa iuxta nos continet ossa,
Scire velis: horum lege sensum Versiculorum.
Principibus nati, requiescunt hîc tumulati.
Fundator hic primus humatur Dux Fridericus,
Cum consorte thori: cuius non defuit ori
Christus, quo melius confertur gratia cœli.
Binos matre satos fratres habet hic tumulatos.
Gertrud Regina, Conradi Regis amica,
Illic cum nato Heinrico iacet incinerato.
Hinc Dux Sueuorum Fridericus, ad alta polorum
Transit, germano sibi Conrado associato.
Tres fratres horum scribuntur: nomina quorum,
Rembold, VVilhelmus, & tertius est Fridericus:
Et soror his quinis est combinata Beatrix.
Nobilis atque pia cineratur Græca Maria,
Philippi Regis coniunx. Hanc atria Regis

Fac intrare pia ſummi, tu virgo Maria.
Ipſius nata, ſita cum matre hîc tumulata.
Qui legis hæc metra, dic: Quos obtegit horrida petra:
Aeterna verè mereantur luce vigere.

Et aliter.

Sueuorum ecce Duces iſta tumulantur in arca:
Quorum poſteritas Romula ſceptra tulit.
Hac duo Fridrici, Fridrici Cæſaris olim
Primi, auus & genitor, contumulantur humo.
Sed Fridericus auus fuerat fundator & auctor
Eccleſiæ iſtius, atque Monaſterij.
Cuius erat coniunx, Henrici Cæſaris Hagne
Filia: cui dotis Sueuia iure venit:
Francorumque ſimul dotis ſub iure Ducatum
Accipit: in Stauffen cùm Comes antè foret.
Hic Ludouicus item ſimul, & VValtherus, humatur:
Fridrici fratres ex genitrice pia.
Iſtius & proles quina hac requieſcit in æde:
Fridricus, genitor Cæſaris, vnoculus.
Fridricus, Rembold, Guilielmus, & ipſa Beatrix
Germana, ante diem fata ſuprema petunt.
Sed Bamberga capit Conradi Cæſaris oſſa:
Illorum egregius qui quoque frater erat.
Attamen iſtius Gertrudis amabilis vxor,
Cum nato Henrico conditur hiſce petris.
Quinetiam Regis Maria hoc, ſed Græca, Philippi
Coniunx, cum nata eſt contumulata loco.
His pater omnipotens, hominum ſator atque redemptor,
Da requiem æternam: Chriſte, remitte ſcelus.
Et tu, pertranſis horum ſi quando, Viator,
Marmora, dic, rogito: Manibus eſto quies.

Recurre ad libri 8. caput 11. in hac 3. parte.

Arboris allegoricæ pictura.

Pictura quædam Lorchæ eſt notabilis, hoc ferè modo, quantum memini. Arbor conſpicitur, in quam quiſpiam aſcendit. Adeſt fluxus mellis. Sunt duo mures, arborem infrà arrodentes, albus & niger. Mors inſidet vnicorni currenti: tenens arcum intentum, & telum neruo applicatum. Adſunt ſerpentes, adeſt Draco. Adſcripti ſunt his verſus Germanici explicationem continentes. Arbor, vitæ ſpatium ſignificat, per quod viuimus. Aſcendit homo, identidem diutiùs viuere cupiens. Vult melle veſci, id eſt, voluptatibus inanibus frui. Mus albus diem ſignificat: niger, noctem. Vterq; hic mus arborem rodit: id eſt, tempus eſt ἐπιφατικὸν τῆς φύσεως: vitam hominis, & omnia, conſumit. Mors pernici curſu nos inſequitur: & ſagittam ſuam intendens, interitum minatur, atq; affert. Eſca ſit homo vermicum: Draco antiquus, ipſe Diabolus, eum πνεῦμα devorare nititur. Talis pictura eſt etiam in quodam vulgaris linguæ Græcæ libello, qui ἀσκήσεως inſcribitur.

De melle:

ἔτι ὠγια, ἀπ' ἐχόρτασα τοῦ ἄρπαγμ, καὶ πάλιν ἐπείνασ. *Comedi, nec ſatiatus fui: rapiebã, & ſemper eſuriebã.*

De mulieribus:

Καὶ δύο μ' ἐφάμην πορτικοὶ, τὸ δένδρον ἐγυρίζαν,
ἄσπρος καὶ μαῦρος: μὲ ἀπαλὴν τὴν ἐγλύφασιν τὴν ρίζαν.

Ac duo mihi apparuêre mures, arborem circumibant, albus & niger: qui ſtudioſè eius ſalpebant radicem. Hæc, de rebus Lorchenſibus.

Schorndorffa. VValbuſa.

Die 30. Maij inde diſceßimus (ἀπαποδήμουσι τὸν τόπον ἐκεῖ ἄνδρες) comitante nos ſatis longè genero Abbatis, M. Martino Claßio, pagi Lorchæ Diacono. Venimus deinde, amnem Remſam ſecuti. Schorndorffam per ſuperiorem portam ingreſſi. Inter Lorcham autem & Schorndorffam, hæc loca ſunt. Lorcha vicus, infra Monaſterium in valle Remſana. VValbuſa pagus, vbi tabularium quondam, & moneta cudendæ officina, Barbaroſſæ, fuiſſe fertur.

Ad

Ad dextram vallis, mons S. Elisabeta: vbi eiusdem Imperatoris castellum fuisse dicitur. Hoc verò tempore Rusticus quidam αὐτοκαθέτως, *domum ipse sibi benè adificauerat. Postea, Pliderhusa, pulcher pagus.* Mons Elisabeta.

Schorndorffiæ autem in nos honorifici fuêre multi docti, honesti pijq; viri. Præfectus minor, Sixtus VVeselinus: qui nobis τὸν ἐπακόλουθον μύλων, *equestre molendinum, monstrauit: quo, aqua deficiente, tantum farinæ confici potest vno die naturali: quantum aliquot millibus hominum sufficiat. Philippus Chombergius, Gazophylacij præfectus: olim minoris Præfecti Tybing. Stephani F. Præterea M. Christophorus Ridius, Scholæ moderator diligentißimus: qui nos & in aggere illo mirando circunduxit: & hospitio accepit humanißimè. Aderant honoris causâ consules quoque, Georgius Gerevviccus, & Georgius Stæhelinus. Ecclesiæ Diaconus, M. Baltasar Raisius: & quidam alij boni & docti. Nec deerat artificiosa musica. Certè enim plerique Senatores illius vrbis, literis latinis & musica eruditi sunt. Sequenti die, bilarè discessimus, nostram Tybingam repetituri.* Christ. Ridius.

Transiuimus vicos, VVeileram (vbi Dauidem VVollæberum, res Sueuicas & ipsum inuestigantem salutauimus) Schlichtam, Domashartum, Engellobam, Reichenbachum, & Stainbachum: donec oppidum VVendlingam peruenimus: vbi pastor Ecclesiæ erat M. Ioannes VVeininger Tydingensis. Vbi etiam iuuenem quendam nobilem giganteum vidimus, Ioannem Vlricum à Rembingensis. Vbi etiam iuuenem quendam nobilem giganteum vidimus, Ioannem Vlricum à Rembingen. Hinc Nyrtingam profecti sumus: cùm ad latera nobis essent vici: Vnderbobingen, Vnderensingen, Oberbobingen, Oberensingen. In quorum postremo, insignes lapides molares conficiuntur, ex latomijs excisi egregijs: qui etiam longè per Danubium deportantur. Incolæ quoq; qui huic negotiationi operam dant, ciuiles & lauti homines sunt. Nyrtingæ autem omnis nobis benignitas declarata est: à M. Ioanne Alberto, Scholam regente (qui nos secum esse voluit) à M. Alexandro VVolfhardo, Ecclesiæ Parocho: ab Officialibus illustrißimæ Dominæ Annæ Mariæ (quæ nobis talem ac tantum Principem dedit) Cyriaco Zerrero, Curiæ Magistro: & Ioanne Eberhardo, Archimageiro. Nomine deniq; Præfecti (licet tunc absentis) Baltasari Mytschelij, & Magistratus, vino honorati sumus. VVeilera. 7. VVendlinga. 8. Nyrtinga.

Vltimo autem Maij (prius in arcis infimo hypocausto, πολυτέλως καὶ μεγαλοπρεπῶς, *lautè accepti) abiuimus: & prætergressi Gretzingam, Schlaittorffam, Hæslachum, VValtorffium, Pfrondorffium, & Lustnouiam, hilares Tybingam redijmus. Deo gratia.* Arx ibi. Tybinga.

CARITAS VINI IN SVEVIA. GRÆCI TYBINGÆ, STEPHANVS Lascaris, Nicolaus Stephani, Michael Georgitza, Demetrius Protopapas. Abbas Hirsaug. Antonius Varnbyler. Tybingensis Academiæ administratio. Sagarum exustio. Compostellana peregrinatio. Arx VVirtemberga. Quædam Hagenoensia, & Herrenalbensia. Homerus vacuus. Patriarcheium Constantinopolitanum. Ortus & interitus in Sueuia. Galliarum Rex Henricus IIII. Nauarræus.

CAPVT XXXVI.

ANNO 1589. mense Ianuar. & inde, cadus veteris vini (i. Eymer) hîc valebat ad 30. fl. & mensura, 5. ß. aut 3. Bacijs. Fuerat enim parũ vini natum. War die Tybinger rechnung/ 17. fl. 4. ß. *Ergo pro plaustro, vel 6. cadis, 102. fl. 24. ß.* Schorndorffer rechnung/ 16. lb. 7. ß. *Erat generosum vinum.* Vini caritas.

Ianuarij 31. Græcus quidam Cyprius Famagustanus, Stephanus Lascaris, huc vênit: habens testimonium 1. Ianu. 1588. Hieremiæ nomine scriptum: quia huic Patriarchatus iam fuerat redditus. Monasterium autem B. virginis, τῆς παμμακαρίστου, *in quo antehac habitauerat, ei per Sultanum fuit ereptum, Templi Turcici faciendi causâ: & alius locus, vbi ædificaret, concessus. Dederat eidem testimonium, Nicosiæ Archiepiscopus Neophytus, admodum barbarum, incipiens:* Νεόφυτος, ἔλεος θεῦ ἀρχιεπίσκοπος Λευκάδος εἰκὼν καὶ μαθητὴς μόνος τῶν μετ' ἐλπίδος. *Nescebat miser homo legere:* λύτρον, *quose diu ad triremes damnatum redimeret, quærebat. Compedibus crura eius valde afflicta vidimus: & dentes, excussos. Dicebat, filium Sultani esse* ὑποβολιμαῖον. *Nam ex Iudæa natum: & à matre Turcica educatum.* Græcus Lascaris, Tybingæ. Patriarcha Hieremias

Mense Februar. literæ à generoso & strenuo Vngariæ Regulo, Francisco Nadasto, huc venêre: quibus commendabat Senatui quendam, inde huc missum propter studium Theologiæ, linguas & artes. Fran. Nadastus.

Statuæ lapideæ magnæ, Christi, & Apostoli Matthiæ, quæ olim Blaurero Ecclesiam reformante Statuæ Apostolorum.

mante depositæ fuerant (cæterarum depositionem difficultas impedierat) restitutæ sunt intra chorum Sangeorgiani Templi, in sublimi, vbi reliqui Apostoli sunt: & infrà, Mausoleâ Principum.

Hirsaug. Abbas Varnbyler.

Mense Martio, in Abbatiam Hirsaugiensem 47. Abbas successit, Doctor Antonius Varnbyler, Aulicus VVirtembergici Principis concionator. Eodem mense Constantinopoli tumultuati sunt Ianizari, propter adulterinam eis datam monetam: & Iudæorum domos plurimas combusserunt, prædæ inde faciendæ causâ.

Medio ferè Aprilis, Visitatio Academiæ huius per Commissarios Principis fiebat.

Rectores eius.

Acad. Tybing.

Maij 1. D. Andreas Laubmarius, Rector 210.

Inscripti.

Ioannes Abrahamus, & Ioannes, Ehingeri, Vlmenses, in Iunio. Ioannes Stephanus Donavverdanus, eodem mense. Maximilianus Igelhofer Austriacus, in Aug. Carolus & VVilhelmus Kechleri à Schvvandorff, in Septemb. Octob. 18. Andreas Planer, Rector 211.

Inscripti. Albertus Senfft à Sulburg. VVolfgangus, & Ludouicus, & Marcus, Hohenfelderi, Austriaci. Georgius Acacius Enenckel Austriacus. Hermannus Salburger Austr. M. Michael Ziegler Græningensis. Melchior Nærdlinger Beßigkaimensis. Et in Nouemb. VVilhelmus, atq; Conradus, & Henricus, Barones Lympurgenses. Decembri, D. Erasmus à Starnberg.

Decanus artium. M. Michaël Maslinus.

Magistri creati. Feb. 5. Hieronymus Gabelkofer Gœppingens. Ernfridus Murselius Balingensis. Michaël Cræsinger Vlmensis, Tobias Lotharius Augustanus. Michaël Beringer Vlbachens. Christoph. Ridius Scborndorffens. Aug. 6. Vlricus Bollinger VVangens. Nicolaus Regius Ilmenas Hennenbergens. Ioannes Cappelius Etishaimens. Marcus Nevv Gœppingensis. Daniel Altenbachius Balingens. Dauid Stattman Sueuo Halens.

Κρυοὶ νόσοι.

Ὑπηρετῶ ἐγὼ τοῦτον, τὸν μικτὸν τύπον, ἐγχύτε θανάτου θάμνῳ· πολὺ μεῖζα θεὸν ἠδόμην πτηνὰς ἐξ ἱκτερῶν θερμασίας, τῶ τε λιμβεγόρῳ, νικᾶτ' μογλυγγ. τοιγαροῦν πολὺ ἐρᾴδεια, πολὺ τὴν παλαιὰν ὑγίειαν χάριτι θεῦ ἀπέλαβον, νόσῳ ἐσεῖσε ἄλλῃ τὰς ἄλλας ἄγουσι πολὺ μετὰ μικρὸν τὴν σωκλιπὸν αἰχμάμονος χρονικῶν.

Exijt populari lingua constitutio quædam Vniuersitatis nostræ: ad matrimonia & hæreditatis rationem, pacto alio deficiente, pertinens.

Saga.

Horbæ 30. Maij sublatæ sunt igne mulieres quinq;, quæ cum Satana cõspirarant: & damna hominibus intulisse dicebantur.

Bernavv op. Austriæ.

Vno ferè mense antè, Tybingæ duo viri erant ex oppido Austriæ Bernavv, testimonium literarum fidedignum habentes, atque eleemosynam colligentes. Causa hæc in literis continebatur. Caupo illius oppidi Ioan. VValdhauser, fidelem habuerat vinariæ suæ cellæ curatorem: sed vs in rationibus vini reddendis semper iacturam non mediocrem fecerat. Igitur nocte quadam in cellas caupo abscondit. Venerunt eò 17. mulieres anus: vinum promserunt: hilarè conuinatæ de more sunt. Re ad Magistratum delata: illæ captæ sunt omnes: & quæstionibus subiectæ, confessæ sunt se annos 17. exercuisse hæc & alia maleficia. Igne itaque deletæ sunt. Sed cùm quædam illarum haberent cognatos in pago illius loci: ij initio circiter Ianuarij 1589. anni, oppidum Bernavvum quinque locis succenderunt. Vnde 129. ædificia deflagrarunt: cum Curia, & rebus omnibus inibi constantibus: atque vnà, 23. hominum.

Schola puellaris.

Erat apud nos in cœmeterio S. Georgij Crypta, vel ossuaria, anno millesimo, quadringentesimo, nonagesimo septimo facta: pro qua, vtili consilio ab oppidano Magistratu, Schola puellaris ædificata hoc anno est. Illinc effossa est magna vis ossium: quæ carrus exportata in suburbanum cœmeterium sunt, & humata. Amoti sunt etiam sepulcrales lapides: obijsse. Anno 1508. Aug. 29. Mariam VVintherinam, Ludouici Pastij vxorem.

Anno 1509. Iul. 23. Ioannem Engelfridum Stutgardianum.

Anno 1513. die S. Matthiæ, Georgium Nuhuserum lintearium: & 1534. Mart. 28. vxorem eius Annam Hovvenschiltinam.

Anno millesimo, quingentesimo vigesimo, Iun. 4. honestam matronam Margaretam, Ioannis de Kirchen vxorem.

Anno 1521. Feriâ 6. ante purificat. Mariæ, honestam Agnetem Hovvenschiltinam, Vlrici Gengeri coniugem.

Landau.

Iulij 3. Rappottenstaini natus est generoso Baroni, Domino Acacio à Landau, filius 7. Christophorus. Iul. 14.

Græcus, Nicolaus Stephani.

Iul. 14. me conueniebat Græcus Macedo, Nicolaus Stephani, ex ciuitate Ioanninù oriundus: miser, senex, canus, annorum 61. colligebat ù stipem, ob liberandum fratrem, patruum, ex vxore suæ fratrem: qui superata priore quadam captiuitate, denuò captiui Tripolin Barbariæ abierant, cùm Venetias peterent. Testabatur literis Dux Venetus 14. April. 1586. & alij, duæ fuerant, cùm Venetias peterent. Testabatur literis Dux Venetus 14. April. 1586. & alij, ducti fuerant. Testimonij Veneti membraneis literis appensum erat sigillum plumbeum: in quo erant hæc verba: PASCALIS CICONIA. DEI. GRATIA. DVX. VENETIARVM. IT. hæc vera esse.

Stolpa, Pomeraniæ ciuitas, testabatur: eum 13 Cal. Maij 1588. vulneratum fuisse à quodam molitore ebrio, linguam eius non intelligente. Ideo hunc à 25. Febru. vsq; ad 18. Mart. in carcere fuisse custoditum: &, cùm pro duobus vulneribus pecuniâ satisfacere non posset, totius Pomeraniæ finibus eiectum fuisse. Ponam, propter dialectum hodiernæ linguæ, preces Nicolai: quibus ad eos vtebatur, quos accedebat. κλαῖομεν ἡμεῖς ὀδὸν κλίμον τλὼ τὺχλω μαε, πᾶ μαε ἐξαντοπλάβωσε: πακὶ δεὸν ἐχομεν, τινὰ κέλομαι, μόνον λιὰ τὸν κόριον, εἰ τι ἀλὼ ἐστια, ζαίβατε μαε: λοίπι δεὸν ἐχομεν ἄλλον πανελὼν μόνον πρῶτα τὸν θεὸν, καὶ λεὺ τερον ἐτσύε, νὰ μὲ δε λυπηθῇς. Quotidie flemus fortunam nostram, quæ nos in seruitutem redegit: nec habemus, quid faciamus. Tantùm propter Deum, si quid potes, tuua nos: quia non habemus alium quenquam: nisi primò Deum, deinde te, vt nostri miserearis.

Pater huius Nicolai.

Fuerat Nicolai huius pater Stephanus ἄρχων (Princeps, Comes) cui paruerant sex ciuitates: Ioannina, Ostanizza, Lipalizza, Messalia, Aphorizane, Ballobista. Quas vt ei eriperet Turca: occiderat ante 30. annos & ipsum, & vxorem Mariam, filios Theodorum & Ioannem, filias Anastasiam & Theodosiam. Nicolaus verò, & frater Ioannes, tunc ferè pueruli fuerant. Appellabatur hæc familia, Coccinates. Ipse ergo, νικόλεος ὁ φιρκύς κοκκινάς.

Coccinates.

Ioannina.

Ioannina vrbs habet X. millia domorum, & mœnia circa se.

Heraclea.

Heraclea, est πρωτόθρονος πόλις, & est μικρὰ (sic dicebat, Ionicè scil.) ἐχαλάδα γαῤ. Est primi throni post Byzantium: quoniam eius Metropolitanus dat τὸν πατριάρχαν, pedum siue baculum, nouo Patriarchæ. Et est parua. Destructa nanque.

Commendatio cuiusdam peregrinatoris compostellani: quam hoc 1589. anno hîc legebamus.

Compostellano peregrinatori litera data.

Vniuersis & singulis præsentes literas inspecturis: Bonifacius de Alemonacir, maior Cardinalis, ac pœnitentiarius almæ Ecclesiæ Compostellanæ: in qua indubitanter requiescit venerandum sanctissimumq; corpus beati Apostoli Iacobi Zebedæi, totum integrum, sub altari maiori: salutem in Domino sempiternam. Quoniam, vt ait Apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi: „ lutem in Domino sempiternam. Quoniam, vt ait Apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi: „ recepturi, prout in corpore gesserimus siue bonum, siue malum: cùm itaq; sicut accepimus, deuotus „ in Christo Ioannes Paria de Himon de Lotren, Ecclesiam beati Iacobi personaliter visitauit: con „ fessusq; & absolutus fuit, Dominicumq; corpus recepit: nec non nouit Romam, Gallias & alia pia „ Sanctorum loca, visitare: & non habet, vnde id perficere possit, nisi pijs Fidelium eleemosynis ad- „ iuuetur: quapropter nos, prænominatus Cardinalis maior, tenore præsentium, omnes & singulos „ Christi fideles requirimus, & hortamur in Domino: quatenus præfatum Ioannem Pariam, dum „ ad vos accesserit, eleemosynas petiturus: piè, benignè, charitatiueq; recipiatis: & de acceptis à Deo „ bonis eleemosynas (quæ peccata extinguunt) elargiri curetis: vt per hoc, & alia pietatis opera, „ ad promissum cœleste Regnum peruenire valeatis: & participes efficiamini omnium suffragio „ rum huius sanctæ Ecclesiæ: post annum minimè valituris. In quorum omnium & singulorum „ fidem, præsentes literas fieri, ac nostro iussimus sigillo muniri. Datum in ciuitate hac Compostellana, anno Domini millesimo, quingentesimo, octuagesimo septimo, die verò secundo mensis „ Martij. V. B. Cardinalis maior. Hæc, ibi. Sed Dominus Matth. vndecimo, nos ad se peregrinari iubet, non ad Sanctos: Venite ad me omnes. Peccata nostra Deus delet, Esa. 43. Ego sum, ego sum ipse: qui deleo iniquitates tuas, PROPTER ME. Ergo non propter opus nostrarum eleemosynarum. Ea tantùm testimonium sunt fidei: qua accipimus, nobisq; applicamus, illam iniquitatum nostrarum deletionem. Iustitia Dei, est per fidem in Iesum Christum: & iustificamur ἀωρεὰν, gratis, ipsius gratiâ, τῇ αὐτοῦ χάριτι, Rom. tertio. Vita æterna donum Dei est, χάρισμα τοῦ θεοῦ, in Christo Iesu Domino nostro, Rom. sexto. Torcular ipse calcauit solus: non simul peregrinatores ad Compostellæ Iacobum calcant, Esa. 63. Venite, emite absque argento, Esa. 55. Qui credit in filium Dei, habet vitam æternam, Ioan. 3. Opera humana, nimis quàm scabiosa & putida sunt coram Maiestate diuina.

In Chronico Alberti Stadensis.

Vix aliquos vidi, imò nunquam, qui redierint meliores: vel de transmarinis partibus, vel de sanctorum liminibus.

Cœlum, non animum, mutant, qui trans mare currunt.

Græcus, Michaël Georgii Za.

Aug. 3. vênit huc λύτρων χάριν *Græcus*, μιχαὴλ γεωργίτζης μανηλίου. *Diu ad triremes fuerat captiuus. Dicebat, Expatriarcham Theoleptum nunc apud Iberas* (ἴβηρας) *in Asia esse.* οὐ γὰρ χριστιανὸς εἶναι.

Mense Septembri Solomon Schweicker, qui antea in Oriente, & nunc concionator Grezingæ fuerat, migrauit in Franconiam, à concionibus futurus generoso Baroni Henrico Milcúlingo.

Climacterici anni superatio.

Septemb. 19. Climacterico superato, feci hoc εὐχαριστήριον.

Κλίμακος οὐ βιοτῆ σφαλερῆς ἐργωδέϊ βαθμῷ,
ἑξηκοστὸν ὑπερκλάμιλον τρίτατόν τι κρατεῖται.
Δῶρον, τοῦτο, θεοῦ, μόνος ὃς με φύλαξε πρόσπολος.
ὑμνῶ σ' αἰὲν, κοῦρε, σὺ δ' ἀφίγαστο μή ποτ' ἐμεῖο.

Sexagesimus est vitæ mihi tertius annus,
Difficilis scalæ, sat fortiter exuperatus.
Ecce dei donum, qui me custodijt vsque.
Te laudo semper: me nunquam desere, Christe.

Τότε χαίρων οὐ βιῷ, ἰλλάπυσε οὐ τῷ περιφανεῖ κοινοβίῳ, παρὰ λιλασπάλῳ ἰωαννῃ τῷ βρεντίῳ, καὶ μητρῳ σαμουήλῳ τῷ λιλαέλλῳ, οἱ δὲ μυσινοὶ τὸ τόπω, ἦσαν τὸν βασιλέα φίλιππον, καὶ τὸν αὐτοῦ σύνεργον ἐρμάνδον, τὸν πολυπονθεῖτ.

Sterneck.

Audiebamus, Sterneccum (nobilium quorundam sedem extinctorum) cum aliquot pagis, domui VVirtembergicæ, ratione feudi venisse: Præfecturæq; Hornbergensi insertum esse.

Doctores.

Septemb. 22. Doctores tredecim creati sunt. Theologus 1. à D. Herrbrando, Ioannes Georgius Siguardus. Iurisconsulti 8. à D. Matthæo Æntzlino: inter quos, Iacobus Deich, & Balthasar à Senden, Ioannes Harbrechtus VValheimensis, Iacobus Eberspergerus Austriacus. Medici 4. à D. Mæglingo: inter quos, Osualdus Haberlinus Rauespurgensis.

VVirtemberga Castellum.

Octob. 4. in vetusto castro VVirtemberga eramus (vnde ab antiquo Principibus nostris appellatio est) ego, & affinis VVolfg. Ronerus: Eßlingâ per vicos Riderunum & Vlbachum egressi. Illud alto in loco situm, peramœnum in montes, colles, & loca humilia, circumspectum & despectum habet. Figura eius, rotunda. Ipsa arx duos περιβόλους (circumcirca muros, tanquam vestibula) circum se habet: & intrà hos, atria lata: extrà autem, fossam. In hypocausto equestri arcú, tabula pendebat: in qua, sequentia scripta erant.

Anno Domini 1588. den 27. tag April. sind diese nachfolgende Fürstliche Personen/ auff dem Stammhauß Wirtemberg gewesen.

Von Gottes gnaden.

N. G. V. E.

Principum ibi Symbola.

1. Johannes Augustus/ Pfaltzgraff bey Rhein/ Hertzog in Bayern/ vnd Graff zu Veldentz/ &c. (Nach Gott vnd Ehr.)

G. A. M. T.

2. Ludwig Philipps/ Pfaltzgraff bey Rhein/ Hertzog in Bayern/ vnnd Graff zu Veldentz/ &c. (GOtt allein mein Trost.) *Hi sunt ambo, fratres illustrißimæ nostræ Ducis VVirtembergicæ.*

3. Johannes Friderich/ Graff zu Wirtemberg vnd Mümpelgart/ &c.

4. Görg Friderich/ Graff zu Wirtemberg vnd Mümpelgart/ &c. *Ambo, illustriss. Princ. ac Comitis Friderici F F. tunc adhuc pueri.*

G. I. M. Z.

5. Vrsula/ Hertzogin zu Wirtemberg vnnd Teck/ Gräffin zu Mümpelgart/ geborne Pfaltzgräffin bey Rhein/ &c. (GOtt ist mein Zuuersicht.)

M. H. K. V. G.

6. Sibylla/ Gräffin zu Wirtemberg vnd Mümpelgart/ geborne Fürstin zu Anhalt/ &c. (Mein Hülff kompt von GOtt.)

R. M. H. D. D. G.

7. Johanna Elisabet/ Pfaltzgräffin bey Rhein/ Hertzogin in Bayern/ vnd Gräffin zu Veldentz/ &c. (*soror nostræ Ducis.* Regier mich HERR durch deinen Geist.)

8. Sibylla

8. Sibylla Elisabet/Gräffin zu Wirtemberg vnd Mümpelgart/&c.
Filia Comitis Friderici.

Rotenberg vicus.

Habet hoc castrum ab Oriente pagum Rotenberg: cuius incolæ sunt custodes eius, quando opus est. Ideo ab alijs oneribus immunes. Castellanus tunc erat (in nos perhumanus) Laurentius Marschalcus: qui vbiq; circum fossam ceraso's, & alias arbusculas (vt eius rei artifex) posuerat: locum multò amœniorem efficiens.

Oetinga.

Oetingæ Comites viuebant: Euangelicus, Gottefridus: & Pontificius, VVilhelmus. Arx ibi, vtriq; ad incolendum diuisa.

Literas permulti hoc anno (vt alijs etiam annis permultis) chari & clari homines ad me dederunt: vt,

Hagenoa.

1. Haganoâ, M. Ioannes VVagerus, Scholæ Præceptor. Vrbs Haganoa, inquit, condita est à Friderico Barbarossa: constitutâ primùm in maxima & densa sylua (hodie, im Heiligen forst) arce, seu burgo. Quæ est moles quadrato saxo constructa, rotunda, concamerata: tribus Templis, super alio, locatis. Quorum inferius, est Deo patri dicatum: medium autem, Christo, hac inscriptione superliminari: Hæc capella in honorem Saluatoris est dicata: Spiritui deniq; sancto, supremum. Turris columbam auream in apice habet: quo symbolo nostrates vsi sunt in moneta.

Gebvvileri.

Ludimagistri quondam hîc: in cœmeterio Georgiano, proximè nostras ædes sepulti. Cuius Epitaphion parieti affixum est his verbis. D. O. M. Hieronymo Gebvvilerio: cui Germania plurimum debet, Sed originem vrbis nostræ, fusius inuenies in libello (ea de re) Hieronymi Gebvvileri, cùm ob diligentem iuuentutis institutionem, quam annos L. exercuit: tùm ob relicta ab ipso Historiarum monumenta: Ducum Austriæ, Alsatiæ, patriæ, vrbisq; Argentoratensis, antiquitatem illustrantia: filij parenti dulcissimo dicarunt. Vixit annos LXXII. obijt XI. Cal. Iulias, anno salutis M. D. XLV.

Herrenalba.

2. Dominorum Albâ, Conradus VVeissius: qui hodie pro Abbate Philippo Dageno (5. April. 1592. Tybingæ, ætate annorum circ. 80 mortuo) Abbatiæ præest.

Scholæ, quæ ibi est, Præceptores fuerunt hi.

Iodocus Neobolus Parochus, & Præceptor primus, anno 1554. M. Georgius Bloss, præceptor artium, 1554. M. Iacobus Kauffmannus, 1557. Conradus VVeiss, Parochus & Præceptor, 1560. M. Ioannes VVager, Præceptor, 1564. Ioannes Albertus, 1566. M. Georgius VVagner, 1574. M. Georg. Schnitzer, 1576. M. Ioan. VVolfg. Hammius, 1578. M. Sebast. Kammerhuber, 1581. M. Ioan. Christophorus Parsimonius, 1583. M. Sebast. Eitingus, 1585. M. Leui Schentzius, Laurentij Ovvensis Ecclesiasta F. 1589.

Hailprunna.

3. Halâ Sueuorum, Ioannes VVeidner, Scholæ Moderator. Cùm Hailprunnæ essem, inquit, proximo anno: vtens hospitio viri humanissimi, Poëtæ nobilissimi, Ioannis Lauterbachij, communis amici nostri: deducebar ab eodem in cœnobium Carmelitarum, vrbis pomerio contiguum: vbi ad parietem πινξωμένος vidi talem picturam. Ad portam custos astat: videt aduenientem tabellarium vir. ad portam custos astat: videt aduenientem tabellarium, habitu viridi venatorio, leporem de hasta suspensum portantem. Ei portarius manu introirium, habitu philosophico, promissâ & catum innuit. A diuersa parte conspicatur virum ætate grauem

Græcus Demetrius.

5. *Octobr. 6. à Philippo Mauricio, eadem de Patriarcheio scribente. Quam epistolam attulit mihi* DEMETRIVS *Protopapas Larissæus, vnà cum Patriarchæ Hieremiæ literis, eum commendantibus D. Gerlachio & mihi: mense Maio in Lituania 1588 scriptis.*

† Τοῖς σοφωτάτοις καὶ ἐλλογιμωτάτοις, πνευματικῷ τῷ Κρυσίῳ, καὶ πνευματικῷ τῷ Γερλαχίῳ, Δεσπόταις, Σπουδαρχίωσι λεπάτῃ ἐτάμοσιν.

Hieremiæ Patriarchæ epistola.

† Ιερεμίας, ἐλέῳ θεῦ ἀρχιεπίσκοπος κωνσταντινουπόλεως νέας ῥώμης, καὶ οἰκουμενικὸς πατριάρχης.

† Εἰ καὶ πρὸ πολλῶ χρόνου τῆς ὑμῶν μετριότητος ὀκνηρῶς ἐλείφθημεν, οὐ διὰ γνώμης ἀγνοίαν τοῦ ὑμᾶς εἶναι καὶ σοφωτάτους τῆς ἡμῶν μετριότητος, νῦν μαρτυρεῖ Κρῆσις, καὶ νῦν μαρτυρεῖ Γερλάχιος, τὸν οὐ μικρότερον ἄλλου φιλίαν ἀναδεικνύντες: ἀλλ' ὁ τοῦ λόγου πόλεμος πολλῶν τοῦτ' ἔπαθον, ἃ γὰρ ἐπιλέλησμαι ὑμῶν, εἰ καὶ γνωτὰ τὰ ἰδιοπάθειά μου, κατὰ τὸν λόγιον, ἐπιλάθομαι. λευκὸς δὲ πολλοῖς τῶν μισοβίων, ἐξοφθεὶς τὸ μακρᾶς, καὶ ἀφορήτοις λευκοῖς, περπεσών, τὸ ἐπιφέλιον ἠπεράπησε. νῦν δὲ χρεὼ, τῶ παθόντος ὑπὲρ ὑμῶν χαρίζει ἐλευθερωθεὶς, καὶ πρὸς μοχθοῦντα ἀπάρων: παθ' ἑαυτὸν ὁ χαμαιτυπομισὴς ἱερεὺς Δημήτριος ὁ πρωτοπάπας ὁ ἐν Λαρίσσῃ συγγενὴς: λεῦν γὰρ ἐπιστολῆς τῶν ὑμετέραν ὑγότητα, καὶ περιβυτιλὼ εὐδοκεῖν, προσαγορεῦσαι θεῦ πλόμους, σὺν ἔχειν ὑμᾶς κατὰ πάντας μεμνημένους καὶ τῆς ἡμῶν μετριότητος. ὃς χαίρων, ἢ μᾶλλον θεῦ σὺν ἁλμεῖν, ὑποδέξασθε καὶ τὸν σὺν λειτουργὸν ἱερεῦσι δημήτριον τὸν πρωτοπαπᾶν, καὶ χαμαιτυπομισῆν. καὶ σπλαγχνισθέντες τῇ ἐμφύτῳ ὑμῶν ἡμερότητι, σύνδρευσάτε αὐτῷ: ἴσως εἰς μοῦ τὰ περὶ ὄντα, ἡμῖν δὲ τὰ θυμήρη, καὶ χρεὼ τὰς σύνολα ἐκπληροῦντες. ὃ ἐχάρη, καὶ ἡ σὺν χῇ τῆς ἡμῶν μετριότητος, βραβευθείη ὑμῖν σὺ παντί.

Μανουὴλ ἰνδικτ. ε.

Græcus Pancalus Corcyrensis.

Vxorem sibi esse dicebat Demetrius hic Archipresbyter, nomine Amirsam: & filios Ioannem ac Georgium, filiamq; Vientelam. Vênit ad eundem Demetrius Pancalus Corcyræus. Ambo erant in Moscouiam præfecturi: si ibi reperirent Patriarcham Hieremiam. Fuit Pancalus hic natus ex sorore Alexij Rarturi: cuius conciones Græcas 15. habeo. Alexij filius, est Nicolaus Rarturus, in ciuitate Corcyra præceptor, cum Manuele Parastata.

Colloquium Marchiobadenæ.

Mense Nouembri Marchiobadenæ erant Theologi Tybingenses (D. Iacobus Andreæ, D. Iacobus Heerbrandus, D. Stephanus Gerlachius) in colloquio contra Ioannem Pistorium (Ioannis Pij Theologi F.) Nidanum, qui ad Pontificios defecerat. Acta, edita sunt.

Nuptiæ quædam hoc 1589. anno.

Matrimonia.

1. *Stutgardiæ, vlt. Septemb. Hieronymi Gerhardi Iurisc. & Principis Consiliarij, cum virgine Martha, Christophori Græsseri Iurisc. & Brandenburgici quondam consiliarij, filia. Huius Gerhardi germanarum, vna nupta est consiliario Principis Fabiano Egen, Catharina: altera, Osualdo Gabelcouero, Principis Medico, Vrsula: tertia, Christophoro Lucio, Ducis consiliario Ecclesiastico, Maria.*

2. *Tybingæ, Ianu. 28. M. Michaëlis Mæstlini, cum Margareta, M. Georgij Burckardi filia.*

Iustingæ.

3. *Iustingæ (quæ pagus & arx est) April. 5. Georgij Ludouici à Freiberg, Baronis Iustingæ & Oepfingæ, Iudicis in Pfin & Tettikofen: cum Barbara virgine, Comitissa Eberstainia. Quibus nuptijs interfuit Dux quoq; VVirtembergensis Ludouicus: eas D. Luca Osiandro consecrante.*

VVirtemb. Eleonora.

4. *In Hassia, Darmstadij, mense Maio. Nuptiæ Georgij Landgrauij cum Domina Eleonora, quæ antehac Ascanio Principi Ioach. Ernesto nupta fuerat. Ad quam sororis suæ celebritatem, illustrissimus Dominus noster Maij 10. profectus fuit, 400. circiter equitibus comitatus. Erat iam VVirtembergensis Cancellarius, D. Martinus Aichmannus.*

Vita functi sunt.

Mortui.

Musicus Daser.

1. *Stutgardiæ.* Herr Ludwig Daser/ Fürstlicher Capellmeister/ verschied in Christo 1589. Mart 27. *In tabula eius, picta est natiuitas Christi, cum Angelis canentibus, Gloria in excelsis. Suprà, hi versus:*

Musicus excellens, insignis & arte Daserus,
Dum moritur: Musæ condoluêre nouem.
Hîc, Ludouice Dasere, iaces: sed corpore tantùm:
In gremio Christi mens tua læta manet.

Successit ei gener suus, Balduinus Hoyul *Gallus.*

Frid. Herter.

2. *Tybingæ. Ianu. 7. præfectus maior, Fridericus* Herter *ab* Hertneck, *hactenus diu hydropicus. Concionatus est D. Iacobus Andreæ 10. Ianu.* ὡμίλησεν τὰς ἁμαρτίας ἐαυτῦ: καὶ τὴν φιλανθρωπίαν ἐπέγνω τῦ θεῦ: ὅτι τῦτον, ὃ χείρονα θανάτου, αὐτῷ ἐπέβλεψε. προθυμότατα ἀπέθανε, πεθῶν τῷ χριστῷ συνεῦναι, ὡς μόνον αὐτῷ τὸ κατόρθωμα σὺν εἰλεγον ἐαυτοῦ. *Tusselingæ sepultus. Successerat eodem in officio* Gedeon Osthammer, *diligentissimus, S. concionum auditor.*

Osthammer successor.

Bartholomæus

Bartholomæus Herbstius, Ianu. 23. in suo diuite prædio, non longè ab Iesinga & Æntringa, Tybingam versus, in alto loco: quod vocatur, Deß Herbsten Hoff. *Sororem eius habet M. Eusebius Stetterus. Corpus Tybingam aduectum in communi Æmerano cœmeterio humatum est: Academia & oppidano Senatu, honorificè prosequente.* ἔθρωσε μοὶ ἀναβάντι· πρὸ πολλῶν δ' ἀγαθῶν ὁ θάνατος· ἵνα μὴ δυσφορήσειεν αὖ, μανεὶς ἄνοσον τιθέμενον. πλὴν ἴσχον ἐρθλὸν, καὶ τῶν προὐόντων σύμποσπόλος ἦν.

Mart. 19. Iuliana Symeonis Engelbarti D. & Aduocati Procuratoriq; Cameralis, filia: vxor autem altera D. Theodorici Snepsij, cum antea vidua fuisset. Mortua pie eo die, quo 56. annis ante nata fuerat. Sæpe fidem suam perceptione S. cœnæ Dominicæ confirmauit. Iuliana Engelhartina.

Maij 21. Tybingæ sepulta est nobilis fœmina, Catharina Burrußia, nobilis viri Ioannis Iacobi Breuningi in Buchenbach vxor, eo in loco defuncta. Ipse antehac sepulchrum Domini in Palæstina viderat: mulier, in papatu educata, maritum suum in locum Euangelicum secuta, totam se ad solum Christi meritum applicuerat. De qua, funebris concio Diaconi M. Eberhardi Bidenbachij reperitur. Catharina Burrußia.

Nouemb. 15. Philippus Apianus moritur, Med. D. & Mathematicus, die Sabbati, manè mediâ quinta, anno ætatis circiter 56. illo sanguinis tactu, quam ἀποπληξίαν Græci vocant: vt in Epitome Sex. Aurel. Victoris de Marco Imp. appellatur. Concionatus est D. Siguardus ex Apocal. 16. Beatus est, qui vigilat. Ὀργήγορον ὁ ἀγγοὺς καὶ περιβεβλῆσθαι κύριος φύλακας ὁ ἀπίκους, μακαριστὸς ἀνεμαγὸς, καὶ πολλαὶ τὴν διδάξαι. ὁ πατὴρ ὑπὸ ξὺν κύριος πέτρος: μέγας πάρα αὐτοκράτορι παρελὼ τῷ πέμπτῳ γονέμονος. ὁ δὲ ῥίκασπος, ἐν τῇ πακισμᾷ πρὸς τὸ ἀναγγιλοῦν μεῖζον. οὐ νόσῳ δὲ ὅτε ἐτιμᾶρ' αὐτοῖς ὧν, ἐπιλύσεσον, οὐ τόκῳ κλίῳ τα ῥῶκα: ἀπαγγιλοῦντος αὐτῷ τῆτη παρὰ ἰκεσιτῶν. ὁ δ' ὑπ ἐρρεῖσον, ἄκων: ὅτι πάσακή γὰ τῇ κυρίου ἐγὶρ. ὑγιεῖς δὲ, πρὸς ἡμᾶς μετῳπησε: καὶ ἢ. ἐπιῳδὴ ἐπολῆσύσαξο βασιλῆς. ἐπιπνοῆς δ' ἐπὶ βίβλος, κατὰ τλὺ πλῆσιν ἐαυτῇ, ἐξαπινίᾳ νέῳ ἐαλύγη. ἀλλὰ πλεῖς εἰς σὺβλιακεῖν σὺτρέπισε, σωνεχῶς τὸν ἱερῶν λόγων ἀκοῇς. *Vitæ & mortis eius edita est oratio funebris Cellij nostri.* Phil. Apianus.

Obijt Tußlingæ 24. Iul. pia mulier, Maria Mæglingæ: venerabilis ibi Pastoris, M. Israëlis VVielandi vxor.

3. *Nyrtingæ, Maij 20. illustrißima Princeps D. Anna Maria, VVirtembergici Ducis D. Ludouici mater. Ea 9. Iun. sepulchro inter Mausolea Principum illata est Tybingæ: feretro à nobilibus amplius XX. portato: comitantibus Principe cum suis, Gynæceo, ministris, Academicis, oppidanis, grege mulierum, omni multitudine studiosorum: stantibus per vias ciuibus, & satellitibus armatis. Concionatus est D. Lucas Osiander, ex Rom. 8. Quis separabit nos à dilectione Dei?* Anna Maria, VVirtemb. Ducissa.

τὸ τλὺ σὺγονιτάτλω τῶ ἀρχοῦσ ἡμῶν ἀγαπητὸν μητέρα, ὃν ἔλεον ὁ κύριος χαριδῶσα ἀπὸ τῆς ἀγάπης Θεῖ?

Alb. VVolfhardus.

6. *Memmingæ. Mense Febru. Albanus VVolfhardus, ferè nonagenarius, Senator & Scholarcha: vir pius & prudens: pater Marci VVolfhardi Med. D. & plurium liberûm: frater Vlrici Medici: patruus Bartholomæi Medici, & Vlrici Iurisc.*

Alibi, insignes viri mortui.

Ioan. Sturmij mors.

1. *Argentorati. Mart. 3. manè hora 5. anno ætatis 82. Ioannes Sturmius, Rector illius Gymnasij celeberrimus: quem nos Ciceronem, Demosthenem, Rhetorica Aristotelis & Hermogenis accuratè docentem, diu audiuimus. Sepultus in sepulcreto S. Galli. Vxores habuit, 1. Gallicam, Ioannem Pisoniam. 2. Margaritam VVigandam, Ioan. Sapidi priuignam. 3. Elisabetam ab Hohenburg, viduam, quæ eum sepeliuit. Fuit ipse mediocriter procerus, facie fusca & viuida, barba nigra: in senecta, totus canus: in religione cum Caluino sentiens.*

2. *Francofurti ad Viadrum. Iul. 9. Ludouicus Com. Ebersteinius, in Viadro lauans, interijt: eo tempore Academiæ illius Rector.*

3. *Tilemannus Stella, Febru. 18. anno ætatis 64. Geometres & Astronomus.*

4. *Martinus Cromerus, Historicus Polonicus, Episcopus in Borussia VVarmiensis, Mart. 13.*

Gallorum Rex Henricus, à Monacho interemptus.

Successor, Henr. Nauarræus.

5. *In Gallia autem, Rex Henricus 3. per speciem clandestini colloquij à Prædicatorio Monacho 23. annorum, Iacobo Clemente (quem Guisio dediti, subornasse dicuntur Parisini) 1. Aug. (noui Calendarij) cultello venenato in ventrem punctus, postridie mortuus est: tradito prius Regno, Nauarræo Regi Henrico. Qui iam Rex Hẽricus 4. Galliæ, ex castris ante S. Clou, Aug. 3. literis hoc Mompelgardensi Comiti, vt propinquo suo, perscripsit. Monachus ad hanc cædem inductus fuerat multis magicis characteribus, corpori eius impressis: tanquam nihil mali ei accidere posset. Sed ipse frustulatim concisus est: omniaq; ossa eius, calce viua consumpta sunt: ne vllæ reliquiæ de ipso, in numerum Sanctorum referendi causâ, amplius reperirentur. Clemens Papa Sueuum Conradinum vltimum 1269. Clemens Monachus Henricum 3. Gallum 1589. inclementer occiderunt.*

Æneas Syluius, Papa Pius 2.

Non audet stygius pluto tentare, quod audet
Effrænis Monachus, plenaque fraudis anus.

EPISCOPALIS HERBIPOLI BIBLIOTHECÆ INSTITVTIO. OBItus D. Iacobi Andreæ, Tybing. præpositi & Cancellarij. Ophites Halensis, καὶ πολυγραφοῦς. Tybingam aduentus plurium Græcorum. Nouitatis in sermone Latino affectatio. Scholastica Tybingensia & VVirtembergensia. Quædam Nicro Rotemburgensia. Incendia, terræmotus, supplicia, casus hominum. Doctores Augustani. Obitus multorum præstantium hominum.

CAPVT XXXVII.

ANNO 1590. *Græci numerabant à condito Mundo* ZHΘ. ἔτος: *id est, 7099. annũ, Indict. 3. Ianu. 2. accepi literas sequentes.*

MARTINO CRVSIO, Græcarum literarum in alma Academia Tubingensi professori publico.

Iulius, Dei gratiâ Episcopus Herbipolensis, & Franciæ Orientalis Dux.

VVirceburg. Bibliotheca.

Tuis, doctissime vir, Græcis lucubrationibus, adolescentuli olim vsi sumus. Nunc verò, si graue non foret: operâ tua in re, quæ studij tui quasi propria est, vti libenter velimus: vt vel sic aliquam tibi gratiam referendi, maior nobis occasio sit. Bibliothecam omnium optimorum Auctorum, maximè verò veterum, etiam manuscriptorum genere instruere conamur, &c. Vale. Ex arce nostra VVirceburgensi M. D. XXCIX. XVIII. Calend. Ianuarias. Duos M. Scr. libros Græcos petebat: de quibus voluntati eius satisfactum est.

Iacobi Andreæ Cancell. obitus.

Ianu. 7. ante horam 9. antemeridianam, diem suum piè obijt reuer. & clarissimus vir, Doctor Iacobus Andreæ, illustrissimi Principis consiliarius, Præpositus & Cancellarius noster A. 28. qui (sicut initio huius anni ipsum inuisebamus) crebra tussi tenebatur. Sepultus est in Templo S. Georgij: concionem habente D. Luca Osiandro de bono ab illo certamine certato: quam Græcè excepi, & manuscriptam cum alijs plurimis habeo. Sed iam priore die antè, hoc Epicedion scripseram.

ὦ λυγρῆς

LATINE.

ὦ λυγρὸν μέλλας συμπυρίσαι τὸν ἄχος ὀλοφυδνόν:	O casum tristem, quo vix pungentior alter:
ὦ πούθυς, ὃ παρακηΰλου κλαυτὸν ἀμέρας, αἰνῶ.	O luctum, ò funus merito lacrymabile fletu.
Τίς δάκρυα παρατείνων; ἰδού, πᾶς ἥμιτέρους	Quis non deploret? iacet en clarissimus ille:
ἔρμανεῦ, χρηστῶν τ' εἰκάματος ἰδμοσιωφέλης:	Qui Templi fuit, atq; Scholæ, venerabile fulcrum.
Κλαυθμοὶ τάκτος πέπτωκον ὁ Ἀνδρέου Ἰάκωβος:	Andreæ magnum rapuerunt fata Iacobum.
ἐξέλιπε' αἰδλασίμας χαρίεντα προσώπα Ἰακώβα.	Subtracta est nobis facies reuerenda Iacobi.
Μεῖον τίς ζῶν μύθους ἐδίδαξε θεοῦ;	Quis verbum Domini docuit feruentius almum?
Θρῆσκος τέρμις πίστιν σπουδᾶς, ἀρετᾶς τ' ἐπέτρωσε;	In Christo niti, benefactaq;, quis magis vrsit?
Τίς τοσοῦτος εἶδεν μείζων πόσμος γ', ὅριλός τις;	Quod maius vidit Schola præsidium q;, decusq;?
Πλείοσι τίς πλατυχλιὼ ὑγιὲς πιστότατα βίβλοις;	Veraui quu libris doctrinam pluribus auxit?
ἀνοχίζοι τίς, καὶ πρᾴως, διδάξατο μᾶλλον;	Quis dissertator tam clarus, tam patiensq;?
Τίς τόσσας χαλεπὰς ὅσιμος διὰ χρηστὸν ἔλυσεν:	Tantos quis, totiesq;, peregrinando labores
πίστιος ὄφρ' ὁμόνοιαν ἐύφρονα πάντες ἔχοιμεν:	Pertulit: vt fidei fieret concordia vera?
τὸν τεθνάλοις τίς ἀληθείης φοβερώτερος ἄλλος;	Quis formidandus veri magis hostibus ipso?
ἦλε δὲ νῦν (οἰμοι) σάλπιγξ μεγάφωνος, αὐδωλος:	At nunc (hei nobis) Christi filet hæc tuba clara:
ἀλλ' τόσσοισι λιτὰς τὸν ἄφιγον ἐσώσαμεν ὑγρὰς.	Nec potuêre preces ardentes pellere mortem.
Φεῦ πταιόντων ἡμῶν, μεταγνόντας πάλι μελάθω.	Heu, culpæ nostræ merces. Resipiscite quisq;.
ὐκ ἀγαθὸν, πλανῶν μέρος: ὀργῆς σῆμα θεοῖο.	Intereunt magni? Diuinam monstrat id iram.
Ζεῦ δὲ καλῶς νῦν ἔγε, μακάρτατε. τὸν γὰρ ἀγῶνα	Ast agitur nunc præclarè, pater optime, tecum:
Τὸν καλὸν, τέρσεως μιτὰ νυκλαλίμειο κάλιψας:	Laudato benè fudasti certamine Pauli:
Τὸν δρόμον δ' ἐτέλεσας, πίστιν τήρησας ἰησῦ.	Finisti cursum, manssisti fidus Iesu.
ὥστε λιπχιος ἰώνης φαιδρὸν σοι στέμμ' ἀπόκειται:	Est tibi iustitiæ nunc lata corona repostæ:
ἀστέρι τε λιπχιοπερίτης, ὠδ: μοιο σκωτὸν:	Qua iudex olim ornabit tua tempora iustus:
ἐντι φανῇ πυμάτης ηρίσιος σὺν λάμπτος ὄχη.	Vltima iudicij cum lux erit orta celebris.
ὡς ἂν ἔδει σοφίαν ὑπολέγμασι παρθενικάων,	Ad quod nos quoq;, virgineo prudente monente
Τῷ μνηστῆρι καλῶς χ' ἡμεῖς αὐτίμιον ἐτοῖμοι.	Cœtu, vtinam sponso veniamus idonea sponsa.

Ἐπιτάφιον.

Epitaphium.

οὐθάδ' ἔχει θείαν κεφαλὴν αὐτεγέρσιμος ὕπνος:	Hîc vir diuinus dormit: sed & inde resurget:
ἰησοῦ κήρυκ' ἐὼν, Ἀνδρέου Ἰάκωβον.	Andreius, Christi laudatus præco, Iacobus.

Vixerat A. LXI. D. XIII. Inseruierat Ecclesiæ A. 43.

Halâ Sueuorum, Ianu. 26. Tybingam allatæ literæ.

CL. VIRO, M. MARTINO CRVSIO, Tybing. Acad. Professori, S.

Inter mirabilia relatum est: quòd aliquando, cum Venetijs Augustini Ducis ex Barbadi- Serpentinus lapis Halensium.
ta gente dissecaretur defuncti cadauer, vt eximerentur interanea: inuentus est lapis coloris ser-
pentini, in nigredinem tendentis. Haud minus mirandum est: quod de lapide serpentino, in agro
Halensi Sueuico reperto, referam: tametsi alio in subiecto, alijsq; causis efficientibus, concreto. De
quo hæc ex fidedignis hominibus, famâ & auditione accepimus.

Accidit ante patrum nostrorum memoriam: vt homo antiqua virtute ac fide, ex honestiss-
sima & numerosissima Græterorum prosapia oriundus (M. Michaëlis Græteri, viri clarissimi,
& de vrbis nostræ è Senatoribus, Quinq; virorum collegæ, ac Scholarchæ prudentissimi, proauus vel
atauus) religiosi cultus gratiâ (vt eâ temporum infelicitate putabatur) ad Sanctorum quorun-
dam iens fana, in Dipachianis conuallibus (quas intra Cresstelbachum & Geislingam pagos, flu-
uius Bilerus interluit) vt, inquam, Græterus quidam, iter faciens, sibilum quendam & stridorem Quomodo inuentus.
inauditum audiret. Quem indagine quadam secutus: aceruum fide maiorem, ex serpentibus, hy-
drís, colubris, viperis, & rubetis, inter se implicatis, permixtum reperit. Quo viso: arborem, quæ
proximè aberat, resectam, super eum aceruum coniecit, ac dissipauit: quod potuit, interemit: &
tandem in eo ipso loco, lapidem illum serpentinum, oculorum acie conspicatus, sustulit. Hic lapis
(cui nostrates à Rubeta nomenclationem indiderunt) à Casparo Grætero, Senatore Halensi,
prædicti M. Michaëlis auo: solenniter, & quasi religiosè, tanquam auitum depositum, posteritа-
ti Græterorum commendatus est: hac lege, vt posthac, dum Sol flammigera lustrabit lampade
terras, in ea familia asseruaretur: & quidem ab eo, qui ciuis esset Halensis: omniumq; Grætero-
rum natu maximus. Id quod per multorum annorum curricula est obseruatum studiosè.

Huius lapidis vsus (quantum quidem nostris hominibus est exploratum) est: cùm ne Vtilitas eius.
varijs, ijsq; venenatis tumoribus, vlceribus, inflammationibus, tam hominum, quàm iumento-

rum: quæ ex lapidũ contactu frequentiore sanantur: tum in morsibus venenatis: quibus applicitus, venenum disijcit. Id quod in morbis quoq; contagiosis pestilentiæ fieri consueuit: si tubercula extrinsecus appareant. Quin & alias quasdam δυνάμεις seu vires, ac virtutes, occultas, easq; salubberrimas, hunc lapidem habere, hinc coniecturam capimus: quòd nonnulli viri, secretioris rerum naturæ amatores, magno eum precio sibi vendi à Gratero sæpenumero petiuerunt. Pondus lapidis sunt 4. libræ vulgares, minus sescunce. Vale. Halæ Sueuicæ XI. Kalend. Febru. M. D. XC. θεὸς καὶ φύσις ἄλλο μηδὲν ποιῆσιν.

Thomas Schweicker pedè scribẽs.

Huius Ophitæ imaginem pictam (figura ferè ouali: id est, rotundâ in longum) dono mihi ab ipso illo præclaro viro, M. Michaele Gratero, missam, vnà cum Thomæ Schweickeri podographei icone, eodem 26. Ianu. accepi. Audio aliunde, mulieribus difficultate partus laborantibus, adhiberi illum lapidem: & eas mox liberari, καὶ οὐτασπᾶν. Sed nemini commodatò dari, nisi certâ summam Florenorum oppigneret: maiorem præsertim, si extra vrbem alicui mittatur.

Nothaffti nuptia.

Febru. 1. Stutgardiæ, nuptiæ sunt celebratæ à VVolfgango Iacobo Nothafft ab Hohenberg, VVirtembergico Dapifero: cum nobili virgine Sabina, Magnĩ curiæ Magistri, Erasmi à Laimingen in Rotteneck, Neolainingen, & Lindach, filia. Quas Epithalamio Latino Ioan. Conradus Gerhardus ornauit, iuuenis eruditus.

Sam. Huberus.

Febru. 6. disputationem hîc in Aula nona defendebat Samuel Huberus, Pastor Derendingensis, aduersus Caluini sectatores: Christum pro toto Mundo, vel omnibus hominibus, mortuum negantes.

Febru. 23. Oratio D. Iacobi Heerbrandi, de vita & morte D. Iacobi Andreæ, ibidem per duas horas habita est. Eiusdem de virtutibus orationem quoq; habuit in Hirsaugiensi cœnobio, Antonius Varenbulerius D. Abbas ibidem. Cuius excusæ ex exemplar mihi donauit.

Chasma.

Circa extremos dies eiusdem mensis, Chasma nocte apparuit, siue ardor, ad Boream. Viderunt Taurini etiam in Sabaudia, & quidem cum bellicis aciebus.

Græcorum duorum aduentus Tybingam, Leonty & Ezekielu.

Mart. 17. duo venêre Graci huc: Leontinus Philoponus, Hieromomachus: & Ezekiel Xyriches, Presbyter. Reddiderunt mihi epistolam ab Episcopo Cytherorum Maximo Margunio, Venetijs scriptam, qua Leontius commendabatur. Margunius vocabatur primò Manuel: postea clerum verò, & Episcopatum adeptum, Maximus. Venetijs ὁ φιλαλήθειας menses 5. εἰς πεφυλάκηται quòd voluisset Cretensium Sacerdotum ignauiam corrigere, &c.

Μαξίμου τῷ Κρησίῳ, κυρίῳ σὺν τιμῇ λέγειν: μάξιμος ὁ μαργούνιος, ταπεινὸς
ἐπίσκοπος κυθήρων, σὺν πρόσταγμα.

Commendatitia epistola Margunij, Episcopi Cytherorum.

ξυνίσημίσου τῇ φίλῃ καὶ τιμίᾳ μοι περσῇ, τὸν σὺν ἱερομονάχοις θεοφύλακτον λεόντιον, τὰ τῆς ἐμῆς ψυχῆς πατέρα, σὺν δρᾶκα τῷ ἐλληνι, ἐχ' ἧττον τῆς σωνουσίας τῶν ἡμῶν ποσμιότητος, ἢ τῆς περὶ τὰς λόγους, ὅτι πολλῇ προθυμίᾳ καὶ πειθῇ μοῦ παρὰ πάντων ἠγαπᾶσθαι, καὶ ἰδίως δὲ παρὰ σοῦ, καὶ μᾶλλον, λίπιστον ὄντα: ᾧ λόγοι λείπει, τὸ σωμολόγημα. ἐρρῶσθαί σε μοι διαβέβηκε, ψυχῇ τε καὶ σώματι.

ἐγένετο, μαΐου κζ' ἡμέρᾳ, κατὰ τὸ αφπβ' ἔτος τῆς σω-
τερίου οἰκονομίας.

Et Theod. Zygomala.

Commendatio Ezeckieli data erat à Theodosio Zygomala, manu huius scripta: in qua, ex alijs hæc verba.

Οἱ ἀπαντάχοῦ ὀρθοδόξοι ἐλεήμονες καὶ φιλόσοφοι χριστιανοί, &c. δέξασθε καὶ τὸν περίσσα ἐσπουδὰ, τὸν ἀγιώτατον μοναχὸν, πατριάρχου ὄντα εἰς ὑμᾶς ἐλεημοσύνης ἕνεκα, ὃς γὰρ ἐπιτύθημος, ἔχει γράμμα ἀδελφοῦ μοναχοῦ Δαυλιώτου τῆς ἁγιωλεσίας χρόνος δεκαεπτὰ (annos 18.) ἀπὸ τὸν καιρὸν τῆς πύρας, σηλάδος οὐ πατέρος (ferunt in naue) τῆς ῥόδου, καὶ νῦν μέλλει ἀκινόνη (transactio cum eo facta est) ὑπὲρ τιμῆς φλορίνων χρυσῶν δυοκοσίων, καὶ δηλονότι, ἕως ἂν σὺν θεῷ ἐξέλθῃ ἡ ἐξαγορά τη (redemptio eius) καὶ τύχῃ τῆς τελείας ἀφέσεως, &c.

Athena.

Athenis μητροπολίτα erat adhuc Nicanor: Thessalonicæ, μητροφάνες.

Extra Athenas, adhuc ἡ ἀκρόπολις, καὶ τὸ λύκειον, ex parte: & ibi, oliua.

ἡ πόλις, ἀπόρθητος ἐστος. Solam ἀκρόπολιν, τετειχισμένην: vbi, Ecclesia, & altare ignoti Dei: sed tabula iam huius inscriptionis, sublata.

Trapezus.

Trapezus distat, nauigando ἐξ ὥρας, iter sex dierum à Constantinopoli. ἀπὸ ἡγεμόνος ἐστὶ ἀφορεῖ.

Colchi.

Lingua Græca, ibi corruptissima: ita, vt Græci eam non facilè intelligant. Colchi, vel Miregrelij, boni homines, nec bellicosi. Vtriq; parent Græco Patriarchæ.

Sacerdotes Græci.

Episcopi & clerus Græcorum: indocti plerique sunt: & aduersati Patriarchæ Hieremæ, quando voluit ante plures annos Scholas & eruditionem in Græciam introducere, ac Typographiam. Metuunt enim sibi, ne postea remoueantur ipsi propter ruditatem.

Leontius

Leontius erat annorum 30. Iezekiel verò, 42. μελανοπώγωνες, ἐξάδελφοι, ex ciuitate Cypri littorali Nemeso.

Mart. 19. accepi membraneam tabulam ἐπεφανίνν: duas columnas basi insistentes, & supra eas semicirculum, in omnibusque bis ductus inter se sese itè contextos, habentem. In semicirculo, hæc verba sunt: Die forcht deß HERRN/ ist der rechte Gottes dienst. Der behût/ vnnd macht das Hertz from̃: vnd gibt freud/ vnnd wonne. Wer den HERRN fürchtet/ dem wirdts wol gehn. Vnd wenn er trostes bedarff/ wirdt er gesegnet sein *Infra Semicirculum, in longum descendendo:*

Thomæ Schvveickeri tabula, pede scripta.

Dem E. vnd Wolgel. H. M. Martino Krusio/ Professori bey der löblichen Vniuersitet zu Tübingen/ ꝛc. meinem Großg. H. zu ehren vnd wolgefallen/ hab ich Thomas Schweicker/ Burger zu Schwäbischen Hall/ diese Schrifft mit meinen Füssen geschrieben/ den 7. Mart. Anno 1590. meines Alters 49.

Ach GOTT wend vnser Elend.

Epigramma M. Mart. Crusij: de Thoma Schvveickero.

Φὼς δδ', ἀλλὰ σοφὸς, νπόχειρ (μέγα θαῦμ') ἄβραχίων,
Δεξιτερῷ τυτθὸν γράμματα βαῖα ποδί.

Hic dextro scribit pede vir: cui, brachia nulla.
Compensat mirè, quod DEVS abstulerat.

Ibi rursus, artificiosi ductus. Infra eos,

LAVDA ANIMA MEA DOMINVM.

O GOTT in deinem höchsten Saal/
Wie mechtig bist du vberal!
Wie vnerforschlich/ wunderbar/
Du seyst/ ist an mir offenbar.
Darumb ich dich ewig will loben/
Hie/ vnd auch dort im Himel droben.

Wenn ich nur dich hab HERR/ so frage ich nichts nach Himel vnd Erden/ Psal. 73.

Nicod. Frischlinus, qui licentius in multos scripserat, captus est Moguntiæ mense Aprili: & inde in VVirtembergiam adductus. Asseruatus primò in arce VVirtemberga: deinde, in Hohen Turacensi.

Aprili 27. Rostochio literas à M. Ioanne Posselio, Professore ibi Græcarum literarum celeberrimo seniore, accepi. Quis non videt, inquit, impendêre barbariem multò tristiorem: quàm ante annos centum in his locis fuit? Iuuentus enim amplius regi non vult: disciplina est manè nomen in Scholis. Mutatur vetus & vsitata hactenus ratio pronũtiandi: mutatur orthographia. Dicendi genus, quod ex Ciceronis Scriptis, & alijs bonis Autoribus, multis iam annis viri docti deprompserunt, improbatur & contemnitur: atq; eius loco nouum quoddam genus introducitur. Deniq; quò quis obscurius Latinè loquitur & scribit: eò doctior à multis habetur. Hæc & similia, non possunt non viris sapientibus, & ætate prouectis, dolorem adferre. Hactenus, ille. Certè nec mihi ista, ex Saturni in Latio temporibus, & obsoletissimis sordibus, deprompta nouitas placet. Etiam non pauci, ob eandem, de Religione (mutata, aut mutanda) suspecti sunt. In carmine quædam fortè talia interdum ferri queant: non autem perinde, in soluta oratione. Nec antiquis saxis per omnia assentiendum existimo: vt nec lapidibus nostræ Teutonicæ linguæ: in quibus sæpe à statuarijs indoctis, quamuis eis rectissimè præscribas, in Orthographia erratur. Doctissimo etiam Turnebo magis placet, Quintus & Paulus scribi, quàm Quinctus & Paullus. Aduers. lib. 30. cap. 28. Retineant ergo isti sibi suam obsoletam nouitatem: ἐναντιοφανεῖαν, obnubilent orationem suam, vt libet. Rarò etiam faciant Periodum: plerunq; incisis & breuissimis membris, ac crebris Ellipsibus (præsertim verbi est) vtantur: punctim & contumaciter loquantur. Nobis verò perspicuitas, & amœnitas, placeat. τὸ δὲ λαμπρὸν γλίσχρον, τὸ δὲ σαφὲς.

Ioan. Posselij, Rostochiensis doctoris Graeci, epistola.

Latinæ L. antiquaria affectatio, studio nouitatis.

Turnebus.

Regimen Tybing. Academiæ.

Maij 1. Rector 212. D. Ioannes Hochman.

Acad. Tybingensis.

Inscripti.

Sebast. & Ioannes Ernestus à Gyltlingen fratres. Pauli FF. Pfaffingæ habitantis.
Georgius Lud. & Lud. Valentinus à Mylen, fratres.

Octob. 18. Rector 213. D. Georgius Hamberger.

Inscripti. Ioannes VVick Rigensis Liuonus, Octobri. Ioan. Iacobus Gremp von Freudenstein / Februario 501.

Decanus Philosophiæ. M. Georgius Lieblerus, 7.

Magistri renuntiati. Febru. 25. Melchior Bonacker Vracensis. Ioannes VVagelinus Augustanus. Caspar Episcopus Teffingensis. Al. Comœcianus. Ioannes Angelus Schorndorffens. Lorchens. Præfecti Petri F. Georgius Philippus Hailandus Tybing. M. Samuelis F.

Aug. 12. Iacobus Lorhardus Minsingens. Græcè in Actu dixerunt, ipse & Respondent. Frid. Braunbaum Pfaffenhofensis. Ioan. Conradus Grammer Gœppingens. Ioan. Georgius Eberhardus Nyrtingens. Philippus Heerbrandus Hagenoënsis.

Magistrorum copia Tybingæ.

Viuebant hoc tempore hîc in stipendio illustri, circiter CXX. iuuenes, titulo Magisterij decorati. Et circa 20. Aug. Academiam commissarij Principis visitabant.

De peculiaribus Scholis VVirtembergici Ducatus.

Scholarum VVirtemb. quotannis visitatio.

Ha visitantur singulis annis à duobus, pietate doctrinaq; præstantibus, viris: M. Georgio Lieblero, & M. Leonhardo Engelharto.

A Lieblero superiores Scholæ, die ob der Steig. Auracensis, Balingensis, Blaubeurensis, Beblingensis, Dornstettensis, Tuttlingensis, Ebingensis, Herrenbergensis, Hornbergensis, Calwensis, Kirchboteccensis, Leonbergensis, Nagoltensis, Neuburgensis, Neissensis, Nyrtingensis, Rosenfeldensis, Syndelfingensis, Sultzensis, Tybingensis, VVildbadensis, VVildpergensis. Sunt 22. Amptstätt.

Ab Engelharto inferiores Scholæ sub cliuo vel descensu Stutgardiæ, die vnter der Steig. Backenana, Bietickensis, Botvvarensis, Brackenana, Cansladiensis, Gartachensis, Gœppingensis, Græningensis, Gyglingensis, Haidenhaimensis, Kirchboeccarensis, Lauffensis, Marbachensis, Meckmylensis, Murrhartensis, Neustattensis, Peilstainensis, Schorndorffensis, Vaihingensis, VVaiblingensis, VVeinspergensis, VVinedana. Sunt itidem 22. Præfecturarum oppida.

Adde Stutgardianam Scholam. Ita sunt 45. Latinæ Scholæ, in totidem Præfecturarum oppidis: præter Monasteriales Scholas.

Engelharto plerunq; in sua visitatione sunt M. D. pueri, cum Stutgardia: quæ Scholas plerunq; CCC. Discipulos habet, quibus nouem præceptores præsunt.

Rotenburgum Nicri.

Iunij 18. quatuor professores Academiæ expatiati sumus in vicinum op. Rotemburgum: M. Crusius, M. Mæstlinus, M. Vitus Myllerus, & Georgius VVeigemuterus. Salutauimus Priorissam Clausæ, Elisabetam Distlinam, annorum (vt dicebatur) 105. paruâ statura, iam aliquantum incurua. Eam humaniter hortabamur: vt per solum Mediatorem Christum se Deo commendaret. Cur enim ad riuulos, non ad fontem, eamus? Vnus enim est Mediator, qui & vocat nos ad se. Assentiebatur. Ingressa fuerat hoc cœnobium: cùm esset 15. annorum puella: & in eo vixerat 90. annos. Ascendimus deinde in montem VVeilerburgum vicinum: in quo Vetus Rotemburgum est: id est, antiquæ arcis muri alti. Inferius, paulò supra op. Rotemburgum, vidimus particulam muri: vbi antiquum oppidum steterat, antequam terræmotu concideret. Nam hodiernum Rotemburgum in locum inferiorem translatum est: cuius transuersa pars, Ebinga nominatur, & illam Clausam habet. In vtroq; oppido, singula Templa. Ebingæ, collegium est S. Mauricij, & commilitonum Martyrum: erectum (vt nobis humaniter Præpositus eius loci, Melchior Zangerus, indicauit) circa Domini annum M. CCC. XX. à generosis Comitibus Hohenbergensib. Rudolpho, atq; filijs eius, Alberto, Rudolpho, & Hugone: annuaq; sustentatione Præpositi, duodecim Canonicorum, & aliquot Vicariorum, nec non concionatoris Parochiq;, liberaliter dotatum. In medio autem Ecclesiæ collegiatæ, tria Fundatorum monumenta conspiciuntur: cum his in singulorum saxorum ambitu ineisis Epitaphijs.

Epitaphia.

Anno Domini M. CCC. LIX. ipsa die Marci Euangelistæ, obijt in Christo pater ac Dominus, Comes Albertus de Hohenberg, Episcopus Frisingensis.

Deinde, sub manibus alterius, & primi fundatoris, Rudolphi senioris:

Deuotas mentes hæc hortor sculpta tuentes:
Eius vt in precibus memores sint Principis huius.

In am-

In ambitu, & sub pedibus ac manibus vxoris, tertij tumuli:
Hîc iacet, ecce, rosa quondam nimium speciosa,
Irmengart grata, de VVirtemberg generata.

Vide lib. 4. suprà, in anno 1340.

In chori ingressu, loco alto, tanquam transuerso in ligno.

Anno Domini M. CCC. XXXVI. tertio idus Ianuarij, obijt spectabilis Rudolphus, Comes de Hohenberg senior, fundator primus huius collegiatæ Ecclesiæ.

Cùm de monte supradicto Rotemburgum redissemus: prandio nos prolixo exhilarauit humanissimus vir, M. Georgius VValchus, Scriba prouincialis: adhibitis, D. Præposito, & nobilis viri Christophori VVendleri de Bregerot in Austria, Archiducis Ferdinandi ibi Vicarij, socero Christophoro Lutzio.

Viuebat ibi Med. D. vir senex, Bernhardus Vnger: cuius libellus exijt hoc anno de Liturgiæ officio.

Iul. 17. sagæ tres decollatæ sunt Rotemburgi, deinde igne deletæ. *Sagarum decollatio.*

Aug. 2. mulier quædam nobilis, procera, formæ honestæ, Anna Mermancina, colligebat hîc Tybingæ ante valuas Templi stipem. Cogebatur 2600. Aureis redimere se, & duas filiolas, in Regno Fessano. Vir enim eius Petrus Hauserus (circa Coloniam Agrippinam) capitaneus, & ipsa, secuti fuerant funestam illam Regis Portugalliæ Sebastiani expeditionem. Captus tunc ipse fuit: &, cùm sex annos aratrum captiuus in Africa traxisset, decesserat ex vita. Sic in mulieris testimonio erat. *Anna Mermancina.*

Aug. 26. oppidulum Schiltach, quod habebat 35. domos, totum conflagrauit: extrà solùm fano, & concionatoris domo, remanentibus. Vltimo item die eiusdem mensis, fulmine deflagrarunt domus 30. in pago Losburg, supra op. Dornstetum sito. Vtrisq; postea mense Septembri, Tybingæ & alibi eleemosyna ostiatim collecta est. *Schiltachi conflagratio.* *Losburg.*

Septemb. 5. (vel Calendarij Gregor. 15.) Viennæ & circà, terribilis terræmotus accidit, qui plurimum damni intulit. Sensit turris S. Stephani, & S. Michaëlis, ac templum Scotorum: fissione accepta, & partib. delapsis. Tremoris huius sensus, Nyrtingæ quoq; in VVirtẽbergia extitit. *Terræmotus Viennæ, Turcicæ vastationis prænuntius.*

Schœnbrunnæ, inter oppidum Nagoltum, & Rhotfeldum villam, non procul ab oppido Bulachio, ad Hercyniam syluã, nuptiæ quædam celebrabantur, mense Septembri: in cuius mensis medio vindemia collecta est: citius scil. quàm alijs annis in illis nuptijs, nono & generoso vino probè imbuti. Rustici, inter se iurgari cœperunt: atq; res iam procedebat ad manus & pugnam. Sed priusquam peius quid fieret: ecce insperatò ἀγαθὴ λύσις καὶ καταστροφή, bonus exitus. Dum enim illi tumultuantur: dum pars fortior imbecilliorẽ ad parietem adigit: paries impulsu eorum rumpitur: agricolæ decidunt, surgunt, stupent, pacati singuli domum suam silentio abeunt. *Schœnbrunna.* *Rusticorum ebriorum rixa.*

Octob. 1. gladio percussi sunt filius & filia cuiusdam molitoris: qui habitabat in Algoiæ pago Sinninga: qui non longè abest à Baltzhaimo, arce & pago nobilium Ehingerorum Vlmensium: ad quos & Sinningensis pagus spectat. Cùm enim ille molitor diutius viueret: quàm placeret illis eius liberis, & nurui: eisq; videretur morosior esse, ac rursus vxorem ducturus: dederunt ei in iusculo araneum, in farcimine vitrum, contusa. Sanatus tamen fuit ab his venenis. Pararunt felis cerebrum: quod tamen filia mox abiecit. Filius autem, cùm venena frustrà essent tentata, vestem mutat: nocte patrem ex alio pago domum versus redeuntem expectat: ex equo deijcit: fuste grauiter percutit: nec id semel tantùm: sed cùm eum relicturus esset: à mulierib. in dumeto latentibus, veste virili indutis, ad repetendam percussionem incitatus est. Ita propè ad necem miser senex deuênit. Illis degressis: prorepsit tamen in suum pagum, labore magno vix: nihil sciens de scelere suorum. Hi autem in lectis iacentes, patre redeunte, excitati, dolorem maximum simularunt. Cùm deinde ille consanuisset: filius, conscientiâ stimulante, de solo vertendo, & militatum abeundo, consilium inijt. Cùm autem pecuniâ careret: à socero suo viaticum petiuit. Quo mirante, & causam rei quærente: de animi sui morbo gener confessus est: nec tamen pecuniam obtinuit. Petijt igitur à patre, & quidem vehementer institit. A quo cùm causam sæpius rogaretur: victus tandem aperuit: se esse illum dicens: qui noctu redeuntem, in via percussisset. Se ergo furijs ita agitari, vt domi consistere non posset. Velle itaq; militiam sequi. Pater non modò veniam ei maleficij dedit: sed etiam consolatus eum est: rem omnem occultam habuit. Mansit ergo diutius tecta: donec, veniente Septembri, patefacta est omnibus: blaterante madido socero in symposio quodam. Iccirco Dominorum Ehingerorum iussu, comprehensi sunt tres sontes homines. Mulieres, mox vltrò fassæ sunt: *Parricidarum supplicium.* *Furiæ parricidarum.*

sa sunt: se consilium perdendi sonis habuisse. Filius autem, carnifice Vlmensi Baltzhaimum vocato, coactus rem aperuit. Consulti itaq; sunt Iurisperiti cùm alij, tum Tybingenses etiam: missoq; huc

Schneevveissius. Hieronymo Schneevveissio, Ehingerorum Baltzhaimi præfecto, affine mihi charissimo: qui omnem hunc tristem casum hîc nobis exposuit. Cum autem frater ille, & soror, supplicio essent afficiendi: dictum incredibile est, quantâ facti pœnitentia, quantâ in Deum per Christum fiducia, mortem sustinuerit. Antea in agresti & superstitiosa vita educati, de vero Deo ferè nihil sciuerant. Nunc tortuosâ & mirabili via, ad salutem ducti sunt: Deo ingens ipsorum malum, ad bonum finem paternè conuertente. Nurus, quia grauida erat, longè pòst eidem supplicio est subiecta, nec minus piè mortua. Quapropter sobriè viuendum est, & vigilandum: cùm Diabolus (Apostolo teste) instar leonis rugientis circumeat, quærens, quem deuoret.

Vini caritas. Hoc tempore, Schorndorffij aliquoties plaustrum vnum vini, fuit CCL. circiter Florenis venditum. Hospitale certè eius oppidi, vendidit 5. plaustra vini, Fuggeris Augustanis ad nuptias, singula CCLIIII. fl.

Ebrietatis pœna. Quoniam autem huius anni vinum, valde generosum erat: multi in id se contrà, quàm proderat, ingurgitarunt. Vnde vulnera & cædes, mortiferi ex equis & altioribus locis casus præcipitationesq; frequentius secuta sunt. Sobrij simus, & vigilemus.

Landau. Rappoltenstaini 1. Octob. natus est 8. filius, D. Gabriel, generoso Baroni D. Acacio à Landau. Natus deniq; ibidem 29. Maij 92. D. Maximilianus, nonus eiusdem generosi Acacij filius. Vide suprà 1545. anno.

Doctores. Octob. 14. Doctores creati Tybingæ sunt. Iurisconsulti plures, à D. Ioanne Hochmanno: M. Simon Athinus Waibingensis, M. Philippus Engelhardus Leonhardi F. Tybingensis. M. Ioannes Eladenstein, Zacharias Startzerus Viennensis, & alij. Medicus autem, à D. Andrea Planero, M. Martinus Solfleischius.

Augustani Medici. Augusta Vindel. multos claros habebat hoc tempore Doctores Medicos: vt, Marcum VVindium, Ioannem Scheurlinum, Ioannem Vlricum Rumlerum (Achillis Gassari è filia nepotem) Casparum Gutmannum, Georgium Henischium (Mathematum, & artium dicendi, professorem) Ioannem Georgium Ienischium, Ioan. Georgium Brenckerum, Ioan. Iacobum Schyrlitrum, Ioan Paulum Zangmaisterum, Georgium Laubium, VVirsungum, Kneulinum, Lotterum,

Iurisperiti. Holizapfelium, Matthiolum Italum. Iurisconsulti erant, & Aduocati, item multi: vt, Conradus Pius Peutinger, Hieronymus VValtherus, Georg. Tradelius, Philippus eius filius, Augustinus Maier, Adamus Zechus Archigrammateus. Præceptores Scholæ Annææ, Rector Simo Fabricius, & clari nominis M. Dauid Hæschelius. Egit & Gregorius Henningus, amici mei Marci pater, ab anno 1549. vsq; ad 1584. Aduocatum Augustanæ Reipub. ortus ex oppido Lusatiæ superioris Lauba, patre Nicolao ibi consule. Factus autem Doctor Iuris in Italia 1554. Patauij fuerat: vxoremq; 1556. ex mercatoria Stenglinorum familia Felicitatem, Marci Senatoris filiam, Lucæ Medici sororem, duxerat: & 1586. vsq; in sequentem annum, apud Palatinum Georgium

Henningi. Ioannem, Cancellarij munus obierat. Nunc senectute & valetudine debilis est.

Iacobus Heerbrandus, Cancellarius. Nouemb. 7. D. Iacobus Heerbrandus, confirmatur Præpositus Ecclesiæ nostræ, & Cancellarius Academiæ. Natus 1520. anno.

Græcus, Petrus Phocas. Eiusdem mensis die 19. huc vênit pulcher quidam adolescens Græcus, nondum 20. annorum: cui nomen, Petro Phocæ. Scribebat de se his verbis: Ego Petrus Phocas Bisantinus, ex familia Græcorum Imperatorum Phocarum Bisantij, manu propria. Loquebatur vulgari L. Græca expeditè. Habebat literas latinas, ab Imp. Rudolpho 2. & ab Elisabeta, Regina Franciæ, nata Regina Hungariæ & Bohemiæ, Archiducissa Austriæ, &c. sibi datas, ob iter tutum habendum, quacunq; proficisceretur.

Ficklerianum stipendium. Medio Nouemb. Tybingæ, in Fickleriano stipendio à studiosis viui incipitur.

Nicod. Frischlini interitus. Nouemb. 29 nocte ante diem S. Andreæ proxima, Nicodemus Frischlinus, conans ex Hohenauracensi captiuitate effugere: à perfido fune, quem ex pannis confecerat, desertus, de celso muro (heu heu) in aliam atq; aliam petram subiectam præcipitauit: partibusq; corporis miserabiliter confractis, interijt. Quem vtinam brachio extento excipere potuissem. Quæ enim laus maior conseruatione ipsius mihi contigisset? Misertus verò sit animæ eius clementissimus pater cœlestis.

Casus puellæ trimulæ. Antea autem contrà, Halæ Saxoniæ, puella quædam trimula Catharina, Georgius Galli Secretarij ibi filia, altè delapsa, incolumis Angelico præsidio manserat, 23. Maij 1590. Quem casum versibus descriptum, ad me M. Philippus Gallus misit, vir pietate & doctrina commendabili. Atto-

Ibi puella sic de se loquitur, delata de fenestra in viam saxeam.

Attoniti flebant alij: clausa ostia pandunt:
Me miserè totam deperijsse putant.
Quippe locus bis quinq; vna est sublimior vlnis:
Casu vnde infelix præpete lapsa rui, &c.

Decemb. 24. *D. Ioannes Brentius præclaram orationem latinam (vt quotannis fieri solet) in Aula noua habuit, de persona Christi & eius officio.*

Decemb. 29 *Vlmæ pœnas capitis dedit quidam Scriba ex Teutonica eius vrbis domo: quòd* Homicida, puni-
noctu puerum ciuis, cum sorore per niueis in carpento vehentem, ipse in altero carpento vehens, e- tus.
brius pugione confodisset. Caterua igitur concurrentium ciuium, eum in illa domo quæsiuit, multis ostijs dissectis. Qui vix tandem, in sublimi turris ibi contignatione sub tecto repertus fuit.

Mortui hoc 1590. anno.

1. *Stutgardiæ. In paroch.* 19. *Maij, nobilis Hermannus de Ianowitz, Aulicus Ducis Ma-* Defuncti.
gister.

Meine Sünde die reuwen mich:
Auff den Verdienst Christi sterbe ich:

In Leonhardino. Ianu. 11. *Nicol. Fehleisen, Principis Consiliarius, & Scriba prouincialis.*

In Hospit. Febru. 8. *nobilis & doctiss. vir, Doctor V. I. Fridericus Schutzius, Princ. Consiliarius. Inferius, Insignia inuersa.*

Mart. 14. starb in Gott seliglich die Edel vnnd Tugentsam Jungfrouw Barbara Thumbin von Neuburg: deren Gott ein fröhliche aufferstehung wöll verleihen.

Obijt etiam Aug. 23. *Stutgardiæ, clarissimus & optimus vir, Ioannes Moserus, V. I. D. &* Ioan. Moserus.
principis Consiliarius, ætatis 42. *anno, fautor meus eximius. Sæpe maximos dolores passus erat, quippe quintum sectus. Christus ei beatam cum omnibus pijs resurrectionem largiatur. De ipso funebris concio, M. Felicis Bidembachij, Ecclesiæ Stutgard. Diaconi, extat.*

2. *Tybingæ. Mart.* 9. M. *Ioannes Kynig obijt: Syndicus Vniuersitatis ad* 40. *annos, vir* 60. *annorum. Concionem habuit D. Siguardus Parochus, quæ est edita: Dixit ille: Christus, mea vita est: & mors, lucrum. Vidi eum in iuuentute* ἀνθοῦντα, *in senectute,* πολιόν: *facie* ἰυχνὸν, *non inæqualem.*

Iul. 9. *Sigismundus Freius Iurisc. patriâ Feldkirchensis.* ἐν παντὶ μὲν τῷ σὺν γραμμῇ ἐπιδεικνυμένῳ προθύμως.

Iul. 17. M. *Ludouicus Daicker, annorum* 66. *Præfectus apud nos inferior: vir procerus, humanus, pius.*

Octobr. 4 *nocte, M. Ioannes Schuhmaier, iuuenis doctissimus: cuius præclarum Scriptum aduersus Ioannem P. florium Apostatam extat.*

Octob. 16. *Michaël VVeininger, vir consularis, opificio pellio, pietate venerabilis: qui etiam VViteberga Lutherum docentem audiuerat. S. Biblia diligenter perlegerat.*

3. *Vraci. Nouemb.* 1. *obijt honesta matrona Maria, Sebaldi Maieri vxor, Scribæ apud Vl-*
menses forensis: cùm viscere vellet Tybingæ filiam suam, Ludouici Daickeri vxorem. Tunc morbo intercepta, substiterc Vraci coacta fuit. Concionem funebrem M. Ioannes Smidlinus edidit, Decanus & Parochus Vracensis.

4. *Esslingæ. Iun.* 16. *Vlricus Laucher, dictus Venediger, Archigrammateus, annorum* 75.
Vxor autem eius Catharina Kunerina, antea 24. *Febru.* 1548. *annorum* 60. *mortua fuerat.*
Septembr. 22 *honoranda socrus nostra decessit, Mariamagdalena, Vrbani Veitscheri Senatoris relicta vidua, amplius* 80. *annorum.*

5. *Halæ Sueuorum. Iun.* 2. M. *Michaël Græter, Senator & Registrator, vir laude dignissi-* Mich. Grater.
mus. Cui nos hoc Epitaphium ponimus.

Λείψανα μὲν μιχαὴλ γρατήρου θνητὰ, πέλ' ὧδι:
ἡ δ' ἀγλαὸς ψυχὴ ζῇ πατέοντι θεῷ.

Hîc MICHAEL corpus GRÆTERI, morte quiescit:
Sancta sed in cœlo mens viget ante Deum.

6. *In Hassia. Mart.* 4. *illustrissima diem obijt D. Hedvvigis VVirtembergica, illustriss. Land-* Hedvvigis VVir-
gravij Hassiæ D. Ludouici cõiux, pia, & omni virtute fulgens. Erat ingens luctus: qui tunc Tybin tembergica.
gæ nesciebatur: quãdo studiosi Tragœdiã Pãmachij agebant (sicut Bacchanalib. hîc Dramata quotannis aguntur) in Gallia aũt, eodẽ die prælio Mainũ R. Henr. vicit. Extat insignis Elegia de illã Heroinæ vita & morte, Herm. Kirchneri Hersfeldiani Hessi. Næniã ait, Musicis numeris aptatã

fuisse: & à choris illustrissimi Principis VVilhelmi cantatã, fraterni plenam dolore mali: Extat latina oratio Doctoris Ægidij Hunnij, de vita & morte eiusdem Christianissimæ Heroidis.

Et Sophia princeps.

Vachij quoque moritur 21. Iul. illustrissima D. Sophia, nata & ipsa ex stirpe VVirtembergensi: Friderici VVilhelmi, Saxoniæ Ducis, vxor: debilitata sub ipsa eclipsi dolore abortiui partus, anno ætatis 26. & quidem moritur valde piè. Nam S. literarum lectioni & meditationi, ab ineunte ætate dedita. Itaq; sensibus adhuc integris, maritum ad constantiam veræ Religionis hortata est. Præcessit obitum eius prodigium hoc: quòd ceruinum cornu, Insigne VVirtembergensis gentis, ante annos circiter XX. à ceruo abiectum, ac parieti de more affixum, die 19. & 20. Septemb. sanguinem copiosissimè emisit, anno 1588. vt ait Petrus Lindenbergius. Extat de illa heroide concio Teutonica, M. Antonij Probi, General. Superintendentis: VVeimariæ in arcis sa-

Prodigium.

Eclipses luminarium.

no, 6. Dominicâ post Trinitatis piè & doctè habita. Fuerunt autem duæ eclipses hoc 1590. anno. Vna, Lunæ, 17. Iul. 4. H. 47. Minut. ante meridiem, tantùm 3. Punct. 54. M. in 23. Gr. 49. M. Capricorni. Altera, Solis, 23. Iul. 7. H. 40. M. ante merid. in 7. Gr. 24. M. Leonis, secus caput Draconis: eaq; 9. punct. 32. M. sicut D. Georgius Henisch. notauit. Iul. denique 28. noctu (breui post D. Sophiæ funerationem) terribile chasma apparuit, in plaga Orientali, Septentrionali, & Occidentali, cum multis longis iaculis ignitis, tanquam vniuerso ex arsuro cœlo: eodem Ant. probo teste.

Chasma.

Aliorum mors.

Caroli Austrij mors.

Kal. Iulij 1590. obijt serenissimus Archidux Carolus: Ferdinandi Cæsaris F. Maximiliani Cæsaris frater: Rudolphi autem nunc Cæsaris patruus: relictis ex D. Maria, VVilhelmi Bauari F. & Erneſti Colonienſ. Archiepiſcopi ſorore, aliquot liberis. Vixerat A. 50. M. 1.

Rechbergiorum morituorum præsagium.

In Sueuiæ arce Hohenrechberga, quoties aliquis de perantiquæ nobilitatis familia Rechbergia, moriturus est: Spiritus quidam (vt ex fide dignis hominibus non semel audiui) antea sapius fores, aut parietes, aut proxima quæq; (etiam vestes: vt res sentiatur, etiamsi non audiatur) pulsat. Ita quidem præteritis temporibus.

Fumus ex sepulcro mulieris.

Etiam hoc mihi 1590. dictum pro certo est: mortuam fuisse non multò ante in pago Esslingensi, non procul ab oppido Gœppinga, vxorem cuiusdam cauponis: mulierem corpore & animo egregiam. Ex cuius tumulo sæpius ascendisse fumum: eoq; adaperto, repertum esse cadauer idque consumptum. Terra, credo, vim sulphuream & igneam habet. Illis etiam in locis passim sunt lapides terræ fissiles: quibus incensis & combustis, agri redduntur fertilissimi. Nonnunquam ibi etiam à Pastoribus ignis fit: qui occultè venas terræ peruadens, loca exurit. Circa Stauffeneckum quidem.

Longæui Saxij.

Hoc 1590. anno, vicinus meus Christophorus Saxus fuit 81. annorum: & 15. Mart. sequentis anni, Offterdingæ obijt. Frater verò eius Ioannes, Esslingensis consul, iampridem mortuus, peruenerat ad 82. ætatis annum: Sebastianus autem, ad 79. Soror ipsorum, 87. annorum, hîc adhuc viuit.

TYBINGENSIA COMPLVRA. D. CONRADVS BAPPENHAIMIVS. Græcorum de Calendario Gregoriano iudicium. Doctores Acad. Rostochienſis. Thomas Palæologus, Græcus illustris. Germanorum auxilia, in Franciam occiduam missa. Brackenhaimum, VVirtembergiæ oppidum, & ijs in locis arces. Mors plurium celebrium personarum. Hirsaug. Abbas, Ioan. Brentius.

CAPVT XXXVIII.

Geißlinga.

ANNO 1591. Graci numerabant 7190. annum, à condito Mundo 7100. annum, & Indict. 4. Ianu. 9. noctu inter 12. & 1. horas, Geißlingæ oppido VImensium, turris deserta (der Thurn) fulmine bis percussa est, calido & frigido: tacto latere Vigilis, & liuido inde effecto: qui ex ea causa mortuus est. M. Georgius Castius prædixerat, miraculum eo Sabbato fore.

Dramatũ actio Tybingæ.

Febru. 17. Studiosi ex Stipendio illustri, latinam Ioannis Bapt. decollati tragœdiam, in foro decentissimè egerunt: proceribus Academiæ & oppidi, innumerisq; hominibus, spectantibus. Biduo post, comœdiam Studentum, in Aula noua.

Doctores.

Febru. 23. Doctores creati sunt. Theologiæ, M. Christophorus Stæbelinus Diaconus (nunc, Ecclesiastes Herrenbergæ) à D. Ioanne Brentio. Iurisprudentiæ, M. Ioannes Bidenbachius Behenhusanus, Abbatis Eberhardi D. filius: M. Dauid Mageirus Vaibingensis, D. Ioannis Præpositi Stutgard. filius: & Georgius Facundus Kircho Tecensis: promotore D. Nicolao Varnbylero patre, sene graui & hilari. Qui in sua oratione dixit, gratulans de die festo, se etiam 23. Febr. anno abhinc XLVII. hîc ibidem, Doctoris honoribus à D. Ioanne Sichardo fuisse ornatum: atq; nunc

Nicol. Varnbyleri longæuitas.

LXXII.

LXXII. esse annorum. Quapropter etiam de tanta, diuinitus concessa, sibi gratulatus est ætate: sibiq; & nobis omnibus, beatum ex hac vita optauit discessum. Postremò, Augustanum Manlichium creauit Doctorem Med. Doct. Daniel Mœglingus. Interfuêre tum Actui, tum prandio, duo illustrissimi adolescentuli Palatini, nomine clementissimi Principis nostri: Ioannes Augustus, & Ludouicus Philippus. Item 6. Barones studiorum causa hic viuentes. Multi denig; nobiles, & eruditi viri.

Aug. 6. Cal. Mart. Calendarij Gregoriani, celebratæ sunt nuptiæ illustrium Baronis Antonij Fuggeri, Marco Fuggero, & comite Eberstainia Sibyllâ, natis atq; virginis Barbaræ, Vlrico comite Montfortio, Solmensiq; comite Vrsula genitæ. Quibus Epithalamion Versib. Latinis Heroicis egregium Marcus Henningus August. scripsit. Vide suprà lib. 5. cap. 4. in anno 1354. Antonij Fuggeri nuptiæ.

Mart. 9. adductus est captiuus, generosus D. Conradus à Bappenhaim, ex oppido Engen, arci Hevven vel Heben subiecto, in arcem Tybingensem (Hohen Tubingen) propter quædam illius ditionis occupata. Iussu enim Cæsaris Rudolphi, aliquot signa peditum, cum numero equitũ, illò Dux Virtemb. Ludou. miserat: Ductoribus Burcardo Styckelio, & Leonhardo Baumbachero, atq; Grimmeiseno: Imperatore exercitus, nobili viro Samuele à Reischach olim curiæ Mompeligardensis Magistro. Adductus vnà fuit Vlricus Keller, Bappenhaimij Scribæ: & alibi custoditus, sed anno sequenti dimissus. Quæ autem Iustitia causa D. Bappenheimij sit: manifestum est ex A. pologetico popularis linguæ libro: quem postea 1594. Cæsareæ Maiestati, & principibus, In Ratisbonensibus Comitijs, suppliciter exhibuit. Conr. Bappenhaimij captiuitas.

Vxorem habet Pappenhaimius Baroniſſam à Lamberg Catharinam. Heroidem præclaram, lectionis historiarum studiosam: quæ sequentibus temporibus, marito assiduè aderat. Frequenter etiam huc ad Dominum suum veniebant ministri, Iacobus Zukschwertius, Rentschreiber zu Engen: & Ioannes Reissener, Secretarius.

Inseruierat autem generosus D. Conradus tribus Cæsaribus: Ferdinando, Maximiliano II. & præsenti Rudolpho II. Maximilianus ei promiserat 1572. per literas, si moreretur vltimus Comes Lupfensis Henricus, in feudum, Landgrauiatum Stylingensem, & dominium Hevvense, cum oppido Engeno, &c. nec modò ipsius, sed etiam eius omni posteritati masculinæ, & propter ipsius promerita, &c. Mortuo deinde, sine masculis hæredibus, vltimo illo Hevvensi Comite Henrico: aduersarios habuit, Zollerensem Comitem Carolum, & Merspurgensem atque Bessorensem Baronem Petrum, Margaretæ Lupfensis Comitissæ virum, an. 1582. Multæ disceptationes, inde per sequentes annos factæ: donec D. Conradus (existimans, sibi non æqua fieri: & verbis, quæ in literis Imperat. Maximiliani essent, fretus: ipsum debere, mortuo Lupfensi, propria auctoritate, iniussu etiam Cæsaris, possessionem illorum bonorum occupare) arcem Stylingam placidè obtinuit, & Engeni oppidum tenuit. Hinc (post varias actiones) ei captiuitatis calamitas accidit. Itaque librum, in quo copiosissimè omnia sua iura exponit, supplicans exhibuit 1594. Imperatori & principibus Imperij, in comitijs Ratisbonæ congregatis, &c. Scribi solet ad ipsum his verbis. Dem Wolgebornen Herrn / Herrn Conrad: deß heiligen Römischen Reichs Erbmarschalck / Herrn zu Bappenheim / Landgrafen zu Stälingen / vnd Herrn zu Höhen: meinem gnedigen Herrn. Filium habet Maximilianum sub Præceptore Osualdo Crollio. Filius autem: Elisabetam, Catharinam & Polyxenam, Fratrem denig; D. Philippum. Vide sup. A. 1582. »
»
»

Eodem 9. Mart. die, scripsit ad me literas Græcas in vrbe Poloniæ Posnania, Patmius Iacobus Miloita: quas 26. April. accepi. Se literas, quas mecum hic versanti sibi ad Patriarcham Hieremiam dederim, ei reddidisse in Moscouia. Accepi vnà Epistolam ipsius Patriarchæ: qua hic pernegat, se Calendarium Gregorianum recepisse: & Posseuino vaticitur, qui hoc ausus sit de ipso, in libro edito scribere. Quomodo enim se receptur um fuisse: cùm 1. inconsulto se, à PP. Gregorio edit. tum sit? 2. patribus, & priscæ Paschatis rationi, aduersetur? Ideo se mihi, & cæteris Germanis Theologis, diligentissimè purgat. Quam ipsam Epistolam cum meis literis, se curasse Iacobus excudendam Francofordiæ ad Viadr m scribit: vt Exemplaria in Græciam mitteret. Posnania. Hieronimi Patriarchæ pernegatio de receptione Calendarij Gregoriani.

Circa mensem Aprilem frequens torquebat pleuritis homines, & tollebat.

Regimen Acad. Tybingensis. Schola Tybingana.

Die Maij 1. Rector designatus est 214. D. Matthæus Æntzlinus.

Receptus in Album Paulus Chemnicius Brunsuicens. D. Martini F. mense Augusto. Deinde in Septembri, Comites Solmenses fratres, Fridericus, & Christophorus, atque Albertus: cum Præceptore suo, M. Ioanne Buchero Austriaco.

Decanus

Decanus artium erat M. Erhardus Cellius.

Magistri ab eo creati Febr. 10. vigintiseptem, carmine Latino, splendidè. Ex quibus erant Ioannes Mynsterus Hailprunnensis. Bartholomeus Eberhardus Nyrtingens. Christoph. Orthol-fus Vracensis. Ioan. Ludouicus Daicker, indidem. Ioan. Philippus Hailprunner Lauinganus. VVolfgangus Spangenbergius Mansfeldens. Cyriaci Theol. & Historici F. Laurentius Smidli-
Keppler. *nus Stutgardianus. Aug. 11. quindecim. Ex ijs erant: Ioan. Hippolytus Brentius. Ioan. Keppler VVilanus. Tobias Tauber Illingensis. Bernhardus Næher Gamundianus. Iacobus Bernheuser Stutgardianus.*

Septemb. 28. Baccalaureos LIII. M. Crusius in Aula vetere creauit.

Die Octob. 18. factus est 215. Rector, D. Stephanus Gerlachius. Decanus autem philoso-phiæ, M. Samuel Hailandus: qui 16. Februar. 1592. magno in frigore 28. Magistros renuntiauit. Ex quibus erant:

Bartholomæus Heck VVeisachensis. Christophor. Draher Bietigkaimens. Ioan. Khelinus Nærdlingens. Christoph. Smidlinus, & Baltasar Moser, Stutgardienses. Georgius Hænghær Ty-bingens. Daniel Xylander Labacensis. Simo Scharpff VVetterspachensis. Præceptores Schola Bebenhusanæ erant. M. Vlricus Bollinger VVangensis. M. Ioan. Cappelius Etnhaimensis.

Academiæ Rostochiensis Professores, 1590. & 1591.

Rostochienses Doctores. *Theologi. D. Dauid Chytræus. D. Simon Pauli. D. Lucas Bacmeister. D. Ioan. Frederus. M. Valentinus Schachtius.*

Iurisconsulti. D. Henricus Camerarius. D. Michaël Grassus. D. Marcus Lusciouius. D. Ia-cobus Bordingus. D. Laur. Panclouius. D. Barthol. Clingius. D. Ioan. Georgius Godelman.

Medici. D. Henricus Brucæus. D. Leuinus Battus. D. VVilhelmus Laurembergius. D. Matthias Flacius. D. Magnus Pegelius.

Facultatis philosophicæ. M. Erasmus Stockmannus. M. Ioannes Possilius P. Cui pio & do-ctissimo professori Graco, circa 17. Aug. 91. defuncto, filius eiusdem nominis & laudis successit. M. Nathan Chytræus, D. Dauidis frater. M. Nicolaus Gonicæus M. Marcus Hassæus.

De Godelmanno rursus. *Sueuus autem noster Godelmannus, anno 1588. Rigâ domum reuersus: Constitutiones Ca-roli V. absoluit: ac mox ab illustri viro Henrico Ranzouio, Regio Daniæ Vicario, in Holsatiam vocatus, prouincialibus strenuè operam nauauit: & præmio digno affectus est &c. Idem, rogatu mul-torum, egregium Tractatum de Magis, Veneficis, & Lamijs, rectè cognoscendis ac puniendis, con-scripsit: publicè in Academia explicuit: vrgentibus & auditoribus & amicis, hoc 1591. anno edidit: mihiq; Exemplar misit. Habitus est ei à serenissimo Daniæ Rege Christiano 4. honos C L. Ioachi-micorum. Edidit Tractatum quoq; de studijs priuatis in Iure rectè instituendis. Ita Godelmannus noster, superioribus temporibus à D. Iacobo Andreæ beato, ad Saxonicam profectionem pro comi-te itineris assumptus, ad splendidiorem fortunam, quàm fortè in patria, peruênit: Deo mirabiliter piorum actiones regente, & occasiones offerente, præter ipsorum sæpe cogitationem. Quod de me quoq; commemorare possem: si non ab aliquo reprehenderetur. Verè igitur Hieremiæ 10. dicitur: Scio, Domine, non esse hominis, viam suam: nec viri, dirigere gressus suos. Et Prouerb. 16. scribi-tur: Cor quidem hominis disponere viam suam: sed dirigere gressus eius, Domini est &c.*

De Academijs hisce satis. Christus eas, porrò quoq; cum suis Doctoribus conseruet. Amen.

VVachendorff. *Viuit hoc tempore nobilis & pius vir, Iosephus de Ovv, VVachendorffæ. Apud quem Eu-angelij præco est Georgius Lieblerus, M. Georgij Physicæ Professoris F.*

Ecclesiasticæ Haidenhaimensi, M. Christophoro Neubergio, Augustâ cum alijs multis ante plures annos pulso, pax posthac stabilis sit bone Christe meo.

Carthus. Monasterium iuxta Argentinam. *Mense Iulio, Argentoratenses Carthusianum Monasterium, quod non longè ab ipsorum vr-be aberat, destruebant: ne hoc periculoso diuturni belli Gallici tempore, ab aliquo illorum locorum occuparetur: præsidioq; contra vrbem muniretur. Quo tempore, Dux Bauariæ vtebatur lauatione Gæppingensi.*

Græcus, Thomas Palæologus, Tybingæ. Testimonium eius. *Eiusdem mensis die 27. Venit huc ad me vir Græcus, Thomas Palæologus, cum vxore Sabi-burgensi Agnete: honestâ forma & moribus, grauida. Quam à se ductam dicebat: quòd sibi in mor-bo duorum mensium, fideliter inseruisset. Habebat longum testimonium à serenissimo Venetia-rum Duce Paschale Ciconia plumbeo sigillo munitum. Quo docebatur, hunc Thomam esse filium quondam Domini Emanuelis Palæologi: qui sub Religione Turcica vixisset: Macedoniæ Re-gnum, quod olim fuisset eius aui paterni, gubernauisset, semper nominatus Memet Beri filius quon-*

dam

dam Constantini Palaologi, filij quendam Andronici, fratrũ quondam Constantini Palaologi, Imperatorũ olim Constantinopolitani. Eundem Thomam habuisse singulis annis, Asprorum quater centena millia: & nunc pro patrimonio fuisse Musoli Bei. His bonis omnibus relictis: eum se, patre Mahometano mortuo, matris Christiana morientis oratu, ad Religionem Christianam contulisse: in eamq; Baptismatis Sacramento Hierosolymis receptum esse. Hæc ita se habere, illius Instrumenti quatuor testibus confirmatur, citatis, monitis, juratis, & examinatis. Datum in nostro Ducali palatio, die XXII. April. Indict. secunda, 1589.

Constantinus, vltimus Orientu Imp. Christianus.

Matri Thomæ non fuit, Maria Kalia. De Constantino vltimo, & suo genere, ipse hæc mihi verba scripsit. κωνστὰς ὁ βασιλεὺς Κωνσταντίνος, ἔσχε δύο γυναῖκας. ἡ μία, ἐρρίπτη ἑτέρα, Μαρία. ἀπὸς ἐρρίπτης, ἔσχε δύο υἱοὺς, μικρὸς ἀπέθανε μικρὸς. καὶ ἡ ἄλλη φὸρ, δέσποτ, τὸν ἔφερεν περὶ θεοσαλονίκης. αὐτὸς ὁ δέσποτ, ἔσχεν υἱὸν Κωνσταντῖνον. νῦν οὐκ ἔσχεν υἱὸν μικρὸν. ὁ μέγας ἐδιδάξατο τὸν νόμον τὸν μωαμεθανέν. Καὶ αὐτὸς ἔσχεν υἱὸν τοῦτο μικρὸν, ὀνόματι Μωσὴς. ἡ μήτηρ τῦ μικροῦ, Μαρία τὸ ὄνομα, ἐν γένος τῦ βάλλος τῦς δύπατ. ὁ μικρὸς ἐδιδάξατο τὸν εἰς χριστὸν πίστιν: καὶ κάθε φορὰ ἔχετο ἐν τῦς ἑνὸς ἄλος: καὶ ἀς τὸν βιετλεὲμ αὐτὸν.

περοσωπογραφία Thomæ.

Erat statura facie, habitu, valde honestus: Græcè loquebatur aliquanto purius, disertissimè ac promptissimè. ἐυμένης, μεγαυσπούδων, ἐξυμακτινὲς. Non inanis, nec Stutgardiâ, nec Tybinga discessit. Ægrotauit etiam, hic, & Argentinæ. Vnde ad me literas misit. τῦ μὲν ἐφη (φησὶν) ἐ ἔχορίδυμεν, οἱ ὀρβαλμὲς μὰ ὂν ἐπάνε ἔχετε ἀπὸ τῦ λευκὲν μὰ, ἐκὲν τῦ γλυκὲς χορεντῦ, ἐσεν. Literis, satis magnum sigillum impresserat: habens in scuto bicipitem aquilam. & supra id, tanquam pileum: huic quadam crucis figura insistente. Scutum vtring, leo tenet astans. Circa scutum, verba: ΘΩΜΑΣ ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΣ ΕΡΑΡΧΟΣ ΜΑΚΕΔΟΝΙΑΣ.

Sigillum eius.

Hoc mense auxilia, præsertim Saxonica, Nauarræo Regi Henrico Franciæ IIII. missa sunt: nempe (si excusa chartæ fides habenda est) equites 17800. pedites 29700. (quorum erant 7400. Heluetij) fossores aggerum 2500. tormenta magna 46. Bombardarij 50. & 3200 plaustra varij generis. Imperator copiarum, Christianus ab Anhalt. Imperator contrà S. fœderis (sanctæ ligæ) est Carolus Mainus, Guisiorum à R. Henrico 3 occisorum frater.

Germani, auxilio Regi Gallorum missi.

Septembr. 7. Doctores à D. Hochmanno creati sunt Iuris 6. Leuinus Buchius, Christophorus Osterwald Saxo, Iacobus Schegkius Iacobi N. Fridericus Hermannus Suenobalensis, Ioannes Stæffel Noribergensis, & Ioannes Nærdlinger Besikaimensis.

Doctores.

Septembr. 19. Stutgardiæ, mediâ hora 4. (meâ natali hora, 1526.) concionante D. Vilhelmo Holdero, in Templo primario: è summa turri decidit de maiori Horologio centenariorum duorum & dimidiati pondo, in subiectam turris partem superiorem. Sonitus grauitate concio perculsa, excurrit: Ecclesiastes constanter mansit: rediit populus, concionemque ad vsque finem audiuit.

Stutgardiæ Horologium.

Sub initium Octobr. visitatores Scholæ aderant, magnifici & reuerendi viri, nomine Principis: Erasmus Laiminger, magnus curiæ Magister: Martinus Aichmannus, Cancellarius: Ioannes Mageirus, Præpositus Stutgard. Ecclesiæ: Lucas Osiander, Ecclesiastes Aulicus: Balt. Eisengreinius, Director: Laurentius Smidlinus, Secretarius.

Visitatio Scholæ Tybing.

Nouembr. 29 illustriss. Dux Virtemberg. Ludouicus, conuiuio Pfullingæ adhibuit comiter Consules Reutlingenses, Georgium Gailerum seniorem, Ioannem Bieren, & Thomam Knappum seniorem, aliosque. Vicissim Decembr. 3. Reutlingæ decenter exceptus est epulo idem Princeps, cum chara sua vxore, & Principe Gustauo: comitatus equitibus circiter centum, & bombardis honorificè salutatus, ciuibus in armis ingressum obseruantibus. Auro quoque Principes muneratisunt. Nec vicissim non sunt munera certis personis data. Interfuêre prandio duo etiam Comites Eberstainij, Abbas Bebenhusanus Eberhardus & Melchior Iagerus, Secretarius intimus. Reutlingens. Archigrammateus erat M. Georgius Otho.

Reutlingæ.

Opera Basilij magni Cæsariensis Cappadocis, Germanicè conuersa exierunt auspicijs Comitis Helffenstainensis Schweickardi, Bauariæ Ducis consiliarij & Landesbergæ Præfecti.

In oppido Owa viuebat nobilis, Ioan. Georgius Schillingus: habens filios, Vlricum, Henricum, Casparum, Theodoricum, Sebastianum, & Bertholdum: filias autem, Annamariam, Catharinam, & Agnetem.

Schilling.

Viuebat illustris Dominus à Cimbern Vilhelmus, Videnst. & Meßkirch. D. in Obern, &c. cui Matthias Greuter Sculptor Kalendarium, à Luca Bathodio Med. D. factum, pulcherrimis imaginibus virginum 5. sapientum, & totidem stultarum, Argentinæ in annum 1592. excusum, dedicauit.

Viuebat

Viuebat Leonhardus Rauvvolfius Augustanus, Med. D. illustrium Austriæ ordinum physicus: ille μακροβιότατος, qui longè lateq; 1574. peregrinando, Syriam & Orientem vidit: eamque peregrinationem superioribus annis edidit.

Brackenhaim. *Brackenhaimi ad Zaberam fluuium, præfectum agebat superiorem Zealizgo, nobilis Polonus. Sub qua præfectura, loca hæc sunt.*

Kirchaimum Nicri, ein Marcktfleck. *Vicus immunis à tributis. Habet ius plectendi fontes.* Klein Gartach/ *oppidulum.* Groß Gartach/ *pagus. Dürrenzimmern,* ein Marcktfleck. *Niderhofen, pagus. Stetten. Norten. Hausen Zabergæ. Badana,* ein grosser Fleck. *Haberschlacht. Mamsen. Cleibrunn. Hofen, viculus. Omnia, VVirtembergiæ.*

Arces vicinæ.

Arces circum. *Liebenstain, magna & vetusta arx, in loco edito, subter fluente Nicro. Habet subse Kaltenvvesten, Othmarsen, &c. Possessores, Bernhardus & filij.*

Hohenstain, noua arx, cum alta turri, inter Kircham & Binigkaim, spectans ad nobiles Plieningeros. Habet subse vicum Hohenstainum, & partem oppidi Binigkaimi: de quo etiam participant Moguntinus Elector, & Dux VVirtembergensis, ac nobiles à Liebenstain, alijq.

Stætenfels, arx pulchra & munita Fuggerorum. Quo pertinet Gruppenbach, pagus infra montem: sed collocatio Ecclesiastæ, ad VVirtembergensem.

Sternenfels, VVirtembergica arx, Palatinatum versus. Malus ibi carcer furtiuis ferarum venatoribus.

Planckenhornum, olim rapto viuentium, nunc in ruinis iacens.

Stocksberg, valida in alto arx: ad Magistrum Teutonicum Maximilianum Austriacum spectans.

Neuperg, vetus arx trans Stocksbergum, Neupergensium nobilium.

Ochsenbach, cum vico, Adelmannorum.

Stronberg, sylua magna: vbi, nobiles, Ducis VVirtemberg. Forestamagistri. Teste M. Martino Riegero Augustano, Discipulo nostro.

Mortui hoc 1591. anno.

1. *Stutgardiæ, in Hospitalis fano. Ianu. 27. Albertus Tresch, V. I. Doctor, Aulici Tybingæ iudicij Assessor. Iul. 20. Conradus Egen, Principis Consiliarius Ecclesiasticus, anno ætatis suæ 70.*

Defuncti. *Ioannes Kielman à Kielmansegg, V. M. D. Aulæ auræq; fatur, obijt anno Domini M. D. XCI. mense August. die VII. ætatis suæ LXVI. cui Dominus æternam requiem concedat. Amen.*

Mortuus est quoque illustrissimus Princeps Georgius Fridericus, comes VVirtemberg. & Mompelgardensis, Principis Friderici F. puer. De cuius funere, concio D. Lucæ Osiandri, 11. Februar. 1591. Stutgardiæ habita, edita est.

2. *Tybingæ. Ian. 28. Consularis vir Tybingæ, Ioachimus Lustnavver.* [illegible]

G. Hizler. *April. 22. M. Georgius Hizler Giengensis: qui fuerat hîc professor linguæ Græcæ, & eloquentiæ, diligentissimus: amicus meus antiquus, & compater humanissimus. Concurrit ad idem funus, ciuis honestus Henricus Falckenstainius. Peruenerat Hizlerus ad 65. circ. annum. Concionem funebrem D. Siguardus Parochus habuit. Sequenti verò tempore, latinam orationem in Aula noua, M. Cellius.*

Vicinus meus, Caspar Maier VVaiblingensis, Med. D. & Doctoris Anastasij Demleri genet, vir pius, 12. Iun. obijt, [illegible] Consolatio morientis. *Concionatus est D. Siguardus ex 14. Apocalyps. Beati, qui in Domino moriuntur. Contra tres tentationes. 1. Descendes in sepulcrum! At requiescam à laboribus meis. 2. At tardè quiesces: quia venies in ignem purgatorium! Nequaquam: sed quiescam* [illegible]*, à modò, vel statim. Pauper Lazarus, & latro crucifixus, statim in Paradiso fuerunt. 3. At non es certus huius rei! Imò certissimus. Vox è cœlo hoc dicit. Spiritus S. testatur, qui est spiritus veritatis.*

Iul. 7. discessit ex præsentibus miserijs, honesta matrona Anna, M. Georgij Burckardi, Dialecticæ Professoris, collegæ nostri humanissimi, vxor. Vsurpauit Dictum ex Psal. 91. Cum ipso sum in tribulatione. Quod Diaconus Bidenbachius pro concione explicauit: consolationis plenissimum, contra Satanæ tentationes.

Iul.

Iul. 21. manè horâ 3. Anastasius Demlerus, V. I. D. & professor. Concionem habuit D. Sig- Anastasius
nardus ex Genes. 47. de paucitate & malignitate dierum vitæ. Vixerat 71. annos: & hos paucos Demler.
annos benè collocauerat: discendo Christum summo studio: oculis profectò continenter in concio-
nantes fixis. Non defecerat tempore Interimico ad papatum, sicut aliquis alius: sed quosdam ad se
confugientes, texerat, tutatusq; fuerat. Vocationi suæ egregiè præfuerat: prudentiâ & amore iu-
stitiæ excellente præditus. Cœnam Domini non aliter, quàm quemadmodum Christus instituit,
perceperat. Cùm non posset, in extremis constitutus, amplius imitari præeuntes precibus: semper
addidit ad extremum, voculam Amen. Natus fuerat 17. Nouemb. 1520.

Augusti. 19. Alexius Eccardus Lindauiensis. Valde patienter tulit morbum, & vnicè se
Christo commendauit: bonus & doctus iuuenis, Iuris studiosus.

Augusti. 22. M. Eberhardus Bidenbachius fidelis Diaconus noster, affinis dilectus. Sepul- Eberh. Bidenbach.
tus postridie in Sangeorgiano, iuxta D. Iacobum Andreæ: concionante D. Siguardo ex Rom. 8.
Quis separabit nos à dilectione Christi? Quo Dicto, vt certitudinem salutis nostræ continente in-
fallibilem, in primis consolatus se Eberhardus est. Cecinit etiam Psalmos in morbo, quamuis gra-
ui, & orationem Dominicam. Ac postremò, ex Psal. 31. dixit: In manus tuas, Domine, commendo
spiritum meum. Ita pulcherrimo nobis exemplo præiuit, hic præclarus vir iuuenis.

Septembr. 16. annus pia & honestissima, Regina cognomento Schechnerina, Monacensis Regina, Cancell.
(quæ Monaco migrauerat cum priore viro suo, Euangelij causâ, Ratisbonam) altera D. Cancel. Iacobi Andreæ
larij Iacobi Andreæ coniux. Concionatus est postridie funere facto, idem Parochus Siguardus ex vidua.
23. Psal. Etiamsi ambulauero in vmbra mortis, &c. quòd ipse se eo dicto consolata est.

Nouemb. 29. Maria, Ioan. Cnoderi (Iurisc. & V Virtembergicorum Principum Consiliarij)
filia: & M. Georgij Liebleri (Collegæ & compatris nostri honorandi) vxor ad 44. annos, charissi-
ma. Quam idem Ecclesiastes pie & vixisse, & mortuam esse, testatus est. Spectauisse enim fide sta-
bili, non temporalia sed æterna. 2. Cor. 4.

3. Kilbergæ, 14. Mart. M. Primus Truberus, Primi F. concionator pius & doctus.

4. Hirsaugiæ, venerabilis Abbas D. Antonius Varnbyler, V Virtemberg. Consiliarius, an- Anton. Varnbyl. Abbas.
no ætatis 57. nocte diem Maij sextum secuta, in Christo obdormiuit. Concionem funebrem habuit Hirsaug. Abbas
Ioannes Esthofer, Parochus & specialis Superintendens Caluæ. Substitutus est 48. Abbas, Do- 48. Ioan. Erentius.
ctor Ioannes Brentius: cui hinc eò migraturo, 12. Aug. omnia optima precati sumus, viro huma
nissimo & reuerendo.

5. Alperspachensis obijt Abbas, D. Matthæus Vogelius: insignis ex S. literis operis auctor: Matthæus Vogelius.
quod Schatzkammer appellatur, θησαυροφυλάκιον.

6. Februarij 21. Præfectus maior Vaihingensis, Hipparchus V Virtembergensis, nobilis
Christophorus à V Volframsdorff. De quo, funebris concio M. V Vilhelmi Mæglingi extat.

7. Kirchemi ad Nicrum. Den 2. Octobr. starb der Edel Gestreng/ vnd Vest/ Wolff- Aurbach.
gang Ludwig von Aurbach/ Bilger deß H. Bergs Catharinæ: Dem Gott gnedig seyn
wölle/ Amen. Habitant nobiles Aurbachenses, Kirchemi, Thalæ, Hofæ, &c.

8. Eßlingæ. Aug. 8. consul Caspar Leger, anno 66. ætatis.

9. Mindelsheimi. Den 27. Aug. anno 1591. starb die ehrenreich vnd tugentsam Frauw
Christina/ vom Geschlecht der Bühel: Herrn Johan Wolfen/ der Rechten Licentiaten/
Pfaltz. vnd Marggräfischen Rahts/ Amptmans allhie zu Mündelsheim ander Hauß-
frawselige. Verließ zwey Töchterlein/ Catharinam vnd Christinam. Der Allmächtige
sey vns allen barmhertzig/ Amen.

10. Augustus Episcopus Dillingæ decessit 4. vel 14. Calend. Februar. (pro diuersitate Calen- Augustan. Episc.
dariorum) Marquardus à Berg, vltimus virorum suæ nobilis familiæ. Successit in locum eius, Bergensis familia.
Mart. 21. (noui Calend. die Iouis, Collegij Canonicorum consensu: Ioannes Otho à Gemmingen:
eodemque die, altari Cathedralis Templi impositus est: & inde eductus, populoq; ostentatus. Fue-
rat collegij Decanus.

Aliorum obitus.

Nobilis V Verner de Neubausen, in Hofen & Volmaringen, mense Iunio cecidit, Venatoris calamitas.
& obijt.

Sequenti tempore, Venatori cuidam in V Virtembergia, qui à confodiendo vrso aberrans,
ceciderat, caput ab ea bestia præmorsum fuit: sicut mense Nouembri audiebamus.

Christianus, Elector Saxoniæ, obijt 92.

September.25. manè Paulò ante 7. horam, Elector Saxoniæ Christianus: & sequentis 1592. anni 6. Ianu. manè inter 5. & 6. horas, Ioannes Casimirus Palat. Rheni, tutor & administrator Electoralis Palatinatus, diem suum obierunt.

Et 1592. Palat. Ioan. Casimirus. Elisabeta VVirtemberg.

Anno eodem 1592. Febru. 18. defuncta est Durlaci, anno ætatis suæ 45. illustrissima Domina Elisabeta, clementissimi Principis nostri soror, illustrissimi Palatini Georgij Gustaui coniux: & 25. Februar sepulta est Stutgardiæ: concionem funebrem D. Luca Osiandro habente, quæ edita est.

Balt. Loserus.

Stutgardiæ quoque mortuus est Febru. 19. & in fano S. Leonhardi humatus, Balthasar Laser, Med. D. & Stutgardianæ vrbis Physicus, ætatis 67. anno.

Phil. Degen.

Tybingæ autem 5. April. mortem obijt reuer. Herrenalbensis Exabbas Philippus Degen, vir fortè octogenario maior. Concionatus est de ipso postridie Dom. Siguardus Parochus. οὐ κρὶν πανσεμῷ προσπέμψας ὁ κύριος, ἐπεῖτα πρὸς τὸ σωτήριον συναγάλλομαι, ἀπίησον δὴ εἰς χεῖρας ἁγίους μυηθεὶς ἐπλήρωσε θεορθότητον νόσον σὺν χαρίσῃ λύσεως: καὶ μακαρίως ἀπεπαύσατο: φιλοπρὸ μετὰ πάντων τῶν τῆς θεᾶς ἐκλεκτῶν καθάρσιον περιμένων, ὅσας καλῆς τελευτῆς, καὶ ζωῆς ἀπόρου μακαρίας, καὶ ἡμῖν πᾶσι γένοιτο τυχεῖν: οὐ χρεῖος ἐστιν, τῷ μόνῳ σωτῆρι καὶ πυρίῳ ἡμῶν, ἀμήν.

Crusiade.

Piè quoq; defunctus est Vrbanus Crusius, Martini F. die 8. Maij, vesperi mediâ hora 6. vitæ exitum vnicè à Deo petens. Phthisi consumptus, sicut & 1588. frater eius Martinus. Sic ipsorum quoque soror, 19. annorum virgo, 16. April. 94. ἡ καλὴ καὶ σύνεσις, καὶ τὰ παύτα ἐπαινοῦσι, μελαινοῦσι πόρπυλχεῖα. *Nata 7. Iul. 1575. Tybingæ.*

Infanticida.

De capitali iam supplicio, quo Tybing. Acad. Senatus amplissimus, Rectore 215. Danile Mæglingo, Med. Doct. & Professore, puellam quandam Felicitatem infanticidam, manu carnificis Tybingensis, legitimo iudicio damnatam, in ripa fluuij Nicri, è regione domus Vniuersitatis, die 5. August. eiusdem 1592. anni, pro iurisdictionis suæ potestate affecit, dicendum ferè non existimo: quòd ad finem huic operi imponendum properem. Hoc tamen adhuc addo: August. 23.

Doctores creati.

à Domino Stephano Gerlachio creatos esse Theol. Doctores. 1. M. Andream Osiandrum, D. Lucæ F. Aulicum cum patre concionatorem. 2. M. Georgium Fleckium. 3. M. Matthiam Hasenreffer um, Theol. iam hic Professorem.

Nouus VVirtembergiæ Dux.

Postremò sciatur, 8. Aug. 1593. diem suum obijsse illustriss. Ducem nostrum Ludouicum: & hac linea extincta, ex altera succesisse mox in Ducatum, illustriss. Dominum nostrum Fridericum. Qui longæuus gratiâ Dei, pacificè & feliciter regat, Amen.

EPITAPHIA DVCVM VVIRTEMBERGENSIVM, TYBINgæ sepultorum.

CAPVT XXXIX.

Conclusio quæritur Annalibus Sueuicis.

QVoniam iam omnium rerum humanarum, (ex illo primo τῇ γενεᾷ ἀλλάμ peccato nata) est extremum: εαᾗ, obliuione omnes res abolet, nisi fortè, si quid literis & monumentis ad posteritatem propagatur: ego, quia Duce Deo, ex longissima Sueuiæ, imò ex orbis etiam terrarum, circumnauigatione, tandem ad præsentia tempora, velut in portum, perueni: concludam tandem vniuersum opus, adiunctione adhuc egregiæ rei, quæ morti congruat, nempe Epitaphiorum: quæ de illustrissima familia VVirtembergica, apud nos Tybingæ, in Sangeorgiani Templi choro, partim in iacentibus lapidibus, partim ad erectos parietes, splendidissimè facta extant: & ab

Recensione funerum VVirtembergicorum Principum.

indigenis exteriśq; studiosè visuntur, atque leguntur. Ponam autem, ratione annorum (sicut in toto opere feci) obseruata.

EPITAPHIVM PRIMVM. Circa saxum.

Lud. senior.

Anno Dom. M. CCCC. LIIII. illustriss. familiæ VVirtembergensis Comes Ludouicus senior, IX. KLNS Octobris mortuus, & in æde beatæ virginis ad Bonum lapidem sepultus, à Principe Christophoro officiosæ pietatis ergò, Tubingam huc traductus est.

Ait D. Osualdus Gabelcouerus, à Sculptore, aut alio, erratum esse: quia M. CCCC. L. mortuus sit ille Dominus: & vidua eius Mechtildis, 1452. anno, cum Archiduce Austriæ Alberto, Imp. Friderici III. fratre, nuptias celebrauerit.

SECVNDVM. Circa saxum.

Mechtildis Palatina.

Eâdem pietate & ratione, huc quoque tralata est D. Mechtildis, palatina Rheni, ac Bauariæ Dux: clarissimi Ludouici senioris coniunx suauissima. Quæ licet pòst Alberto Austriaco nupsisset: defuncta tamen Haidelbergæ, Anno M. CCCC. LXXXII. KLN. Octob. euidentiss.

dentiß. ſynceri amoris argumento, illic cum priore marito, & eodem hîc ſimul conditorio, reponi placuit.

TERTIVM. In muro chori Orientali, lapide inaurato.

Illuſtriſſimus, & tam ſapientiâ, quàm honeſtate vitæ, excelſus Princeps Eberhardus, Dei Eberh. I. Dux.
gratiâ primus Dux VVirtembergenſis, & de Deckh, ac Comes montis Peligardi, fundator huius Scholæ, obijt in die S. Matthiæ Apoſtoli, An. Dom. 1496.

Hæc Scriptura circa 4. latera tabulæ eſt, muro affixæ: in cuius tabulæ medio eſt arbor palmæ: in qua ſcriptum eſt, ATTEMPTO. Inferius ſunt Inſignia VVirtembergica.

Circa ſaxum, humi.

Illuſtriſſimus pietate & prudentia Princeps, EBERhardus Barbatus, primus Dux VVirtemb. & Teckh, montis Peligardi Comes, huius Scholæ fundator, obijt Cal. Mart. Anno M. CCCC. XCVI. Sic eſt in ſaxo, Calen. Mart. Sed debet eſſe VI. Calend. Martij, nempe die S. Matthiæ.

QVARTVM. Circa ſaxum.

Illuſtriß. Principi ac Dominæ, D. Annæ, Duci VVirtembergenſi, Ducis Vdalrici, &c. filiæ Anna virgo.
dulciß. quam benigna Dei manus, ex iſta fragili & caduca rerum humanarum conditione, ne diutius calamitoſus & tumeſcentibus ærumnarum procellis miſera quateretur, adoleſcentulam terr. atque in ipſo blandiß. intemeratæ virginitatis eius flore, Anno Domini 1530. Menſ. Iunij 29. ætatis eius verò 17. feliciter eripuit: huic, inquam, in hunc locum amæniß. vbi iam Carthuſiorum latibula Auraci, cùm illic An. 24. ſepulta iacuiſſet, collaberentur, traducta, illuſtriß. Dom. Chriſtophorus, Dux VVirtemberg. clementiß. vnicæ ſorori ſuæ dilectiß. ad perpetuam memoriam hîc erigi voluit.

Virgo in lapide, ſerto redimita, manibus coniunctis iacens.

QVINTVM. In muro chori orientali, lapide inaurato, ad dextram Eberhardi Barbati.

Illuſtriſſimus Princeps Huldericus Dux à VVirtemberg. & Teckh, montiúq; Peligardi Vlricus, 3. Dux.
Comes: dum inter mortales fuit, varijs fortunæ procellis agitatus, & patria ſua deſtitutus, exilium XV. annis conſtanter tulit. Qua tandem recuperata: ſacroſanctum Chriſti Euangelium ſyncerè prædicari curauit, idololatriam comminuit, potentiam Antichriſti debilitauit: laudabilem vrbis huius inclytæ Scholam reſtituit: doctis profeſſoribus, iuſtis ſalarijs & ſtipendijs, auitos ſecutus mores, illuſtrauit: Rempubl. prudentiâ non vulgari, ſicq; ſatis feliciter adminiſtrauit. Cuius gubernacula inter tot quoque gratiſſimos aduerſariorum inſultus, ad extremum vſque vitæ ſuæ halitum fortiter retinuit. Tandem, Deo Opt. Max. finem ærumnis dante, ſpiritum cœlo, reliquum verò mortalitatis ſuæ, hoc deponi voluit conditorio. Regnauit A. LII. M. V. Vix. An. LXIII. Menſ. VIII. Di. XXVI. obijt An. Chriſti M. D. L. Men. IXBR. Di. VI.

Hoc, lector, potes æſtimare ſaxo,
Humani nihil eſſe non caducum:
Heroum quoniam tegit duorum,
Ebrardi Ducis oſſa, & Hulderici.
Ex ijs alter erat bonis amandus:
Ex ijs alter erat malis timendus:
Et dilectus vterque valde Chriſto.
Corrupta tamen hic vterque carne,
Letho depoſita, ſimul quieſcunt.

Circa ſaxum, *ἐν τῷ ἐλάφῳ.*

Principis Vlrici potuiſti tollere caput,
Inuida mors: animam tollere nulla potes.
Scilicet hoc ſolo fuerat mortalis: at idem
Parte tamen viuit nobiliore ſui.

SEXTVM. In muro introeuntibus chorum ſiniſtro.

D. O. M. S.

Vt omne natum, caducitati ſubiectum: ita & eodem decreto, illuſtriß. Princeps Maximilia- Maximil. infans.
nus, Dux à VVirtemberg, &c. Anno ſalutis 1556. 27. Di. Aug. natus: Menſ. 6. Di. 22. ſuperſtes, infans dulciß. Parentes optatæ vitæ deſiderio priuauit, Anno Chriſti milleſimo, quingenteſimo,

quinquagesimo septimo, Mens. Mart. Di. 17. cuius ossa 19. eiusdem Mens. huc ad auita conditoria, translata sunt.

SEPTIMVM. In eodem muro, ad sinistram prioris.

CHR. CRVCIF. GLOR.

Vlricus infans. *Memoriæ illustriss. Principis Vlrici, Ducis de VVirtemberg, &c. infantis dilectiss. P. Qui vixit Mens. 2. Di. 1. obijt Anno Chr. 1558. Mens. Iul. Di. 7. Cuius ossa 8. eiusdem Mens. huc ad auita conditoria, deposita sunt.*

OCTAVVM. In lapide.

Sabina Palatina. *Anno Domini M. D. LXIIII.* den 30. Tag Augusti / starb die Durchleuchtig hochgeborn Fürstin / Frauw Sabina / Hertzogin zu Wirtemberg vnd Teck / Gräfin zu Mümpelgart: ein geborne Pfaltzgräfin beym Rhein / Hertzogin in Obern vnnd Nidern Beyern: jhrs alters 73. Jahr. 4. Monat / 7. Tag.

NONVM. In muro introeuntibus sinistro, literis aureis maiusculis.

D. O. M. S.

Eberh. Dux. *Illustrissimus Princeps Eberhardus, Dux VVirtembergensis ac Teccensis, Comes montis Pelicardi, &c. illustrissimorum ac Christianissimorum parentum, Christophori Ducis VVirtembergensis, &c. Principis laudatissimi: & Annæ Mariæ, Marchionissæ ex clarissima familia Brandenburgensi filius primogenitus, indolis egregiæ, à primis annis piè ac liberaliter educatus, & literis institutus: syncerioremReligionem amauit: Antichristi idololatricas superstitiones, atq; omnes fanaticas opiniones, detestatus est: parentes digna pietate coluit: in fratrem, & sorores germanas, benè affectus, & pro ætate, rara grauitate præditus fuit: ita, vt maximis rebus natus videretur. Eum immatura morte abreptum Parentes lugent, prouinciales deflent: anima Christo, reliquia his monumentis commendatæ sunt, Vixit annos XXIII. menses III. dies XXVII. Vita functus est anno M. D. LXVIII. mensis Maij die II.*

Literis aureis maiusc.

Maiorum merito sacris sepulcris
Ebrardi Ducis inferuntur ossa.
Barbati veteris gerit celebre
nomen. Si modò longior daretur
Aetas: mox similis futurus illi,
Iusto, pacifico, graui, diserto.
Herois referebat Hulderici
Primis ingenium nepos ab annis:
Par magnis animis auo futurus:
Ni vitæ spatium Deus negasset.
Ambobus pietate iunctus vna,
Vita iam fruitur beatiore. B. B. F.

Infrà in solo.

Sub hoc saxo requiescit Eberhardus, Dux VVirtembergæ & Teck, Comes Mompeligardi. Obijt die 2. Mensis Maij, anno salutis M. D. LXVIII. Vixit annos XXIII. mens. III. dies XXVII.

DECIMVM. In pariete ingredientibus dextro, aureis literis. D. O. M. S.

Christoph. 4. Dux. *Illustrissimus Princeps, verè CHRISTOPHORVS, Dux VVirtembergens. & Teccensis, Comes Montispelicardi, &c. à puero varijs casibus iactatus, literis excultus, exteros expertus, linguarum peritus, experientia clarus, periculis infractus, bello strenuus, imperio iustus, consilijs prudens, & pacificus, Orator grauis, Ecclesiæ nutritius, hæresium & idololatriæ hostis, studiorum Mæcenas, exulum asylum, virtutis theatrum, pietatis exemplum, pater patriæ: infinitis laboribus exhaustus, ac placidè in Domino obdormiens, corporis reliquias hoc conditorio, quod viuus sibi adornarat, deponi voluit. Earum optatam resurrectionem, beata anima cum Christo viuens, expectat, Memoria tanti Herois, apud omnem posteritatem sacrosancta erit. Vixit annos LIII. menses VII. dies XVI. Regnauit annos XVIII. mensem I. dies XXII. Obijt anno Domini M. D. LXVIII. die XXVIII.*

In ta-

In tabula ad sinistrum latus.

VVirtembergiacæ domus decorum,
Princeps Christophorus, sub hoc sepul-
Vt terræ sua reddit ossa matri: (chro,
Cœlesti quoque spiritum parenti,
Sic, Christo mediante, consecrauit.
Non Regno patrio, sed exterorum,
Succreuit puer, exulante patre.
Magni Cæsaris est secutus aulas,
Et Regum, teneris ephebus annis.
Mox Martis iuuenis capessit arma:
Ductis ordinibus, triumphat Heros.
Bis sex pignora suscipit maritus:
Curis canus auus fit, & senecta.
Magnam iustitiæ tulitque laudem:
Dum rexit populos, deditque iura.
Optatam coluit, ferendo, pacem:
Lites composuit, sopiuit iras.
Illi Ecclesia maximæ piæque
Curæ vera fuit, fidesque cordi.
Idolis inimicus, hostis acer
Damnatis simulantibusque sectis.
Mœcenas studijs, & eruditis.
Linguis fautor erat, scholis patronus:
Naturâ ingeniosus, arte doctus:
Orator bonus, aptus, & trilinguis.
Prudens, sobrius, atque liberalis:
Plures Herculeis ferens labores:
Dignus qui imperio fuisset orbis.
Hunc patrem patriæ fatetur ætas
Præsens, posteritas fatebiturque,
VVirtembergiacæ domus decorum.

In solo, circa saxum.

Sub hoc saxo requiescit Christophorus, Dux VVirtembergæ & Teck, Comes Montisfelicardi. Obijt die 28. mensis Decembris, anno salutis 1568. ætatis verò suæ 53.

VNDECIMVM. Circa saxum. *Anna Christina virgo.*

ORT.

pbia filia, sub hoc conditorio quiescit: animam

SEPTENTR.

verò Deo reddidit III. KL. April. M. D. LXXV. cum vixisset an. XVII. Ment. VI. Dies XV.

Virgo lapidea pulcherrima, cui sa-
ra Aquorum, cum ferro virtus
in capite, fauno capillo vestro
figura.

MERID.

ta, VVirtembergæ montisq. Pelicardi Comitissa: Georgij ex Barbara Hassiæ Lantgra-

Illustrissima princeps & Domina, Dn. Eua Christi-

OCCAS.

DVODECIMVM. Circa saxum.

Illustriß. Pr. ac Domina, D. Dorothea Vrsula: Illustrissimi Principis ac Domini, D. Ludouici, VVirtembergensis & Teccens. Ducis, coniunx prima: illustriß. Caroli Badensis Marchionis F. quæ A. M. D. LXXXIII. XIX. Maij piè decessit: cùm vixisset Annos XXII. in matrimonio Anno VII. M. VI. D. VIII. hîc tubam Domini expectat. *Dorothea Vrsula.*

DECIMVM TERTIVM. Circa saxum.

Illustriß. Pr. ac Domina, D. Anna Maria, Georgij Brandenb. March. F. ac opt. pr. Christophori VVirtemb. Ducis coniugi fidelissimæ XII. librorum matri, LVDOVICVS Dux VVirtemb. filius. M. H. P. E. M. E. P. Obijt A. M. D. LXXXIX die XX. Maij, æt. LXIII. *Anna Maria Brandenburg.*

Harum XIII. Sepulturarũ anno 1592. ordo erat hic: sed humi sitarum, posterius (Duce Lud. mortuo) mutatus est.

ORT.

In muro.

5. Vlricus. 3. Eberhardus Barb. Sepulchra humi sita.
8. Sibina. 5. Vlricus. 3. Eberhard. Barb.
4. Virgo Anna. 2. Mechtild. 1. Lud. sen. 11. Eua Christina.
9. Eberhard. iunior. 13. Anna Maria. 10. Christoph.
12. Dorothea Vrsula.

SEPTENTR. In muro intrantibus chorum sinistro. *9. Eberh. iunior. 6. Maximil. 7. Vlric. infans.*

MERID. In muro. *10. Christoph.*

Introitus ex corpore Templi in chorum.

OCCAS.

Quare de tot mortuis, in hoc opere scriptum sit.

Hæc etiam ideo tam diligenter commemorare volui: & de multis antehac quoq; mortuis exponere numerosius: quòd ne Cicero quidē, homo ethnicus (qui nihil de resurrectione mortuorum sciuit) clarorum hominum, quamuis fortunâ interdum humilium, quondam defunctorum, negligens inquirendorum fuit. Vide modò, quid in libro 5. Tusc. Quæst. de se, & Archimede Geometra Syracusano scribat. Ex eadem vrbe (Syracus.) inquit, humilem homunculum, à puluere & radio (virga geometrica) excitabo (qualis fuit olim Tybingæ bonus noster Ioannes Scheubelius) Archimedem. Cuius ego Quæstor (sub Prætore Siciliæ Sex. Peduceo, anno ante Christum 72.)

Exempla Ciceronis de Geometra Archimede.

"ignoratum ab Syracusanis (cùm esse omnino negarent) septum vndiq;, & vestitum vepribus, & "dumetis, indagaui sepulchrum. Tenebam enim quosdam Senariolos: quos in eius monumento esse "inscriptos acceperam: qui declarabant, in summo sepulchro sphæram esse positam, cum cylindro. "Ego autem cùm omnia collustrarem oculis (est enim ad portas Agrianas magna frequentia se- "pulchrorum) animaduerti columellam, non multùm è dumis eminentem: in qua inerat sphæræ fi- "gura, & cylindri. Atq; ego statim Syracusanis (erant autem Principes mecum) dixi: me illud "ipsum arbitrari esse, quod quærerem. Immissi cum falcibus multi, purgarunt & aperuerunt lo- "cum. Quò cùm patefactus esset aditus: ad aduersam basim accessimus. Apparebat Epigramma, "exesis posterioribus partibus Versiculorum, dimidiatis ferè. Ita nobilissima Græciæ ciuitas, quon- "dam verò etiam doctissima: sui ciuis vnius acutissimi monumentum ignorasset: nisi ab homine Ar- "pinate didicisset. Hactenus, Cicero.

CAPVT XL.

Gratiarum actio Auctoris ad Deum, pro tanti laboris absolutione.

NVNC verò ego tibi, sanctissima & veneranda vnius Dei Trinitas, gratias ago immortales: cùm pro omnibus beneficijs, quæ per omnem vitam mihi innumerabilia dedisti: tum pro hoc non minimo: quòd in me eam viuendi facultatem, & per afflictiones, tantam tamen animi præsentiam, contulisti: vt ingentem hunc Sueuicæ historiæ, ab alijs antehac non tentatum, laborem, anno ætatis meæ sexagesimo tertio susciperem: strenuè ei semper assistendo (certè enim nunquam sedendo) pergerem indefessus (interim bis quoq; diligenter in Schola quotidie docens) ac tandem triennij tempore fortiter absoluerem. Tua est hæc gloria, non mea. Tu per infirma organa, res magnas efficere potes. Da etiam, quæso, sanctissime Deus: vt hi sudores mei, tibi probentur: atq; multis grati & vtiles sint. Honorem enim & gloriam tuam, ac studiosæ iuuentutis, aliorumq; omnium fructum & commodum, in ijs spectaui. Gratitudinis etiam causâ erga inclytam nationem Sueuicam, in qua mihi bona permulta tribuisti, hunc laborem ei relinquere volui. Ne me abijce, mi Deus, in senectute mea. Tuere me etiam porrò, quoad me viuere voles: & post hanc, in æternam vitam, propter vnicum Saluatorem nostrum Iesum Christum, re ipe. Tibi laus sit, & gloria, in omnem æternitatem, Amen.

Finis Duodecimi in tertia parte Annalium Sueuicorum Libri. Ita totius XXXVI. librorum operis Sueuici, die III. Iul. M. D. LXXXIX. incepti: & 23. Aug. M. D. XCII. absoluti, factus est finis. Posterius tamen quædam insecuta addidi: & hinc inde alia prioribus insperſi.

Τῇ παναγιωτάτῃ ὁσιάδι Τριάδι, τιμὴ καὶ δόξα.

ERRA-

ERRATA IN I. DODECADE SVEVIAE, sic corrigi possunt.

In titulo præfat. lin. 4. lege Teccio. lin. 2. ante fin. pag. 3. lege nobilibus. Præfat. pag. 2. lin. 7. aliorumque, lin. 10. lege maximum. Lin. 23. Extant. L. 31. libris. l. 41. propiore. Pag. 3. l. 8. Sueuicæ. l. 9. subiecta. l. 15. historia. l. 17. pro ad nos, annos. l. 18. descriptæ. l. 27. videntur. l. 41. doctrina. l. 8. ante fin. eiusdem pag. pro illa, illo. Pag. 4. præfat. l. 17. Troiani, & pro fortè, fore. In Apolog. ad Lectorem, lin. 10 lege Funccium. l. 25. splendorem, &. l. ante fin. 10. Lessus. l. 8. Dodecadibus. pag. sequentis l. 1. sumpsi ferè. l. 10. Peloponneso. l. 10. χειραγωγία. In carmine Beieri, districho. 13. is stupuisse. In 4. dist. ante fin. sub axe. In Catalogo auctorum, pro Bella Paneg. Belga paneg.

LIBRO I. pag. 2. lin. 17. ante fin. pro Philip. 20. lege 2. lin. 5. ante fin. ἐπιτηδευτίρας. lin. penult. lege bifrons, lin. vlt. opis. pag. 3. lin. 15. Assyriorum. ibid. pro euanescet, euanescit. Ib. l. Scythico. Ib. pro Abrahi, Abrahæ. pag. 4. angulorum pro angelorum. pag. 5. lin. 10. ante fin. Corn. Tac. pag. 7. lin. 2. τοῖς αὐθρώποις. ib. pro Galatea, Galatia. pag. 8. lin. 17. deprædatus est. ib. pro inueniantur, inueniuntur. fol. 9. pro regnantur, regnarunt. lin. vlt. posuerunt. pag. 9. l. 10. ante fin. λιγγω. p. 10. l. 31. Ruticlij. p. 12. l. 18. ante fin. Galenum. pag. 13. l. 30. ἀδίκαιρότητα. l. 31. τετίλγωρ. l. 44. sumptuosius. pag. 17. l. 9. ante fin. posceres. ib. pro lauabantur, leuabantur. p. 18. l. 26. commutatio- nis. l. 30. λαγώβιται. l. 31. πολυζωνίκρ. pag. 19. l. 1. Gallorum. l. 2. Galatarum. l. 15. lingua. p. 20. l. 11. Sueuorum. l. 16. ante fin. pro quoque, quoquam. p. 21. l. 1. αὐτὰς τὰς μυτέρας, συμπαβιτερόν τε. l. 3. ὄνοιαν ἔτι μιδὲ φιλῆσαι. p. 22. l. 20. ante fin. principibus. p. 23. l. 6. à fine εἰσδυομένας.

LIBRO II. p. 24. l. 18. ante fin. latiorem. l. 4. in Galliam (γαλατίαν. l. 2. formoso. p. 25. l. 14. Parmam. p. 26. pro accedit, accidit. p. 27. l. 31. alterum Est deleatur. l. 36. pro erit, erat. l. à fine 13. ἀτρεμῶντας. p. 28. l. 4. alterum Et inducatur, ibid. pro posta, postea. l. 10. subleuantesque. pag. 29. l. 5. intrat. l. 4. ante finem, φορῶν. pag. 30. duæ primæ lineæ, vsque ad, qui secum, deleantur, quia bis posita. l. ante fin. 18. dissipauit. p. 31. l. 11. ante l. 23. ἔφασκεν. l. ante finem 9. altero. pag. 32. l. 30. Ceraunitæ. l. ante fin. 18. dissipauit. p. 31. l. 11. ante l. 23. ἔφασκεν. l. ante finem 9. altero. pag. 32. l. 30. Ceraunicus. p. 34. l. 32. λέγεται. p. 35. l. 23. magna clade afficiunt. p. 36. in marg. lege mulierum. & pro vlticus. p. 34. l. 32. λέγεται. p. 35. l. 23. magna clade afficiunt. p. 36. in marg. lege mulierum. & pro vltimus, vlmus. l. 23. ante fin. ἀδμαίνοντα. p. 37. l. 2. à fine, confectæ. In marg. Stulingen Landgrauiatus. pag. 38. l. 12. à fine, ab eo. Et l. 2. vicinisque. p. 40. l. 19. ἐπὶ. l. 20. ἐπιλάμψας. l. 35. transire. pag. 41. l. 11. confueuerat. pag. 44. l. 8. quot. l. 10. Marchiobadenses. l. 20. inaccessum. l. 30. ἐπτωνοῦσας. p. 47. l. 31. alterum Præsertim redundat. l. 11. à fine, more. p. 38. à fine, Maior Antonia.

LIBRO III. p. 52. l. 10. à fine, consecutus. p. 56. l. 3. προσαγορεύεται. l. 8. Iuppiter. l. 10. Augustus. p. 57. l. 26. ποταμῶν. p. 58. l. 22. Terram. p. 60. l. 23. pro sued, sed. l. 33. ἐβόλετο παῖν. l. 5. à fine, contraillos. p. 61. l. 26. μήτε κωρῶν. l. 27. πρατιώτης. ἀτύμβευτον. p. 63. l. 6. sumpsere. l. 14. Hercyniæ. l. 19. vecordem. p. 64. l. 21. Teutona. l. 14. à fine, menses docendi munus obierit. p. 65. l. 26. ἀπεξυς ῆν. p. 66. l. 10. translatum. l. 22. διὰ τὸ ὁσένως. p. 67. l. 14. discedunt. l. 24. Longobardorum. l. 25. mochten.

LIBRO IIII. in marg. Italicus. p. 75. l. 16. PATRIÆ. In marg. pro Plinius, Plinij. pag. 76. l. 6. regiones. In marg. musearum. l. 22. ferroque. p. 79. l. 18. centurionibus. l. 29. columnas. p. 81. l. 15. à fine, exhibeatur. p. 82. l. à fine 20. γωνιαιῶν. l. 4. periclitantem. p. 84. l. 3. perfici. l. 8. ὧδ' ἐπιδρομὰς l. 11. ανύμονος. l. 12. ἀφειδῶς τείχων. In marg. interitus. p. 87. l. 14. à fine, ἀποβωσαι. p. 88. l. 5. Februar. l. 16. AVGVSTANO. p. 90. l. 21. Ctesiphontem. l. 19. à fine, δι' ὅλων. p. 91. l. 8. bouis. l. 14. à fine, sylua. p. 92. l. 25. venatoriam. l. 27. laqueus. p. 93. l. 6. φαινόρων. l. 26. literatos. p. 94. l. 28. exarmatos. l. 34. dicens eas commilitones. l. 44. podagrosos. p. 96. l. à fine 11. Quacunque iter. p. 98. l. 11. à fine, transeuphratæi, l. 5. vicos. p. 99. l. 3. impediente. p. 100. l. 2. Maximus.

LIBRO V. pag. 102. l. 5. pios principes dedit. l. 14. à fine. alces. pag. 103. l. 15. Ἀσκαλόμονος. l. 16. κάνθηκι τε. l. à fine 22. excruciandos. l. 17. Xystus. p. 105. l. à fine 23. Græcis. l. 14. alterum In dele. pag. 106. l. 22. occurreret. p. 107. l. 14. natus abdomini. ib. vino. l. 16. posthumium. l. 17. Palmyrenum. l. 29. vastarunt. l. 31. grauiter. ib. Thracijs, Macedoniam. In marg. Odenatus. pag. 108. l. 18. duplex. p. 109. l. 20. à fine, Timolaus. p. 113. l. 4. cuiuslibet. l. 8. à fine, plenissimè. p. 114. l. 5. palæstinæ. pag. 116. l. 2. vterino. pag. 117. l. 4. Dijs. p. 119. l. 5. feliciter. l. 8. γόλε. p. 120. l. 4. de miseria. l. 9. à fine, attritis. l. 2. κάϊσαρ σεβαστῷ. p. 121. l. à fine 6. Quinquagentianis. l. 2. διὰ τλὶν. p. 122. in marg. Gallia liberatur. pag. 123. l. 9. Panegyristes. l. 12. deuastata. l. 2. ad finem, contra. p. 124. l. 11. ὀργυιάς. p. 125. l. 10. fastu. l. vlt. ferè. pag. 127. l. 20. à fine. Vdalrici. l. 18. inter. p. 128. in marg. Adelbertus. Faiming Bergæus. l. 4. à fine, Mogunt.

LIBRO VI. p. 129. l. 19. à fine, coëli, vel coilli. p. 130. in marg. limitaneorũ. p. 113. l. 7. θρίμματα. l. 2. à fine. Cedrenus. p. 132. l. 4. placauit. l. 18. à fine ἔτεσι. ibid. σωλὴ l. 7. πῦρ ῥύμελες μυελόρρυτες. p. 133. l. 2. à fine. ὄνων. τὸ μιότατον. p. 134. in marg. Turingi à Sueuis. p. 136. l. 22. à fine, Vandalorum. p. 136. l. 9. Marcellinus. l. 10. à fine, parituram. p. 137. l. 1. ἐπέβησε. l. 10. coronauit. l. 17. Galilæe. l. 18. Ναζωραῖε. l. 23. εὐπώγων. p. 138. l. 4. GVNDOMADVM. l. 5. Spangẽb. l. 6. à fine, fidẽtius. p. 139. l. 1. formidantes. l. 13. à fine proprijs. p. 140. l. 4. occultas. p. 141. l. 11. quantoque. l. penult. truncati. p. 142. in marg. Schvvaba. p. 144. l. antepen. fratris. p. 145. l. 10. læuo. p. 147. l. 18. Concordiam. p. 149. l. 1. intacto. l. 3. interea. l. 19. à fine, fulmine. p. 150. l. 24. manebat. l. 19. à fine, futili. pag. 152. l. 33. Romanique. pag. 153. l. 14. à fine, Orientem.

LIBRO

LIBRO VII. p.156.l 28. Dagalaiphus. In marg. Galliarum. p. 157. l. 5. propius. pag. 158. l. 2. fragorem. p. 159. l. 3. perstitisse. l. 7. à fine, limum. p. 160. l. 3. insidente. l. 6. à fine, proripiens. p. 161. in marg. Monspiri. l. 27. à fine, Fortunalem. l. 28. quot Reniges. p. 165. l. 18. COMMEMORATAM. p. 169. in marg. Fritegilis. l. 15. præfectum. p. 170. l. 14. ἀλεχθέγαλος (vt Cedrenus ait) ἀλὼ. l. 21. lenticulis. p. 171. l. 17. GALLOECIA. l. 15. à fine, phalangæ. p. 173. l. 20. infirmum. l. 4. ante finem, Bruccam (magnum pagum) p. 174 l. 14. à fine, periculosa. l. 4 fando explicat. l. 3. æquare dolorem. vrbs. p. 175. l. 2. iungere. l. 30. decore mentis. p. 176. l. 16. Stephanus de Vrb. l. ante finem 18. patriciatus, Batauia. p. 178. l. 10. paganam. l. 12. Themistoclis. l. 10. à fine, diripiendam. p. 179. l. 1. erant. In marg. Curiensis Episcopatus. p. 180. in marg. patria nulla Hunnis. l. 16. ijdem habebantur. p. 182. l. 2. diuersis. p. 185. l. 6. ἑαυτὸν. p. 186. l. 8. à fine, Anne mirum. l. 7. perdiderit. p. 187. l. 13. dictitabant. l. 8. ante finem, ἀκατέρωθεν τεῖχα. l. 7. τὴν χάριν.

LIBRO VIII. p. 189. l. 10. Olybrio. p. 190. Frumarius. l. à fine 22. proximam. l. 20. Maximianus. p. 194. l. 1. sacram. p. 196. l. 3. & 4. pistrina. p. 197. l. 21. subadiuua. l. 10. à fine, Clibanarij. p. 198. l. 26. & 27. coniungenda sunt, altus pedes LXXII p. 201. l. à fine 18. Palatinæ. l. 14. Comitatenses. pag. 202. l. 27. à fine, patroduno. p. 203. l. 20. à fine, morte. l. 5. vallem Pœninam. sed rarum est. p. 204. l. 12. Nullæ Reipub. l. 6. à fin. Faramundus. p. 207. l. 6. partum fuerat. p. 208. l. 1. Throna. p. 209. l. 16. omnisq; In marg. ἀκέφαλοι. l. 21. à f. Imperatoris, l. penult. Barbaris. p. 210. l. 21. Chlothildi. In marg. victi. l. 4. à f. eruditione. l. 2. deleatur Τὸ eni. p. 211. l. 29. Cassiodorum. p. 213. l. 20. Munsteri p. 214. in Marg. 5. Fridelinus. Et, Transamundus. l. 22. Cedrenus. p. 2. à fine. Hic est.

LIBRO IX. p. 222. l. 5. à f. rutto il. l. 4. forza. p. 223. l. 19. che' l. p. 224. l. 25. ναυμαχίαν. vocabulum incipit sequentem. Verbum. Ideo, initio eius ponendum. p. 226. l. 28. & 33. Theodebertus. p. 228. l. 23. ἀδελφὸν. l. à fi. 17. Theodora. l. 15. Augustarum. p. 229. l. 23. Romanas. l. 4. τοιοῦτον. p. 230. l. penult. Brinn galea. l. vlt. Vraiam enim. p. 231 l. 7. iustitia. l. à fi. 22. inedia diut. p. 232. l. 1. Conone. l. 4. à fin. Corcyram. p. 233. l. 21. phalerato. l. 19. à fi. vim attul. p. 235 l. 8. à fin. equitibus. p. 236. l. 30. insilientes. p. 240. in marg. Iustinianos. p. 242. l. 13. cœperunt. p. 244. in marg. Turcarum vates, &, Rosimundæ. l. à fi. 9. Bernard. l. 8 vecilo. p. 247. l. 33. Longobardis. p. 248. l. 8. Lennichildo. l. 18. vnam de. l. 8. pòst, ab altero interfici. p. 249. l. 15. Sisbertus. l. 17. ante fi. ξανθέσπυρ. p. 252. l. 26. à fi. ἀκέφαλον.

LIBRO X. p. 256. l. 3. à fi. tenacitate. pag. 257. in marg. vellicatio. l. 2. barbæ. l. 15. crinita. l. 25. Chosroën. l. 29. Venetorum. p. 261. l. 17. foueretur. p. 262. l. 4. fœtentis. l. 11. poteua. l. 2. à fi. ἑαυτὸν. p. 263. l. 14. bellum. p. 264. l. 11 à fine, Chosroës. p. 266. l. 3 talia. l. 31. fratri. l. 16. ante fi. πατρικίου. p. 269 l. 13 M. Leonh. p. 270 l. à fi. 21. visus chim. p. 271. l. à fi. 23 Pertharitus. p. 272. l. 18. Augustum. p. 273. l. 17. Harduinum. p. 274. l. 4 iactato. l. 17. fuerint. l. 18. ipsos non. l. à fi. 19. Gottefridus. p. 276. l. 22. bella. p. 279. l. 15. THEOPHYL. p. 280. in marg. Bardanes. l. 16. à fine, alterum In deleatur. p. 281 l. 21. procœmio. p. 282. l à fi. 5. Ostrofranciæ. p. 284. l. 23. fundatum, &, petente. p. 286. l. 26. à fi. molituros. l. 19. precioſum. p. 287. l. 13. Papiam ad se.

LIBRO XI. p. 288. l. 10. scriptoribus. p. 289. l. 8. à. fi. Interim. l. 4. Mortuo) bellum. sæpe parentheseos signa sunt inuersa. Ergo, rectè ordinanda. p. 293. l. 16. Rarissimè. p. 294. l. 21. Baccalaureus l. 22. ἀκωτανέρουος. l. 20. à. fi. frustrà. p. 296. in marg. Hunnorum. Et, Bauariam. p. 300. l. 30. à fi. duo versus transpositi sunt: quorum hic ordo esse debet. Read eundem, &c. Hæc etiam apud, &c. p. 301. in marg. crucicolæ. l. 1. ἐκκαίδεκα. p. 303. l. à fi. 10. Gæas. p. 305. l. 13. pro numer. 735. pone 753. p. 306. l. 16. à fi. præposituram. p. 307. in marg. Christianissimorum. p. 308. l. 6. à fi. Iuta. pag. 310. l. 4. iuris administrationem: tum in causis Regis. l. 17. Galli. Fratribus. l. à fi. 6. absente. p. 311. l. à fi. 28. veniet. p. 313 l. 4. mense. l. 19. à fi. inter.

LIBRO XII. p. 315. l. 25. perimeretur. p. 316. l. à fi 9. Zurichgouia. p. 317. in marg. eius improbus. Et, Hiltegardis. l. 19. relinquere. p. 318. l. 21. patris. p. 320. l. 5. quatuor milliar. V. 26. PATRIS. l. 12. à fi. Anagnostes l. 9. Groshatz. p. 321. l. 11. alij. p. 322. l. 10. patibulum. l. 8. à. fi. religionis. l. 5. ingenij vi. p. 323. l à fine. 27. Friderocus (al. Fridelocus, aut Frideiocus, quasi *Frideric, Chos*) Vorburger. l. 13. Burtenbachius. p. 324. l. 2. Aquinatem. l. à fi. 10. quasi caput Hilteg. p. 325. à fine 8. ἄλλως ἐναντ. Et, μεταφύκτ δεβῦτ πλιβλιθ. p. 328. l. 5. Kalbsaugusta. l. 6. insidentibus. l. 9. insignem pontem. l. 12. insignia. l. 13. Campidonensibus rebus. l. 15. Buchshaimensem. l. 18. facit. l. 19. in conflictu. l. 20. Rustigorum & alijs, Vlmam. p. 327. l. à fi. 23. pessundederunt. p. 328. l. 26. à fi. munxit. l. 15 συμφώνως. pag. 329. l. 17. πατρὸν. l. 18. HALE. p. 330. l. 12. *Ihre*. p. 331. l. à fi. 7. προσηνέχθη. p. 332. l. 29 quòd. l. 8. à fi. Eoüs dans. p. 334. l. 16. σωμφύλοι. l. à fine 25. acta. In marg. iterum. l. 12. FASTRADANA. l. 8. REX. p 335. l. 18. *VVestvvind*. l. 30. cubiculariam. p. 336. l. 2. Algoiam, Turgoiam.

ERRATA TYPOGRAPHICA IN II. DODECADE SVEVIAE.

PRÆFAT. p. 1. l. à fine 13. difficilimarum. l. 6. periturus. pag. 2. l. 5. quæ ad consecutionem. l. 14. euertentibus. Vmbræ l. 20. Balb. Imp. VI. l. 28. Alemannia. l. 32. VVirtemberg. proceribus. l. 34. Ab anno 877. In vmbræ colum. 2. l. 9. Achalmens. l. 28. Kirchbergens. l. 33. Sultzbach. Cellij distichо 4. & 16. τυμβωρύχος. dist. 5. ornari queîs dist 6. Baiazetes. In penult. dist. sub auras.

LIBRO I. p. 2. l. ante fi. 12. ἀνεβίβασε. p. 4. l. 6. Gamundiam. l. 14. Iaphet. l. 16. Phirretana. l. 22. Hirsaug. l. 23. Emicho. l. 31. vocare autem Euerardum. l. 46. inueni. p. 5. l. 26. Clepsydram. p. 7. l. 32. Lin-

l.32. Lindauium. l. vlt. ſanciendarum. p. 9. l. 8. innumeros l. 14. ante fi. abijciunt. p. 11. l. 14. aduocatiam. l. 24. vendicare. pag. 12. l. 15. διάδημα. l. 10. ante fi. Auent. p. 14. l. 19. fruſtrà p. 18. l. 4. Schwartzach. p. 28. l. 23. lupus. p. 29. l. 10. populoſiſſimam. p. 32. l. 6. gremio.

LIBRO 2. p. 44. l. 14. interregnum. p. 51. l. 8. à fine VVifonteſteiga. p. 61. l. 5. ἐλόγησεν.

Lib. 3. p. 67. l. 9. συνεχόν. l. ante fi. 22. ἐμπεφυκὸς. p. 70. l. 7. villa VVubelinga. ſic reperi: non autem, VVaiblinga. l. à fine 22. Miſſis. p. 84. l. 3. editurus eſſet. p. 87. in marg. Roſuida. p. 97. l. 28. Vlricus. p. 96. l. 19. domum.

Lib. 4. p. 104. l. 9. παλαισιοσύνη. p. 107. l. 27. Capeti. p. 110. l. à fine 19. inſpectores. p. 114. l. 4. à fine, panduræ fides dextrè p 119. l. 1. ſito. in marg. Roſuithæ. p. 130. l. 19. contigit. p. 131. l. à fi. 4. καθαιρεῖ.

LIBRO 5. p. 141. l. 17. accepiſſe. pag. 143. l. 21. à fi. quot pagi. p. 150. in marg. παρέσιον. l. 15. Barbatus. p. 155. l. à fi. 24. μάτης. p. 158. in marg. V. Brunſuigæ.

LIBRO 6. p. 176. l. 12. Kananæis. p. 180. l. à fi. 19. ſe ad pœnas. l. 16. παρὰ σεῦ. l. 11. διάτρόνσι. p. 186. l. 10. λέπινθλέε. p. 193. l. à fi 16. Orenburg. p. 194. l. 16. Grunden.

LIBRO 7. p. 213. l. 30. conſummata. in marg. Abbas. p. 214. l. ante fi. 23. in Rhætia. p. 225. l. 6. ſcitu dignal. 14. VVirtembergicum. p. 230. l. 11. orbata. l. 14. Dinnero. l. 20. ſub ipſo. l. 21. ὑπάτῳ. l. 23. τὸ ὑπάρχον eſſe τρόπον: Philoponum. l. 24. eſſe τρόπον) γεγονὸς. Et, συνθέσεται. Et, parapinacius. l. 33. momentaneæ. p. 231. l. 14. Ochſenbach. p. 232. l. 1. Hiltebrandus. p. 233. l. 25. concertatio. p. 234. l. 10. lege datum. p. 235. l. 21. τὸν πάπαν εγχάρετο. l. 22. ἱταμωτέροις. l. 23. ἐχάθον. l. 26. μάτιγε. p. 236. l. 14. fulmine. l. 23. à fine, ἐπιβατικῶς. p. 237. l. 17. ſedens. p. 238. l. 23. vllam à quoquam.

LIBRO 8. p. 241. l. 10. ſylua. l. 12. Guelphonibus. p. 242. l. 24. ſuas. l. 33. Euerhardo. p. 245. l. à. fi. 6. poſt vocem Hebraicã, pro Parenth. ſigno, ſubdiſtinctionẽ pone. p. 246. l. à fi. 2. infula. p. 248. l. à fi. 5. virginis. p. 252. l. à fi. 6. rerum. p. 266. l. 1. ſcribant. p. 275. l. 13. præcepi p. 278. l. à fi. Pangen Argen. p. 279. l. 21. tugurijs. p. 282. l. 10. à fi. tumulata. l. 2. Cuonradus. p. 292. l. 21. ὁ πολλὸς, Et, μετὰ, l. 22. ἑκατὸν. p. 293. l. à fi. 15. inuiolabilis. p. 296. l. 29. toto. p. 299. Auguſti. p. 303. l. 3. Hohenſtauffenſi.

LIBRO 9. p. 305. l. à fi. 6. vt ad CCC. p. 306. l. 1. Romulam. l. à fin. 3. verùm ſupplicetur. p. 307. l. 8. quòd vocaui Monaſticum. l. 17. decollatio. p. 308. l. 2 baiulante. p. 311. l. 22. forum. p. 314. l. 25. τάφον. p. 318. l. 20. ante fin. imaginis, p. 322. l. 17. Staudenreuter. l. 23. Anno 1117. p. 340. l 10. à fi. Letaniam. p. 352. l. 43. Dominus Ioannes Auguſtus & Dominus Philippus. p. 354. l. 28. ad vocabulum Keyſersheim. Affirmatur ab alijs: verum nomen eſſe Kaishaim: non à Cæſare, ſed à vicino loco Kay/vel Geuw: tanquam nõ Cæſarienſe ſit, ſed Palatinicum, hoc cœnobium. pag. 359. l. 19. Buckdich. in marg. ſtatura. pag. 360. l. 25. à Lothario. pag. 362. l. 18. in arcem Mogenheimum, i. milliari à Binica, adhuc extat. pag. 363. in marg. παρθενὼν.

LIBRO 10. p. 375. Barbaroſſæ. p. 379. l. à fi. 6. πιστοτηχίδη. p. 385. l. 15. non amplius eſt, ſicut erat. Quæ etſi ſuperiore ſeculo collapſa fuit: tamen iam pridem rurſus eſt in cuiuſdam Candauienſis poteſtate. p. 386. l 8. à fi. pro interea, lege in terra. p. 390. l. à fi. 20. βδελύσσω. p. 391. l. 26. à fi. Bertha. p. 397. l. 1. à paſchate. l. 20. ante fin. imaginis, p. 322. l. 17. Staudenreuter. l. 23. Anno 1117. p. 340. l 10. à fi. Letaniam. p. 352. l. 43. Dominus Ioannes Auguſtus & Dominus Philippus. p. 354. l. 28. ad vocabulum Keyſersheim. Affirmatur ab alijs: verum nomen eſſe Kaishaim: non à Cæſare, ſed à vicino loco Kay/vel Geuw: tanquam nõ Cæſarienſe ſit, ſed Palatinicum, hoc cœnobium. pag. 359. l. 19. Buckdich. in marg. ſtatura. pag. 360. l. 25. à Lothario. pag. 362. l. 18. in arcem Mogenheimum, i. milliari à Binica, adhuc extat. pag. 363. in marg. παρθενὼν.

LIBRO 10. p. 375. Barbaroſſæ. p. 379. l. à fi. 6. πιστοτηχίδη. p. 385. l. 15. non amplius eſt, ſicut erat. Quæ etſi ſuperiore ſeculo collapſa fuit: tamen iam pridem rurſus eſt in cuiuſdam Candauienſis poteſtate. p. 386. l 8. à fi. pro interea, lege in terra. p. 390. l. à fi. 20. βδελύσσω. p. 391. l. 26. à fi. Bertha. p. 397. l. 1. à paſchate. p. 399. l. 16. ante fi. διαπιλευόμενος. p. 402. l. 14. à fine, M. Bernhard. de VValttorff. l. 10. Schveickarts. l. 8. Anno 1478. 4. Aug. Juncker Schweicker von Sickingen/Herr Schweickarts Sohn. l. 4. VVeiſsius, hodie 1592. Herrnalbenſis, &c. coniunctè legenda. p. 403. l. 2. Ioanne VVellio. p. 406. l. 12. ante fi. Berchtoldi & D. Vtæ. p. 408. l. à fi. 3. καὶ τῦν. p. 409. l. ante fi. 13. inbeneficiare. l. 7. de Saxonia. p. 411. l. 7. παιδοκτόνα. p. 414. l. à fi. 17. Santalbanenſis. p 418. in marg. Wirtemberg. p. 419. in marg. res geſtæ. l. 18. obſidio.

LIBRO 11. p. 441. l. 18. longo. l. 12. à fi. κατάσπαξις. p. 443. l. 30. ſequeſtratur. l. 12. ante fi. ſaluificum. p. 444. l. 10. verba Vrſpergenſis. p. 447. l. 18. de Friburg. videtur vbiq; legendum de Friberg. p. 449. l. 19. ante fi. πέμψας. p. 467. l. ult. grand'anima. l. 4. Otto. p. 474. in marg. Adelbergenſe. p. 476. in marg. Adelbergenſium. l. 18. de Ahuſin. p. 477. in marg. Herradis. l. 14. à fi. διάβασις. p. 485. l. 18. Yberlingam 1530. l. 38. Ybelacher. l. à fin. 11. pranſus. p. 486. l. 7. πνεύματος. l. 19. à fin. ἐξηνυνύχα. p. 495. l. 13. Marſcalcus Domini VVelphonis, coniunctè. p. 497. l. 27. ἀμφικίων γῆς. p. 499. l. 30. ποιμενικῆς. p. 500. l. 20. pfæleri. p. 501. l. 17. nobilitate. l. 40. ictu obliquo. p. 503. l. penult. abbandonò la vita.

LIBRO 12. p. 509. l. 12. καὶ τότοις. p. 517. l. 3. Tuſciæ, p. 519. l. 23. φύσεως. p. 529. l. 10. VVernherus. l. 13. Kipperi. l. 31. Stromeieri. p. 534 l. 32. ὑπαλείφοντας. p. 537. l. 27. ἵνα ἐπάξῃ (λαβὴ) τὸν ὑὸν ἑαυτῦ: καὶ ὑπάγῃ ἑαυτὸν πρὸς τὴν ἀδελφὴν. p. 540. l. 9. κατ' ἀρχὰς. p. 541. l. 23. appo ſe. p. 546. l. 26. ἐννεάργυιος. l. 32. cantilenam. l. 7. γάθης. p. 554. l. 23. dilecta. p. 556. l. 12. Theophili. p. 557. l. 30. Landagranam. pag. 559. l. 21. ἀνυχέν' ἐπῶλθε. p. 559. l. 38. milleni. p. 560. l. 7. nimioq; l. à fi. 11. ποιησαμ' ἀπ' ἀλλως. l. 3. Brandi marte. l. 2. hanno. p. 561. l. à fi. 12. ἀμφιπάλυψε. p. 562. l. 15. Ergo. l. 25. Laodamia. p. 565. l. 7. educatæ. in marg. plurium. l. 17. ἐσπλάκνιξε: καὶ ῥιπτόφιπῶς. l. 32. ἄλης. V. 47. linguam non nouerit. p. 568. l. 21. 1209. anno. p. 571. l. 20. à fi. ingreſſus. p. 574. l. ante fi. 12. profeſſore ne m' occorſe. l. 5. ſeruin la. l. 4. Baronis D. Ioan.

DIARIVM PERSCRIPTARVM
DODECADVM.
PRIMÆ.

Liber
- PRimus, inceptus 3. Iul. 1589. Feriâ 5. Finitus 26. Iul. 89.
- Secundus, incept. 11. Septemb. Finit. 19. Octob. 89.
- Tertius, incept. 20. Octob. Finit. 1. 6. Nouemb. 89.
- Quartus, incept. 9. Nouemb. Finit. 1. Decemb. 89.
- Quintus, incept. 5. Decemb. Finit. 24. Decemb. 89.
- Sextus, incept. 25. Decemb. Finit. 18. Ianu. 1590.
- Septimus, incept. 22. Ianu. Finit. 8. Mart. 90.
- Octauus, incept. 10. Mart. Finit. 6. April. 90.
- Nonus, incept. 10. April. Finit. 1. Maij. 90.
- Decimus, incept. 10. Maij. Finit. 28. Maij. 90.
- Vndecimus, incept. 1. Iun. Finit. 22. Iun. nocte 90.
- Duodecimus, incept. 23. Iun. Finit. 2. Iul. 90.

SECVNDAE.

Liber
- PRimus, inceptus 16. Iul. 1590. Finit. 31. Iul. 90.
- Secundus, incept. 1. Aug. Finit. 16. Aug. 90.
- Tertius, incept. 19. Aug. Finit. 14. Septemb. 90.
- Quartus, incept. 15. Septemb. Finit. 1. Octob. 90.
- Quintus, incept. 15. Octob. Finit. 2. Nouemb. 90.
- Sextus, incept. 9. Nouemb. Finit. 28. Nouemb. 90.
- Septimus, incept. 1. Decemb. Finit. 24. Decemb. 90.
- Octauus, incept. 31. December. Finit. 2. Febru. 1591.
- Nonus, incept. 3. Febru. Finit. 3. Mart. 91.
- Decimus, incept. 4. Mart. Finit. 6. April. nocte 91.
- Vndecimus, incept. 7. April. Finit. 5. Maij. 91.
- Duodecimus, incept. 6. Maij. Finit. 3. Iun. 91.

TERTIAE.

Liber
- PRimus incept. 4. Iun. 1591. Finit. 24 Iun. 91.
- Secundus incept. 26. Iun. Finit. 25. Iul. nocte. 91.
- Tertius, incept. 26 Iul. Finit. 26. Aug. 91.
- Quartus, incept. 27. Aug. Finit. 18. Septemb. 91.
- Quintus, incept. 19. Septemb. meo Natali. Finit. 16. Octob. 91.
- Sextus, incept. 17. Octob. Finit. 6. Nouemb. 91.
- Septimus, incept. 7 Nouemb. Finit. 25. Nouemb. 91.
- Octauus, incept. 26. Nouemb. Finit. 16. Decemb. nocte 91.
- Nonus, incept. 17. Decemb. Finit. 4. Ianu. 1592.
- Decimus, incept. 25. Ianu. Finit. 24. Ianu. 92.
- Vndecimus, incept. 25. Ianu. Finit. 1. Mart. 92.
- Dudodecimus, incept. 1. Mart. Finit. 23. Aug. 92. Feriâ 4.

Hæc fuit prima Omnium trium Dodecadum (ἐνιαυτὸς τῷ δευτέρῳ παλαίμων : Ἀνατυπᾶ ἐν τῷ χάρτῃ τάδε, ὃ πλείστα) perscriptio, illis notatis temporibus facta. Tempore verò insecuto, identidem aliqua hinc inde accesserunt.

LAVS DEO.

INDEX
RERVM ET VERBORVM PARTIS
TERTIAE ANNALIVM SVEVICORVM
locupletiſsimus.

A.

ABbas malus. pag. 189. Sangall. 613. Abbatis creandi ritus. 674
Abraham Hocſtetter 705
Abſperg. 379. Abſperg. magiſter curiæ VVirtemberg. magnus 434
Academia Tybingenſ. 557. 569. 578. 594. 613. 621. 623. 635. 640. 648. 673.
Achalma 175. 147. 166. Arx vetuſta 802. Eiuſdem oppigneratio. 103. Achalma VVirtembergenſium 161. Achalmam & Teccum Eberhardus perſequitur. 137. Achalmenſis comitatus finis, 188. Achalmenſis præfectus occiſus Reutlingæ, 562
Achillis Gaſſari natales, 322. filiolus, 692.
Achilles Germanicus, 380
Acies Caroli & Conradini 116
Acies Manfredi & Caroli Andegauenſis 107
Adelberg, 160. 177. 587. Adelbergæ incendium, 271 picturæ, 814. fundatio, 814. confirmatio, 815. Adelbergenſis, 300. Adelbergenſes, 261. Adelb. Abbates, 352. Adelbergenſe aſylum apud Eſslingenſes, 469. Adelbergenſibus donatio quædam facta, 125. Adelbergenſibus Henricus Rex donationem quandam fecit, 32. Ius patronatus in Sieſſen datum. 112. Monaſterij priuilegium, 103. & 104. Monialium translatio, 446
Adelheidis Teccenſis 200
Adelheit a Tubing. monialis, 284
Adelman. 271
Adelmannus 239
Adelman. Georg. 556
Admonitio ad vigilantiam, 250
Adolphus rex II. occid. 173. ab Alberto Auſtrio diſſidet, 175. Colmariam capit, 175. Euardum Angliæ regem pecunia defraudat, 177. Turingiam vaſtat, 177. In Miſniam venit, 181. Occiditur 184. Sepelitur, 185.
Adolphi hoſtium malus exitus, 185
Adulterij pœna, 284. 304
AEchterdingen, 149. 150
AEgidius Brazius Halenſis, 348
AEgonis & Fridburgenſium bellum, 776.
AEgyptius Panuel, Hertzog in klein Egypten/ 384
AEgyptus ſub Turcis, 559
AEmilia VVirtemb. nata, 676
AEntringa arx, 228. 342. AEntringæ quinq; nobiles cohabitantes centum liberos habuerunt, 360. 418.
AErlinus, 655
AEſtas ſerotina, 195. 272. 435. 467. 520. Humida & pluuioſa, 533. 802. AEſtas ſicca 177
AEuerlinus 738
Agatha lagerina 795
Agnes Teccenſ. 182. 216. 222. 231. Burgoienſis, 197. Mompelgard. 213
Agricolæ ita conſulendum, vt à latronibus & prædatoribus tuti ſint, 95. Agricultura olim non dedecebat nobiles. Ein Edelman möchte vor Mittag zu Acker gehen / vnd nach Mittag im Turnier reiten/ 97.
Ahelſingen, 597. Ahelſingen eques 349
Acham 168
Aichelberg, 76. Aichelberg. Comes, 194. 209. 230. Aichelberg. Comitis Diepoldi literæ ad Bebenhuſanos, 129. Aichelb. Comites, 73. Baroniſſa 38.
Aichſtrat 146
Aislingenſ. nobiles 73
Aiſtegen arx 74
Alardi cuiusdam conſilium de inſtruenda acie 116
Alba dominorum, 292. 587. Alba dominarum 587
Albæ dominorum Abbatum Epitaphia, 328. priuilegium de albo pane 174
Albania, 425. Albaniæ equites, 805. Albani ducis ſæuitia in Belgio, 730. ſucceſſor 731
Albeck. Comes, 4. Albeccenſ. Comites 8
Alberici Gentilis Itali epiſtola 774
Alberſpachum, 200. Alberſpach. Comes 138
Albertus Abbas Alberſpach. 187
Albertus Auſtriacus cõtractus & Sueuorum amator, 259. Alberti Auſtr. contracti tres filij, 286. Eius clementia, 265. Albertus Auſtriacus contra Adolphum Cæſarem, 175. 181. Alberti Auſtriaci & Archiepiſcoporum bellum, 191. Alberti Auſtriaci prælium cum Adolpho, 184. 185. electio contra Adolphum, 184. Albertus Auſtriacus occid. Imperator III. 185. cum vxore Eliſabetha coronatur, 185. à Papa inſtigatur in Philippum Franciæ regem, 191. affinitatem cum Franciæ rege contrahit, 191. Bebenhuſæ prætector fit, 196. interficitur à nepote, 198. ſepelitur, ibi eius vxor, dictum, 98. Eius ſepulcri apertio 98
Albertus Cardinalis Moguntinus 559
Albertus Eberſpachenſ. 146
Albertus Com. Hohenbergenſis, 133. 154. 189. 182. 226. 240. Albertus C. Hohenb. Iuris doctor 246
Alberti Leuvenſteinij peregrinatio Hieroſolymitana 708
Albertus Magnus, 88. Albertus M. Ratiſbonenſi Epiſcopatu annum functus, 98. Alb. M. mors & epitaphium 150.
Albertus Marchio oppida Sueuiæ occupat, 682. eius bellum Franconicum. 687. obitus 698
Albertus Nyttel 231
Albertus Roſenbergius 581
Alberti ſacerdotis cuiuſdam machinationes contra Fridericum II. Imp. 48. item excoriatio 53
Albert. Turingus à Frid. F. captus 165
Albertus VValch. 209. 226
Albertus VVolffhardus 828
Albi & Nigri Guelforum factio 191
Albuch 277
Alcarum 709
Alemannorum ædificia 155
Alexander Papa, vide Papa.
Alexan. Magni quaſi canonizatio 37
Alexandria 709. 766. 794. 276
Algoicarum ciuitatũ Cæſ. deditio 662

Alienatio 235
Allen Heyligen 195
Almansbouen nobilis 73
Alpes 76
Alperspach, 183.200.208.215.216.225.226 224.261. 270. 273. 277 333. 406.408. *Alpersp. Abbas Alber.* 187. *VValther.* 195. *Alperspachenses* contractus quidam, 87.234.369. Leges. 81. *Alperspachensia* quadam, 129. *Alperspacheusibus* confirmantur à Papa Martino priuilegia, 246. *eisdem* priuilegia confirmantur à *Frid.* III. 402
Alphonsus Cæsar 86
Alphonsi Hispaniarum regis genealogia 351. *mors & studium* 405
Alraun 653
Altare portatile, 363. *altaria viatica*, 488.
Altingen 186.243
Althama 560
Altenberga 390
Altorf. villa, 172. oppidum, 390. & 393.
Altorf. Norib. schola 770
Amasia ciui 798
Ambitio monachorum & canonicorum in ambienda Abbatia Augiæ diuitis, 355. *Ambitio pontificiorum sacerdotũ olim quæ fuerit in ambiendis parochijs docet gurges sacerdotis* die Pfaffengump/bey Vnderscheffbach 359
Ambrosius Iungius medicus & eius παρφυλία 631
Ambrosius VVidman 628
Amera riuus 176
America 665. *eius inuentio* 517
Amurates Turcarum rex 258
Anabaptista, 571. *Anabaptistæ Augustæ & alibi*, 603. *Anabaptistæ vtriusque sexus supplicio affecti*, 613. *Anabaptistæ in vrbe Monasterienſi* 627
Anarchiæ incommoda 109. 131
Anastasius Demler 129.481
Anathematismus Papæ in Colonienſem Gebhardum 786
Andeckarx 350
Andeccensis Sebenckij vidua Guta, 276.
Andler 758
Andreas Bohemus, 793. *Andreas Osiander* 577
Andronicus senior Imper. Orientis II. 209. *Andronicus iunior, Imper. Orient. tertius*, 228. *Andronicus Orient. 5. Imp.* 301
Anglus R *Eduardus ab Adolpho Cæsare pecunia fraudatus*, 177. *Anglus Eduardus* 235
Anglus Rex excommunicatus, 250. *Angliæ regis expeditio in Syriam.* 126. *Angliæ* R. *defensor catholicæ fidei*, 569. *Anglorum irruptio in Alsatiam*, 286. *Anglica coniuratio*, 737. *Anglicus sudor*, 605.606
Anhaltini principũ nuptiæ Stutgardiæ 742
Anhusæ cœnobij fundatio, 359. *expiatio* 402
Animarum salutem quam anxiè olim in Papatu homines quæsierint, 323.
Animalculum cum spica 755
Anna Apuliæ Regina, Brunsuicensi Othoni nupta, & interfecta, 299. *Anna Christiana VVirtemberg. virgo*, 845. *Anna Ehingeni Rudolphi filia*, 602. 634. *Annæ Fyrstiæ obitus*, 739. *Anna Iacobi Andreæ*, 787. *Anna Imper. Rudolphi I. vxor*, 570. *Annæ Imperatricis obitus, eius præparatio ad mortem, sepultura, funus, sepulcri apertio* 153
Anna Luckartina, 664. *Anna Marchionissa*, 800. *Anna Maria Brandeburg.* 845. *Anna Maria Herterina virgo*, 806. *Anna Maria VVirtemb. ducissa*, 827. *Anna Mermancina*, 833. *Annæ reginæ ministri*, 617. *Annæ reginæ Ferdinandi coniugis mors.* 663. *Anna Vngara*, 554. *Annæ VVirtẽb. virgo* 843
Annatæ quid & quando institutæ, 324.
Anniuersarij dies à gentibus orti, 435
Annonæ caritas, 370. *vtilitas*, 147. 360.367.392. *laxatio*, 746. *Annona Tybing.* 742
Anseres in agro 381
Anshelmus Reinhart 310
Antin opophagi 608
Antichristi, 248. *Antichristum Romæ nasciturum, & regnaturum*, 515.
Antiochiam Christianis Sultanus ademit, 126. *Antiochiæ princeps Fridericus, Frider.* II. *Imp. filius nothus*, 23.
Antiquum Epigramma, 678. *Antiquitatis studium* 769
Annæ schola apud Augustanos origo. 618.
Antonius Fugger, 706. *Eius nuptiæ*, 837.
Antonius Sixtus gigas quidam 630.
Antonius Varenbylerus Abbas Hirsau. 841.
Antuerpia, 761. *eius direptio.* 760. *periculum* 785
Annuli indicio proditur Conradinus 117.
Anvveil, 756. *Anvveilerina Agnes*, 115.
Apparitio senis peregrini mulieri facta 228
Apparitiones Homericæ 229
Appencellensis pestis nobilitatis, 332. *Appencellenses contra nobilitatem*, 327. *Appencellensium simplicitas*, 327.
Aper ingens captus 529
Apocrypha scriptæ 558
Aquila, 615. *Aquila oppidum à Frider.* II. *conditum* 48. *Aquila Tubingam allata*, 792. *deplumata, antea benè à Sueuis plumata* 287
Aquinum Thomæ Aquinatis patria combustum à Conrado Rege 79
Aquisgrani in cõuentu principum Fridericus II. *rex appellatur*, pag. 1. *Aquisgrani coronatur Carolus V.* 567.
Arbor ἀειγυρόφυλλος καὶ χρυσόφυλλος, 14. *Arbor aurea Imp. Theophili.* 15. *Arbores Basilea*, 144. *Arborũ allegoricæ picturæ* 810
Arces, cur antiquitus ædificatæ, & earum abusus, 97. *Arces nobilium cur deletæ*, 98. *Arces prædonum*, 202. *deiectæ*, 160.166. *Arces bello fœderatorum afflictæ*, 579. *Arcium Franconiæ destructio per fœderatos Suetiæ* 578
Arbiepiscoporum & Alberti bellum, 191. 651
Areæ Landaui redemptio 627
Arelatensis regni & Delphinatus ab Imp. detractio 287
Argentinæ collegium prædicaterum, 626. *deditio* 663 *obsidio*, 314. *præsidium*, 612. *Argentinæ Fridericus* II. *Imper.* 376. *prædicatorum monasterium dedicatur*, 90. *officium prædicaturæ instituitur*, 435. *Argentinenses Episcopum suum bello sup. rant*, 98. *Imperatori Frider. nolunt sacramentum dicere* 435. *aliquot monasteria extra vrbem propter immmens bellum destruũt*, 440. *Argentinenses & Badenses se inuicem bello infestant*, 308. *Argentinensium ciuis Comes à Fyrstenberg*, 354. *Argentinensium facta* 312
Argentinenses Theologi, 679. *Turris*, 144. *Schola*, 727. *Argent. schola initium in collegio prædicatorum*, 634.
Argyrica expeditio Caroli V. Imp. infelix 647

INDEX.

Argyri Graeci Tubingæ 774
Aries bellicus, 875. Reutlingæ 716
Aristotelis libros, qui in schola vulgò leguntur, transferendos curauit Frider. I I. Imperat. pag. 71
Armenius peregrinator 700
Armeniacum bellum 752
Arnsperg 752
Arsenius Centopulas Romæ 794
Artopæus 711
Asanes Demetrius 400
Asotus Dillingæ 694
Aspergarx, 135. oppidum, 370. Aspergensis Comes, 197. 125. 127. dictus comes de Tubingen 129
Aspergæ deditio, 625. Deditæ fœderatis, 563. Munitio 628
Astrologus quidam de bello Heluetico, 302. Astrologica de capitali cuiusdam supplicio prædictio, 448. Astrologi prædictio de Rudolpho 132
Astronomicum tentorium, in quo Sol & Luna debitis spacijs cursum suũ absoluebant 28
Ἀγόγος filius Bauariæ ducis, 375. Ἀγόγος Henricus Rex fœdus cum Papa contra patrem fecerat, 28. & 32. Ἀγόγος in parentes Henricus dux Austriæ 20
Asturam captiuus ducitur Conradinus 117.
Asylum homicidarum 401
Athenæ, 804. 830. hodiernæ, 781. Athenarum barbaries, 790. Athenienses Venetijs negotiantes 798
Atrebatens. Episcopus concionatores Augustanos & Memmingenses in exilium ejcit 680
Auarus sacerdos variis artibus opes auget 417
Aucentini mors 624
Auffkirch 393
Augia diues, 212. 326. eius Abbates, 355. Augia minor 158
Augustus & Mauricius 647
Augustinus Brunnius 639
Augusta olim sub Episcop. 167. à Mauritio capta, 682. Augustæ straminea tecta vetantur, 329. Consul & Senator duo fratres decollati, 448. Consul suspensus, 454. Incendium, 167. 231. 747. Augustæ popularis status factus, 279. Religio reformatur, 367. Comitia, 33. 134. 152. 515. duellum, 332. torneamentum, 403. 476. 465. Hastiludium in honorem VVirtemb. Eberhardi, 448. Calidum balneum, 347. Augustæ cœnobium Beginarum conflagrauit, & expositiorum puerorum domus cepit, 353. Xenodochium fundatur, 354. Augustæ, Lug ins Land / 317 Augustæ fuit Margarita Austria, 358. Frider. III. Imperat. 376. Augusta πολυανδρωνία, 381. 674. Ecclesia nudipedum conflagrauit, 323. Augustæ facta antemurale & fossa, 372. S. Leonhardi sanum conditum, 328. Sacerdotes libidinosi, 332. quo supplicio affecti. 333. Augustæ cepta aquaria, 337. Tumultus ibi, 412. Iacobeum suburbium ceptum, item aquaticum castellum, 342. Aquarium lapideum, 534. S. Vlrici templum venti impetu concidit, 438. Frider. III. Imp. proceribus feuda contulit, 438. Augusta rex Daniæ cum Frider. III. 438. Augustæ turris D. virginis, 488. Orchestra ædificata, 321. pensio vinaria, 322. mendicis prouisum, 577. homicidium instinctu mulieris, 605. noui patricij, 639. certamen bombardarum, 766. Bibliotheca graeca, 656. Augustæ Sax. Elector, 727. Certamen balistarum, 730. Ludi, Schwertdantz / 708. Coniugia, 690. 695. 699. 706. 730. Discordia, 796. collegia noua scholastica, 770. Augustæ Imp. Sigismundus, 344. Augustana quadã, 651. 602. 560. 279. Augustana resp. à Papa absoluitur, 345. politia, 137. Suburbia, 275. Subsidia aduersus Turcam, 620. Bibliotheca, 727. Moneta, 569. 48. Schola Annæa, 785. eius præsides & præceptores, 626. Augustanæ delicijæ, 649. Nuptiæ, 725. incendium vrbis, 218. libertas, 111. munitio, 640. Aug. vrbis & Episcoporum Chronicon, 403. clerici vrbis, 196. Amplificatio vrbis, 191. Augustanæ confessionis exhibitio, 611. arcem VVellenburgum diruerunt, 331. Iudæos expellunt, 370. ius eligendi præfectum adepti sunt, 354. Aug. Senatus beneficentia erga pauperes in annonæ caritate, 370. Augustani cuiusdã Balneatoris filia perditè à Bauariæ Duce amatur, 365. 366. Aug. cuiusdã Heervvarti à Turcis interitus, 755. Equites aurati, 193. patricij, 223. alumni, 647. cõcionatores, 618. 559. proceres & duces, 783. Medici & turisperiti, 834. Exules, 793. 796. Augustani contra Bauaros, 294. Augustanis à magistratu ἀκαταστασία imungitur, 393. Augustanorum cum Episcopo & sacerdotibus transactio 83.
Augustanorum & Rudolphi Bauari bellum, 183. August. & Bauarorum irruptiones mutuæ, 299. Eorum amicitia cum Bauaro duce 324
Augustanorum clades in Bauaria, 284. Aug. & Bauarorum inter se concertationes 305
Augustanorum expeditio in Franconiam, 295. controuersia cum Canonicis, 296. Augustanorum multa, 662. Aug. cum Eberhardo VVirtemb. transactio 283
Augustanorum gesta, 282. 283. 292. 307.
Augustanos benevolentia Cæsar prosequitur 223
Augustanus Episcopus Marquardus, 278. 255. 757. VValtherus, 278. Vlricus 224. Frideric. 223. Burckhardus, 284. Christophorus, 559. Ottho, 650. Augustani Episcopi migratio Dillingæ, 633. Augustani Episcopi 749
Auinionem sedes Papæ translata, 195. Auinione Pontifex migrat Romam, 283.
Aurbach 841
Aurea bulla, 264. aurei velleris ordo vnde, 320. aureorum insolatio, 191. Aureorum sparsio in populum, 610. Aureum pomum 615
Aurisugæ pontificij 165
Austriæ duci Leopoldo circulus coronæ aureus ad ducalem pileum additus, cum largissimo priuilegio, 19. Idem Graci Imperatoris consanguineam, Theodoram vxorem habuit 20
Austriæ ducis Friderici tyrannis & exilium 37
Austria duci Friderico aurea crux, qualem Imperatores in coronis gestant, ad priora insignia Fridericus II. Imp. addit, 39. Austriæ ducis priuilegia à Frid. II. confirmata, 58. 59.
Austriæ dux Frider. in prælio occubuit victor, 62. Austria vnica hæres Margarita, 63. Austria in archiducatũ sublimatur, 371. Austriacus Sigismundus renunciat ditionibus, quas Heluetij ei ademerant 438
Austriæ dux Sigismundus cum Venetis bellum gerit 476
Austriorum petitio Euangelij 647
Azo 655

B.

Babenhusa 638
Baccalaureorum creandi ritus 512. 513.
Bacchanalibus bicornes fœminæ 95
Bacchanalium celebratio, apud Halenses & ab eis dehortatio 622. Eorum

sobrius actus 645. & quæ felicia 740
Bachensteinij. 326
Bachensteinij Halenses 355
Bachij Dettingensis opulentia, prodigalitas, & paupertas 94
Backnangense priuilegium 59
Badensis Marchio 32
Badensis Marchio Viennam tenuit 20
Badensis Marchio Cæsari Romano rebellis 136
Badensis Marchionis filius Frid. Austriæ Dux vnà cum Conradino ferro percutitur Pontificis Romani instinctu 119
Badensis Comitissa 129
Badensis Marchio contra VVirtembergicum 431
Badenses Marchiones duo Episcopi Treuirenses 392
Badensis Marchio Carolus & eius frater Episc. Metensis capiuntur 409
Badëfium Ecclesiarum reformatio 696
Baiazetes succedit Mahometi, 462
Baiazetes à Tamerlane victus 324
Baterisdorffum 390
Balcha 158
Baldereicha 13
Balinga 250. 259. Ciuitatis iura accipit 85
Balphij nuptiæ 787
Balthasar { Himmelberger 637, Kefelin 705, Gyltinger 721, à Rueft 749, Bidembach 766, Loserus 842
Bambergæ hastiludium 473
Bambergæ cœnobium virginum 252
Bamberg. Episc. VVigandus 577
Bancaroota Mercatorum 707
Bappenhaim 35
Bappenhaimius Henricus 38
Bappenhaimia Iuliana ob insignẽ formositatem è cœnobio à Teccense principe abducta 38
Bappenhaimia Scholastica 38
Bappenhaimij Mareschalcatũ amittere non potuerunt 72
Bappenhaimius Marscalcus Henricus Comitissæ Aichelbergensis potentianæ filius, Baronissæ Gundelfingensis nepos, ducissæ Teccẽsis pronepos 73
Bappenhaimio & Calatino Mareschalco nupsit Eulalia, filia Marchionis Burgoniæ 89
Bappenhaimij Mareschalci plures ex fœminea stirpe Dillingensium comitum orti 104
Bappenhaimij. 166. & illorum vel Calatinorum insigne 152
Bappenhaimius Hiltebrandus 172. Rudolphus 252. Haubtus 366. Matth. & Iohannes 646
Bappẽhaimius ensem præfert Imp. Friderico Romam ingredienti 397
Bappenhaimius eques 409
Baptizantur campanæ in Papatu 372
Baptizatorum puerorum in codice inscriptio 700
Barbara Scnepfia 748
Barbara Kyngspachiana 787
Barbara Tettelbachia 784
Barbarossa Hariadenus, pirata gracus 627
Barnabas Mediolani 258
Bartenbach. 90. 134. 738.
Barthol Hettlerus 752
Bartholl VVolfhardus 768
Bartholus Iurisconsultus 265
Basileæ nobilium factiones 131
Basileæ Imperator Rudolph. I. magnificè exceptus 132
Basileæ arbores 144. ibi terræmotus 265.
Basilienses in fidem Imperatoris Rudolphi iurarunt 132
Basiliensis Episc. pistoris filius, Henricus Gyrtelknopf. 133
Basiliense bellum 334
Basileæ duellum 356
Basiliense concilium 358. & 371
Basilea concessit in fœdus Heluetiorum 517
Basileæ Religio correcta 606
Bauariæ ducu Ludouici interitus 27
Bauariæ ducis Lud. & Henricus militaribus gladijs accincti 83
Bauariæ vastatio 213
Bauariæ dux Ludouicus comitatum Montaniæ accipit 338. nuptias celebrat 371
Bauariæ principum controuersia 326. 343. 365.
Bauariæ dux, nuptias celebrat cum Regu polonia filia 345. A filio ἀτόμῳ capitur 376
Bauariæ dux Berchtoldus ex Caroli M. posteris vltimus 404. 405
Bauaro bellum infertur ab Alberto Marchione 407. 408. 409
Bauaricum bellum 523
Bauariæ ducis Georgij opes 524
Bauaricæ nuptiæ 524
Baumgartner Hieronymus 581
Baumgartner Ioannes 620
Baumgartneri captiuitas Noriber. 652.
Beatrix Barbarossæ 198
Beatrix Caroli Andegauensis vxor ambitiosa 105
Beatricis Augustæ mors 216
Beatricis, Imperatricis, vxoris Heinrici mors 201
Bebelius 516. Et eius facetiæ 528
Bebenhusa 163. 224. 251. 255. 257. 263. 272. 273. 588. ditata 158. in tutela VVirt. Com. 242. Eius protector R. Albertus 196. Et huius priuil. 186.
Bebenhusani Monasterij fundator quis 8. Eius diploma 17
Bebenhusanis quidam conferunt pro redemptione animæ 20. & 21. Bona eis à Papa Gregorio IX. confirmata 24. Eorum priuilegium exemtionis de Eßlinga 29. Eius Monachi sine examinatione ad Baccalaureatum promouebãtur 62. Eis prædium quoddam apud Rutlingen traditum à comite Palatino de Tubingen 65. priuilegium eis datum à Teccense duce 81. priuilegia confirmantur à Gulielmo Rege 85. Eis vendita 148
Bebenhusensia quædam 104. 127. 491. 492.
Bebenhusani semper crescentes 167
Bebenhusana curia Tybingæ, hodie dcſs Abtshof / oder Bebenheuserhof 174.
Bebenhus priuilegiorũ confirmatio 179
Bebẽhusæ Altaria consecrata S. Michaëlis & S. Bartholomæi 203
Bebenhus indulgentiæ 322. Altare 362
Bebenhusanis Imp. Sigismundus priuilegium dedit 341. Omnia iura eorum confirmantur à Papa Martino 345.
Bebenhusana postulatio quædam ad Herterum 353
Beblingensium comitum origo 83
Beblinga 243
Bechium Monasterium 336
Bedernoiensis cœnobij translatio 105
Beghardi 99
Beginæ 30. 31. 99.
Beilstein 210. 310. 786
Belgarum publica defectio ab Hispanorum Rege 276
Belgis dedit Musa loqui ore rotundo 354.
Belgicum inter Albanũ & Nassouium bellum 735
Belgradum 751. à Turca obsessum 402
Bellator vnus pedes contra 20. equites se defendit 512
Bellenstain 242
Bellica lex, Ne ante exploratam victoriam spolia legantur 117
Bellica rei constitutio 719
Bellum Friderici I I in Italia 44. Bellum nuptijs finitum 145. Bellum inter Cæsarem Alb. & Archiepisc. 191. Bellũ inter VVirt & Hohenberg. comites 172. Bellum Cæs. Henrici cum

cum Eberh. Illustri VVirtemberg. per Conradum de VVeinsperg 199. Bellum Bohemorum cum Imp. Ludou. 232. Bellum Helueticum Cæs. Frid. 385. Belli Heluetici finis 262. Belli ciuilis inter ciuitates & principes & nobilitatem redintegratio, 388. 389. 390. 394. Belli indictio, 349. Bellum quibus ritibus à Marchione indictum fuerit Norimbergensibus, 390. Bellum ciuitatum, 371. 374. 375. 385. Bellum ciuitatum recrudescit, 288. Bellum ciuile, 389. 394. damnosum, 395. 312.

Bello ciuili comes VVirt. Ludouicus Vlrici frater se non immiscuit, ideoq; ditio ipsius salua mansit, 395. Bellum dictũ der Schlegel oder Pflegelkrieg, 420. Bellu cur abstinendum, 605. Belli in protestantes parturitio, 655. Belli susceptio à Carolo V. contra protestantes, 658. Belli Germanici dissimulatio, 657. Bellum inter Hispanum & Gallũ, R.R. 699.

Bembergij nobilis vxor causa magnarum turbarum 359

Bembergij rapina 364

Beneuentum diripitur 107

Benfeld 225

Beniamin Tulensis 254

Benignus 628

Bentzenouius 726

Berchinga pagus 26

Bercht. dyrr Abbas 814

Bercht. Zæring. dux 608

Berchtingenus Gottefridus pro Ehingeno Thoma dimissus 566

Berg. 155

Bergensis C. Vlricus 171

Bergenses Nobiles 177

Bergensis & Schelcklingensis comitis Vlrici datio in cœnobiũ Lorchense 204.

Bergensis Helena 327

Bergense Monasterium 404

Bergomum Italiæ venditur à Consule Bergomensi 334

Beringen 163. 240. 222

Beringensis Cuno 172

Berythum, vbi S. Georgius draconem interfecit 423

Beritula cum filiis 110

Berkele 246

Berlin 254

Berna quando & à quibus iura ciuitatis acceperit & quomodo Imperialis ciuitas facta, 7. ei maior libertas ab Imp. data 12.

Berna vrbs afflicta 165

Berna ad Heluetios 260

Berna, nobilium apud op. Loupum Victrix 237

Bernæ primum moneta cusa 517

Bernæ disputatio 602

Bernhardus Hohenberg. 159

S. Bernhardi historia picta 491

Bernhardus à Rhor 792

Bernhardus Scheckius 779

Bernhardinus Baro Malbergius 687

Bernhusen 148. 171. 360

Beroaldus Phij 392

Berstingen 315. 167

Bertelini Barthol. obitus 716

Bertholdus 222

Bertsch 733

Bernavv op. Austriæ 822

Beryti Tripoleos, Sidonis euersio 168

Besigkaim 181. 607. 523

Besserer 609. Vlmensis eques auratus, dux Sueuici fœderis 522

Bethlehemum 425

Betuleius 693

Beurensis Comitis aduentus 658

Beürlinnus 623

Beütelspach, 147. 200. Eius collegium Studtgardiam translatum, 204. Eius collegij fundatio 108

Bicochana clades 581

Biberach, 189. eius templi fulmen, 789. & hospitale 45. 48

Biberacenses 288

Biberacensis Nicolaus 186

Biberbach 205

Biberbach: Marescalcus Matthæus 581

Bibliotheca Græca Augustæ 656

Bichwhausen. Truchsæss. 392

Biehela Vicus 628

Bielrietens. nobilis fraus in Iudeos 315

Bietigkaim 202. 233. 180. 323

Bigenburg. Baro 74

Bihingen 148

Bildenreüt 239

Bilnreüt 333

Billershietenses barones 94

Bingen 191

Binnicken, 160. 264. Mulier ibi 53. liberorũ mater, 674. Vnus ibi etiam habuit, 38. filios & 15. filias 305

Biornones Dani 765

Bipontini nuptiæ 752

Birchilon 346

Bircken 171

Birckendorf 46

Birckenfeldense Monast. 138

Birckheim 17

Bischofsheim 39

Bissingeri dictum 639

Bitschensis comes Simon perÿt in pugna Heluetica ad Dornecum, 459. 512.

Blandina Snepfia 792

Blanderatensi Comiti Frider. II. Imp. omnia priuilegia confirmat, præsertim quod ei Otho Imp. dederat, 44.

Blanckenstainiæ Elisabethæ sylua 295

Blappardi mon. 357

S. Blasij Abbas 688

Blasphemiæ pœna 761

Blaubyra Burronium 231

Blaubyra Monast. & op. à VVirtemb. comite empta. 346. 386

Blaurer Episcopus Constant. 332

Blaurerus 604. 622. Eius conciones Augustæ, 640. Eiusq; obitus 670

Blieningen 171. 201. 285

Blieningeri 341

Blodelsheim 19

Bloching, 195. 273. Barones 239

Blumberg 237

Boccatÿ mors 287

Bochingen 375

Bodelshusen 365

Bodman 643

Boheimiæ Regnum ad Germanos translatum 196

Bohem. bellum cum Lud. Imp. 232

Boheimiæ Rex Ladislaus Rex fit Vngariæ. 423

Boltringen, 159. 222. 329. & arx ibi 638.

Bombardæ, 611. 313. ligneæ, 294. Earum inuentio per Monachum, 263. Earum apud Augustanos mẽtio prima, 283. Earum fusio Augustæ 291

Bombardæ superioris Germanici belli, in Anglia 799

Bombardeziũ certamen Augustæ, 643. 766.

Bomgartnerus Ioan. Baro 643

Bona intentio 781

Bonauentura Steltzer 730

Bondorf, 129. 272. 432

Bongaron Baro 74

Bonifacius P. contra Cæs. Albertum: Ego sum Cæsar, 186. Eius interitus, 194.

Bononia Cæs. dedita, 451. ab Hispanis obsessa, ibid.

Bononienses irreuerenter tractant Imper. Frid. II. 10

Bononiense studium generale translatum Patauium ab Imperatore 52

Bonstettens. nobiles 31

Boparidæ Rex Henricus cõspirationem fecit contra patrem 32

Bopfinger Nordlingensis cadit in pugna 391

Bopfingen 291

Boppordianum Monasterium 10

Burgovv 275

Borrhaus 223

Bostoſius tanquam Troianus 569
Boſna 305
Boſnæ Rex & regnum à Turca opprimitur 415
Bottenſteinum 599.687
Botnanga 155
Bouſius Mons 17
Brackẽhaim 143. 595. & arces circum 840.
Braitenholtz 182.234
Braitenlandenſium & Rotvvilenſium controuerſia 641
Brandeck 216. 570. 655
Brandeccius Volmarus 81
Brandeccius Hermannus 257
Brandecciorum ſatisfactio erga cœnobium Alberſpachenſe 134
Brandeccia Gerbildis 287
Brandenburg olim comitatus 10
Brandenburgenſis Iodocus Cæſar Occidentis, IX. 334
Brandenburgenſis Marchia datur ab Imp. Burggrauio Noriberg. 342
Brandenburgenſis Marchionis Achillis Germanici apparatus bellicus contra Norimbergenſes, 389. Eius querela de Norimbergenſibus ibid. Eius femur in ciuitatum bello, ruſticus quidam perfodit. 392. Sarcaſmo illudens Norimbergenſes ab ipſis ſuperatur & capitur 393
Brandiſius Manigold. Conſtãt. Epiſ. 301
Braſicanus 557
Braunecka 155
Braunbildis 37
Breitelandebergius Hermannus Epiſc. Conſtant. 440
Brentius Amnis 192
Brentius Ioan. Senior natus, 514. VVilenſis 560
Brentius & Lutherus 631
Brentius, Martinus 676
Brentius Ioan. d. 136
Breiningi Conradi virtus 551
Brigantini Comites 83
Brigantia oppidum & arx obſidetur ab Appenceł. 331
S. Brigitta 272
Briſgoia 191
Brichoienſis nobilitas 456
Brixia à Venetis occupata, 541. Terremotu contremuit, 541. à Germanis recuperata 542
Brixna & Cloſe tres arces ſunt alia ſupra aliam 425
Brumbda 512
Brunſuigã poſt Henrici Palatini Rheni obitum diuerſi quidẽ principes hæreditario iure ſibi vendicabant, ſed tandẽ Lunæburgenſis occupabat 16
Brunſuiga Rex VVilhelmus nuptias celebrans vix euadere ex incendio potuit 80
Brunſuicenſ. & Luneb. ducatus Othoni & heredibus eius in perpetuum ab Imp. conceditur 33
Brunſuicenſis dux Frid. Cæſar 324
Brunſuicenſis ducatus Eccleſiarum reformatio 732
Bruſchij natiuitas 561
Bruſchius in Alpibus 669
Bry 237
Bubius Francofurdianus dux occiditur in pugna 392
Bucerus & Fagius, 696. Buceri diſputatio cum Maluenda & Villico 656. 657. eius mors 679
Bucheccius 222
Buchorna 174
Budæ dominus Turca, 607. Buda & Peſtum à Turcis occupata 647
Budei Guilliel. mors 644
Buſler Iſna, 626. eius mors 679
Bühel 731. Bühelpagus 725. 362
Burckardus Cellanus 176
Bürck. Ehingenus, 236. etiam VVilenſi pugnæ interfuit 311
Burckard. plegmatias mit dem Zopf/ 252. 178.
Burck. Baro Heyvvenſis 311
Burgelini fraus 174
Burgau, 217. 226. 167
Burgbergæ peregrinatio 377
Burgoniæ Marchio 89
Burgonienſis Marchio vltimus 159
Burgonius Marchio Henricus 171. 183
Burgonienſis Agnes 197
Burgundiæ duces 281
Burgũdio Ioan. à Turcis captus 319. 320
Burgund. ducem Philippum ad Turcicam expeditionem hortatur Trapezuntinus Imperator 405
Burgundia Carolus cõtra Regem Galliæ, 417. vide Carolus, Leodium expugnat, 422. Auſtrio Sigiſmundo mutuo dat. 80 millia aureorũ, 428
Burgundi Caroli graue bellum, 438. eius clades ad Granſium, 446. & ad Mortam 447. & ad Naceium, & interitus ibid.
Burgundiæ pars Regi Franciæ maior pars Maximiliano I. ceſſit 447
Burgundia Cæſaris expeditio 548
Burſalium duo genera 613
Buſtet 371
Buthenkam 147
Bybel pagus 362

C.

CAdauer muliebre apud Romam repertum 473
Cæcus Chriſtoph. Lucius, 789. Magiſter factus 802
Cæcus Muſicus Hiſpanus 790
Cœleſtinus Papa, vide Papa.
Ceremoniæ electoratus accipiendi 667
Cæſaris & Papæ contraria mandata, 220. Cæſaru pratum, 247. Cæſariẽſe Monaſterium, 158. C. corona, 615
Cæſaris aduentus Auguſtam, & exceptio, 611. inde diſceſſus 612
Cæſari contradictum in Religione 612
Cæſareum VImæ præſidium 663
C. aduentus in Saxoniam cum exercitu, 663. Cæſar Halæ Sax. 665. Nardlingam venit, 665. C. Auguſtæ in comitiis, 665. C. vrget apud principes Concilij Trid. approbationẽ 665
Cæſarea Schorndorffæ præſidia, 670. Cæſar Oeniponte, 680. de liberandis captiuis principibus oratus 680
Cæſaris fuga 683
Cæſariani à principibus victi, 683
Cæſar Auguſtam reuerſus 710
Cæſar XV. Ferdinand.
Cairum, 794. Cairo litera Tybingam allata 789
Calamitates belli in Germania ciuilis, 306.
Calatini Henrici obitus, 17. Calatinorũ perſecutio, 72. Calatinus Mareſcalcus, 151. Calatinorũ inſigne, 152. 298
Calba opp. ad Salam
Calendarium nouum Gregorianũ, 783. 785. an patriarcha Bizantij receperit 805
Caloioannes Batacius Græcorum Imperator ſocero ſuo Friderico II. Imper. magnam argẽti vim mittit, 66 197
Calua opp. 301. 302. 199. arx
Caluæ & VVilæ Iudæi, 155. Caluæ opp. & arx ad VVirtẽbergẽſes venit, 246 Tragœdia Chriſti ibi agitur 530
Caluam Acad. Tybing. migrat, 692. Caluam facultas philoſophica Tybing. migrat. 695 35
Caluenſis Conradus
Caluenſis Comitis anniuerſarium in VVurmingenſi monte 113. 114. 115 788
Caluiniſmus Heidelbergam 640
Calumnia in proteſtantes 284
Cameraríj 515
Camerarius Ioachimus naſcitur
Cameræ iudicio Auguſtæ Maximilianus ipſe præſedit, 520. Cameræ iudicium certo aliquo loco conſtituendum eſſe decernitur 529 74
Cammatenſ. nobiles 413
Camparum copia
Campana Ratiſbonenſis, 231. Campanæ ſpiræ decidit 196
Campidonũ, 264. oppidum factũ, 237. Campidoni turris S. Hiltgardis, & turris S. Ludouici, 84. Campidonẽſium

sium contentio cum Abbate coram Imperatore 432. Campid. monasterij incēdium, 99. monasterij discordia, 286. Campidonensis Abbatis arces, & lacus aliquot 631
Cancellarius magnus Poloniæ 806
Candelæ ardentes Vlmæ 651
Canis rabidus 628
Canonicus superbus 267
Cantacuzeni expulsio 262
Capistranus concionibus suis populum ad pœnitentiam hortatur 398
Capitij dolor 770
Capitolium Bebenhusanum 353
Capraræ expugnata 68
Captiui duo principes per VVirtembergiam 670
Cardinalibus cōcessum est, rubris pileis vti, & equis vehi, 65. Cardinalium ingenium 241
Carmelit. monasterij Nœrdlingæ origo. Carmelitarum ortus 127
Carolo Andegauensi Siciliæ regnū defertur 102
Carolus Andegauensis instruit bellum aduersus Manfredum, 103. Romam venit, ibiq; coronatur, 106. Vicarius Imperij per Italiā factus est à Papa, 110. Conradinum Victorem vincit, 117. Crudeliter admodum Conradinum tractat, 119. 120
Caroli Franci Tyrannis, 136. Carolus Francus Siciliæ Rex, vocat se et Hierosolymæ regem. Item. generū suum Constantinopolin restituere conatur frustra, 156. eius odium in Conradinum mortuum, ibid.
Caroli iuuenis conseruatio 139
Caroli regis sanctia, 158. eius mors ex tristitia 159
Carolus IIII. contra Lud. Cæsar VI. electus 246
Carolus Romæ Imp. coronatus, 262. In Germaniam reuersus 263
Caroli Imp. nuptiæ Cracouiæ 272
Carolus iterum ex Italia 275
Caroli 4. Imp. obitus, funus, vxores 297
Carolus Vngariæ Rex, Siciliam occupat fraude 300
Caroli Burgundi cum Imperatore congressus, eius vestitus, & comitium, 435. Idem ab Imperatore rex Burgundiæ creari cupit, sed frustra, 436. Eius vxores, 436 tertia nuptiæ 436. magnificētia erga Imperatorē 436. 437. Carolus V. 556. fit Imperator, 563. coronatur Aquisgrani, 567. in Germaniam redit 611. in Turcas expeditionē suscipit, 620. in Hispaniā redit, 622. Tunetanā expeditionem suscipit, 629. Villingam venit, 638. coronatur Bononiæ, 609. quib. ceremoniis coronatus fuerit, 610. Halam venit & iuramentū fidelitatis exigit, 644. Noribergam ingreditur, 645. expeditionem Argyericam infelicem sentit, 647. Philippo F. Belgium, & cætera regna tradit, 694. cum Rege Gallorū bellum gerit 652. Ferdinandum fratrē Cæsarem constituit, 698. diem suum obit 701*
Carolus IX. rex Gall. 706
Carolus Marchio Badens. 763
Caroli Austrij mors 836
Carinthiæ ducatus 226
Caritas vini & frumenti 558
Carnifex Argentinæ in decollādo quodā aberrans, cōfoditur à populo 422
Carnifex qui Cōradinum ferro percusserat, mox & ipse ab alio quodā, ἐν παραπονῆς capite truncatur, p. 119
Carnifex quidam 751
Carthusa extra Argentinam, 222. 838
Casimirus Palatinus extinctus 842
Caspar Huberinus 680
Caspar VVild 791
Castellum Imperiale conditum 40
Castell. com. VVolff. 749
Castitatis votū à Medico Liebschytzio oppugnatum 774
Castra Cæsaris, & protestantium ad Ingolstadium 658
Casus infantis, 202. Casus hominū scalis fractis, 298. Casus puellæ 834
Catharina Abbatissa de Cimbern 583
Catharina Borussia 827
Catharina Helffenst. 280
Catharinicæ moniales 555
S. Catharinæ ossa 709
Catharina Zasia 690
Catzenelnbogen 346
Cella opp. vel Liebecella 182
Cella Mariæ supra VVerdam 218
Cella pagus 195
Cella Kaltloch 202
Cellarius 743
Cellarius Burckhardus 176
Cellius 729. 781
Celtis Poëtæ mors 534
Censores Augustæ constituti 633
Centuripam delet Fridericus II. 28
Cera rubra in signatione Lauingensibus concessa 152
Cereum simulacrum rabificum 208
Certamen sagittariorum, scloppetariorum, &c. Rosenouia 535
Cerui saltus 814
Celsio Solimanni 620
Caritas Pirckheimerina Abbatissa 147
Chalce insula 809
Chalcis Euboeæ 798
Chalcocondyles 179. 755
Chasma 836. 830. 771. 707.
Chelidonius 36
Chilianus Freymüller 771
Chius 728
Chombergense cœnobium, 359. 364. in seculare collegium mutatum 486
Chorea infelix, 250. Cruenta Argentinæ, 228. χορευτοὶ. 144
Chorea Augustana 344. 515
Christi corona spina Ebingeno equiti donata 423
Christi simulachrum in sepulchro 381
Christian. elector Sax. moritur 92. 842
Christoph. de Schwartzenberg præses ducatus VVirtemb. 563
Christoph. Stadion Epis. Augustan. 559
Christoph. VVirtēb. dux, 607. nascitur 554. adhuc puer abducitur, 563. frustra partē patrimonij repetit, 621. iniuria ab Hispanis afficitur, 621. in Bauariā fugit, 621. ducatū reposcit, 623. in Galliam proficiscitur, 626. militiā in Gallia facit, 632. contra nocturnos insidiatores defenditur, 632. pius, industrius, & multa virtute præditus est, 634. ex Gallia redit, 648. vxorē ducit, 651. Vlrico succedit, 677. cū Lotharingis negotium habet, 712. diem suum obit, 733. eius mores, ædificationes, labores, sermones, vxores, liberi 734
Christoph. IIII. dux 844
Christoph. Binder Abbas 815
Christophori Senfftij nuptiæ 799
Chrysoloras 323. 341
Chunigundis polona vxor Ottacari arrogans & maritum ad defectionem impellens 143
Chytræus 640
Cicada Æsopi 94
Ciceronis exempla de Geometra Archimede 945
Cimbrenses, 165. Cimbrensis Regulus VVernherus, 11. Cimbrēses comites, 465. 643. Cimbrensis Baro Ioan. 301
Circker Thermopyl. Episcopus 311
Citizense monasterium priuilegium à Friderico II. accepit, 2
Ciuil. belli vtrinq; partes fœderatæ 308
Ciuitates Eberhardo VVirtem. subditæ 260. Ciuitates pecunia mulctatæ ab Eberhardo, 284. Ciuitates à Cæsar. occupatæ, 660. Ciuitatū querelæ de VVirtembergico, & bellū in eū 267
Ciuitatum fœdus 275
Ciuitatū imperial. & com. VVirtembergici bellum 281
Ciuitatū congregatio, 306. Clades 309
Clades Germanorum in Gallia 807
Classius, 496. 685. 710. 738. 774
Clamor, Hostes fugiunt 145

Clanx arx 166
S. Clara 20.85
Clara Friburgensis 740
Clara Matthæi Aulberi vidua obitus, 4.163. filios nepotes & pronepotes vidit 795
Claræ Vallenses moniales 99
Clarigationis vel indictionis belli forma contra Absbergium 578
Clemens 4. vide Papa.
Clemens 6. Papa 240
Clementiæ Papæ laudes 206
Clementia Alberti Austrij 265
Clementinæ constitutiones 201
Climactericus annus 767
Climacterici anni superatio 824
Clingenfelsius Crassto 190
Coccyus 715
Cœlibatus 696
Cœnæ dominicæ mutilatio 340
Colchi 830
Colchis 320
Collatio pecuniæ ad bellum Turcicum, 648.
Colloquium Theologicum VVormatiæ, 698. item Ratisbonæ, 656. itē Maulbrunnæ, 722. Marchiobadenæ 826
Colmariam Fridericus II. cum multitudine Camelorum venit, 33. facta ciuitas imperialis, 49. Adolphus eā capit 175
Colonienſium Archiepiſcoporum conflictus 788
Coloniæ duo flagra frumentaria 568
Columnæ duæ effossæ 800
Cometa, 2.103. 105. 106. 190. 195. 205. 233. 326. 360. 402. 434. 514. 606. 618. 620. 623. 641. 651. 761. 771. 784
Comites Landavvenſes 135
Comitia Aquisgrani, 1. 15. 16. Norimbergæ, 4. 477. 493. 650. 571. Goslariæ, 8. Northusæ. 12. Francofurti, 12. 13. 16. 131. 385. 431. 473. Rauennæ, 29. Augustæ, 33. 515. 535. 134. 152. 559. 668. 675. 694. 702. 726. 781. Ratisbonæ, 39. 619. 645. 698. 758. Spiræ, 39. 230. 606. 652. VVormatiæ, 85. 499. 569. 654. Vlmæ. 665. Eßlingæ, 268. Moguntiæ, 267. Erphordiæ, 166 Constantiæ, 469. 529. Coloniæ, 526. Treueri, 541.
Comneni 798
Comœdia Susannæ 641
Comœdia Germaniæ prima 508
Compoſtellano peregrinatori literæ datæ, 823
Concilij Constantienſis præclarum opus quod fuerit 339. 240
Concilia Romæ in Laterano, 2. Lugduni, 55. 132. Constantiæ, 338. Basileæ, 358. Florentiæ 368
Concilij Basilienſis legati Francofordiam ad comitia euntes spoliantur, 385.
Concilium liberum in Germania postulant protestantes 623
Concionator indoctus in vulgus plausibilis 647
Concionatores Augustani, 559. 618. Sueuici 557
Concionatorum Memmingenſ. restitutio 683
Concionatorum matrimonia 576
Concionum Græca scriptio in templo, 721.
Concionatorum Euangelicorum exilium 670
Concordia quinq; nobilium in vna arce cum centum liberis cohabitantium 418
Concordiæ in Religione pium opus, 768
Confessionis Augustanæ exhibitio, 611
Confessio 4. ciuitatum peculiaris 612
Confessio Euangelica concilio Trident. exhibita 681
Congelatio Podamici lacus 144
Coniuratio in Frider. II. 61
Coniurati quo supplicio affecti, 61. 80. 589.
Conradinus nascitur, 82. Conrado succedit, 83. insidiis Manfredi in periculum venit, 85. legatos ad Papam mittit, 89 cohortatur suos ad recuperand. Siciliam, 110 priuilegia quæ dederit, 111. expeditionem in Italiam suscipit, 112. ab Italis Gibelinis iuuatur, 112. Siciliam per Fridericum Hispanum recuperat, 112. Cardinalem quendam prælio superat, & interficit, 112. Romam venit, 112. fugam arripit, 117. capitur, 117. à Iuristi Neapoli condemnatur, bonis viris sanguinariam sententiam minimè probantibus, 118. in capitalem locum ductus, cum Caroli protonotario capitalē sententiam pronunciante expostulat, 119. Haredem Petrum Arragoniam instituit, 119. de inimicorum acerbitate multa conqueſtus, ad supremum iudicem Christum prouocat, & postea ceruicem plusquam diabolico Romani pontificis ferro præbet, 119. Sueuicæ dynastiæ vltimus fuit 443
Conradini sepultura, 122. 119. Eius Epitaphium, item pulchritudo, 119. Conradini tragœdia Italico sermone conscripta 120. 121
Conradini interfectores 164
Conradini vltio 205. 245
Conradinus 818
Conradus Antiochiæ princeps Friderici II. nepos, à Caroli Andegauenſis duce capitur, exæcatur, suspenditur, ô nefandum facinus 123
Conradus Cæsar designatur, 33. 39. Vxorem ducit, 53. à pseudorege Henrico vincitur, 63. Sueuicos concionatores, qui Papam & eius prælatos hæreticos esse prædicabant, defendit, 67. alter Absolon fuit, 72. quibus moribus præditus fuerit, 72. quid in Italia gesserit, 79. diem obijt 83.
Conradi Bappenheimij captiuitas 837
Conrad. Breuning. 766
Conradus Ehingus 210
Conrad. Engelbard. 778
Conradus Friburg. C. senior 345
Conrad. Grieckenbach 317
Conradi Græningenſis obitus 144. 165
Conradus Hagerus 640
Conradus Herter 153
Conradus Kauf duos filios ducis Saxoniæ furtim abduxit 393
Conradus Kircheimius beneficus erga Bebenhusanos 138
Conradus Landonius 162
Conradus OEting. C. 200
Conradus Rechbergenſ. 249
Conradus Schenck VVindenſis 230
Conradus Stralenbergenſ. 180
Conradus Teccenſis dux 144. 222
Conradi Teccenſis cædes 252
Conradus Tubing. c. 236. 266. 652
Conrad. Vracenſis Trach. 230
Conradi Vrslingenſ. d. iuramentum, 273. 264
Conrad. VValch. 244
Conrad. VVartembergicus 311
Conrad. VVeinsperg. baro 231
Conrad. VVinecker 616
Conſiliarij Imperatoris Caroli
Conſilium malum conſultori Cardinali Iuliano peſsimum 381
Conſolatio morientis 840
Conſolatio Ferdinandi ad Ehingenum de amißione liberorum 390
Conſtantia opp. ab Hiſpanis oppugnatum, 669. Ferdinādo R. dedita. 669. Constantiæ fraudator maximus, 342. incendia, 11 & 124. comitia, 496. concilium. 338. Synodus ob disciplinam reformandam 221
Conſtantij oppidi periculū ab Austriacis 218
Conſtantienſe prædicatorum cœnobium. 54
Conſtantienſes prædicatores 247
Conſtantienſes ſacerdotes, & prælati vigesimum nummum dare cogunt, ad instaurandum episcopatum 494.

Constantienses ad Heluetios deficere volunt, sed impediuntur 540
Constantiēsis ecclesia reformatio, 604
Constantiensium & diuitaugensium inter se bellum 276
Constantiens. episcopus, Rudolphus, 133. Fride. Zollerensis, 177. Nicolaus 226. Ioan. VVindlock, 260. Ioannes comes Lupfens. 621. VVetzenius 633
Constantienses episcopi 264. 604. 669
Constantienses episcopi duo 449
Constantinopolis Trapezus 798
Constantinopoleos obsidio, 319. incendium max. & tempestas, 493. expugnatio à Turcis 399
Constantinopolim Latinis eripere Graecorum principes conantur 53
Constantinopolitana acta 788
Constantinopolim Stephanus Gerlachius proficiscitur 749
Constantinopolim literæ Tubinga 852
Constantinopoli literæ Tubingam 754. 757. 775.
Constantinop. imperator vt ad Papam venerit, vide Papa.
Constantinop. imperatores à Palæologo inde qui 88. 89
Constantin. imperator Palæologo lat. ecclesiæ adiunctus 132
Constantin. imperator vltimus Christianus 384. 839
Constantinop. patriarcha 795
Constitutiones Clementinæ 201
Contoplacas 449
Contraria mandata Cæsaris & Papæ, 220.
Contrariū Regis Ferdinandi scriptum, 624.
Conuentus principum Hailprunnæ 689
Consulclorum precium pro victu crescens 790
Conuiuia sine pane 410
Coppenberg 76
Copiæ in Turcas ducendæ 727
Corcyra, 709. Turcis præda 634
Corfurnæ vrbis breuis descriptio, 475
Corilio opp. Siciliæ 40
Corintho 781
Cornus arbor 747
Cornu stanneum folle inflatum sonat, vt organica fistula 477
Corona ciuitas Kelop. 798
Corona Cæsaris 613
Coronationis imperatoriæ ritus, 367. 568.
Corone Pelopponesi 620
Corzyrá 425
Cracouia 825
Cracouia Caroli imperatoris nuptiæ, 272.
Crassto 554
Crafft Klingenfelsius 190
Craichgoiæ cōuersio ad Euangeliū, 576
Creatio equitum 616
Cremonenses imperat. Fridericum II. valde honorificè excipiunt 66
Cretæ descriptio 425
Cretæ vel Candiæ dux honorificè excipit VVirtemb. com. Eberhardū 425
Cretæ insf. vexatio 639
Creutzberg 179
Croatia 305
Cronbergenses contra Francofurtenses 312
Cronenberg 234
Cruciatæ prædicatio 242. 402
Cruciatarum expeditionum tragicus exitus 168
Crucicula in vestimentis 518. 52
S. Crucis cœnobium 38
Crudelitas Manfredi in fratris filios, 20.
Crudelitas Ottacari in vxorem 20
Crusiorum migratio in VVirtembergens. 630. Vlmam, 641. pericula & damna, 663
Crusij in patria 666
Crusius pater exilium quam interim maluit, 669. diem suum obit 691
Crusius Martin. Tubingens. Professor, 703.
Crusius Basilea Esslingam 728
Crusij expatriatio ad Hohenstauffen, 809.
Crusiada 842
Cuno Beringensis 172
Cuntzo textor de Senhem annos 110. vixit 144
Cuppingen 165
Curia Rhætiæ opp. conflagrat 415
Curiens. episcopus Fridericus, 158. Hartmannus 312
Cyprium Vinum 166
Cypri rex Ioannes 403
Cypri rex Argentinæ 272
Cypri regina comitis Lechsgmundani vxor 53
Cypri reges posteriores qui 353
Cyprum quando Veneti adepti, item quando amiserint 353. 403. 437
Cypri Nicosia amissa 741
Cyprus in Turcarum potestatem redacta 744
Cythera 425.

D.

Dachendorfia Mechtildis 213
Dachenhausen 576. 332
Dachtlerus 640
Dacia 305
Dæmonis colloquiū cum elixatore salis 498
Dalburgus Ioannes VVormatiens. episcopus Græcæ linguæ peritus, 23. Eius laus 508
Dalburgia matrona longæua 784
Dalsinger 603
Damascus 765
Dambausa 393
Damiata 6. 766
Daniel Maglinus 806
Dantiscum 806
Darmarij Andreæ Laconis Tubingam aduentus 790
Darmshaim 243
Darmstadij hastiludium 327
Daser Musicus 826
Dauid à Stain 810
Δεινον πάθος 647
Deckarx 35
Deckenpfründ 84
Decollationis antiquus modus 296
Decretalium liber septimus 206
Defuncti 725. 730. 835
Degenfeld 272
Dehortatio à Bacchanalibus 622
Deliberatio de Turcico bello 611
Delphinatus Franciæ 253
Delphini in Alsatiam & Heluetiam irruptio 378
Denckendorffensis monasterij Aduocatia VVirtembergico tradita 64
Denckendorff 150
Depositi abnegatio, 522. abnegati recuperatio 169
Diabolus cauendus, 674. grande dux, 542.
Dicta Erasmi Roterodam, 618. Friderici & Ludouici, 206. de protestantibus 613
Dictionaria barbara 553
Diepold Aichelberg. C. 194
Diepoldus concionator VVilæ 576
Dieterich von Bern 558
Dillinga tradita Augustanæ Ecclesiæ, 83.
Dillingens. C. Hartman. episcopus Augustanus 40
Dillingens. com. ob homicidium capitis pœnam luit Treueri 41
Dillingens. C. bellum cum Augustano episcopo gessit 73
Dillingens. c. socerum occidend. curat. 88
Dillingensium comitum genealogia, 104.
Dinckelspül 291
Diphthongorum scriptio 560
Discordia imperium Germanum Papa non solum debilitauit, sed contudit, 44
Dislinghensis nobilis episcopus Aistett. 23
Dietzij comites 731

Dietzmannus

Dietz mannus 197
Denes nobilis ex diuite pauper factus, 97.94.
Docianus præcepter Helenæ filiæ vltimi Constantinopolitani imperatoris 399
Dockenburg. Fridericus fortiß. bellator 366
Doctorum creatio, 774.783.791.804. Doctores, 750.747.836.839.842. 834.824.
Dominicanorum migratio Eßlingam, 10.
Dominicani Eßelingenß. 161
Dornhaim muro circundatur, 126
Dornhaim 325
Dornhan 274
Dornhauenßes leges 81
Dornia familia, hodie Campidoni 615
Dornßtett 146.246.720
Dorothea Maria VVirtemb. naßcitur, 704.
Dorothea Vrßula VVirtemb. 845
Dragas Anglus 780
Drama paßionis Chriſti 519
Dramatum actio Tubingæ 836
Dryander 684
Durlachum Algoiæ 589
Durlachum quomodo ad Badēßes Marchiones peruenerit 123
Durrameßletten 146
Dux Vlricus Reutlingam capit, vnde ei bellum à fœdere Sueuico indicitur, 562. ab Heluetijs deßertus, ibid. Tubingæ Mompelgardum excedit relictis liberis ibid.
Dünckelſpülenßes contra Marchionem 394.
Dünckelſpülenßis Ioannes Rector vniuerßitatis Viennenß. 339
Dyrrhachium 425
Dyrrhius 738
Dyrnen. 177

E.

EBerhardus VVirtemb. ab Hohenbergio Rudolpho oppugnatur, 154. Eßlingenßes profligat, ibidem. cum Rudolpho Cæßare bellum gerit, 162. Lorchenßis Aduocatus ſiue patronus eßt, 170.176. Aduocatus ciuitatum eßt, 185. eius fuga. 200. è calamitatibus emerßio, ibidem. Eius vxores, ibidem. eius opum amplificatio, 204. eius mors & eulogium, 218. eius ſepultura 219
Eberhardus Greiner 316
Eberhardus C. VVirtemb. 241
Eberhardus Greiner, 24. ciuitatum patronus 249
Eberhardus VVirtemb. 24. ciuitatum præſes 254
Eberhardus Hohenbergiam vexat, 265
Eberhardus ciuitatibus moleßtus inde bellum 268
Eberhardi C. VVirtemb. filia, ducis Lotharingiæ ſponſa 270
Eberhardi C. res geßæ 282
Eberhardi VVirtemb. dolor de accepta clade 291
Eberhardus Mitis 294.316
Eberhardus C. ſuccurrit VVilæ 309
Eberhardi gratitudo, 309. eiusdem ad ſuos exhortatio 309
Eberhardus luget filium, & tamen exhilaratur 309
Eberhardi Barbati corpus Tubingæ humatum 632
Eberhardi VVirtemb. natiuitas 654
Eberhard. VVirtemb. dux obijt 733
Eberhardus I. dux 843
Eberhardus dux 844
Eberhardus Landauus comes, 213. 226
Eberhardus Tubing. palatinus 166
Eberhardus Bidembach Abbas Bebenhuſanus 707
Eberhardus Bidembach, F. 841
Eberſpach 134.227
Eberſpachenß. Albertus 146
Eberſperg Otho. 146
Eberſtein arx 265
Eberſteinius C. epiſcopus Spirenßis, 44
Eberſtein C. VVilhelm. 357
Eberſtein C. Otho 148.748
Eberſtein C. Albertus 3
Eberſteinenß. comites 57.222
Eberſteinius C. Henricus Bebenhuſanus 180
Eberſteinenß. comitißæ quædam ſepultæ in Fravvenalb. 329
Eberſteinenß. comitißæ 346
Eberſteiniorum cum Eberhardo VVirtemb. inimicitiæ 276
Ebingen 243.259
Ebracenſe monaßerium in tutelam Conradi regis aſſumptum 49
Ebrietatis pœna 834
Eccleſiæ ſeptem viſitandæ Romæ 256
Eccleſiarum Græcæ & Latinæ vnio, ſed non diuturna 369
Eccleſiarum miſeria 220
Eccleſiæ miſeria furente Papa 252
Eccij duo, 353. Eck 793
Eccliplis ſolis, 44.52. 82.105.471. 642.652.729. Eccliplis luminarium 830
Ecelini tyrannis, 57. 82.86. interitus 88.
Eccſtaticæ mulierij vanitas 336
Edelſtettenß. cœnobij prima Abbatiſſa quæ 74
Edictū Ferdinādi in Anabaptiſtas, 624
Eduardus Anglus 176. 235. 658
Egen von Argaw, 334.354.376.386
Egenus Auguſtanus eques auratus creatur ab imperatore 318
Egloſſtain 321
Ehingen 1
Ehingenſe collegium 154
Ehingeni nobiles, 172. 177. 325. 630. 329. 417. 418. 419. Ehingeni nobiles curiam Bebenhuſanis dederunt, 325. eorum inſignia, 179. genealogia, 331. priuilegium 651
Ehingenis cur feudum in comitatu Hohenberg ademerit Auſtriacus, 406 634.662
Ehingena Anna
Ehingenus Burcardus, 287. 236. cur Heidelbergæ ad ludos equeßres non ſit admiſſus 48 559
Ehingeni Burcardi cades 238
Ehingus Conradus
Ehingeni Georgij equitis aurati nativitas, 356. Religio, 490. res geßæ, 422.423.424.428.429.430. & 480 xor & liberi
Ehingenus Georgius eques præfectus arcis Tubingenßis ſit 460. tranſigit eßt inter Mompelgard. & Thierſtein comites 480
Ehingenus Georgius iunior 490
Ehingenus Georgius 660
Ehingenus Hugo 325. 338 360
Ehingenus Iacobus
Ehingenus Philippus & eius progenies, 479. 244
Ehingenus Reinhardus
Ehingenus Rudolph. 401. 417. 418. 419. 521. 613. 638. 292. Ehingeni Rudolphi res in ſeruili bello geßæ, 589. 638
Ehingenus à VVirtembergico in Italiam legatus 413
Ehingenus Thomas captus, & ad ducem Vlricum miſſus, iterumq; dimiſſus pro Berchlingeno Godefride, 566. 653
Ehingena Vrßula ſponſa 419
Ehingenus Volfius, 354. à Papa lupus dictus 680
Ehingenßis Georgij coniugium 89
Ehingenßes & Burtenbachenßes Burgrauij 204
Ehinger 288. 356. 406. 408.
Ehingeri Vlmæ, 416. 454.
Ehinger Vlmenßium dux cadit in prælio 301 324
Ehinger Hartman. 366
Ehinger Rudolph. 559. 561. eius dignitas 376. 385 764
Eiberg 774
Einſidel
Einſidelij Eiſenburg

Eisenburg 401
Eisenhutus, 588. eius captiuitas & pœna 589
Eitzing 727
Elching Abbas 78
Elephas 685
Eleemosinæ Acad. Tybing. 844
Elicurt recuperatur à VVirtembergico 708
S. Elisabetha diuis adscripta, 37. moritur 27
Elisabetha Alberti coniunx 198
Elisabetha Angliæ regina nascitur, 624. excommunicatur, 736. insidijs petitur 776
Elisabetha Angl. R. 701. 794
Elisabetha Brandeburg. 260
Elisabetha Brandebur. & Vlrici VVirtemb. nuptiæ 271
Elisabeth. VVirtember. 582. 842
ἐλπιστικὴ ἔξις 383
Eltershofia arx 643
Elterhofius Georg. 586
Elvvangum à Teutonico Magistro occupatum 685
Emphyteusis differt à conductione & locatione 235
Emphyteuticus contractus 234
Endorfer 331
Endorfero Augustano patricio manus in tumultu amputatus 412
Engelshöffer 44
Engelstall 322
Enninga 94
Enslingen 311
Ensius terram Bononiensium populatus moritur 25
Entius Romandiolam vastat, 45. Victoriam de Mantuanis reportat, 76. capitur 68
Entij Sardiniæ regis mors & eulogium, 128. 129.
Entringen
Entringa arx 2. 160
Entringens. Baro Beringer 9. 228
Eobani Hessi mors 9
Epigramma de Leopoldo duce 644
Epinikion ante victoriam 303
Episcopus Argentinensis prælium cum Henrico R. facit 117
Episcopus Argentinens. stetit à parte hostium imperatoris 18
Episcopus Argentinens. funestum bellum cum ciuibus gerit, & multis nobilibus necis, multis captiuitatis causa fit, 98. transactionem cum ciuibus regi Romano superbè recusat, cuius tamen mox eum pœnituit 98
Episcopi Argentinens. dolosa machinatione Argentina obsessa, & circumiaceus regio vastata dicitur 314
Episcopus Argentinen. Hechingam expugnauit 314
Episcopus Constantiensis & Hegouij deprædati sunt monasterium & pagum Oeningen 356
Episcopus Constantiensis cum equitibus suis segetes aratorum petulanter conculcauit, nec desisset, nisi fulmine quidam ex equitibus eius prostrati fuissent 521
Episcopus Moguntinus ditionem ducis Brunsuicensis populatus, prælio superatur & capitur 87
Episcopus Moguntinus Abbatem virgis cædit Erfordiæ, ideóque bellum ei à Turingiæ Lãdgrauio infertur 29. 30
Episcopus Ratisbonẽsis imperatoris Cõradi Domini sui amicos fraude capit, catenaq; vinctos abducit, 80. Item Dominum & imperatorem suum ipsum per insidias occidere conatur 80
Episcopus Patauiæ Canonicis suis adeo infestus fuit, vt vni ex ipsorum numero oculos eruerit, & aures atq; nasum præciderit 82
Episcopus VVormatiensis senatoriam curiam VVormatiæ diruit 5
Episcopus Augustanus accusatis apud Papam ciuibus varia tributa & vectigalia imponere conabatur 396
Episcopi Augustani duo nouem annis de episcopatu contendunt 335
Episcopi plurimi nomẽ Saracenicæ militiæ dederunt 2
Episcopus Monasteriensis & Otho capitur, & iussu Friderici II. vinculis mancipatur pag. 1
Episcopus Constantiensis Marquardus à Randeck fuit nothus filius Marquardi Augustani episcopi 322
Episcopus Argentinens. Geroldseckius insigni imò regia pompa Argentinã ingreditur ad celebrãdam primam missam 98
Episcopus Spirensis Reinhardus insigni pompa equestri Spirã egreditur 388
Episcopus Constantiensis fœlicis auspicij causa Constantiam ingreditur non cum paupere S. Petri reti, sed equitatu quingenario, 365. itẽ, fuit homo splendidæ vitæ ibid.
Episcopatus Constantiensis instaurandi causa Constantienses sacerdotes, & prælati vigesimũ nummum dare coguntur 494
Episcopatus Constantiensis incredibilem sacerdotum, monasteriorum, & ecclesiarum parrochialium numerum sibi subiectum habet, 362. & 365.
Episcopus Augustanus Augustam intrauit cum comitatu MDCCC. equitum, &c. 431. Fuit valde splendida eius ingressio 432
Episcopi Augustani egestas 111
Episcopos Germaniæ Palatinus Rheni Otho inconstantes, & huic mundo deditos Epicureos ac Pharisæos esse palam conqueritur 57
Episcopus VVirtzburgensis quando & cur se ceperit Francorum ducẽ scribere 44
Episcopus VVirtzeburgensis Hermannus multa propter Fridericum passus à ciuibus 13
Episcopus Ratisbon. Sigefridus cõstanter adhæsit Friderico II. pag. 15
Episcopi Patauiensis priuilegiũ de quodam feudo Bauariæ duci conferendo 7
Episcopo Constantiensi per Papam non licuit cum episcopatu simul retinere Abbatiam diuitis Augiæ 98
Epistolæ aliquot ad Crusium 799
Epistolæ obscurorum virorum vnde natæ 539
Epitaphia, 339. 341. 358. 405. 473. 488. 506.
Epulum à Friderico II. principibus in campo exhibitum 33
Equestrium ordinum insignia, quæ sint apud Hispanos 430
Equitum auratorum creatio, 616. 398. 368.
Equus ter quinq; pedes longus 151
Erasmi Roterod. natiuitas, 420. mors, 632. dictum 618
Erbius Ioannes 283
Erchenbrunnẽsis cœnobij aduocati, qui 74.
Erckinger Tyrannus 182
Eremita Heluetij, Bruder Claus 462
Erenberg 252. 339
Erford academia fundata, 316. Erford. Campana ingens, 799. comitia 166
Ergoiensis nobilitas 456
Erronei impostores 653
Erythræus 760
Eschelbrunn 221
Esselinga 175
Esselinga & Vlma Euangelicæ 617
Esselinga muro cincta 4
Esselinga rex Henricus Bebenhusanis dat exemptionis priuilegium, 31. & cum fratre Conrado prædicatorum collegium ædificare incipit, 31. Idem equestrem domum ædificare incipit 31
Esselingæ comitia & tumultus, 268. conuentus ciuitatum, 629. Conuentus regis Henrici & principum, 20.

certamen equestre particulare 341. 354. incendium, 402. monstrum 150
Esselinga Franciscanorũ monasterium ædificatur, 41. Item Carmelitarum monasterium 127
Esselingam Fridericus obsidet 206
Esselingensibus obsidio grauis 207
Esselingensium vites ac vineas vastat VVirtembergicus, 390. Item eorum cũ VVirtembergico transactio 394
Esselingensium ad Vlricum VVirtemb. restitutum gratulatio 626
Esselingense hospitale igni cõsumptum, 471.
Esselingenses dominicani, 160. Esselingenses proceres, 728. schola, 150. 314. 810.
Esselingensis virgo ventricosa, & fraudis eius deprehensio 66
Essendorffenses milites aurati 46
Estis 735
Estensium apud Ferrarienses dominationis origo 47
Etlingen 135
Euangelium petunt Austriȳ 647
Euangeliorum liber 616
Euangelicis proceres Augusta interesse non volentes 611
Euangelicorũ quorundam defectio metu executionis Tridentini concilij, 729.
Euboeam subegit Turca 433
Euersio Tripolcos, Beryti, Sidonis 168
Eugenius vide Papa.
Eurotas fluuius 790
Euesheimius Fridericus fidelissimus Cæsaris Conradi minister 80
Exarchatus Rauennæ 146
Excommunicationem Episcoporum & Papæ Palatinus Otho nauci facit ad Christum prouocans 57
Exercitus furiosus 653
Exitium parricidarum Alberti 198
Exitus malus hostium Adolphi Cæs. 185
Exorcissatio vermium 414
Expeditio Saracenica 2.10.6.18
Expiratio Sueuici fœderis 628
Exundatio 748
Extrem. dies 239
Extremi iudicij Drama 744
Exules Tigurini 256
Ezzelinus Friderici II. dux in Italia, 31.

F.

FAcetus quidam sacerdos 490
Factio Guelphorum & Gibelinorum 44
Fagij Pauli natiuitas 525
Fahinga pagus 280
Falckenstein 176. 226
Falckensteinius Bertholdus Abbas Sangallensis, 58. Falckensteinij comites 714
Falsarius monetæ 134. 137
Fama falsa de aquatilibus & syluestribus mulieribus 95
Fames, 68. 245. 361. 493. 464. 614. 741. 742. 750. 757. 797.
Fames VVirtembergiæ 518
Fames & pestes Nærdlingæ 719
Familiæ nobilium cur deleantur 98
Fatui prædictio 207
Fauentia Friderico II. dedita, 48. eius dominus Manfredus à pontificio legato occiditur 329
Fauentiæ Dominus Manfredus 420
Faustus Moguntiæ Typographiam inuenit & promouit, 373 & 412
Federmanni Vlmensis nauigatio, & res gestæ 608
Feierabend Heilprunnens. 752
Feilberg 342
Feldkirchensium insignia 83
Felix Fabri 75
Felix Mallcolus 380
Feronica ab Anvveil Virgo 791
Ferdinandus Austrius 555
Ferdinand. Hisp. R. Catholici titulum accepit primus 556
Ferdinandus Stutgardiam tendit, 571. vt passim exceptus fuerit, 571. quid de gubernatione egerit, 572. iuramentum fidelitatis accepit, 573. cum Reutlingensibus transegit, 573. vt Ehingenum de amissis liberis consolatus fuerit, 590. coronatur in Regem, 599. Rex Romanorum renunciatur Saxone cõtradicente, 617. edictum cõtra Anabaptistas promulget, 624. Halam Sueuiæ venit, 648. contra Vlricum VVirtemb. bellum gerit, 668. Cæsar à fratre Carolo V. constituitur 698
Ferdinandus Rex mulctator 665
Ferdinandi C. obitus 723
Ferraria in potestatẽ Friderici II. redigitur 37
Ferraria, cui Salinguerra imperij nomine præerat, pontificiis traditur, 47. Azoni Estensi traditur 47
Fessæ Rex 672. 707
Festum transfigurationis Christi vnde, 402.
Feudum 240
Feudi acceptio 136
Feudorũ distributio ab imperatore Carolo 612
Feudorum collationis ab imperatore Carolo principibus quibusdã in Augustanis comitiis facta descriptio, 615.
Fickler, 780. Ficklerianũ stipendiũ 854
Fidei Turcis non seruatæ pœna 386
Filiarum collocatio vtilis 116
Finlandus Thomas Laurentij 795
Fistulatoris seditiosorum rusticorum crematio 388. 389
Flagelligeri 215
Flagelliferorum principium 245
Flagra frumentaria duo Colonia 382
Flamma cœli 752
Fleck 247. 253
Flebingen 73. 148
Flochberg nobiles
Florentia, 605. Friderico II. dedita, &c. imperio subiecta, 66. in libertatem se vindicat, 72. Manfredo subjicitur 39
Florentiæ concilium 360. 369
Fluggius 710
Flurn 208
Flygelsberg arx 308
Fœdus contra Tigurinos 818
Fœderis Sueuici pactio, 482. 484. 488. 628
expiratio 805
Fœdus Philippi Landgrauij Hassiæ, Fons Hailprunnens. 794. 794. 518
Fons vino fluens 210
Fontes Israelis 760
Forbissa 710
Formicæ frigus & tẽpestates aëris prognosticant 343. 345
Formicarium Ioannis Nider 770
Formulæ Concordiæ publicatio 643
Forsteri dictionarium heb. 805
Fraschel Zacharias 345
Fraischlich 720
Franc. Erhardus 27
S. Francisci canonizatio
S. Francisci cœnobij Tubingæ destructio 805
Francisci Gall. Rex capitur, 584. abit imperatore deficit 598. moritur 665
Fran. Nadastus 821
Franc. Petrarcha 858
Francisc. Petrarcha 407
Franciscus Chilelphus 516
Franciscus Picus Mirandul. 530
Francisci de Sickingen interitus 254.
Francofordia 2.12.13
Francofordiæ comitia, 385. 432. 16. 131.
Francofordiæ conuentum indicit pseudorex Henricus, ibidémque præsidet 62
Conradum regem vincit
Francofordiæ Maximilianus Roman. Rex creatur, & Achilles Germanicus moritur 473
Francofordiæ conuentus protestantium, 639. 484
Francofordiæ pax per totũ imperium seruanda decernitur
Francofor-

Francofordiæ in conuentu, qui Sueui & VVirtemberg. fuerint 713
Francofurtenſes contra Cronbergenſes 312
Francoford Oderana Academia 529
Francorum dux VVirtzburgenſis cur & quando dici ceperit 380
Frangepanes imperatoris amici 16
Fratricelli 99.215
Fratrum mutuus amor 361
Fraudator max. Conſtantiæ 342
Fravvenberg 334
Fravvenvvingart 179
Frechtus 560.641
Frechtus & collega 4. capti, 668. è captiuitate dimiſſi 672
Frechtus Tubingæ profeſſ. 679. moritur 698
Freibergenſ. nobiles, 257.286.40.89.189.
Freibergenſis Conradi progenies 328
Freibergij Eberhardi emptio 681
Freibergius Stellifer epiſcopus Cõſtantienſis 449
Freudenberg 35
Freudenbergius 321
Freymüller 788
Fribergius Philippus 542
Fribergorum genealogia 543
Friburgenſium & comitum Argouiæ bellum 276
Friburg. comes Conrad. ſenior 245
Friburgum Vchtlandiæ accedit ad fœdus Helu. 462
Friburgum Bryſ. 656. Friburgi Academia fundata, 413. obſidio, 134
Fridberg. 238.257
Fridericus II. vide Imperator
Fridericus III. vide Imperator.
Fridericus Auſtrius rex æmulus Ludouici Bauari, 205. eius dicta, 206. Item inſidiæ contra Ludo. 206. Eſſelingam obſidet, ibidem. eius copiæ, præliandi nimia cupido, acies, 214. diuturna captiuitas, 215. dimiſſio 213
Fridericus Auguſtanus epiſcopus 223
Fridericus Antiquus & Agnes 818
Fridericus Barbaroſſa 818
Fridericus Burggrauius Norimberg. & eius expeditio 306
Fridericus Cumenſis epiſcopus 158
Fridericus Hertef 186.826
Fridericus Hiſpanus Conradino Siciliam recuperat 112
Friderici Mompelgard. nuptiæ 776
Fridericus Palat. imperij vicarius, 604.
Friderici Sax. ducis obitus 596
Frider. cum admorſagena. 197
Frider. Spat Epiſc. Aug. 197
Frider. Teccenſ. 273.282.283.300.312
Friderici Tecc. progenies 269
Frider. de Vrbach. 165
Fridericus VVirtemberg. & Mompel. natus 698
Fridericus Zollerenſ. Conſtantiæ epiſcopus 177
Fridericus quidam fictitius, Tilecolup. 159. item alius 179
Frigus 387.798.742.
Frigus in æſtate 519
Friſonum cædes 160
Fritzlarij incolæ boſti inſultantes magnam cladem accipiunt 30
Fronſpergvel Frundsberg 253.379
Fronſpergij Domini 90
Fronſpergius 160
Fronſpergius Georgius, 439. eques auratus fit, item, 1800. militibus nouem millia Venetorum profligat, 524. Gallorum regi militat, 541. Venetorum victor & maxim. Iteros, 549. conſeruator exercitus 570
Fronſpergiorum fidelitas, & fortitudo 598
Frugum prouentus 235
Fuchſius nobil. 518.628
Fugæ conatus infœlix 158
Fuggeri Auguſtæ, 565. 802. 649. eorũ ortus 279
Fuggeri è tribu textorum in Album mercatorum tranſitum fecerunt, 470. per connubia in patriciorum ordinem traducuntur 486. 488
Fuggerorum primus vigor. 508
Fuggeri eccleſiaſtica beneficia empta magno cum lucro reuendiderunt, 508.
Fuggeris VVeiſſenhorna & Kirchberg à Maximiliano oppignerata, & tãdem vnà cum inſignibus & titulo Baronum priuilegioq, cudendi auri & argenti hereditario conceſſa, & confirmata 526
Fuggerorum nauigationes in Indiam, 527. incrementum 547
Fugger Ant. 706. Georg. 361. Hieron. 639. Iacobus, 510. 595. Raimundus, 629.
Fuggeri Raimundi progenies 638
Fuggerinam Vrſulam duxit Philippus à Stain eques 521
Fuggerianam ducit VValther Ehinger 526
Fuirbach 155
Fuldæ ſeminarium 871
Fulgura 230
Fullo 259
Fulmen 750
Fumus ex ſepulchro mulieris 836
Furioſus exercitus das wütende Heer 653.
Furor ruſticanus 387.588
Fyrderen 97
Fyrſtemberg 225
Fyrſtemberg & Friburg. comites 6
Fyrſtemberg. Comes 353
Fyrſtemberg. com. VVilhelm. captus, 652.
Fyrſt. 332.375
Fyrſtenſ. Erneſtus 324
Fürſtenfeld cœnobij origo 86
Fünfbrunnen, Wolfeildorff 195. 231

G.

GAbler, 653. 711. Venerandus 570
Gabriel Bibel 450
Gabriel Græcus 783
Gartringenſes nobiles 331.403
Gaßleri pileus adorandus apud Vrios, 205.
Gailingia 748
Gaisberg 402
Gaisberg 324
Galatæ occidui 209
Galeatius Gonzaga gigãtem vicit 328.
S. Galli oſſa 468
S. Galli Abbas Hein. Ramſtein 187
S. Galli incendium 206
Galliæ rex ſe & regnum in patrocinium Roman. Eccleſiæ commendat, 65. in Syriam expeditionẽ ſuſcipit 65
Galliæ regũ expeditio in Africam 126
Galliæ regum animus 248
Galliæ regni ilia 298
Galliæ rex Carolus VII. 353
Galliæ rex Carolus rapta Maximiliani ſponſa Britanniam occupauit, 493.
Galli domum reditus 683
Galliæ bellum ciuile, 712. Reges, 705. 754. pax inſidioſa, 741. Galliæ pax, 749.
Gallici belli hodierni initium, 705. redintegratio 751
Gallici belli ſumptus 760
Gall. Rex Henricus à monachò interemptus 828
Gall. Rex Henricus Nauarreus 828
Gallorum libido in fœminas 156
Gamundia, 160. 262. 264. eius mulcta, 659. à Saxone & Landgrauio oppugnatur, 659. Cæſari reſtituta, 660.
Gamundia politia, magiſtratus & ſenatores, 278. 297. 302.
Gamundiani conſules, 325. 335. 336. 373. 396. 416. 474. 534. 440. 566. 649.
Gamundiani cõtra Rechbergenſes 390
Gamundiani cuiuſdam peregrinaturi teſtamentum 125.
Gandersheim Abbatiſſa 661.
Garbitius 655

Gartach 150
Gassarus 534.763
Gaza ciuitas 709
Gazophilacia August. 640
Gebhardus Colon. elector. 785. eius genealogia 433
Gebsattel 210
Gebso Lorchens. Abbas 183
Gebvviler 825
Geienhofa 357
Geieri Halens. nobiles 431
Geierspurg 93
Geislingen, 147.186.836
Geislingæ Virginis eulogium 151
Geldriense bellum Cæsaris Caroli 650
Gemmingen 282.332.780
Gemmingenus 757
Gemmingensis sponsalia 676
Gemmingia Magdalena sponsa 653
Gemmingeni Theobaldi peregrinatio Hierosolymam 765
Gemmingenus nobilis episcopus Mogũtinus 534
Geneua 447
Gengenbach 350.534.146
Gengenbachens. Abbas 661
S. Georgius eques, 152. eius & virginis liberatæ disputatio 586
S. Georgius Beryti draconem interfecit 423
Georgiani Clypei societas 482
Georgiani Turcam adoriri volunt 405
S. Georgij cœnobium 215
Georg. Adelman 556
Geor. Aichmannus 729
Geor. Burcardus 765
Geor. Ehingenus, 660.750. Geor. Ehingeni coniugium 680
Geor. Eltershofius 586
Georg. Fabricius, 556.745 schola Misnens. Rector. 662. eius epistola de Mauricij interitu 688
Geor. Fronsperg, 160. Eius heroica facta, 581. gloria & pietas 584
Georg. Fronspergius à Cæsare in Italiam missus, 598. Epitaphium eius 605
Geor. Fugger 561
Geor. Godelman, & eius profectio 805
Geor. Gruppenbach 752
Geor. Gustauus 765
Geor. Gustaui Palat. nuptiæ 799
Geor. Hala, 627. exul 670
Geor. Hæmannus 638
Geor. Hitzler, 701. cæcus 793
Geor. Keiser 813
Geor. Kyrner 778
Geor. Lieblerus 583
Geor. Maier 554
Georg. Marchio Brand. socer D. Christophori VVirtembergens. obijt, 652.
Geor. Mylius 793
Georgij Mompelg. C. fortunæ 563
Geor. Stettensis 556
Georgij Truchsessij filius dolo, capitur à Rosenbergio 580
Geor. Tubing. C. 740
Geor. VVidemannus 689
Geor. VVinter 683
Geor. VVirtember. & Mompel. C. 689. eius nuptiæ, 694. mors 701
Gerhildis Brandeccia 267
Gerlach 729
Germani & Galli fraternum nomen inter se renouarunt 12
Germani imperatorem Frider. II. non deseruerunt hortante Papa 47
Germani auxilio Regi Gallorũ missi 839
Germanici belli dissimulatio 657
Germaniæ proceres quidam coniurati alium imperatorem contra Fridericum eligere volunt, sed impediuntur 52
Germanorum discordia Romano pontifici vtilis 235
Gertrudis infœlicis Austriaci Friderici mater 63
Gertrudis Vngariæ regina tragicũ sortita exitum 5
Geroldseck 217.244.249.352
Geroldseck arx vbi sita, & vnde dicta, 105. obsessa captáque, 474. euersa, 480.
Geroldseck VValter 237
Geroldseccij domini 303
Geroldseck hostis imperialium ciuitatum 383
Geroldseck eques auratus capitur in pugna 391
Gesnerus 556
Getzingen Baro 346
Gibelinus es, 179. Gibelinorum insignia, 72. Gibelinorum in Italia afflictio 124
Giengen opp. 73
Giengenses 393
Gienger Iacob. Vlma 218
Gietelstain 449
Gietersteinense collegium 369
Gigas Antonius Sixtus, 630. eius militia in Vngaria 631
Gigas superbissimus à paruo Gonzaga vincitur 328
Gigantea ossa inuenta 99
Giglingen 180.240
Girichius pater & filius 702
Gisenack 166
Gisla hæretica 207
Glantzenbergum stratagemate capitur à Rudolpho Habsburgio 118
Glaran Tigurinis adiuncta 259
Glemsgoia 797
Glacie fracta prope Rhinavv in Rheno periit Imperatoris Rudolphi filius cum 14. nobilibus 132
Gnadencella, 221. monasterium, 75.76. 77.78.99.104.105. eius instauratio, 513.
Gnadencellensium lasciuia & reformatio, 411.412. reformatio, 452. 453.454.
Gnadencellense templum fulmine tactum 486
Gnadencellensis monasterij confessores, & priorissæ, item Nonnæ, 466. 467.
Gnadenthal cœnobium 106
Goldbach sacellum 299
Godelmannus 138
Gomeringen 360
Goslariæ conuentus principum & imperatoris 8
Gœppingen 231
Gœppingæ nobilium conuentus 548
Gossenbrot 208
Gosthij galli fortitudo, interitus, funus triumphale 542.543
Gothanum bellum 729
Gottescella παρθενὼν 271.659
Gottefridus Berchlichingenus dimissus pro Ehingeno 566
Gottfrid. Niffens. 190
Gottfrid. Oeting. C. nuptiæ 756
Gottfrid. Bœblinger Tubing. Palatinus, 170.171.173.179. 243
Gottfrid Tubing. C. 82
Gottlieben arx 165
Gozzo Tubing. 770
Græca exercitia
Græca lingua vulgaris, 774. eius vetustas, 38. Græcæ linguæ progressus in Germania, 449. necessitas, 516.
Græcæ literæ in occidente renatæ, 323. 324.
Græci repudiant vnionem, quam ipsorum imperator, & patriarcha in Florentino concilio cum Roma. Papa fecerat 369
Græci equites 650
Græci exules 433
Græci sacerdotes 830
Græcorum rex apud Nicæam Bythiniæ imperat 51
Græcorum princeps palæologus Constantinopolim recuperat, eiecto inde Balduino 53
Græcorum legati ad concilium Basiliense, 362. ad Constantiense concilium 338
Græcorum subscriptiones 241
Græcus professor Matthias Illyricus, 632.

Græc

Graci duo corcyrenſes 794
Graci Danielis palæologi Athenienſis aduentus 794
Graci duo Tubing. 797
Graci Aſtellas & Muſickius 798
Graci duo Dondes & Papadatus 802
Graci Miloitæ aduentus 805
Græcus Nicol. Rhales 809
Græcus Laſcaris Tybingæ 821
Græcus Nicolaus Stephani 823
Græcus Michael Georgiza, 824. Demetrius, 826. Pancalas 826
Graci duo Tubingæ cum commendatitia epiſtola Epiſcopi Cytherorum & Zygomalæ 830
Græcus Petrus Phocas 834
Græcus Thomas palæologus, 838. Eiusq; teſtimonium, ἀγοεωπογαφία, & ſigillum 839
Græcus Philippus Mauricius. 794
Græcus Nicolaus Calæ, Memingæ, 699
Graſeneck 194
Graichgæa etymon & deſcriptio 484
Grammaticam nouam Sigiſmundus Cæſar inſtituere poteſt 338
Grammaticale bellum 796
Granatenſe bellum 430
Granatenſi regno expelluntur Saraceni. 481
Grando, 390. 535. 684. 603. 742. 775. 802.
Granuellanimors 676
Gratiæcellenſium precatio 576
Gratiarum actio Authoris ad Deum pro operis abſolutione 845
Gregorius IX. vide Papa.
Gregor X. vide Papa.
Gregor. XIII. 745
Gregorianum calendariũ nouum, 783. 785.
Greiſſenſtein 159
Gretzinga, 157. eius ſalus 660
Gretzingeri 371
Greuenbergæ 390
Greuenhauſen 376
Græningæ 232. 267
Græningenſ. Hartmannus, 135. eius fortitudo 145. 149
Græningenſ. Conradi obitus, 144. 165
Græningenſ. C. Hartmannus, 132
Großelfingæ 243. 732
Gruibingen 147
Grüningen. 181. alterum Grüning. ibideme
Grüningen ad VVirtembergenſ. 190
Grüningæ fortunæ 181
Grüningenſ. comes 147
Gryckler 138
Grynæus Simon. 646
Gualtheri Comes Hohenbergenſ. epiſtola 203
Gubernatores Belgij Maria & Margareta 615
Guelphorũ & Gibelinorum factio, 44
Guelphorum inſignia, 72. clades 205
Guiliel. Budæi mors 644
Guiliel. Cæſar vide VVilhelm.
Gumpenbergius Stephanus 207
Gundelfingen 171. 257. 392
Gundelfingenſ. Barones 74
Gundelfingenſ. Baro epiſcopus Auguſtanus 17. 38
Gundelfingenſ. Baro Abbas Sangallenſis. 337
Guntherini cœnobij moniales 461
Guntherus Schvvartzenbergenſis 254
Guntherthalenſis Gymnaſii benefactores & Abbatiſſæ 13
Gußius de Leipheim 284
Gußius Bruno 283
Gußij 297
Guttingenſ. Baro Rudolphus epiſcopus Curienſ. 73
Gyltling. 234. Gyltlingen. 285
Gyltlinger. 329. 344
Güns oppugnatur à Solimanno, 619
Gütha filia Rudolphi VVenceslao Bohemio nupta 145
Gürtelknopf. piſtoris filius Epiſcopus Baſilienſis 133. 145

H.

Haapij 433
Haaſius Tribunorum plebis deuorator 679
Haaſius Memmingæ 680
Habitationes ſtudioſorum æſtimantur, 722.
Habitus regum 430
Habitus Abbatum temporiũ cauſa mutatus 630
Habsburg. arx euertitur 259
Habsburgenſium comitum origo 131
Habsburgenſ. comites 74
Habsburgenſ. comes victor Pfirtenſium comitum 19
Hack Vlricus 200
Hackbach monaſterium 415
Hædelfingen 180
Hahenfelderi 793
Hattler 781
Hæreditariæ fœdera inter principes, 548.
Hæreſis Albatorum 324
Hæreticæ prauitatis inquiſitor Apoſtolicus Conradus omnium nequiſſimus 430
Hæreticæ prauitatis inquiſitor Henricus Auguſtæ multos viros & fœminas comburendos curauit 317
Hæreticis non eſſe ſeruandum ſaluum conductum 340
Hæreticorum ſcripta vetita 721
Hæreticos non ſolum excommunicandos, ſed etiam per magiſtratum extirpandos eſſe generalis concilio decernitur Romæ 2
Hæreticos cõuertendi exquiſitiſſimam rationem Papa habet, ſi dijs placet, 324.
Hermannus Georg. 638
Hafenraffer 774
Hageln 215
Hageloch Vicus 182
Hagenbachius Petrus, 428. eius mores 438. captiuitas & decollatio 438
Hagenbuch 46. 172
Hagkij 232
Hagenoæ conuentus, 641. Euangelij prædicatio 727
Hagenoæ amplitudo 498
Haidelsheim Badenſibus Marchionib. à Friderico II. datum poſtea ad Palatinum peruenit 123
Haidenloch 816
Haidenheim, 668. oppidum factũ, cum Helffenſtainorum fuiſſet 264
Haidenheimenſis ditio 523
Haidenus 746. 765
Haigerloch, 154. 277
Haigerlochenſe prælium 117
Hailpronna, 641. 795. 825. obſeſſa, 308. à ruſticis occupata 587
Hailprunnæ haſtiludium, 332. conuentus, 689. Franciſcani 129
Hailprunnam peregrinatio 377
Hailprünnenſes VVirtembergenſibus dammum inferunt 394
S. Haitvviga, vel Haila 178. 418
Haimerdingæ 285
Haimsheim 319
Hala Georgius 627
Hala Sueuiæ, 254. 576. fuit quondam ſedes nobiliũ, 97. tres partes habet, 217. eius munitio 598. deſcriptio 333
Halæ incendium, 287. 304. 248. inundatio, 567. 740. Copia vini, 362. inter ciues & ſenatum de cellariũ fornicibus diſſenſio, 90. 91. noua diſſenſio, 238. Vtrusq; ſenatus diſcordia & reconciliatio, 499. alia diſcordia, 534. inter patricios & cæteros ſenatores diſſidium, 546. fictitium vel ſimulatum incẽdium, 318. Ioannitarũ collegium fundatũ, 21. templum Ioannitarum clauſum, 21. in Ioannitarum Xenodochio pauperes malè curati, 21. Iacobæũ cœnobium 41. D. Catharinæ templum, 311. prædicatores Euangelij, 581. monomachia 330
Halæ Sueuorum olim duo erant ſenatus ſuperior & inferior 499
Halæ Sueuorum fuit Maxim. liberus 520

Hala in die palmarum præsente Roman. Rege Maximiliano Christus asino insidens à lictoribus in templum ducitur 487
Halenses prædicatores contra Papatum 67
Halenses senatores, Iurisconsulti, concionatores & præceptores, 811. nobiles, 91. 92. 93. 94. 95. 96. 238. proceres, 643. parochi 526
Halensis schola 42. 434
Halensis & VVasserburgius comes Cõradus 5
Halensium salina, 643. sepes, 638. 645. libertas vber Hey vnnd Schleg/ 331. auxilia, 620. Venatio 554
Halensium insignia, 499, Erga ciues bonitas, 558. Res gestæ, 292. 294.
Halensium & Chomberg. Abbatis dissidium 217
Halenses viginti hostes captos sustendunt, 359. 365. arcem Hohenarti destruunt, 379. pacem cum Bembergio faciunt, 385. prælio à Marchionis superantur 392
Halensium ditionem Marchionij populantur 393
Halensium hostis Rosenberg rusticli habitu indutus Halæ scopas venales habet 393
Halensium ditionem inuadunt Othosyluani 408
Halensium cum Hohenloensi de venandi iure contentio 497
Halensium perduellis Stransius 552
Halensia quædam 498
Halbritter 796
Halfingen 330. 345. 233
Halfinger, 403. Henricus, 274. Hugo, Marquardus & Henricus, 176. Vltimus 601
Halfingerorum monumenta 360
Halfingenses comites 222
Halfingenses fœminæ duæ, 174. 178
Hamberger 732
Hanavv 735
Hanenkam 327
Hangenor, 217. patricius Augustanus, 439. Vlricus 248
Hangenoris sepultura & eulogium, 223.
Hans Hammer 296
Harderus signifer fortiss. 543
Harlemi obsidio, 749. deditio 751
Hartlieby 499
Hartmannus Græningensis, 135. 148. 149. eius fortitudo 143
Hartmannus Langenmantel 158
Hartmannus Rudolphi filius in Rheno submersus 154
Hasenbühel 182
Hasloch 173
Hassiæ principum generatio 361
Hassorum & Francorum tragica concertatio 327
Hassouij ab Hispanis cæsi 751
Hastiludium vide Torneamentum.
Haustiludium, XV. Ratisbonens. 160. XVI. Schvveinfurti, 182. XVII. Rauenspurgi, 201. XVIII. Ingelheimi 233. XIX. Bamberga, 271. XX. Esslingæ 285
Hausius 813
Haustetter vel Hæstetter Augustanus patricius in pauperes beneficus 420. 462.
Hebensis Baro 583
Hebr. linguæ professores Tubingæ 768
Hebraica Fagij Typographia 679
Hebraicum lexicon primo editum 489
Hechingæ 314
Hechingensis collegij erectio 486
Heckenbachense gynæceum 30. eius Abbatissæ 31
Hedio Marpachius 673
Hedionis Theologi obitus 684
Hedvvigis VVirtemb. 662. 835
Heerbrandus 650
Heerbrechtingense cœnobium 393
Heervvartstein 192
Hesingen, 655. Hesingensis Dapifer, 331. Hesingensis Dapifer Abbas Bebenhusanus 357
Heggebach 147
Heidelbergæ hastiludium 462
Heidenheimensibus concessi mercatus ab Imperat. Sigismundo 363
Heldrung Fridericus 357
Helena Cypri Regina, 245. 353
Helena vltimi Constantini filia literata 400
Helenstein 35
Helensteinius Baro postremus 190
Helensteinensium & Haidenhaimensium Baronum genealogia 104
Helffenstein 36. 321
Helffenstein arcis excisio 685
Helffensteinij comites 225
Helffenstein Beatrix 262
Helffenstein, C. Vlricus, 147. 174. 186. 282.
Helffensteinij & Vlmensium inter se turbæ 675
Helias Benignus 794
Henerus 767. 789
Helmstadij Academia 758
Helmstat Schvvicker 350
Heluetij fideliter imperatori Friderico II. adhæserunt, ideo libertatis priuilegia ipsis renouauit & confirmauit 47
Heluetiæ rebuspub. infesti fuerunt nobiles tempore interregni 82. Heluetij expulerunt nobiles 90
Helueticæ libertatis semen, 206. Heluetiorum fœdus, 207. Heluetici fœderis causa 260
Heluetiæ Alemannicæ in Svvicerorum nomen abitus 263
Heluetiorum Pfaffenbrief 280
Heluetiorum contra Leopoldum victoria 302
Heluetijs bellum indictum Leopoldi Austrij causa 302
Heluetij hortatu Cæsaris Carolo Burgundo bellum indicunt 440
Helueticum bellum Maximiliani 511
Heluetij multas clades intulerunt Austriis & Sueuis, 511. à Sueuis Vaccimulgi appellantur 511
Heluetij fœderis pagi tredecim qui 517. itẽ, qui præterea in illo fœdere comprehensi 517
Helueticum cum Hispano R. fœdus 809
Hennenbergici feudum ab imperatore accipiunt 500
Henricus imperatoris Friderici 2. filius à quo educatus, 10. quãdo & vbi coronatus, 10. Austriæ ducis filiã vxorẽ duxit 12. nuptias celebrauit 13. & 14. Vxorem Aquisgrani coronandã curauit, 15. Argentinẽsem episcopatũ inuasit. sed recedere coactus fuit, 18. pacem cum Argentinẽsi episcopo fecit, 23. 25. Henrico Bauaro, eò quod à Fride. II. deficere nollet aduersatur, 28. Clandestinũ fœdus cũ Papa contra patrem facit, 28. cõspiratcontra patrẽ facit, 32. se aduersus patrem præmunit, 32. parricidij damnatur, 33. VVormatiæ in custodia tenetur 33
Henricus Friderici II. filius Siciliæ hæres interficitur 79
Henricus Turingiæ dux S. Elisabethæ filius rex à Papa appellatus, 62. Conradũ regẽ vicit, 62. Pfaffenkönig vulgo nuncupatus, 62. Venenata fagitta in Vlmẽsi obsidione percussus, mortuus 64
Henrici Hispani aduentus ad Conradinum, 110. acta eius in Italia 110
Henricus Gyrtelknopf episcopus Basiliens. filius pastoris 133
Henricus Bauarus Cæsari rebellis 136
Henricus Bauarus 139
Henricus Rempius 171. 183
Henricus Marchio Burgouius 171. 183
Henricus C. Eberstemius Vebenhusanus 180
Henricus Com. Vering. 183
Henricus Stubenrauch 189
Henricus Remchingens. 193

Henricus VII. Cæsar occid. IV. 199. cum VVirtembergico bellum gerit. 199. Romæ coronatur 200. & 201. per monachum veneno necatur 204
Henrici Hohenberg. cædes 261
Henricus & Steph. C. Mompel. 275
Henrico Iuniori Brunsuicensi Maria VVirtemb. nupta 553
Henrici Momp. C. obitus 562
Henrici Brunsuicensis profectio in Italiam. 603. exilium 649. captiuitas. 656.
Henricus Castellio vicarius ducatus VVirtemb. 734
Henric. Schweicker. 768
Henric. VVeickersreuter. 736
Hentzelij 631
Herbarium comitis VVirtemb. 438
Herbolstein 159
Herbortus Augustanus gurgulio 370
Herbstus Anastasius à Turcis captus 776. perit 776
Hermannus Teccens. D. 160. 166. 180. 197.
Hermannus Sultzens. C. 146
Hermannus dux Oberndorf. 270
Hermann. Gryning. 148
Hermannus Brandeccius 257
Hermolaus Barbarus 401
Heroibus non torpent manus 644
Herrenalba 612. 630. 825. 628
Herrenalbensium priuilegium de promouendis monachis absq; examinatione 86
Herrenalbensibus priuilegium ab Imperatore datum 247
Herrenalba multorum principum ac nobilium monumenta 411
Herrenalbæ visitator Theobaldus, 674.
Herrenberg. 83. 176. 236. 588. eius venditio 299. deflagratio, 446.
Hertbach. 155
Herter. 179. 202. 251. 315. 318. 321. 234. 236. 337. 161.
Herteri de Herteneck. 360
Herterorum lis dirempta 387
Herter Ioann. 297. Frider. 186. 326. 329. 330. Conradus, 133. 138. Iacob. 350. 353.
Herterus Iacobus ab Herteneck magister curiæ comitum VVirtemberg. 371.
Herterus VVilhelm de Herteneck Dux Moguntinensis 416. eques fortissimus. 446. 447. 448
Hervvart patricius Augustanus 268. 522. 584.
Heudorffens nobiles 314
Henpach opp. 192
Hevven. 212. 285. 281. 315
Hevvensis Baro Burcard. 311
Hierem. Godelman. 777. 784.
Hierem patriarchæ exilium 798
Hieron. Baumgartner 581
Hieron. Gebhardus 752
Hieron. Pragensis exustus 339
Hieron. Schlick, 793
Hieron. Viscerus 735. 779
Hieronym. VVolfius Augustæ docens, 697.
Hieron. VVolfij obitus 773
Hierosolyma destruitur 8
Hierosolymitani regni titulus vt ad Siciliæ reges peruenerit 10
Hierosolyma à Friderico I. recuperatur, 22. à Friderico II. reparatur, 23. culpa Romani pontificis inducias nolentis iterum amittitur. 45. Tartarorum facta 187
Hierosolymitanum iter Friderici, qui imperio postea præfuit 366. Georgij Ehingeni. 423. VVirtembergici Comitis Eberhardi 424. fratris Fœlicis 460. 468
Hierosolymitani itineris descriptio 425.
Hierosolymitanarum expeditionũ tragicus exitus 168
Hierosolymis IX. genera Christianorum 481
Hiltebrandus Bappenheimius 172
Hilteburgum arx 555
Hiltrudis ossa 687
Himmelvvunnen 74
Hirnbach. 690
Hirsaug. 515. 649. 671
Hirsaug. cœnobij confirmatio, 3. 12.
Hirsaugiens altaria 434
Hirsangiens. abbates. 27. 155. 189. 295. 268. 697.
Hirsaugiens. Abbas Blasius. 470. Fridericus. 325. Luitfrido & Euerhardus. 5. Volandus 135. Volpoldus, 57. VVighardus 312. 241. VVignandus. 267. VVolframus, 356.
Hirsaugiens. Abbas Euangelicus primus Henricus VVeickersreuter, 705.
Hirsaug. Abbas Varenbülerus, 822. Ioan. Brentius 841
Hirsaug. S. Aurelius 792
Hirsch 786
Hirtzthal cœnobium 350
Hispaniæ regis Alphonsi genealogia, 311.
Hispaniæ regis Philippi mors 529
Hispanica inquisitio Belgij 675
Hispanicæ classis contra Angliam potentissima & eius dissipatio. 809
Hispanica præsidia Aspergæ Schordorffa 662
Historiarum lumina 305
Historiæ neglectores Monachi. 267
Hochbergens. Marchio Episcopus Constantiensis. 335
Hochfelder 473
Hochstett. nobiles VVernherus, Berchtoldus, Henricus 73
Hœfingens. dapiferi 74
Hœlnstain 334
Hosæ op. 687. eius obsidio, deditio & receptio 690
Hofman 738
Hofmaier 344
Hofmaier Augustanus beneficus in annonæ caritate 370
Hofturn. 150
Hogerus Conradus 640
Hohenart hostis Halensium. 379
Hohenaurach dedita Duci Vlrico, 625.
Hohenberga 146. 148. 326. 365
Hohenberga arx 281
Hohenbergens. Comitatus. 405. Austrijs venditus. 281. eius oppida 281.
Hohenbergens. Comites. 243. 250. 261. eorum genealogia 154
Hohenberg. Comes 57. 197
Hohenbergens. Comes fulmine ictus, 84.
Hohenberg. Comes Albertus 153. 144. 182. 189. 226. 240. Albertus Iuris doctor 246. Bernhardus 159. Gualtherus & eius Epistola 203
Henricus casus 261
Hugo 236. Ludouicus Rudol. 242. 208. 217. Rudolphus senior 233. VValtherus 200. VVernherus. 208
Hohenberg. Comes vltimus. 177. 281. 292.
Hohenbergensium & VVirtenbergensium bellum 172
Hohenbergiam Eberhardus vexat, 265
Hoheneck. 150. 209. 742. 762
Hoheneck nobilis VVormatiensis Episcopus 32
Hohenfelderi 554. 731
Hohenkræa arcis deiectio 540
Hohenloensis Comes Gottfridus magister templi Domini amissa Ancona fratres ordinis in Germaniam duxit, & Borussiam subegit, 27.
Hoenloenses comites 522. eorum sepultura. 38. eorum ditio 27
Hohenneissæ deditio 625
Hohenrechbergenses vnde oriundi. 16

Hohenrechbergenſis inſtinctu Delphinus in Heluetiam irruit. 378
Hohenſaxenſ. Barones 87
Hohenſchlitzij 278
Hohenſtain.nobiles 325
Hohenſtauffen. 165. 280. 300. 587. incenditur 593
Hohenſtauffa hodierna, & eius deſcriptio 815. 816. perdita à ruſticis, ibid.
Hohenſtauffa. Frider. II. imper. aulam ſuam habuit 77
Hohenſtauffæ incolæ fuerunt Hohenrechbergenſes 16
Hohenſtauffenſes proceres 753
Hohenſtauffenſium genealogia 442. 130.
Hohenſtauffici generis extinctio 119
Hohenſtauffæ parochiales eccleſiæ
HohenZollern arx 401
Holandia ad Bauaros 246
Holnſtain 330. 238
Holtzhauſen 323
Holtzkirchen 323
Homericum auditorium Tub. 724
Homicidia 730
Homicidij indicium 522. 537
Homicida punitus 835
Honſtain Argentinenſ. Epiſc. 530
Horburg. comitatus quomodo ad VVirtembergenſes peruenerit 217. 346
Horlingeri 527
Hormolt 550
Hornberg 194. 366. 383
Horneck von Hornberg 360
Hornſtein 752
Hoſpites, inprimis autem venatores, quomodo à Monaſterio ſuo Abbas quidam Murhartenſes auerterit, 380.
Hoſtis contemptus 600. 30
Hoſtis Hoſti Eberhardo ad VVilam ſubuenit 309
Hoſtes fugiunt, clamor ad victoriam incitans 145
Huberinus Caſpar 680.
Hugenotti 746
Hugo 154
Hugo Hohebergenſ. 261. 236
Hugo Tubing. Palatinus 133
Hugo Halſingenſ. 176
Humidus annus 809
Humilitatis commendatio 448
Hundholtz 815
Hundsfeld latrocinijs infamis villa, 105.
Huniades. 381. Turcam vincit 402
Hunnius 722. 758
Huſen 167. 236. 157
Huſenſ. nobilis 29
Huſſi cygnus 340
Huſſita & Huſſitica doctrina apud Auguſtanos 317
Huſſitici libri damnati 340
Huſſitæ ſæpius imperium rom. profligarunt. 347. nequicquam bello petiti 357. ad Baſilienſe concilium vocati 358.
Huſſavv 321
Hutteni 774
Hyems calida 166. frigida 79. 239. 357. 377. 378. 408. 493. 549. 724. 745.
Hyglin Ioan. Martyr. 598
Hyperius 746
Hypocriſis fœminæ Auguſtanæ 540
Hyrnhaimij nobiles 521

I.

Iacob. Andreæ cancell. 714. eius natiuitas 604. Saxonica profectio 757. obitus 828
Iacobus
- Beurlinus 711
- Cappelbeccius 799
- Grenger Vlmens. 218
- Hægge 238
- Heerbrand cancell. 834
- Koch. 759
- Scheckin Chriſtianam cõfeßionem edidit 786
- Scheckius obijt 806
- Schroppius 193
- Sturmius obijt. 690
- Vocherer 745

Iaculatorium certamen Argentinæ 758. 705.
Iærger 796
Ieiunia græcorum 803
Ieiunium Auguſtæ ad S. Marci diem 279.
Ieremias patriarcha 821. eius Epiſtola 826.
Ieremiæ patriarchæ pernegatio de receptione Calendarij Gregoriani, 837.
Ieſinga 166
Ieſuita 729
Ignis de cœlo 245
Ilſung. Auguſtan. 453. 277. 715. 274
Ilſungicum ſalue 281
Imaginum ex templis Belgij exturbatio 728
Imagines templi Hirſaug. 812
Imagines columnarum 88
Immenhuſen 270
Imperator Otto à Francorum rege victus 2. mortuus. 5
Imperator Fridericus I. Aquiſgrani in ſede regni collocatur. 1. ſignũ crucis aduerſus Saracenos accepit. 1. Rom. pontifici Innocentio clàm exoſus. 1. formoſiſſimarum puellarum & falconij aucupij amator. 1. bellum cum Othone Imperatore gerit. 2. incrementa contra Otthonẽ ſumit. 3. quod ſignum habuerit. 4. hæres imperialium inſignium ab Otthone inſtituitur. 5. inſignia Goslariæ accipit. 8. Romæ coronatur. 9. iuridicas conſtitutiones quas ediderit 9. Siciliam cum Apulia ſubingat, Saracenoſq; in Magna Græcia vincit 10. Iolam Hieroſolymitani regis filiam vxorem ducit, & cum ea titulum regni Hieroſolymitani acquirit. 10 nuptias cum Iola celebrat. 11. Anticæſarem ſuum Otthonem deijcit 16. de iniurijs Papa conqueritur principibus 16. quorundam romanorum nobilium immobilia bona emit, eisq; poſtea illa in feudum dedit 16. quid in Syria geſſerit, & vt domum inde redierit 22. amiſſa recuperat 22. abſoluitur 23. decem annorum inducias cum Sultano facit 23. Hieroſolymæ rex creatur. 23. magnifica pompa Rauennam venit 28. magnificè Venetijs excipitur 28. tentorium mirabili arte conſtructum dono à Sultano accepit 28. Papæ ſe elapſis indutiarum annis in Syriam rediturum promittit 31. Veronam, Vincentiã & alia Italiæ oppida recipit 31. in Germaniam redit 32. tertiam vxorem Mechtildem duxit 33. in Italiam redit, & rebelles domat 37. victis Mediolanenſibus Cremonã triumphat 39. à Papa excommunicatur 42. in Venetos proficiſcitur 42. literis ſe contra Papam defendit. 43. quadrifariam crucis in modum ſcindi iußit eorum capita, quibus crucem contra eum ſumpſerant 45. 48. literis apud principes & Boëmiæ regem de Papæ iniurijs queritur. 49. ſocer Græcorum Imperatoris fit 51. Lugdunum tendit, vt ibi ſe ſiſtat in cõcilio, ſed fruſtra 55. 56. 63. literis de excommunicatione ſui nimium feſtinata conqueritur 56. eius conatus in Italicos 69. morbus 69. legata & hæredes, obitus & epitaphium 69. ædificationes & leges, itẽ potentia 71. matrimonia 71. liberi 72. prouebium 72.
Imperator Rudolph. I. naſcitur 8. nuptias celebrat 49. à Frid. II. è S. lacro leuatur 54. pro Frid. II. contra Papam ſtetit, ideo militis honore decoratus eſt. 54. bellator fœlix fuit 131. Imperator electus & coronatus 131. eius duo ſtratagemata 132
118. eius liberi

Imperatori VVenceslao imperium abrogatur 324.
Imperator Sigismundus electus 334 335. Roma coronatus 358. ad Nicopolin à Turcis victus 319. euasit 320. moritur 367. eius vxores & mores, 367.
Imperator Constantinop. Ioannes Palæologus 345. ad Papam venit 361
Imperator Albertus 368. eius mors & liberi 370
Imperator Fridericus III. ante acceptum imperium Hierosolymã profectus est, 366. à quibus parentibus ortus 371. Aquis coronatur 376. In Italiam venit 397. sponsam Leonoram senis excipit, item Roma cum sponsa coronatur, item quale iuramentum præstiterit 397. quibus ritibus ipse & imperatrix coronati fuerint 398. equites auratos creauit ibid. in Germaniam rediit, ibidem. ex Augustano diuersorio trecentis florenorum millibus liberatus obsessis Nassiæ ciuibus subuenit 438. 439. cum Carolo Burgundo transegit de eius filia & Maximiliani coniugio 440. alter pedum ei abscissus 466. eius obitus 497
Imp. Maximil. I. nascitur 405. Cæsar eligitur 431. vxorem duxit Caroli Burgundi filiam, & cum ea Burgũdiæ ducatum acquisiuit 452. eius vxor Maria moritur 464. eius liberi 466. eius sponsa à Gallorum rege rapitur 473. eius coronatio 473. ei captiuitas & liberatio. 478. eius vxor Blanca Mediolanensis 498.
Imp Maxim. I. Agyrtæ cuidam fraternitatis nomine crucigerum dat 520. dorcadis causa scopulum ascendit 520. Venetis bellum infert 532
Imperator Carolus V. nascitur. 513. eius erga Vlm. & Argentinenses fauor 684. eius vxor 293. eius consiliarij, 616.
Imperator Ferdinandus nascitur 522
Imperator Turcici belli Brandenburg. sine effectu 648
Imperij insignia 567. vexillum rubrum, 616. regalia 613. imminutio 287. interregnum 81. 82. 109
Imperij Rom. aquilam, quam ceperat Bauariæ Dux Imperatori remittit, 409.
Imperij Orientalis interitus 399
Imperium Rom. institur scansori dorcadis, & ebrioso sacerdoti 520. à bobus per regionem trahitur, 473.
Impostor punitus 384
Imsser 618
Incendiarij 612. 631
Incendia mutua August. & Bauarorum 307
Incendium Augustæ 167. 218. 231. Lindoiæ, 250. Nœrdlingæ 716
Incendium domus sapientiæ Tubingæ, 626.
Indiani Monachi 560
Indictio belli 305. 578. 579
Inducia malefidæ 292
Indulgentia ciborum 488
Indulgentiæ Bebenhusanæ 322. Lustnouienses 362. Schorndorffianæ 345. 184. Stutgardianæ 414. Ovvẽses 503
Indulgentiæ venales 244
Indulgentiæ quæ dantur in locis sanctis Palæstinæ, item Romæ in primarijs ecclesijs 426
Indulgentiæ à Cardinali dantur Caluæ 519
Indulgentia 10. millium annorum 531. item 86. millium annorum, ibid.
Indulgentiarum oppugnator M. Lutherus 558
Indulgentiarum fructus 10
Indulget Innocentius per bullam veniam omnium peccatorum contra Saracenos militantibus 1
Indultum lacticiniorum à Papa VVirtembergensibus datum, quod Spẽlinus quidam disputatione impugnauit 387. 388
Infanticidia 842
Ingolstadij academia fundata 434. hastiludium 470. castra Cæsaris & protestantium 658
Ingolstadij amplitudo 498
Innocentius vide Papa.
Inobedientiæ filij in viridi ætate extinctio 761
Inobedientes nobiles mulctantur à Friderico II. 77
Inquisitio de VVirtembergens. duce Christophoro facta 621
Insidiæ in Elis. Reg. Angliæ detectæ, 799.
Insignium ratio & origo 97
Insulæ iuxta Constantinopolin 803
Interdictum in ducem Vlricum, 565. 624.
Interim publicatum 666. ciuitatibus obtrusum 668. interemptum, 613
Interitus Zuinglij 618
Interrex Palatinus Rheni in Germania 183
Inundatio 129. 242. 765. 455. circa Friburgum 461. Halæ 740. Nœrdlingæ 735. Stutgardiæ, 533. 549. Tybingæ 806
Inuocatio S. Mariæ 280. 531
Inuulnerabilis pugna scilicet 608
Ioachimica vallis 559
Ioachimus Minsinger 553
Ioanna, Neap. Regina libidinosa, suspensa, item quibus nupta 245
Ioannina 804
Ioann. Albinus 618
Ioan. Austriacus siue de Austria præses Belgij 760. 767
Ioan. Baptista Haintzelius 779
Ioan. Baumgartner 620
Ioan. Brastperger. 879
Ioan. Brentius 48. 136. VVilensis 560. præpositus Stutgardianus 684. cõtra seditiosos rusticos 592. eius exilium 666. eius obitus 739
Ioan. Brentius Abbas Hirsaugiens. 841.
Ioan. Casimiri nuptiæ 738
Ioan. Cornarius 656
Ioan. Diazius Hispanus à fratre occisus 657
Ioan. Eccius obijt 652
Ioan. Erbius 283
Ioan. Fabri Episc. Viennens. 515. 618. 646.
Ioan. Fesslerus 747
Ioan. Frider. elector Sax 662. eius nuptiæ 599. captiuitas 668. 663. res gestæ 663
Ioan. Funcij natiuitas 561
Ioan. Georg. Godelmannus 777. 778. 784.
Ioannes Gerlach. 766
Ioan. Huss. 313. 326. eius exustio 339. 340. ei parentatum Pragæ 345
Ioan. Harman Baier 811
Ioan. Kraus Bottensteinens. 705
Ioan. Lupsens. Com. Episcopus Constantiens. 621
Ioan. Mader. 554
Ioan. Marbachius 570. 779
Ioan Medices 598
Ioannes Morus Fridericum Henrici Regis filium veneno necat 83.
Ioan. Moserus 209. 835
Ioannes Palæologus imperat. orientis, 241.
Ioan. Cantacuzenus 241
Ioan. Parsimonius 595. 812
Ioan. Plattenhardus 787
Ioan. Plieninger concionator Gratij, 768.
Ioan. Possellius 348. 831
Ioan. Schadland Episcopus VVormat. 273.
Ioan. Scleidanus 676
Ioan. Streitberger Theologiæ doctor, 789.
Ioan. Sturmij mors 828
Ioan. Sueni parricida natuitas 145

Ioann. Thomas Rosenbergius miro dolo capit Truchsesij filium 580
Ioann. Theodorici à Plieningen Magni Magistri VVirtemb. obitus 739
Ioan. Vesler 557
Ioan. Viscerus Medicus 806. 729
Ioan. Vngnadius 722
Ioan. VValdpurgens. dapifer 197
Ioan. Zamoiscius cancellarius mag. pol. 806
Ioannitarum Xenodochijs Fridericus II. multa millia vnciarum auri legauit 69
Iodocus IX. occid. Cæsar. 334
Iola Friderici II. sponsa magnificè à Romanis excipitur. II. à Papa coronatur. II. eius mors 11
Ioppe oppid. instauratur. 22. 23. quale hodie sit 425
Iordanus Friderici. II. filius occubuit 68.
Iordanus fluu. 708
Ira præcipiti Palatinus Rheni vxorem gladio percutiendam curat, cuius facti eum postea pœnituit 65
Irena & Philippus. 818
Irene virgo 721
Irides tres 603
Irmegardis Hohenbergic. C. 206
Isabellæ Augustæ mors 641
Isenaci conuentus protestantium 638
Isna. 160. Isna ad Imperium. 304
Isnensis Abbas Henricus. 258
Isnensis Ioan. Nieder. 358
Italica expeditio Philippi Palat. 632
Italicorum populorum libertas vendita 161
Italiam Frider. II. ordinat & filijs regendam distribuit. 63
Iubilæus annus Tubingæ celebratus. 764.
Iubilæus quomodo celebrandus 765
Iubilæus annus quare institutus 255. eius institutio fructus & vtilitas 187.
Iubilæus I II. 313. I V. 324. V. 346. V I. 393. V II. 439. V III. 514. I X. 853. X. 675.
Iubilæus verus 188
Iuda laqueus 600
Iudæi Christianorum pueros Fuldæ interfecerunt 37. de peste diræ suspecti 251. puerum furati 295. propter veneficia excruciati 253. ob Christiani pueri cædem cremati 357. Tridenti puerum Christianum excarnificant 440. Christianum puerum necant. 503. puniti 165. 168. combusti Yberlingæ 226. nobilibus & ciuitatibus fœnus remittere coacti. 313. Nœrdlingæ extirpati. 301. Augustæ auro mulctati. 301
Iudæi Caluæ & VVilæ, item in VVirtembergia 155
Iudæis area vendita à Palatino. 14
Iudæorũ Epist. de passione Christi 253.
Iudæorum collegia 254. libri an comburendi 536
Iudæorum iurandi ritus 161
Iudæus vltrò se Vulcano dicandum offert, quod se baptizandum curasset. 313
Iuliacensis ducatus 232
Iulianus Cardinalis 381
Ius iurandum militare 719
Iurisiurandi formula 645
Iustinga 826
Iustingens. domina Bertha 360
Iustingensis Ansbelm. 373.

K.

KAElvicus 308
Karnlinus 147
Kaib 345. Keib 377
Kalenberg. Pfassus. 198. 225
Kaltenthala 155
Kaltbenthalÿ. 819
Kargij 763
Karpfen arx & nobilis. 318
Karpfensium nobilium interitus, & aliorum in locum ipsorum substitutio. 460
S. Katharinæ ossa. 468
Kauffbeura 289. eius obsidio. 307
Kauffbeura S. Clara cœnobium 219. laudat ibi Maximilianus. I. 540
Kelmüntzensis comes à genero suo occiditur 41
Kelmüntzens. comitissa valde liberalis erga Sœflingense monasterium 41.
Kelmüntzius comes AEgidius occiditur 88
Kemptenius Baro Gerungus 181
Keisersberga facta ciuitas imperialis 49.
Keisersberg Ioannes. 455
Keppler 838
Kilperg. 73. 386
Kilchberg. Gymnæum. 212
Kilperg priorissa. 133. 233
Kilperg Monachæ 225
Kirch q.d. κυριακή. 36
Kirch παρθενών. 210
Kirchaim 36. 160. 180. 813. Kirchaim sub Teck ciuitas facta 124. VVirtembergensium est. 125
Kirchaimenses moniales Augustini regulam à pontificio legato impetrant. 99
Kirhaimensis cœnobij fundatio & instauratio 51
Kirchaimius Conradus erga Bebenhusanos beneficus. 138
Kirchberg 276. Kirchberg. comitatus. 10
Kirchberg. comes Eberhard Episcopus Augustanus. 329
Kirchbergenses comites. 200
Kirchberg nobilis 392
Kirchberger 438. 461. 738. 720. 736. 559. 634. 793.
Kirchensis cœnobij origo & incrementum. 36
Klein Bottwar. 310
Klingen oppid. 67
Klingen de Hohenklingen. 354
Klingenberg 90. 185. 199. 232. 248
Klingenberg liber Baro 67
Klingenberg Vdalricus 135. Heinricus Episc. 195
Klingenbergenses domini. 53
Klingensels stratagemate Halensium captum 296
Knaringen. 638
Kniebis 584. monasterium conflagrat 549.
Knoderus 725
Kochengauenses comites 48
Kochergoiius comes vltimus. 292
Kochlin 542
Königsbrun cœnob. 259. 264. 266.
Krafft Vlmensis 409. doctor 470. Ioannes Vlricus. 776
Kraftorum Vlmensium origo, insignia, nomen 427
Krafftones 155
Kraus. M. Crusij auus natus 498
Krautens. comites 106
Κρανία νόσος 822
Κυνοσπορροιαστικὰ. 624
Kühornia vetusta Vaiblingæ familia 433.
Kühorn iudex Stutgardianus 479
Kühorn Iacobus 520
Fyhornius. 550
Künigsbachina mors 752
Künigsbrun. 276. 292. 685. 761. 302
Künigsbrunnensis cœnobij fundatio, Abbates & reformatio. 191. priuilegium ab Imperatore Frider. III. datum. 385
Künigsbrunnensis schola 705
Künigsfeld 198
Kürneck 197. 234
Kyburg. Comes Episcopus Augustanus 83.

L.

LAbacum 736
Labacens. Episc. fundatio 433
Lacus podamicus 748
Ladislaus Huniadis filius capite plectitur 402
Ladislaus Vngariæ & Boëmiæ R. 403

INDEX.

Ladislaus Vngariæ rex coronatur Pragæ 423
Lamberg. 755
Lambertus Calenius 348
Lamershaim. 813
Lamparteri nobiles ad Stiuam 395
Lamparterus doctor cãcellarius VVirtemberg. consiliarius Cæsareus & eques auratus 413
Lamparterus Simon. 544
Lanceæ Christi festum 270
Landavv. 277. 285. 286. 292. 364. 643. 646. 654. 675. 686. 700. 704. 743. 747. 751. 757. 783. 787. 791. 801. 822. 834.
Landavv eques 488
Landauij comites 135. 171. 176. 181
Landoius Conradus 162
Landavvensf. Cõradus Halbritter 364. 366.
Landauensf. Conradus 381
Landauus Comes Eberhardus 226. 213. insignia mutauit, item comitatum & arcem vendidit 366
Landauiensis Lucius 304. Vlmenses inuadit 313
Landauus C. Ludouicus Venetias 176
Landavvensis Ludou. 315. 323
Landau. Comitissa 73
Landaui & Græning. Comites 190
Landenberg. nobilis 332. Episcop. Constantiensis 421. 506. 507
Landgrauij Philippi natalu 525. fœdus & pactio 615. captiuitas 665. pro Vlrico exule labor 623
Landshutæ hastiludium, 27. nuptiæ ducis Bau. 371. prædicatores contra Cæsarem 237
Landsknecht 478
Landskrona. 3
Landskron. Burcardus Monachus Delphinum adduxit 378. 379
Landsperg. 211
Lang. patricius August. 518. Gurcensis & Saluburgensf. Episc. 540
Langiæ patriciæ Augustanæ nubũt Comitibus 510
Langenavv. 234
Langenmantel 138. de Radavv. 398. eques auratus 510. 521
Langensteinenses 157
Laodamia 27
Lapis feruidus 288
Lascaris Græcus 599
Latinæ linguæ antiquaria affectatio studio nouitatis 831
Latrocinium in Miloitem 805
Latronum arces à Cæsare destructæ, 137.
Laubmarius 714. 780
Lauffa incendium 722
Lauffenbergæ obsidio 378
Laugingen 191
Lauinga. 561. 748. 427. eius amplificatio 338. item eius quatuor laudabilia 150
Laurissanum monasterium iure omni à Frid. II. priuatur 28
Lansanna 632
Legati spoliantur 385
Leming. Comes arcibus aliquot priuatur, quod contra Imperat. interdictum regi Gallorum exercitum adduxisset 541
Leipheim deditur Augustanis 390
Lemnus 798
Lemures Halenses 498
Leonberga condita à VVirtembergensi comite Eberhardo 68
Leonhardus Engelhard 599. 645
Leonh. Fuchsius 728
Leonora imperatrix obit 422
Leonoræ VVirtemb. natiuitas 684
Leopoldus regionum auidus alios excitat in Heluetios 286. Basileæ est 288. Heluetijs infensus 301. Heluetijs bellum infert 302. eius interfector 303. proles 304
Leopol. Carolus à Stain. 810
Leostein 191. 587
Leosteinij Comites 200
Leosteinus Comitatus quanti venditus Palatino 375
Leosteinum capitur à VVirtembergico 523.
Lepus ad Mariæ statuam profugit 361
Lepus loquens 412
Leschcher 212. 277. 513. 517
Leschij pueri furor 773
Leui Schentius 802
Levvenstein 146
Levvenstein op. occupatum 798
Levvenstein. Comes 24
Levvensteinenf. & Scharpfeneckenf. Comitatum Palatinus Philipp. patruus fuis filio dedit 447
Levventhalensis gynæcei fundatores & benefactores 74
Libidinosa imperatrix 367
Liebenc ell. 160. 182
Liebensteinius Episcopus Moguntinus, 328.
Levvensteinius Ioannes 899
Lieblerus 583. 632
Liechtenavv arx 390
Liechtenouius Episcopus Augustanus, 527.
Liechtenberg. Baro & eius pollex 261
Liechtenbergeri astrologica quædam prædictio 448
Liechteneck 240
Liechtenfels 341. 369
Liechtenstein 144. 317. 587. 650
Liechtenstein miles 57. Episcopus Moguntin. 525
Lilia gallici regni 298
Liliorum campus cœnob. fundatur 20.
Lindavv 651. ciuitas Imperialis facta, 106. eius incẽdium 250. seditio 321. monasteria 126
Lindauium Abbatis Sangallensis patrocinio se commisit 65
Lindauia Franciscani cœnobium extruxerunt 53
Lineck castellum 315
Linguæ Latinæ studium se neglexisse pœnituit Comitem VVirtemberg. Eberhardum 395
Lingua Boëmica & Vngarica primum scribi cœpit 473
Linsius, Lentulus 762
Lipsenf. Academia condita 334
Lipsenses à Frid. II. domiti 3
Literarum studia promouit Frider. II. pag. 71
Liuoniæ Dux VVilhelmus Rostoch. Academiæ Rector 348
Locatio & conductio 235
Locustæ 233
Longæuitas piscium 26
Longæui Saxij 836
Longæuorum obitus 771
Longobardorum Rex coronatur Romæ Fridericus III. quia Modætiæ tunc non erat salubris aër 397
Lohr 217
Lorcha 155. 234. 262. 284. 817. afflicta 587. à rusticis incensa 818
Lorchæ protectio 133. inflammatio 593. sepulturæ 819
Lorchenf. monasterij aduocati Stauffenses 3. aduocatiæ renũciatio 124. patronus VVirtemb. C. Eberhardus 176. VVirtemb. D. Vlricus 225. aduocatus Comes VVirtemb. 78
Lorchense monasterium in tutelam à Papa suscipitur 12
Lorchense collegium 441
Lorchensia quædam 108. 124. 127. 433. 440. 445. 488.
Lorchensi cœnobio priuilegium à Frid. II. confirmatum 3. item priuilegiũ ab Henrico datum, 19. priuilegia de capitali iudicio, & de ditione ab Imp. confirmatur, 516 priuilegia de ditione à Papa confirmantur 518
Lorchensibus cautum, 466. iterum cautum de molestijs hospitib. 472. bona quædã data, 81. donatio quædam testamentaria facta 33
Lorchenf. monasterio propter aduersos casus depauperato ecclesia in Mynster incorporata 126

Lorchenſium reconciliatio. 349. reformatio 410. cum VVirtembergico de venandi iure controuerſia 502
Lorchenſi Abbati mitra conceſſa 372
Lorchenſis Abbas Gebſo 183
Lorchenſes Iudais obſtricti 167
Losburg 833
Lottenberg. 300
Lucas Oſiander 684
Lucenbuſa 652
Lucernates 228
Lucius Freiburger 779
Lucrum max. vnde haberi queat 417
Ludos & ſpectacula antiquorum Imperatorum more Frid. II. exhibuit. 64.
Ludouicus Bauar. Imperat. V. occid. 203. æmulum habet Fridericum Auſtrium. 205. victoriam de inferioribus Bauaris reportat 205. prælium cum Friderico facit 214. Fridericum prælio ſuperat & capit. 215. ſecundam vxorem ducit 216. excommunicatur 217. à quibuſdam aduerſus Papam defenditur 217. in Italiam vocatur 220. Romæ coronatur 220. in Germaniam reuertitur. 225. eius in Papam Ioan ſcriptum. 222. de pace ad Papam legatio. 241. obitus 247
D. Ludouicus Galliæ rex factus 21
Ludouici Grempij Bibliotheca 797
Ludouicus Helffenſteinius Comes à ruſticis captus 585
Ludouicus Hohenberg. 242
Ludouicus Landauius Comes Venetias 176.
Ludouici Landgrauij nuptiæ 720
Ludouicus Nauarræ R. 206
Ludouici Oetingenſes duo pater & filius exules 665
Ludouicus Palat. elect. 788
Ludouicus Rabus 666
Ludouicus Stauffeneckeius 195
Ludouicus Teccenſis 149. 213. 223 229. 274.
Ludouicus VVirtemb. D. naſcitur 690. Chriſtophoro ſuccedit 734. nuptias celebrat 756. obit. 842
Luitgardis Rudolphi Tubing. vxor. 193
Luitgardis VValchina 219
Lunæ coma. 776
Luitſtetten. 154
Lupfen. 285 315. arx. 318
Lupfens. Comites. 76. 77. comitiſſa 105. 486.
Lupfenij Comitis & aliorum nobilium rapinæ 375
Lupferberga 281
Lupi nonnes. 634
Lupi in Turingia pueros multos deuorarunt 325
Luporum auiditas in carnem humanam 512
Lupius Heinricus 173
Lupoldus in Heluetios 207. Lupoldi ceſſio. 215. Lupoldi titulus 217
Luſcinius Ottomarus 535
Luſignana familia extincta 403
Luſores falſi 653
Luſtnauv. 173. 285. 289. 321. 332. Luſtnouienſis Oſtertag. 341. 401. nobiles 360. Luſtnouienſe templum inſtauratum 280
Luſtnouienſis Eccleſia Bebenhuſæ incorporatur. 138. Luſtnouienſes indulgentia 211. 362. reliquiæ 211
Luſtratio militum Argentinenſium. 612.
Lutera riuus 76
Lutetiæ ſeditio 345. perfidioſiſſima laniena 746. Lutetiam miſſi Theologi Tybing. 710
Lutherus primam miſſam cantat 532. monachus fit 528. Logicen & Phyſicen docet 534. doctor fit 546. VVormatiæ confeſſionem edit, item damnatur 569. in comitijs Auguſtanis eſt 559. ad Reuchlinum 560. excommunicatur à Leone X. 567. cõtrarius eſt ſeditioſis ruſticis 585
Lutherus 585. 631. 754
Lutheri diſputatio cum Ec 10, 565. matrimonium, 596. ſcriptum 617. ſepulchrum 663. mors 657
Luxouium 24
Lybeca 806
Lybecenſes ex Daniæ regis ſeruitute recepti ſunt in protectionem Imperij, 15.
Lympurgum 93. arx 643
Lympurg 285
Lympurg. Barones 785
Lympurgenſ. Vlricus 90
Lympurg pincerna VValther 109
Lympurg. Epiſcopus VVirtzburgenſ. 380.
Lympurgenſium dominorum nomen 643 inſignia 360
Lympurgenſe monialium clauſtrum, 356.
Lyning. Comes Henricus Epiſcopus Spirenſis. 57
Lyning. Comitiſſa Abbatiſſa cœnobij Burrenſis 334
Lyra Nicolaus 220

M.

MAdenburgum 548
Mader Ioann. 554
Maglinus 763
Maſtlinus 797
Magdalena Gemmingia ſponſa 633
Magdeburgum obſeſſum 668. obſidione liberatum 680. Magdeburgenſes proſcripti 665
Magenhaim 273
Maggij 271
Magiſtrorum copia Tybing. 832
Magſtat. 105. 167. 321
Mahometes II. 396. voluit ducere Friderici 3. filiam 399
Mahometes Conſtantinopolees ruina natus 317
Maienfels 375
Manfredus Richand. 218
Manfredus regnum Siciliæ in poteſtatem redigit 72
Manfredus Conradum regem veneno necandum curat 83
Manfredi cum Papa actiones 84
Manfredus Siciliæ rex fit 85. à Papa excommunicatur 85. inſidias Conradino ſtruit 85. Papam Vrbanum infeſtat 90. nec pacem, nec inducias à Carolo Andegauenſi obtinere poteſt 107. capitur & occiditur 107. eius eulogium, ſepultura, Epitaphium, vxor, proſopographia, familia, 108.
Manfredonia 79. 108
Manlichij 718
Mansberg. nobiles 332
Manuël Imperat. 6. palæologus 311
Mantuani ducatus principium 611
Mantuanus princeps VVirtembergici Comitis Eberhardi ſocer mortuus, 454.
Marbachius 570. 743
Marchia in feudum datur comiti Toloſano 35
Mareſcalci 146
Margaretha Friderici II. filia Landgrauij Turingiæ vxor Francofordiam anſugit 123
Margaretha Maultaſch 226
Margaretha imperatrix à filio victa, 260.
Margaretha & Maria gubernatrices, 615.
Marchthal 243
S. Mariæ inuocatio. 280. laudes 488
S. Mariam in peccato conceptam eſſe, quomodo Bernates Monachi probare conati ſint 515
S. Maria ad quercum 707
S. Maria formoſa Ratiſbonæ 567
Mariæ cella ſupra VVerdam 218
Mariæ Frabantinæ interitus 86
Maria Hailsbrunna picta monachos ſub Mantello ſeruat præ dira venturi iudicij ira 503
Maria Marchioniſſa 711
Maria Regina 617
Maria Regina 688. eius miniſtri obitus.

obitus 701
Mariæ Scoticæ in reginam Angliæ conatus, & obtruncatio 801
Maria Vngariæ regina Sigismundo desponsa. 399
Maria VVirtemb. Hērico Brunsuicens. Iuniori nupta 353
Marij patroni qui. 468
Marmoras Heros 780
Marpach arx, & inde dicta familia nobilis 317
Marpurgense colloquium 606
Marquardus Episc. August. 254
Marthal 259
Marthalensis Abbas captus & mille florenis liberatus 431
Mart. Bucerus Augustæ 628
Martin. Crusij natiuitas 599. studia 664.
Martinus Frecht. 641
Martinus Lutherus nascitur 468. ad Academiam proficiscitur 518. Indulgentias oppugnat 558
Mart. Lutherus vide Luther.
Martini Papæ optatio de Germanis 133.
Martinus Schanck 770
Martorff. 260
Mastertzhouen. Baro 74
Mastrichi expugnatio 768
Matrimonij leges 759
Matth. AEntzlinus. 794
Matthæus Biberach. Marescalcus 581
Matthei Aulberi mors 740
Matthæus Vogelius 841
Matthias Heldus 633
Matthias Ritter mortuus 812
Matthias VVaiber Martyr 595
Maulbrun 152.587
Maulbrunn colloquium 722
Maulbrunn. Aduocatia 267
Maulbrunn. à VVirtembergico in potestatem redigitur 523
Mauricius & Augustus 647
Mauricius electoris ditionem inuadit 659. elector Sax. fit 667. eius de concilio protestatio 675. cum Gallo liberandorum captiuorum causa conspiratio 681. cum Marchione Alberto prælium & interitus 688. sepultura, ibid.
Mauriciana statua caput delapsum 687.
Maursletten 240
Maximilian. I. vide Imperator
Maximiliani. I. obitus & eius ad mortem præparatio 561
Maximil. II. coronatio 712
Maximilian. II. Cæsar XVI. 724.738
Maximilian. Cæsar. 760
Maximiliani Austriÿ clades. 808
Maximilian. VVirtemb. infans. 843
Mechelburg ducatus 255
Mechtilda à filio Rudolpho capta 194
Mechtildæ Bauariæ titulus 194
Mechtildis Palatina 405. 842
Mechtildis tertia Friderici II. vxor. 33.
Mechtildis VVachendorfia. 213
Meckmyla. 383. 648
Medicinam vniuersam ex Græco & Arabico sermone transferendam curauit Frid. II. 71
Mediolanum à Gallo occupatum pulso Sforcia 511. à Sforcia recuperatum, & iterum amissum 515. Cæsari Carolo recuperatum 584
Mediolan. ducatus 629
Mediolanens. Dux ab Imperatore Sigismundo belli metu ad officium redigitur 358
Mediolanenses Henrico regi iurarunt contra patrem 32. ad nouam aulam ingenti prælio à Frid. II. victi 39
Mediolanenses bello infestat Frider. II. 56.
Megisser 745. 761
Megitzer 736. nobil. 115
Melanthon natus 508
Melita Ioannitarum insula 608. à Turcis oppugnata 726
Melita 766
Melos 805
Memminga 683
Memmingensis schola 691. 699
Menavv insula in lacu podamico 157
Mendicij prouisum Augustæ 377
Mendico datum responsum 170
Mendicorum anniuersaria Alberspaci refectio 187
Mendlinus 762
Mendlini 601
Meraniæ dux Poppo Episcop. Bambergæ exauctoratur 54
Mercatores Norimberg. capti. 307
Mercatorum Augustanorum & Vlmensium merces Francofordiæ in nundinis comparatæ ab Imperatore VVenceslao in itinere obstringuntur, sed frustra 314
Mercklinga 182. eius hodiernus status 182. ignis 742
Meringa pagus 280
Mersburg 232. 308
Mersburgum Turgouiæ 55
Mersburgius Baro 638
Messana 781
Messanam rebellem violēter capit Frider. II. 29
Messis diues 766
Messingen 243
Mestlinus 743
Metim Gallus occupat. 682
Metensis per Cæsarem obsidio 684
Meum & Tuum 326
Michaël Grater 835
Michaël palæologus Constantinopolin latinis eripit 83
Michaël Sidonius 665
Milching. 789
Miles mortuus in arbore repertus, 205.
Militaris petulantia 177. 666
Milites Vlmam prætereuntes 650
Militum impiorum origo 503
S. Minatij castrum astutè Fridericiani occupant 68
Mindelbergius Schvvighard eques auratus 90
Mindelheim 218. 275. 278. 402
Mindelheim & arx eius 268
Mindelheim monasterium 90. 105
Mindelheimij templum conditur 338
Mindelheimensis ditio à Rechbergensi & postea à Fronspergio emitur, 379.
Minister fidelis 80
Miracula S. Nicolai 386
Mirandula Cæsari traditur 541
Mirandulanus Comes Franciscus Picus 516.
Miregrelia 320
Misnensis Marchio Henricus curiam summâ magnificentia in Northusano oppido habuit 14
Missa æterna empta 323
Missa communis error 434
Mittelburgi deditio 751
Moguntia schola fundata, 465. comitia 267
Moguntiæ Hastiludium 458
Moguntinus Albertus Cardinalis 559
Moitzheim opp. 196
Mompelgard. 652. 160. eius collegium 168.
Mompelgardum à Rudolpho Cæsare capitur 151. Delphino deditur 379.
Mompelgardiæ & Lotharingiæ deuastatio 807. 808
Mompelgard. Comitatus quomodo ad Nouocastrēses peruenerit 106. quomodo ad VVirtembergicam domū peruenerit 344. ad VVirtemberg. Henricum peruenit 437
Mompelgardica Disputatio 797
Mompelgardens. Agnes 213
Mompelgard. C. Henricus & Stephanus 275
Mompelgard. Comitis Henrici interitus 319
Mompelg. C. Theodoricus captus 30
Mompelgard. Comes Theodoricus. 2. pag. 106

Mompelgard. Comites 320
Monachium ciuitas 611 eius amplitudo 498
Monachorum commendatio 204
Monachorum audacia 558
Monachorum inertia 144
Monachorum bellum 28
Monachorum Bernensium exustio 535
Monachus Burcardus in rosis se lauare dicebat, dum inter cadauera & cruorem hilaris obequitaret 379
Monachi examinis causa Constantiam vocati deteriores domum redire solebant 62
Monachorum Hirsaugiensium Abbas monasterium ære alieno grauatum reliquit 356
Monachorum Hirsaugiensium Abbas externa potius quam Regulam sequitur 109
Monachorum Lorchensium contentio cum VVirtembergico de iure venandi 502
Monachi Lorchenses in patrocinium suum recipiunt homicidas 402
Monachi Otenbyrenses collapsam monasterij sui disciplinam instaurari non patiuntur 458
Monachorum prouincialis sacratarum fœminarũ inspectionẽ priori Eßlingensi commendat 99
Monachorum Ratisbonensium ad D. Haimeranum Abbas cum Ratisbonensi Episcopo conatur Cæsarem Conradum occidere per insidias 80
Monachorum Sangallensium Abbas superbus 15.26
Monachorũ Sangallensium Abbas strenuus bellator, nihil habens monasticum præter cucullam 58
Monachorum Sangallensium Abbas tyrannice tractat Lindoienses, quos in fidem ac patrocinium receperat 65.
Monachorum Sangallensium Abbas Argentinensem Episcopum mille instructissimis equitibus tempore pacis comitatur, Maurbacensium autem monachorum Abbas equitibus duntaxat quingentis, 98
Monachorum Sangallensium intestino bello factum, vt regio igni & ferro deuastaretur & omnes monasterij calices conflarentur 128
Monachorũ Sangallensium Abbas der Rot Vli veste monachus, corde Monacha fuit, ein rechtschaffener Copäberlin 422
Monachorum Sangallẽsium Abbas bellator & equorum conuiuiorumq; amantissimus fuit 494
Monachi prædicatores Zossingæ oppidi, non prædicatores sed proditores fuerunt, dederunt tamen proditionis pœnas 62
Monachorum VViblingensium reformator lorica se induere coactus propter periculum à reformandis monachis 365
Monachorum græcorum vestitus 803
Monachi Indiani 560
Monachi cuculla indutus est Eberhardus VVirtembergicus cum sepeliretur 504
Monachorum poësis 557
Monachorum & Monacharum in diuersa loca discessus ex Augusta, 633.
Monasterij ciuitatis expugnatio 629
Monasteriorum vsus 224
Monasteriorum VVirtemberg. reformatio 627
Monasteriorum VVirtembergicorum scholæ 697
Monasteriorum præceptores & discipuli 704
Monasterij S. Petri fundatio & conflagratio 769
Monastica confraternitas 487.510
Monasticarum Regularum aduersarij 99.
Monastica disciplina in omnibus fere ordinis Benedictini monasterijs per Germaniam defecit 109.110
Monasticæ disciplinæ collapsio 220
Monasticorum triplex votum, paupertas in balneo, obedientia in mensa, & castitas in altari 417
Moneta coriacia 48. 64
Moneta Tybing. 176
Moneta in VVirtemb. 775
Monetæ falsarius 134 137
Monetaria lex 745
Moniales lasciuè viuunt & reformationem in dignè ferunt 342
Moniales non castæ 11
Monialis fœcunda 138
Monialium virginitatẽ custodiri valde difficile est 99
Monialium virginum numerus imminutus in Gnadenzella 412
Moniales Gnadenzellenses lasciuæ, petulantes & omnis reformationis impatientes 411.412
Monialis in monasterio quodam nulla casta præter vnicam quæ nondum pepererat 417
Moniales sorores certis temporibus tõdentur 100
Moniales Gnadenzellenses nullam reformationem admittere volentes in alia monasteria disperguntur 452.453.
Moniales Hockbachenses Abbatissa singulari arte quadam reformauit, ne eas reformationis aliâs impatientiores offenderet 415
Moniales Sæfflingenses petulantes reformationi pro licentia sua reclamant 470
Moniales Vrspringenses reformatrici ducissæ adeo repugnant, vt per conuocatos rusticos eas ad officium redigi oporteret 440
Monialium improbitas & nequitia fecit, vt Marthalense cœnobium abrogaretur 132
Moniales Sancrucivallenses fundatoris sui arcem Landau. comburunt, ne illius posteris vllius iuris olim repetendi ansa relinqueretur 366
Monialium Pfullingensium regula 100. 101.
Monialis puellæ inuestitio 139. professio 140. votum 141
Monocerotis cornu Halæ inuentum, 498.
Monomachiarum vsus 137
Monomachia 166
Monomachia Basileæ Alemanni & Hispani. 356. alia Augustæ 332. alia Halæ Sueuorum 330. alia Itali & Sueui cuiusdam 476
Monomachia bis dirimitur à duobus nobilibus 427
Monomachia Georgius Ehingenus Saracenicum bellum ad septam in Africa finiuit 429
Mons Elisabethæ 821
Monstrantia 231. Monstrantia Vlmensis templi 290
Monstrantiæ conculcator 675
Monstrum Esselingæ 150. infans cum duobus capitibus Rotvvilæ 499. vitulus biceps 361
Monstrosi partus 134
Montfort. Comitatus Austrijs venditus 292.
Montfort. Comites 82. 262. vnde Moreæ titulum habeant 476
Montfortij Comites duo 476
Montfortens. Comes Simo Albios prostrauit occiso Tarraconensi rege 1. occubuit 13
Montfortens. Comes Episcopus Curiensis 83
Montfortensis Comes in prælio contra Conradinum occumbit, 116.
Montfortens. Comes Rudolphus Episcopus Constant. in Papæ anathemate mortuus 210

Montfort.

Montfort. Comes Rudolph. 224.295. 299.
Montis mira altitudo 76
Montis abruptio 52
Montis perfossio Tubinga 464
Morania 145
Morbus gallicus 478
Morhardus 758
Morhildis 330
Morientium gestus tempore pestis 251
Moriendum benè 762
Morio Stichus Bauariæ ducem à quo per iocum incessebatur, cultello lethaliter sauciat 27
Moscouiæ principes 400
Muleasses R. 627. Turcarum R. iterum exul 668
Mulier incendiaria 792
Mulier in virum 193
Mulier grauida à tauro læsa 614
Mulier liberorum 53. mater 674
Mulieris in sacrificium iocosæ periculum 675
Munckij Halenses. 387. Munckij Vlrici obitus, 93. Munckius Vlricus nobilis 527.
Mundelsheim 372
Munderkinga 313
Munerum vis 825
Murhart 670
Murhart monasterium 380. 519. eius Abbates. 515. 545
Muretus 754
Mus Alpinus 669
Mylheimij Argentinens. nobiles pereunt 319
Milij doctoris Augustani periculum 789
Mylius Georgius 793
Myller 774
Mynsinger 304. 426. 553. 649
Mynster oppidum 248

N.

Naffisgerus homo facetus 489
Nagelij nobiles 405
Nagoltum opp. 206. 261. 326. 270. 277
Narisorum cœnobium eremitanum accepit priuilegium à Frid. II. pag. 12. ab Henrico. pag. 12. 16
Natiuitas Elisabethæ Anglorum Reginæ 624
Natiuitas legitima necessaria 771
Natura quid significet 312
Nauarræ R. Ludouicus 206
Nauarræus Heinricus Rex 746. 804. eius excommunicatio 794
Nauclerus Ioannes, principis præceptor 395. principis legatus 422. primus Tybing. Academiæ Rector 450
Nauclerus Ludouicus 546
Nauclerina familia 515
Naucleri chronica 55
Naufragium 351
Nauplium 790
Nauplia & Monembasia 644
Navv. nobilis 34
Nazareth à Frider. II. reparatur 23
Neapoleos regnum in potestatem redegit Carolus Gall. R. 499
Neapolitanam Academiam Frid. II. instituit 71
Neapolis Conrado Regi dedita 79
Neapolim Papa Sueuis eripit 84
Neapolitana Regina Alphonsum Hispaniæ Regem adoptat 351. Eius genealogia ibid. moritur 359. parum pudica ibid.
Neapoli mons lapideus perforatus, 425.
Neapolitanus Rex honorificè excipit VVirtemb. Eberhardum 426
Neckerbach 146
Necromanticus Faustus mortuorum formas monstrauit 464
Neera pagus 349
Negelinus 673
Nessen 205. 240. 813. dedita fœderatis 563.
Neidling. 273
Neidhardus Fuchsius 198. 225
Nellingen 150. 216
Nellenbergius nobilis Episc. Constant. 322.
Neobolus 748
Neopyrgum 608
Nerlinger à VVirtemb. nobilis campidoni Abbas 84
Neuenfels 374. 375
Neugingen. 323
Neuhausanus Truchsessius 318
Neüneck 379. 236. 244
Neuperg. 81
Nevvenpyrgensi oppido petente Comite VVirt. Imp. Sigismundus dedit duos mercatus 357
Nevvenmarckt 191
Nicodemi Frischlini interitus 834
Nicolaus Biberacensis 186
Nicolaus Lyra D. 220
Nicolaus Constant. Episc. 226
S. Nicolaus vide Papa.
Nicolai Varenbüleri longæuitas 836
S. Nicolaus Canonizatus 386
Niclashausæ seditiosus quidam pastor 447.
Nicopia 799
Nidau 237
Niderbechingen 330
Niederhofer 378
Niffen 285
Niffens. Gottfrid. 190
Niffenses Barones 32
Niphen 180
Nippenburg 135. 227
Nippenburg. Emphiteusis 235
Nippenburgia Agnetis obitus 700
Nitis copia 153
Nix alta 390
Nobiles latina linguæ studium negligunt 395
Nobiles aliquot defuncti 561
Nobiles ciuitatum hostes 375
Nobiles occisi Künigsfeldæ sepulti, & eorum nomina 303
Nobiles à Rusticis per hastarũ cuspides acti 586
Nobilium esse domi in ocio consenescere, nec alijs seruire, haud existimauit nobilis Ehingenus Rudolphus 417.
Nobilium Sueuiæ bellum aduersus Rudolphum 133
Nobilium ruina 166. eorum rapinæ 375.
Nobilium & aliorum obitus 704
Nobilium examen Argentinæ 283
Nobilium familiæ extinctæ 601
Nobilitatem germaniæ quomodo commendauerit olim poggius 342
Nochet 323
Nœrdlinga 194. qua occasione Imperio incorporata 80. sub Imperio 341. Euangelica 582. Eius amplitudo 498. Eius obsidio 471. Oetingensi Domino proditur, sed diuinitus custoditur 372. conflagrauit, beneficentia postea Cæsarum instaurata est: 44. Turris ibi concidit 408. puer ibi trimulus 732. incendium 677. amplificatio 221
Nœrdlingensium & Oeting. Comitum offensiones 739
Nœrdlingenses 307. illis in mercatu insidiæ structæ 376
Nœrdlingense cœnobium 677
Nordfolcius dux 745
Norimberga 291. & confœderatæ ciuitates ad bellum sustinendum se parant 389. ibi Marchio Albertus Hastiludium cum patricijs egit 396. ibi comitia 477. S. Clarę Gynæceum, & eius Abbatissa ibi 147. Facta quædam ibi 645. Munitio eius 637. Comitia ibi 4 Nuptiæ Regis Henrici 14. Amplitudo 498 pestis 367. domus Sueuorum ibi ædificari cepit 483
Norinbergensis Burgrauiatus 136
Norinbergensis Heersbruck & Altorff capiunt 524. Eorum duces contra Marchionem 390. Eorum victoria à Marchione 393. eorum clades

520. Quo eis bellum indictum fuerit 390.
Northusa comitia 12. ibi amœnissimus hortus & magna celebritas à Misnensi Marchione instituta 14
Nothast. 364. 765
Nothastij nuptiæ 830
Noua moneta nomine Austriaco in VVirtemb. 573
Noui collegij Tybing. studiosorum primus lapis 808
Nouo castrensis Comes 106
Nubium diruptio, seu ruptura 186. 301. 165.
Nummus ἀπὸ τῦ νομίζειν, vel νόμος dicitur, quia nõ φύσει sed θέσει nummus est 48
Nummus victoriatus 64
Nundinæ Argentinenses 300
Nuptiæ Frid. II. Romæ celebrat 11. & nuptialia dona cum à pontifice & Romanis, tum à Germanis oblata, 11.
Nuptiæ Henrici Regis Noribergæ celebrantur vbi inter choreas pauimentum pondere hominum fractum est 14.
Nnptiæ Bauarici ducis Othonis 14
Nuptiæ Augustæ & alibi 651. 654. 680. 756. 826. 783. 795. 811. 761.
Nuenhusensis Berchtoldus nobilis, 84.
Nußia Colonienſis ditionis op. obsessum à Burgundo 438
Nyrtinga, & arx 821. pestis ibi 794. incendium 435
Nyttel Albertus 231

O.

OBernavv. 322. 406
Oberkirch 356
Oberndorff. 146. 234. 249. 270
Oberndorffense cœnobium 408. Sacellum & altare fundatum 418
Obstagium leistung 216. 234
Obstetrix 775
Obtruncatio 296
Occo 780. Adolphus 316
Occanus excommunicatus 217
Occonis Trisij magnanimæ vxor 316
Ochinus 656
Ochsenhausen 316
Ochsensteinius Comes 302
Octauius Fuggerus 768
Oebinga 213
Oecolampadius natus 465
Oeffinga 216
Oeningenses Comites 357
Oetinga 825. arx 349
Oetingensis Comes Ludouicus 6. Conradus 200. Fridericus 310
Oeting. Comitissæ epitaphium 671
Oetingensis leprosus 677
Oetingensium Comitum dissidium, 687.
Oetingenses Comites contra Nordlingam 725
Ohrenmarckt/Blendstat 296
Offenhusa 221. 76. 77. 78
Offensio inter Albertum Austrium & Cæs. Adolphum 175
Offterdingen 201. 349
Ola oppidum 257. à Cæsare captum & ad Imperium 267. Eius reformatio 755.
Olerbach 157
Olenbyrensis monasterij disciplina collapsa 458
Olympia Morata, Itala doctissima, 691.
Olympiæ Moratæ obitus, & eius parentes 696
Omen futuri prælij 379
Omen piscium 367
Ondingen 135
Onolspachij Hastiludium 471
Onschmettinga. 614
Ophtalmicus Schorndorffensis 544
Opitulatorum facellum in bubile commutatum, cum pauci illis opitularentur 435
Oporinus 735. eius natiuitas 532
Oraculi diabolici ambiguitas 124
Oratio de natali Christi 751
Oreb mons 709
Organon musicum templi Vlmensis 290.
Oringam occupant aratores 592
Origo Scholæ Anneæ apud Augustanos 618.
Ortenburg, 638
Ortenberg 154
Oscula Imperatoris innoxia 169
Osculum Imperatrici ab Episcopo datum 169
Oseas Hala 374
Osiander Andreas 577
Ostheimij 706
Osthamma 826
Osterlinus 752
Ostertag 243
Osterhouium Monasterium 686
Osuil Wolgenannt 213
Ottackari crudelitas in vxorem 20
Ottilia Bickina 807
S. Ottiliæ mons 544
Ottbingonum 194
Ottocarus Bohemus Cæsari rebellat, eius literæ ad Rudolphum, & pax 136. Ab ambitiosa vxore impellitur ad defectionem à Rudolpho & eius bellum aduersus Cæsarem Rudolphum, 143. Occisus 145. eius genus ibid.
Ottho, vide Imperator.
Ottho Eberstergensis 146. Ebersteinensis 148
Ottho Vngaros profligauit irrumpentes in Germaniam 132
Ottho Brunsuicensis Vir quartus Ioannæ Reginæ Neapol. 243
Ottho captus 299
Ottho Augustanus Episcopus restituitur 665. 166
Ottvvil 800
Ovv
Ovva op. 139. 270. 274. 166
Ovvensis in Oberndorf. 435
Ovvensis Truchsess. 315
Ovvensis Ioannes 355. Berchtoldus 278. Volckardus 172. Bentzius 292.

P.

PAcis compositio cum Cæs. Patsch 685
Palatinus Rheni quomodo ad Bauariæ rectores peruenerit 2
Palatinus Ottho à Friderico II. vtrumque ducatum Rheni & Boiorum impetrauit, vxorem habuit Gertrudem, Henrici Palatini Rheni filiam 27
Palatinus Rheni Ludouicus vxorem adulterij suspectam præcipiti ira decollat 65. 86. Regis Poloniæ filiam 81 vxorem ducit
Palatinus Rheni Interrex Germaniæ 183.
Palatinus Rupertus Cæsar Herzog Klein dictus 324. Eius in Italiam profectio 328
Palatina Mechtildis 405
Palatinæ Mechtildis instinctu duæ scholæ fundatæ Fridburg. & Tybing. 362.
Palatinus Fridericus tres principes vicit & cepit 409
Palatinus ædificat turrim in contemptum Imperatoris Frid. III. Truh Keyser 439
Palatinus Rheni Cunradus 442
Palatinus Philippus & filius eius Rupertus ab Imperatore proscribuntur 523
Palatinus Elector Ludouicus cum Bauari Alberti filia nuptias celebrat 538.

Palatinus Rheni Episcopus Spirensis, 548.
Palatinarum Ecclesiarum reformatio, 656.
Palatini deditio 660
Palæologus 132.345
Palæologi hodierni 400
Palæologus Montis ferrati Marchio, 471.
Palestinæ loca sancta & quæ ibi indulgentiæ 426
Pallia ministros suos gestare Abbas quidam non finit, ne monasterium subijs asportarent 380
Pamphylonæ metropolis Regni Navarræ, olim pompeiopolis 424
Papa Innocentius excitat proceres Germaniæ ad expeditionem contra Saracenos 1. Fauebat Friderico II. vt aliquu putasset, sed clam eum occiderat 1. Eius iussu iterum crux prædicatur per Germaniam Hierosolymæ comparandæ causa 2
Papa Honorius vrget expeditionem Saracenicã 5. dissidere cepit a Frider. 11 quod Siciliã cũ Apulia subiugasset, 9. Lorchense monasterium in protectionem sedis Apostolicæ recepit 12. Legatum in Germaniam mittit ad Henric. Regem pro liberando dania Rege. 12. 13. Papa cum Cardinalibus impediunt curiam, quam Imp. cremonæ indixerat. 15. Eius instinctu Lombardi coniurationem fecerunt Imperio & expeditioni sacræ incommodam 15. Et Imperator Frid. II. reconciliatus dedit 20000. Vncias auri. 15
Papa Gregorius IX. Superbus Imp Frid. II. excommunicat pro causis friuolis & falsis, posthabito omni iudiciario ordine & Otthonem Saxonem ad Imperiale fastigium sublimauit 16
Papam posse subditos Imperatoris aut aliorum principum iuramento absoluere, Sigebertus hæresim esse dicit. 16. Multos excitat contra Imperatorẽ Frider. 16. Eius incredibilis superbia & summa iniuria in Imperatore 18. curat eos, quos ad expeditionem sacram excitauerat in itinere omni viatico spoliandos. 18. inuadit ditionem absentis Imperatoris, quem propterea in Syriam abire excommunicationu fulmine compulerat. 22. Literas ad Sultanum miserat, ne Cæsari terram sanctam redderet. 23. vix tandem Imperatori procerum Germanorum intercessione, reconciliatur CXX. vnciarum auri millibus persolutis 25. Comitia quæ imper. Frideric. II. Rauennæ indixerat, occultis consilijs impedit 28. Calumnias in Frideric. II. Imp. spargit 42. Venetos sibi conciliat contra Imp. Frideric. II. 40. Papam esse Antichristum Fridericus II. affirmauit 41. 49. Papæ & ipsius flaminibus placuit Germanorum Imperium non modo debilitare, sed in fauillas redigere, eo quod videretur ipsis magis florere quam ipsis vtile foret 44. crucem & indulgentias contra Imp. Frider. II. tanquã contra Saracenos prædicandas curauit 45. Inducias cum Sultano fieri prohibuit, vnde Hierosolyma iterum amissa 45. Tigurinos excommunicat ob fidelitatem erga Frid. II. Imperatorẽ 47. cum Frid. II. cogendum censuit, vt abdicata regnorum, humanarum litium & prophanorum negotiorum cura, sequatur vestigia pauperis Christi, cuius vicarium se iactet. 49. Imperatori obstabat quo minus Vngariæ contra ingruentes Tartaros auxilium ferre posset 49
Papæ Legati, conuocandi comitij causa emissi, ex Legatis Ligati, ab Imper. facti sunt 52
Papa Cœlestinus. IIII. 52
Papa Innocentius. IIII. 45. vana spe pacis Imperatorem Frid. II. lætat 55. Lugduni in generali concilio quotidie Fridericum alta voce pro concione vocauit, vt sesisteret 55. Exorari à Legatis Imperatoris nequit, vt aduentum eius expectet, sed absentem eum damnat 55. Sultano scribit vt ab amicitia Friderici discedat 63. Et Sultanus rescribit, se plus facere Christum quam Papa. 63. Ipsius & Ecclesiasticorum impietas, fastus & auaritia, ipsos Tartaros offendunt 65
Papam esse Antichristum, Germaniæ Episc. dictitarunt, vt testatur Otho Palatinus 57
Papam & eius prælatos esse hæreticos & viuere in peccatis & vitijs mortalibus, in Suecia quidam prædicabant 67
Papæ iniquitas contra Frid. II. descripta à Pandulpho 71
Papa Patauia Episcopum exauctorat & omni beneficio exuit, eo quod fideliter Domino & Imperatori suo Friderico II. adhæreat 78.
Papa Innocentius Siciliæ iura tradit fratri Regis Angliæ, sed frustra, 79.
Papa Alexander Innocentio succedit, 85.
Papa Vrbanus cruciatæ prædicatione Gallos contra Manfredum excitat. 90. Carolum Andegauum excitat contra Manfredum 103
Papa Clemens IIII. 105 plenam remissionem peccatorum dat omnibus qui pro Carolo Andegauo & Ecclesia contra Manfredum pugnant 107. Carolum Andegauum Imperij vicarium creat per Italiam. 110. Cunradino aduersatur ibid.
Paparum de iniurijs Conradinus conqueritur. 111.
Papa interdicit Electoribus ne Conradinum Imperatorem eligant 110. Conradino interdicit ne Regnum Neapolitanum appetat 112. de Conradino & eius Comite duce Austria vaticinatur ibid.
Papa Clemens IIII. autor fuit Carolo Andegauensi, vt Conradinum & Badensis Marchionis filium Frid. capite truncandos curaret 118
Papa Cæs Albertum instigat in Philippum Franciæ Regẽ. Sed affinitatem potius Reges inter se iungunt 191.
Papæ sedes Auinionem translata 195
Papa sibi ius electionis Cæs. arrogat 246.
Papa Gregorius X. 126. Schisma 294.
Papæ falsi tres 338
Papæ tres deiecti in concilio Constantiensi 339
Papa promittit omnibus cœlum, qui ab Hussitis occiderentur 347
Papam generali concilio subiectum esse debere decernitur in concilio Basil. 358
Papa non vult se subijcere generali cõcilio. Ideo contra Basil. concilium generale aliud concilium Florentiæ celebrat 368
Papa Eugenius Imperatorem Orientis collocauit ad finistram 369. à concilio Basiliensi deponitur 371
Papa designatur Sabaudiæ dux Amadeus maritus, & Fœlix. IIII. dicitur, sed processum non habet 371.
Papæ Eugenij instructu legatus Basilienses concilij ad comitia Francofurt. proficiscens spoliatus putatur 385.
Papa Nicolaus V. 316

Papæ legates Constantinopolitani Imperatoris opem eius implorantes contra Mahometem à se repulit, 399.

Papam, cruciatæ dicationibus non religionis propugnationem, sed pecuniam quærere affirmauit Moguntinensis Episcop. Dieterich Eisenbergius, ideoq; à Papa depositus 407.

Papæ pij AEneæ Syluij diploma quoddam 413

Papæ Alexan. VI. de futura vita & articulis fidei dixit: Est nobis persuasio 497. perfidus Auarus immanis ibid. Lucretia fuit filia, sponsa nurus 495

Papæ sigillum & eius interpretatio 514.

Papam Iulium Maximilianus I. ebriosum sacerdotem dixit & verè 520. Eius exercitus à Germanis funditur fugaturq; 543

Paparum nomina si non sub nomine Papæ inuenias, quare ipsorum nomina, quos Papas nosse cupis

Papæ auxilia 658

Papæ à patriarcha excommunicatio 804.

Paparum fides de Deo 600

Papæ & Cæsaru contraria mandata 200.

Papadatus baptizatus Tybingæ. 802

Papale indultum 673

Papistæ Ecclesiastica beneficia grandi pecunia emere & vendere solent, 508. 518. 519.

Parisiorum Lutetiæ Sorbona instituta 84.

Parmense bellum in Italia 675

Parma obsidetur à Frid. II. 63

Parricidium Ehingeni cuiusdam 406

Parricidarum supplicium, & eorum furiæ 833

Parsimonius Ioannes 595

Parsimonij 763

Parsimonia insignis Abbatis cuiusdam Murhartensis 381

Partus monstrosi 643. 675. 134

Patauium à Frid. II. transfertur generale studium 10

Patauium Ecclino traditum 40. è Patauio literæ 786

Patibulum 286

Patmus 805

Patriarcha mors 287

Patriarcha Constantinopolit. venit ad Romanum Papam 369

Patriarcha Græcus 709

Patriarchæ Græci primum responsum ad Augustanam confessionem 758. ad eum Responsum primũ 761. Eius secundum responsum 767. Tertium ad ipsum responsum 775

Patriarchæ Constantinopol. sedes 825

Patriarchæ Bulgari Gabrielis, Tybingam introitus 802. eius literæ commendatitiæ & qui subscripserant patriarchæ eiusq; comites 803. Mores in cibo capiendo & vestitus 804.

Patriæ defensio 378

Patriæ conseruator Nordlingæ quomodo tractatus 372

Patricij Augustani 223

Paulus Phrygio 652

Pauli Papæ veneficia 658

Paulus III. pontifex 627. eius mors 675.

Pauli Fagij vltima concio Argentinæ 672. eius mors 675

Pauperes de Lugduno 218

Pax per Imperium noua 313

Pax inter ciuitates & principes 394

Pax aliquo vsque Religioni data 619

Pax Religionis, vt & ciuilis 716. illius capita, & iteratio, & tria prouisa conseruationi illius, vtpotę 1. persona 2. Res. 3. executio 717

Pecorum apud August. præda 307

Pecuniarum vsus 243

Pedescriptæ sententiæ à Thoma Schweickero 790

Pediculi Pharaonis 709

Pellio Anabaptista miser Rex 613

Peregrinationum σύγγραεις 255

Peregrinatio VVeihebrunnensis 358

Peregrinatio Orendesalensis & Schuppachiana 402

Peregrinatio puerorum Halensium inuitis parentibus suscepta 405

Peregrinatio religiosa ad Mariã Thungerthalensem 361

Peregrinatio religiosa Heilbrunna, 377.

Peregrinatio Burckbergæ ibid.

Peregrinatio Riedensis 434. Ainkornensis 434. Meringensis in Eslingensi ditione 461. Eslingensis 508. in S. Ottiliæ montem 544

Perfidiæ pœna 175

Per lacum Augustæ 286

Perloner Episc. Constant. 494

Persarum Rex Georgius Turcas adoriri vult 405

Pestis Perorum 12

Pestis Ferrariæ in concilio 369. Basileæ in concilio 371. per totam Alemanniã 371. Pestis 356. 367. 464. 266. 648. 649 798. 627. 646. 743. 754. Augustæ 570. Neapol. 603. Nyrtingæ. 794. Reutlingæ 764. Argentinæ 605

Pestilentia 239. 244. 300. 564. 681. cum fame 205. terræmotum secuta dira. 250. in VVirtembergia 613. Studtgardiæ 724. pestilentia contagio cauetur 795. Tybing. 728.

S. Petri Monast. in nigra Sylua 46. cõflagrauit 366

Petrus de vineis in vincula conjectus 68. Oculis orbatus, se ipsum de vita sustulit ibid. 239

Petri fabulosa apparitio 279

Petrinus Cypri Rex

Petro Aragonio Procula studet 156. & omnia quæ ad liberandam Siciliam à dominatu Gallorum pertinebant astutissimè præparat ibid.

Petrus R. Hispanus Messanam, Carolo Conradicidæ eripit. Et Carolum eius filium capit 158

Petri Pauli Vngerij conuersio 671

Petrus Ramus 706

Petrus Agricola 705

Peutinger August. patricius 347

Peütinget VVelserinam ducit 510

Pfaff. 2206

Pfaltzgrauenberg, hodie Pfaltzbald 179

Pfannenbergens. Comites 315

Pfannenberg. 192

Pfefferius amnis 201

Pfeffingen

Pfeffenhartius Vlricus Episc. Constant. 245.

Pfefferger Iacobus longæuus obijt, 784. 73

Pfeffersheim. nobiles 87

Pfevverskloster

Pfifferling/oder stattlich Kröß 693

Pfirtenses Comites 18

Pfirtensis Comes crudeliter à filio enectus 32

Pfirtensium seu Phyretarum Comes Theobaldus 158

Pfirtensis vltimus 259

Pfirt ad Austriacos 278

Pfirteri Augustani 288

Pfortzhaim, porta Hercynia 702

Pfortzheim quomodo peruenerit ad Badenses March. 125

Pfrondorff. 126

Pfullingense Gynæcum 24

Pfullingensium Monialium migratio 643.

Pfullingenses Sanctimoniales 686. & Abbatissa 681

Pfuser de Norstetten 365

Phœnix auis 771

Pheringa 89 4

Philippi Regis Galliæ mors 12

Philippus

Philippus Palatinus praeses VVirtembergiæ, 621. ipsius Italica expeditio, 632. Vulneratus 625
Philippus Melanthon ob græcas docendi literas VVittebergam accersitus, 568. obyt 706
Philippi Hutteni, & aliorum cædes, 657.
Philippus Imperatori Caroli filius in Germaniam aduentus vsq; Lucenburgiam 672
Philippi Galli Epistol. 769
Philippina, & eius virtutes 773
M. Philippus Gallus 786
Philippus & Irena 818
Philippus Apianus 827
Philipp. Dagen 842
Philosophicæ professionis duæ sectæ Reales & verbales 451
Phyretarum seu Pfirtensium Comes Theobaldus 186
Pinicianus 605
Pirckhaimerina Charitas, Abbatissa, 147.
Pirckhaimer VVol. b. natus, 433. Eius mors 618
Pisa Imperatrix rapta 262
Pisis longæuus 508. 25
Piscium omen 747
Piscium captura Constantiæ 826
Placy Theologi natiuitas 619
Planckenburg nobilis 53
Plantschij mors 623
Platamona ciuitas 792
Plebanorum duorum contentio 150
Pliderhausen 146
Plieningi. 332
Plieninger. Doctor & miles auratus, 533.
Pheningeri 747
Pluuius annus 207
Pluuiæ graues 421
Pluuia & fames 605. 606
Podamicorum res gestæ 291
Podamicus lacus, 632. congelatus, 144.
Poëta Germaniæ primus Celtes 406
Poëtis Monachorum 557
Poggius 342
Polona Regina 304
Poloniæ R. Henricus Gallus 751
Poloniæ R. Stephanus 760
Polycarpus 758
Polytechnia, 540. 527. AEntringerorum nobilium 360. 418
Pomponius lætus 434
Pomum aureum 615
Pontifex Auenione remigrat Romam, 283.
Pontificis aurifuga 165
Pontifices Rom. 231
Pontificiæ Religio qualis 531
Portneri fraus in Iudæos 218
Portugalliæ & Lusitaniæ felicitas 424
Portugal. R. Sebastianus 767
Posnania 837
Postfeudum 626
Post INTERIM nullus successus, 684.
Poundi Gynecæum 17
Poundensis Gynecæi fundatores & Abbatissæ 30
Pracho 210
Pradicamentis alij res, alij verba contineri contendebant 451
Prædicatores cur instituti 193
Præfecti prouinciales, 187.
Prælij Manfredi & Caroli 107. Caroli & Conradini, 116. Ludo & Frider. 214. inter Francum & Augustum R. R. 248. cum Heluetijs, 302. non longè ab oppido VVila 309
Prantelius 732
Præsentatio presbyteri 485
Præsentati presbyteri iuramentum, ibidem.
Præsentatio Capellani cuiusdam 420
Præsidia contra Viricum exulem 573
Pragensis Academia 270
Pragæ seditio 345
Prandium principum Tybing. 808
Preces pro Sueuico fœdere 513
Preces in Ecclesia 750
Primus Truber, 724. defunctus 800
Principum fœdus contra vrbes, 294, eorum diligentia 296
Principem VVirtemberg. Viricum neglecti Latina linguæ studij pœnituit, 395.
Princeps illiteratus asinus coronatus, 405.
Princeps charus & amabilis ciuibus, 411.
Principum simulachra fontibus imponuntur significat τὸ ἐξ ἀσῶν πολυφελὲς 426
Principum progressus 682
Priuilegia Germanicè edenda 134
Probus Tybingen. Tullensis Episcopus, 164. Oratio eius contra expilatores Romuleos Germaniæ ibid.
Proceres Græci in vrbe Constantini, 175.
Procida Insulâ 156
Procula Salernit. contra Caroli Francum ibid.
Procuratoris constitutio ad capitulum Mogunt. 525
Prodigalitas nobilium 241
Prodigalitate diues Bachius Dettingensis nobilis ad summam paupertatem redactus 94
Prodigium 238
Proditorum pœna 62
Proditores Nærdlinga quomodo puniti 372
Professio nouitiarum monasticarum puellarum 170
Progressus principum 682
Promotio Regis Rom. 568
Proscripti in gratiam recepti 683
Proserpinæ raptus 435
Protestantium nominis ortus 606
Protestantes sacrilegij insimulati 641. ipsorum incrementum, 619. Concilium liberum postulat in Germania, 623. Auxilia conferre contra Turcam nolunt, 617. eorum cõuentus Schmalcaldiæ, ibid. in ipsos calumniæ, 640. ipsorum scriptum ad Cæs. 658. eorum apparatus contra Carolum V. & scripta, sibi bellum iniustum inferri, ibid. ipsorum spes imminuta 659
Protonotarius, qui capitalem sententiam contra Conradinum pronunciauerat, ense à Caroli Andegauensis genero confoditur 120
Prouocatio ad concilium Oecumenicum contra Cameræ iudicium 606
Pruina 364
Psalter Mariæ 538
Pseudo Comes quidam 103
Pseudo Fridericus 103. 159. 179. 357
Puthenius 796
Puella ppropera 8. an. ætatis patiẽs 144
Puella πρωϊτρεφὴς 237
Puella ἔσπερος 642
Puer in Ecclasi 628
Puer Helueticus magnus 674
Pueri Augustani vexatio 544
Pulueria officina Tybing. 635
Purgatorij negatio 317
Purgatorium, Græcorum legati negant Basileæ 358
Purgatorij quæstio tractatus in concilio 369
Purgatorium Patricij 558
Pugna Anticæsarum ad Nicrum 207
Pugna Armeniaca inter Delphinum & Suitenses 379
Pugna atrox inter VVirtembergicum & Vlmenses 391
Pugna picta 407
Pustum 798
Pyra incendio tosta Tungenthala 391.

Q.

Quare de tot mortuis in hoc opere scriptum 846
Quersurt 317.

R.

Rabensperg. vel Rauensburg. nobilis Episc. Aistetens: 32

Radeckius nobilis Episcop. Patauiæ fideliter adhæret Friderico II. ideóque à Papa omni beneficio exuitur, 78.
Raderach 74
Razivvilus 722
Ragusium, 798. Turcis tributarium, item quantum distet à Parentio, & Parentium à Venetus 425
Raimundi Fuggeri progenies 638
Rama 708
Ramminger 231
Ramspachius pauper ex diuite factus, 97.
Randeck, 322. Episcopus Constantiens. 434.
Rantzouij 780
Rappersvvila, 256. Eius communitio, 260.
Raptor nobilis propter prædationē vrē dine consumptus est 95
Rapum rapit ibid.
Rascia 305
Ratisbona capitur à R. Conrado, 79 & 80. à Bauaro occupatur, sed restituitur Imperio, 493. ibi Hastiludium, 21. 321. 25. 336. 478
Ratisbonenses spoliati pecore 307
Rauchschnabel 666
Rauennam Frider. II. magno apparatu venit, 28. Eodem redyt ad comitia 29
Rauenna à Germanis obsessa, 542 deditur 543
Rauensburg. vel Rabensberg nobilis Episc. Aichstetens. 32. 74
Rauenspurgenses pagi 401
Rauenspurgi Turcu collapsa 685
Rauenspurgi obsidio 312
Rebstockij & Rossbaimij Argentinæ, & cædes inter ipsos 286
Recensio funerum VVirtemb. principum 842
Rechberg 189. 216. 334
Rechbergij 265
Rechbergensis Conradus à Bappenhaimia oriundus 125
Rechbergensis Conradus matre comitissa natus fit Episcopus Curiensis, 372.
Rechbergensis nobilis Episcopus Aichstet. 357
Rechberg. Conradus 249
Rechbergij Baronis nuptiæ 708
Rechbergiorum morituorum præsagium 836
Rechberghusen 236. 257
Rechlinger Cos. Augustæ 639
Rector Ecclesiæ Tybing. 232
Regalia Imperij 615
Regeliorum familia nobilis 544. 545
Regensperg. Baro superbus, 109. domitus ibid. & 110.
Regina, Iacobi Andreæ Cancellarij vidua 841
Reginarum duarum aduentus, Mariæ Vngaricæ & Annæ Ferdinandi 612
Regiomontanus Romæ moritur 447
Regis Ferdinandi Consiliarij 617
Regum Hispan. & Maxim. II. nativitas 602
Reichardus 743
Reichardi Streünij nuptiæ. Casus paramenti aulæ. Succursus. Aliquorum iasiones. Fures aliqui 778
Reichenberg arx 216
Reiffenstein 402
Reihing 723
Reinerus Rutensis 183
Reinhardus Ehingenus 244
Reinvvoltspergensis sacerdotij collatio, 359.
Reis 243
Reliquiæ Sanctorum in papatu quales fuerint olim, testatur missis ex qui Archangeli Michaelis pennam, & fœnum in quo Christus cubuit, hominibus monstrabat 516
Remboldi patricij Augustani 427
Rembs 162
Remching. Henricus 193
Remp 317
Rempen geschlecht von Pfulling/ 24.
Rempius Henricus 154
Renouatio seu descriptio censuum Tybing. præfecturæ 573
Res terrificæ & immanes 600
Resurrectio à morte 772
Reüchlinus, 402. 437. Creatur ab Imperatore comes Palatinus, 496. eius defensio cōtra Sophistas, 544. Græcus professor Tybing. 569. eius mors 576.
Reüschachij duo, pater & filius 647
Reüstenvicus 176
Reüt vel Reüta cœnobium, 281. 467. 265. 210.
Reütlinga 376. 839
Reütlinga muro cincta, 4. 64. Civitas facta Imperialis, 49. à pseudo Rege Henrico obsessa, sed frustra, 64. Eberhardus eam vexat, 287. ibi templum fulmine tactum, eius amplitudo, ibi et duæ familiæ olim Eitelscheimen & Teüfel, 498. Maximilianus ibi fuit, 510. incendium ibi, 528. Achalmensis præfectus ibi occisus, 562. schola ibi, 291
Reütlingensem ante vrbē, VVirtemb. & alij nobiles cæsi, & eorum nomina 288. eorum cadauera reddita, & ciuium occisorum numerus 289
Reütlingenses, 308. Sachsenheimius hostiliter eos adoritur, 313. Maximilianus eis tradidit iura, quæ VVirtembergicus dux in ciuitate Reütlinga habuit, 515. In patrocinium VVirtembergici ducis recipiuntur, 526. Eorum offensio 561
Rhauvvolff 725
Rhegij arx Arola expugnata 68
Rheinsteinius nobilis Episco. VVirtzburg. 74
Rhelingeri Augustani 189
Rhenenses ciuitates 308
Rhenensium & Suenicorum Vrbium fœdus, 293. principumq; fœdus contra illas 394
Rhodus Insula ad Ioannitas peruenit, 197. Bello à Turca petitur, 423. eius descriptio, 425. Turcarum 583
Rhonerus 809
Rhorhalden vel Ronhalden vide cœnobium 252. 706
Rhot 384
Rhot Vlmensis 226
Rhotvvile vide Rotvvila vel Rotvvila. 656. Medium ibi 253
Richardus Manfredus 56
Richardus Cæsar 848
Richenvvilera 85
Rieber
Riederer patricius August. & Cæsarei Consiliarius interficitur 412
Riedlinga 315
Riedlingenses 196
Riethaim 201
Riga 723
Rinderbach 315
Rinderbachius Ioannes 275
Rinderbachij 373. 440
Rineck 231
Ringingen 315
Ritter 214
Robertus Castilionensis Frid. II. Vicarius Papæ victor 64
Rockenburg Monast. 475
Rodolphi Cæs. & Eberhardi VVirtemberg. bellum 162
Roggerius Lescher 212
Roma obsidetur à Frid. II. 54
Roma vetus & noua septicollis 348
Romæ vrbs occupatio 600
Romæ coronatur Frid. III. & Leonora 397. 398.
Romæ quot Ecclesiæ, & quot habeat indulgentias 426
Romam occupauit Rex Galliæ 499
Romandiola 146
Romana pars Thraciæ 599
Romani Regis promotio 568
Romanorum nobilium in Germaniam relegatio

relegatio 76
Rorbachij & VVilderhodij inter se inimicissimi 183
Rorhalda cœnobium, 706. 252
Roseck castrum 335
Rosenberg. Halensium hostis 393
Rosenfeld, 810. ibi sanguinea pluuia, 668.
Rosenfeld. nobilis 466
Rosenkrantz, precatio papistica 531
Rosenouiæ certamen sagittarium, & sclop. 535
Rosina pellex 237
Rossera 766
Rostochienses Doctores 838
Rossvagij nobiles Rudolphus & Conradus 144
Rotenberg, 242. Vicus 825
Rotenburgenses Comites 41
Rotenburgensis comitatus 154
Rotenburgum Nicri, 291. instauratum 126. & Epitaphium, 832. ibi Albertus dux Austriæ cum familia aliquandiu manet, 423. Carmelitarum monasterium fundatum, 126. Insignia, 360. Oppignoratio eius, 335. Austriacus ab Vlmensibus redemit 322
Rotenburgo Tuberani 3[illegible]
Rotenburgenses ad Tubarum à nobilibus vexati 597
Rotenfanij 782
Rotenhanij 767
Rotenstainia corona 366
Rotus nobilis 165
Rotvvila 656
Rotvvil. Medicus, 215. fulmen ibi 236
Rotvvilenses bellum indicunt Zollerensi Oettingero 349
Rotvvilensium hostis callidus 232
Rotvvilensium controuersia cũ VVirtembergico duce, 536. 483. Eorum fœdus cum Heluetiis 413
Rotvvilense iudicium, 326. 354. 387. 389. 449.
Rubus Canimus 769
Rudolphus, 154. Et eius vxor secunda, 159.
Rudolphus Austrius, 268. Eius coronatio Regalis, 755. Altera eius coronatio 756
Rudolphi Bauari & Augustanorũ bellum, 187. eius Exilium 211
Rudolphus Bappenheimius 252
Rudolphus Cæsar contra Ottocarum, & prælium inter eos, 145. Mompelgardum capit 155
Rudolphus Episc. Constantiens. 137
Rudolphus Ehingerus, 559. eius dignitas 566
Rudolphus Ehingenus, 613. eius obitus, & indulgentia ei facta, 638. Eius filia Anna 602
Rudolphus Elachensis 237
Rudolphus Hohenberg. Senior 233
Rudolphus C. Hohenberg. 208. 217
Rudolphi Imp. oscula innoxia & eius obitus, eiusq; Eulogium 169
Rudolphus I. Rom. Imp vide Imperator.
Rudolphus II. Imp. XVII. 760
Rudolphus Montefort, 224. Episcopus Constãt. in Papæ anathemate mortuus 210
Rudolphus R. pacificus & prædonum hostis, 134. Noluit Italiã ingredi. Nihilominus erat Imperator ibid. Eius habitus 136
Rudolphus Sultzensis comes 274
Rudolphus Sueuiæ dux 145
Rudolphus C. Tybing. 133. 144
Rudolphus Palat. Tybing. dictus Scharer, 186. eius pœnitentia 170
Rudolphus Palat. Tybing. 138. Heinricus 232. 233.
Rudolphi Tybing. vxor Luitgardis 193
Rudolphus Tybing. Aduocatus Syndelfingensis 166
Rupella obsidio 749
Rummelius 401
Rumor belli contra protestantes 637
Rungius 802
Russanij nobiles 494
Russeck 228. 176
Rusticus progenie fortunatus 733
Rusticanus furor 587
Rustici casi apud Bœblingen 588
Rustici alicubi seditionem spirantes: vt contra Comitem Lupfensem 583
Rusticorum seditio cõtra iniquum Abbatem Sangallensem 330
Rusticorum conatus in oppido Marbacho, 590. & prouisio Magistratus. Rustici supplices 591
Rusticorum seditio grauissima, eorum coniuratio Algoiæ campidonum circa Augustam, Vlmam Rauensburgum, 585. Cæsi in VVirtembergensi agro 586
Rusticorum Halensium coniuratio, & ipsorũ grassatio, terrentur tormentorum sonitu & diffugiunt, dein deprecantes veniam, & eorum pœna 592
Rusticana seditio 493. 522
Rusticorum Ebriorum rixa 833
Rutenses, 234. Nobiles 197
Rutensis Reinerus 183

S.

Saubaudia, 159. eius primus dux factus Amadeus ab Imperatore, 342.
Sabinæ Ducissæ reditus Studtgardiam, 563. eius habitatio 575
Sabina VVirtembergensis nascitur.
Sabina mater Christophori d. VVirtemb. Nyrlingæ 677
Sabinæ VVirtemb. mors, & oratio in templis tum 723
Sabina Palatina 844
Sacerdotum in Germania persecutio, 45.
Sacerdotum Pontificiorum in Boiaria vitia 88
Sacerdotis commendatio, vt ei dispiciatur de aliquo beneficio 297
Sacerdotes deceptores 634
Sacerdos homicida vel parricida, 493
Sachsenheimius 313. 405
Sacra pro mortuis 106
Sacramenti altaris administratio necessaria, instituta 178
Sacramenti adoratio, impugnata, 301.
Sacramentarij certaminis initium, 596.
Saga quædam domestica 674
Saga 793. 822. 786
Sagarum decollatio, 833. Combustio, 716. 786.
Sagittariorum certamen Magdeburgi, 305.
Sagittariorum certamen Tybing. 675
Sab. 750. Cyprium 425
Salhadingen 234
Salinguerra 37
Salomon Schweicker Constantinopoli, 764. eius reditus Tybing. 776
Saltzingensis Episc. à Frider. Bauaro captus 307
Saltvas 195. 234
Samos 805
Samuel Hailandus 703
Samuel Huber 809. 830
Sancta liga, fœdus inter Gallum & Hispanum 725
Sanctius cæteris quidam prætulit Georgium & Martinum quia cæteri pedibus & pannis obsiti incederent, hi splendido vestitu equitarent, 464.
Sanctus Fictitius 337
Sanct. pilt. in Alsatia 314
Sangallense oppidum à monasterio liberatum 9
Sangallensis superbus Abbas 15. 26
Sangallensis Abbas VValther abdicauit se Abbatia, eo quod nollet bellum gerere 45
Sangall. Abbas 613
Sangall. Abbas Cuno 292
Sangall. fœdus cum Episcop. Constant. 224.

Sangallenſium fœdus cum Sueuicis ciuitatibus 272
Sanguinea pluuia Roſenfeldæ 668
Saraceni Hiſpania expelluntur 481
Saragoſa olim Cæſar Auguſtæ 430.
Sarbruck Comes Henricus Epiſc. VVormatienſis 5
Sarcaſmi cauſa Monachus Burckardus interfectus 379
Sattleri 433
Saxoniæ Electoratus filio Anhaltino datus 33
Saxenſes Barones 87
Saxenheimenſis Hermannus 238
Saxoniæ Elector. Ioannes natus 431
Saxo & Landgrauius contra Epiſcopos, 604. proſcripti à Cæſ. 658. Gamundiam tenduit, eamq; tormentis verberant, & deditione capiunt 657
Saxo reſpuit Interim 666
Saxonis Electoris dimiſſio 683
Saxonicarum Eccleſiarum ſtatus 769
Scaliger canis Gibelinus, 213. & Scaligerorum delectio 305
Scalichius 710
Scanderbegus 377
Schadius Ioannes eques 490
Schaffhuſa conceſſit in fœdus Helueticum, 517. ibi incendium, 283. & Haſtiludium 21. 314
Schalcksburg 261. 278
Schalhaimer 612
Schan 258
Schantz 774
Scharnſtetten 267
Schaubeck 232
Schechingen, 180. 239. nobilis 544
Schelcklingen 186
Schelcklingenſ. Comes vltimus 203
Schempius 668. 731
Schenckius VVilhelmus Stauffenburg, 225.
Schenckij pincerna, 186. de Stauffenberg 278
Schertlinus, 595. 620. eques auratus, 503. ipſe & alij proſcripti, 668. Ei inſidiæ factæ 683
Scheübe, 181. 714. Mathematicus, 642. eius mors 739
Schilling, 201. 285. 583. 813. 839. Heinricus Neiſſæ oppido ſepultus 261
Schiltach, 149. VVirtembergicis à Tecenſ. venditum, 36. conflagratum, 623. 883.
Schiltbergium, 194. & Schiltberger, 320.
Schletz, 244. 287. 540. Halenſis Schletzius 295
Schlickius Cæſaris Cancellarius, & in cõcilio Conſtantienſi Vicarius, Huſſi damnationem agrè ſert 340
Schlycht 690
Schlyſſelberg 149. 181. 262
Schmalkaldiæ conuentus, 641. 617. fœderis renouatio & auctio, 629. eius dilapſio 660
Schmaleneck nobilis 50
Schaffnaburg. Lamberti Chronicon, 595.
Schnepfius Erhardus natus 503. 627
Schnevveiſſius 834
Schœchingen, 347. Schœnavv, 706. & Schœnavv. nobiles, Vdalricus & Othmarus 73
Schœnbrunna 833
Schœneccius Henricus Auguſt. Epiſc. 235.
Schœnfeldenſe gynæceum 53
Schola Eslingenſis, 150. Schola puellaris 822. Scholæ inſularum, 805. Scholæ Monaſteriorum VVirtember. 697. earũ quotannis viſitatio, 832. Schola Germaniæ, 275. Schola Auguſt. 651. Scholæ quæ Frider. II. tempore fuerunt 71
Scholaſtici Doctores quando philoſophiam in Theologiam inferre cepe-runt 71
Scholaſtica Maglingia 787
Scholaſtici vagantes 658
Schonbuchianum cœnobium conditum ab Eberhardo C. VVirtemb. 497
Schopula 276. 212
Schorlinus 145
Schornbach 171
Schorndorff, 146. 167. 345. 104. 824. templum ibi 332. 448. Eccleſiæ illius indulgentiæ, 184. Organon muſicũ ibi 802. Schola. 358. Scultetus, 248. Campanile, 485. Frumentaria domus 488
Schulter 729
Schutter fluuius & vallis 105
Schvvabeck, 191. Comes Eggo abbas Vtenbyr. 329
Schvvabij Halenſes nobiles 397
Schvvartzach 421
Schvvelher 366. 377
Schvvabergius nobilis deſignatus Epiſc. Auguſt. 347
Schvvenici cuiuſdam militis ſimplicitas 511
Schvvoppermannus 215
Schvvenckfeld 383. 602. 633
Sceptrum 615
Scipius Gentilis 780
Sclopetarij Tybing. pagi, 788. Sclopetariorum exercitium Halæ 628
Scotus Ioannes D. 199
Scotiæ Rex honorificè excipit & tractat Georgium Ehingenum Sueuum equitem 430
Scripti editio de libertate Germaniæ reſtituenda 681
Scultetus (prætor) Cæſareus 218
Scybala, ſeu, Squibula 168
Scyrus 798
Scyrus 429. 514
Sebaſt. Munſterus natus
Sebaſt. Schertlini factum in Adamum de Stain, 633. eius exilium 662
Sebaſt. Pontanus 815
Seckendorff. Ioſt 440
Seceruitius 609
Secunda Cæſ. Lud. vxor 216
Seditio Ruſticana in Algoia, 493. In Agro Spirenſi, der Bundtſchuch 522.
Seditio Ruſticorum VVirtembergenſis authore paupere Conrado 510
626
Seehofer
Seflingenſe cœnobium, Aduocatus, Abbatiſſa 40
241
Seges Monachorum 241
Segetes non vaſtandæ à militibus, 409. 410.
Seldius 656. 558. 726
Seleſtadium muro circundatum 5
Selinus Turcarum Sultanus 718
Semina quomodo agricola contra raptores conſeruarit 95
Seminum raptores 94
Sempachum opp. 302
Senfftius Melchior, 97. Senfft. 707. 793. ab Imperatore donatur phaleratoequo, 512. Senfft. 736. Senfftius dux in prælio cadit, 392. Senfftius Conradus, 420. Senfftius Sulmaſterus 318
Senfftij Sulburgenſes 93
Senfftij, 244. 248. 266. 324. 325. 331. 553. 744. 398. Venatorem interfecerunt, 493. multi 364
Senfftiorum Sepultura 560
Senfftina 730
Senfftia parca nobiliſſa 91
Sensheim 201
Septam Africa vrbem Portugalliæ Rex contra Saracenos defendit 428
Septem fratrum ſacellum 94
Sepulchri apertio 636
Sermone incauto Argentinenſis Epiſc. Heroldſeck arcana prodidit 98
Serpens monſtroſus 609
Serpentinus lapis Halenſium, & quomodo inuentus, eiuſq; vtilitas, 829.
Sicilia à Carolo Andegauenſi occupatur, 108. Vtriuſq; Siciliæ regnum Papa Carolo Andegauo defert, vt ſuis armis acquirat, & ſe ab Eccleſia habere agnoſcat, 103. liberata, 156. eius regnũ Manfredus in ſuam poteſtatẽ redigit, 85. eius regni iura Papa tradit fratri Regis Angliæ. 79.

ciam Conradino recipit Frider. Hispanus, 112. dat Germanis frumentum tempore famis, 205. Eius Sardiniæ regna vnde ad Hispanos peruenerit 443
Sickingen 575
Sicula Vespera 156
Sidonis, Beryti, Tripoleos euersio 168
Sieffen 112. 216
Signum, 795. Sigillū Gotefridus Com. de Tybing. non habens 138
Sigismundus Tybing. 201. Poloniæ Rex, 805. vide Imperator. Vngariæ Rex, 300. 305. Munchingius 209
Signifer fortissimus Harderus 543
Sigmarius 82
Signovv 222
Siguertus 755. 765
Similla virginis raptus & reductio 11
Simo Sultzerus 788
Simon Grynæus, 646. Simonius 743
Simotzhaimum 182
Sindelphinga, Zaueistainium & alia, VVirtembergicis tradita 279
Sindelphingensis concordia 150
Sintzendorff 764
Sixtus IIII. 434
Sleidani vxor obijt, 688. Sleidani mors, 698.
Smalstein 216
Sodalitates nobilium 294
Sockendorffij arx & pagus Ebersteinæ ciuitatum exercitu comburitur, 374.
Sœffingens. nobilis 74
Sœffingensis Monasterij reformatio, 470.
Solimannus 744. 663
Solimannus 567
Solaconius 780
Soludurum 486
Somius 60
Sonnenbergenses comites ex VValdpurgensibus dapiferis oriundi 455
Sonnenbergensis comes occiditur à comite VVerdenberg. 539
Sophia VVirtemb. nata 720
Sophia, ciuitas Bulgariæ 765
Sparta 790
Spatus Frid. Episc. August. 197. Eques auratus 408
Spaur 638. 727
Speccerus 737
Speiserus concionator 581
Spenlinus 388
Sperberseck, 289. 698. 756. 759. nobilis, & nobiles 82. 378
Spica 742
Spiegelberg 699
Spiegelij, 287. nobiles 281
Spiræ campana decidit, 196. Comitia, 606. Conuentus principum, 648. Cōuentus Spirensis, 657. Eorum periculum 222
Spiessij nobiles 331
Spitzenberg. Comites 112. 125. 163
Spōsæ raptus, 493. magnifica missio 10
Sponsi Imperatoris Vicarius alterum crus genu tenus intra stragula injecit ad sponsam nudam 11
Spurins ad magnos honores 196
Stadion 31
Stain, 271. 171. 755. Stain nobilis, 254. VVolfius, 242. nobiles, 396. 327. & de Rechtenstein, & Klingenstein, ibid. nobilis gigas 405
Staineck 762
Stainenberg 240
Stainbulben 161. 242
Stamaticus donatus Græcus Tybing. 767.
Statuæ Apostolorum 821
Stauffen, 271. pagus 815
Stauffensis Egino, 134. Comes Antonius, 724. Scenkij, Stauffense collegium 222
Stauffenberg 278. 775
Stauffenbergius, 313. Stauffenburgij nobiles 431
Stauffeneck 88. 214. 133. 160
Stauffeneccius Ludouicus 195
Stöffelij 174
Stœfflerus Mathematicus, 554. Eius Calend. Romanum, 560. eius Tabulæ, 557. & mors 613
Stehenhaber Memmingensius 750
Steckiberna, 212. Liber Baro Hildenboldus 73
Stegij, die vom Steg/Vlmenses patritij, postea Krafftij dicti 427
Stella noua apparitio 742. 749
Stemslingens. Egnolphus 125
Steph. & Henricus C. Mompel. 275
Steph. Gerlachij reditus Tybing. 767. eius nuptiæ 768
Steph. Gumpergius 207
Sternberg, 70. Sternbergij, 780. Baronis obitus 739
Sterneck 824
Sternenbrunnen 76
Stertzinga in parochiali templo elegantissima tabula picta 425
Stetteri 577
Stetten Gynecæum, 259. 369. 58. Priorissa, 226. 318. Monasterio venditur curia, der Pfawenhoff / 313. Monachæ 99
Stettens. nobilis, 365. 106. 362. Georg. 556.
Stettmeister zu Hall 217
Stigelius 554
Siliconis filia Romæ effossa 653
Stipendium D. Martini 601
Stockingensium res gestæ 291
Stockus quidam reliquias exercitus Cunradini reduxit 123
Stockacius 144
Stoltzhurß 144. 137
Stouffen, 172. 285. miles 106
Strategema, 345. in Tigurinos, 378. duo Rudolphi Habsburgij 118
Straler 31
Stralenbergensis Conradus 180
Strein 735
Streitberger 793
Straubenhard 376
Strophades 709
Studtgardia, 231. 401. Magistratus ibi 314. 470. Castellum, 161. Murus, 164. Vlrico dedita, 625. ibi Cancellaria, 446. Curia & fons, 426. Hastiludium, 365. 469. Horologium 839. Iaculatorium certamen, 705. Acta Religionis causa, 629. amplificatio, 398. Monasterium prædicatorum, 432. Cæsari iurata, 660 in foro Basilica conditur, 364. Cathedralis Ecclesia, 407. prædicatores aream accipiūt ad ædificandum domicilium, 437. Eius obsidio per Cæs. Rudolph. contra Eberhardum Illustrem, ciuitates affligentem, 157. deditio, & inter Cæs. Eberhardū transactio, ibid. Quidam ibi nobiles mortui, 566. Collegij & Præpositura erectio, 213. Collegiatæ Ecclesiæ diploma, 413. Ex Beütelspachio, collegium ibi. 210
Studiosi adolescentes August. Alumni, 647.
Studiosorum & ciuium Tybing. pacatio 785
Straubinga Hastiludium, 365. ibi celebrata Othonis Bauariæ ducis nuptia 14.
Stubenrauchius Henricus 189
Sturmij Ioannis natuitas, 532. eius aduentus Argentinam 634
Sturmlinus 437
Sturmfeder hostis Vlmensium 372
Suabeccensis comitissa Gisela 74
Suaza & eius Metallici 611
Subsidia August. aduersus Turcam 620
Subsidium in Vngariam 633
Subscriptiones Græcorum 241
Sudor Anglicus 605
Sueuus in comitiis à Palatino appellatur Rudolph. Habsburgēsis Imp. 131
Sueuica lingua, 521. Sueuicum genus Rom. Ecclesiæ diu fuit perquam damnosum, 1. Sueuici magnates, 783. Sueuici fœderis renouatio, & eius socij 573. Eius pactio. 482. 484. 486.

Eius expiratio, 624. Sueuicorum Regum & ducum sepulchra in Lorch. 443. Sueuicum fœdus magnum, 288. Sueuicorum Imperatorum finis, 123. Sueuici circuli partes quatuor, 718. Sueuico bello gesta ab Augustanis, vbi Teccensis illorum polemarchus 282
Sueui docti, 554. Vltra centum & viginti annos Roman. Imperium gubernarũt, 443. in Vngaria in Thuringia cæsi, 197. Eorum auxilia contra Turcas, 619. eorum primæ partes pugnandi 262
Sueuiæ ducatus dilaceratio post Conradini obitum, 123. Eius præfecti duo, 181. illius nobilium bellum aduersus Rudolphum, 133. Sueuiæ ducatum Rudolphus I. Imperator filio suo Ioanni dedit, 132. Eius ducatus Imperio iterũ incorporatus, 7. Sueuiæ præsides 224
Suffraganeorum ascitiꝫia nomina, 366
Sulgouium oppidum 17
Sulmeister & Sulmeisteri, 182. 208. 209. 201. 173. 214. 189. 333. 244. 11. Nobilis. 69. à Sulburg, 93. Burckardus nobilis, 38. Senatores Halenses, 105. Vixerunt Halæ, 21. Vltimus 398.
Sultani Melahadini maior pietas quã Papæ 63
Sultza, 383. 352. incendium ibi, 775. Saliuæ ibi, 732. obsessa 403
Sultzensis Comes, 326. 354. C. Rudolphus. 274. ciues, 199. Comes Hermannus 146
Sultzerus 403
Sumptuariæ leges 241
Sunthaim 230
Superba Imperatrix Sigismundi 367
Superbus Regenspberg. Baro, 169. Humiliatus ibid.
Superbus Abbas Sangallensis 15. 26
Supplicatio à Papa indicta 403
Supplicationes ad Deũ, cruce circumferenda propace 565
Supplicatio VVirtember. D. Vlrici ad Papam 556
Supplicia ciuitatum in raptores, præsertim Halæ 298
Sutor, nobilem se Augustæ fingens 732
Sutoris Lauingensis cuiusdam laus 151
Svvandens. Baro Abbas apud Einsidelen 32
Svvartzenburg. nobilis Volmarus, Henricus & Cunradus 73
Sybilla Electorissæ Saxon. mors, itemq; mariti 691
Syluanus 797
S. Symperti August. Episc. leuatio 495
Syndelfingæ 160
Syndelphingẽsia ad VVirtembergicos, 230.
Syndelphingense collegiũ, 230. eius aduocatus, 89. eius aduocatus Rudolphus Tybing. 166
Syndelphingensium canonicorum cappa ex serico 105
Synodus Constantiæ ob disciplinam reformandam 221
Synodus Constantinopoli 797

T.

TAbe consumptus à muliere nobilis 95
Tachenhausen 91
Tectosages 35
Tagersheim 243
Tailackeri controuersia 502
Talerorum origo 553
Tamerlanes Bataxetis Victor 324
Tanneſ. dapifer Euerhard. 3. 10
Tarenti principatũ Frid. II. dedit filio suo naturali Manfredo 55
Tauleri obitus 271
Taurus 765
Teccum, 587. Vnde Teck dicatur, 35. ad VVirtembergiam venit 269 371
Teccenses duces olim VVerkenses ob insignium cuneis 124
Teccij & Teccenses duces & comites, 35. 146. 194. 149. 215. 246. 216. Primus dux Albertus, 4. 36. Berchtoldus Episcopus Argentinæ vincit Regem Henricum, 18. dux Berchtoldus 12. Conradus, 160. 222. Eius cades in ciuit. Monacẽs. 252. Fridericus 273. 282. 283. 300. 312. 268. Friderici duo 324. Guilhelmus, 358. Hermannus, 35. 197. 26. 160. 166. Ludouicus, & eius litera, 149. 81. 213. 274. 126. Eius commendatio, 223. Ludouicus Patriarcha Aquileiæ, 357. Eius gesta in concilio Basilienſi & mors, 371. Vlricus, 333. 338. VVilhelmus, 358 vltimus 251. 346. Teccensis cuiusdam humilitas 125
Teccensis Adelhaidis, 200. Agnes, 216. 222. 231.
Tellium vallis 312
Tempestas horrenda August. 434. alia 530.
Templariorum ordo damnatorum 201
Templi dedicatio 513
Templorum prophanatio, 392. Pontificia expiatio, 670. eorum & primi lapidis antiqua apud Romanos, condendorum & ponendi ratio 290
Tenedus 798
Tentorium mirabilis arte constituũ 28
Tentoriorum collapsio 687
Terræmotus, 179. 282. 250. 307. 558. 624. 683. Anno, 1509. 1510. fol. 535. Basileæ, 265. Augustæ, 651. Viennæ, 833. ad Duellium 809
Terra AEgyptiæ, animantium genitrix 755
Tettelbachia Barbara 784
Tetzelius indulgentiarum mercator, 558. obitus 565
Teuren 650
Teutonici cruciferi prutenos sibi subiecerunt concessu Friderici II. 5
Textorum domus Augustæ 312
Thalhaim 242
Thannius nobilis Conradus Episc. Spirensis 30
Thanneck nobilis Episc. Constant. 32
Thebæ 781
Theobaldus phyretarum seu Pfirtensium Comes 116
Theodoricus Snepfius 800
Theodoricus Gemmingensis 716
Theodorus Porphyrogenitus 39. 400
Theod. Zygomalæ liberi 805
Theod. Zuingeri mors 812
Theodora Græca Austriaci Ducis Frid. vxor. 37. eius obitus 62. 63
Theolepti Patriarchæ verba commendatitia 795
Therma Meinhardi 358
Thesauri fossores 854
Thessalonica 792
Thettnang. Comes Hugo 75
Thierberg 105. 261. 228
Tholoites & Argyrus Graci 792
S. Thomas Aquinas, 216. eius obitus 312
Thomas Ehingenus captus, & ad D. Vlricũ missus, dimissus etiã pro Berchlingeno Gottefrido 566
Thomas Schweicker 790. 830. 831
Thomas Absbergensis grassator 570
Thomas Palæologus 239
Thonnavverda, & capta à Nauaro & Imperio restituta 400. 404
Thraso quidam ridiculus 61
Thriorum complurium strepitus, prouerbium 72
Thungenthalensis idolol. 361
Tiessenbach 738
Tiering.
Tiffernus 651. Padagogus D. Christoph. VVirtemb. 607. eius obitus 695
Tigurum & Tigurini in Imperij tutelam recepti ab Imp. ea cõditione, ne vnquam ab Imperio abalienarẽtur, 7. Tiguri præfectura Imperialis olim 7. Tiguri præfectura Imperialis olim 7. Tipenes Zaringenses duces fuit, 7. Tigurini ob fidelitatem multa priuilegia à Friderico II. data 16. 56. & ea propter à Papa excommunicati, 47. Tigu-

47. Tigurũ proscribitur à Cũradino, sed absoluitur à Richardo, quia ad Imperium pertinebat 86. Tiguinos ad Imperium pertinere Rex Rom. Richardus literis confirmat contra Conradinum 103. Illi cum Rudolpho Habsburg. fœdus faciunt contra Regensperg. baronem 109. Ibi incendium 150. frustra obsessum ab Alberto 185. Reipu. mutatio 232. ei insidiæ structæ nocturno tempore 256. obsidio & pax 258. bellum recrudescit 259. secunda obsidio, sed soluta 260. Tertium obsessum 261. eius solutio 262. ipsi fœdus cũ Bernatibus faciunt 353. Obsessum 378. ipsorum cum Heluetiis bellum, ibid. transactio cũ Heluetiis 386. Fœderi adiunctum Hel. 259
Tobias Brunn 787
Tockenberg 163. 378
Tockenburgenſ. comites. fratres, à quibus alter alterum ex auaritia & odio occidendum curauit 15
Tœssinga pagus, ibi cæmiterium à ciuitatibus obsessum 308
Tonitrua 746
Tormentorum sonitu terrentur rustici 592
Torneamenta 11. 14. 34. 315. 321. 327. 332. 336. 341. 365. 371. 376. 455. 458. 462. 469. 470. 471. 473. 478. cur instituta 98. cur cessarint 479
Tilecolupius vel Tile Kolup 159
Tinctorius 751
Tischelin 566
Tradelius 722
Traiectini 766
Transubstantiatio Romæ in generali Concilio confirmatur 2
Transactio inter VVirtenb. & Bauarum 646
Transactio inter Eberhardum & Geisvvolff 310
Trapezus 830
Trapezuntius 476
Trapezuntius Imp. Dauid 405
Trapezuntinum Imperium euertitur, 48
Triberg 149
Tridentum legatio Euangelicorum missa 650. eò veniunt Theologi Lutherani, concilium diffluit & dissipatur 682. ibi cõcilium habendum à protestantibus reijcitur 654. eius finis 721. continuatio & eò inuitati Euangelici principes à Papa, vt non recusant 708. Concilij principium 656. Cæsar. vrget probandum 665
Tribuni plebis in ciuitatibus abrogati, 670
Tributum patriarchæ Turcicum 803
Tributi exactio ad bellum Turcicum, 727
Tributi abrogatio Augustæ 668
Trifels 3
Tripolis, beryti, Sidonis euersio 168
Tripolis Affricæ 680
Triumphi Frid. II. Imp. descriptio. Vide Frid.
Troia 798. ib. palatium 343
Trucellus Gracus Tyb. 780
Truchsæs 226
Truchpurg 197. 313
Tulna 145
Tumultus exorti sedator imprudentissimus 412
Tungenthal 391. 643
Tuntzenhofen 222
Turbæ propter Religionis dissensionem. Vide Relig.
Turbæ ex indulgentijs contra papatũ, 558
Turbæ inter Helffenſteinium Com. & Vlmenses 675
Turca Hungaros superat prælio 381. ab Hunniade Hungaro superatur 402 Modonam (Μεθωνην) expugnat 517. Bohemo Regi homines & bona ad quinq; milliaria longè lateq; eripuit 510. Trapezuntum, Peloponesumq; occupat 404. Bosnæ regnum euertit 415. Turcici Solimanni motus 619. Turcæ classe apud Inſ. Echinadas superati 744. eorum origo & incrementa 319. Victoria ibid. prima eorum radicatio in Europa 272. ipsorum Imperium à quo delendum sit 320. eorũ clades quædam 810. Eis ianua patefacta 241. eorũ Imperator Selymus 547
Turcicam expeditionem verbis persuadere Occidentalibus conatur Trapezuntius Imperator 405. Turcicus terror. Turcicarum inducianum pactio 665. Turcicum bellum maximo apparatu 648. 582. eius deliberatio 559. Turcica tyrannidis auertẽdæ causa Capistranus per Germaniam passim pœnitentiales conciones habet 398. Turcici belli contributio 506. Turcici Regni principium 192. Turcicus excursus Lintzium vsq; 619
Turckaim 155
Turckaim Conradus Episc. VVormat. 65
Turingæ Landgrauius Ludouicus Marchionatus Misniæ & Lausnicia feudo affectus sunt nomine Imperatoris 15
Turingæ venditio 175. Eam vastat Adolphus 177
Turneisser 771
Turris Argentinensis templi 144. Laugingana Hoffthurn 151. eius descriptio 152. Rauenspurg. collapsa, 685. Clodoues 200
Turneby 831
Tusselinga 161
Tutlinga 318
Tybingen 244
Tybingæ Augustinianum Monasterium inchoatur 104
Tybingæ exusta 150. Eius oppugnatio, 188. ad VVirtenbergenses, 240. zween Höf 242. Cœnobia fœminea, 227. typographia, 381. 509. Augustinum ibi Monasterium, 415. 543. templum S. Georgij, 432. eò Syndelfingense collegium transfertur, 449. Exulat Academia propter pestem, 464. Ibi Amerbachius in Nicrum deductus, ibid. Amplificata, ibid. Eius descriptio, 450. Academia prædicatorij ordinis Monasterium condere conatur, sed frustra, 452. domus sapientiæ cõdita, 554. dedita fœderatis, 563. Theologorum decus Conradus Summerhart 513. in Contubernio Ziegley Stipendium fundat, 544. obsidio & eruptio exarcet eius, 563. D. Vlrico dedita 625. incendium ibi 642
Tybingẽsis Schola, Academia, Gymnasium. Fundatio, 445. 291. 555. 563. Scholæ migratio propter pestẽ, 566. 575. eius programma, 576. 582. 597. 604. 626. 642. 646. 650. 655. 676. 671. & domus ibi sapientia, 664. 689. 554. 557. 559. 626. 632. 653. 650. 657. 684. 689. 692. 694. 697. 699. 700. 703. 709. 714. 716. 724. 727. 731. 722. 729. reditus Eßlinga, ibid. migratio Eßlinga 728. 735. 737. Secunda migratio Eßlingam, 743. ibi. reditus, 745. 749. 751. 755. 760. ibi. 758. 765. 767. eius Visitatio, 774. 770. Administratio, 785. 789. 780. 793. 796. 797. 801. 808. 822. 831. 837. 613. 618.
Tybingenses Rectores. Primus Rector, 45. primi Studiosi, 450. 506. 507. 509. 512. 515. 518. 519. 521. 525. 454. 458. 460. 463. 464. 465. 469. 472. 526. 528. 532. 535. 536. 539. 544. 548. 552. 589. Ecclesiæ Rector, 232. Professores anno 1559. fol. 703. Contubernij fundatio & descriptio, 466. Cancellarij 451. Templum Tybingense, 464. Monasterium Fran-

Franciſcanum, 337. Campana, 336. Stipendij fundatio 630. Cœmiterium, 646. Theologorum dignitates, 710. Lutetia miſſi, ibid. Eorum conſtantia, honores, & inſignia, 551. 552. Statuta quædã & mulctæ, 575. Magiſtratus. 321. Præfecturæ cenſuum renouatio ſeu deſcriptio, 573. Curia 364. eius ſodalitates, 690. moneta 20. 176. Arx, 662. eius munitio, 628

Tybingẽſes Comites, 160. 161. 173. 780. 249. Tybingenſium & Herrenbergenſium Comitum familia vnde originẽ traxerit, 83. Tybingenſ. Comitum ſtirps, 170. proſapia, 404. propagatio 530. Bebenhuſa ſepulti, 8

Tubingenſes Palatini & Comites, &c. Rudolphus Palatinus 3. Comitis Rudolphi obitus 8. Rudolphus Pala. 232. Rudolphus Pala. dictus Schärer 186. Rudolph. Pal. 223. Rudolphus Com. Pal. aduocatus Collegij Syndelfing 89. Rudolphus Comes 118. 129. 13[illegible]. 133. 144. 332. Gotfridus Pal. Bæblinger 170. 171. 173. 176. 179. Pal. Gotfridus & VVilhelmus 240. Eberhardus Pal. 166. Palatinus Hugo 133. Comes Hugo 73. Godefredus Comes 243. Gozzo 163. Georgius Com. 740. Vlricus Comes 137. Conradus Com. 339. Conradus Com. 236. 260. 652. Eius translatio 630. Comes dictus de Aſperg 129. Vlricus Com. 113. VValter Com. 226. 230. Eberhardus Comes 185. Probus Tulleum Epiſcopus, 164. VVilhelmus 138. Henricus 135. Sigiſmundus 201. Rudolphi vxor Luitgardis 193. Monialis Adelheita 284. Eliſabeta Comitiſſa 404. Palatiniſſa Abbatiſſa in VValdkirch 346. Iudeus & Iudea 406

Typographiæ inuentio 373. 412. & laus 374

Tyrolis 226

Tyrolenſis comitatus ad Auſtriæ ducem 415

V.

VAhingen opp. 138. 186. eius mons & arx 202. Vahinga Dillingenſis Comitis olim ſedes 40

Vahingenſis Comes Conradus 148. 127. Vlricus Comes 202

Vaius 630

Valdunæ Gymnaceum 294

Valentinus Volcius 705. 779

Valentinus Vannius 730

Varnenſis à Turcis clades 381

Vaticinia de Frid. quæ ipſe contemnit, 214

Vaticinium de vrbe Roma 600

Veſenbeccius 761

Vberlinga facta opp. Imperij 113

Vdalricus Klingenberg 135. Vide Vlricus.

Vectigalia noua 258

Velbach 29

Velberg 392

Velcurio 613

Veldkirch 245

Vels 638

Venatio Halenſium 554. Venationes furtiuæ à D. Vlrico prohibitæ 557.

Venationis lis 691. 650

Venator infelix 412

Venatorij calamitas 841

Veneficia Papæ Pauli 658

Venerandus Gabler 570

Veneti 292. Teruiſium & Patauium in feudum Imperio ſe habere recognoſcunt 541. Eorum claſſis Friderico II. nocet, ideo Venetus à Frider. II. ſuſpenſus 47. eorum clades 553. Eis Maximilianus Veronem, Teruiſium, Patauium eripit, & negotiationem imminuit 534

Venetum bellum Maximiliani 532

Venetia ab Vraco 71. mill. diſtat 425. Ciuis ibi quidam reliquit moriens quater centum millia ducatorum præſentis pecuniæ 425. quantus hominum numerus illic 696

Veneruela 603

Venningen 276

Ventus violentus 83. 103. per Germaniã violentiſſimus. 438. Ventus 232. nullus 300. Ventorum vis 558

Vergerius 710. Lutheranis hoſtis 611. Sepultus 725

Veringen 316. Veringenſis C. 188. Henricus 182. Veringenſes 35. 281

Veronica 557

Veronenſium pœna 10

Veſalij mors 724

Veſperæ Siculæ 156

Veſſler Ioannes 557

Veſtitus Caroli V. 667. Electorum ibid.

Veſtitus vitia 693

Vetſcher 763

Vexillæ 616. Vexillũ Imperij rubrũ ibi.

Vggigen 144

Vicariatus Chriſti 188

Vicentia 37

Vici præfectura Tybing. 574

Victoria conditum à Frid. II. 63. à Parmenſibus capitur, deletur 66. eius magnificentia ibid.

Victoria lugubris Armeniacorum 379

Victorinus Strigelius 583

Vieheüſer 720. 766

Vienna Imperialis vrbs facta 38. ibi bye-marunt Frid. II. & filius eius Conradus 37. 38. Sueuorũ ſtipẽdium ibi fundatum 381. eius amplitudo 498. obſidio eius 607. eius munitio contra Turcas 656. eius Academiæ initium 39

Vtilitas rerum omnium olim 230. annona 147

Villingen 158. Villinger Carolus 638

Vilſeck arx & Comes 2. 204

Vindelicia prima

Vindemia prima 204. Triſtis 768. vberrima 790

Vinearum afflictio in VVirtemb. 715. gelu perdita 758

Vinũ vetuſtũ 242. Vini copia 38. 464. Vilitas 469. 792. penuria 464. 811. Auſteriſſimum 607. Auſteritas 750. Caritas 821. 834. Cyprium 166

Vinitorũ feſtiua Tybing. proceſſio 788

Vinſtingenſis miles Vlricum VVirtemb. capit 235

Virgilij domus & foramen quod magica arte per lapideum montem feciſſe dicitur 426

Viſitatio Scholæ Tybing. 839

Virgo Eſſlingenſis 681. προγνωστικὸς vtricoſa, & fraudu deprehenſio 661

Virgo bellicoſa Ioanna 350

Virgines quædam pietatis amantes 36. Virginum cuſtodia 781. Virginum ordo 140

Virginitatem Moniales quædam Antiochenæ conſeruant 126

Viterbium à Papa occupatur 54

Vitus Myller 802

Vlbach 155

Vlma 235. à PſeudoRege Henrico obſeſſa 64. eius incrementa & potentia 380. ibi prædicatores Monachi Cœnobiũ ædificant 21. & illius Monachi prædicatores 155. dominicanorum ibi templum 196. murus & nomen 189. Obſidiones 248. 284. 287. ibi templum Marianum abſoluitur 485. ingentis turris ſuſtentatio 498. candelæ ibi ardentes. Ibi moritur Krafft / der den erſten Stein legt an der Pfarrkirchen 322. politia, ſicut & alibi mutata 668. à principibus obſidio eius 682. Conuentus 752. Concionatores, aliyq; clari viri ibi. 518

Vlmenſes patricy 483. 684. Cæſari gratulantes 611. nobiles 357. eorum liberatio à Monachis Augiæ diuitis 247. teplũ ingens Vlmenſ. extruitur, primus lapis ponitur 289. abſoluitur 289. eorũ clades ad Althainũ 289. res geſtæ 291. 292. ſchola 301. ſchola emendatio

Vmendatio, 701. Eorum comitatus Helffenſteinenſis factus 321.322. & comitatus Albeck, ibid. pagi eorum Geulingam vſq; exuruntur à VVirtemb. 391. Illi ex VVirtembergenſibus interficiunt triginta quatuor, capiunt duodecim, 393. Eorum & Auguſtanorum diſsidium 398. Eorum miniſtri nobiles, 483. ſanum eorum S. Georgij, 637. Illi renouatum ius plectendi maleficos, 497. deditio eorum 660. Eorum officia, 666.

Vlricus comes Tybing. 137. C. Helffenſteinius, 47. 174. 186. mors huius, 282. C. Bergenſis, 171. C. VVirtemberg. Sueuiæ præfectus, 181. VVirtembergenſium comitum tutor 185. Alter 221. 222. Lorchenſium patronus 225. Vlricus VVirtemb. 232. capitur à milite Vinſtingenſi, 235. Vlricus C. VVirtemberg. 238. & alij 238. mors 207. 243. 276

Vlricus C. VVirtemb. 246. Effugium 289. interitus 309. ſepultura 310. Vlricus D. VVirtemb. 206. eius ſupplicatio ad Papam, 516. eius conatus recipiendi ducatum, 563. Eius exilium 564. in eum interdictum 565. Vagus & non tutus & duelliũ emit 565. Ditionem ſuam recuperare conatur ſed fruſtra, 585. eius exercitus exercitui oppoſitus, 624. & pugna, 625. fit dux 627. Exulis conata 604. In gratiam Cæſaris receptus, 668. natus 700. defunctus & ſepultus, 676. 677. Vlricus III. dux. Infans 844. Teccenſis & eius vxores 269. Comes Schelcklingenſis 203

Vlricus Epiſc. Auguſt. 224. Pfefferhartius Epiſc. 9p. Conſtant. 245. Hangenor 248. Iſungus 274. Hack 200. Zaſius 628

Vlſtet 633

Vltzhoſa 392

Vngarorum olim irruptio in Germaniam quos Otho profligauit 152

Vngaria, Rex Andreas Imp. & eius expeditio Saracenica 2. Regina Maria Sigiſmundo deſponſa, 299. Limites 305. Rex Matthias Imperatori coronam Bohemiæ extorquet, 449. Matthia ſuccedit Polonus Vladiſlaus 480. eius gubernator Matthias Huniadis filius 402. Vngaria & Bohemiæ rex Ladiſlaus 403

Vngarici Heroës 773

Vngaricorum malorum initium Rege Ludou. à Turcis victo & perdito, 598.

Vngnadius 726. Ioannes 696. 722

Vngelt 268

Vngelteri 196

Vnlinginum cœnobium 347

Vnmüeßius Capell zu Hall 96

Vnmüeßij cuiuſdam nobilis homicidium ibid.

Vogelinus Auguſtanus beneficus in pauperes 390

Vogler 626. 640

Vogelſpergij decollatio Auguſtæ 667

Volandus Abbas Hirſaug 135. 144

Volcæ 35

Volcius 779

Volckardus Ovvenſis 172

Volius Conradus, 315. Volius Ioan. & Conradus 360. 326. Ioann. 326. de VVildenavv obitus 763

Volmarius 655

Vorago in agro ſiue foramen 707

Vorach, Comes Egeno 3. eius literæ 21. Truchſeßius 230. Comites Vracenſes 26. comitatus totus ad VVirtẽbergenſes comites peruenit, 26. Sedes VVirtemb. comitum 361

Vrbach 215. 227. 321. Nobilis 29. 106. VValther 230. Fridericus 165

Vrbanus Regius, 628. eius mors 647

Vrbium & fœdus 72. 297

Vrbis Nordlingæ claues melius cuſtoditæ 375

Vredine conſumptus à muliere nobilis 95

Vrhauſen 336. 420

Vrlingen, 251. duces 273. 215. dux, 367.

Vrſpergenſ. Eccleſia in perpetuam Imperij protectionem recipitur 15

Vrſpringenſe Monaſterium, 88. Gymnaceum 203. Monaſterij reformatio 440

Vrſula Kymingina virgo 772

Vrſtrinæ 192

Vſuræ quæſtio 808

Vtlibergæ Caſtellum Stratagemate captum à Rudolpho Habſpurgenſe, 118

Vtonis VVilera Monaſterium 396

VV.

VVAchendorff 818

VVaſelini 581

VVagenhals 275

VVaibel Matthias Martyr 581

VVaiblinga 155. 433. ibi templum 485. Schola 775. domus antiquorũ Sueuiæ principum, 370. Ludouicus Comes ibi naſcitur, 570. VVaiblingenſem domum comtiſſa de VVirteberg donat præpoſito & conuentui de Madelberg, 84. ibi ſepulta comtiſſa, 346. ioculares quidam Comeſſatores ibi 446. Prima ibi cõcio 627. Concionatores 675. Incendium 721

VValachi 303

VValchus & VValchi, 278. 213. 809. 244. 259. hodierni 274. complures 330. Volckardus 274. 324. 302. Albertus 226

VValchina Laitgardis 219

Waldſtrawen ſtub bey Hailendorf / vnde dicatur 95

VValdeck 247. 311. Truchſeſſ. 375. & Landavv 286

VValdeceenſes, atq; alij nobiles 224

VValdenfelſij 672

VValdhuſa propè Bebenhuſam olim oppidum 125. Bebenhuſanis Monachis datum 8. VValdhuſenſ. nob. 33

VValdkirch 209. cœnobium 348

VValdpurgenſis dapifer Epiſ. Conſtantienſis laudabilis, 66. Eberhardus Cæſareus dapifer, 90. Truchſeßius Epiſc. Conſtant. legatus Papæ 107. eorum inſignia 122. dapifer Ioannes 197. dapiferi 421. Ioannis dapiferi mater ducißa Teccenſis vxor 4. liberi 313. Truchſeßius Romani Imperij & inferioris Sueuiæ præfectus, 342. dapifer nomine Imperij præfectus in Sueuia 432. Vxores eius fuerant 3. Comitiſſa Oeting. 2. ducißa Münſterbergica ibidem. Liberi eius ibid. & 433.

VValdſehe 234

VValdſaſſenſium in Naviſcii priuilegium 29

VValtherus Comes Hohẽberg. 200. Comes Tybing. 230. 226. comes in Gerlizeck 230 237. Vrbach 230. Hohenſchlitz 278. Abbas Alperſpach, 195. Vlricus patricius Auguſtæ 527

VValthauſen 210. 236. 639

VValtenbuch 272. 715

VValtzen Lorchenſibus traditum 54

VValshuſa 820

VVangæ incendium 638

VVartenbergenſes 318. Egnolf. 326. Bato Abbas diuitis Augiæ, 355. Nobilis 82. Conradus 244

VVartenfels 872

VVartenſtain 82

VVaſſerberg 374

VVaſſerburgius comes Cõradas in Vngaria exul mortuus 65

Waſſerfrauwenſtube bey Hall / vnde dicatur 95

VVeckerus Simon 512

VVehingij, 277

VVehingen 197

VVeideſletta clades ciuitatum 216

VVihing. nobilis 356

VVeihenbrunn 358

VVeiher 810

VVeigenmaier 735. & Claſius 786

VVeilera, 821. Castellum, 233. Cœnobium 105
VVeiler, velamentum Nonnarum græcè μαφορτιον 38
VVeinsperg. 175. 285. Combustio, 589. Baro Conradus, 311. baro, 339. Dominus prædator, 354. Conradus, 35. obsessum, 372. in potestatem redigit
VVittenbergicus 523
VVeissenburgenses 307
VVeissenhorn & Kirchberg quomodo ad Fuggerod peruenerit 526
VVelling. 755
VVellenburg 74. 75
VVellstain 232
VVelser Augustanus Conradus primus patricius dictus, 55. 106. eorum negotiatio in America 603
VVelvvart, 316. 331. 333. 349. 202. 652. 801. eques, 323. sepultura eorum 817
VVembdinga 80. 421
VVenceslaus rex Rom. electus 287
VVenceslaus Imp. 7. Occid. 293
VVendelini militis interitus Schorndorffæ ex petulantia linguæ 660
VVendlinga 821
VVengense Monasterium 4. diplomatis confirmatio 266. Vlmæ restitutum 324
VVerd 191
VVerda 631. Danabriana 80. Suuia ad Imperium deficit 352
VVerda, Noribergæ suburbium.
VVerdecka 155
VVerdenberg. 270. 300. Adelhaida, 89. Comites 174. 539. Episc. August. 431. Hugo 338. horum Comitum origo 83
VVerdenstain 210
VVerenvvag 535
VVernherus Hohenberg 208
VVernnavv 624
VVerstain 197. 234
VVesternach 337. 353. 388
VVestetten in Drackenstain 447
VVesthaim 138. 180
VVettingense Monasterium 55
VVigandus Episc. Bamberg. 577. 595
VVighardus Abbas Hirsaug 241
VVignandus Abbas Hirsaug. 267
VVila pagus, 703. VVilæ opp. concionator Diepoldus 576
VVilensium Cæsarum nomina 310
VVilarensis Cellula 266
VViceleui damnatio 340
VViceleuisma 317
VVichter 303
VVidera capta & fracta 405
VVildbad 277. 584. conflagrauit 415
VVildperg. 206. 166. opp. 337
VVildenrhodij & Rorbachij inter se inimicissimi 183
VVildenstainij nobiles 327
VVildnavv 315
VVilhelm Schenk Stauffenburg 225
VVilhelmus Holandiæ Comes, Rex contra Frid. II. & Conradum à Papa eligitur, 64. Regis nuptiæ cum incendio, 80. XXVIII. Cæsar occidentis 84. Bebenhusanis priuilegia confirmat, 85. Comitia VVormatiæ habet, ibid. Vxor capta, 85
VVihelmus Tellius, 205. Habernius 587. Fyrstenberg. Comes captus, 652. Grumbachij occupatio VVirceburgæ, 720. Landgrauius 731. eius nuptiæ 727. Bidembachius 745
VVillera pagus 324
VVillingen 315
VVinckler, Conradus, Abbas 231
VVinckelhofer 599
VVinckenrietus 302
VVinckelthal nobilis 407
VVinedenses Baronet 113
VVinnenstain, der gleissend Wolff/ 318
VVinspachium, 390 & alia, capta, 306
VVinspergenses Barones 113
VVinsheimij per principes obsidio 306
VVinterbah 248
VVinterstetten 10. 18. 50. 807
VVinterstettenses Schenkij 90
VVinterthier obsidetur à Tigurinis, 174
VVinzelhausen 310
VVirceburgi hastiludium, 455. Bibliotheca 828
VVirceburgens. Episc. res gestæ 306
VVitchen 244
VVittelsbachensium reditus ab exilio, 72
VVittlingen 234
VVittingen 234. 208
VVittulingensis Comitatus, traditus Episcopatui Augustano 83
VVirtenbergenses Comes Ludouicus. 4. Comes Henricus Episc. Aistettensis, 62. 88. Comitum opes creuerũt tempore interregni, 87. mors, 112. Epitaphiũ, 108. Comes Vlricus Poloniæ ducissam vxorẽ habuit. Item, priuilegium Madelburgensibus dedit, 104. 108. Comites fratres Vlricus & Eberhardus, 125. Comites, 170. 148. eorum initium bellorum cum ciuitatibus, 155. Eberhardus ab Holtenburgensi Rudolpho oppugnatus, 154. Esslingenses profligatio. ibi. Eberhardi & Rudolphi Cæsaris inter se bellum, 162. Lorchensis aduocatus, 170. VVirtenbergensium & Hohenbergensium inter se bellum, 155. Comitu Eberhardi natiuitas, 108. Eberhardus Comes Aduocatus ciuitatum, 185. C. Vlricus Sueviæ præfectus, 181. Vlricus, 221. 246. eius mors, 207. 276. 279. Comes Vlricus, 296. eius filij, 243. Comitum origo, 271. Comites, 248. Vlricus, 232. Comes Eberhardus Greiner, 241. Comites Eberhardus & Vlricus Carolo Rege addicti, 249. Comes Eberhardus Mitis. & comitissa Elisabetha in concilio Constantiensi, 338. Comitis Ludouici consiliarij præstantissimi, 355. Comitis Ludouici nuptiæ cum Mechtilda palat. 361. liberi & philadelphia, ibid. Comes Vlricus sedem Stutgardiæ habuit, ibid. Comitis Vlrici virtutes & secunda nuptiæ, 364. 365. Comes Ludouicus nascitur 370. Comitu pagi ab Vlmensibus cremãtur ad Esslingam vsq; 391. Comes Vlricus in pugna cum Vlmensibus vulneratur, 391. Pagi Esslingens. bello vastati, 394. Comes Ludouicus prudens & pacis studiosus moritur, 395. Comitis Eberhardi barbati educatio, ibi Comitis Vlrici Amabiles vxores, 396. Comes Vlricus dotem suæ vxoris à Palatino Frid. postulat, 403. Vlricus nuptias cum Bauariæ ducissa celebrat Stutgardiæ. 382. Comes Eberhardus Barbatus nascitur & Baptizatur 382. Comitis Ludouici consiliarij 386. Com. Eberhardi natiuitas 367. Comes Eberhardus Mompelgartensem ducit & cum ea comitatum Mompelgar. accipit, 344. moritur 346. eius liberi, ibid. Comes Ludouicus barbati Eberhardi pater 346. 361. Comes Vlricus nactus Imperij vexillum 346. Captus à Palatino, ibid. Insignia, ibid. Consiliarij comitatus 350. Elisabetha mors 356. Comes Eberhardus Greiner 316. Heroina, Comitẽ Oettingerum in patenti campo cepit, 350. 352. Comitis Eberhardi pacifici victoria à rebellibus nobilibus reportata, & aulici præstantissimi, 319. Comes Eberhardus quæ habuerit mortis indicia 343. quando mortuus, 344. quanta eius fuerit potentia & quæ eius vxores, ibid. Comes Eberhardus Mitis 316. Vlricus cum Stepha. bauaro trans Lycum fl. 307. Comitis Eberhardi literæ 325. Comitis Eberhardi Mitis vxor Antonia 329. Eberhardi iuniores loca 472.

Comitissæ Annæ obitus 433. Com. Henricus coadiutor decß Stiffts zu Mentz 416. 420. Heinricus pauia ti apud Frider. II. 44. Ducis Vlrici nativitas & educatio 480. Comitis Ludouici coniux Mechtildis obijt 464. Eberhardi pugna cum ciuitatibus quibusdã ad Rottvvilam 448. Eberhardorum transactio de ditionibus 483. 496. Eberhardus Barbatus ab Imp. Frid. receptus est in societatem aurei velleris 496. Ludouici mors 407. Vlricus cum Palatino Friderico bellum gerit 407. Comitis Brunonis sepulchrum fragrantissimum 407. Eberhardi Apologia de munitione mõtis Magdberg. 455. 458. Vlrici amabilis obitus. Item vxores & progenies 459. Insignia vnde habeant tres plumas in cornu ceruino quod supra galeam est ibid. Eberhardus Iunior. ibi. Hẽricus sedes vxores & liberi ibid. Ducis Vlrici natiuitas 459. Eberhardi Iuniores consiliarij 463. Eberhardus senior Romam proficiscitur, ibiq; à Papa aurea Rosa honoris gratia donatur 463. duorum Eberhardorum pactum hereditarium ab Imperatore confirmatum 464. Vlricus captus 410. liberatus paci studuit 411. Meritò amabilis ductus fuit ibid. in conuiuio principum, alij alia regionum suorum commoda prædicãtibus, hoc prædicabat, quod securus in cuiusuis ciuium suorum gremio in campo dormire posset. ib. Eberhardus Marchionissam Mãtuanam ambit 413. peregrinationem ad sepulchrum Domini suscipit, vbi e questri dignitate ornatus est 424. Honorificè à Candiæ duce exceptus 425. item à Neapolitano rege 426. Item à Soldano cui proditus fuerat ibid. Cur barbatus dictus ibid. Cedros binas insignibus suis adiecit, quia in Libano fuerat ibid. Symbolo vsus est Ich wags ibid. Cum Imperatore Frid. in Italiã proficiscitur 431. Controuersiã cum Rotvvilensibus habet. ibi. Marthalensem Abbatem cepit & pro M. flor. dimisit. ibid. Comes Henricus Comitatum Montisbelgardi obtinet 437. Eius captiuitas, liberatio, Mors. 437. Comitis Eberhardi nuptiæ cum Mantuana principissa 438. Comes Eberhardus cum Imperatore in bellum profectus. Item ex quotidiana eruditorum familiaritate Latinam Linguam didicit. Item, de aulica vita, & aliis casibus mundi librum scripsit, 439. Eberhardum Barbatum VVormaciæ Maximilianus vltrò duc em creat, 500. Ducatus non debet diuelli, ibid. Eius descriptio, 501. Ducis Eberhardi mors, sepultura, Eulogium, oratio funebris, Epitaphium, 504. 505. 506. Eberhardus Iunior Eberhardo Seniori succedit in ducatu. 506. officiales mutauit, 507. Ducis fœdus cum Heluetijs, 515. Dux Vlricus abrogatis tutoribus suæ potestatis efficitur ab Imperatore, 520. Ducissa Barbara, ibid. Eberhardi Iunioris mors & sepultura, 523. Dux Eberhardus Iunior administratione ducatus se certis conditionibus abdicat, 509. Dux tertius Vlricus & eius officiales, ibid. Ducis Vlrici frater Comes Georgius natus est, 510. Ducis fœdus cum Heluetijs, 515. Duci. Vlrici litera ad Theologos Parisienses, 552. Ducis Vlrici magnificẽtia in comitijs, 529. Concordiam cum Heluetijs initam cõfirmat, 535. Dux Vlricus cum Sabina Bauara nuptias celebrat, 538. Dux Vlricus feliciter bellum gessit contra Palatinum Philippum, 524. Maria, Henrico Iuniori Brunsuicensi nupta, 553. Ducatus miserrimè sub alieno Imperio, 564. Ducatu Cæsari venditus, 565. Ducatus D. Vlrico denig; totus recuperatus, 625. Egressus VVirtenbergens. auxilij causa, 660. Maximilianus natus, 697. Ducis comitatus ad comitia Augustana, 781. Et eius prandij conuiuæ in horto Fuggeri, 782. Ducissa obijt, 787. Ducis Ludouici secundæ nuptiæ, 793. Nouus Dux 842

VVirtemberga arx, 200. 242. Castellum & Principum ibi Symbola, 824

VVirtembergiæ vastatio 200. eius tres partes, 149. in VVirtenbergia Iudæi, 155. eius oppida, 271. Comitatus διαιρεσις, 271. Vastatio, 307. Eam ciuitatum exercitus inuadit, 390. eius occupatio per fœderatos Sueuiæ, 562. Tradita à Carolo V. fratri Ferdinando, 571. Eius recipiendæ spes Duci Christophoro amissa, 613. Ferdinando Regi in feudum data à Cæsare, 612. illius præses Philippus Palatinus, 621. eam repetentium, 624. Liberata præsidijs Cæsaris, 679. Eius Rector Georg. Truchsessius, 604. Eius politia, 724. iura 730. Regimen, 742. Oppida & Monasteria 775

de VVirtenbergensibus ducibus quæ nosse cupis quære in nominibus Ducum, &c.

VVittebergens. Academia 520
VVitteberga deditio Cæsari 663
VVolckenstain nobilis 366
VVolfach 149.244
VVolfeck 197
VVolfartsvvendij nobiles 26
VVolfius de VVolffsthal, 310. VVolfiorum de VVolfsthal testimonium, 474
VVolfius Petrus eques auratus 2
VVolfg. Longus à St. in 795
VVolfg. Comes & dom. in Castel, 749
VVolfg. Bipont. & Schola ab ipso instituta 737
VVormaciæ Frid. II. nuptias celebrauit, 33. Hastiludium fuit anno M C C I X. 44. item 478. Comitia 85. 499. Curia ibi diruit Episc. VVormacienfis. 5. Colloquium Theologorum, 698. Episcop. Ioan. Schadland 273
VVormacienfe Rosetum 15
VVormacienfibus Henricus diu molestus fuit, quod nollent à patre eius deficere 32
VVurmlingen 144.115
VVurmlingense anniuersarium conuiuium, 115. VVurmlingensis nobilis Frid. 115. Nobiles 132.323. Anniuersarij descriptio iterata 614
VVurtzach 192.421
VVyrozlinus monachus 535

X.

Xtlander 754.760
Xystus Betuleius Augustanæ Scholæ Rector 631

Z.

Zanchus 688
Zanger 751.774
Zæringensis Dux Berchtoldus, 608. eius mors, 6. sorores, ibid. Agnes, 35
Zasius Vlricus 628
Zasia Catharina 690
Zauelstain opp. 272
Zenna oppid. 391
Ziegenhaim. Comes Episc. Patauia, 82.
Ziegler fundauit binorum Adolescentum Stipendium Tybing. 544.
Ziegler 793.774
Zilnhardus nobilis 327.332.362
Zimmermann 714
Zisca 345
Zoffinga 62

INDEX.

Zollerensis Comes 243. Fridericus Abbas Augiæ diuitis, 326. Comes Frider. Cognomine Oetinger., 331. Comes Frid. 348. Comes Frid. Oetingerus à VVirtemberg. domina captus, 352. Castri obsidio 350. & deditio ibidem. Episc. Constantiensis 362. Arcis instauratio, 401. Comes Iohn. Nicolaus minister & Consiliarius VVirtemb. 402. Comes Episco. Augustanus 475. Comites 486. Comes Eitelfridus, 545. eius liberi, 546.

Zona longa 68

Zornij 228. & Mylhemij Argentorati, 211. Argentinens. nobiles interierunt 319

Zussenhusa 310

Zuifaltensis cœnobij Aduocatia, 475. eius Austrij patroni, 195. Abbas à VVirtembergico captus 541

Zuinglius 583. eius in pugna interitus 618

Zum Eck *Monasterium* 87

Zurzachum 649

Zygenorũ aduentus in Heluetiam 345. Augustam 346

Zygeüner Graff 310. 401

Zygeüner 384. Non feruntur in VVirtemb. quia olim Eberhardum barbatum prodiderunt Sultano 426

Zygmala Theodosius 830. eius nuptiæ, 766.

FINIS.

MARTI-

MARTINI CRVSII, GRAECÆ ET LATINÆ LINGVÆ, CVM ORATORIA, IN TYBING. ACAD. PROFESSORIS,

PARALEIPOMENOS RERVM SVEuicarum liber.

IN QVO EXPONVNTVR, SVEVIAE REGIONES, Principatus, Comitatus, nobilitas.

VVIRTEMBERGICÆ, ET ALIÆ SVEVICÆ VRBES.

MONASTERIA, ARCES, ET PAGI.

MEMORABILIA MVLTA, NEC CVIVIS HACTENVS NOTA.

PRAESERTIM DE BELLO INTER CHRISTIANOS ET TVRCAS hodierno, vsque ad annum Christi CIↃ IↃ XCVI.

FRANCOFURTI,
Ex Officina Typographica Nicolai Bassæi,
M. D. XCVI.



GENEROSIS, MAGNIFICIS, ET *AMPLISSIMIS VIRIS: NOBILITATE GENERIS eruditione, prudentia, omniq; virtute, excellentibus: Ephoris, Consulibus, Prætoribus, Senatoribus: præclararum S. Imperij Romani in Sueuia vrbium:*

1. AVGVSTÆ,
2. VLMÆ,
5. REVTLINGÆ,
3. ESSELINGÆ,
7. HAILPRVNNÆ,
6. HALÆ SVEVORVM,
8. CAMPIDONI,
9. MEMMINGÆ,
4. NOERLINGÆ,
10. VVERDÆ:

Cæterorumq; per laudatissimam gentem Sueuicam ciuitatum, Magistratibus: S. per vnicum Conseruatorem CHRISTVM.

COnscripta est à me, iam à septem annis, HISTORIA SVEVICA: iam inde ab initio ferè humani generis, ad præsentem vsq; annum. Labore fuit maximus: & vltra labores fideliter in Tybing. Academia docendi, continuus. Cur maximum dicam, causa hæc est. A nemine enim hactenus, integrum Sueuicarum per omnia tempora rerum corpus, tentatum, nedum conscriptum, fuit. Credo ideo factum esse: quia, cùm laborem excitent præmia, alat gloria: horum spes non magna laboribus Historiæ (propter stultitiam, negligentiam, tenacitatem multorum) affulgens, eos à susceptione talis conatus depulerit. Adiumento itaq; integri historiæ Sueuicæ corporis destituto, tantò maior & difficilior mihi labor hic accidit: sicut viam facere, quæ nunquam fuerit, per inuia & incognita loca, difficilius est: quam alicuius antegressi vestigia sequi. Difficultas ea hinc æstimari potest. Nam ex libris sexcentis editis, ex Scriptis sexcentis non editis: ex rebus per illa multifariàm, vel infinitè potius, diffusis: hæc omnia, tot ac tanta, quæ tribus in DODECADIBVS, seu tribus in duodenos libros tributis partibus, continentur, ex dispersione colligenda, ex confusione disponenda, erant. Continuo itaque labore opus fuit. Ibi verò vicit difficultatem ardui laboris omnem, meus Historiæ amor perpetuus: vicit hortatus quorundam clarorum hominum: φιλοτοκία, laborandi amor & tolerantia, mihi quasi insita (absit iactantiæ vanitas dicto) vigilantia & industria mihi familiaris (nondum, ne senectuti quidem, cedens) vicit.

Ergo totum iam rerum nobilissimæ nationis Sueuicæ corpus, diuino beneficio in manus hominum exit. Totum opus, iam inde ab Adami temporibus cœptum, singulis rebus ad suos ante & post Christum natum annos relatis (id quod & ipsum, per erat laboriosum ac difficile: transeundo per tot Reges, per Imperatores Romanos, per Dynastas, per oppida & vrbes, per varios populos, per singulos innumeros homines) totum opus, inquam, à principio hominum generis, per tot saxa (vt ita dicam) per ignes valdeque multos, ad vsque præsentem XCVI. annum, perductum iam astat. Ago DEO gratias, quantæ maximæ possunt esse: tanto labore per eius gratiam perfunctus: maiores etiam acturus, si non ingratum hominibus esse intellexero. Omnino autem non ingratum viris doctis, sapientibus, æquis, fore confido. De quo opere nihil glorior (ne si Nestor quidem essem: qui non ratò apud Troiani belli scriptorem de suis virtutibus prædicare solet) nisi hoc: esse integrum, vt dixi, de temporib. inclytæ

Sueuiæ corpus omnibus: de constanti testans adhuc, in grandiore etiam (vt nostris temporibus) ætate, laborandi studio meo: atque de animo erga Sueuicum Alemannicumq; populum grato. In quo populo maior pars vitæ meæ, commodè exacta est; de cuius etiam populi iuuentute (vt & de alia quauis) docendo & scribendo, benè mereri, plurimos per annos conatus sum, & nunc etiam pergo: cùm nec laborem à me perditum videam.

Legi igitur iam potest opus (ingenio quidem non perfectum: sed industriâ tamen, quantum à me fieri potuit, elaboratum) & quidem cum fructu, vt spero, atque cum voluptate, legi potest. Historiam enim plurium millium annorum, eamq; maximè variam, continet: tanquam longissimè latissimeq; patentem regionem (quanta, Europa aut Asia) in qua contemplanda, qui oculorum acie, intelligentiaque mentis, valeat, non possit non delectari. Quæ etiam, & quantæ, vtilitates Historicorum librorum, tum aliorum, tum horum, sint: id cùm aliunde, tum ex Præfationibus, quas horum Annalium Dodecadibus præfixi, satis clarum est: sed ex ipsarum lectione clarius erit.

His autem tribus, quas dixi, Chronicorum Sueuicorum partibus, quandam προσοικοδόμησιν, tanquam ad maiores ædes accessionem, adiunxi: quam nuncupo PARALEIPOMENON librum: id est, plurium rerum Sueuicarum, quæ in præcedentibus XXXVI. libris ferè prætermissæ fuerant, commemorationem. Tum enim, quando illos libros scribebam, partim nondum suppetebant mihi: partim animo non occurrebant: partim non ita commodum locum ibi habere videbantur. In quo Paraleipomeno, seu Derelictorum libro, non potius directa ad omnia sequentia, Chronologia est: siue enumeratio rerum, perpetuo quodam temporum tenore procedens: quàm rerum digestio in capita quædam, vel genera, inter se temporibus dirempta. Exempli causâ: De antiquitate Sueuorum, seorsim: De antiquitate VVirtembergensium, & aliorum generosorum Sueuiæ Comitum, seorsim: De Teccensibus Ducibus, seorsim: De vrbe Stutgardia, seorsim: De vrbe Augusta, seorsim: De Vlma, seorsim. Et sic de cæteris generis eiusdem. Plurima porrò toti libro inesse puto: quæ nõ sint aspernanda: quæ & prodesse, & delectare, possint. Homo autem, qui verè homo est, cùm est necessarijs negotijs (publicis, aut priuatis) curisque vacuus: semper aliquid (principe latinæ eloquentiæ teste) videre, audire, ac discere, auet: tanquam videlicet cognitio rerum, ad benè beateq; viuendum sit necessaria. Dixi de mea laboriosa scriptione: & de tribus Dodecadibus Sueuiæ, Derelictorumq; libro.

Iam autem, cum illas tres Dodecadas, singulas singulis magnis, illustrissimis, illustribus, & pijs, principibus viris, propter certas grauesq; causas inscripserim: nunc ad ciuitates Sueuicas, ipsarumq; Rectores, ob librum paraleipomenon accedo. Primùm, annis vetustas, rebus gestis claras, administratione politica felices, pietate virtuteq; insignes, Imperiales celebratissimæ Sueuiæ vrbes, nullo pacto tacitus præterire debeo. Hæ enim sunt vicinæ: meo præsertim VVirtembergensi clementissimo Principi, ac Domino. His, Dei munere ac dono, cum principibus benè conuenit. Vtrobiq; alta per cunctam Sueuiam pax est: εἰρήνη, γλυκὺ πάθος πρᾶγμα πάλλιστον: pax, bonum quoddam eximium, & re & nomine dulce: vt à magno illo Gregorio, Nazianzi (Cappadociæ ciuitatis) quondam Episcopo, appellatur. Quod bonum, posthac quoque cœlestis pater benignè nobis conseruet. Hæ ciuitates, de pura Christi doctrina, de linguarum & artium studio, de scientiarum & disciplinarum cognitione, de iustitia, omniq; honestate, benè sentiunt. Ideo etiam Scholas benè constitutas, eruditis viris & præceptoribus benè instructas, Ecclesias & Curias benè prouisas, ciuium singulorum mores benè informatos habent. Hæ de me quoq;, & mei generis alijs, benè meritæ sunt, & benè merentur. Olim quippe (1540. & inde anno) ego in Schola Vlmensi, sub piæ mem. Rectore Gregorio Leonhardo, haud contemnendos in perceptione Latinæ Græcęq; linguæ, Dialecticæ ac Rhetoricæ, progressus feci. Memmingensem Scholam (1554. & inde pluribus annis) quantâ potui diligentia, rexi. Ex Augustana instructissima Bibliotheca, aliquando M. Ser. Codices Græci, mihi commodatò missi à summis Reip. viris fuêre: quos etiam grata mente restitui. Apud alias Ciuitatum, alia mihi benignè facta sunt.

Singu-

Singulæ deniq;,dum ſuos adoleſcentes huc Tybingam mittunt:de *me* (nec minus de Collegis meis, imò & tota Vniuerſitate hac) amicè ſentiunt. Quarum iuuentuti erudiendæ iuuandæq;,ego iam ſeptimum & tricesimum annum fideliter inſeruio.

De laudatiſſimis ciuitatibus dixi.Iã me ad laudatiſſimos in præſenti earũ Gubernatores conuerto. Vos proinde appello, generoſi & nobiles, magnifici & ampliſſimi, ſapientia & dignitate conſpicui, viri. Adeſte,queſo,ijs animis:qui vobis, vt humaniſſimis hominib.digni ſunt. Vobis, vt omni certè humanitate: propter doctrinam & prudentiã præditis:vobis,vſum multiplicem rerum,hiſtoriarũ etiam lectione augentibus ac confirmantibus:hunc Paraleipomenon librum,omnes ob cauſas,quas de ciuitatib. &hîc modò,explicui,reuerenter offero,reuerenter do ac dedico.In quo(vti bona ſpes animum meũ tenet) non inuenietis nihil:quod animis veſtris placiturum ſit. Non enim,quia prioribus in libris derelicta, vel omiſſa, continet:ideo paucas, aut paruas,aut non curandas,res habet. Qui etiam liber,quoniam præcedentibus libris omnibus annexus eſt,ideo illos quoque ſecum huc trahit: & facit, vt iam in totius operis communionem, tũ ipſæ egregiæ Reſpublicæ veſtræ,tum ipſi vos inclyti earum Rectores (propter bonam etiam cum principibus,quibus illę partes dedicatæ ſunt,conuenientiam) facit,inquam,vt iam in totius operis participationem,veniatis. Quæ in paraleipomeno non erunt:in illis maioribus partibus erunt. Vtrobique profectò(tum in Dodecadibus,tum in hac earum Appendice)plurima inuenietis de veſtris antiquis vrbibus,de ipſarum rebus geſtis,de viris claris,de Maioribus veſtris.

His de cauſis omnibus,clementer & benignè accipite, generoſi & nobiles, magnifici & ampliſſimi,prudentiſſimi humaniſſimiq́ue, viri, hoc munus:accipite,qualecunq; eſt,ab optimo tamen animo erga vos, Reſq; veſtras publicas, à me proficiſcens: ac mea ſtudia(hiſtoricum præſertim) fauore veſtro proſequi dignamini. Chriſtus opt. max. tum vos, tum ipſas veſtras ciuitates, tum vniuerſam Sueuiam, in perpetua pace ac felicitate conſeruet. Tybingæ, XVII. die Mart. A. Salutis CIↃ IↃ XCVI.

Generoſitatũ & nobilitatũ,magnificentiæ & amplitud.prudentiæ humanitatiq́; veſtræ,

obſeruantiſſ.

Martinus Cruſius.

IMAGO
CLARISSIMI VIRI DOMINI MARTINI CRVSII, V. LINGVAE, ET ORATORIAE, IN inclyta Tybingensi Academia Professoris; ad viuam effigiem delineata, Anno Christi 1591.



DISTICHON προσωπομαγικόν.

Linguarum varijs ego miles MARTIVS *armis*
Fundo mea rerum POCVLA *plena manu.*
Hac erat effigie Martinus CRVSIVS; *vnum,*
Et bis sex, vitam, lustra, celebris agens.
Botstenius patriâ est: ac docta voce Parentis
Imbutus studijs, & pietate fuit.
Vlma sed hunc coluit magis, Argentinaq́; STVRMI,
Hic tuus Auditor, tunc operosus erat.
Hac etiam Dominis VVERTERIS *vrbe Turingis*
Et studij, & vitæ dux q́, comesq́, fuit.
Inde gubernauit, docto moderamine, lustrum,
Quæ Memmingana tunc fuit vrbe, Scholam.
Nunc sex cum medio profitetur lustra Tubingæ.
Quicquid habet Latium, Græcia quicquid habet.
Thucydides, Cicero, Sophocles, Basilius, Homerus,
Rhetores, atq́, alij Crusia cura libri.
Idem exercitium, declamandiq́, palæstram,
Dirigit, & limâ perpolit omne suâ.
Edidit & varios (quidam hic, alibiq́, docentur)
Insignes equidem, Linguâ in vtrâq́, libros.
Historicus, Vates, Orator; Hebræus, Iberus,
Italus est, Gallus, Græcus & ore duplex.
Est q́, Senator; & est præstanti munere functus,
Sæpe Decanatu, Philosophia, tuo.
Sæpe viros Græcos, Patriarchas sæpius ipsos,
Alloquitur scriptis; indeq́, scripta capit.
Lumina Teuthonidum sæpe hunc inuisere scriptis,
Perq́, vices illos sæpius ipse solet.
Et bonus, & pius est. Vix hic sit concio, quam non
Audiat, & Græca connotet ipse manu.
Viue diu, CRVSI; *tibi gloria maxima parta est:*
POSTILLA *exierit cum tua, maior erit.*

Erhardus Cellius, Poët. & Histor. in Acad. Tybing. Professor in libro Imaginum Professorum Tybingensium.

DE

DE MARTINO CRVSIO, CHRONICORUM SUEVIÆ SCRIPTORE.

EST Tres iudicij magni, multiq; laboris:
Ex varijs libros conciliare nouos.
Crusius hoc præstat: quoniam sine fine laborat,
Sedula sicut apis: iudicioq; valet.
Crusius vt saluus viuat, συμπάμπολος opto:
Lætus & in Christo transigat, opto, dies.

Stutgardiæ, M. Leonh. Engelhartus, 1595. Nouembri, septuagenarius & ipse.

AD EVNDEM MARTINVM CRVSIVM.

VNVM precatu me obtinuisse apud
Deum, mihi ipsi gratulor. Ecquid hoc?
Diserte Crusi aies. IN AVRAS
quippe tuam voltasse multo
Iam efflagitatavi tempore SVEVIAM:
Liuore pulsam non semel acriter.
O si daretur vel precatu hoc
obtinuisse pari ab IEHOVA:
ANNI CORONAM *cernere, cernere*
CATECHESIN: *quarum vtraq; limpido*
ex Bibliorum fonte sacrum,
haud alunde, petita manat.
Quid fructuosum quid mage dignius,
Suis iuuentus inde laboribus
hauriret aptatum entheatis?
Ordo placet, phrasis & probatur.
Hac Græcus, idemq; hac fidei Italus
discat tenorem: hac & per inania
euectus ad cœlos vterq;
tendat ad ardua tecta IOVÆ.
Incessere ergo Chalcographum illico.
Fidelis HALA, *haud desine: resq; tam*
Sanctas iuua: nec scriniorum
Inueterare sinas latebris.
Tu scriptitando perge animosius,
CRVSI: *nec atri spicula liuidi.*
Morare cuiusquam. Benignus
Ille DEVS, DEVS *ille clemens,*
Vt SVEVICORVM *non fuit immemor*
Annalium: sic (crede) CATECHESIN
ANNIQ; *curabit coronam*
Chalcographumq; dabit fidelem.

Tubingæ, M. Laurentius Frisæus, L. Engelharti priuignus, S. Theol. studiosus, XCV. Nouemb. XXIX.

DE EODEM M. CRVSII OPERE.

O Patria, Heroumque potens, atque inclyta bellis,
Terra, sub arctæo SVEVIA lata polo:
Nunc licet æternùm caput alto attollere olympo:
Et laudes veteris despicere Italiæ.
Nam tua nunc virtus, totiam labentibus annis,
Ignota, ex humili surgit, & ingreditur.
Altius: & validè vires acquirit eundo:
Vlteriusque domos tendit Hyperboreas.
Fortè Indos etiam rumore accendet eoos:
Perque solum laudes differet omne tuas.
Quas Præconi igitur, tali pro munere, grates,
O patria, ô cœlo Sueuia grata, feres?
Fallor, an Autori solido de marmore signum,
Propter aquam, Nicri littore, constitues?
Quas Hambergero, ac Mœglingo: qui nisi morbo
E truce soluissent: laus tua nulla foret?
Halæ autem, magno magnis virtutibus Halæ,
Bassæo defero sedulitate viro.
Auspicibus tantorum operum, laudesque paratas,
Scilicet & viuax nomen habere, dabis?
Vt, quisquis saltem Annales libauerit ore:
Seu Sueuus bellax, seu fuat ille Geta:
Bassæo atque Halæ laudes meditetur honoras:
Dicat magnificis & bona verba viris.

IN EIVSDEM CRVSII EFFIGIEM.

HIC vir hic est, vnum recidiuas ponere Athenas
Quem vidit mediâ GRÆCIA barbaria.

M. Ioan. Conradus Vischsesius Stutgardianus Sueuus. XCV.

MARTINI CRVSII, GRÆCÆ ET LATINAE LINGVAE IN ACADEMIA TYBINGENSI PROFESSORIS, PARALEIPOMENOS ANNALIUM Sueuiæ Liber.

CVM in præcedente Sueuicorum Annalium opere, quædam meam memoriam & cogitationem effugerint: multa mihi tunc cognita non fuerunt, alia autem minus commodè inseri potuerint: visum est mihi, nec ipsa silentio prætereunda esse. Quare hunc veluti supernumerarium librum adiungere, placitum est: in quo de illustribus quibusdam viris, aut nobilibus, adhuc aliqua: nonnulla de ciuitatibus quibusdam, alijsve locis, exponentur: præsertim quomodo seculo nostro sese habeant. Nec verò hic admodum Annorum series, sicut in opere Annalium, obseruabitur: sed de singulis hisce generibus, quædam citra ferè specialem, & ordine assurgentem, temporis rationem memorabuntur. Turcica quoque hodierna adijcientur.

SVEVIÆ ANTIQVITAS. HODIE MVLTI SVEVORVM pagi, siue regiones. Gubernatio Sueuiæ, olim & hodie.

CAPVT I.

Sueuiæ antiquitas.

FVIT natio Sueuica, ante Saxones etiam, Francos, & Bauaros, historijs prodita. Tanta eius antiquitas, ac proinde nobilitas, est. Nobiles enim sunt non singuli tantùm aliqui homines: sed etiã vrbes, imò & gentes: vt Athenæ & Roma, Græci & Romani, teste Aristotele lib. 1. Rhetor. συγένεια ἔθνει καὶ πόλει, τὸ αὐτόχθονας ἢ ἀρχαίους εἶναι: *nobilitas gentis & ciuitatis est, si antiqua sit, & ex eodem semper solo. Sueui autem à Rege Sueuo, vicesimum locum ab Adamo primo homine, habente, nomen habent: qui anno 1686. ante natum Christum vixit: vt lib. 1. part. 1. cap. 1. dictum est. Alij deducunt (teste Munstero lib. 3. Cosmogr. cap. 292. à mõte aut flumine Sueuo. Flumine, Borussiam à Lituania separante, aut qui Viadrus hodie appellatur. Monte, qui in Saxonia interiore situs sit. Alij credidêre (teste Bruschio, vbi de Campid. Monasterio scribit) à Sæuo, vel Sæueno, Tyranno quodam olim præpotente, Sueuos dictos esse, populum bellicosum & ferocem: qui Sæuus cum ingenti multitudine ingressus fuerit eam terram: quæ ad VVertachium, Lycum, atq; Hilarum, amnes sita sit: condideritque oppidum nomine Sæuam, postea Campidonum nominatam, in ipsa scil. Almangauia, vel Algoia. Cùm autem Sueui olim ad Septentrionem habitassent, vbi Sueci & Saxones: decrescente potentia Imperij Romani, ad Danubium, & trans hunc, armis grassati sunt. Hinc orti, Rhæti circa Nordlingam: orti VVirtembergenses, Lechgoij, Algoij, Brisgoij, Nigrosyluani, incolæ circa lacum Podamicum, Ergoij, Zyrichgoij, Hegoij, Kraichgoij, Marchiones Badenses, & alij Sueuici populi. Sed de Sueuorum generibus, atque moribus etiam, fortasse satis lib. 1. part. 1. scripsimus. Addantur tamen plures prædictorum pagi, siue tractus specialiter commemorati, inter alios hi.*

Nomen Sueuorum.

Plures pagi Sueuiæ.

Alb.

1. *Albensis, vel Alpensis seu Alpinus,* die Alb. *Frumenti ferax, quamuis aspera terra: vino importato vtens: alicubi aquam non habens, nisi pluuiam. Ibi Rauenstain (castrum nobiliũ Rechbergensium, diuidens Albam ab Albuch) Gamertinga, oppidulum & castrũ. Hettingen, oppidum & castrum. Item op. Balinga, Minsinga, Veringa (olim Comitatus) Trochtelfinga, Melchinga, Iungnauia, Albeccum, VVesterstettum, Blabyra, Hohenzollera, Rotenburgum, & Ehinga iuxta Nicrum. Schelcklinga, oppidum, & castrum. Zuifalta Monasterium.*

Schar.

2. *Forcipensis pagus (sic* die Schär *à Munstero nuncupatur) priori confinis, horridus & ipse: frugum tamen fertilis, pabuli, & lignorum, sine vino, nisi importetur: sine ferè fontibus. Oppidum ibi & castrum Schar, non procul ab oppido Mengen: quorum dominus est Dapifer VValdpurgensis. Habet multos bonos vicos & arces.*

3. *Albuchensis.*

3. Albuchensis. Parum fert frumenti: syluis, pascuis, iumentis, pecoribus, abundat. Multa ibi castra: Lauterburg, Hoberboda, Rosenstain, Berga, Alten Reehberg, VVeissenstain op. & castrum, Bamkirch, Rabenstain, Einbach, Scharpfenberg, VVallrbot, VVelvvart. Ibi & minores regiuncula: VVellend, sylua Zehen (pertingens ad Bauariam) & Schvvanfeld. *Albuch.*

4. Pagus Gallinaceæ cristæ, der Hanenkamm. Horridus, montanus sine vino: cætera cum prioribus pagis communia habens. Oppida ibi, Haidenhaim, Monhaim. Bappenhaim Mareschalcorum. Incipit hic pagus à cœnobio Kaishaim: & per transuersum extenditur Monhaimum versus, Stainhaimum, Trubadingam, Fynsstetam, & VVolfstetam. *Hanenkamm.*

5. Hertenfeldensis. Regio montana, & dura, sine vitib. & ferè sine aqua: frumẽto tamen abundans, equis, bobus, ouib. Longa, ad 5. milliar. lata, ad 3. Castra habet multa: Kochenburgũ, Kapfend

uersi autem domini, diuersorum Nigræ sylua locorum sunt. Vt, quòd Rhotvvila sub Imperio est: oppidum Oberndorff, Cimbrensibus sub Comitibus. VVolfach, Hausen, & Haslach, sub Fyrstenbergensibus, Schiltach, Dornstetten, Nagolt, sub VVirtembergensi Duce: Horb, Schemperg, Bintzdorff, sub Hohenbergensi Austriorum ditione. In sylua, vbi Kniebis est, quotannis 200. aut plures centenarij picis, aut resinæ, colliguntur, & Argentinæ venduntur. Monasteria Nigræ sylua: S. Basilius, Herrenalba, S. Georgius, Hirsaugia, S. Petrus, Reichenbach, Alpersbach, S. Trupertus, & omnium Sanctorum. Parthenones: Fravvenalba, Fridenvviler, Beuren, Oberndorff, VVickten, VVildperg. Amnes ex Nigra sylua: Nicrus & Danubius, non longè à Rhotvvila. Item Kintzigus, Renchus, Nurgus, in Rhenum illabentes: vt & Nicer, quem augent Entius, Kocherus, & Iaxtus.

Kniebis.

14. Landgrauiatus Borensis: vbi op. & arx Fyrstemberg. Regio hyemalis & frigida, ad habitandum dura. Ibi, Abnobia montana. Habitant Comites Fyrstenbergenses, non ibi, sed in Montesancto prope Yberlingam: habentq; ibi latam ditionem, multa oppida & arces: sepulturam autem suam, in cœnobio Nidingensis villæ fœmineo. Sunt in hoc pago, & in Nigra sylua, robusti & bellicosi viri. γῆ γὰρ σκληρὰ, ἀνδρῶν τὰ πολέμια ἀγαθῶν θρέπτειρα: dura terra, fortium ad bella virorum educatrix est.

Bor.

15. Hohenbergensis tractus. Cuius caput olim erat arx Hohenberga, 1. milliari à Rotvvila: quam Rotvvilenses iussu Cæs. Sigismundi, cum arce Lupferberga destruxerunt. Diuiditur Hohenbergia in ditionem superiorem & inferiorem: quæ habent ambæ præfectos Austriacos. Illa, iuxta arcem sita est. hæc, iuxta Nicrum. Oppida sunt: Rotemburgum & Ehinga Nicri interfluxu distincta. Item Horba, à Comite Rudolpho condita. Bintzdorff oppidum, Fridinga iuxta Danubium, Schemberg sub arce Hohenbergensi. Cœnobium Sanctimonialium Kirchberga. Pertinuêre quondam ad Hohenbergenses Comites, etiam Nagoltum & VVildperga (hodie, Ducis VVirtembergensis) nec nõ Haigerlochum & Oberndorffa. In Parthenone, qui iuxta Nagoltum est, humatus iacet vltimus Hohenbergensis Comes Sigismundus.

Hohenbergia.

16. VVirtembergensis Ducatus. Vbi Ducatus sunt antiqui plures: Teckensis, Vrslingensis, & Schiltachensis. Et Comitatus, priscis dominis plerisq; omnibus extinctis: Caluensis, Tubingensis, Vracensis, Achalmensis, Herrenbergensis, Gryningensis, Aspergensis, Veringensis, Zabergoiensis, Kraichgoiensis, Niffensis, Helffenstainensis, Zollerensis. In hoc Ducatu est etiam vallis Nagoltensis: quæ ab oppido Nagolto incipiens, secundo eiusdem nominis amne (iuxta op. Altenstaigum orto) Pfortzhaimum vsq; extenditur.

VVirtembergia.

Nagolt.

De his, hactenus: de quibus apud Munsterum, & alios plura reperias. Sed & Rhætiæ, atq; Almangauiæ, pagus est.

Præfuerunt autem Sueuis, Reges & Duces. Reges, ante & post natum Christum. Duces, post Christum natum: vt, ex familia Caroli Magni: Ducum Saxoniæ, Franconiæ, Zaringiæ: Comitum Rhinfeldensium: Ducum Hohenstauffensium & Austriorum: sicut ex Annalibus nostris cognoscitur. Magnam partem hodie VVirtembergici Duces regunt: cætera loca, Episcopi & Abbates, Duces Austrij, Comites & Barones, nobiles, & ciuitates Imperiales.

Sueuiæ Rectores.

DE ANTIQVITATE VVIRTEMBERGENSIVM ET aliorum quorundam Comitum.

CAPVT II.

VVirtemberg. proceres, quàm antiqui.

DE VVirtembergensibus proceribus, etsi clari suis temporibus fuêre: tamen ante Brunonem & Conradum fratres, qui circa 1100. annum Christi vixerunt, pauca fortè certa priorum notitia fuerit, propter veterum negligentiam, rarò aliquid literis mandantium. Bruno Hirsaugiæ Abbatem egit. Eos ambos proprie Vracenses Comites fuisse, Godefridus Rammingenus autumnat. Nostris temporibus familia VVirtembergica, vt in principibus non postrema, clarissima est: & plurimum materiæ ad celebrandum propter potentiam, virtutes, studium puræ Religionis inprimis, scriptoribus suppeditans. De prisco VVirtembergensium genere, magnus quidam vir, Historicus insignis, aliquando ad me his ferè verbis scripsit. In Genealogia VVirtembergica non planè nihil est, inquit: quod non pati possit instantiam. In catalogo Ioannis Feronij (præcipuos Gallici Regni ministros continente, Connestablios, Magnos aulæ Magistros, Admiralios, Mareschalcos) memini me veteris VVirtemberg. Eberhardi nomen & insignia videre. Sed illis temporibus familiæ nomina non solebant scribi. Vnde mirari subit, quomodo VVirtembergicum fuisse cognoscere potuerit. Neq; enim insignia trium cornuum ceruinorum, huius familiæ ita propria

propria sunt: vt non & Nellenburgenses Comites, & Landauenses, & qui ab ipsis descendisse creduntur, nobiles à Landau, ijsdem eodem modo dispositis vtantur: nisi quòd Nellenburgici, cærulei coloris cornua habent: quod tamen in cera impresso symbolo, vix discerni posse puto. De Comitibus Achalmensibus, Caluensibus, Vracensibus, Niffensibus (hi tamen Comites non fuerunt, sed Barones: donec Comitatum Marstetten adepti sunt) Gruningensibus, & Palatinis Tubingensib. quando cœperint, hoc vnum scribere possum, me nescire: neq; quenquam omnino esse puto, qui sciat. Magnorum fluminum fontes ferè ignorantur. Et constat, quòd Maiores nostri has res non curarint: vsq; adeò, vt ante quingentos annos, vix vlla cognomina familiarum, nominibus etiam Comitum & Ducum addita reperiantur. Quò magis mirari licet illorum ineptias: qui genus suum vltra DCC. & amplius annos, probare se & docere posse, iactitant. Achalmenses & Caluenses, procul dubio antiquissimi sunt. De illis tamen, præter arcem, quæ superest: & monumentum fundatorum cœnobij Zuifaldensis, eodem in cœnobio, Luitoldi & Cunonis (quorum hic A. 1092. 17. Cal. Nouemb. obijt) nudaq; nomina Rudolfi, Ernfridi, & Beringeri, nihil me videre memini. Caluenses videntur cum Vabingensibus, & Leonstainensibus priorū familiæ (satis enim constat, vnde, qui nunc supersunt, descenderint) quod & insignia eadem testantur: & ab Henrico IV. Imp. scriptæ literæ, confirmantes fundationem & priuilegia cœnobij Alperspachensis. Vbi inter reliquos testes citantur: Gotefridus, Comes Palatinus de Calevvo: & Adelbertus, Comes de Levvinstein, fratruelis eius dem Gotefridi Palatini. Verùm, quando defierint, mihi non constat. Memini tamen, me legere: quòd ad Tubingenses Palatinos ditio eorum peruenerit: à quibus, ad VVirtembergenses Comites, titulo emptionis. Vracenses, diutius superfuerunt: sed neq; de ipsis, quando defierint, mihi constat. Niffenses in Bauariam migrarunt: & ad A. 1400. propè durarunt. Gruningenses, cum VVirtembergensibus ijdem sunt. Et qui supersunt adhuc Comites Tubingenses, ex Palatinis illis orti sunt: qui præter Tubingam, Herrenbergam etiam, Beblingam, Syndelfingam, Aspergam, oppida, possederunt. Errarunt, qui Virnenbergenses & VVerdenbergenses Comites (sic & VVartenbergenses Bohemos) cum VVirtembergensibus commiscuerunt. Genealogijs autem Lazij, nihil magis confusum vidi. Habet tamen quædam, quæ aurem vellicare possint. Quod ad arcis VVirtembergæ originem attinet: de ea mihi nihil constat. Antiquam esse, nihil dubito: non tamen hanc, quæ nunc est. Si quidem Henrici VII. Imp. iussu, si non deleta, miserè saltem vastata fuit. Satis etiam diu fuit ante illud tempus: quo Rudolphus I. cum Ebehardo Comite bellum gessit: quando Stutgardia quoq; obsidionem tulit. Deniq; nec mihi Etymologia placet, von dem Wirt am Berg. Ego sic sentio, Magnatum nomina esse primitiua. Arx Hohenstauffen, ad Austriacos principes, deinde 1370. ad nobiles à Rietheim, & octauo abinde anno ad VVirtembergensem Vlricum, qui ad VVilam perijt, peruenit. Combusta 1525. à rusticis: cùm non potuerit defendi à præfecto eius, nobili Ioanne Michaele Russen à Russenstain.

Landaui. Achalmenses. Caluenses Comites. Vracenses. Tubingenses. VVirtembergæ arx. Hohenstauffen.

Hæc, cuius iudicium, & erga me beneuolentiam, magni facio, Doctor Osualdus Gabelkofer, Medicus & Bibliothec. VVirtembergicus: cùm ex eo de talibus rebus quærerem.

QVÆDAM DE COMITIBVS TYBINGENSIBVS.

CAPVT. III.

VIVEBANT anno Domini 1083. (vt mihi scripsit Godefridus de Rammingen) Comes Adelbertus de Kalvv, arcem VVirtembergam tenens. Kalvv.

A. 1099. Anshelmus, Palatinus Tybing. cum filijs suis Hugone & Hainrico, Blabyrense Monasterium Benedictinum fundauit. Fratres habuit Hugonem & Sigibotonem.

A. 1104. Obijt Episcopus Spirensis Ioannes: parentibus natus, VVolframo, Palat. Comite Craichgoiæ: & Adelhaide, filia Palatini Tubing. Hainrici, quem Rhenus absorbuit.

A. 1122. Gotfridus, Comes Tubing. patronus erat Syndelfingæ. Idem Cal. sequentis anni, testis erat Spiræ, apud Imp. Henricum V.

A. 1123. reperitur Gotfridus, Palatinus Caluensis: & Albertus, Comes Levvensteinius, nepos ex fratre eius: vel (vt Auentinus habet) patruelis Gotfridi, VVirtembergā arcem possidens. Caluensis Palatinus.

A. 1125. Hugo Comes de Tuvvingen, & Gotfridus Comes de Herrenberg, testes. Eodem anno, 6. Id. Ianu. testis apud Cæs. Henricum, Gotfridus Comes Palat. Datum Argentinæ.

A. 1126. 4. Non. Ianu. in confirmatione cœnobij Ochsenbusensis, testis idem Gotfridus. Argentinæ.

A. 1135.

A. 1135. *Monasterium S. Georgij Augustæ à Palat. Tubingensi, & Episcopo Augustanò, fundatum est.*

A. 1138. *apud Regem Conradum III. testis erat VVilhelmus Palat. Tubing. Datum Bebenbergæ.*

A. 1139. *Comes Hugo de Tvvvingen, testis.*

A. 1141. 4. *April. apud R. Conraduvi testis, Hainricus Comes Palatinus, Argentinæ.*

A. 1147. *testis apud eundem, Hermannus Palatinus. Datum Fuldæ.*

A. 1164. *Hugo III. Aduocatus cœnobij Blabyrensis erat. Hic Ducem Guelphonem à Tvvvinga reiecit.*

A. 1167. *Hainricus Palatinus. Hic Barbarossam secutus, in obsidione vrbis Romæ peste interijt.*

A. 1171. *Hugo Tubing. Palat. & vxor eius Elisabeta, Comitis Brigant. Rudolphi filia, Marthalense cœnobium quasi condiderunt.*

Rudolphus, Palat. Tubingensis.

A. 1181. *filius huius Hugonis Rudolphus, Palatinus Tubing. Briganti & Curiensis Rhætiæ dominus, Bebenhusam multis beneficijs donauit. Circa idem tempus, eidem Rudolpho (cum quo nupta erat Eberstainia Beatrix) Comiti Tubing. & Brigantino, domino Pretigoiæ, lis erat cum Comite Hartmanno Kyburgensi.*

A. 1182. *Comes Palat. Tvvvingensis Hugo, in matrimonio habebat nobilissimam Brigantini Rudolphi filiam Elisabetam: quæ erat nata ex sorore Ducis VVelphonis: & ex cognatione Imperatoris de Hohenstauffen, Henricique Noricorum Ducis, atq; aliorum principum.*

A. 1183. *Palat. Rudolphus Tubing. testis erat fundatæ VVengensis apud Vlmenses præposituræ.*

A. 1191. *Obijt Dux VVelpho: cuius vxor fuit Itha: Palatini Gotefridi Tubing. & Comitis Caluensis, suo tempore ditissimi per Sueuiam Comitis, filia.*

A. circiter 1267. *Palat. Rudolphus Tubing. se aduocatia Blabyrensi abdicauit. De his, hactenus.*

Addo recentes ex hac illustri familia: qui mihi manum suam dedêre, Tybingæ studentes, fratres tres.

I.

Ex Philip. Beroaldo.

Sicuti Parentes, filiorum corpora effigiant: ita Præceptores, Discipulorum mentes formant. Quæ res tantò preciosior videri solet: quantò homo interior, homine est exteriore præstantior.

Conradus, Comes Tubingensis, & Dominus in Liechteneck, &c. scribebat in gratiam viri clariss. M. Martini Crusij, Præceptoris colendi, 12. Cal. Decemb. 1582.

Omnia præsentiâ sua (Rector Acad. Tybing. Cal. Maij 1584. factus) nuptias filiæ meæ Mariæ Magdalenæ, M. Iacobo Maiero Binnicensi (qui hodie Donavverdæ habitat, propinqui vici Bergæ concionator) nuptæ, 19. Maij eiusdem 84. anni: Postea 1593. Iun. 9. in cœnobio Hirsaugiensi, apud illustrissimum S. mem. Ducem Lud. vnà prandebamus.

II.

Ex Cicerone pro Plancio.

Nemo est nostrum omnium liberaliter educatus: cui non educatores, cui non Magistri sui atq; Doctores, cui non locus ille mutus, vbi ipse altus aut doctus est, cum grata recordatione in mente versetur.

Albicus Comes Tubingensis, & Dominus in Liechteneck, &c. anno 82.

Ἀπώλεσε ὁ γονεὺς τὴν τῆς ιθ' ἡμέρας Ὀκτωβρίου νυκτὶ οὐ Ἀργεντίνῃ, ᾧ ΦΗΒΕ! ἐξ ὑπαίθρου λείψανα αὐλίσαι, μετὰ τῶν τῇ ἑπισκοπικῇ πολέμῳ παρόν. *Liechtenecci sepultus honestissimo cum luctu. Quantum ego dolui:*

III.

Ex Aristot. Ethicis.

Τοῖς φιλοσοφίας πεπονηκόσι τιμὴ ἐπιῤῥέπει ἐπὶ τοὺς γονέας: ἀλλ' ἴσως ἐπαινὸν, ὥσπερ πρὸς θεὸς, καὶ πρὸς γονεῖς, τὸ οὐδέποτε ἀνταπόδοτον.

Hermannus Comes Tubingensis, & Dominus in Liechteneck, &c. scribebat Tubingæ, A. 82. Obijt postea 1585. in Italia, ἐπαινετὸς: *cùm sub finem Maij, eo anno Tybingâ discessissent omnes*

omnes nos, Italiam petituri. Sed non apud Italos humatus est: verùm Villaci Corinthiæ: eò à fratre, illustri Comite Conrado, vehi curatus. Præceptorem habebant doctum iuuenem, Casparum Canngiserum, M. Caspari Ceramei Querfurdensis F. Latinè & Græcè discentes: musica vocali & instrumentali, me & alios oblectantes. Postea 1593. generosus Dominus Conradus, in Aula VVirtemberg viuens, Hirsaugiæ & Tybingæ, erga me se humanissimum declarauit. Ζῶν ὁ καλὸς καὶ ἀγαθός. αὐθρωπίνως γὰρ, ἀξιώτατος. Staturâ ipse est eminenti & heroica, gratus erga Præceptores. Longæuus & felix sit, qui Præceptores agnoscit. Aliter ego non essem hodie LXVII. annorum: vt nec vetus condiscipulus meus Argentinæ olim, Martinus Brentius, σύσιτος καὶ σύλλεκτρος 1546. σεμνότατος καὶ σπουδαιότατος: nunc plurimorum annorum in Schola Lindauiensi Præceptor iuuentutis optimus.

DE MONTE TECCIO, ET ARCE EIVS, ATQVE de sepultura Ducum Teccensium.

CAPVT IV.

FLORVERVNT quondam in Sueuia, vbi castrum Teck & oppidum Ovva (cuius insigne, nigrum O in planitie alba) illustrissimi principes, Duces Teccenses: quorum populus antiquissimis temporibus, Tectosages dictus, ex Narbonensi Gallia huc commigrauerat. De quibus principibus, & de locis modò dictis, commemorabo: quæ ab honorando viro, Ecclesiæ Ovvensis parocho vigilantissimo, Laurentio Schentzio, populari sermone descripta mihi prolixius, ante sesquiannum fuêre: ego autem contraham, quantum potero, nihil tamen ijs in rebus omittens. Schentzius.

Mons Teccius, altitudine sua summas eius loci Alpes adæquat. Quem si eminus aspicias: videbitur tibi Orientem & Meridiem versus cohærere cum Alpibus: ac proinde non præbere locum aliquem tutum: sed si in ipsum ascendas: videbis, tanto interuallo ab Alpibus disiunctum, vallis interuentu latæ & profundæ: quantum vix colubrinæ bombardæ globo superari possit: ita, vt talium tormentorum vis, arci ab Alpinis montibus non multùm nocere posse videatur. Est itaq; hic mons, tanquam Insula quædam: id est, peculiaris mons, in patenti campo. Nec tam altus videtur, quàm est, priusquam accedas: idq; propter subiectos colles, das klein vnd groß Poll genannt. Qui colles adiuncti, καὶ πρόποδες, Teccensi monti latum circuitum, καὶ περιβολὴν, faciunt: adeo, vt vix duabus horis circuiri queat. Ipsa vallis & planities circùm, fœcunda est: agris, pratis, vineis, siluis. Multa circùm oppida, pagi, arces: ex quibus propiora, hæc sunt. Teck. Qualis mons.

Ad Orientem, vicus Bissinga: nec longè inde, inter Alpeis montemq; hunc, vetustum castellum paruum, montanum, dirutum: quod Hanenkamm appellatum fuit. Fortassis eam calamitatem, vnà cum castro Teck, à tumultuosis agricolis anno 1525. accepit. Bissinga.

In eodem latere Orientali, VVeilhaim quoq; oppidum situm est. VVeilhaim op.

Secus Hanekammum, paulò magis meridiem versus, trans vallem, quæ inter Teccium montem & Alpes est, in ipsis Alpibus duæ inueniuntur montanæ arces: quarum nomina, Diepelspurgum & Raubera: Conueniunt rebus nomina sæpe suis. Ibi nanq; olim habitasse dicuntur: qui decurrere ad prædas soliti fuerint, & viuere rapto. Signo sunt duo muri, longè excurrentes ab arcibus: intra quos qui pertracti fuerunt: de eis actum fuisse, senes memorant. Hodie vestigia tantùm supersunt. Pertinent ad nobilem virum, Ioannem Georgium Schillingum Canstadianum, in oppido Ovva habitantem. Diepelspurg.

Ad Meridiem, Lenningana vallis est: quam transilijsse fertur quidam, anniculo vitulo insidens: homo nimirum magicis artibus Dæmoni deditus: qui dixerit, Ecquid de hoc anniculi vituli saltu tibi videtur? Sátne magnus? Hinc prouerbium: laß mir das ein feinen Sprung sein von eim járigen Kalb. Hanc vallem, frumenti viniq; fertilissimam, perfluit διαυγέστατον ῥεῖθρον, limpidissimus riuus, vno milliari supra Ovvam ortus: qui ob eam claritatem Lautera nominatur. Ex eo, bonæ trutæ. In hac valle, iuxta Teccensem montem, viculus ad meridiem spectat, nomine Brucken. Proximè supra eum, vicus est Vnterlenningen: prope quem ad dextram vallis, castellum montanum Sultzburg, pertinens ad nobilem Ioannem Euthalium Spætum. Lenningerthal. Lauter.

Duobus fortè stadijs, ab Vnderlenninga sinistrorsum distat Oberlenninga. Inde ad sinistram in Alpibus, vetusta arx in monte, cui nomen VVielenstain, confracta. Quæ aliquando Spætorum fuit: nunc verò ad commune Oberlenningensium spectat, propter actum pecorum & pascua emptum.

Dicitur, omnium iam dictarum arcium incolas, quotidie in aulam Teccensium Ducum ventitasse.

Neiffen. *Ad occasum montis Teccij sunt hæc loca: vicus Beura, Neiffen op. & arx, Lenisenhosen, Frickenhausen, Tettingen, & oppidum Kirchæ.*

Ad Septentrionem, Naberna, tria stagna, & alij vici. In medio iam horum, quæ exposita sunt, mons Ille celebris, & castrum Teccense, sita sunt. Infrà autem, proximè montem, oppidum

Ovva. *OVVA, loco peramæno: per quod medium fluit riuus Lautera. Fuit id, Teccensis Ducatus caput: & ibi multæ adhuc antiquæ domus: quondam à nobilibus Tecciorum Ducum Aulicis, hodie autem à ciuibus, habitatæ.*

Sepultura Ducum Teccensium, Ovvæ. *Sepultura horum principum, est in choro Parochialis Templi Ovvensis. Monumentum, minimè splendidum: sed tantùm magnum saxum, quatuor lapidibus paruis insistens, inferius cauitate relicta. Super saxo nihil incisum: nisi solùm Tecciacum scutum, cum capite aquilæ coronato. Aliud nihil vspiam ibi reperitur, ne annorum quidem numerus. Dictum est, etiam in Monasteriali S. Petri sano, aliquot Duces vtriusq; sexus humatos esse. Sed id non certò scitur: nullo ibi monumento, nec Epithaphio, apparente.*

TECCENSES DVCES PRISCI EX M. SCR. & Lazio.

Teccenses Duces. *Circa 330. Christi, Dominus quidam VVeccensis, gentilis, prælio à Romulo dicitur quodam victus, & Christianus factus. Postea, Teccensis dictus.*

Ex genere eius, Baltasar, Burcardus, Vlricus, aliiq;. Vltimi Ducis filia, Agnes, Egoni, Comiti Habspurgensi nupta est, circ. 1010. Ita Teck Habspurgensibus cessit.

Rudolphus Habspurg. Reinfeldensis, genero suo Berchtoldo 2. Agnetem habenti, Zaringensi, Teck dedit 1077. cum Ducatu Sueuiæ. Postea verò Conradus, Berchtoldi F. à Friderico, Barbarossa dicto, electus, tamen Teck arcem, & oppidum Ovvam, aliaq;, retinuit.

Successores eius, Albertus 1. Albertus 2. (anno 1153.) & Albertus 3. qui se primus Ducem Teccensem, ex hac familia scripsit 1175. Albertus verò 2. Comitem Teccensem & Caluensem.

Hermannus 1. Hermannus 2. filius eius, ex Comitissa Tubingensi. Frater ipsius, Lytzelmannus: vxorem, Græningensem Comitissam, habens Beatricem. Filia eorum, Anastasia: cum qua ipse 1197. hastiludio Noribergæ interfuit.

Agnes, Ducissa Teccensis, D. Conradi de Liechtenberg vxor: cuius dos fuit oppidulum Rheni VVullenstetum, Argentinensis Episcopi feudum.

Albertus 4. Hermanni 2. F. ex Elisabeta Vogburgensi. Et Berchtoldus, Episcopus Argentoratensis: qui Henricum, Friderici 2. F. prælio vicit 1228.

Ludouicus & Simon, ex Conrado 1. nati.

Ludouicus 2. & Conradus 3. nati sunt ex Ludouico 1. qui primus ex Teccensibus Ducibus cudit monetam.

Conradus 4. & Simon 2. filij Conradi 3. ex Hochbergensi Comitissa.

Vlricus, Simonis F.

Fridericus 1. ex Conrado 4.

Ex Frid. & Comitissa Trubendingensi, Frid. 2. & Vlricus 2. Vlrici filiæ ex Hohenberg. Comitissa, Agnes & Mechtildis. Illa Eberhardo VVerdenbergensi, hæc Frid. Pincernæ Lympurgensi nupta.

Frid. 2. arcem Mindelhaimensem ædificauit: quòd Hochschlitzio op. Mindelhaimum eripuerat: & id 1369. contra Augusf. Episcopum, VVaiblingerum Hochschlitzium, defendit.

Duces aliquot Teccenses, ex veteri Missali descripti, Ovvæ sepulti.

Sub anno Domini 1292. obijt venerabilis Dominus Conradus, Dux de Teck, electus in Regem Romanorum.

Anno Domini 1304. obijt Dux Ludouicus in octaua Agnetis.

Anno D. 1315. obijt Simon Dux, 3. Non. Martij.

Anno Domini millesimo, trecentesimo, vigesimo nono, obijt C. Dux de Teck, frater Simonis & Ludouici, Ducum de Teck.

Erat adhuc vnius Teccensis Ducis, Ovvæ humati, mentio in eo libro: sed nomen eius euanuerat, vt legi non posset.

Nomina

Nomina Ducum Teccensium: quodam tempore D. Laurentio Schæntzio, ab Andræa Rittelio piæ memoriæ, Stutgardiæ Registratoræ, Ovvæ in Parochiali & Cœnobiali Templo inquirendi causa, data.

1197. *Lutzelmann, Dux Teccensis. Beatrix, Comitissa de VVirtemberg & Græningen.*

Hermannus, Dux Teccensis, filius Lutzelmanni.

1218. *Ludouicus pater.*

Ludouicus & Fridericus fratres, Ludouici filij.

1302. *Simon & Conradus fratres, Duces de Teck.*

1311. *Vlricus, Dux de Teck.*

1352. *Conradus, Dux de Teck occisus Monaci.*

1380. *Fridericus, Dux Teccens. Anna Comitissa Helffenstainensis, coniux.*

1381. *Mechtildis, Ducissa Teccensis. Eberhardus, Dapifer de VValtpurg, maritus.*

Agnes, Ducissa Teccens. Egeno, Comes de Habspurg, maritus.

1417. *Vlricus, Dux Teccensis. Anna, Casimiri Poloni Ducis filia, vxor 1. Vrsula Marchionissa Badensis, vxor 2.*

1417. *Conradus, Dux Teccens. Hedvvig, Marchionissa Estensis de Ferraria.*

1416. *Ludouicus, Patriarcha Aquileiensis: in concilio Basiliensi 1439. mortuus.*

Margareta, Ducissa Teccens. Fridericus, Comes in Ortenburg, maritus.

Gutha, Ducissa Tecc. Ioannes, Comes in VVertheim.

Beatrix, Ducissa Tecc. Fridericus, Baro de Haideck.

Irmelgart, Ducissa Tecc. Vitus de Rechberg.

Agnes, Ducissa Tecc. Henricus, Comes de VVerdenberg.

Georgius, & Fridericus, atq; Vlricus. Omnes, Duces de Teck & Conradi liberi.

Berchta & Agnes, Ducissæ Teccenses, & Moniales in cœnobio Monialium in Kircheim sub Teck.

Cernitur adhuc tumulus in cœnobio Monialium, in ciuitate Ovvensub Teck, cum hac inscriptione.

HVGO DVX DECCENSIS, ET COMES HABSPVRGENSIS.

Hæc, Rittelius. Idem Teccensem familiam forma arborũ exposuit, Ovvensibusq; donauit: quæ etiam in Parochiali fano, supra monumentum illorum Ducum expassa est.

Ad sinistram chori, secus sepulturam pendent quatuor scutula, siue tabellæ: in quibus, insignia Teccensia, nigro & albo colore: & quædam, nigro atq; flauo.

Anno autem 1579. Decemb. 14. leuatio & inspectio facta est huius monumenti, auspicijs illustrissimi VVirtemberg. Ducis Ludouici: per nobilem quendam Reischachensem, & ipsum Andream Rittelium: præsente Laurentio quoq; Schentzio, & alijs. Clausum rursus est sequenti tempore: saxo aliquantum renouato, & ornato cum hac inscriptione. Sepulcri aperitio.

SVB HOC SAXO, ALEMANNORVM ET ILLVSTRISSIMORVM PRINCIPVM ET DVCVM DE TECK OSSA RECONDITA SVNT, ET SEPVLTA.

Tunc etiam tabellæ, de quibus dictum, rursus illuminatæ sunt, & suspensæ.

Aperto autem sepulchro, hæc solùm ibi reperta sunt. Vnus Francofordiensis nummus. Aliquantulum ligni de sarcophago. Aliquid serici villosi panni: quo sarcophagus abductus fuerat. Cæterùm, ipsum sepulchrum nihil ornatus habuit: sed fere tantùm quadrangulum, cocti libus laterculis constructum fuit.

Quanquam verò Munsterus in Cosmograph. lib. 3. scribit: tredecim Duces, viros & fœminas, Teccenses, Ovvæ humatos esse: tamen quatuor tantummodò caluariæ sunt inuentæ: ac solùm tantum ossium: vt non plures quatuor principibus ibi iacuerint. Ex magnitudine autem eorum tantum ossium, facilè æstimare quis potuit: fuisse valde proceros & robustos Heroas. Mandibulas omninò habuerunt integras. Vni eorum validum ictum claua illatum fuisse, ex vestigio caluariæ apparet: quod tantum est, vt gallinaceum ouum indi posset. Ossa reperta.

Antequam tamen aperiretur sepulchrum: ex multis senibus Ovvensibus auditum est, plura esse sepulchra. Ea nunc latent. Ergo verum esse potest, quod à Munstero scribitur, 13. Duces & Ducissas Ovvæ sepultos esse. Aut fortè cætera sepulchra, in Monasterij Sampetrino Templo, à

Templum S. Petri. Teccijs Ducibus adificata, sunt. Habet autem id Templum nomen à S. Petro Apostolo: quem fabulæ perhibent, bis ibi fuisse: & magna fecisse miracula, herniosis præsertim pueulis sanandis. De quibus apparitionibus in Annalibus scripsimus. Prioriſſam in eo Parthenone superioribus temporibus egit Catharina Schærtlina, germana Sebastiani Schærtlini equitis soror: quæ non amplius in terra viuit.

Teccij montis magnitudo. Verùm ad Teccium montem redeo. Celsus profectò hic, & mirus mons est: qui à multis hominibus visitur: ijs præsertim, qui æstiuo tempore balneas Seubadenses petunt. Æstatis etiam vix vllus Dominicus dies est: quo non multitudo hominum ibi reperiatur.

Latitudo supra montem, tanta est: vt in ea planitie, principi nostro quotannis LX. circa pecora, in pascuis optimi & copiosissimi graminis vagentur. Terram habet nigram: quæ si araretur, existimatur affatim frugum allatura esse.

Fons ibi scaturiens. In eo loco, Orientem versus, fons aquæ viuæ scaturit, idque ex tribus locis petræ: quem admodum ipse Schentzius se vidisse 1565. ait: quando lapideum eius aquarium, vel crater, reficiebatur: cuius figura, quadrata est, quoquo versus latitudine pedum circiter XX. ea altitudine, vt decem, aut amplius, lapideis gradibus descendatur. Ipsa in illo aqua, viri profunditate est. Mira certè res, in tam excelso monte, à cæteris montibus omnibus separato, aquam vltrò subsilire: & quotidie LX. pecoris capitibus potum largè præbere. Sæpe etiam à sene centenario, Vito Cnollione, alijsque senibus, dictum est: anno 1540. (illo feruido: quem Sueui, das kay Jahr / oder den kayen Sommer / nominant: παρὰ τὸ καίειν, opinor) quando riuus Lauteræ ita attenuatus fuerit: vt à peronato aratore propter breuitatem facile vadari potuerit: fontem hunc Teccensis montis, eadem altitudine iugiter permansisse.

Verenæ Beutlinæ specus. In eadem planitie, ad iactum tormenti manuarij à fonte, Austrum versus, descenditur foramine quodam rotundo, aut cauerna, in cauam petram. Appellatur, FRENA BEVTLINSLOCH, Verenæ Beutlinæ foramen. Hoc nomine fuit mulier quædam: quæ in eo specu habitauit, donec duos spurios peperit, ex pagi Beuræ incola marito. Latuit res homines diu: sed tandem deprehensa est: quando maior puerorum, grandiusculus iam, manu duci in Templum potuit. Fuit ille specus adeo bellè factus, & omni necessaria suppellectile ita ornatus: vt hominibus, qui ad matrem & liberos penetrauerant, admirationi esset. Habuit specus foramen per petram, instar fenestræ: vt mediocri luce, qui intus erant, frui possent. Fuit & alterum foramen, per quod fumus emitteretur. Qui licet conspiceretur ab illis, qui infrà in valle erant: putabatur naturaliter à monte exhalari. Sæpenumero quidem amator mulieris, oppidum Ovvam transire cum ligone, & dossuaria sporta, qua cibaria portabat, visus est: sed, cur transiret eo habitu & pastu: ne in somnis quidem vera causa in mentem cuiquam veniebat. Alia omnia potius cogitabant: vt, alicui Ovvensi ciui operari in vinea. Fertur ipsa quoque potuisse homini signum super saxo dare, panniculo albo rubroue: ex quo is conijceret, quæ illi res opus esset. Quòd si quis etiam panniculum eminus videret: nihil mali suspicabatur: sed fortè fortuna à vento perlatum eò rebatur. Simplicitas videlicet maior tunc erat, quàm hodie.

Tandem autem re cognita: educti sunt pueri, & salutari Ecclesiæ aqua abluti. Quorum baptismo Beurenses interfuerunt: ex quibus noster Ovvensis Ecclesiastes hæc cognouit.

Castrum Teccense. Ex planitie iam dicta, Boream versus collis quidam paulùm assurgit. In eo demum castrum Teccense positum est à reliquo monte & planitie, quadam profunda, & lapidibus suffulta, fossa disiunctum. Structura ipsa castri, procul dubio pulchra fuit, pro captu illorum temporum. In medio area, elegans sacellum stetit: quod adhuc millesimo, quingentesimo septimo anno, quo D. Laurentius illò venerat, integrum, & imaginibus pictis decoratum, fuit: nunc verò ad interitum ruit. Mœnia arcis, maiori ex parte restant: sed de anno in annum labefiunt.

In medio sub arce alterum foramen est, in saxo, cui arx insistit. Id, Sibyllæ specus nuncupatur, der Sybilla Loch. Opinio nanq; est, olim quandam ibi Sibyllam habitasse. Multa & varia de hoc specu fabulatio est. Ostium eius, spatiosum, Occidentem versus: sed quò magis ingrederis; magis coangustatur hic specus: & quidem eò vsq; tandem: vt quidam cum accensis candelis, in ventrem proni irrepserint. Res, horrorem incutiens: vt malis tu ocyus refugere, quàm thesaurum inibi vestigare. Hispani sanè, tempore Smalcaldici belli, & non ita pridem alij, fodisse & quæsisse dicuntur.

Sub

Sub petra, vndiq; Teccius mons fago & quercu circumuestitur. Infra id nemus, spatium arbustis vacuum circumcirca est: quò pecora Ovvensium, Tettingensium, Bissingensium, Bruccensium, aguntur. Interdum aratur ibi, & frumentum seritur. Inferius, ad Orientem & Occidentem vineæ coluntur. Subter has, horti arboribus consiti, pomorum copiam præbent.

Ita Teccius mons, omni in parte sui, à summo ad imum vsq;, valde fructuosus est. Hæc, ex D. Schantzio.

ALIQVOT TECCENSES DVCES: EX MORTVARIIS, VEL Mortilogijs, Iacobi Mendelij: ad meà clarissimo Iurisc. & Marchionio Brandeburgensi consiliario, D. Simone Eiseno, missi.

Rursus aliquot Duces Teccenses.

1. *Hugo, Episcopi Leodinensis Rudolfi frater, Dominus Brisgoiæ: & frater eorum, Dux Albertus Teccensis senior, de Habspurg natus: vxorq; huius Adelhaita: & Albertus, eorum filius: nec non sorores huius Berta & Agnes. Omnes, Ovvæ sub Teck sepulti.*
2. *Conradus, electus Rom. Rex aduersus Comitem Habspurgensem Marquardum, & aduersus V. Conradum de Stauffen. Sepultus & ipse Ovvæ.*
3. *Hermannus senior, Dux Teccensis: & VValdpurgis, Palatina Tubingensis, vxor eius legitima: atq; Dux Hermannus iunior, ipsorum filius. Omnes, ex Habspurgica stirpe. Quiescunt Oberndorffæ in cœnobio fœminarum.*
4. *Ludouicus, Sigismundus, Hermannus, cum vxoribus & liberis suis. Item, Dux Simon Teccius senior, Ludouicus iunior, Simon iunior. Omnes hi Teccij Duces, in oppido VVirtembergiæ Kirchaimo humati.*
5. *Lutzmannus, & filia eius virgo Otilia, in cœnobio nigræ syluæ Alperspachensi sita sunt.*
6. *Ludouicus, Friderici F. Patriarcha Aquileiæ, in Carthusiano Basileæ cœnobio quiescit.*
7. *Vlricus, & V. Anna, nata ex Regio genere Poloniæ, prior eius coniux: & V. Vrsula, Marchionissa Badensis, altera coniux: iacent in Parochiali Templo Mindelheimi.*
8. *Simon, Dux Teccensis, tertius huius generis, in Monasterio Stamsensi quiescit.*

In quibusdam priuilegijs, quæ Maximilianus Cæsar 1. Mareschallo à Pappenhaim 1505. concesserat, reperitur: Duces Teccenses tenuisse aliquando Comitatum Bauariæ Graispachensem, vnà cum iudicio ibi prouinciali.

Quæ plura de rebus Teccensibus, parte 3. Annal. lib. 1. cap. 11.

Insignia Teccensium.

De insignibus Teccensium Ducum, hos versus reperio.

Dux de Tecken vult album nigro mediare:
Obliquisque modis quasi tractus reticulare.

DE COMPLVRIBVS COMITATIBVS, NOTATIONES QVÆDAM breues: præsertim, vt eorum antiquitas aliquo modo videatur. Sic & aliquot familiarum nobilium.

CAPVT V.

COMITATVS FYRSTEMBERGENSIS.

Fyrstenberg.

OPPIDVM & castrum est, situm in loco sublimi, in Langrauiatu Borensi Hercyniæ syluæ. *Montana olim Abnobia, nunc Bor appellantur, vel Baar.*

Ibi Danubij fontes sunt.

Hailigenberg.

Comitum Fyrstembergensium sedes, in Monte sancto est, vbi Yberlinga, ad Podamicum lacum. Scribunt se, Comites quoq; à VVerdenberg: quem Comitatum emerunt Heluetij à tutoribus Dominorum de Hevven.

Ditio Hausen, oppidum & arx, in Kintzingensi valle, est Fyrstenbergensium: sicut & VVolfach, atq; Haslach. In arce Thoneschinga, habitabat his annis Comes Henricus à Fyrstenberg: sed in arce Hailigenberg, frater eius Comes Ioachimus.

Sepulturam habent in Nidingensis villæ Parthenone.

Plura, in Munstero.

Egon, Comes à Fyrstenberg (inquit Latzius) sub Carolo Magno floruit, anno circ. 800.

Stuling. Landgraviatus. Conradus, Landgraviatum Stulingensem administrans, vixit circa 1240. A quo Comites Fyrstenbergenses, qui adhuc supersunt, originem ducunt. Vide multa in Latzio, Migrat. Gent. lib. 8.

VVERDENBERGENSIS COMITATVS.

VVerdenberg. VVerdenberg in eo est, arx & oppidum. Pagi & loca præcipua huius Comitatus: Scevola, Seuelen, Reuena, Reuis, Bougo, Buchs, Quadrabs, Graps, Campso, Gambs.

Herrenberg. Comites hi cùm olim multi essent, diuisi sunt in Sargans, Veldkirch, Hailigenberg & Herrenberg iuxta Scevolam: qui postea Herrenbergam VVirtembergiæ condiderunt. Omnes, eiusdem stirpis sunt: licet insignibus paulùm differant. Vide Annal. part. 3. lib. 3. cap. 11.

Ex his Comitibus, quidam.

Rudolphus, Christi 935. VVolfgangus, 940. Henricus, 948. Hartmannus, Ioannitarum Magister, 1377. Quando & Rudolphus de VVerdenberg, dominus Veldkirchæ.

Felix, habitans Hailigenbergæ, bellicosus, familiæ postremus, 1530. Vide Annal. part. 3. lib. 10. cap. 1.

COMITATVS MONTEFORTENSIS.

Montfort. Montfort, arx est vetusta infra Veldkircham, Comitum Montefortiorum, Rhæticigeneris: ex quo Henricus erat Episcopus Curiensis circa 1252. Vide Stumpf. lib. 10. cap. 32.

Anno 1218. Hugo, Comes de Monteforti, dominus Velcuriæ, consensu Imp. Friderici 2. quædam sua prædia, Hospitali pauperum Hierosolymæ largitus est. Inde Iohannitarum domus, in eodem oppido fundata. Vide Munst. lib. 3. cap. 232.

Vixit anno Christi 959. VVilhelmus: qui ex Comitissa de S. monte tulit alterum VVilhelmum & Hugonem, commendatorem in Biberstain: & Burcardum, Abbatem S. Galli: qui tamen ab aliis frater VVilhelmi senioris putatur.

Vdalricus, sub Imp. Friderico Barbarossa vixit, nempe circa 1160. Christi. Filios ex Comitissa de Rontel, Iacobi Dapiferi vidua, hos tulit: Hugonem, Ioannem, VVolfgangum, & VVilhelmum. Hic VVilhelmus, ex Tubingensi Comitissa Rudolphum & Henricum procreauit. Hugo, in literis citatur Rudolphi Habspurg. Cæsaris. Idem genuit ex VVerdenbergensi Elisabetha Hugonem secundum: qui sub Friderico 2. circa 1230. floruit: & Cœnobium Ioannitarum, cum publico Xenodochio, Veldkirchæ fundauit.

Alios permultos de Montefort Comites, quære lib. 8. Migrat. Gent. Latzij.

BRIGANTINVS COMITATVS.

Brigantium. Situm est Brigantium oppidum ad superiorem lacum Podamicum: vbi S. Gallus, anno 630, primam sedem habuisse dicitur.

Erant hi Comites eiusdem originis cum Montefortijs: à Palatinis Rhætiæ altæ descendentes. Ideo ijsdem vexilli insignibus vtebantur, colore tantùm diuerso.

Huius familiæ fuit Brico, vel Bericho: qui circa 700. Christi vixit. Idem, Episcopus fuit Augustanus.

Paschalis, & filius eius Victor, circa 760. Episcopatum Curiensem gesserunt. Pater, 14. Episcopus fuit: filius, 15. qui illi ex Comitissa Rhætiæ altæ Esopeia natus fuerat: & Cacciense cœnobium virginum Canonissarum fundauit: cuius Abbatissa fuit soror eius Vespilia: soror verò Vrsicina, Monialis.

S. Gebhardus, Comes Brigantinus (Ethonis vel Vthonis, ex domina Dietburga filius) 980. Episcopatum Constantiæ accepit. Auctor fuit cœnobij Petershusani in suburbio Constantiæ: & Ecclesiæ collegiatæ in oppido Zyrzach.

Hugo, Ethonis frater, Luitfridum genuit: Luitfridus verò, Marquardum & Adelhaidam. Adelhaidis, nupta Dillingensi Comiti Hartmanno, pro dote VVinterthyr attulit, & Kyburgensem Comitatum: quoniam is Brigantinorum Comitum fuerat. Vnde nati sunt, Adelbertus Comes in Achalm, Vdalricus Comes in Gamertingen, Hartmannus Comes à Kyburg, & Constantiæ Episcopus (circa 1114.) Vdalricus.

VVilhelmus,

VVilhelmus, Comes à Bregantia circa 1400. à quo Appencell. & Rhinecenses defecerunt ad Heluetios. Plura, apud Lazium.

COMITATVS S. MONTIS, VBI YBERLINGA.

Egon inter Sueuiæ Comites commemoratur: qui Carolo Martello, Maiori domus Franciæ se opposuerunt. Vixit Martellus circa 740. Heiligenberg.

Arnolphus, Comes S. Montis, Episcopus Constantiensis, ex Monacho Sangallensi, 1092.

Berchtoldus, fundator cœnobij Eckh prope Salmersvvilam.

BVCHORNENSIS ET LINZGOVIVS COMITATVS.

Syndolosus, ex Burgundia, tempore Regis Franciæ Dagoberti (qui circa 636. Christi vixit) profectus, insulam Bodmanij lacus habitauit: in qua postea Diuitis Augiæ Monasterium, à S. Pyrminio, Meldensi Episcopo, positum est. Quod cœnobium accepit illud nomen ab opulentia: cùm antea Syndolesavvnominaretur.

Vdalricus & Adalbertus, sub Carolo Magno vixerunt: & ad marginem illius lacus, castrum Buochorn construxerunt: ex quo cognomen posteris contigit. Adalbertus, traiectus lacum cum naufragio, Lindauiensium Sanctimonialium Monasterium ex voto fundauit. Vnde, Landavvdictum: vom zulenden/ab appulsione felici. Vdalrico coniux fuit Eberstainia VVendelgardis: cuius historiam posuimus ad 919. annum Christi parte 2. Annal. lib. 3. cap. 8. Buchorn.

Otho postremus Comes huius generis. Hic cum coniuge sua Berchta, VVelphonis senioris Bauariæ Ducis sorore, sub imperio Friderici primi, Cellam S. Pantaleonis 1181. (vt apud Lazium est) fundauit. Moriens autem sine prole, partem ditionis suæ VVelphonibus de Alitorff, partem cœnobio Vinearum, legauit. Accepit etiam non minimam partem Imp. Barbarossa.

COMITATVS VVALDPVRGENSIS.

Babo, sub Carolo Martello (740. circiter) recensetur inter nobiles: qui se Francis in Sueuia opposuerint. Hesso, Dapifer à VValdpurg, dominus de Tann, & Comes à Truchberg, institutus est Aduocatus cœnobij Campidonensis ab Abbate. Missus est postea auxilio S. Vlrico, ad Lechum amnem, cum quinquaginta equitibus: quando is cum Ottone primo Imp. 955. in Hungaros erat pugnaturus. VValdpurg.

Fridericus, Dominus de Tann, Dapifer à VValdpurg, interfuit 5. torneamento, Brunsuigæ 996. celebrato. VVinterstetten.

Arnoldus, dominus de Tann, pincerna de VVinterstetten, subscripsit fundationi Oxenbusensi, anno 1140. circiter. A quo Pincernæ de VVinterstetten defluxêre.

Henricus, Dapifer à VValdpurg, Gebhardi F. percussori Regis Philippi, Othoni VVittelspachio, se 1208. Babenbergæ opposuit. Gessit etiam bellum cum Henrico & Godefrido, Dominis à Nissen: in quo victoria potitus hostes suos cepit, circa annum 1236.

Henricus secundus, prioris filius, cum Cunradino profectus, vltimo Suæuiæ Duce: cùm is 1269. Neapoli capite plexus esset: annulum signatorium ab hero acceptum, ad Petrum Arragoniæ Regem detulit. A quo armis Sueuiæ (tribus scilicet leonibus in atro clypeo) donatus est: cùm Rex is, ac posteri eius, Siciliæ & Apuliæ regna obtinuissent. Insignia VValdpurgensium.

Ioannes Comitatum Truchburg, ab Henrico Comite Veringensi, & Eberhardo Nellenburgensi, redimens, totam suæ familiæ adiecit: Idem ex Clara, domina de Nissen) qua ei attulerat dotis dominia VVolfeck & VVurtzach) Eberhardum procreauit. Floruit circa 1306. VVolfeck. VVurtzach.

Otho filius Othonis, interfectus est ab Heluetijs, vnà cum Duce Austriæ Lupoldo, anno 1386. Quo è militia non reuerso: oppidum Isna, ex pacto cum ipso, liberum à VValdpurgensibus exiens, Imperio se subdidit.

Ioan. 2. ex Eberhardo, & Ducissa Teccensi Agnete natus, præses erat Sueuiæ, Landvogt.

Fuerunt deinde, diuersis interuallis temporum, tres Ioannes: quorum tertius (respectu priorum, quintus) Ducis Vlrici in bello Bauarico (1504. nato) signifer fuit: & eiusdem Legatus (Leustenant) Stutgardiæ. Hoc quinto Ioanne natus fuit Georgius: qui postea Dux Sueuici fœderis, & Ferdinandi in VVirtemb. vicarius, se strenuũ præbuit. VVilhelmus, Ioannis 4. F. ex Sibylla, Andreæ Comitis à Sunnenberg filia, genuit Othonem, Augustanum Episcopum & Cardinalem.

Plura de hac præclara familia legantur apud Lazium: ex quo hæc excerpsimus. Qui ipsorũ latè patêre hodie ditionẽ ait. Possedere in Sueuia oppida, Sulgau, Mengau, VValdsee, Schvvartzach, VVurtzach, Fridberg, & Comitatũ Schær. Castra in Algouia, VValdpurg, Truchburg, VVolfeck, & Zyl.

ZOLLERENSIS COMITATVS.

Zollerenses.

Vixit Burcardus anno 1120. vnâ cum Godefrido de Herrenberg. Fridericus 1265. qui ex Comitissa Tybingensi, Fridericum & Eitelfridericum genuit. Eitelfridericus, ex Comitissa VVirtembergensi Elisabetha, Fridericum & Albertum, Margaretam & Catharinam. Plura quære in Lazio, & alibi.

Anno 1293. circiter, de Episcopatu Constantiensi contendebant, Henricus à Klingenberg, & Comes Zollerensis Fridericus, Canonicus Augustanus. Tandem post bellum Fridericus pecunia amotus cessit. Stumpf. lib. 10. cap. 32.

Anno 1433. adeptus est Constantiensem Episcopatum Fridericus à Zollern, Canonicus Argentinensis. Brusch.

Anno 1486. Fridericus Episcopatum Augustanum accepit: patre Zollerensi natus: & matre, vt Bruschius rectè habet, VVerdenbergensi: vt verò Lazius non rectè, Brandenburgensi.

Delectatur familia Zollerensis nomine Friderici. Vt, omnes hi fratres inter se habent (sicut ait Godefridus à Rammingen) Fridericus, Episcopus Augustanus: Eitelfridericus, Cameræ præses: Friderich Eitel Friderich, præfectus rei maritimæ in Belgio: & Fridericus, Ioannes, atque Fridericus Albertus. Hi tres postremi, militiam secuti sunt sub Maximiliano I. interfecti, Antverpiæ in sacello iacent. Eorum omnium pater, fuit Iodocus Nicolaus de Zollern: qui obijt 1488. Fundauit ipse, & Episcopus Fridericus, Decanatum Hechingensem: quemadmodum in Annalibus, anno iam notato dictum est. Vxorem habuit Agnetem de VVerdenberg: natam ex genere Comitum de VVirtenberg, vt Rammingerò placet.

Marchiones Brandenburgenses.

Putatur hic Comitatus sub Henrico III. Imp. exortus, ex Columnensibus Romanis. Ortum porrò habent ex Zollerensibus, Marchiones Brandenburgenses. Munsterus 3. cap. 337. & 381. & 486. Burgrauio namq; Noribergensi Friderico, qui Zollerensis Comes erat, Marchionatum Cæsar Sigismundus in Concilio Constantiensi (1415. acto) tradidit. Antea autem circa 1289. Cæsar Rudolphus Comiti de Zollern: sororio suo, Burgrauiatū Noribergensem contulerat. A quo descenderunt Burggrauij vsq; ad Fridericum prædictum: qui 1417. Marchio Brandeburgicus, à Cæs. Sigismundo fuit factus.

COMITES DE HOHENBERG.

Circa 1128. annum Domini vixit Henricus, Comes de Hohenberg & Haigerloch. Qui Cæsarē Lotharium offendit: quòd Anticæsarem Conradum Sueuum iuuabat contra ipsum. Conradus successu temporis rerum potitus: iudicium Rotvvilense, vt à ciuibus illis fideliter adiutus, gratitudinis ergò constituit.

Hohenbergenses.

Anno 1248. Comes Hohenbergensis Bertholdus viuebat, Alberti frater. Is fulmine apud vicum Deckenpfrund, 1253. postridie D. Margaretæ extinctus est.

Anno 1278. Comes Albertus, Burcardi F. florebat. Qui decreuit instaurare oppidum Rotemburgum: quod antea 1212. terræmotu conciderat, tunc Landikron dictum, vel Landsort. Idem etiam aream in ciuitate 1276. concessit, Carmelitanum Monasterium ædificandi causâ.

Idem 1297. ab Othone Bauaro interfectus est, contra Adolfum Nassouium proficiscente: quem impedire Albertus conabatur, propter cognationem inter Hohenbergenses & Nassouios. Obijt 1308. Alberti vxor Vrsula, Comitissa Oetingensis.

Anno 1312. Comes VVernherus Hohenbergensis, Italiam cum Cæs. Henrico VII. petijt, coronam quærente. Ab eodem Comite seditiones, quæ contra Cæsarem excitatæ erant, sedatæ sunt.

Anno 1336. obijt Alberti F. Comes Rudolfus senior: à quo fundatum est collegium S. Mauricij in ciuitate Ebingena ad Nicrum Rotemburgi: habens Præpositum, & XII. Canonicos. Vxor eius Irmelgardis, 1341. obijt, VVirtembergica Comes.

Et anno 1361. Rudolfi F. Henricus obijt. Vxor autem, Nassouiensis Agnes, 1375.

Anno 1359. vixit Comes Albertus de Hohenberg, Iuris Doctor, Canonicus Constantiensis, postea Episcopus Frisingensis.

Anno 1371. Comes Rudolfus iunior, Henrici F. comitatum Hohenbergensem Austrijs vēdidit: quia filio carebat, & iniustè tractatus ab vxore & filia fuerat. Accedebat, quòd Rudolfus Hugoq; (patrui, aut nepotes ex fratre) astutè vendere comitatum (sine causa cogente) voluerant. Defuncta est 1373. vxor Rudolfi Mechtildis, ex Comitibus Dockenburgensibus nata. Defunctus est ipse Rudolfus & vltimus Hohenberg. Comes, 1379. anno.

Anno 1419. Margareta mortua est, Comes Hohenbergensis.

Hohen-

Hohenbergensium Comitum sepulcra, sunt VVildpergæ in Monasterio sororum ordinis prædicatorum: quales, etiam Nagolti.

COMITES DE SVLGAV, Sigmaringen, & Pfullendorff.

Sulgauienses.

Menradus, auctor cœnobij Ainsidelensis in Heluetijs, circa 860. floruit.

Vdalricus, ex Berchta, Rudolphi Comitis Rhinfeldensis, Henrici 4. circa 1080 æmuli, filia, genuit Hugonem Palatinum de Sigmaringen, & Rudolphum Comitem de Pfullendorff. Vide plura in Lazio.

COMITES DE ALBECK, supra Vlmam.

Albeccenses.

VVitigouius, & Berchta vxor, circa 1183. vixerunt: Berengerus Siboto, 1219. VVitigouius, Sibotonis F. 1230 à priore VVitigouio VVengense cœnobium Vlmæ conditum est.

Nacti sunt hunc Comitatum Vlmenses, ludæis propter æs alienum oppigneratum, ante annos nondum CC. profusione Comitis cuiusdam (vt fertur) VVerdenbergensis.

COMITES VRACENSES.

Vracenses.

Lupoldus, Comes de Vrach & Achalm, inter Comites commemorantur (inquit Lazius) qui in Sueuia Carolo Martello, Maiori domus Franciæ se opposuerant, circa annum Domini 740.

Gebhardus, Canonicus Argentinensis, factus est Episcopus Spirensis anno 1105. Fratres habuit Anshelmum & Ruggerum: qui adhuc 1136. vixerunt. Egeno, sub Frider. Barbarossa, circa 1180.

Filij eius ex filia Berchtoldi 3. Zaringiæ Ducis: Otho & Engelscalcus, quos citari ait Lazius 1177. Comites Vracenses.

Deinde, Berchtoldus Abbas Lucernensis: & Conradus Episcopus Portuensis, ac Cardinalis tit. S. Rufinæ. Dicitur venditus esse Comitatus Vracensis 1200. VVirtembergensibus Comitibus.

Comites Achalmenses supra Reutlingam.

Achalmenses.

Temporib. Conr. II. Imp. (qui filius Henrici Claudi, Babenbergæ conditoris fuit) circa annũ D. 1036. fuerunt in partib. Alemanniæ, duo prænobiles & potentes Comites, Egino & Rudolf. Egino, vir bellicosus erat: in hostes leo terribilis, erga amicos mãsuetus agnus. Hic post multa sortissima facinora, montem, à præterfluente riuo Achalmin dictum, dato prædio quodam suo Stare, & multâ pecunia, emit: moxq; fundamenta castri, quod Achalma adhuc dicitur, in illius montis cacumine iecit: Verùm quia vita præsens, cùm haberi putatur, amittitur: idem Egino leui febri morbo confectus, obijt, castro non absoluto. Cuius frater Rudolfus, virtutis & inchoati operis est hæres factus: & ædificatione perfecta, vxorem duxit: nobilissimi Comitis Liuthonis, & VVilliburgæ de Mumpelgart, vel de VVulfelingen, Adelhaidam: sororem Hunfridi, Rauennatium Archiepiscopi. Hinc nati filij 7. Cuno primogenitus: deinde Liutholdus, Egino, Rudolfus, Hunfridus, Beringerus, & VVernherus, Argentinensis Episcopus. Eorum sorores fuerunt. VVillibirga & Mechtildis. Sed, & Beatrix, postea apud Assuriam Abbatissa. Cuno & Liutholdus, Monasterij Zuifaltensis conditores sunt, soli fratribus & sororib. superstites, atque hæredes. Achalma arx, adhuc duarum partium est: quarum maiorem Rudolfus pater, minorem Liutholdus, à fundamentis construxit. Ex vetustiss. membranis Zuifalt. Plura secunda part. Annal. Sueuic. lib. 8. cap. 8.

COMITES DE GRVENINGEN, ASPERG, LANDAVV, & VVullenstetten.

Gryningenses.

Ludouicus, ex Agatha Hohenburgensi Comite (inquit Lazius) Egonem tulit: alterum fundatorem S. Crucis Riedlingæ Neccari.

Egon, Ludouici filius, genuit Hugonem, Hartmannum, Egonem 2. & Hailvvigilden, Abbatissam S. Crucis Riedlingæ.

Hartmannus, 1280. vixit, cum vxore Comite Achalmensi. Obijt in custodia, in arce Hohenasparn, 1280. relictis, Hartmanno 2. & Adelhaide, quæ circa 1300. vixit.

Hartmannus 2. sepultus est ad S. crucem Riedlingæ, cum coniuge Hedvvige: & filijs, Conrado, Eberhardo, & Ludouico, Parocho Canstadij ad Nicrum.

In hanc sententiam, Lazius. Vide autem haud paulò alia, & plura parte Annal. 3. cap. 1. atq; 16. Inuenies (& fortè rectius) Hartmannum (quem Lazius Hartmanni filium facit) Hermanni filium fuisse: & in castro Hohenasperg, captiuum obijsse: filiosq; Conradum, Eberhardum, & Ludouicum reliquisse.

Landa-

Landauum. *Landauum, arx ad Danubium supra Riedlingam fuit nec amplius est. Fuerunt hi proceres ex VVirtembergensium Comitum familia.*

COMITES OETINGENSES, IN RIAESA SVEVIAE: POSSIdentes cum alijs pluribus locis, castra Hotburg, Flockberg, VValderstain, & op. Oetingam.

Oetingenses. *Eberhardus citatur in Diplomatibus, de anno Domini 1130. (scribit Lazius) cum Lupoldo de Lechsgmynd, & alijs.*

Cuno & Ludouicus floruêre circa 1140.

Ludouicus, 1205.

Albertus, 1560. Filij eius, Ludouicus, Fridericus, & aliter Ludouicus: Filiæ, Sophia & Imagina. Illa Baroni Kirchaimio nupta: hæc, Friderico Semperlibero Lympurgensi.

Ioannes. 1440. quando bellum cum Mareschallis de Pappenhaim & Biberbach gessit de Spilberg.

Ioachimus. Cuius filij erant (circa 1550.) ex Dorothea Anhaltina: Ludouicus, Oetingam tenens: Martinus, VValderstainum: Carolus, Flochbergam: & quidam, Harburgam habitant, non procul à Thona vverda Filia, Maria & Elisabeta: illa, Georgio Dapifero VValdpurgensi: hæc, Cyriaco Pollhaimio Austriaco, collocata. Ludouicus filios procreauit: VVolfgangum Fridericum (Martini Comitis generum, VValderstaini habitantem) & Ludouicum, VVilhelmum, ac Lothum, Comites. Sub horum deniq; Comitum tutela, sunt sanctimonialium in Rhæsa Monasteria, à Maioribus eorum fundata, Kyrchen & Symren.

Comites ab Helffenstain & Geislingen, domini Vilsanæ vallis.

Helffenstainenses. *Hi olim à Danubio, qua is Vlmam & Leipenhaimum præterfluit, vsque ad Nicrum, ditionem sex milliarium possidebant. De qua, multa hodie Vlmenses (emptione nacti circa 1396. Domini) tenent, cum oppido Geislinga: sed arcem Helffenstain, oppido supereminentem, post bellum à Marchione Alberto illatum diruerunt, anno 1552.*

Ipsorum loca hodie. *Oppida & vici, quibus nostro tempore dominantur hi generosi & illustres.*

VVisenstaiga, oppidum inter montes altos in valle situm. Arx in eo est: & proximè ante oppidum, Mylhausam versus, pulchrum fanum, Dotzburg dictum: quò cum cruce conuenire solent ex oppido & vicis homines, & Decanus concionari.

Deckinga, comopolis 3. mill. ab vrbe Vlma. Iuxta illam fanum nouum & domus, Auf hausam versus, est: quò itidem cum cruce veniri solet.

VVesterhaimum, magnus pagus in Alpibus.

Hohenstatt, vicus.

Oberstain, villa, ein Weiler.

Vnderstain, item villa supra quam ad montem, pulchra arx noua.

Mylhausa, vicus. Sic & Gachsfach, Dytzenbach, Reichenbach.

VVellum, comopolis in Bauaria cum arce noua.

Præfectus VVisenstaiga & Deckingæ, 1591. VVolfgangus Faber erat.

Burcardus, Hugobaldi Comitis Dillingensis F. frater S. Vdalrici (Augustani circa annum Domini 950. Episcopi) primus arcem Helffenstain, in faucibus montium construxit, teste Lazio.

Manegoldus. Cuius filiam VVolfradus, Comes Veringensis circa 1130 habuit.

Vlricus. Hic ex Adelhaide, Comitissa Hohenlohensi, genuit Ioannem & Vdalricum. Annam, collocatam Baroni à VVeinsperg: & Adelheidem, benefactricem Cœnobij S. Michaëlis Vlmæ: vbi & terræ mandatur anno 1330.

Ludouicus, Ludouici ex Elisabetha Semperliberâ Lympurgensi filius, anno 1525. apud VVeinspergam à Rusticis occiditur.

COMITES A DILLINGEN ET VVERDEA.

Dillingenses Comites. *Ab his Comites Kyburgenses (inquit Lazius) in Heluetijs à Vaihingen & Achalm VVirtembergiæ, defluxerunt.*

Horum insignia, cærulea: interueniente ex transuerso alba sectione: vtring; duobus aureis leonibus ascendentibus.

Hartmannus, Comes de Dillingen, circiter 740. cum alijs Comitibus, Carolo Martello, Franciæ Maiori domus, restitit.

S. Adalbe-

S. Adalbero, Comes Dillingensis, Episcopus Augustanus 892. natus ex Hartmanno, & Hiltegarde vxore.

S. Vdalricus, Episcopus item Augustanus: natus ex Hugobaldo, & Dietburga, Burcardi 1. Ducis Sueuorum filia.

Theobaldus, Vdalrici frater, occisus ab Hungaris in prælio &c. Condidit arcem in oppido Donavverda.

Vlricus, Comes Dillingensis & Kyburgius Episcopus Constantiensis, 1116.

Hugobaldus, Adalberti F. genuit Albertum, Vdalricum & Hartmannum: quorum primi duo Comites fuerunt Achalmæ: Cuius stirpis postremus, Albertus appellatus, ab Eberhardo VVirtembergensi bello victus, omnem penè ditionem amisit, circa Domini 1300. Achalmæ.

Hartmannus, Episcopus 1252. Augustanus. Patrem habuit Hartmannum (qui Vaibingæ habitauit oppido VVirtembergiæ) & matrem VVilliburgam, Ægidij Kelmyntzij Comitis filiam. Calamitosa fuit hæc. Nam maritus Hartmannus, Ægidium socerum interfecit: & vicissim ab Henrico, Treuerensi præsule (post mortem Cunradini, vltimi Ducis Sueuiæ, locum Imperij in interregno tenente) Treueri publico iudicio condemnatus, capitis pœnam luit. Tunc Episcopus Hartmannus, & mater VVilliburga, castre ante Vlmam Sæflingense, in cœnobium S. virginum conuerterunt. Ibi ipsa reliquum vitæ consumpsit. Vaihinga.

Vdalricus, postremus Dillingensis Comes, & Hedvvigis Habspurgensis Comitissa, steriles, vixerunt circa 1337. Plura, apud Lazium.

LANDGRAVII DE NELLENBVRG.

Burcardus, Comes à Veringen, Landgrauius Nellenburgensis, genuit ex Comitissa Burgundiæ, Epponem & Dietburgam, Hugobaldi à Dillingen coniugem. Nellenburgenses.

Eberhardus. Hic concessit (vt in VValdpurgensibus suprà diximus) Ioanni Dapifero de VValdpurg, partem suam Comitatus Truchburg in Algouia. Auctor Collegij XII. Apostolorum Truchburg.

Schafhusæ. Filij eius ex Itha, Comitissa Tubingensi, Burcardus, Albanus, & Conradus.

Ex Conrado natus Fridericus, Episcopatui Constantiensi præpositus est 1398. Et sic desijt hæc stirps.

BARONES VVEINSPERGENSES.

Oriundi (auctore Lazio) ex Lombardia cognati Ducum à Schiltach. VVeinspergenses.

Ioannes, 942. in ludo equestri Rotenburgi ad Tubarum, hæreditarius S. Imp. Camerarius.

Anno 1084. Lud. & Rudolphus.

A. 1140. Burckhard. Quo tempore VVeinspergo fœminæ nobiles exportarunt viros suos.

Engelhard. 1193. Filij eius, Conradus, Engelhardus, Gotthardus, Fridericus, circ. 1210.

Anno 1299. Baronissa VVeinspergensis, vxor Alberti de Levvenstain.

Conradus 1309. Qui fuit Henrici VII. Dux aduersus VVirtenbergensem Comitem Eberhardum. Engelhartus, ex Comitissa Leiningensi, reliquit Georgium & Agnetem: quæ fuit Friderici, Helffenstainij Comitis, vxor, 1360.

Conradus, Archiepiscopus Mogunt. 1389.

Anno 1413. Georgius cum 14. equitibus fuit in Concilio Constantiensi. Vxor eius, Anna, Hohenbergensis Comitissa, antehac Monacha.

Conradus, 1430. ex quo, Philippus & Agnes.

Alius Philippus, 1510. vt Lazius habet. Alibi inuenio, Philippum, VVeinspergensem Baronem, vixisse 1485.

Quo mortuo dominium VVeinspergæ ad Electoratum Palatinum venisse (fortè ratione feudi) sed Vlricum, Ducem VVirtembergensem sibi in bello Bauarico illud 1504. subiecisse.

BARONES NEIFFENSES.

Vixit Berchtoldus, dominus Neiffæ, circa 1200. Christi. Huic à Cæs. Philippo, Monasterium Vrspergense fuit oppigneratum: sed Monachi posterius, 200. Marcis auri se redemerunt. Neiffenses.

Anno 1230. Conradus, Pincerna de VVintersteten, dominus Neiffæ, gubernator Sueuiæ: nomine Imp. Friderici, Parthenonem Poundi in Burgundia, Cistert. ordinis fundauit. Ibi 1232. obiens sepultus est &c.

Anno 1235. Gotfridus & Henricus, Neiffæ domini, ab Episcopo Constantiensi Henrico, prælio victi & capti sunt: sed postea conditionibus dimissi.

Anno

Anno 1306. *obijt Dominus Neiſſæ & Merſetæ Albertus. VVeiſſenhornæ ſepultus ſub marmore.*

Anno 1313. *Bertholdus Neiffenſis, erat Bauariæ Ducis Ludouici ductor exercitus.*

Domina quædam Neiffenſis, ſepulta iacet in Monaſt. VVeiler iuxta Eſſelingam. Alij Neiffenſes, in cœnobio Kaisheim humati ſunt.

Aliquot nobiles, ex multis, quos lib. 8. migrat. Gent. Lazius recenſet. Item, aliunde aliquot. ROTENSES.

Rotenſes. *Conradus, VVolfhardus, & Geroldus, circa* 1240. *Genus hoc vſq; in noſtrum ſeculum productum. Habent ſepulturam ſuam in Betahuſenſi cœnobio.*

SPETI A TVRNECK.

Speti. *Rudolphus anno* 1230. *Hinc adhuc hodierni Spæti ſuperſunt.*

VVOLVVARTI, prope Sueuiç Gamundiam.

VVelvvarti. *Otho & Eberhardus, anno* 1150.

Georgius. 1260. *Et hodie reſtant nobiles à VVelvvart.*

GIENGERI VLMENSES.

Giengeri. *Iacobus Gienger, circa* 1324. *Qui ex duabus vxoribus, Petronella Giengerina, & VVurckerina, duo ſtemmata ſuſcitauit, quæ Lazius enumerat.*

ADELSREVTII.

Adelreutij. *Guntherus cœnobium opulentum, non procul ab Yberlinga, Salmersvvilenſe, ope Eberhardi Epiſcopi Salisburgenſis, circa* 1330. *conſtituit. At Salomonis villam circa* 1135. *Bruſchius fundatam innuit.*

FROVVENBERGENSES.

Fravvenbergenſes. *Hos alibi inuenio, vixiſſe ante aliquot ſecula in VVirtembergiæ arce apud vicum Feurbach, Frouvvenberg dicta, hodie Stutgardienſis præfecturæ. Vixit* 1383. *VVolfgangus, & frater eius, de Frovvenberg. Et* 1165. *ludos equeſtres Tiguri adijt nobilis Ioannes de Feurbach, ex illa familia.*

NAELLINGENSES.

Nællingenſes. *Anno* 1124. *Anshelmum de Nællingen vixiſſe reperio. Et* 1330. *Craffonem de Sperbereck, vxoremq; eius Annam de Nællingen. Nællingæ, vetus præpoſitura eſt, in pago: qui inter Eſſelingam & Aicham iacet.*

VVERNITZHVSENSES.

VVernitzhuſani. *Non longè infra Nællingam habitarunt. Vixit* 1305. *Albertus à VVernitzhuſen: qui Comiti Palat. Gottefrido de Tuvvingen miniſter fuit.*

BERNHVSENSES.

Bernhuſani. *Etiam Bernhuſa, vicus eſt Stutgardianæ præfecturæ, auff den Fildern. Anno* 1279. *Bebenhuſano cœnobio curiam Æchterdingenſem vendidit Fridericus de Bernhuſen iunior.*

RIDENBERGENSES.

Ridenbergenſes. *Ridenberg, villula eiuſdem tractus eſt. Inde nobilis quidam Ioannes.*

Anno 1376. *in clade ad Reutlingam, cum alijs multis occubuit. Filius eius ex Benigna Fridericus Pfullingenſi,* 1407. *vixit.*

DESCRIPTIO ALIQVATENVS VRBIVM VVIRTEMBERgicarum, Stutgardianæ & Tybingenſis.

CAPVT VI.

STVTGARDIA.

PRimaria hæc eſt VVirtembergiæ vrbs. De qua etſi in Annalibus hinc inde ſcripſimus: tamen etiam alia quædam adijciemus.

Stutgardiæ ſitus. *Sita eſt in valle pratenſi amœna ferè in medio Ducatus: non longè à Nicro. ſupra Canſtadium ſemimilliari: circundata montibus altis, & vallibus. Iugerum habet multa millia vinearum. Itaque ſæpe plura etiam millia plauſtrorum vini, in vrbe aſſeruantur. Horti multi circùm, pomaria, ædiculæ, ſummæ amœnitatis.*

Arx ipſius. *Inibi arx principis eſt, lapidea, ampla, magnifica: in quam ponte à Borea trans foſſam intratur, per veſtibulum egregium. Sunt in arce tres cochleæ. Vna, ad ſiniſtram ingredienti, iuxta culinam: altera, ad dextram, vbi ſacellum: ſuprà verò, Horologium, horarum & quadrantium: vbi ad ſingu-

ad singulos ictus, cerui duo inaurati, cornibus inter se coniscant. Tertia est cochlea inter prædictas: eius latitudinis, vt duo per eam equitantes ascendere simul possint, vsque ad equestre Hypocaustum. Infimo in loco, vbi equestris hæc cochlea, Hypocaustum longissimum est, & admodum latum altumq́, instar Templi: quod appellatur Tyrnicium: quòd aliquando hyeme, aut pluuijs, equestres in eo ludi acti sint. Ibi vulgus Aulicorum cibum capit: ac sæpenumero CC. aut CCC. mensæ, peregrinis aut hospitibus venientibus, cibantur: consecratione præcedente, & gratiarum actione ad Deum sequente. In arce duæ pergulæ circùm sunt, altera supra alteram: cum lapidibus & cylindris artificiosè sculptis. Cauædia vel aulæ, longa & spatiosa: vbi choreæ & dramata possunt agi. Ad Eurum versus, alter pons est, quo intratur in paradisum, seu hortos, amplissimos & amœnissimos. Ibi, iuxta fossam, auiarium est vbi, omnis generis aues: quæ habent suas arbores, tanquam in minuto nemore. Iuxtà, rotunda turris eleganter ædificata 1578. cum rotundo Hypocausto, ad oblectationem principum, & Gynæcei. Similis est turris, ad angulum arcis, vrbem versus, munitissima, 1573. facta. In fossa circum arcem, copia piscium, cycnorum, & variarum aquatilium alitum. Grues interdum, ibi: & vrsi ὀρθόποδες, erectè incedentes: prioribus pedibus, ὀπισθάγκωνα (à tergo) religatis. Nam pars fossæ, quæ paradisum respicit, nõ habet aquam. Ibi, hinnuli maculosi, cum tugurijs, vbi pernoctant.

Tyrnitz.

Auiarium.

Hunc hortum, ex tenuiore splendidiorem fecit anno millesimo, quingentesimo, quinquagesimo tertio, Dux Christophorus. Post cuius decessum, Dux Ludouicus amplum spatium adiecit. In introitu, molendinum & pistrinum fecit, in profundo terræ, ex lapidibus quadratis. Quam molam agitat riuus: qui per vallem Stutgardianum in Nicrum profluit. Sunt deinde areolæ siue puluini passim, pulcherrimarum plantarum & florum: non modò domesticorum, sed exoticorum etiam. Inde, theatrum multarum fenestrarum. Iuxtà, area magna, arenâ & sabulo strata, plana, ad ludos equestres exercendos. In parte superiore & inferiore, binæ columnæ altæ: quibus muliebria simulacra insistunt inaurata: iustitia, cum bilance & gladio: fortitudo, cum magnis columnis fractis: prudentia denique, & temperantia. Circundatur ea area carceribus: intexto variorum fruticum genere.

Hortus.

Ædificatur ab eodem principe preciosissima in eodem horto domus lapidea: in qua, multæ imagines pictæ, simulacra principum, & antiquitates Germaniæ & Romanæ. Regiæ magnificentiæ ædificium est: anno millesimo, quingentesimo, octuagesimo inceptum; nec dum 1593. perfectum. Murum quoque his hortis circumdedit: turribus circùm rotundis ornauit: supradictum etiam auiarium inclusit: Non desunt arbores fici, & aliæ exoticæ: quæ tamen quotannis aduersus frigus tabernaculo superinteguntur: & æneis fornacibus calefiunt. Inest oliueti mons: inest labyrinthus: arbusculis vario & erratico positu atque textura, multiplices ambages efficientibus: ignorantesq́ exitum, diu sollicitos tenentibus. Insunt fontes salientes, æneis cum fistulis: ranis, lacertis, anguibus ex ære factis: tenuissimeque aquam ore caudisve spargentibus. Alibi, fusiles Rustici & Rusticæ saltantes, crasso & ridiculo gestu. Alibi, venatio artificiosè ex ære facta, varij generis ferarum. Verùm satius est, desistere à longiore eorum expositione: quæ plura sunt, scita & mira, descriptu difficilia. Extra hortos, via silicibus est Canstadium vsque strata, vtrinque cum salicibus, quæ Rænnvveg nominatur. Non longè inde, turris aquatica ædificata est: vt ex imo per rotam aqua hausta, canali plumbeo sub tectum eius subuehatur in cupreum ahenum: & inde in alium decidat tubum vel canalem: vt ita casu alto, aqua in Hortos illustres, sursum versus longâ via agatur. Quo facto: in paradiso varijs canalibus aqua quoquò versum dispergitur. Iuxta viam eandem, non longè à paradiso, pertica auiaria stat sublimis, instar turris, multis cum funibus: facta 1579. Quo interdum conuocantur ex Ducatu, & Imperij ciuitatibus, sagittarij: Duce bouem opimum, precioso stragulo tectum, cornibus & vngulis inauratis ornatum, & alia præmia, victoribus proponente. Adsunt ludiones: sannio, rhythmis & natium verberatione incessens aliquem, quem de turba corripuit, tanquam aliquid ineptè facientem. Anno millesimo, quingentesimo, octuagesimo, Bouem Hailprunnensis sagittarius abstulit: cùm auem sagitta deiecisset.

Domus inibi noua, magnifica.

Labyrinthus.

Via Canstadium.

Turris aquatica.

Sagittarij.

Anno 1584. ciuis Eßlingensis: Anno 1586. Rusticus è Schorndorffensi præfectura VVinterbachensis.

Ante introitum arcis, ad sinistram introëunti, tabularium est principis (Cancellariam vocant) in quod ex arce ambulacrum seu transitus est. Ædificium, magnificentia & amplitudine sua, magno principe dignum.

Cancellaria.

Suburbia Stutgardiæ.

Ipsa vrbs Stutgardia, duo suburbia habet: SanLeonhardinum, & Torneamentarij agri.

Templa.

In priore fanum S. Leonhardi est: in altero, Hospitalarium Templum, olim cœnobium. Ambo singulos concionatores habent. In vrbe tria Templa sunt. Primarium, collegiatum: cuius curam gerunt, officijs diuinis faciendis, Præpositus & Concionator, duoq; Diaconi. Deinde Bebenhusana curiæ fanum. Tum, veteris Hospitalis Templum. In arce, vt diximus, etiam fanum est. Ei præsunt duo trésve Aulici Concionatores. Hoc quidem 1593. anno, D. Lucas Osiander, & filius eius D. Andreas Osiander, atq; M. Felix Bidenbachius.

Porta.

Vrbis portæ 5 sunt. Dänzlingerthor/ Eßlingerthor/ Oberthor/ Kleinthörlin/ Thor zum Newengang. *Suburbij S. Leonhardi, 2. portæ:* Eusser Eßlingerthor / & Häuptstetterthor.

Turnier—ackers/ 5. portæ: Canstatterthor/ Schetthor/ Ruxenthor/ Rotenbildthor/ & Seelthor.

Est Stutgardia, propter inhabitationem multorum nobilium, & clarissimorum virorum, consiliariorũ Illustriss. Ducis, hodie magnificis ædib. splẽdidè ornata: & magis magisq; exornatur.

Vici sub Stutgardiensi præfectura.

Pagi.

Berg, Beiburg, Ruit, Heumaden, Kemnat, Starnhausen, Nellingen, Denckendorff, Blochingen, Sielmingen, Echterdingen, Bernhausen, Degerloch, Stainebrunn, VValtenbuch, Blatterhard, Plieningen, Bottnang, Bonlanden, Feurbach, Ober Eßlingen. Erant olim plerique hi pagi nobilium: sed ab eorum interierunt: quidam, nomina inde retinentes, restant. Blochinga, Barones habuit: quorum cognati erant Barones Eberspergenses: à quibus originem Adelbergense Monasterium sumpsit.

Arces.

Circa Stutgardiam fuerunt olim arces aliquot: quarum deinde rudera nostro seculo inuenta sunt: vt, Rhoreck & Fravvenberg. Item, Hohenheim: postea, curia facta Eßlingensium. Kaltenthala (Scheenerorum 1536. de Straubenhart sedes) adhuc extat.

TYBINGA.

Proximum dignitate locum à Stutgardia obtinet Tybinga. De qua cùm sæpe, ac permulta, in Annalibus à nobis scripta sint, breuius nunc scribemus.

Antiquitas Tybingæ.

Valde antiquum est oppidum Tybinga: vt, quod Christi CCXIII. anno, Cas. Antoninus Caracalla palatium ibi habuisse, & ius dixisse, fertur: in Germanorum etiam gratiam, ludos & spectacula varia celebrans. Vt, quòd Ludouicus Comes Tybingensis inuenitur, primus ludis equestribus, anno Domini 938. Magdeburgi actis, interfuisse. Illi autem Comites, circa curiam Rhætiæ, & circa Brigantium, multa quondam possederunt: vt inde in Territorium Tubingense migrauisse, alicui videri queant. Nescio, num Tubinga, Tubantum populorum gaa dici possit, qui huc olim migrauerint.

Situs.

Habet Tybinga ad Orientem, montem Austriacum: & à tergo huius, vicum Lustnouiensem: ad Occidentem, arcem illustrem: indeq; montem longè excurrentem, vsque ad VVurmlingensem montem: ad meridiem, vallem Neccaricam: & in ea, vicum Deredingam: ad Septentrionem, vallem Ameranam: & in superiore eius, occasum versus, parte, vicum, Iesingam.

Templa.

Templa sunt duo, vnum præcipuum vel parochiale, S. Georgij & Martini: iuxta quod est domus Sapientiæ, & Auditoria Academiæ, ac domus aliquot Doctorum. Infrà, Nicrum versus, non longe à mœnibus oppidi, Contubernium, vel Bursa. Alterum Templum, S. Iacobi est: situm in parte inferiore oppidi, riuum Ameram versus.

Portæ.

Portæ oppidi, 5. sunt 1. ad Austrum, Neccarica porta: 2. ad Occasum, ex parte Nicri, Hirsouiensis: per quam Rotemburgum itur. 3. ad dextram, ex parte riui Amerę, Haggia porta: per quam ex Amerana valle, Iesingam & Herrenbergam ascenditur. 4. ad Boream magis, Fabrorum porta. 5. magis ad Ortum, Lustnouiensis porta. A qua ingredienti ad sinistram meridiem versus, non longè abest domus M. Crusij cum horreo, è regione frumentariæ domus principis. Stetit illa iam diutius, quam 1431. anno Domini, sicca & sana adhuc, ac non parum alta: vt inde è summo, quasi omnis Troia videri possit, id est, tota Tybinga. A tergo eius, quasi contigua est M. Eusebij Stetteri domus: de quo, inferius. In quarum domorum chortem, è platea per communem portam intratur. Domum Eusebij, & hortulum depressum, murus oppidi includit: sub quo muro extrà, infra initium Austriaci montis, molendinum diu noctuq; perstrepit. Arx, inter secundam & tertiam portas, in monte sita est. Totidem portæ primarij Templi sunt: eôdem, quò oppidi portæ, respicientes.

Verbum

Verbum Dei hîc syncerè docetur: cuius prædicatores, hoc tempore sunt, Doctores, Ioannes Georgius Sigwardus, Parochus: & de Vniuersitate, Iacobus Heerbrandus, Præpositus Ecclesiæ, & Academiæ Cancellarius: Stephanus Gerlachius, Ecclesiæ Decanus: tum, Matthias Hasenræfferus. Deinde Diaconi, M. Tobias Lotharius, & M. Ioan. Henricus Vvielandus. Concionatur interdum M. quoque Iacobus Dachtlerus. Catechesis iuuentuti diligenter, & in scholis particularibus, & in Ecclesia, inculcatur. Cantantur à populo Psalmi: canitur musicè à Beneficiarijs principiis: pulsatur Musicum organon. Concionatores.

Est in quodam S. Georgiani Templi foramine, seu fenestra, incisum hominis supplicio rotæ affecti simulacrum. Ante centum namque annos, iuuenibus duobus sodalibus peregrè hinc profectis, ob suum opificium exercendum: alter post aliquot annos redijt. Alter verò non redijt: sed pro occiso habitus fuit. Arreptus prior, ex quibusdam signis (vt, pugione alterius) pro homicida illius condemnatus est, & supplicio affectus. Non longè post, alter vinus & incolumis redijt: qui (sicut fertur) pugionem illi donauerat. Ad memoriam igitur rei perpetuam, simulacrum hoc adest, monens nimirùm illud iudices, quod apud Iuuenalem legitur. Errore damnatus innocens.

Nulla nimis de morte hominis cunctatio longa est.

Academia suos Doctores, & Magistros celeberrimos habere solet, omni cum diligentia & laude docentes. Theologiam hodie docent quatuor illi Doctores, quos dixi: Heerbrandus, Gerlachius Hasenræfferus, & Siguardus. Iuris Doctores sunt: Nicolaus Varnbylerus P. & Ioannes Hochmannus, Andreas Laubmarius, Matthæus Æntzlinus, Ioannes Halbritter, & Ioannes Harprechtus, nuper in locum D. Anastasij Demleri beati receptus. Doctores Medicinæ sunt: Georgius Hamberger, Andreas Planer, & Daniel Mæglingus. Philosophiam, artes, & linguas docent Magistri hi. Georgius Liebler, Physicen & Rhetoricam: Martinus Crusius, Poëtas & Historicos Græcos, atque Oratoriam: Georgius Burcardus, Dialecticam: Michaël Mæstlinus, Mathemata: Erhardus Cellius, Poëtas Latinos & Historicos. In locum beati M. Samuelis Hailandi (qui 13. Maij 1592. & 8. eiusdem mensis vnicus meus filius, Vrbanus Crusius Baccal. piè obierant) successor Ethicæ professionis lectus est M. Vitus Myllerus Bulnheimensis Francus: qui simul & Magistrum domus in Stipendio illustri agit. Hi sex constituunt Collegium facultatis philosophicæ. Præter hos docent artes & linguas Magistri, viri alij, virtute & eruditione conspicui. Bartholomæus Hættlerus: qui educauit multos pios & claros filios, concionatores & conspicui. Bartholomæus Hættlerus: qui educauit multos pios & claros filios, concionatores & Iureconsultos. Iuris autem antecessores, Zachariam & Iosephum. Deinde docet M. Michaël Iureconsultos. Iuris autem antecessores, Zachariam & Iosephum. Deinde docet M. Michaël Zieglerus, M. Caspar Bucherus, M. Henricus Vvellingus: & Rector Contubernij, M. Vvilhelmus Theodorus. Hebreæ linguæ excellens professor est Georgius Vveigenmaier: Musicæ autem, M. Samuel Mageirus, Præpositi Stutgardiani Ioannis Mageiri F. in stipendio. Professores Academiæ.

Auditoria præcipua.

1. *Aula noua (sub domo sapientiæ) vbi Theologia docetur: Doctores & Magistri creantur: orationes haberi solent, die Sancti Augustini, S. Iuonis, SS. Cosmi & Damiani, D. Catharinæ pridie Natalis Christi, & funebres de professoribus mortuis. In superiore parte eius, Senaculum ad deliberationes habendas est. Supra quod, granaria: ex quibus frumentum professoribus datur.* Lectoria.

2. *Aula vetus, in qua Baccalaureorum creatio fit. Ibi Ethica, Physica, Organon Aristotelis, Homerus, & Thucydides, Orationes Ciceronis, à tempore paschali vsque ad S. Michaëlis docentur. Quæ postea tempore autumni & hyemis, vsque ad pascha, infrà in Contubernij magno Hypocausto calefacto, Homerico appellato, explicantur. Nuncupatur nunc Aula renouata: Postquam à Facultate philosophica, anno millesimo, quingentesimo, nonagesimo tertio, eleganter ædificando exornata est.*

3. *Lectorium Iuridicum, in parte infima est domus facultatis artium, ad sinistram ascendenti per monetariam plateam Occidentem Versus.*

4. *Lectorium Medicorum, in domo sapientiæ, infra Aulam nouam. Ei lectorio contigua est Bibliotheca Vniuersitatis.*

5. *In domo etiam facultatis philosophicæ, pulcbrum est auditorium superius, vbi Mathematicus docet, & sua instrumenta habet.*

Sunt & alia quædam Lectoria.

Stipendium illustre.

In stipendio Illustri (in quod conuersum est Monasterium, olim ab Augustinianis Eremitis, sub Priore incultum) hypocaustum infra longissimum est. In eius suprema parte, paulò editiore loco, mensa est Superintendentium, vel gubernatorum, eius collegij: qui hoc tempore sunt: D. Stephanus Gerlachius (post discessum, Reuerendiss. D. Ioannis Brentij, nunc Hirsaugiæ Abbatis) ac D. Matthias Hasenræsserus, & Magister domus Vitus Myllerus, procuratorq; Ioannes Gusmannus. Initio prandij & cœnæ, concionem ibi habet ad semihoram Magister aliquis, Stipendij alumnus subinde & quotidie alius atque alius. Palæstra hæc est discendi concionari. Concinitur postea musicè, elegantibus & suauibus modis. Hospitibus introductis, qui antea non viderunt, spectaculum iucundum & admirandum est: cernere conuictorum mensas 20. aut amplius: tantæ videlicet iuuentutis (ingeniosæ, doctæ, optimæ spei) segetem: aliquando multis Ecclesijs, non solùm huius Ducatus sed etiam alijs, in Germania, & extra Germaniam, inseruituræ. Quantum hoc est beneficium Dei? Quantum rei Christianæ adiumentum? Quantum ornamentum? Nemo facilè pro dignitate commendare queat.

Alia Collegia.

Sunt deinde alia collegia, vel stipendia inter quæ præcipui nominis, Martinianum, in quo ferè triginta: & Ficklerianum, in quo octo, delecti adolescentes aluntur. Taceo de contubernio, cuius antea mentio facta est: in quo interdum 15. aut 16. mensæ octonorum conuictorum sunt. Quorum nutritioni œconomus (hoc tempore, doctus vir Ioannes Kegelius) disciplinæ autem Rector aliquis (nunc M. VVilhelmus Theodorus) præest.

Plantsch.

Martiniani Stipendij fundator, Martinus Plantschius fuit. De quo hæc verba alicubi scripta legebam. M. Martinus Plantsch de Dornstetten, anno Domini 1486. die 27. April. principiauit in Bibliam: & vnà cum eo Dominus VVendelinus Steinbach de Butzbach, Plebanus castri in Tuvvingen. Qui & in Sententias principiauit: quas pro forma legit: & compleuit die 17. Maij anni, &c. 87. Insuper recepit licentiam in Aula die 16. Iul. anni &c. 89. Vesperiatus fuit vnà cum M. Conrado Summerhart, die 12. Octob. ac denique die crastina sequenti, auctus & birretatus, eum eodem: præsente, & expensante illustri Domino, Domino Eberhardo, Comite de VVirtemberg & Mompeligardo, &c. Seniore, nostre Vniuersitatis fundatore: alijsq; non minoris numeri, diuersarum Vniuersitatum & Facultatum Prelatis, Doctoribus: Comitibus, Baronibus, & Nobilibus. Insignia Magistralia in Theologia, M. Martinus Plantsch recepit penult. die April. 1494. Priore autem die Licentiam in Theol. recepit: & cum eo M. Iohannes Hiller de Dornstetten, & frater Iohannes de Gotha (Prior Heremitarum S. Augustini in Tuvvingen) & M. Herdevvicus Themensis. Habuit Magister Martinus primatum in cathedra. Hactenus, hæc Ciceroniana.

Seminaria collegij illustris.

Vt autem Stipendio Principali subindè adolescentes (in locum Magistrorum, qui ad functiones Ecclesiasticas auocantur, succedentes) suppetant: iam diuturno beneficio Illustrissimæ domus VVirtembergicæ, in cœnobijs pluribus educatur talis soboles: ex oppidanis VVirtembergiæ scholis eò delecta. Exijs Monasterijs, quatuor sunt præcipua: Hirsaugiense, Maulbrunnense, Bebenhusanum, Herrenalbense: in quibus bini præceptores, certum numerum studiosorum ad pietatem & eruditionem informant. Hi Tybingæ ad consecutionem primæ laureæ admittuntur: eumq; gradum adepti, reuertuntur in sua cœnobia: donec, locis vacuis factis, Tybingam in stipendium remittantur.

Collegium nouum.

Ædificatum est, nunc magnis etiam impensis, ab Illustrissimo principe Ludouico, nouum Tybingæ collegium: vt ibi generosi & illustres adolescentes, atq; ditiorum & honestiorum hominum filij, æquo precio alantur: œconomiâ, & inspectione studiorum ac vitæ, accurata instituta. Ædificatum in area, vbi antea stetit Monasterium Franciscanorum.

Descriptio eius breuissima. Anno millesimo, quingentesimo, octuagesimo nono. Mart. 8. primus lapis ibi in angulo occidentali est positus, ad musicum concentum XII. Magistrorum in Stipendio illustri Theologico. Figura Collegij noui, quadrangula irregularis, altera parte longius. Structura, ex lapidibus quadratis. Porta maior est in angulo, inter Orientem & meridiem: minor autem, ad meridiem.

In latere Orientali & meridionali, tantùm ternæ porticus, vel pergulæ sunt: alia super alia, à solo vsque ad tectum: firmis columnis suffultæ: ambulationi, comœdijs inde in subiecto cauædio siue area spectandis, inseruientes. In turricula maioris portæ, duo horologia: vnum in plateam, alterum in aream spectans. In latere occidentali subterraneæ Cellæ vinariæ duæ magnæ: & super eas,

plures

plures parvæ. Inter maiores Cellas, pistrina duo. Loca supra terram, tristega lapidea est: id est, tres contignationes vsque ad tectum. In infima, culina magna, hypocaustum, & tria cubicula. Sed & alia duo hypocausta, & sex cubicula. In secunda & tertia contignationibus, multa hypocausta, multa cubicula, intercedente mesaula: id est, ambulacro illa dirimente. Iam sub tecto, rursus duo hypocausta, quatuor cubicula, granarium, & superius granarium. In latere boreali, Hypogæa: *hoc est, fornices sub terra variæ, vt, balneæ, carnarium, & alia. Supra terram, contignationes itidem tres. In prima, si ex cauædio ingrediaris, est ad dextram Auditorium amplissimum: ad sinistram verò, Triclinium, siue commune cibo capiendo hypocaustum, & ipsum peramplum. In secunda cõtignatione, area longa: & ad hortum huic lateri adiunctum versus, locus Bibliothecæ valde magnus. Item, habitacula generosa & illustris iuuentutis. Tertiæ contignationis loca. Mesaula. Vtrinque, ad hortum sex hypocausta, & adiuncta cubicula: inter quæ, duo principum habitacula. Sub tecto, etiam hypocausta & cubicula: atque ambulacrum ad cauædium versus. Ascenditur autem in hoc collegio per cochleas.* Habet *duas magnas rotundas turres: in quibus* ἀφεδρῶνες, *artificiosè facti. Riuus Amera infrà perfluit ædificium. In turribus, & alijs fastigijs, aurati globi, vel poma. In cauædio amplissimo, fons aquæ viuæ, per fistulas in aquarium influens. Prospectus trans oppidum amœnissimus. Statuta & œconomia, optima.* Hæc, *hactenus.*

Fuerunt olim Tybingæ duo quoq; cœnobia fœminarum: Das Nunnenhauß/ *atque ad S. Vrsulam, vbi Blaubyrensis aula est.*

Sunt particulares quoq; tres scholæ. 1. Latina, Anatolica vel Oesterbergica: quam diu iam regit cum tribus collegis, M. Eusebius Stetterus. 2. Germanica, puerorum. 3. Germanica, puellarum, in Sangeorgiani templi cœmeterio.

Habet Tybinga domos in superiore sui parte (Vbi forum, & Senaculum oppidi: vbi Academia, & nobilium sedes) satis spectabiles. Et subinde nouis ædificationibus ornatur.

Arcem (de qua diximus: quæ à Duce Vlrico extructa est, in loco veteris Tybingensium palatinorum castri: quod maiore ex parte ligneum fuit) arcem, inquam, tuetur nomine principis Castellanus: hoc tempore Ioannes Kynig, Ioannis quondam Syndici Vniuersitatis F. vir experiens: qui ante multos annos, in Italia & insula Melite militiam secutus fuit. Oppidum habet præfectos duos, maiorem & minorem. Maior, hodie est nobilis vir, ætate & prudentia senili, Gedeon Osthammerus: Minor, Valentinus de Mylen. Habet item oppidum suos Consules, Iudices, Senatores. Exercetur hîc quoque Aulicum principis iudicium, supremum consistorium: Dominicâ Inuocauit, per quinque: Trinitatis, per quatuor: die Martini, per sex: interdum & Bartholomæi, per tres aut quatuor hebdomadas. Quæsitor, vel supremus iudex, erat his annis Ioan. Burcardus ab Anvveil, maiorem Præfectum Herrenbergæ agens, ἀνὴρ ἡρωϊκόσωμος: *hoc 1593. anno hîc, 10. Febru. defunctus.*

Arx Tybingensis.

Præfecti ciuitatis.

Aulicum iudicium.

Sunt etiam, qui munus gerunt Quæstorum, decumanorum, curatorum. Cellarius, Rudolphus Riepius, procurator Ecclesiasticus; post Sebastianum Morholdum, Antonius Schvveickardus: præfectus Bebenhusanæ aulæ, Georg. Kienlinus, M. Conradi Kienlini (affinis mei) successor: Blabyrensis aulæ, M. Ioachimus Heckmaierus. Ciuitas, valdè populosa. Sunt Mercatores, Vinitores, opifices varij. Foris, Vineta plurima, horti, prata, agri, montes & valles: omnia, Dei munere frugifera & fructuosa. Valles amœnissimæ: Neccarina & Steinacherina, ad meridiem: Amærana, ad Occasum & Septentrionem: Bebenhusana, magis ad Ortum.

Officiales.

Ager Tybingensis.

In S. Georgij templo sacellum est: in quo ad murum Catalogus est Breuningiæ familiæ, hîc antiquæ. Viuebant hi Breuningi anno Domini 1230. Hermannus & Bertholdus. Mortui sunt sequentes: Conradus 1265. Albertus 1302. Conradus 1311. Hainricus & Conradus 1356. Hurnus 1361. Eitel 1364. Der lang Breuning *1393. Conradus & Bertholdus 1400. Conradus 1403. Eitel 1436. Conradus 1441. Eitel & Conradus 1450. Conradus 1462. Eitel 1470. Paulinus 1475. Albertus 1492. VVernerus 1502. Sebastianus 1516. Conradus 1517. Paulus 1520. Ioannes 1534. D. VVolf. 1563. Ioannes 1565. Christoph. 1573. Conradus consularis 1588.*

Breuningi.

DE CIVITATIBVS VRACO ET SCHORNDORFFA.

CAPVT VII.

VRACVM VEL AVRACVM.

NOmen habere existimatur ab Vris, alijsq; feris bestijs: quibus locus ille olim, per montes & syluas densas abundarit. Nam adhuc in duabus Villis, Vollenhauß *dictis, animalium copia ali-*

Nomen Vraci.

pia alitur: in interiore Villa, quæ oppido vicinior, pecora & altilia plurima: in exteriore, equi gẽ neroſi, perquam multi.

Situs. Situs Vraci, peramœnus eſt: inter duos montes, meridionalem & ſeptentrionalem, altiſſimos: varietate plantarum, & fontium ſcaturigine, commendabiles. Hinc limpidiſſimæ aquæ rubulis in oppidum deriuantur: quibus quicquid ſordium eſt, è domibus & plateis in præterfluentem Ermſum euehitur. Hinc, aëre elemente, magna loci ſalubritas.

Arx. Non eſt magnum, ipſum oppidum: & domos mediocres habet: olim Vracenſium Comitum domicilium. Arx ineſt, meridiem verſus: quæ plus in receſſu habet, quam à fronte oſtendit. Nam penetralia, verè Regiam referunt. Circundatur ab vna parte viuario: ab altera, lacu: in quem amnis Ermſus fluit: variij q̃ generis piſcibus, trutis præſertim & auratis, adimplet. Templum eſt ex oppoſito arcis. Ludi literarij puerorum adiunguntur.

Monaſterium. Templo propinquius eſt vetus quoddam Monaſterium: in quo olim generoſus Heros Ioannes Vngnadius, Typographiam peregrinarum linguarum, ob propagãdam Euangelij doctrinam in Turciam, habuit. Nunc partim à Miniſtro Eccleſiæ, partim à Scholaſticis incolitur.

Curia. In foro, Egregia curia: fons iuxtà gelidus & pulcher. Inde, ædes conſularium & Senatorum. Diuerſoria multa, commoda: ab aurigis, vinum & alia Vlmam vehentibus, equitibus & viatoribus, quotidie frequentari ſolita. Multi variarum artium Mechanicarum artifices. Parum enim terræ cultæ, vel agrorum in loco montoſo & Alpino eſt. Diebus feriatis, exercitio ſcloporum & ſagittarum incolæ exercentur, poſt ſacram concionem auditam: quemadmodum & Tybingæ, & in alijs VVirtembergicis oppidis, fit.

Concionatores. Concionatores doctrina Dei, poſtquam Dux Vlricus reſtitutus fuit, Vracum hos habuit. Primum, VVenceſlaum Straus, principi chariſſimum: quippe ab eo in hanc Eccleſiam introductum. Secundum, Ioannem piſcatorium Heluetium. Tertium, Ioan. Iſemannum Halenſem: Quartum, Martinum Reiſerum: Quintum, Otmarum Mailender: Sextum, Primum Truberum typographiæ adiutorem: Septimum, Matthæum Hebſacherum: Octauum, Erhardum Schweickardũ: Nonum, M. Ioan. Schmidlinum præſenti tempore.

Schola. Scholam Latinam hodie, à multis iam annis, cum laude regit vir eximiæ eruditionis & virtutis, M. Leonhardus VVolfgangus Bonacker. Cuius filius Melchior, inter 16. adoleſcentes eruditos, qui vltimo Ianuar. 1590. Magiſterij philoſophici gradu decorati ſunt, primum locum obtinuit.

Arx, altum Auracum. Arx aëria, quæ hohen Aurach nuncupatur, non procul extra oppidum in monte celſo ſita, Achalmam & Reutlingam reſpicit: & tragico caſu doctiſſimi viri, Nicodemi Friſchlini, magis iam nobilitata eſt.

Güterſtain. Nec longè ab eadem arce diſtat vetus Monaſterium, à bonitate prouentium Güterſtein dictum. De quo ferè nihil amplius integrum reſtat: præter muros, cellas vinarias, & partem templi.

Fluuij. Non ſolus autem fluuius Ermſus (qui apud Dencklingam in Nicrum influit) in Valle Vracenſi eſt: ſed alij etiam riui, in illis locis eum augent: vt Brielbachius & Elſachus: vbi & riuus Geierbrunn eſt.

Metzingen vicus. In media valle Vracenſi, ſingulis inter Vracum & Tybingam milliarib. pagus magnus eſt Mezinga. Quod nomen ei à mactando videtur factum: tanquam magno prælio vetuſtis temporibus ibi facto: cùm arma inde effoſſa ſint, eius rei teſtes: & annuli virides, in modum Loricæ connexi. Vineas Mezinga plurimas habet: & vallis in longitudinem expaſſa, arboribus vbique conſita fructuoſis, ceu quidam paradiſus eſt. Itaq; & prata ibi ſunt, maximè vtilia pecori habenda. Olim vrbs fuiſſe dicitur.

Porta Vraci. Extra portam Vracenſis oppidi, quam inferiorem vocant, ferramenta bona cuduntur, in multa loca exportari ſolita. Extra ſuperiorem verò portam, duæ ſunt officinæ: in quibus candidiſſima papyrus conficitur, & aliò exportatur.

Familiæ ibi. Familiæ celebriores Vraci. Braſpergeri, qui plus 500. annos ibi habitarunt. Vogleri, & Degeni. Fertur quidam Degenus olim VVirceburgenſibus bellum feciſſe. Vietzij, qui ex Heluetia eò migrarunt. Pfaleri, nobiles: qui partem oppidi incoluerunt, quæ vocatur Pfælergaſs. & ſupra Auracum habuêre curiam. Pfal dictam: quæ 1445. VVirtembergenſium facta eſt. Item, arx VVitlinga, & deſtructa arx Baldeck: à qua nomen Baldeccenſibus eſt.

Pone Hohen Auracum, mons eſt Hohenburg: in quo olim etiam arx fuiſſe videtur.

Valdè

Valdè ampla est præfectura Vracensis. Ibi enim sunt hæc loca, à meridie ad septentrionem descendendo.

Mundingen, Merstetten, Sunthaim, Bertingen, Apfelstetten, Hunderstingen, Stainbulb, Mœgrichingen, Laichingen, Feldstetten, Owingen, Munsingen oppidum, Donstetten, Zainingen, Traitsingen, Dettingen, Grafneck, VVasserstetten, Meitelstetten, Husen ad Lauchartum amnem, Aglinshart, Vehenhof, Beringen, Hengen, Grieln, Rietheim, Dapfen, Bernloch, Erpfingen, Klain Engstingen, Staingebrunn, Gomendingen, Offenhusen, Monasterium, Kolstetten, Vndingen, VVitlingen, Genckingen, Blaichstetten, Gœchingen, Strovveiler, Pfœl, Seeburg, VVurtingen, Vpfingen, Lonsingen, Sirchingen, Onenstetten, Holzelfingen, VVilmadingen, Hulven, ipsum Vrach, & eius VVuarium occasum versus, Hohenaurach, Dettingen, Guterstain, Achalm arx, Eningen, Husen alterum, Oberhusen, Honau, Liechtenstain, Vollhaus, Neuhausen, Pfullingen, S. Georgenberg, Meningen, Riedtlingen, Bempflingen, Glembs, Sundelfingen, Richeneck, Mittelstatt, Blietzhausen, & quædam alia. In Alpibus sunt, quæ supra Auracum sunt meridiem versus. Vici præfecturæ Vracensis.

SCHORNDORFFA.

De hoc egregio oppido, multa diximus part. 2. lib. 5. cap. 1. & in sequentibus libris, hinc inde. Illis ergo nunc prætermissis, alia quædam hîc addemus. Ibi arx est egregia, quadrangula: quam Dux Vlricus ædificauit loco veteris: sita in planitie: fundata in palis alni: non ferè altior oppidi aggere: habens quatuor turres in angulis, muros validissimos, fossam altam, arboribus consitam. Pons est versatilis: per quem ex oppido in arcem intratur. Cella vinaria subest magna, quadrangula itidem. In arce, conclauia armorum, nobilia habitacula, & multa præclara, intus & extrà. Arx Schorndorffensis.

Xenodochêum, vel hospitale, de integro ædificatum est 1582. in pleriq; lapideum: amplissimum, plurimorum conclauium. Horreis, cellis, stabulis, instructum egregiè. Inibi vina generosa, præsertim Klingenbergicum, Grosheppachij nascens. Cuius plaustrum vnum, anno 1589. post autumnum venditum est 253. florenis. Pictus est in pariete porcus, in hoc hospitali 1587. saginatus, libras pendens 555. Torcular inest duorum prælorum, vel arborum. Ornamentum est hoc ædificium oppido. Hospitale.

Curia vel senaculum (circumquaq; insula) anno 1589. renouatum est, prudentiâ Georgij Geruuiccij, Schorndorffensis consulis. Antea querceis lignis constructum: nunc gypsi candore, & coloribus lapides referentibus, elegantibusq; imaginibus intus & foris exornatum. In tecto, cum canalibus est cupreis, capitibusq; & rictibus draconum. Scalis ad occidentem duabus ascenditur oppositis pulchris: alterâ ab Austro, alterâ à Borea: quæ suprà in vno atriolo conueniunt: per quod in Orchestram initur: quæ amplitudine sua totum ædificij spacium complectitur, octo columnis innixa. Circumcirca, alta scamna: in quibus merces exponuntur calceolariorum, cerdonum, & aliorum. In tertia contignatione, senaculum maius, & alia. In quarta, magna granaria. Superstant tres aliæ contignationes. In loco infimo, duo receptacula salis: & inter ambo, macellum. Magna ibi negociatio salis, in vsum totius præfecturæ, & aliorum. Curia.

Præfecti Maiores.

1. *Georgius Adelman de Adelmansfelden. Arx distat 2. milliar. à Sueuica Gamundia. Obijt 1516.* Schorndorffæ Præfecti maiores.
2. *Georgius de Kaltenthal.*
3. *Balthasar, Georgij Adelmanni F. vltimus quatuordecim filiorum.*
4. *Fridericus de Freiberg. Hic 1523. hodiernum præfectum minorem, Sixtum VVoselinum, è S. Baptismate leuauit.*
5. *Iacobus de VVernau. Obijt 1533.*
6. *VVilhelmus Baro Lympurgensis.*
7. *Georgius VVelvvartus in Heumachetroden.*
8. *Restituto Duce Vlrico, Fridericus de Schvvartzenberg & Hohenlantsberg.*
9. *Maternus Holdermanstettius, dictus Stettner, 1538. Quando Marcus Schmidlapp, inferiorem agebat præfectum.*
10. *Iterum Georgius VVelvvartus, tempore præsidij Hispanici, cui se fortiter opponebat.*
11. *Post discessum Hispanorum, Georgius ab Helmstat, Maior antè præfectus Marpachi.*

12. Christophorus Kappler/genannt Bauz zu Eyda.
13. *Bernhardus de & in Sachsenhaim.*
14. *Henricus, Comes & dominus in castel. Factus, tempore tutelæ Ducis Ludouici, Locitenens vel Legatus VVirtembergicus Stutgardiæ, 1462.*
15. *Pancratius Aurbachensis. Obijt Kirchaimi Nicri, 1569.*
16. *Henricus, Baro Merspurgius & Beffortius. Migrauit in Domicilium quoddam Alsatiæ Obernabense.*
17. *Hieronymus, nepos eius ex fratre, Baro & ipse de Merspurg & Beffort, 1583. gnarus rei bellicæ, & linguarum exterarum: in medio ætatis flore constitutus.*

Tabula vetus in Templo Schorndorffiano: in qua est hæc pictura.

Tabula picta. *Satanas incedit baculo nitens: portans corbem dossuariam (ein Butten) in tergo. In ea corbe scripta sunt secordium Missificum blaterationes, Lip. Ba. Lap. E. Deinde, duo sacrificii in camisijs albis choralibus: & supra eos volans Satanas: Vnguib. in capita amborum iniectis. Secus alterum eorum stat Angelus: qui manum intendit deorsum in Ordinationem siue regulam Ecclesiasticam: quæ his elegantibus versibus constat.*

Canonicas horas si deuotè legis & oras:
Tunc orantur horæ, cum corde leguntur & ore.
Litera neglecta, vel sillaba murmure tecta,
Dictio non recta, si sit malè lectio lecta:
Colligit hæc Satanas, si non benè corde laboras.
Fragmina verborum Titinillus colligit horum:
Quaque die mille vicibus se sarcinat ille.
Quid facis extra chorum, qui debitor officiorum
Es diuinorum? cur induis acta vagorum?
Desine stare foras, quia Christus penderat horas:
Et numerando moras distinguit, qualiter oras.
Qui psalmos resecat, & vera Dauidica curtat:
Displicet ille Deo, dum placuisse putat.
Cùm Domino psalles, psallendo tu tria serues:
Dirige cor sursum, profer benè, respice sensum.
Nunc lege, nunc ora, nunc cum feruore labora:
Nunc contemplare, nunc scripturas meditare.

Etiam alia plura, quæ tædet describere.

Schola Latina.

Schola. *Ad Austrum ea sita est in cœmeterio, longa C. pedes. lata XXXIII. à Templo remota LII. pedes. Cuius cum cella vinaria posset 1562. annum Domini (quando iam scholam eam regebat M. Christophorus Ridius) effoderetur: anus quædam honesta, patricia Vlmensis (quæ Magistra sanctimonialium fuerat in cœnobio, vbi nunc parochia est) prospiciens, ad fossores dixit: Reperietis istic septem corpora eorum: qui in coniuratione pauperis Conradi (quæ 1514. fuerat) capite sunt diminuti in Leprodochéi cespite. Repererunt fossores: ac cuius q; caluariam, inter pedes: Tantam præterea copiam ossium: vt duæ fossæ magnæ ijs implerentur. Olim enim peste obierant: quando omnes soliti sunt in hoc cœmeterio sepeliri. Postea verò, extra oppidum.*

Ioan. Ritter, Hypodidascalus. *Viuebat circa eundem 1562. annum quidam Synergus, vel prouisor, in eadem Schola, patriâ Schorndorffensis: cui nomen Ioanni Rittero erat. Qui cùm corpore mancus & miser esset: alimenta ex Hospitali accipiebat. Non habebat brachia: sed duo quasi fragmenta brachiorũ (zween Stumpen) semispithmæ longitudine. In extremo sinistri, paruam verrucam. In dextro paruulum brachium protendebatur vlterius: in cuius extremo, duo digituli loco manus, tanquam esset minuta furca: qui tamen à se inuicem immobiles erant: in quibus duo vnguiculi, ritu aliorum digitorum. His scribebat mediocriter, crassam scripturam: calamo in os sumpto, quem illa quasi manu regebat. Puerum castigaturus, sub dextra axilla longam virgam habebat, digitulis illis impositam: ac toto corpore verberabat, quibusdam inter singulos ictus interuallis. Quod cum satis dariter fieret: valdè à pueris formidabatur. Poterat idem vitrum implere vino, ebibere, vitrum iactu vertere, & manu illa (mit seim Tätzlin) excipere. Cum barbam suam mulceret componens: speciem felis, peduisculo (mit eim Pfätlin) se ornantis, præbebat. Accedebat hoc quoq; incommodum:*

Facetus.

dum: quod in pueritia, cùm inquietus esset, ac saltaret, sinistro crure fracto, claudus erat factus: ita, vt cruciculâ vel crucula ingredi necesse haberet. Nihilominus tamen per totum oppidum, & interdum in proximos vicos ibat. Cùm alicubi impingens rueret (quod tamen rarò fiebat) instar trunci corruebat: nullo modo se iuuare valens. Erat tamen animosus: ac proinde insigniter voce virili præditus: atque in conuiuijs hilarè cantabat. Quid de choreis dicam? Ibi verò non erat in postremis: sed abiectâ crucicula, eo artificio saltabat, ea agilitate: vt simiolum dixisses, sesquicrure præditum. Idem munditiei ita studiosus: vt angulo scholæ atramentum sutorium, & setaciolum, haberet: quo puerorum aliquis ei calceos & tibialia denigrabat. Attamen in caligis induendis, astringendis, exuendis, in secessuque, pueri aut ministri operâ opus erat. Interim, quamuis corpore afflicto & miserabili esset: erat probus vir, & ex nomine suo, Christianus ac nobilis miles. Ritter enim Germanis Eques auratus est. Vitam quippe suam notabili exitu, ac beato fine, terminauit. Cùm enim ei tempus ex hac vita discedendi adesset: se animosè ipse exuscitans, streit Ritterlich/inquit, liebe Seel: pugnato fortiter, mea anima: certamen heroicè perfice. Ita Christo animam suam exitu beato reddidit, celebs, anno ætatis suæ 35. Regibus hic multis anteferendus erit. *Obitus eius egregius.*

Contemptibilis quidem videtur mundo, puerorum & iuuentutis institutio: ac maior cura pecudum & equorum habetur (Diabolo sic hominibus persuadente) sed Deo acceptissima est functio: docere pueros adolescentes, saluificam pietatem, probatos mores, bonas literas. Væ illis, quibus omne salarium, quod fidelibus & idoneis persoluitur pædagogis & præceptoribus, nimium aut perditum videtur: magnos interim sumptus, in res inutiles, aut etiam perniciosas, conferentibus. Rectè Aristippus cuidam respondit (vt est in Plutarchi de educatione puerorum doctissimo libello) Aristippus philosophus, inquam. Namque cùm pro filij eius institutione mille drachmas (centum aureos) postularet: alterque diceret: Vah, quanta postulatio? possum hoc precio mancipium emere: Habebis ergò meritò, inquit, duo mancipia: & filium, & eum, quem emeris. *Scholae Mundus impie despicit.*

Ac Crates dignum existimabat: conscendendo editissimam vrbis partem, clamare: Quò ruitis, homines? pecunias studiosè cumulatis: sed liberûm, quibus eas relinquatis, exiguam curam geritis.

Hæc gentiles philosophi intellexerunt. Quantò ergo magis Christianos intelligere, & facere, decet? Præceptores etiam par est diligenter officium facere. Copiosam enim gratiam & mercedem pijs educatoribus Deus referet: licet à mundo contemnantur, & abijciantur. Quod verò magnum & expetendum Mundo est: nausea & abominatio Deo est. Nonnunquam etiam reperiuntur grati discipuli: qui, vbi adoleuerint, beneficia præceptorum agnoscunt, & gratiam referunt.

Sed Schorndorffam redeo. Patria fuit hæc Iacobi Scheckij, Med. D. & summi philosophi, Tybingæ. Passa est bella quoq;, & afflictiones, hæc ciuitas: vt sub Comitibus illustribus VVirtembergicis, Eberhardo rixoso (bello illato nomine Cæs. Henrici VII. circa 1310.) & Eberhardo Greinero, prioris filio: quem Carolus 4. patri resistentem, in hoc oppido obsedit, & ad æquitatem coëgit. Deinde 1514 sub Duce Vlrico, in seditione pauperis Conradi. In bello deniq; Smalcaldico, præsidium Hispanicum accipere coacta est. Qua de re, Versus in senaculo maiore: autore, vt dicitur, Ioanne Schmidlappo Cos. qui 1576. obijt. *Bellis vexata Schorndorffa.*

Tausent/ fünffhundert/ viertzig acht/
Auff Bartholomæi/ wol betracht/
Fünff Fändlin Spanier wurden gsand
Gen Schorndorff/ das Wirtbergisch Land.
Von Carol dem fünfften das geschach/
Viel Tyranney an vns vollbracht.
Drey Jahr/ acht Woch/ bliebens allhie.
Der Sünden schuld macht vns solch müh.
Da gmelte Zeit fürüber was:
An einem Montag mercket das/
Neunzehent Octobris genannt/
Im ein vnd funfftzigsten zu hand/
Zogens hinweg. Gott Vatter sey/
Auch Sohn/ auch heilgem Geist darbey/
Lob gsagt von warem hertzen grund:
Daß wir erlebt hand diese Stund.

His degressis: Dux Christophorus imposuit quatuor signa Germanorum Vnder Turckæ delectorum: Imperatore Francisco de Merspurg. Accessit deinde quintum signum. Duces erant, Iacobus de Sulz, Ioannes de Herrenberg, Gregorius de Faulach, Dumstetterus, & Iacobus Munch. Mansêre circiter sex menses.

Antea 1532. ad Turcicam expeditionem secutus fuit Sebastianum Schærtlinum, quidam Schorndorffensis, nomine Georgius Heertægen, dictus Faulbelz. Hic in symposio militari ebrius factus, *Georgij Heertægeni fortitudo.*

factus, persuasus à manipularibus & popularibus suis, ad excubias exiuit: atq; propter ebrietatem oblitus est tesserae, τὸ συνθήματος. Cùm igitur longè ante castra staret: interdum Turcae arrepserunt, eumq; adorti sunt. Horum ille nouem occidit: ad cliuum ordine reclinauit: postridie manè socijs monstrauit: eosq; proditores nominauit, vt ab eis periculo mortis expositus, ac desertus. Peruenit Heroicum facinus ad aures Caroli Imp. qui voluit eum equestri dignitate ornare. Sed homo σκαιὸς, qui fortè nunquam conscenderat equum, recusauit: cùm nesciret honore hoc vti: quem Schærtlinus adeptus, & prudenter & feliciter vsus est.

Armati Schorndorffenses praefectura.

Anno deinde 1584. lustratio armatorum in praefectura Schorndorffensi facta est: quorum optimè instructorum amplius bis mille fuerunt. Ibi princeps Ludouicus, grandinoso sonitu à nongentis sclopetarijs, honoris causâ salutatus est, & aciem armatorum (τῶν ὁπλιτῶν) lustrans perequitauit: atq; etiam ab alijs vtrinq; adiunctis sclopetariorum, honorificè exceptus est. Ei apparatus, & totares, vehementer est probata. Postea de aggere spectans ciues, in oppidum regredientes, expectatione sua instructiores dixit repertos esse. Itaq; clementer pane & vino honorauit.

In Gallia militantes.

Carolo quoq; Imp. multi ex hoc populo militarunt: nec non Regi Franciæ: qui ab Hispanico praesidio expulsi fuerant. Qui Rex, die quodam in lustratione exercitus, nomina militum recenseri audiens: cùm plurimi Schorndorffenses nominarentur: quæsiuit, ecquae ista tanta Germaniæ vrbs esset, quæ tantum numerum suppeditaret? Ibi audiuit, Schorndorffensium nomine censeri omnes, qui ex eo praefectura essent.

Loca vinetarum circa Schorndorffam.

Trans Remsam solem matutinum versus.

Vineae circa Schorndorffam.

Grafenhalden/ Grauenberg (*quò scholastici virgatum exeunt*) Lerchen/ Ramspach/ Banickel/ Vberthür/ Störenhalden/ Holtzberg/ Pfaffenbrunn/ (halden vnnd berg) Zaisen/ Kräben/ Zäher/ Silberhalden/ Sinchen (halden vnnd berg) Wolfgarten/ Scheientobel.

Cis Remsam, Meridiem versus.

Epplinßhald/ Cunnen (berg vnnd halden) Frawenberg/ Aichbach/ Grauhalden/ Rech (berg vnnd halden) Stainmeurach/ Hofhalden/ S. Otilienberg.

Berg/ *Mons.* **Bergen/** *abscendere.* **Halden/** *cliuus.*

Sylua.

Supra vineta sunt sylua magnæ. Inde, ligna ad adificandum, comburendum, circulos vel ligamina vasorum facienda. Quercus etiam est inuenta, cuius diameter vndecim pedum fuit.

DE OPPIDIS VVAIBLINGA, CANSTADIO, Marpacho, & VVeinsperga.

CAPVT VIII.

VVAIBLINGA.

VVaiblinga Insignia.

INSIGNIA huius oppidi, albus clypeus est: in quo, tria ceruina cornua nigra: & suprà in eodem tria nigra. Arx ibi est vetusta, visu non splendida.

Ex hoc oppido, & antea ex Gallia à Clodoueo magno, Barones Hohenstauffenses ortum habuisse memorantur, de quibus in 2. parte Annalium, multa.

Sacerdotes olim.

In papatu, VVaiblingæ erant Ecclesiasticæ personæ: Rector Ecclesiæ, prædicator, adiutor, Capellanus antiquæ præmissariæ: Capellanus omnium Sanctorum, & S. Spiritus; Capellanus S. Vrbani, Capellanus nouæ præmissariæ, Capel. Frustingeri, Capel. S. Leonhardi, & Capel. S. Nicolai.

Doctrina Ecclesiæ hodie.

Hodie, Euangelici concionatores ibi docent, (vt & in tota VVirtembergia) nos sola Dei gratia conseruari: quæ nobis per Christum, pro nobis mortuum & resuscitatum, offeratur: quam sola fide nobis applicemus: eamq; fidem bonis operibus testatam faciamus; cœnæq; Dominicæ perceptione confirmemus: & in omni necessitate, precibus ad Deum confugiamus, non ad Sanctos mortuos. Nullum esse ignem purgatorium: sed solo nos sanguine filij Dei, vt agni immaculati, purgari. Itaq; nec bona opera ad iustificationem concurrere cum fide. In S. literis, solùm duo loca animarum, post hanc vitam monstrari: sinum Abrahami, & flammam cruciatus: id est, tantummodò cœlum & infernum. Cadere ergò Monasticorum operum fiduciam: cadere Missarum pro viuis & mortuis operationes: cadere peregrinationes ad sanctos. Et, si quæ sunt aliæ humani ingenij traditiones, verbo Dei destitutæ.

Scholæ

Scholæ latinæ moderatores, VVaiblingæ. M. Philippus Mylheuſer, viuens adhuc ante centum annos. Scholæ.

M. Sebaſtianus Lang. M. Iacobus Spanner.

M. Caſpar Altuetter, qui obijt 1573.

M. Michaël Deumler, qui obijt 1578.

M. Iacobus Fabricius.

M. Iacobus Friſchlinus, Nicodemi frater, Iacobi concionatorij F.

Primus Maior præfectus VVaiblingæ, nobilis VVolf. ab Erlach, tempore nuptiarum Palat. Ott Henrici, & Dorotheæ Mariæ VVirtemberg. 1582. Octob. 15. honoris causâ exhibuit venientibus, ciues 800. armis exornatos, in valle iuxta Eßelingam.

Maior præfectus, VVaiblingam laudabiliter 1592. curabat, nobili familia ortus, Burckardus de Berlichingen.

Vici præfecturæ VVaiblingenſis.

Trans Remſam.

Bainſtain, vbi bonum vinum rubrum naſcitur. Corba & Stainrainach: in quorum poſteriore arx eſt: quam primò nobiles Gaisbergeri, poſtea Sperberseckeri, habitabant. Neuuenſtat: genſes. cum muro, tanquam oppidum, & tribus portis: in monte, cum multis vineis. Hohenacker: habens ſenaculum iuxta cæmeterium. Bittenfeld: vbi parochia, ſenaculum, & Schola. Hochdorff: pulcher vicus cum Arce. Vici VVaiblingenſes.

Cis Remſam.

Schmiden: in campo magno & amæno.

Oeffinga: pertinens ad nobilem de Hofa ad Nicrum, ad Neuheuſeros. Hegnach: Non longè à VVaiblinga.

Olim erat nobilium Schillingorum: qui eum vicum VVaiblingenſibus vendidêre: ſed decimas, Monachis Gamundianis: Canſtadium autem olim VVirtembergenſibus.

Remſeck: ſub monte Necker Rems: qui nomen habet à confluentia Nicri & Remſæ.

Neckergninga autem, trans Nicrum eſt. Vbi cùm non poſſit eſſe pons: homo, qui naucula traijcitur, nummum ſoluit.

CANSTADIVM.

Oppidum hoc, infra Eßlingam ſitum ad Nicrum eſt. Putatur nomen non à cantharo, quem pro inſigni habet, accepiſſe: ſed ex his in antiquo ſaxo verbis CA. ANT. STAT. quæ mendiconiuncta fecerint vocem Cant ſtat: cùm legendum videatur, Caij Antonij ſtatiua. Vnde colligitur, antiquiſſimum eſſe hoc oppidum: & à Romanis habitatum. Signo eſſe vaſa teſtacea, non nouſtri operis, ſed antiquæ Romanorum artis, quæ effoſſa ſint. Ampliſſimam etiam fuiſſe vrbem: plures complexam parteis, hodie, longioribus interuallis inter ſe diremptas. Aut Atila deſtruxit: aut Sueui, quando cum Romanis bellum gerebant. Canſtadij nomen. *Colles & montes ibi, vini feraces; frugum fertiles agri: prata, horti, paſcua bona. Balneæ ſalubres, extra oppidum, vtiles ſcabioſis, & è frigore morbidis.* Ager eius.

Ædificia, non ad ſplendorem, ſed ad vſum, parata. Diebus Dominicis, à concione dilgens fit exercitatio iuuentutis, & virilis ætatis, iactu ſagittarum & ſclopetarum. Arcus, primum exercitium tyronum eſt: poſterius bombardarum. Æſtate, puerorum natationes per Nicrum. Iuuentutis exercitatio.

Eſt pagus Velbach non longè ab oppido Canſtadio: Vbi olim puer quidam, antequam ſole Euangelij tenebræ ſuperſtitionum depulſæ eſſent: autor fuit peregrinationis ad arborem ceraſum (vt à Georgio VVidemanno ſcribitur) iuxta montem illius pagi, in vineis ſitam. Hic diſitabat, ſibi in ceraſo ſedenti, & fructu eius veſcenti, D. Mariam apparuiſſe: ac, neſcio quæ, hominibus nuntianda mandauiſſe. Tum hominum concurſus fieri ad puerum: & qui ſe particulam ceraſi habere videbat, beatum prædicare. Ita Ceraſus breui diſcerpta eſt, depopulata, vſq; ad radices aſportata. Acceſſit quidam indoctus Eſſlingenſis Monachus, homo audax: qui puerum inſtruebat, quid eo peregrinantibus dicere deberet: tanquam ſibi à D. virgine mandatum. Compoſuit ſtolidam fabulam (Poëta ille ineptus) de hac peregrinatione: inter alia ſcribens, hunc puerum à S. Maria Hieroſolymam eſſe ductum: ibiq; loca paſſionis Chriſti ei monſtrata. Habitacula item duorum Martyrum (qui tamen nunquam veniſſe Hieroſolymam leguntur) S. Catharinæ & S. Sebaſtiani Commemorabat in eodem libello exempla eorum: qui, fido huic puero abrogata, Velbach vicus. Ceraſcaibi peregrinatio.

in be-

in beſtias (ex Metamorphoſi Ouidiana) mutati fuiſſent. Ita terrebat homines, neſcius de hac peregrinatione loquerentur. Oblatum fuit multum pecuniæ, & panni linei. Vnde in loco cerasi, ſacellum ad honorem D. virginis ædificatum fuit. Reliquum Magiſtratus ad ſe tranſtulit. Durauit peregrinatio eò, ad tempus vſque belli Ruſticani, quo deſijt. An non opus tandem Lutheri aduentu fuit?

Scholæ Latinæ hodie ibi præeſt M. Philip. Michaël Caulius Marpach.

MARPACHVM.

Marpachi nomen. *Fertur antiquis temporibus, quo in loco oppidum Marpachenſe eſt prope Nicrum, fuiſſe ſylua denſa: ibiq; giganteus quidam latro habitaſſe: qui, quos prætereuntes nactus fuerit, necarit, & in antro ſuo deuorarit: vites etiam circa ſuum habitaculum coluerit: vinumque in vaſis, quæ, ex oſſibus compoſuerit humanis, condiderit, ac biberit. Hinc de nomine Marpachi, tanquam à Marte & Baccho deducti, opinio hæc eſt verſibus à Georgio Hunnio Marpachenſi expreſſa.*

A Bacchо nomen, nomenque accepit ab ipſo
Marte, ſuum: frugum fertile, diues opum.
Vna parte patet celſam proſpectus in arcem
Aſpergum: gelidis qua rigat arua Nicer.
Parte putes alia celſo de monte iacêre:
Qua fluit in Nicri turbida Murrha ſinum.
Syluicola hinc clypeum benè Marpachẽſium adornat
Vir, villis tectus corpus ad vſque pedes.
Pampineis cinctus circum hiſpida tempora ſertis.
Bacche, tuas poſſent iſta decere comas.
Eque manu pulchrè pietas vtrâque tabellas
Dependere ſinit verſicolore duas.
Celſa ſed ad nitidum conſurgit turris Olympum:
Quam tenet ex vna dextera palma viri.
Vuàs quæ fragiles vitæ conferret ad vſum,
Vite racemifera turris amicta fuit.
Ex alia numero tria, ſed ceruina refulgent
Cornua: quæ decorant ſcuta decora probè.

ALTERA opinio, tanquam à Marcke & Bacch.

Altera, quæ eſt limes, vel lati terminus agri,
Altera de Græca nomina voce, tulit.
Limes enim noſtro Marck eſt ſermone notatus:
Fons page (πηγὴ) Græcis dicitur eſſe fluens.
Congeries domuum quæ ſint ruralium in vnum
Coniunctæ, pagus dicitur eſſe, benè:
Quod circa fontes ripasque locentur aquarum:
Et liquidæ ex vno fonte bibantur aquæ.
Dicitur at pagus non tantùm ruſtica villa:
Sed ditio vicis pluribus aucta ſuis.
Præterea tractum fluuij currentis, & vrbis
Vnius imperium, denotat, atque plagam.
Quales Heluetij noſtro iam tempore pagos
Diuerſos tredecim ſub ditione tenent.

Romanorum ibi quondam limes. *Tunc autem, quando Romani cum Germanis bella gerebant: Marpachum erat Romanij imperij limes ad Nicrum: id quod ex duobus lapidibus colligitur.*

Eorum vnus in agro Binnicenſi effoſſus eſt, his verbis inſcriptus.

CAMPESTRIBVS SACRVM, PVBLIVS QVINTVS LVCII FILIVS: QVIRITVM TERMINVS: DOMVS SICCA VENERIA: TRIBVNVS COHORTIS VIGESIMÆ QVARTÆ VOLVNTARIORVM, CVRAVIT FACIENDVM.

Campeſtribus, id eſt, dijs ruralibus. Domus ſicca, Binnica vicus dicitur, propter raros puteos. Fortaſſe tunc Veneri dicata.

Alter lapis circa Marpachum repertus, cum hac inſcriptione.

IN HONOREM DEORVM DE ARVM, VOLCANO SACRVM, VICANI MVRRHENSES VIVI SIBI LEGERVNT MONVMENTVM.

In Campana Turris Marpachensis inscriptum est, M.CC.LXXII.

A.1591. Marpachi viuebat Conradus Hunnius, vir consularis. Multi sunt hodie, qui Hunnis à trucibus nobile nomen habent. Clarissimus hodie Theologus viuit (antea Marpurgi, nunc 1593. VVitebergæ) Doctor Ægidius Hunnius, supradicti Georgij frater.

VVEINSPERGA.

Insignia huius oppidi. Scutum à summo deorsum, æqualiter diuisum. In sinistra parte, aquila nigra in campo albo: In dextra parte, vitis viridis cum racemis rubris: cuius campus, aquilam versus cœruleus: alter verò, qui extrorsum spectat, albus. VVeinspergæ Insignia.

Dominorum de VVeinsperg Insignia. Planities rubra: in qua, tria scuta alba: galea, aurea. Supra quam, προζομὴ παρθένου ἀβραχίων: caput & pectus virginis (Brustbildt) absq; brachijs: cuius pectoris vnum dimidium, album: alterum verò, rubrum. In capite, aurea corona, & plegmata flaua. In latere dextro, quod album, albus piscis: cuius caput, lateri admotum: cauda, sursum expassa. In sinistro, quod rubrum, ruber piscis: eodem modo, quo prior positus. Velamen galeæ ad dextram, rubrum: ad sinistram, album. De Baronibus VVeinspergensibus suprà cap.5. dictum est. Et procerum VVeinspergensium.

Vixit aliquando ex ijs quidam Conradus. Qui cum potens esset (vtpote totam præfecturam VVeinspergensem, & Neustatum cum pertinentijs possidens) multos annos hostis imperij fuit. Itaque 7. circiter annis, nulla maiorum VVeinspergæ portarum fuit aperta: & agri ita desolati, campique: vt iuniperi creuerint vsque ad hortos olerum ciuitatis. Fuit ab Imperio arx obsessa, non tamen capta. Idem deprædatus est sex plaustra: deducenda tutò à Palatino Electore, fide publica. Idcirco Palatinus, qui pro ijs satisfacere debuit, Conradum accusauit apud Imperatorem. Is in expensas condemnatus, tantum persoluere coactus est: vt vix arx VVeinspergensis, & Neustatense oppidum, suffecerint. Sepultus est in cœnobio Schœnthala. Conradus Baro, Imperij hostis.

Occupatum aliquando fuit hoc oppidum à nobilibus Vrbachijs: cùm hi multos homines, vasis inclusos, immisissent. Non tamen potuerunt retinere: sed Palatino vendiderunt. Vrbachij.

Repoposcit Imperium id à Palatino, vt ad se pertinens. Qui respondit, se iure emptionis possidere: sed precio recepto, se restituturum.

Mansit ei oppidum, & arx: donec ad VVirtembergicam domum anno millesimo, quingentesimo quarto peruênit.

Postremus VVeinspergæ dominus, etiam Conradus nomine, Staini obijt, inter Meckmylam & Neustatum sito, senex, circa millesimum, quingentesimum, decimum sextum annum: & Hailprunnæ in S. Mariæ fano, cum clypeo & galea sepultus est. Postremus illorum Baronum.

Arx VVeinspergica, bello Rusticano millesimo, quingentesimo, vicesimo quinto anno exusta est. Ad quam multi pertinent nobiles, ratione beneficiorum, siue feudorum. VVeinspergæ, pluribus annis antè (teste Georgio VVidemanno in Calendario suo M. Scr.) præfectus quidam interfecit seruum suum: & die sabbati in sacello arcis orauit. Ibi visus est sibi semel atque iterum videre, animalculum quoddam existere ex lacunari, & in cauernulam pauimenti se abdere. Nullum ipse foramen, aut rimam, deprehendere potuit. Mirans itaque, ad preces redijt. Sed cùm afflaretur igneo quodam vento: territus, sacello exiuit: & in via itidem à nigro spectro afflatus est, atque ægrotare cœpit. Spectrum tantò magis in arce se exercere, tumultuando, iaculando, terriculis obijciendis. Hæc cùm quidam in ciuitate, nihil, nisi verba, esse putarent: deriserunt. Verùm quidam à præfecto noctu ibi excubare iussi, cùm læti conuiuarentur: strepitus & flammas senserunt in turri. Itaque inde profugerunt. Tandem spectrum hoc descendit in oppidum: vigilibusque in muro molestias exhibuit. Tunc, cùm quædam peregrinatio ad D. virginem extra Hailprunnam, adhuc noua esset: de consilio Sacerdotum, VVeinspergenses ciues, ieiunio suscepto, nudis pedibus fanum illud S. Mariæ adiuerunt, vt spectri molestijs liberarentur. Discessit inde præfectus, & spectrum cessauit. Arx VVeinspergæ. Homicidæ, spectrum obiectum.

PLVRA VVIRTEMBERGENSIA OPPIDA: HAIDENhaimum, Gœppinga, Blabeura, Balinga, Herrenberga, Sultza, Tutlinga.

CAPVT IX.

HAIDENHAIMVM.

Haidenhaim. Præfecturæ.

OPPIDVM in loco duriore, cum arce Hælenſtaino: vbi trans amnem Brentium cœnobia ſunt: Kynigsbrunna, Anhauſa, Herbertinga. Vici ſub eius præfectura, & alia. Margelſtettum, Vollen, Herbertinga, Hærmaringa, Hohenmemminga arx, Sonthaim Prentz, Schnaithaimum, Vffhauſa, Natthaimum, Flinthaimum, Gœttinga, Heuchlinga, Heldenfinga, Gerſtettum, Heuchſtettum, Hauſen auffm Lonthal/ Stainhaimum, Sœnſtettum, Hyrm, Guſſenſtattum, Aurnhaimum, Eſelſpurgum, Zeſchinga.

Haidenhaimi hodie Parochus Eccleſiæ eſt reuer. M. Chriſtophorus Neuburgius (olim Auguſtâ propter Calendarium Gregorianum eiectus, cum collegis) ὁ ἀγαπητὸς μοι χριστῷ ἀδελφός. Collega eius, M. Nicolaus Lindenfelſius Vracenſis.

GOEPPINGA.

Gœppingæ deſcriptio.

Situm eſt hoc oppidum ad amnem Filſam, in loco plano: nec magnum eſt, ſed ſatis munitum, muro & aquis. Arx ineſt quadratæ figuræ, magnificè extructa: quam etiam aquæ circundant. Itaque ponte intrari, neceſſe eſt. Ædificia, ſatis elegantia: plateæ, mundæ: riuuli, hinc inde in plateis. Via Regia ibi eſt, quâ vinum & alia tranſuehuntur Vlmam, Auguſtam, Monacum, & aliò. Vnde, magnum vectigal.

Porta.

Portas habet tres: ſuperiorem, ad Occaſum, Stutgardiam verſus: Inferiorem, ad Orientem, Geiſlingam verſus: tertiam, quæ tantùm pedibus iter facientibus inſeruit, non curribus, ad Boream: quæ, Sacerdotum porta dicitur, Pfaffenthor. Nam in pontificia religione, hic locus tantùm Sacerdotibus, vt collegio Canonicorum, fuit deſtinatus. Et hodie quoque Miniſtri Eccleſiæ, ac Ludimagiſtri, ibi degunt.

Saurbrunn.

Trans fluuium Filſam proximè ſunt ante portam ſuperiorem aquæ acidulæ (der Saurbrunnen) ex adiuncto monte profluentes: naturâ quidem non calidæ, ſed igne calefaciendæ. Profunt ſtomacho & iocinori, ictericis & hydropicis: conſumúnt putridos humores: torminum dolores mitigant: febrim tertianam pellunt: præter naturam ſitientibus medentur: appetitum ciborum afferunt.

Concionatores.

Solum, fertile eſt: cœlum, clemens & ſalubre. Antiſtites Eccleſiæ, tres. Primus, Generalis ſuperattendens, M. Andreas Grammer: qui filium habet M. Iohannem Conradum: Deinde, duo Diaconi: M. Coſmannus VVœlflinus, & M. Iohan. Giſſthail.

Scholæ.

Scholæ ſunt duæ. Latina, trium claſſium: quam M. Caſpar Falkenſtainius moderatur, vnius Synergi operâ vtens. Germanica, in qua etiam Arithmeticæ rudimenta traduntur. Prodierunt olim ex Latina, ad ſuperiora ſtudia, viri celeberrimi: Ioannes Moſer, V.I. Doctor: M. Thomas, & M. Chriſtophorus, Spindleri: ac M. Michaël Mæſtlinus. Primus VVirtembergenſis conſiliarius: alter, Eccleſiaſtes Lincenſis; tertius, Labacenſis: omnes nunc vitam illam beatam adepti. Quartus adhuc apud nos Tybingæ, Mathemata docet, collega noſter humaniſſimus.

Templa.

Templa etiam duo ſunt: vnum, antiquius, intra oppidum: alterum, maius, extrà: in quo tempore tantùm æſtiuo docetur.

Magiſtratus.

Rempub. duo præfecti, conſules & ſenatores regunt. Maior præfectus, nobilis Conradus Thumm à Neuburgin Kyngeu.

De frequentia hominum, acidulas potantium, dictus modò Falckenſtainius.

Huc Suicerorum lotum proficiſcitur ingens
Copia: & infirmos Norica mittit humus.
Huc iubet vrbs Auguſta ſuos, iubet Vlma, quotannis
Pergere, quos morbum vult releuare ſuum.
Huc properant ferè cultores totius oræ
Teutonicæ, atque ſtato tempore adeſſe ſolent.

Hîc

Hîc quoque nil hortis apparet amœnius vſquam:
Seu numero certes, ſeu bonitate ſoli.
Peruenit hîc etiam de collibus vua duobus:
Vt deſit querulis hac quoque parte nihil.

Fuiſſe aliquando magnum incendium Gœppingæ, cognoſcitur ex hoc loco Ioan. Nideij (lib. 1. cap. 1. Formicarij.) qui vixit circa 1430. Chriſti.

In oppido Gœgpingenſi, inquit, quædam paupercula, ſed caſta & deuota muliercula, noſtro viuebat tempore: quæ dudum ante incinerationem dicti oppidi, incolas lamentabiliter clamitando auiſauit. O, inquit, quantum væ loco huic imminebit in breui temporis ſpatio? A qua cùm ſciſcitaretur, quid mali homines paſſuri eſſent, reſpondit. Ignis, inquit, incendium, oppidum in cineres reſoluet, cum graui nimirum iactura hominum: peccatis eorum exigentibus. At illi, vbi, quæſo, primùm inſurget? Reſpondit: Iſta in domo, talis viri. Quo audito: paterfamiliâs eiusdem domus, ne proditor vel auctor incendij putaretur: ſpontaneè, nullo angente, oppidum reliquit. Sed quia probus à cunctis iudicabatur: coactus eſt oppidum, & habitationem propriam, reinhabitare. Et non multò pòſt, in eiuſdem domo ignis (neſcitur, quo Dei iudicio) primùm accenſus, & deinde loca vicina incendens, oppidum totum incinerauit: & incolas, fœmininum ſexum non ſemper eſſe ſpernandum, edocuit. Ioan. Niderus. Incendium Gœppingenſe.

Quando hanc πυρκαϊὰν, ignis calamitatem, huc inſcripſi: eo ipſo die, nempe vltimo Maij, 1592. anni, media hora 4. pomeridiana, hanc incendij deſcriptionem, quæ Iliad. 21. eſt, auditoribus meis in Aula vetere explicui.

ὡς δ', ὅτε καπνὸς ἰὼν εἰς οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει,
ἄστεος αἰθομένοιο, θεῶν δὲ ἑ μῆνις ἀνῆκε:
πᾶσι δ' ἔθηκε πόνον πολλοῖσι δὲ κῆδε' ἐφῆκεν:
ὡς ἀχιλεὺς τρώεσσι πόνον καὶ κήδε' ἔθηκεν.

Caſus triſtis, vrbs ardens: ſicut anno milleſimo, quingenteſimo, quadrageſimo. Tybingæ, in Annalibus noſtris, part. 3. lib. 11. cap. 15.

Cauſa efficiens, ira diuina: nempe propter peccata hominum. Intellexit vel Ethnicus Homerus, incendia non fortuitò fieri: ſed προνοία, prouidentiâ Dei.

Effectus incendij. Surſum fumus, ſignum incendij procul etiam habitantibus.

Infrà, πόνος καὶ κήδεα: labor omnium, & triſtis calamitas aliquorum. Ille, concurrentium ad reſtinguendum: hæc, ſuas res amittentium.

Deus ἀνίησι πῦρ, laxat ignem tanquam canem à vinculis. ἐφίησι κήδεα, triſtitiam & mærorem immittit, tanquam tela & ſagittas.

Eodem modo Achilles erat tanquam vaſtator ignis Troianis: quibus laborem & luctum, trucidando afferebat.

In illa regione ſunt Poll, Betzkenriet, & Schopfloch. De quibus locis hæc inuenio. Supra Poll, veſtigia eſſe fractæ arcis, dictæ Lands-chr. *Eam fuiſſe S. Berchtæ: quæ deſtruxerit, & lapidibus eius adicauerit, fanum Pollenſe, ante 850. annos. Ibidem inſtituiſſe collegium: cui loci poteſtatem omnem tradiderit. VVirtembergenſes multis temporibus pòſt, patronos huius collegij fuiſſe. Id poſtea Gœppingam translatum eſſe. Canonicos denique, iurisdictionem omnem VVirtembergicis tradidiſſe. Betzkenriet, quondam Bœchenriet vocatum eſt, propter copiam picis in eo loco.* Poll. Betzkenriet.

Schopflochi, proxime Betzkenrietam, indicia ſunt caſtelli: in quo duo nobiles olim habitarunt, quorum familia ignoratur. Eorum vnus ius ſuum Adelbergam, alter Blaubyram, conferens tradidit. Eſt & Aichelberg pagus, non procul à Neidlinga pago, in illo tractu: à Gœppinga ſpectans inter meridiem & ortum, pertinens ad Parochiam Zellenſem. Rudera arcis, in præruptis ſaxis reſtant: vbi proceres olim Aichelbergici ſedem habuerunt, vt credimus. Schopfloch. Aichelberg.

BLAVBEVRA.

Blaubeuræ situs. *Hoc oppidum & præfectura, cum attinentibus arcibus, olim à Comitibus Helffenſtainijs emptione ad Comites VVirtembergenſes vênit. Situm 2. milliaribus ab Vlma: infra longum*

Blauus fl. *cliuum ſaxeum, ſi Tybingâ Vlmam rendas. Oritur ibi fluuius Blauua, ſic à glauco colore nominatus: fluitque per longam & amœnam vallem Vlmam, vbi Danubio miſcetur. Tybingâ Reutlingam, inde in pagum Gœchingam, in oppidum Minſingam, Ænabeuram pagum, tum Blaubyram, ſingulis milliaribus peruenitur. Diſtat enim Blaubeura 5. milliaribus à Tybinga. Ibi eſt Monaſterium Blaubeurenſe: de quo parte Annal. 2. lib. 8. cap. 13. multa ſcripſimus.*

Arces. *Illis in locis, arces duæ iam olim erant, Ruck & Gerhauſen, quæ adhuc ſunt.*

Cadauera aut veſtigia arcium: vnum VVeileræ, alterum Gyntzelburgi ſupra VVeileram, tertium Grynenſtaini ſuper Schelcklingam.

BALINGA.

A quo ſit conditum hoc oppidum, non conſtat. Fortè tamen à Generoſis Comitibus Zollerenſibus: in quorum ditione locus ille quondam totus fuit. A. autem 1408. ad VVirtembergiam, à Frider. Comite Zollerenſi 22. millibus fl. venit.

Balingæ fertilitas. *Ipſum, non magnum eſt: ſed fertile ſolum habet. Nam vt Sicilia olim, à M. Catone ſapiente, cella penaria Reipub. Romanæ, & nutrix plebis Romanæ, nominata fuit (Cicer. Verr. 4.) ſic regio quæ circa Balingam eſt, commune quoddam penu ad homines nutriendos haberi*

Hohenberg. Comitatus, & eius loca. *poteſt. Sed vinum eò ex Brugoia, Alſatia, VVirtembergia, Palatinatu, inuehitur. Habet ad occaſum, Comitatum Hohenbergenſem: quò referuntur pleraque oppida, quæ circa Balingam ſunt: vt, Schemberg, Horb, Bintzdorff, Fridingen, Rotenburgum. Eôdem olim pertinuêre, Nagoltum, VVildperg, Haigerloch, Oberndorff.*

Heuberg. *Non longè à Balinga mons ille celebratiſſimus abeſt, quem Heuberg appellant: ibique à ſagâ exercitia Diabolica fieri, vulgo perſuaſum eſt. Anno certè milleſimo, quingenteſimo, octuageſimo nono in autumno, aliquot tales mulieres, & primarius Senator, in oppido Schemberg, combuſti ſunt: qui omnes ſunt confeſſi: ſe in illo monte noctu conuenire, cum diabolis choreas agere,*

Spectra ibi. *rem habere, homines & iumenta ladere ſolitos fuiſſe. Inde etiam eſt, quòd vulgus ſpectra & Meteora, quæ in hoc monte frequentia ſunt, pro præſtigijs Magorum & Damonum habet. Alijs inde oriri videntur: quòd circa Maximiliani 1. tempora, interdum pugnæ ijs in locis commiſſæ ſint: ſicut, quando Eberhardus Barbatus cum Rotvvilenſibus bellum geſſit, antequam Dux creatus eſſet. Quemadmodum Pauſanias quoque ſcribit (qui vixit circa annum Chriſti 118.) in*

Ex prælijs, ſpectra. *campis Marathonijs, in quibus Athenienſis Dux Miltiades Perſas vicerat (ante Chriſtum 491.) multis etiam annis pòſt, ſpectra noctu eſſe viſa: militares clamores, binnitusque equorum, auditos eſſe: nec impunè ferre, qui temerè accedat.* αὐὰ πᾶσαν νύκτα (inquit in Atticis) πολέμιον χαμιτίζοντων, καὶ αὐθρῶν μαχομένων, ἰσχὺν ἀιδέδθαι, παραχῦναι δὲ ἐς σύμφορὰν θέαν, ἐκπλῆξαι μόνον ὅτι ἔχει, ὅτῳ συνέτυχεν: κίνδυνον δὲ ὄυδὲν, καὶ ἄλλως ἐνμβαὶν, ὃς ἔχει ἐν τῶν θαμένων ὀργῇ.

Schaltzburg. Lochen. *Ad meridiem à Balinga Eunti, apparent reliquiæ arcis Schaltzburgiæ: quæ cœleſti telo icta, conflagraſſe perhibetur. Vlterius deinde rupes eſt miræ altitudinis, die Lochen dicta. De qua prouerbio dici ſolet ab hominibus eius vicinia, alicui malum imprecantibus: Vtinam in Locha ſederes: Ich wolt / daß du auff der Lochen wereſt. Pertinet autem ea rupes ad Alpeis Sueuicas: quas in conſpectu Balinga habet. Earum pars quædam nuncupatur, die Schar.*

Schar. *Ibi habitat vir nobilis, vno milliari à Balinga: apud quem longè optimi caſei conficiuntur. Fuit Balinga, patria Doctiſſimi viri & Poëtæ, M. Nicodemi Friſchlini.*

Epigramma M. Ioannis Altenbachij Balingenſis, anno 1590. in ſtipendio Illuſtri, menſe Septembri.

ἄστα γεραιὲ παλαίγονὲ, ἐν ἔτι τὲς συνεφαύτας
λευλισύσι σὲ χρὴ: τὲς ἐπόλωσε θεός.
καὶ σὺ λὶ βασκανίνι γέγηφας μάλα πρείσσονα πάσιν
ἀμφὶ λὶ σοι ἄλλη νῦφος ἑδωκε πάλιν.

Mi venerande senex, sycophantas sperne malignos:
Quos Deus euertit, præcipitesque ruit.
Et nunc inuidia scriptis tu maior es: atque
Semper inextinctum nomen in orbe geris.

Φησὶ δὲ Κρύσιος: πᾶσα δόξα καὶ τιμὴ, τοῦ θεοῦ.

HERRENBERGA.

Situm est hoc oppidum. 1. milliari longissimo à Tybinga, inde per Ameranam vallem ascendentibus. Situm sub monte: in cuius eliuo Templum perpulchrum est, ad dextram, si Tybingâ Herrenbergam eas. In vestibulo Templi, duæ cochleæ ἐπάλληλοι: quibus in ambonem ascendimus, & mitati sumus. In choro, artificiosè sculptæ 1517. αὐτικαθέδραι. In altari chori, magna, & vtrinque alata, ceu bipatentibus ianuis, tabula picta pulchrè. Supra Templum in monte, arx alta & vetusta: in cuius area, puteus altus & frigidus. Vtrobique ædificia lapidea, & habitacula. Altissimus inde, in oppidum subiectum, & quoquo versum, despectus. Indicauit mihi M. Ioan. Neobolus, Ecclesiæ Æntring. Pastor: initiò nomen huic ciuitati fuisse Adstett, vel Chadstett: quòd, imperium gerente M. Antonino Philosopho, Chatti ibi consederint. Peruênit longè pòst ad Comites Palat. Tybingenses. Postremus ibi Comes, Vlricus fuit: qui 1377. ante Reutlingam, cum multa nobilitate occubuit. Tunc circa 1382. venditum fuit oppidum à Palat. Conrado, cognomento Schærero, Comitibus VVirtembergicis, Eberhardo, eiusque filio Vlrico. Præfectum ibi egit anno 1488. Burc. ab Ehingen.

Herrenberga, à Comit. Tybing. ad VVirtembergenses.

Vici præfecturæ Herrenbergensis.

1. Cuppingen. 2. Gertringen. 3. Nuifringen. 4. Hildritzhausen. 5. Kai. 6. Gulstein. 7. Remmingshaim. 8. VVolfenhausen. 9. Metzingen im Gew. *10. Eschelbrunn. 11. Calfingen.*

Cuppinga habet 2. filias, Affstet & Ober Iesingen. Herrenberga, 1. filiam, Haslach. Nuifringa, Roram.

Gulstein, Mynchbergam. VVolfenhausa, filiam habet Erckavvileram.

Eschelbrunna, duo vici sunt, superior & inferior. Calfingæ filia, est Nelringen.

Rudera ibi arcium.

Cuiusdam, post Herrenbergicam arcem.

Alîus, in Villula Rora.

Cuiusdam in monte secus Roram, nomine Horn, sentibus occulentibus,

Arcis deniq, quæ Mynchberga dicta fuit.

A. 1476. Iul. 9. ignis totam Herrenbergam absumpsit: quæ postea instaurata, hodie satis fæliciter, in Ecclesia & Repub. administratur.

Ecclesiastes, est Christophorus Stæhelinus. D. ἡμῶν κηδεστής.

SVLTZA.

Ad flumen Nicrum sita est, supra Horbam.

Arx illius loci, semper ab antiquo Albeck nominata fuit.

Albeck.

Insignia oppidi Sultzæ. Clypeus niger: ad cuius dexteram extrà, vncus albus: & ad sinistram, item. Intra clypeum, paruum scutum flaui coloris: intersectum tamen latiore linea νύσια.

Sultzæ Insignia.

TVTLINGA.

Trans Danubium posita est. Tenebatur 1327. à Dominis VVartenbergensibus: & 1394. ab Ioanne de Lustnou. Gerit in scuto flauo, tria cerui cornua, sicut VVirtembergica familia.

Arx ibi extrà est, Honberg nominata.

Loca, vel pagi, præfecturæ Tutlingensis.

Aldingen, Trossingen, Thoningen, Schvveningen, Thalhain, Effingen, Oberbaldingen, Neuuenhausen, Biessenhain. Ecclesiæ Aldingensis Missifex 1552. (tempore Interimico) erat nobilis Ioannes de Karpfen. Quo tempore cellarium Tutlingæ agebat Iodocus Altuatter: cuius quoddam scriptum vidimus ad Iacobum Manlium, tunc Ecclesiastem Tutlingæ. Describebat, quæ iura, & collaturæ, & decimæ, ad VVirtembergicum Ducem, Comitatum Hohenbergensem, Fyrstenbergensem, &c. ex his pagis, pertinerent.

Tutlingensis præfectura.

In Tutlingensi præfectura supra Thalam, veteris arcis fundamenta sunt, Lûpfen dictæ, 1415. destructæ.

Arx Karpfen, antiquitus ad Tutlingensem præfecturam pertinuit.

Tutlingensis est Ioannes Georgius Godelmannus, *V. I. D. antehac Rostochianæ Acad. Professor: nunc Dresdæ, illustrissimo Saxoniæ Administratori inseruiens. De quo, in Annalibus multa.*

DE OPPIDIS CALVA, BEBLINGA, SYNADELPHINGA, BIETIkaimo, Besikaimo, Brackenhaimo, Backnanga, Haimsa, Binnica, Neopyrgo, Zauelstaino, Bulacho, VVeilhaimo, & multis alijs VVirtembergiæ oppidis. Mercatus item ciuitatum anniuersarij.

CAPVT X.

CALVA.

Caluæ descriptio.

OPPIDVM hoc (sicut & Nagoltum, & VVildperga) ad Nagoltum amnem situm est. Habet tria suburbia: superius, ad Occasum: inferius, ad Septentrionem (inter quæ, in alto antiquam arcem) tertium, ad Meridiem: ponte trans Nagoltum fluuium ipsi oppido adiunctum, Hospitali duorum adificiorum instructum. *In fronte fani ad Hospitale, verba sunt.*

Portæ eius. Anno 1595. Herr Ludwig Brunn von Herrenberg / Anheber deß Spitals. *Portæ totius ciuitatis sunt quinq.* 1. Oberthor / *vel* Altburgerthor: *vbi suburbium superius est, & in Thermas ferinas exitur. Extrà, in colle rotundo, prisca Comitum Caluensium arx: habens ad minimum quatuor carceres: quorum vnus, in turre* Resselthurn *dicta: in quo nemo iacère potest: sed tantùm stat, aut inclinatur. Alius carcer, sub dio est. Compluebatur captiuus, tecto carens. Nemo arcem inhabitat, nisi vnus vigil, hoc tempore.* 2. porta, Vnderthor / *vel* Hirsawerthor: *vbi inferius oppidum est, & in vicinum Monast. Hirsaugiam exitur.* 3. Bischoffsthor: *ante quam, nouæ nunc domus, & tanquam initium noui suburbij.* 4. Hengstetterthörlein: *à pago vicino* Hengstetten. *Inde in op. Imperiale VVilam propinquum itur.* 5. Ziegelsthor: *quà itur in vicinum vicum* Stammen: *& inde Herrenbergam Tybingamque. Ibi, Nagolto interfluente, suburbium, quod vocatur* Eusservorstatt. *Ibi est interior quædam, ad forum versus, porta, quæ* Scheifelthor *appellatur. Satis pulchrum, oppidum. Ab occasu autem montes ei ita vicini sunt: vt propè lapis in forum (quod, admodum longum) inde mitti possit. Templum est pulchrum, ad collem positum, suggesta duo habens. Inde non procul schola distat Latina, satis amœna: in qua nō ita pridem operas præstabat vtiles, cum Ludimoderatore, etiam Sixtus Maier: frater generi mei M. Iacobi, Bergæ Thonavverdanæ concionatoris. Fontes ciuitas habet salubres & aërem clementem. Habitarunt arcem quondam Comites illustres Caluenses: ex quibus Erlafridus Hirsaugiense Monasterium, anno 830. salutis condidit: de quo, multa in Annalibus. Extra inferius suburbium, in valle Nagoltina, trans pontem alterum qui ibi est, aliud fanum extat, cum cœmeterio adiuncto: nec longè inde, Leprodochèum. Victus ratio, Caluæ non difficilis esset: nisi Thermæ officerent, Ferinæ & Cellenses. Opificia (præsertim Textorum, Wisling vnd Engelsait) & Mercatura, satis istic exercentur. Syluis, agris, pratis, hortis, abundat: montibus quasi circumuallatur.*

Comites Caluenses.

Insignia Caluæ. *Figit pedes quatuor super tres cæruleos montes, in Insignibus oppidi Caluæ, calua Iræna rubra, in campo flauo. Aut à caluis montibus nomen habet. Nunc est VVirtenbergicæ ditionis. Caluensis apud nos viuit insignis V. I. D. Samuel Haidenus vir pius & humanissimus.*

BEBLINGA, VEL BOBLINGA, ET SYNADELPHINGA.

Beblinga. Sindelfinga. *Ambo oppida, benè constituta: illud cum arce, in loco edito: hoc, in planitie. Verumque, commodis ad viuendum rationibus instructum: syluis, pratis, agris, vinetis, hortis; sed superat Synadelphinga. Ecclesijs & Scholis ibi benè prospectum.*

Est autem Beblinga, præfectura: sub qua continentur loca hæc. Synadelfinga oppidum. Deinde pagi, Schönaich / Dettenhausen (*villa, ein* Weiler) Holtzgerlingen / Eningen / Ottlingen / Schafhausen / Dagerßhaim / Darmßhaim / Töffingen / Möchingen / Magstat / Ostelßhaim / Malmßhaim.

ADDITIO EX ANTIQVO BARBARO SCRIpto: quod anno 1593. à Beblingensi Præfecto CASPARO RESCHIO, per D. Geor. VVeigemaierum accepi. Contraxi paucis verbis.

S. Richardus. *Vixit antiquissimo tempore Dux quidam Sueuiæ, beatus Richardus: patre Teutone, matre*

ire Angla, natus. Habitabat cum patre suo circa ripam Bentelspachensem. Qui, Rex Anglia electus, auunculum habebat in castro Herrenberga: cui suam ditionem relinquere volebat. Ait igitur ad ministros suos: Inter me, & auunculum meum, intercedit magna sylua: & circa syluam castrum, nomine Bublingen: vbi, multi grassatores. (Böß Buben/ vnde nomen Boblinga.) Videamus, quomodo tuti transeamus syluam, ad meum auunculum. Inde nomẽ extitit Sindelfingen: quasi diceretur, Der Sinn iſt funden. *Dehinc venerunt ad vallem illustrem, oriente stella matutina, & die apparente. Dedit nomen: huic loco B. Richardus,* Tag—här—ſchein. *Quem circa locum, ad ripam (riuum) Schwipfer, cùm essent multi serpentes, bufones, lacertæ. B. Richardo precibus hæ pestes expulsæ sunt. Sic Herrenbergam ad auunculum suum vênit, cum comitibus suis. Tagersheim ex illa causa nomen habet, cum signo serpentis vsq; in hodiernum diem.* Tagersheim.

De Synadelphinga instrumentum antiquum vidi: mihi ab egregio viro, D. Leonhardo Gaiſſero, ibi Archigrammateo, monſtratum: ex quo aliquid ponam.

In nomine Domini, Amen. Nos RVDOLFVS, Dei gratia Comes de Tvvvingen, omnibus præsens Scriptum legentibus, in perpetuum salutem, & notitiam subscriptorum. Quoniam breui decedit humana fragilitas: nouercariq; solet rei gestæ memoria, quæ scripturarum nõ fuerit memoria commendata: ne igitur acta præsentia processu temporis elabantur à notitia futurorum: ad notitiam singulorum volumus peruenire: quòd nos in Dominio nostro, videlicet apud Sindeluingen: vbi ius aduocatie nobis pertinere dinoscitur: municipium fundare intẽdentes: ac eidem municipio, seu ciuitati, & ciuibus, ac eiusdem loci incolis, ius libertatis, iuxta formam libertatis ciuitatis Tvvvingensis, contradere cupientes: ipsam libertatem sic proinde duximus statuendam: vt libertati Ecclesie, & etiam Ecclesiasticarum personarum ibidem quam in omnibus illa sam permanere volumus: nullum ex his nostris innouationibus & statutis preiudiciũ generetur. Sanè igitur de consensu reuerendorum in Christo, præpositi & capituli eiusdem Ecclesie, libertati personarum Ecclesiasticarũ, ibidem cõmorantium, ac etiam cõmoraturarum, sic duximus prouidendum, &c. pedagia, thelonia, angarias, perangarias, vectigalia, vel alias exactiones, quocunq; nomine cẽseantur. soluere nullatenus teneantur, &c. prata quoq; præposituræ, ab aliis pratis ciuium separata, licet Præposito, quando voluerit, resecare: excepto prato dicto Immebenbrule, &c. In huius itaq; ordinationis, concessionis, & permissionis nostræ, testimonium, &c. præsentes literas eisdem, Præposito & Capitulo dedimus: sigillorum, nostri, & reuerendi in Christo patris, E. Dei gratia Constantiensis Episc. & fratris nostri Hugonis, Palatini de Tvvvingen: & dilecti filiastri nostri Vlrici de Helffenstain, Comitum, munimine roborata. Nos Eberhardus, Dei gratia Constantiens. Episc. & Hugo de Tvvvingen, & Vlricus de Helfenstain, Comites: prædictis omnib. consensum benuolum adhibentes, &c. rogatu earundẽ partium. Sigilla nostra duximus appendenda. Actũ Sindeluingen, mense Apr. anno incarnationis Dominice M.CC.sexagesimo tertio, Indict. sexta: in Domino feliciter. Rudolfus, Palatinus Tubing.

Vt memores simus: quia cuncti morte perimus:
Scripserat Hainricus talia Canonicus.
Ecclesie: dictus de Meskilch. Sit benedictus:
Qui memor eius erit, cùm caro morte perit.

In sigillo vtroq; Comitum Tybingensium, in flaua cera, Comes armatus, equo saliãti insidens: cũ vexillata hasta in dextra & scuto ad brachium sinistrum. Circa prius hæc verba: S. RVDOLFI COMITIS DE TYVVINGEN PALLATINI. Circa alterum (etsi defracta erant quædam literæ in cera) S. HVGONIS COMITIS PALLATINI DE TYVVINGEN.

Aliud Instrumentum.

Venerabili in Christo patri ac Dom. Hainrico Dei gratia Constant Episc. VVernherus Prepositus, totumq; capitulum, Ecclesie in Syndeluingen, debitam reuerentiam & honorem, &c. Petunt, quædã Statuta, quæ ipsi fecerint, ab Episc. illo cõfirmari, &c. Statuimus (A. D. M.CC.XC.7. idus Nou.) quòd, quicunq; in Ecclesia nostra Syndelfingen, Prepositus de nouo Canonicè eligitur & cõfirmatur: Canonici singuli & vniuersi debent sibi promittere manuali fide, obedientiã, & reuerentiam debitam, exhibere, &c. Item statuimus, vt Præpositus sõlus habeat auctoritatẽ conferendi, irrequisito capitulo, Ecclesias seu beneficia curata: videlicet in Syndeluingen, in Vœgingen, & in Darmshain. Item, quòd capitulũ, irrequisito Preposito, habeat auctoritatẽ eligendi, seu presentãdi Vicarios, ad Ecclesias apud Levvenberg, & apud VVile in Clemesgovver, &c. Sigillum VVernheri: in quo, S. Martinus equo insidens, & pauperi vestis suæ partem scindens. Sigillum Ecclesiæ S. Martini Syndeluingensis: in quo Abbas, dextrâ tenens pedum, sinistrâ librum. Sindelfing. Præpositus.

ENINGAE SEPVLTI. A. M. Valent. Clæssio.

Klemm. 1. *Martinus Klemmius. Fuit hic initiò, Tonsor vel Chirurgus: qui anno 1492. cùm Imperium, & Sueuicum fœdus, in campo Lyci castra habens: Bauarum Albertum cogeret Ratisbonam Imperio restituere: primùm arma militiæ induit, mortuus est Mauræ pago Oetingẽsi: & humatus Eningæ. Vxor eius fuit Maria, Comitissa Hohenzollerensis. Anno Domini* 1531. an dem ersten Tag Decembr. ist gestorben die Edel vnd Tugentsam Frauw Maria: deß Edlen vnnd Vesten Martin Klemmen von Rummeltshofen: deren Gott gnade/ Amen.

2. *Ioannes Brastperger Vracensis, I. V. D. & V Virtembergici Ducis Ludouici Cancellarius. Mortuus anno* 1581. *die Nouembr.* 16. *ætatis* 48. *cui Vxor Maria Voglerina, Chiliani Vogleri Iurisc. & in Acad. Tybing. Professor, monumentum fecit,* τῷ σὺνῳ μαρίλῳ.

BIETIKAIMVM.

Bietikaim. *In plano loco situm est iuxta flumen Anisium vel Entium, in quem riuus Metter ibi influit, opinio est, à tribus olim vicinis arcibus nomen habere,* Hût dich da: *quòd propter prædones non tutum esset, ibi transire. Postea verò, Latrocinia Cæsares & Principes sustulêre. Initio pagus erat, in potestate nobilium à* Sachsenheim. *Postea, cum in alienas manus venisset, in oppidum excreuit: ac Cæsarea priuilegia accepit.*

Mutatum est vetus nomen, Hût dich da/ *in vocabulum Bietigkaim, tanquam contrarium superiori:* Beit/ jetz kain: *id est, Expecta, nullum iam est periculum: omnia sunt à Latrocinijs tuta.*

Oppida & vicos multos, vicina habet: vt, Besikaim, & Binnikaim, maius & minus Saxenhaim/ *& Aspergensem arcem munitissimam.*

Multæ circum oppidum scaturigines aquarum, quæ tubis intrò deriuantur: ita, vt qualibet propè domus fontem habere posset, si opus esset.

Copia frugum & vini, circùm nascitur: nisi quando Deus peccata hominum, sterilitate punit. Ea bonitas vini est: vt Augustam, Vlmam, & aliò, exportetur.

Nam nec Zabergæa longè abest, nobilitate vini celebrata.

Fructus arborum, olera, legumina affatim. Sic & piscium facultas, propter aquarum copiam. Syluæ circùm amœnissimæ: Aër, commodus & salubris.

Oppidi portæ: Oberthor/ *ad Occidentem:* Vnderthor/ *ad Orientem:* Brunnerthor/ *ad meridiem:* Schirgerthor/ *ad septentrionem.*

In Ecclesia, verbum Dei purè sonat: nec deest sua schola: iuuentus diligenter in catechetica doctrina instruitur: Respubl. ab idoneo Magistratu regitur: ciuium boni mores sunt, & mutua concordia.

Archigrammateus ibi prudentia & literis valens, Moses Hormoldus: *filium habens. M. Ioannem Sebast. Hormoldum.*

BESIKAIMVM.

Besikaim. *Nomen hoc habet, quasi* Böß—Eck, *Malus angulus: propter arces duas ibi vetustas: ad quarum angulos, turres rotundæ eductæ sunt. Inde raptores quondam erumpebant: qui prætereuntes intercipiebant, spoliabant, occidebant. Quod propter amnium quoque commoditatem facilius fieri poterat: Entio prope Besikaimum in Nicrum incurrente. Prædonibus autem sublatis: oppidum hoc inter arces illas commodè constructum est. Montes ibi vitiferi, agriq; frugiferi, horti, prata, syluæ. Piscium copia ex præterfluentibus Entio & Neccaro. Ædificia, mediocria: Templum in superiori parte oppidi, satis pulchrum: in quo via salutis æternæ rectè docetur. Præfecti, Maior & Minor, Magistratusq; reliquus, officium faciunt. Portas habet oppidum* 4. Entothor/ Neckerthor (*quoniam ad eos fluuios sunt*) Oberthor (*quia in superiore oppidi parte*) Bietikaismerthor/ *Bietikaimum ducens. Habitauit superioribus annis ibi nobilis quidam* Sturmfeder: *qui accepto damno ex incendio, excessit. Ei postea Spætus successit: & in arcem instauratam immigrauit.*

BRACKENHAIMVM.

Brackenhaim. Magenhaim. Monhaim. *Situm est in Zabergæa, vbi fluuius est Zaber. Pertinuit olim ad Barones de Magenhaim.* (*al. Dominos de Monheim*, auff Magenheim damals wonhafft gewesen) *qui etiam possederunt arcem Blanckenhornam: & sine dubio aliquot ibi vicos. Corruptè videtur castellum nunc vocari Magenheim pro Monhaim. In illorum enim insignibus erat luna. Sepulti sunt eorum duo, extra oppidum, in choro Ecclesiæ S. Ioannis, quæ Cathedralis quondam erat, inter Brackenhaimum*

mum & Bottenhaimum. In templo verò cathedrali S. Iacobi, quod intra oppidum est, campanæ inscriptum aiunt, tanquam vetustissimæ, numerum annorum Christi 497. quod ego miror, si tunc campanæ fuerint fusæ, peruênit empttone ad VVirtembergenses oppidum. Portæ 3. sunt: Schloß thor / Marckthor / & Neuwthor. Quarum primæ nomen est à duabus magnificis domibus, tanquam arcibus, in plano sitis. In earum vna, præfecti maioris habitatio est: vt his annis, Sebastiani Shaubelitski Bohemi. Concionatorem 1589. Brackenhaimi agebat M. Ioannes Liebler, M. Georgij F. physicæ apud nos Doctoris.

Pagi præfecturæ Brackenhaimensis.

Kirchhaim Nicri. Meimshaim. Bottenhaim. Oberbronn. Hausen. Durrenzimmern. Haberschlacht. Klainen Gartach, oppidulum ad Leimburgum. Niderhofen. Stetten. Grossen Gartach. Northaim. Hofen.

BACKNANGA.

Oppidum positum ad amnem Murrham, qui in Nicrum defertur. Fuit olim Marchionum: quorum aliquot ibi sunt monumenta. Backnanga.

Hac cubat Hermannus, Badensis Marchio, tumba:
Qui clausstri & Templi conditor huius erat.
Anno milleno moritur: centum quoque subdas,
Terque decem, à puero, quem pia virgo parit.
Huc dum transfertur cum posteritate: fluebant
Quindecies centum cum tribus, adde decem. Epitaphia Badensium.

HAIMSA, vel Haimshaim.

Partim VVirtembergensium est, partim nobilium de Gemmingen. Ibi namq; olim habitarunt nobiles, Schmalstainij nominati, de quibus VVirtemberga partem suam emit. Insignia, eius sunt duæ inuicem decussatæ spicæ flauæ, in viridi planitie. Sita inter Glemsum & VVirmum fluuios, atq; inter op. VVilam & Dieffenbrunam. Ibi & Haimertinga est, aliquando nobilium Haimertingensium: & Mærcklingen, vbi nobiles erant, Pfaffingeri dicti. Haimshaim.

BINNICA, vel Binnicken.

Oppidum Zabergææ fertile & amœnum, Ecclesiâ & schola probè instructum. Diuisum in plures partes: vt in Moguntinam, Gemmingicam, Saxenhaimicam, Liebenstainiam, & Neidpergicam: quòd Episcopus Moguntinus, præcipuas partes ratione tutelæ ibi teneat: & nobiles hæ familiæ, ius ibi habeant Hereditarium, als eins Ganerben Hauß. Monasterium sororum erat Minoritarum: & fœminarum Monasterium, in vineis situm. Aguntur interdum conuentum ibi, hæreditarij illi nobiles: qui dies vocatur Ganerbentag. Non longè inde Michaëlius mons est: in cuius vertice, Templum, vineis circundatum. Binnickaim.

NEOPYRGVM, vel Neuburgum.

Ad amnem situm est Entium, cum castello. Quod etsi oppidum est paruum: tamen est præfecturæ sub qua, bi vici, vel pagi. Neupyrg.

Birckenfeld, inter Neoburgum & Pfortzhaimum: distans ab eis, vnam ferè horam. Birckenfeld.

Fundatores huius parochiæ, fuerunt 1490. die Lætare. Ioannes de Haslach, & vxor eius Margareta, ciues Noribergenses: penes quos, & genus eorum, ius conferendi illam erat. Anno autem 1520. eò collocatus fuit M. Ioannes Franck, à filio Henrici Bauri Noribergensi.

Veldrench: habens templum & pastorem: cuius conciones accedunt vici bi, qui non longè inde, nec longè inter se distant: Schwann / Conweiler / & Dennach. In vico Schwann est arx: quam ante triennium, priusquam moreretur, inhabitabat nobilis vir, VVilhelmus Schæner à Straubenhart. Cuius frater, Vitus Schæner à Straubenhart, præfecturam Neoburgi gerit: vir rei bellicæ peritissimus: eoq; nomine, à Duce Ludouico conductus. Veldrench. Straubenhart.

Dobel, pagus Herrenalbam versus (Monasterium in monte altissimo, cum syluis circumquaque celeberrimum) magna in solitudine: ita, vt propter incommoditatem vix inhabitari possit: lupis etiam hyeme, victus causâ molestiam exhibentibus. Dobel.

Calmbach, ad minorem fluuium Entium. Incolæ sacras conciones visitant in Thermis Callebach: ferinis.

Zu den Höfen / etiam prope Entium. Audiunt conciones Neoburgi. Sic & vicus VValdrench.

Langen-

Langenbrand. *Langenbrand: pagus ante annos 13. ferè totus igni consumptus. Ecclesiastem habet, quem etiam pagi audiunt Engelsbrandt & Kapfenen: qui cum superioribus claudunt Hercyniam syluam: & propter incommoditatem locorum duriter victum quærunt. Fundarunt olim Langenbrandensem parochiam, nobiles & strenui viri, Conradus Saur à Giltlingen eques, & frater eius Gumpoldus, Neuburgi habitantes, Ecclesiæ Bretzingensis aduocati. Nunc VVirtemberg. Dux, collator est. Eò ordinatus à consilio Ducis Vlrici 1534. Fridericus Myller Hanouius fuit.*

Græuenhausen. *Græuenhausen, Obernhausen, Ornbach, Obernvelspach, Ottenhausen, Ruodperspach. Distant omnes à Sylua Hercynia spatio ferè vnius horæ: & fœcundam terram habent, ipsi & sequentes vici omnes. Generosum enim producunt vinum, & omnes generis vtiles fruges. Conciones Græuenhausensis Ecclesiæ adeunt quatuor vici, quos proximos post Græuenhausam posui, propter vicinitatem. Ottenhausensem verò concionatorem Ruodperspachenses audiunt: quia vicini admodum, ita vt reuera vnus pagus sit. Sequentes vici, duarum vel trium horarum interuallo, à Neoburgo distant: inter quos præcipuus est Langensteinbach: vbi amplius ducenti ciues viuunt. Ibidem cœnobium, vbi quondam sacræ virgines alebantur: pro quibus nunc redituum principalis receptor est Ioannes Brotbeccus, M. Eus. Stetteri affinis.*

Spilberg. *Non longè distat pagus Spilberg, in medio syluæ situs. Sacellum ibi quoddam est. Ideo à Langensteinbachensi concionatore, eò ascendente, verbum Domini ibi doceri solet.*

Vicinissimum est Templum in solitario monte: quod appellatur S. Barbaræ Templum & mons: olim à Monachis, ad honorem huius Diuæ ædificatum. In quo Templo, adhuc reliquiæ Sanctorum, & ornatus varius, restant. Affixa ibi sunt 4. cornua taurorum prælonga & permagna, fortassis tripedalia: à quibus taurîs omnia, quæ ad illud Templum necessaria ædificandum fuerint, aduecta fabulantur. Circum fanum hoc, sylua ingens & densissima est, procerarum varij generis arborum. Est etiam planicies circùm, absq; arboribus. Huc magno numero homines, circa S. Barbaræ diem, mercatus causâ conueniunt quotannis, præsertim equorum.

Grunenvvetterspach. *Est eiusdem Neuburgensis præfecturæ pagus, ciuium plus centum: qui nomen habet Grünenvvetterspach: patria honesti & eruditi iuuenis, Simonis Scharpfij: qui die S. Iulianæ hoc anno, Magisterij philosophici honore apud nos ornatus est. Situs in valle minimè inamœna: Vineis bonis, & cæterâ terræ vbertate, præditus. Templum ibi satis amplum, cum turri quadrilatera, varijs coloribus ornata, fastigio in modum cuspidis educto. In vtroq; latere clauditur oppidis, Durlaco & Ettlinga: quæ vtraque inde absunt vnius horæ spatio. Conflagrarunt in hoc pago, anno 1582. Febru. 12. domus 13. & horrea 8. Nemo tamen hominum, præter puerum 7. annorum.* Incendium. *Hic enim à patre ereptus, eum reliquit: & eo nesciente, domum suam repetens, in suum lectum se recepit: pro simplicitate sua putans se in tuto asylo esse. Sed postero die semiustus & exanimis repertus est. Vaccæ quoq; flammis haustæ sunt amplius 20. & oues fermè 200. Tam repentina autem peruasio fuit ignis: vt adultæ, & paruulæ etiam puellæ, vix nudæ è lectis euaserint. Quæ domum pastoris Ecclesiæ Caspari Scharpfij, cui filius est supradictus M. Simon, confugêre: quas huius Simonis* Mulieris pietas. *beata Mater Vrsula camisijs, & alijs linteis, piè & amanter velauit. O virtutem, Christianæ charitatis indicem euidentem, atq; diligenti studio vsurpandam. Esa. 58. Ne abscondete à carne tua. D. Basilius. Succurramus miseris.*

Misericordiæ adhortatio. Ἐν καιρῷ ἀλιείας τοὺς περιοικοῦντας μέλει τῶν ἀδελφῶν, ἔστιν ὅτε πρὸς ἕνα τῶν ἑνὸς ἡμῖν, καὶ ἀδίδακτοι εἰσὶ καὶ ἀπόλωλόν ἐσμεν, καὶ συγγένεια σῶμα σπασθέντες ἐσμὲν. Κἂν τὸ συγγενὲς σῶμα σπασθέντες ἐσμὲν τοῦ ἡμετέρου σώματος, ἵνα καὶ βλάπτωμεν ἑαυτοὺς, μᾶλλον μέγα βλάπτομεν ἡμᾶς: καὶ πολεμούσης, μᾶλλον δεῖξαι νικῶμεν: καὶ περιόντων τὴν ἀπορίαν τῶν ἀδελφῶν, ὑπὸ τῆς ἡμετέρας φιλοτιμίας φανερὸν νικώμενοι. Ita etiam illi agricolæ, qui voraci igne ad egestatem redacti fuerant, aliorum liberalitatem experti, alleuamentum suæ calamitatis acceperunt.

Alij vici. *Subsunt eidem denique præfecturæ, etiam bi duo vici: Dyrrenvvetterspach, qui concionem Grünenvvetterspachenses frequentat: & Muschelbach, quem etiam ex diuino verbo erudit, decimo quarto quoquo die ascendens, idem Pastor Grunenvvetterspachensis.*

ZAVELSTAIN.

Zauelstain. *Oppidum & arx est, non procul oppido Calua, & cœnobio Hirsaugia: olim, peculiaris ditio. Sunt in oppido, tantùm 14. domus, & Templum: quod 1578. de nouo ædificatum, antiquo choro adiunctum est. In choro sepulcrum est nobilis viri, Iordani (von Braitenbach zu Rostwis vnd Zauelstein) Archicynegi VVirtemb. Ducis: qui 1593. Decembr. 28. obijt. Arx planè vetusta est, Ogygia formæ, alti & pinnati muri, hederæ folijs circumserpentibus. Inerat post mortem Iordani,*

vidua

vidua ipsius & aliæ nobiles mulieres, pestem 94. Tybingensem fugientes: quando nos Academici, partim Herrenbergam, partim Caluam, concesseramus.

Filiæ, id est, vici, Zauelstainensis concionatoris, M. Georgij Molitoris.

Tainach (vbi balneæ acidulæ) Summenhart, Spaßhart, VValteschvvan, Roytẽbach, Imberg, Schmie, Kahnte (2. domus, & fanum) dictum à S. Canisio, vel Candido. Descenditur autem ex altißimo promontorio, in quo Zauelstain situm, in vicum Tainach, montibus cinctum, in valle profunda situm, tanquam in Zauelstaini suburbium.

BVLACHVM.

Situm inter VVildpergam & Caluam, ad Occasum. Habet aquilam nigram vnicipitem in campo flauo. Quæ insignia dixêre senes, sibi à Cæsare Ruperto (qui 1402. circiter imperauit) data esse. Fundamentum etiam lapideum, ædificatum, imponendæ arcus causâ. Sed in Italiam expeditione suscepta, mortuum esse. Bulach.

VVEILHAIM.

Oppidum ad Lauteram fluuium: vbi oppidum Owa, & Teccensis mons: quod olim Aichelbergensium Comitum fuit. Insignia eius cærulea clauis in albo scuto. Insignia Comitum, rubeum scutum: in cuius parte quadam, paruus angulus albus, (ein kleine weiß Ecklin) & in galea, rubea ala: in qua itidem, talis angulus. VVeilhaim. Aichelberg. Cõmites.

Quodam tempore, vt dicitur, quidam Comes Aichelbergensis, cuiusdam Austriaci Domini Dux militiæ fuit, In quo ita se gessit: vt ab Imperatore Romano Insignibus suis priuatus fuerit: ita, vt in perpetuum non amplius appellaretur Comes ab Aichelberg. Postea ratione pignoris, ad VVernauios Aichelberga vênit: à quibus, eâdem ratione ante amplius 120. annos, ad D. VVilhelmum de Zylnhart: & ab hoc, post mortem Comitis Vlrici VVirtenbergensis, ad Ducem Eberhardum, qui ab illo redemisse perhibetur. Concidit arx, parte tantum muri remanente. In monte autem, qui ad VVeilheimum est, & Michaëlis mons, vel Limpurg, nominatur, Comites vetustis temporibus habitârunt: qui in literis se nominarunt Comites à Limpurg: & pro Insignibus habuerunt rubram aquilam in albo campo: supra quem, candidam pilam niueam. Nostro seculo, nulla arx amplius. Supra VVeilhaimum, fragmenta castelli Erbkonberg erant: quod Zæringensium fuisse dicitur. Aichelberga, variorum dominorum. Limpurg.

Plura VVirtembergiæ oppida: de quorum nonnullis (vt & de præcedentibus) hinc inde in Annalibus Scriptum est.

Ad Heuburgum montem, Rosenfeldum. In Alpibus, Ebingen & Minsingen.

Ad fluuium Nicrum, Nyrtingen, VVendlingen, Lauffa. VVendlingã Dux Vlricus 1544 de VVolf. à VVernau XXX. millibus fl. emit.

Ad Steinachum, Neiffen oppidum: & in celso monte, castrum Nerffen.

Ad Lauteram, Kirchen, oppidum & arx.

Sub præfectura hac Kirchensi sub Teccia, continentur hæc loca. VVeilhaim, & Owa, & VVendlinga modò nominata, tria oppida. Deinde pagi, Dettingen, Brucken, Vnderlenningen, Oberlenningen, Gutenberg, Iesingen, Ombden, Zell, Aichelberg, Holtzmaden, Hepsisaub, Nebern, Bißingen, Notzinge, Roßwelden, Ettlingen. Itẽ villæ (Weiler) Schlarstall, Bluenspach, Eckwelden, VVellingen, Sulpach, & Lintdorff. Hæc, de Kirchemio oppido. Iam de locis etiam aliorum fluuiorum. Oppida VVirtemb. plura. Kirchaim.

Inter Remsam & Murrham, VVineda. Ad Murrham, Murrharum, oppidum & Monast.

Ad Kocham, Neostadium.

Ad Iaxtum, Meckmyla. Quam Dux Vlricus 40000. Florenis à VVirceburg. capitulo rursum ad se redemit. Anno 1542.

Prope Botwvarum, oppidum Botwvara. Virgo, antiqua Dux Sueuiæ, olim in fano D. virginis extra Botwvaram sepulta fuit.

Illo in tractu, oppidum Beilstein. Inter hoc & Oberstenfeldense Monasterium, in valle prætensi, dicuntur quotannis congregari Ciconiæ turmatim: deinde auolare, insistere nauibus, & ita maria transuolare. Ciconiæ.

Ad Zauberum, Giglinga.

Prope Maulbronnam, Knittlinga, patria Stephani Gerlachij Theologi.

Ad Entium fluuium, VVildbad, & Vaihinga, oppidum atq; arx.

Ad Glemsam, Grüninga: & Leonberga, 1248. condita, à VVirtembergensi Comite.

Ad

Ad amnem Nagoltum, VVildperga, Nagoltum oppidum & arx, atq; Haiterbachum.

Ad Aichum, Gretzingen & VValtenbuch.

VValtenbuchum Reinoldus, & F. eius Conradus, Duces VRSLINGENSES, cum vicis eò pertinentibus, vendiderunt Comitibus VVirtemberg. Eberhardo & Vlrico, 1363. anno.

Dornhan. *Ad syluam Hercyniam, Dornstetum, & Dornhan: in cuius Scuto, gallus gallinaceus insistit spinis: licet aliàs Dornhain & Dornhaim dicatur.*

Ad Gutachum fluuium, Hornberg (Baronum olim Hornbergensium) oppidum & arx.

Schiltach. *Schiltach, oppidum & arx iuxta riuum cognominem, in Kintzgerica valle. Ea ambo supradictus Vrsling. Dux Reinoldus, VVirtemberg. Comiti Eberhardo 1389. anno, VI. millibus Aureorum vendidit.*

Nagolt. *Oppido Nagolto & agro (vt hæc quoq; adijciam) hoc tempore præsunt hi: Præfectus maior, nobilis Carolus à Remchingen; Præfectus minor, Conradus Vaius: filium nunc Ioannem Conradum, in studio Tybing. habens, bonæ spei. Ecclesiam gubernant duo Magistri: Ludouicus Kratzer, Pastor: & Ernestus Rentzius, Abbatis Diuo Georgiani F. Præfectura hæc subiecta sibi habet: Haiterbachum oppidum & sequentes vicos: Bondorffum, Hochdorffum, VVartum, Ebershartum, Beihingam, Bæsingam, Schietingam, Schvvandorffum, Emingam, Iselshausam.*

Adijciam & mercatus aliquot anniuersarios ciuitatum VVirtembergicarum, & quarundam aliarum.

MERCATVS STVTGARDIAE.

Mercatus anniuersarij. *Vnus, die Martis ante Dominicam Lætare. Alter, postridie Exaltationis Crucis. Sed si dies hic fuerit Veneris, aut Sabbati: mercatus in diem Lunæ differtur.*

TYBINGAE.

Prior, die Lunæ post diem S. Georgij. Posterior, die Lunæ post S. Martini.

SCHORNDORFFAE.

Vnus, die Martis Pentecostes. Alter, S. Elisabetæ die.

VVAIBLINGAE.

Prior, die S. Vlrici. Posterior, die S. Michaëlis: aut die Lunæ post Michaëlis, si hic in diem Sabbati incidat.

CANSTADII.

Postridie Festi Simonis & Iudæ: nisi hoc in diem Veneris Sabbative incidat. Tunc enim in diem Lunæ differtur.

CALVAE.

Primus mercatus agitur die Martis post Innocauit.
Secundus, die Sabbati ante hebdomadem Crucis.
Tertius, die Exaltat. Crucis.
Quartus, die S. Nicolai.

LAVFFAE.

Die S. Regis vvindæ (an S. Reinsen Tag) octo diebus post Chiliani.

GRYNINGAE.

Primus, die Conuersionis S. Pauli.
Secundus, die Veneris post Ascens. Christi.
Tertius, die Veneris post corporis Christi.
Quartus, postridie Bartholomæi. Qui dies si Veneris aut Sabbati sit: mercatum diei Lunæ accipit.

VVINEDAE.

Prior, die Martis ante Bacchanalia. Alter die Mercurij post catenas Petri.

MARPACHI.

1. *Postridie VValdpurgis. 2. die S. Mart. Aut, propter diem Veneris Sabbative, die Lunæ.*

BACKNANGAE.

1. *Die S. Pancratij. 2. die Lunæ post Dedicationem templi: nempe octauo die post Dedicationem VVinedensis templi: quæ est die Dominico post Bartholomæi.*

BIETIKAIMI.

1. *Die S. Laurentij. 2. Die S. Nicolai.*

BINNI-

BINNIKAIMI.

1. *Die Lunæ S. Crucis inuentæ. 2. Exaltatione S. Crucis, in Septembri. 3. S. Catharinæ.*

BESIKAIMI.

1. *Die Martis in altera Quadrageſimæ hebdomade. 2. Die S. Lucæ.*

GOEPPINGAE.

1. *Die quinto poſt Barthol. 2. die S. Martini. 3. die S. Nicolai.*

KIRCHAIMI.

1. *Die S. Ioan. & Pauli. 2. die S. Galli. Sed poſterius, die Lunæ omnium Sanctorum.*

NYRTINGAE.

1. *Die Lunæ ante Bacchanalia. 2. poſtridie S. Laurentij: aut propter Sabbatum, die Lunæ pòſt.*

ESSELINGAE.

1. *Die Lunæ Pentecoſtes, nempe octo diebus pòſt. 2. die S. Catharinæ.*

HAILPRVNNAE.

1. *Die Martis in Pentecoſte. 2. die S. Chiliani.*

HALAE SVEVICAE.

1. *In prima hebdomade Quadrageſimæ. 2. die S. Iacobi. 3. die S. Michaëlis. Nundinæ, poſt natalem Domini.*

VVISENSTAIGAE.

1. *Die S. Vlrici. 2. die S. Mauricij. 3. die omnium animarum.*

NOTATIO BREVIS ALIQVOT VICORVM ET ARCIVM, præſertim circa Tybingam.

CAPVT XI.

LVSTNOVIA.

SEmihoræ ſpatio vicus hic à Tybinga diſtat: à poſteriore parte Anatolici montis poſitus: in quo Eccleſia & paſtor eſt: caterâq; commoda, vitæ ruſticæ neceſſaria. Habuit olim nobiles, de Luſtenovv appellatos: à quibus initium exiſtimatur factum, ante palatinos Tybingenſes, Monaſterij Bebenhuſani. In eo ſepulturas quoq; habent. Inter multos etiam nobiles, qui 1377. anno ante Reutlingam in pugna ceciderunt, Ioannes Luſtnouius inuenitur. Signauit literas quaſdam 1445. Oſterlagus de Luſtnovv. Geſtauit ſcutum glaucum: in quo album ceruicaput, albis cum cornibus. Super galea, alba item cornua ceruina. Galeæ tegmen, glaucum & album. Addam hoc quoq;. Eorum quidam nuncupati fuêre, Mortui de Luſtnouia: Luſtnouij nobiles.

Nobilis enim quidam Luſchnouius, quondam pro mortuo elatus, & depoſitus, noctu redijt vinus: linteo, quo exportatus fuerat, amictus. Qui vix ab vxore receptus, poſtea liberos adhuc quinq; genuit: qui appellati ſunt, die Todten von Luſtnow. Mortui Luſtnouij.

AENTRINGA.

Pagus ſatis magnus & fructuoſus, cum Eccleſia & paſtore (antea 1566. M. Iodoco Neobolo: hodie verò 1593. filio eius M. Ioanne Neob.) ſemimilliario maiore à Tybinga. Hohenæntringen.

Non longè inde, caſtellum Hohenæntringa: in quo circa 1417. habitarunt quinque nobiles cum vxoribus: qui genuerunt centum liberos: è quibus fuit Georgius de Ehingen, eques auratus: de quo, multa in 3. parte Annal. lib. 8. cap. 2. & 6.

Videtur autem antedicto Eccleſiaſtæ ibi, M. Ioanni, Entringen dictum eſſe ab E. N. T. R. id eſt, equites Neronis tributarij Rom. (Romanus ſc. olim in hac terra verſantibus) ſed INGEN terminationem, ſignificare indigenas. Sic vicinum pagum Pfæffingen, quaſi P R Æ F. appellatum, id eſt, Præfectorum militarium ſedem. Sic ibidem Iſingam, ab ISIDE ibi culta. Sic Boltringen, ab Apolline. Alia loca, huic pago vicina. Sylua Schonbuch, vallis Amerana: ponè caſtellum Æntringen, vicus Hagenloch, olim oppidum. Vnde fortaſſis ortus fuit Aichſtetenſis 1322. Epiſcopus Marquardus, nobilis ab Hagenloch. Debinc, Monaſterium Bebenhuſanum. Circum Hohenæntringam, indicia quædam arcium deſtructarum ſunt: quarum nomina ſuperſunt. Vt, Müneck, vel Muheneck, vel Mugeneck: non longè à vico Braitenholz. Vt, VVehingen, prope pagum Iſingam. Inter VVehingam & Hohenæntringam, eſt caſtellum Roſeck. In pagi autè Æntringæ loco editiore, vetus & ruinoſa domus eſt, dicta Graneck: hodieq; ſedes nobilium de Gyltlingen. Ingen terminatio. VVehingen. Graneck.

Altingen. Non longè inde quoq; distat vicus Kai fontibus carens. Item, Altingen: vbi Vlricus & Henricus, domini de Schelcklingen, & Schelcklingensis comitissa Luitgardis, Rudolpho Tubing. Palatino nupta, bona sua sita, anno 1299. vendiderunt Monachis Bebenhusanis, 700. & Hallensibus. Fortasse, quòd in his locis (vt M. Neobolo videtur) non satis fuerint tuti: cùm antehac 1279. quidam Schelcklingensis, prope portam Nærdlingæ, Bauarum Ducem Ludouicum confodisset. Ex Altingen descenditur in Reichstein (vulgò, Reisten) vbi sacellum in colle conspicitur, S. Eulogio Hippiatro sacrum: quod putarentur omnes equorum morbi, votis illò nuncupatis, curari. Ænitringæ denique possessores, quondam Aentringer—Herren nominabantur. Et Spirensem Episcopatum, circa Domini 1226. annum, Berengarius (potius Auberlinus, ex nomine Alberti) administrabat.

Reisten.

GINNINGA.

Stæffelij Barones. Quondam oppidum fuisse fertur, ditionis Baronum Stæffeliorum. Proximè ibi mons est, der Stöfflerberg vocatus: in quo ante plurimos annos Arx Stæffel fuit, illorum Baronum domicilium.

THALA, VEL THALHAIM.

Iuxta hunc pagum mons est Farrenberg. Ibi arx olim fuit Andeck: quam Schenckij de Andeck incoluerunt. Et quidam postea nobiles, se Schencken von Stauffenburg zu Andeck / in literis scripserunt.

BODELSHAVSA.

Bodelshausen. Ibi aliquando habitaculum nobilium de Owa fuit. Eius areæ ante multos annos horreum VVirtembergense, ob decumas ibi reponendas, superædificatum est.

TVSSELINGA.

Tußlingen. Pagus & hic est, à Tybinga per Steinachiam vallem meridiem versus ascendenti situs. Ibi parua arx Herterorum Hertneckiorum Nobilium est: qui quondam multa circum eam regionem possederunt.

N OE R A.

Nœra. Ibi arx olim stetit, nobilium Noranorum de Nœra habitatio. Quæ familiæ iam dudum interijt. Gestabant albam lunam in rubro campo, cum quatuor stellis albis. In galea, lunam albam, cum alba stella. Non longè abest Megentzerorum arx, Furst appellata.

IETENBRVCK.

Ietenbruck. Arcem quondam in eo vico habuerunt nobiles, de Ietenbruck dicti: qui nec ipsi amplius supersunt. Ita genus interit, genus emergit. ἀνθρώπων γενεὴ, ἡ μὲν φύει, ἡ δ' ἀπολήγει.

DETTINGA, &c.

Dettingen. Nec huic vico, vicina olim arx defuit, Schloßberg nominata. Feiuini tenuerunt: postea, Graueneccij. Bello rusticano perdita est.

Mansberg, arx. Prope Dettingam, etiam Mansberga arx fuit, à Mansbergijs habitata. Gestabant albos & nigros cuneos, ceu latos lapides. In galea, similes cuneos. Vestigia tantummodò, reliqua: iam pridem à Dettingensibus empta.

VVielandstain. VVielandstain, erat quoq; olim arx; postea verò, rudera: supra Lenningen, à Schillingis possessa: quæ deinde Lenningensibus vendiderunt.

Randeck. Randeck, arx supra Neidlingam: quam tenuêre quondam Randeccij nobiles, postea (Ante 50. annos) Ioannes VVilhelmus Vetzer tenuit, Neidlingius.

NVSSDORFFA.

Nußdorff, vicus. Pagus est præfecturæ Vaihingensis, in monte altißimo, vallibus profundißimus circundato. Nomen habet à nucibus, quæ in eo loco plurimæ nascuntur. Castra ibi antiquis temporibus posita fuisse, aut exercitum transijsse, colligitur ex via, quæ nuncupatur Heerstraß. Nascitur propter hunc pagum, nobilis vini copia: nascuntur affatim fruges, poma, pastus pecorum, ligna è syluis, ex Amne Entio pisces. Arcem hic pagus habet splendidam, muro quadrato: cum turriculis ad singulos angulos. Intus, hortus iucundißimus, & varia ædificia. Incolit eam nobilis & laudatus vir, hoc tempore, Ioannes Iacobus Reischnacher à Reichenstain. Cui multi ex Nusdorffijs subiecti. Templa pagi, duo, satis ampla, multis columnis subnixa: vnum, in pago: alterum, priore maius, extrà pagum. Ibi, nobilium sepulcra & Epitaphia: ciues Nußdorffæ, ferè ducenti: doctrina Dei pura: Schola deniq; ad literas & catechismum discendum idonea.

Reischnacher.

MVLTA

MVLTA HIC AMPLIVS LOCA: HOLTZELFINGA, GREIFFENstainum, VVittelinga, Liechtenstainum, Honauum, Stainhulba, Grauenecckum, Klainængstinga. Præterea Heubachum, SamBartholomæum, Rosenstainum, Lauterburgum, HohenRechberga, Hohenstauffa, & VVembdinga.

CAPVT XII.

ACcepi superiore anno literas à viro erudito & honorando, M. Ioannezri Iacobæo: Pastore fideli Ecclesiæ, quæ est in vico Auracensis præfecturæ duobus à Tybinga milliaribus distante, nominato, Holtzelfinga. Quibus literis respondet ille mihi humanissimè, de multis locis & rebus, de quibus à me rogatus fuerat, Alpium Sueuicarum, & alijs in partibus Sueuiæ, populari lingua copiosè. Ex quibus locis ac rebus, Iudicio arbitrioq; meo huc præcipua transferam, compendio quodam comprehendens; quæ & mihi placent, nec alijs ingrata cognitu fore spero. Et alicubi aliquid addam. Ioanne Zri Iacobæo.

HOLTZELFINGA.

Situs est hic vicus, vbi terminantur Alpes: supra Alpium catabathmum, vel descensum, ab Austro Reutlingam versus proficiscentibus: in loco salubri, & per æstatem amæno. Aqua ibi viua, & bona: sed aliquanto spatio, ex catabathmo sursum portanda. Si in mõtes, occasum versus eas: longus est prospectus, ad Nicrum scil. deorsum, atq; adeo Aspergam vsq;. Si Vracum versus, nempe ad Orientem: longius prospici potest ab homine acuti visus: niues scil. videri Hercyniæ syluæ. Si aliquantum meridiem versus pergas: loca Algoia, montesq; niueos, cernis. Adeo montes ibi sunt aërij, id est, celsi. Holtzelfingen.

Multæ sunt circa hunc vicum villæ: quarum precium, sicut alibi etiam, nostris temporibus valdè creuit. Villa quippe ante viginti annos, Forensi 1200. vendita est: cuius non ita pridem partes diuisæ, singulæ nunc ferè eodem precio vendi possent. Antehac nemo illam recipere voluit: vt tantùm septenos farris & auenæ medimnos, inde Magistratui persolueret. Tandem quidam recepit, sed ita, vt tantùm decem solueret. Precia rerum crescunt.

Qui nolens domum ibi ædificare, nisi stramineam (quia retinere animus non erat) eam illis 1200. fl. vendidit: victumq; sibi Reutlingæ perpetuum in Hospitali emit. Circa Minsingam, vno milliari ab Holtzelfinga, tria iugera agri sunt, æstimata 150. fl. quæ olim possessor eorum voluit cuidam propria tradere: vt tantùm sibi vnum Annum pro eis seruiret: sed is recusauit.

Etsi autẽ super duris saxis Holtzelfingenses habitant: tamen agri eorũ fertilitate præstant. Frumenti tanta generositas est: vt pistoribus nullum gratius ad emendum sit. Genus rapi, succulentum, & longè optimum. Poma verò, propter sæuitiam hyberni frigoris, pauca ibi nascuntur. Quò autem magis in Alpes penetraueris: horrorem maiorem repereris. Vere Holtzelfingæ tepido, illic adhuc hyemale frigus est.

Pecore idem pagus abundat, lactis copiam suppeditante. Copia equorum quoque ibi est. Pabula enim optima.

Petræ circùm altæ sunt. Vna HonaVvam versus, Rætelstain nominata: propter rubricam, qua tegitur. Alia, Burgstain: quòd ibi arx stetit ad Greiffenstainios pertinẽs. Tertia, Rauchboll, celsissima & lapidosa. Qua virescente: pecori & iumentis affatim pabuli in campis inuenitur. Quarta & maxima: vti Greiffenstainiorum quondam habitatio fuit. In eo saxo quotannis nobile genus auium exceptatur, quas Blawfüß (quasi duas Glaucipedes) appellant. Eas in alia petra degens damnosum vulturum genus, Asgeier vocatum, lamare solet. Petræ ibi. Blawfüß aues.

GREIFFENSTAINVM.

Arcis nomen est (ad iactum tormenti bellici ab Holtzelfinga trans Zelleranam vallem sita) in qua nobiles Greiffenstainij olim habitarunt. Apparent adhuc fossæ: in summo specula fuit excubitorum. Inferiore loco altera stetit arx, à nobilibus habitata, in saxo paruo præcipitiq;. Infra montem, scaturigines aquarum bonarum. Ad eosdem nobiles pertinuit etiam vicina arx, dicta Hochbidegga. Greiffenstain, arx.

VVITTELINGA.

Post Auracum, Minsingam versus, vetus arx non magna est, hoc nomine appellata. Ibi tetra custodia est: in quam furtiui ferarum sectatores, & alij facinerosi, conijci solent. VVittlingen.

LIECHTENSTAINVM.

Interuallo ab Holtzelfinga bombardici globi, Meridiem versus, arx Liechtenstainia conspicitur Liechtenstain.

ſpicitur non magna: in ſaxo puro ſita: ita, vt inferiora eius conclauia, in petrâ incisa ſint. Hanc, vt perhibetur, anus quædam nobilis extruxit: cuius ortus, aut tempus, ignoratur. A ſenibus tamen memoratum eſt: illam, ſine arci impoſito, dixiſſe: Nunc ego, Dei amica: totius verò Mundi, inimica. Se namq; contra quoſuis tutam in ea exiſtimauit. Separata eſt hæc arx à cæteris ſaxis: ad quæ longo ponte adiungitur: ſub quo foſſa altiſſima, & petræ vtrinq; longis ſcalis ad aſcendendum indigentes. In extremo ſaxo, ipſa arx: ante ſe, trans pontem habens ſyluas: in altera parte amœnos hortos, prata, agros. Huic arci inſeruire vici gratis tenentur: exempli cauſa, vnus ligna ſecare: alius, eò vehere: alius, fimum egerere: alius, gramen demetere: alius, id torrere, & inuehere. Idem iuris arx Achelma à quinq; pagis tenet. Altam etiam Liechtenſtainum ciſternam, in petra inciſam, habet: in quam aqua de tecto deriuatur: extrinſecus, puteum altum, iuxta magnum horreum, in quo pecus eſt: & aquarium, aquâ ex tectis corriuata. Inferius, vbi catabathmus, eximius fons eſt, è ſaxo proſiliens.

Fronung.

Inferiore parte arcis, propugnaculum vetuſto more. Aliquantò ſuperius, præclarum equile, multarum ſtationum: & cameræ minores, pro cellis: omnia, in petras inciſa. Vbi per gradus aſcenderis: amplum clarumq; inuenis hypocauſtum, cum ſolo fuſilis operis: cuiuſmodi ſolum in alijs quoq; conclauibus & areis videas. Ante hypocauſtum, in pariete duplaris ſclopi. In ſuperiore contignatione, pulcherrimum eſt hypocauſtulum, vel anogæum, cum feneſtris circumcirca: ex quo Aſpergam vſq; proſpici poteſt. In eo non rarò princeps exul habitauit. Qui noctu ad arcem aduenienti, tantùm dixit, vir adeſt. Ita intromiſſus fuit. Eſt in arce deſcenſus per cochlidem, à ſummo ad imum vſque. Quo deſcendere tuſſius quidam illuſtris ante annos non multos, ab alio illuſtri Domino aliquandiu incluſus ioci cauſa detentus eſt. Non is expers iræ: ſed res in riſum verſa eſt. Deſpectum deniq; hæc arx, in anteriore parte Orientem verſus, horribilem habet: tanto præcipitio, vt pauci ſint, qui non refugiant oculis.

βλιτροιχος ὑπερτεμνῶν.

HONAVVM.

Honavv vicus.

Sub hoc petroſo ſaxo, loco valdè profundo, ſitus eſt vicus Honavv: poſt quem, ad ſagittæ ictum, è petra riuus pulcherrimus erumpit Echizus nominatus. Hic agitat multas molas papyrias præſertim: nutrit aſchias trutas, & varia minutorum piſcium genera. Pfullingam perfluit, iuxta principis ædem. Reutlingenſium ciuitatem præterlabens, non procul à Luſtnouia in Nicrum defertur. Naſcitur ibi magna vis oleris capitati, & capæ. Breuis in die ſol: hyeme autem, rarus. Ad meridiem verſus, pagi Hauſa & Oberhauſa ſunt: & inter eos fructuoſa pomaria, ac latomiæ, ſicut & Honaui. Inter ambos vicos, longa vallis aduerſus auſtrum: vbi etiam alti montes, & ſaxa. Præcipuè inter alias petras vna eſt: per quam ſpecus quoddam longiſſimè protenditur: in quod ſæpè ingreſſi cum luminibus homines, finem nullum inuenire potuerunt. Ad cliuum tamen periculoſum venitur: vbi rurſum lux eſt: & altè infrà, limpidiſſima aqua, ad fundum vſq; pellucida. Appellatur is ſpecus, nebularum foramen. Inde namq; nebulis tempore ſereno exeuntibus: pluuiæ & tempeſtates ſequuntur: hominibus hoc longâ experientia ſcientibus.

Specus in petra.

STAINHYLBA.

Stainhülben.

Iacet hæc principalis domus aduerſus meridiem, magno milliari à Liechtenſtaino. Nulla ibi aqua, niſi cœlo decidens. Si vnam horam ad occaſum eas: venies in oppidum Trochtelſingam paruulum: in quo, arx. Pertinet id ad Comites Fyrſtenbergenſes, VVerdenbergenſes, Hailigenbergenſes.

GRAVENECK.

Grauneck, arx.

Inde Orientem verſus, VVirtenbergici Ducis magnifica in monte arx eſt, Grauenecum nomine. Infrà, lacus magnus, vbi multæ ardeæ. Inde, ſpatio vnius horæ, Minſingam, Alpinum oppidum verſus (vbi, ædes principis) venitur.

KLAINAENGSTINGEN, cum Groſſængſtingen.

AEngſtingen, klein vnd groß.

Diſtant ambo vici inter ſe, in Alpibus ſiti, ad iactum bombardæ. In Groſængſtingenſi, nobiles Neuhauſenſes habitant. Klainængſtingæ, Euangelium Chriſti docetur: pertinetque vicus ad VVirtenbergicam Vracenſem præfecturam: Groſængſtingæ verò, religio papalis vſurpatur. Collatura Eccleſiæ Klainængſtingenſis, Neuhauſenſium eſt: eiusque mortui, Groſængſtingæ humantur.

Frei Aengſtingen.

Klainængſtinga, aliter Freiængſtinga nominatur. Putãt natu maximi incolæ, hãc eſſe cauſam: quòd

quòd ibi priscis temporibus Barones liberi habitauerint. Se ex maioribus suis audiuisse. Nullæ literæ hac de re sunt. Barbaries enim tunc erat: nondum Academia Tubingensis: nondum eruditi viri, & inuenes: nondum φιλόμουσοι. CRVSIVS huc venerat vllus, qui talia notasset. Priscæ barbaries.

Etsi hæc non multi, ne hodiè quidem, curant. Ego verò, mihi cunabulam etiam Iapheti & Sueui Regis, ante oculos esse, optarem. Nec minus, Ducum Sueuiæ, qui occidenti imperarunt: atque Irenæ quoque (al. Mariæ) Græcæ, Philippo Barbarossæ filio nuptæ, Hohenstauffæ luctu extinctæ, Lorchæ consumptæ. Illis temporibus ego φιλόκωμος aliquid valuissem. Sed Deo gratias ago, me sub Euangelio humilem viuere. Tamen antiqua indago. Nemo hæc curat: sed potius obstat: Cùm tamen Cicero dicat in Oratore: Nescire, quid, antequam natus sis, acciderit: id est semper esse puerũ. Si ego habuissem ad Sueuicos Annales subsidia, quæ requirebantur: maiora & plura scripsissem. Præsens etiam contemptus.

Sed ad Klainængstingam reuertar. Nam & ego paruus coanguslor: atq, senem circumueniunt incommoda multa. Klainængstinga pertinet ad Pfullingensem curationem speciatim: sed ad Vracensem præfecturam generatim. Es gehört gen Pfullingen ins Ampt: Aber gen Vrach in die Vogtey. A Pfullinga (non longè à Reutlinga dissito vico egregio) ad Danubium versus vno milliari distat: ab Auraco verò sesquimilliari. A secus Kleinængstingam, via Riedlingam per tria milliaria ducit.

In hoc pago, nempe Kleinængstingensi, medio circiter, inuentus est anno abhinc tertio & vigesimo, Christi sc. 1580. fons acidus: cõparabilis virtute vel Iebenhausensi fonti acido: qui non longè à Gæppingensi distat: & eiusdem cum eo efficaciæ est: nisi quod minus aquæ Iebenhausæ est, quàm Gæppingæ. Cùm Kleinængstingensis acida aqua elixatur: supernè spumam parit aurei coloris, ad glaucum vergentis. In cuius examine, Reutlingensis Medicus Alexander Camerarius, multum aluminis & sulfuris reperit. Occasio autem inueniendi huius fontis hæc fuit: quòd supradicto 1580. anno, aquæ penuriâ in hoc vico laboratum est. Itaque vt potus suppeditaret pecori: Vena quæsita est, & hæc reperta, in loco humecto. Foderunt agricolæ publico decreto. Sed, quod interdiu foderant, noctu concidit. Ideo decem circiter dies infodiendo & muniendo consumpti. Quò cùm deinde vnus, mox alius, inde tertius, descenderent: in deliquium animæ delapsi, extractiq, sunt. Altitudo fontis, est 24. pedum: isq, plenitudine sui exuberat, & bullit sursum versus: ita vt vicini nocte exaudiant. Qui si clauderetur, fortè faceret idem, quod in Teccensi tractu Hatten Hofensis fons. Klain Aengstingæ fons acidus.

Hic, cùm quodam tempore ab indigenis inclusus contactusque fuisset: omnia impedimenta libertatis studio dijecit. Proinde nihil ei impositum est, nisi crux lignea: vt euaporatio liberè esset. Potabilis tamen est absq, noxa. Ad quem cùm mulier, mensibus laborans, venit: munda fit ea è vestigio: ipse verò fons inquinatur, cute quasi rubida obductus: sed intra horæ spatium, suâ natura repurgatur. Ad leprosi quoque accessum decoloratur. Profuit autem Klainængstingensium acidularum lauatio non nemini: vt, Martino Fischæsio, cellario Pfullingensi, 1581. anno, deinde, Ioannezri nostro Iacobæo, & alijs. Fischæsius.

Effoderunt eiusdem pagi Rustici, alterum fontem, anno 1590. mense Octobri & Nouembri, spatio 20. passuum à fonte acido. Ibi duos Sarcophagos repererunt: quorum prior, ferè corruptus fuit: partibus tantùm, quæ abiegnæ fuerant, reliquis: alter verò ferreus, benè munitus, & aspectu ferè nouus. In quo, ossa quidem reperta sunt sed propemodum marcida: & lignum, lignei pedis referens speciem (qualis est calceolarij mustricola) superius etiam marcidum. Item aliquid argenteum, digiti longitudine, cum foramine, quo appensum fuit. Terra, quæ effodiebatur, quodammodo cærulea fuit: nec limosa, sed arenosa: neque densa. Sed laxa: pro natura locorum aquosorum. Fontis huius altitudo, propemodum 30. pedum est: & ipsa aqua, Cyanei coloris. Dictum est ab antiquis, sacellum in hoc loco fuisse: vt verisimile sit, Barones liberi Kleinængstingenses vici, ibi sepulturam suam habuisse. Alter fons.

Ita nihil de his certi scitur: sed coniecturæ aliquid indulgendum est. Tempus enim omnia obruit: nisi si quid Historicus, aut Poëta, ex lethæo (obliuionis) flumine educit. Temporis maleficium.

Hactenus, de his Alpium locis. Transiliamus nunc in Albuchensem tractum versus.

HEVBACHVM.

VVirtembergicum & hoc oppidulum est: situm vno milliario supra Gamundiam, Nærdlingam versus, semimilliario à fluuio Remsa, vno milliario à Kocha amne. Patria est. M. Ioannezri Iacobæi: ac stetit quondam in alto monte Hohenberg nominato: quando Gamundia tantùm erat telonaria domus: Stutgardia, equarum domus: nec Vlma, magna ciuitas, sed potius vicus. Tunc non Heubachum nominabatur, sed Hochstatum: sicut adhuc fossæ circùm apparent. Heubach oppidum. Hochstat.

Pertæsi autem posterorum seculorum homines laborem: quo portandæ erant fruges, & alia omnia, in montem arduum: casas infrà construere cæperunt. Ita Hochstatum paulatim exoleuit, & successit Heubachum: quod tamen & ipsum successu temporum imminui cœpit. Restant muri & fossæ: ac Templum alti & firmissimi muri, turriumq; in quo asylum quondam fuit, quod hodie non est. In eius choro humatæ sunt duæ honesti generis (Meulerorũ ex oppido VVembdinga) matronæ sorores. Eas enim Gamundia sepeliri apud se non siuit: eò quòd Euangelicæ fuissent: sed Melchior Brauch (consul 1576. qui alteram in matrimonio habuerat) à nobilibus VVellenvvartis impetrauit, vt eò veherentur. Vbi etiam Georgius VVelvvartus sepultus est (cùm aliàs huius familiæ nobiles Lorchæ sua monumenta habeant) & Ioannes Zri Iacobi pater, qui 21. annos ibi concionatus Euangelium est Ioannes Iacobus. Cæterùm syluosus nunc est ille prædictus mons vndiq; in quo adhuc Camera cellæq; reperiuntur: in eiusq; summo duobus locis aqua effluit perennis, brachij crassitudine. Infra fabulosum solũ est, cum scaturigine aquarum passim. In Albuchensi verò tractu nulla aqua: antequam stainũ perueniatur, vbi rursus aqua. Ad Meridiem, mons Hohenberg vallem profundã habet: vbi non longè ab Heubacho, multa ex quercu extant aquaria, pecorib. adaquandis commodissima, alia alijs profundiora, ex pura aqua fontana. Vtring, viridia & herbosa prata.

Meulerinæ matronæ.

VVellenvvarti.

Hohenberg, mons.

Heubachi nomẽ.

Heubachum autem meritò appellatur, quasi fœni pagus & riuus: quoniam per totũ milliare circùm, agros & prata habet. In illa valle Austrum versus, & magis retrorsum, metuendæ speluncæ in saxis sunt: in quas, temporibus bellorum homines confugerunt. Optima ibi aqua, sed & multitudo serpentum. In longiore recessu locus est, Teuffelsklling vocatus, Diaboli secessus. Magna ibi ascendenti saxorum copia: nec eò propter altitudinem montium, Sol peruenire potest. Itaq; & glaciem in æstate ibi reperias. Superius, ex paruo foramine, validum aquæ limpidæ flumen proruit: ac post gradus aliquot, inter lapides delapsum euanescit. In altioribus locis, Scopuli proni, præcipites, suscipientes terribiles.

Teufelsklling.

S. BARTHOLOMAEI VICVS.

S. Bartholomæi vicus.

Non longè ab Hohenberg, Albuchum versus, inter nemora situs est pagus Sam Bartholomæus: in quo singulis annis frequens mercatus agitur die S. Bartholomæi, à vario genere hominum. Nam extra pagum amœna planities est: in qua, alibi boues, alibi equi, alibi sues, alibi alia, venalia habentur. Præterea, intra pagum distinctis velut plateis, tanquam in vrbe pulchra, à Mercatoribus & institoribus, merces omnis generis exponuntur. Interdum, vilius ibi vinum est, quam aqua: quæ importatur, & ad mensuram venditur sed rarius.

ROSENSTAINVM.

Rosenstain, arx.

In latere, quod ad Orientem ab Heubacho vergit, vetustissimum castellum Rosenstainense est: separatum, quemadmodum Liechtenstainum, de quo suprà scripsimus: sed multò laxius est. Auorum nostrorum memoriâ ibi tantùm Castellanus vixit: magnusq; grex armentorum alitus est. Qui cùm die quodam pontem exiens superuisset: pons concidit, & homines paulatim se Heubachum contulerunt: Fuerunt in illo monte subterranei meatus: ad quorum ostium altè perfanæ enitendum erat. In altero latere, vestibulum castello fuit, æqualis cum hoc magnitudinis. Totius castri non minor erat amplitudo quàm Tubingensis arcis, præter fossas. Sub hoc castello, circumducitur angusta semita: quæ ad formidabilem specum tendit, semimilliare introrsum recedentem: & postea in proximo vico, per horreum Rustici exeuntem.

Specus.

Duo hoc viri, accensis facibus, transeuntes cognouerunt. Eadem semita in aliud saxum aliquantò inferiore loco, ducit. Ibi saxo veluti pulchri pedis dextri figura impressa cernitur. In altero monte, qui è regione est, & Schvvelberg appellatur, sinistri pedis vestigium æquè pulchri cernas. De quibus anicularum fabula est: Christum, Iudæos eò fugientem, illa vestigia impressisse. Inde auferunt aquam, oculis prodesse superstitiosè putantes.

LAVTERBVRGVM.

Lauterburg, arx.

A Rosenstaino Austrum versus, etiam Lauterburgensis arx in alto saxo est: quæ ad VVellenvvartos pertinet, cum pulchro pago pòst. In altero latere, ad Hohenbergicum montem venitur: cuius anterior pars, posteriore latior est.

HOHENRECHBERGA.

Hohen Rechberg. Vlricus, nobilis pius.

Vno milliario à Gamunda, Meridiem versus, Castellum Hohenrechbergense est. Ibi ante 18. annos viuebat nobilis Vtzo (Vdalricus) à Rechberg, pietatis Euangelicæ amantissimus: sicut cæteri, pontificiæ. Emerat ille Lutheri Postillam, & aliorum. Inde singulis Dominicis diebus, ipsemet conciones toti familiæ suæ recitauit: Psalmos antè & pòst cecinit. Rara auis in terris.

Cæterùm

Cæterùm arx hac, valde quam munita est. Superiore in parte, planities magna & amœna. Huc quotannis peregrinatio populosa fieri solita, ad formosam MARIAM Rechbergensem. De quolibet autem morbo, si de eo sanetur, homo ex voto donum affert. Vt, si de cruris doloribus conualescat: cereum crus ibi suspendit. Multa etiam ad collum Mariæ suspenduntur: & nonnunquam ridicula, atque adeo absurda, quæ nominare verecundia vetat. Tali tempore multæ tabernæ Institorum & Mercatorum adsunt. Fuit alter post priorem Vzo. Qui cùm interfecisset quendam VVirtembergicum ministrum: Ducis Christophori tantùm Schordorffensis præfecturæ bellica iuuentus, cum aliquot tormentis profecta, iuxta sacellum suprà, castra fecit. Erepserat Vzo in tutum. Sed mulier nobilis, filium vnà manu ducens, alterà claues castelli offerens, supplicibus lacrymis pacem exorauit. Satisfactio deinde haud leuis, secuta. Adolescentem postea sua intemperantia sustulit ante diem. Formosa Mariæ Rechbergensis.

HOHENSTAVFFA.

Inde pergenti Tybingam versus, spatio vnius horæ occurrit antiqua & nobilissima Hohenstauffensis arx: de qua sæpe & copiosè, in Annalibus nostris diligenter scriptum est. De cuius calamitate, senectute valde prouecta vir, Sculretus & caupo pagi Stauffa, anno millesimo, quingentesimo, octuagesimo octauo, hæc narrauit. Anno millesimo, quingentesimo, vigesimo quinto, Castellanum arcis quodam die Gæppingam, propter negotium descendisse, animo mox redeundi. Sed eâdem nocte, mediocri numero accessisse Rusticos. Satellites & custodes castri perterritos: quòd longè maioribus viribus adesse hostes putarent: claues de pinnaculo ad illos deiecisse: ac latibula hinc inde quæsiisse. Ita stratagemate occupatam esse arcem, spoliatam, incensam: quosdam, qui intrà deprehensi fuerint: de pinnis, per montem illum, celsum & præcipitem, deiectos. At si aliquantum restitissent custodes: non potuisset profectò arx de facili capi. Fuerat Castellanus ille Georgius Stauffer de Blassenstauffen, nobilis: qui custodiam arcis, Ioanni Michaëli Reissio de Reissenstain commiserat. Dicitur ab alijs, eum quidem aliquandiu cum seruis & ancillis, seruenti aqua, & saxorum deiectione, cùm bombardis carerent, defendisse. Maiore verò exercitu Rusticorum adueniente: Reissium profugisse, cæteris omnibus in castello relictis, ad arcem Vilseccum sub Gæppinga. Euasisse tamen illius quoque seruulum, XVIII. circiter annorum, Petrum Iostum (1593. piè mortuum) ac mox combustam esse Hohenstauffam. Hoc castrum, nec non Rechbergense, ab ijs, qui acie oculorrm valent, Tybinga etiam in monte Austriaco (per sex magna miliaria) cerni possunt, cælo sereno. Pagus, qui sub eo, est longus & pulcher: in cuius fere singulis domibus, suus fons. Adeò aquarum scaturigine felix est is mons. Præcipuè autem tres insignes arces, cæteris munitiores, illis in locis depopulatæ sunt: Rosenstainum (de quo dictum) & Hohenstauffa, atque Teckum: tres domus Austriacis Archi Ducibus patentes. De Rechberga castello sermo est: cùm, tonante Deo parua lumina glauca ibi conspiciantur: nihil periculi à tonitribus metuendum esse. Mori etiam ex Rechbergensi stirpe aliquem, siue adsit, siue peregrè absit; quoties spiritus quidam pulset, aut tinniat aliquid. Hohenstauffen, arx. A Rusticis combusta. Stauffen, pagus.

ADDITIO.

Fuerunt valde illustres viri, proceres Sueuiæ Hohenstauffenses, vel Stauffensis: quippe ex eis Imperio Rom. præfuerunt plures: Conradus III. Fridericus I. Barbarossa, Henricus VI. Philippus, Irenæ Græcæ (in arce Hohenstauffa 1208. defunctæ) maritus: Fridericus II. & Conradus IIII. De quibus singulis, vbertim in secunda Dodecade nostra scriptum est. Ipsi bene meriti sunt de Imperio: sed & in cœnobia beneficij, sicut ibidem patet. Adijciam etiam de Hailsbrunnensi Monasterio: duobus milliaribus ab oppido Onoltzpachio distante: & Scholam benè constitutam hodie habente: Rectore M. Ioanne Codemanno & Conrectore M. VVenceslao Gurckfaldero: sicut ex honesto iuuene studioso, mihi vicino, Ioannis Burcardo Stadmanno cognoui, hoc 1593. anno. Hailsbrunn.

Rex Conradus III. literis Monasterium Hailsbrunnense, in suam & Imperij protectionem specialem recepit anno 1138. Regni 1. Eidem prædium quoddam, in remedium animæ suæ, & recens defunctæ Reginæ Gertrudis coniugis donauit anno 1147.

Fridericus II. Imp. & Siciliæ Rex, Barbarossæ nepos, ex decreto, Principum & curiæ statuit: ne quis de cætero in curijs eiusdem cœnobij, placita aut reisas ponere, vel statuere, præsumeret, sub pœna proscriptionis:

Sic & Henricus, Rom. Rex, Friderici huius F. in specialem protectionem suam, Abbatem & Monasterium recepit: & autoritate sua Regia inhibuit, ne quis ipsos iniuria afficeret. Præterea Abbati & Conuentui districtè prohibuit: ne alicui siue esset de familia curiæ ipsius, siue non, deferenti literas Regis, & imperanti ex parte ipsius equum, exhibere præsumeret: nisi in speciali illius expeditione, per Buticularium de Nurenberg ab ipsis requireretur. Datum apud Onolsbach, anno 1227. 14. Cal. Octob. Indict. 1.

Rudolfus Imp. ordinationem factam à Philippo Imp. de possessionibus quibusdam eiusdem cœnobij, Abbati & Monasterio confirmauit: quòd ob cœlibis ipsorum vitæ fragrantiam, qua eum reficiant, sincera eos charitate prosequeretur: vt iugis eorum oratio ipsi impetraret meritum apud Deum. Dinckelspulæ, anno 1285. 2. idus April. Regni 12. At vita æterna, donum Dei est (χάρισμα τοῦ θεοῦ) in Christo Iesu Domino nostro, Rom. 6. Extra quem nullum est saluificum nomen, Act. 4. Qui nos non aliò, quam ad se, ire iubet, Matth. 11.

VVEMBDINGA.

VVembdinga. *Ex hoc oppido, Ioannes Iacobus, M. Ioannezri pater, oriundus fuit: VVolfiacobo Fabro: qui ad 82. annum ætatis viuendo peruênit, natus. Non admodum magnum, sed pulchrum, est hoc oppidum: circa quod, multum aquæ, & terra fungosa: σομφῴδης,* Sumpfechtig. *Præsertim autem 2. iactibus bombardæ ab oppido, salubris aqua est: quod inde magis innotuit. Puer quidam claudus, ac duabus grallis ingrediens, qualiscunque pastor pecoris, superiore memoria quotidiè crura sua sedens immittebat in eam aquam. Sensit magis magisque leuamentum quoddam: donec tandem, adminiculis abiectis, per se ingredi potuit: ac vir benè valens euasit. Sequenti tempore quidam, cui foramen per pectus eiusmodi erat: vt etiam cor eius videri posset: tandiu ibi lauit, donec consanuit. Postea igitur domus ampla, ceu minor quædam arx, ibi ædificata est: duo distincta aquaria seu cistæ aquaricæ, facta: magno in aheno aqua calefieri cœpta: solia lauantibus posita, in domo adiuncta longa: cibus verò in domo illa, quæ arcis speciem habet, capi constitutus. Distat VVembdinga milliaribus ij. à Nærdlinga, duobus ab Oetinga, & duobus à Thonavverda. Locus opimus, ouibus & bobus abundans. Ibi optimi casei, quorum Insigne crux est, conficiuntur. Arx inest, in qua Bauarus Dux Castellanum habet. Multæ in Rhiæsa, pulchræ arces sunt: vt Alerhaim, Harburg, VVallerstain, arces & comopoles. Grandium equorum nutrix est Rhiæsa: numerosi in ea greges anserum. Egra ibi fluit: turbulẽtus, & equis transitu periculosus fluuius.*

Aqua salubris.

Casei cruciati.

EPISTOLA DE MODO DICTO LAVACRO.

Dem Erbarn Rochius Werlin/ StattArtzet zu Wembding.

Henrici VVolfij, Med. Noriberg. Epistola.

Ich hab das Wasser vnd Materi deß Wildbads bey euch empfangen: vnd ewerm begehren nach/ dreymal probieren lassen: vnd funden/ daß es trefflich viel Schweffels/ Alauns/ vnd Kupffers/ oder Vitriols/ helt. Darauß jhr wol ermessen kündt: daß es ein trefflich gut Bad ist. Dann deß Schweffels halber/ ist es für Gottes gewalt/ Fraischle/ Kaltflüß/ Paralisflüß/ Bößgehör/ Darmgicht/ Grim̃en/ Zipperle/ böß Miltz/ Contract/ Geschwär/ Wunden/ Schäden/ Gelsucht/ Stain: Auch den Frawẽ zu der Mutter: vnd die vnuerhafft seindt: Auch Krampff/ Zittern/ Hufftweh/ vnd dergleichen/ gut.

Deß Alauns halb/ ist es denen gut/ die Blut speyen: die sich vndeuwen: die den vbrigen fluß der Rückadern haben: den Weibern/ die den weissen Fluß haben: vnd denen die Kinder abgehn.

Deß Kupffers vnd Vitriols halb/ ist es dem Gesicht dienstlich: gut für Keichen/ zur Blasen/ zun schaden/ zum Zipperle.

Hiemit in den schutz deß Allmächtigen befohlen. Datum Nürnberg/ den 8. Maij/ 1559.

Heinrich Wolff D.

Fuit hic Henricus, Hieronymi τοῦ ἐλληνικωτάτου frater: & socer clarissimi Hieronymi Visceri, Med. D. hodie Noribergæ feliciter agentis.

DE QVIBVSDAM IN VVIRTEMBERGIA, MONASTERIIS: Hirsaugiensi, Lorchensi, Adelbergensi, Kunigsbrunnensi. Item, de alijs.

CAPVT XIII.

a. HIRSAVGIA.

1. Hirsaug. Monasterium.

DE hoc S. Aurelij Monasterio (Anno Domini 645. à nobili Vidua Caluensium Nobilium Helizena, & Anno 830. ab Erlafrido, Caluensi Comite, fundato) de omnibusq; eius Abbatibus

tibus hactenus, plurima in secunda & tertia parte Annalium scripsimus. Nunc σποράδην quædam, quæ illic omissa videntur, adijciemus.

De S. Benedicto, & eius ordine, in trabe suprema Refectorij æstiualis scriptum.

Beatissimus Benedictus, omnium pater, & Monarcha monachorum, anno Domini 468. patre proprio, matre Abundantia, nobili & alto Romanorum Imperatorum Iustini & Iustiniani sanguine concretus, ex veteri Nursia prouincia ortum habuit. Hic literarum despectis studijs, domoque, rebusque paternis relictis, antra deserti teneris sub annis, sublatum videlicet arctæ solitudinis locum, quæsiuit. Deinde tractu temporis Cassinense monasterium, cum alijs duodecim, à fundamentis construxit. In quibus duodenos collocans monachos: viuendi regulam, beato Gregorio teste, sermone luculentam, discretione præcipuam, in sacra synodo eandem confirmans, illis contradidit. Cuius quidem pro vitæ meritis, & Apostolicarum dignitate virtutum, quibus præ cæteris in mundo clarus enituit, vitam idem Papa Gregorius suaui sermone styloque conscripsit. Traduntur autem sub eius Regula, tanquam suaui Christi iugo, & leui sarcina, militare Cluniacenses, Cistertienses, Camaldnenses, Celestini, Oliuetani, Nouus ordo, Siluestrini. Verùm successu temporis, hunc terque quaterque beati patris Benedicti ordinem, clariorem reddidère: primùm, Cluniacensem viri religiosissimi, ad normam & regularis vitæ tramitem, cuncta per Germaniam monasteria reducentes. Deinde, Melicensem & Castellensem. Exin, S. Iustinæ apud Paduam. Quorum vitam & conuersationem, Regulæ ad amussim appropriatam, Eugenius Papa quartus approbans, anno Domini 1400. plurimis donauit priuilegijs. Nouissimè autem superuenêre patres reformationis Bursfeldensis: qui iam penè per bassum & altum Alemanniæ tractum, tempore Concilij Basiliensis, plurima difformata Monasteria, ad rectè viuendi Regularis disciplinæ normam reduxêre. Cuius quidem reformationis instituta, reuerendus in Christo pater, & dominus, VVolfgangus Meiser, huius Monasterij Abbas, anno Domini millesimo, quadringentesimo, quinquagesimo septimo introduxit: quæ & vsque hodiè, non sinè laudis fructu, & ordinis & personarum Deo deuotarum, solida subsistit. Referunt autem ad summi apicem Apostolatus ex diui ordine Benedicti fuisse assumptos Pontifices maximos 24. Cardinales plus minus 183. Archiepiscopos 1364. Episcopos 3417. Abbates 15700. Sanctorum verò catalogo adscriptos sanctos 5555. prout in monumentis Iohannes Papa 22. in concilio Constantiensi commendandum posteritati reliquit. At Philip. 2. Non ex operibus, sed fide. Colos. 2. Ne tetigeris, ne gustaueris.

S. Benedicti vita.

Dilatatio huius ordinis.

Hinc assumpti Pontifices & Episcopi.

PRAETEREA, in columnis Refectorij æstiualis carmina.

Carmina, de laudibus Benedicti.

In summitate primæ columnæ: proximè picto in pariete Benedicto.

Primus erat nigræ plantator Relligionis:
Et vicit morum nobilitate genus.
Nobilibus proauis Benedictus clarior Abbas:
Inclita quod cunctis hęc sua signa probant.
Respice mortales spinas & vulnera Iesu,
Clauos, vincla, necē, sputa, flagella, crucem.
In cruce pendenti dic: per tua vulnera sancta,
Te rogito, parcas ô bone Christe mihi.

In capite tertiæ columnæ.

Nursia, quæ diuo natale solum Benedicto: &
Vrbibus ac opibus clara potensq; fuit.
Hic clypeos geminos gestat, fortesq; leones:
Nursia quos meruit Regia signa sibi.
Hîc Erlafridi præclara insignia lucent:
Qui Comitum illustri sanguine natus erat.
Huic pręsens superis claustrū fundasse placebat,
Terrenisque suis accumulasse bonis.

IN SVMMITATE SECVNdæ columnæ.

Quā ꝓprius princeps, genitor clarus Benedicti:
Qui fuit Italicæ nobilitatis honos.
Si benè nobilium quadrant insignibus acta:
Iustius hæc nullus signa leonis habet.
Vt Phœbus rutilo fulget splendore per orbem:
Aduentuq; suo sidera cuncta nigrat:
Sic veneranda parens Benedicti insignibus istis
Splendens, fœmineæ gloria gentis erat.

Circa caput quartæ columnæ.

Hirsaugia nomen.

Talibus iccirco felix Hirsaugia signis
Gaudet: & à ceruis nomen habere solet.
Hac agiles in valle greges errare solebant
Ceruorum, & pasci gramine florigero.
Vix habet æqualem pietate, aut Relligione,
Mitis Iohannes, hæc crucis arma gerens.
Semper enim Abbatum sectatus gesta sacrorū
Peruigili studio præfuit vtiliter.

Sententiæ, in superioribus transuersis Refectorij æstiualis trabibus scriptæ.

Variæ sententiæ.

Trabe 1. *Pasce fame morientem. Quisquis enim pascendo hominem seruare poteris: si non paueris, occidisti.*

Illi à cibis benè abstinent: qui à malis actibus, vel à mundi ambitione, ieiunant. Hæc, Isidorus.

Quid

Quid prodest, si carnem nostram ieiunijs & vigilijs affligamus: & mentem nostram non emendemus? Cyprianus.

2. *Sæpe, dum quasi concussi, carni parcimus: ad prælium contra nos, hostem nostri spiritus enutrimus. Gregorius.*

Non conuenit, eos solui delicijs terrenis: quorum conuersatio sursum debet esse in cœlis.

Indecorum est, illos homines curare de cibo lauto, qui cœlesti militant regno. Ambrosius super, Beati immaculati.

3. *Qualis est caro, quæ post multos dies non percipit cibum: talis est anima, quæ non assiduè pascitur Dei verbo. Augustinus.*

Sicut equis frænа sunt imponenda: ita corda nostra ieiunio sunt refrænanda. Basilius.

Deliciæ, & pluralitas epularum, auaritiæ sunt fomenta: & inter ciborum varietates, voracitas nescit modum. Hieronymus.

4. *Quem diuina claritas semel reficiens absorbuit: eum foris ad externa quasi insensibilem reddit. Chrysost.* (ἀναίσθητον, *sensu carentem.*)

Gula à paradiso regnantem expulit: sed abstinentia ad paradisum, errantem exulem reuocauit (*Meritum Christi, fide apprehensum: non nostra abstinentia.*)

Excessus ciborum consumit, & computrescere facit, corpus humanum. Vt ergò sit sanum: ne vrgeas illud superfluis.

5. *Gusta libenter diuini verbi dulcedinem: vt obliuisci valeas mundi huius amaritudinem. Ambrosius.*

Si æternitatem diligimus: cuncta temporalia in vsu, non in affectu, possidemus. Gregorius in Homil.

Sicut cibus potusq́, moderatè sumpti, corpus alunt: sic auditus verbi Dei, & amor patriæ, animum tollendo pascunt.

6. *Affectanti cœlestia, non sapiunt terrena: & æternis inhiantibus, fastidio sunt omnia transitoria mundi huius. Bernhardus.*

Sic cibis cautè refice corpus: vt non pressus mergatur in fœda turpiter spiritus.

Sicut miles plurimo onere grauatus impeditur ad bellum: ita impeditur Monachus ad vigilias, cum escarum largitate feruescit.

7. *Plus est enim, verbi pabulo victuram in perpetuum mentem reficere: quàm ventrem morituræ carnis, terreno pane satiare. Gregorius.*

Sententiæ in trabibus Dormitorij.

Trabe 1. *Sine studio sapientiæ languescit animus. Insiste studio, philosophiæ intende: quoniam nil melius* (*philosophiâ quidem sacrarum literarum nihil melius*) *&c.*

4. *Hieronymus. Doctoris officium est, lapsis manum porrigere: errantibus iter ostendere: stultum etiam quenq́ docere, quod ignorat.*

8. *Qui aliter viuit in solitudine, aliter in multitudine: ostendit, sibi locum deesse peccandi, non mentem.*

11. *Non facilè capitur à Diabolo: qui semper vacat bono exercitio. Inertiam igitur pelle. Hostes ad rapinam prouocat: qui suas eorum notitiæ diuitias denudat.*

15. *Cui Christus incipit dulcescere: necesse est, mundum amarescere. Bernhardus.*

17. *Animus procliuis ad vitia, scientiæ non recipit incrementum.*

EPISCOPI, EX HIRSAVGIENSI COENOBIO ASSVMPTI.

E scriptis Hirsaugiensibus.

Episcopi ex Hirsaugia.

1. *Sigismundus, doctus concionator, Episcopus Halberstatensis ex Hirsaugiensi Monacho factus. Obijt, cùm 30. annos præfuisset, anno 894. Sed Bruschius eum facit Episcopum 896. & necat 926.*

2. *Reginboldus, Episcopus Spirensis, temporibus Othonis 1. Imp. circa Christi 947.*

3. *S. Ecvvardus, Slesuicensis Episcopus, Gottmannus transnominatus. Circa 964.*

4. *Bernvvardus, Herbipolensis Episcopus. Obijt circa 1004. anno gubernationis suæ 6. Natus ex Comitibus Rotenburgensibus ad Tubarum. Sed Bruschius Henricum nominat: & anno 995. constituit, 1018. tollit.*

5. *S. Gebehardus* (*frater Berchtoldi Zeringensis, Suenorum & Carinthiorum Ducis*) *Episcopus Constantiensis, circa 1084.*

6. *Gebehar-*

6. *Gebehardus Spirensis Episcopus, circa* 1105. *Natus fuerat ex Comitibus Vraeensibus.*
7. *S. Diemo, Archi Episcopus Saltzburgensis.* 1101.
8. *S. Theogerus, Mediomatricum Episcopus, circa* 1119.

Monachi Hirsaugienses, sanctitatis opinione clari.

1. *S. Adelhardus, scientia seculari & diuina præditus. In cæcitate oculorum, & doloribus capitis maximis, miram patientiam præstitit. Triennio prius, quàm moreretur, obitus sui diem & horam præsciuit. Obijt* 923. 7. *Calend. Decembris.* Monachi clerici.
2. *S. VVernbaldus. Recusauit Episcopatum Spirensem, nolle se mundo seruire dictitans. Obijt* 975.
3. *S. Adelbertus, viuum sanctimoniæ exemplar: ac multis incitamentum amulandæ virtutis. Dilectione erga Christum sincera flagrans, laudes eius in ore semper habebat. Obijt* 1088. 12. *Cal. Maias.*
4. *S. VVilhelmus, Abbas Hirsaugiensis. Supra pontem fluminis Nagoltha legitur pauperem, membris corruptum, sanitati restituisse. Obijt* 1091. 4. *Non. Iulij.*
5. *S. Berchtoldus. Monuit Abbatem suum Gebehardum, de porrigenda pauperibus solita annona: visione in somnis iussus à beato VVilhelmo: & Vdalrico Augustensi, atq; Conrado Constantiensi Episcopis, rutilo decore fulgentibus. Obijt* 1104.
6. *S. Ermenoldus, S. Aurelij Monachus, & Lauriscensis Abbas, ab Henrico V. constitutus. Sed cùm munera gratitudinis ergò frater ipsius Cæsaris dedisset: ipse, vt à Simoniæ suspicione liber esset, Abbatia se abdicauit. Obijt* 1115 8. *Id. Ianu.*
7. *S. Bruno, è stirpe VVirtembergensi, admirandæ sanctitatis. Obijt* 1126.
8. *S. Henricus, ex Sanctaureliano Monacho Abbas Braitenouiensis, bonus Christi Dispensator. Obijt* 1132.
9. *S. Raffoldus, ex Hirsaugiæ Monacho Abbas. S. Stephani protomartyris apud Herbipolin, Vbi ex Hospitali, quod eius Monasterio victui erat, cœnobium Monialium S. Afræ Benedictinum, in suburbio dictæ vrbis fecit. Obijt* 1163. 4. *Cal. Iunij.*

Illustres Hirsaugiæ Monachi, & præceptores Monachorum.

1. *Luthbertus Sueuus, Abbas S. Aurelij primus, Rabani Mauri Discipulus: vnus ex* 12. *Doctoribus Scholæ Fuldensis. Scripsit in Cantica Canticorum: & panegyricon ad Ludouicũ Pium.*
2. *Hidulfus, primus scholæ Aurelianæ præceptor, auditor & ipse Rabani: atque vnus ex primis* 15. *Monachus: qui cum Luthberto Fuldâ venerant Hirsaugiam. Scripsit de computo Ecclesiastico: & ad eundem Rabanum insigne opus de spirituum ministerio, & alia.* Præceptores Hirsaug. Scholæ, & scriptores.
3. *Ruthardus præceptor* 2. *Vnus & ipse ex illis primis* 15. *Monachis. Scripsit vitam S. Bonifacij Archiepiscopi, heroico carmine. In Regulam S. Benedicti. De musica, Arithmetica, & Geometria. Obijt* 865. *Octob.* 24.
4. *Richbodo, tertius scholæ moderator: vsus præceptore, Ruthardo: vir apprimè eruditus. Præfuit Monachis iunioribus A.* 24. *Reliquit in librum Psalmorum libros* 3. *carmine: & ad Monachum Hidulfum de rationibus metrologicis librum* 1.
5. *Helfridus, Ruthardi quondam auditor. Scripsit de spirituali monomachia libellum, claustralibus instituendis vtilem. De sacramento altaris librum* 1. *& alia.*
6. *Rudolphus. Scripsit commentarium in Tobiam, ad tertium S. Aurelij Abbatem Reginbothonem. Epitomen veteris & Noui Testamenti. Vixit circa* 888.
7. *Harderadus, quartus moderator monasticæ scholæ. Successit Reginbothoni in Abbatia.*
8. *Luthelmus, quintus scholæ per* 35. *A. magister. Sueuus, ex humilibus natus parentibus: sed omni scientia perfectissimus, præsertim eruditione scripturarum.*
9. *Concigo, factus Abbas Monasterij Regalis S. Nazarij in Lauriscsa prope VVormaciam, propter excellentiam sapientiæ suæ. Sed vnum tantum præfuit annum: & ibidem iacet sepultus. Scripsit ad Imperatorem Arnulphum (qui circa* 900. *Christi vixit) Eucharisticon: id est, gratiarum actionis librum* 1.
10. *Hardericus: & ipse vir ingenio clarus, doctrinisq; perpolitus. Multa scripsit opuscula: præsertim in Musica: & varios cantus ad honorem sanctorum ordinauit. Carmina diuersa, & multa Epigrammata.*

11. *Heribet-*

11. *Heribordus, Præceptor 6. de quo scribitur, nunquam visum esse ira commotum sed semper mente tranquilla, & vultu sereno. Lectionis diuinarum literarum studiosus continenter. Obijt, cum 16. A. præfuisset, Anno 938. Octob. 15.*

12. *Diethardus, septimus in præfectura scholastici muneris, per A. 14. ad quem etiam ex alijs monasterijs discipuli missi sunt. Obijt 952. Ianu. 6 anno ætatis suæ 63.*

13. *Meginradus, magister scholarum octauus A. 13. Scripsit librum de nouis adinuentis veterum: de computo Ecclesiastico librum 1. in Psalmos lib. 1. Obijt 965. Ianu. 16. ætatis suæ 65.*

14. *Reginhardus, Præceptor nonus: quo munere functus est. A. 12. Meginrado eruditione, & docendi gratiâ, non æqualis.*

15. *VVernherus: à Moguntino Archimysta VVilhelmo (qui circ. 960. vixit) Abbas S. Albani martyrij constitutus. Scripsit ad eundem Episcopum de non ambienda dignitate librum: Epistolarum libro 1. & alia.*

16. *VVunibaldus: qui præter diuinas & humanas, græcas quoque literas probè calluit. Ideò, ludo literario ad S. Albanum Moguntiæ præpositus. Qui propter eloquentiæ ac doctrinæ præstantiam, ab ipso Archiepiscopo eius loci, Magnus VVunibaldus vocatus est.*

17. *Theobaldus, Rector Aurelianensis gymnasij decimus. Hic auditores suos literis simul, ac moribus, studiosius erudiuit. Descripsit heroico carmine vitam laudesque Othonis 2. qui circa 980. imperauit.*

18. *Arnoldus. Hic propter eruditionem suam, postulante Herbipolensi Episcopo Hugone (qui circa 986. vixit) Præceptor scholæ ad S. Burccardum datus est: ibique magnam ex docendo gloriam adeptus est. Scripsit in prouerbia Solomonis librum metricum: de institutione claustrali librum 1. Epigrammata, & carmina multa.*

19. *VVilhelmus, 12. Abbas anno 1069. doctissimus. Scripsit de Musica, & compositione Monochordi, libros duos. De compositione Horologij, Astrolabij, & Quadrantis, libros 3. & alia plura.*

20. *Henricus: in sacris & profanis literis eximius: ab Adelberto, Moguntino Archiepiscopo, ad Brattenau ordinatus. Scripsit multa. Inter quæ, de contemptu seculi librum 1. De conflictu virtutum & vitiorum libros 2. De lapsu primi hominis librum 1. De resurrectione sanctorum librum 1. Adelbertus ille Moguntinus, circa 1130. vixit.*

21. *Iacobus Paruus, Oppenhaimensis, vir doctrinis excellens: qui per A. 30. verbo & exemplo iunioribus in docendo vtiliter præfuit.*

Sunt & alij, quos præteriui.

Eulogium illorum.

Carmen supra picturam Doctorum ac Præceptorum, in Refectorio æstiuali.

Hi libros plures propria Minerua
ritè scripserunt. Sapuêre nanque,
quicquid humanæ, sophiæque sacræ,
pagina claudit.
Sub nigro fulsit pariter cucullo
nobilis virtus, animusque clarus.
Inter & turbam celebres fuerunt
claustricolarum, &c.

Hæc de Hirsaugiensi monasterio sufficiant.

b. LORCHA.

2. Lorchense Monasterium.

De hoc cœnobio, copiosè, & multis in locis, in Annalibus scripsimus. Ideò paucula tantùm hîc adijciemus.

Fundatum est ab illustri viro Friderico, qui Dux fuit Sueuiæ & Franconiæ, anno 1102. in monte supra fluuium Remsam: ordinis S. Benedicti, ad honorem virginis Mariæ Deiperæ. Arx antea fuerat Baronum Stauffensium: quam tempore Francorum Regis Pipini, Dux Sueuiæ Marsilius tenuisse, & ibi sepultus esse, perhibetur. Tempore fundationis viuebant Imperator Henricus 4. Friderici per filiam Agnetem socer: & Episcopi, Hermannus Augustensis, Gebehardus Constantiensis, Emmehardus VVirceburgensis, atq; Ioannes Spirensis.

Stagna eius, quanto numero piscium communiter conferenda.

Stagna ipsius.

Lorchæ, ad superius stagnum pertinent 16. c. ad inferius 13. c. Lineecæ, ad superius 12. c. ad inferius 4. c. ad medium 7. c. Schappurgi, 3. c. Cronæ, 3. c. Nibelgoouæ, 13. c.

c. ADEL-

c. Adelberga.

In Annalibus nostris scriptum est, monasterium hoc præmonstratensis ordinis, ab Eberspergensi Barone Volcknando conditum esse: qui circa 1155. Christi vixerit. Aduocati eius, vel patroni, fuêre. 1. Duces Sueuiæ. 2. Post Conradinum vltimum, Austriæ Duces. 3. Comites & Duces VVirtembergenses. Rustici seditiosi 1525. combusserunt (sicut & Lorcham, Hohenstauffam, & Teccum) præter Vlrichianum sanum. Monachi, cùm Gœppingam ingredi non possent, vbi domum habebant: Schorndorffæ receptaculum inuenerunt. 3. Adelbergense cœnobium.

Instauratum est rursum ab Abbate Leonhardo Dyrrhio, Iuris Doctore: qui anno 1538. obijt: cùm, Duce Vlrico restituto, & Pontificia Religione abrogata, Gœppingam secessisset: ibiq; senex iam, prouisionem à Duce habuisset: Monachi autem spreto Euangelio, in diuersa loca dispersi essent Pontificatu deinde 1548. per Imperatorem Carolum Quintum restituto: regnabat Abbas Ludouicus VVernherus: qui sacellum & domum 1550. ædificauit. Verùm iterum postea lux Euangelij refulsit: Monachiq; eam ferre nolentes, aliò migrarunt: sed Abbas, vt bonus rei familiaris administrator, mansit, vsq; ad 1561. annum. Dyrrhius.

d. Kynigsbrunna.

Dictum est in tertio Annale, Dodec. 3. cap. 16. hoc cœnobium anno 1302. conditum esse, in Brentiana valle situm. Addam sequentia, ex M. Valent. Classio. 4. Kynigsbrunnense cœnobium.

Pertinentia ad hoc Monasterium.

Weiler/*villæ.* Sunthaim/Zang/Springer/Itzelberg/Ochsenberg.

Höff/*curiæ.* Kuppfendorff/Onannenweiler/Nesselhalden/Stürtzelhoff.

Decimæ. Hetzelschwang/Biberoschl/Neyendoff/Beyershofen/Franckenreute/Buch/Wagenhofen/Zanberg/Seegartenhoff/Baumgarten.

Præterea bona Stainhaimi, Sænstetæ, Oberkochæ, Bissingæ, Schlatæ, Iaxthausæ (olim VVesthausæ) Schnaitæ, Pfullendorffæ, Reutlingæ, &c.

Anno 1381. exeunte Pentecostes hebdomade, Brütz Ritter/vnnd Hans sein Bruder/beyde Güssen von Brentz/verkauffte Apt Friderichen/vnnd dem Conuent/ein Hoff zu Stauffen gelegen: der Jährlich Gülten gab/6. Malter Rocken/6. Malter Habern/3. ll. Heller minder 5. ß. 100 Eyer/5. Herbsthüner/vnd 5. Fasnachthüner.

Agnes Roderina, Ioannis Regenthalij Stainhaimij vidua: & eius generi duo Gamundiani, During Nolle, & Iohann Kæser: cœnobio vendidêre 1375. sua in Stainhaim bona.

A. 1507. Conradus de Zillenhart eques, totum pagum Sænstettensem, cum pertinentijs, cœnobio 2050. Aureis Rhenensibus vendidit.

Vlricus de Roden, quædam Oberkochæ bona iisdem venùm dedit, pridie S. Martini 1341.

A. 1351. Comes VVerdenbergensis Eberhardus, zwey Güter zu Risen *eis venundedit.*

Ocle von Kaltenburg Ritter/*& vxor Adelhaidis, omnia sua Oberkochæ bona, illis vendiderunt. Datum Giengæ, prid. S. Georg. 1358.*

A. 1351. die S. Ioan. zu Sunnwenden/*Monasterio Vlricus pater, & Vlricus filius, Helfenstainij Comites, collaturam Ecclesiæ Schlatensis tradunt:* durch GOtt/durch jhrer/jhrer Vordern/vnd aller jhrer Nachkommen/Seelen willen.

Elisabeta dicta Vetzerin, Conradi de VVesthausen vidua, tradidit ius patronatus Iaxthausæ, cœnobio: anno 1379. 14. Kal. Septemb. Indict. secunda.

Conradus de Schærnstetten, bona quædam eiusdem, 1359. vendidit.

Alia Cœnobia, fœminina.

1. *Reichertshouense, ferè apud Binnicam & Bietighaimum oppida. Fuit ante 1245. annum Domini. Albertus enim de Lomersheim, canonicus maioris Ecclesiæ Spirensis, & plebanus in Sachsenhaim, decimas noualium eiusdem pagi, cœnobio donans: id à se factum in literis ait propter Dominum Iesum Christum: & ob reuerentiam matris eius virginis Mariæ: & ob amorem quoque Belreini (de VVizzenstain) fundatoris (inquit) vestri, & cognati nostri. Et A. 1302. Conradus Comes de* Baihingen/*dum curiam quandam cum parte Decimæ in Hephenkenn, cœnobio huic traditam à VValthero, veteris vrbis de Luphen milite, libertate donat: id à se factum ait ob reuerentiam beatissimæ virginis Mariæ, & dilectionem sinceram conuentus eiusdem monasterij: cuius fundatores, nostri (inquit) progenitores fuerunt. Ergo vtraq; familia, fundamenta huius cœnobij iecerat. Sic ex D. Osualdo Gabelkouero didici.* Reichertshofen.

Oberſtenfelden. 2. Oberſtenfeldenſe (apud Botvvaram fluuium, & vbi Lauffa oppidum) magnam præ ſe fert antiquitatem, ſi templum conſideretur. Canoniſſarum nobilium erat.

Reutta. 3. Reutenſe, prope VVildpergam, ab Hohenbergenſibus Comitibus conditum, & ipſum antiquum. In M. Scr. quidem chartis reperio: à Comite Hohenbergenſi Burcardo, & vxore eius Rutgarde Palatiniſſa, anno 1309. fundatum eſſe.

ADDITIO ex M. Scr.

DECANATVS ſuperioribus temporibus Tybingenſis.

Plura Monaſteria. Oberkirch, puellarum cœnobium.

Hirningen, vel Hirnlingen. Parochia, Parthenoni VVigten incorporata.

Rotemburgum Nicri: vbi, Monaſterium Carmelitarum: & duo, quæ non amplius ſunt, Incluſoria Sanctimonialium.

Silchen, Incluſorium Monialium.

Obercluſa, Incluſorium Monialium, ad Rotemburgum.

Korbalda, cœnobiolum fratrum ordinis S. Pauli.

DECANAT. Herrenbergenſ.

Bulach, ſorores domus Incluſorij in Alten Bulach.

VVildperg, ſorores domus congregationis ord. Prædicatorij, conditoribus Comitibus Hohenbergenſibus.

Bondorff, ſorores domus Incluſ. ord. Minorum.

Yttingen, ſorores dom. Congreg. ord. Minorum.

Nagolt, παρθενών Prædicatorum.

DECANAT. VVurmlingenſ.

Amp. Monaſt. ſubiatens cœnobio S. Georgij in Nigra ſylua.

VVurmlingen, congregatio. Parochia, Monaſterio Creutzlingenſi incorporata.

DECANAT. Horb. vel Dornſtetten.

Reichenbach, Monaſt. Benedictinum, Prior & conuentus.

Engelthal, congregatio ſororum.

Dornſtetum, incluſoria album & leucophæum: vnum, Dominicanum: alterum, Franciſcanum tertiæ Regulæ.

Nicri Rotemburgum pertinuit Tubingam: Ebinga trans Nicrana, ad Dornſtettenſe capitulum.

Glattum, Incluſorium. Althen, Incluſ. Prædicatorum. Præpoſitura & Eccleſia S. crucis, à Comit. Hohenberg. fundata.

Item, S. Mauricij collegium Ebingæ.

DECANAT. Ebingen.

Bura, Præpoſitura Regul. S. Auguſtini.

VVannenthala, παρθενών olim in VVirtembergia, Canoniſſarum Regul. S. Auguſt. Erat ſub cura Burenſi.

Egesheim, Ebingen, Vndingen, Dirnvvangen, Dotternhuſen, ord. S. Franciſci.

Margretenhuſen, Incluſorium.

Artzingen, ord. S. Franc. ſed poſtea, publica taberna.

VVeißlingen, ord. S. Dominici.

DECANAT. Haigerloch.

Bintzdorff op. Incluſorium ſororum: vbi monumentum Alberti, Comit. Hohenbergenſis.

Balinga, Incluſ. album & griſeum, vel leucophæum. Engſchlattum, Incluſ. album.

Grulna, Incluſ. S. Dominici. Kilberga, Gynæceum, παρθενών.

DEC. HECHINGEN.

Thalheim, Incluſ. Monialium.

Steten, Gynæceum Prædicatorium.

DEC. TROCHTELFINGEN.

Berg, Gynæc. Benedictinum in Berg. Subiacet Zuifaltenſi cœnobio.

Multas ciuitates, arces, vicos, cœnobia, VVirtembergenſis Ducatus hactenus peragraui. Placet nunc inde egredi ad plures alias, quæ in Sueuia hinc inde ſunt, ciuitates: vt & de ipſis aliquid amplius, quàm quod in Annalibus eſt, commemorem.

DE

DE VRBIBVS ALIQVOT SVEVIÆ, EXTRA VVIRTEMbergensem dominationem: Rotemburgo Nicri, Horba, Reutlinga, Eſselinga.

CAPVT XIIII.

Rotemburgum ad Nicrum.

DIRIMITVR hæc (olim Hohenbergenſis, nunc Auſtriacæ ditionis) ciuitas, interfluente amne Nicro, in duo oppida: quorum alterum, quod trans amnem eſt, Ebinga vocatur, & collegium Canonicorum habet cuius præpoſituram gerit hodie Melchior Zangerus, tribus linguis eruditus. In citeriore parte, quæ Rotemburgum dicitur, cœnobium Carmelitarum eſt. Conciderat oppidum terræ motu 1212. Cùm adhuc trans Nicrum ſtaret, aliquantò ſuperius. Inſtaurauit id Comes Hohenbergenſis Albertus (cuius ſororem Annam, Rudolfus I. Cæſar 1280. in matrimonio habebat) anno 1271. (Munſtero teſte) ponens, vbi nunc eſt. Viuit ibi hodie prouincialis ſcriba, amicus noſter, M. Georgius VValchus (cuius frater Andreas, vniuerſitatis apud nos Tybingæ Notarium fidelem iam multos annos agit) genere antiqua nobilitatis ortus; ſicut multorum VValchorum mentionem, diuerſis annis in Annalium parte tertia fecimus. Sed cùm ante 170. circiter annos, Zollerenſibus Comitibus perniciosum à ciuitatibus bellum inferretur: familia hæc, propter vicinitatem, magnis damnis affecta eſt, & attenuata. Alſo daß ſie auch jhr erbliche Wapen (vt ad me à nobili viro, Godefrido Rammingero, ſcriptum eſt) verlaſſen: vnnd das Haußzeichen zu jhrem *Inſigne* gebraucht. Als aber Käyſer Friderich / vnnd ſein Sohn Maximilian / auff ein zeit gehn Rotenburg kommen: haben ſie etliche Geſchlechter daſelbs / mit der abgeſtorbnen Graffen von Hohenberg Inſignien begnadiget. Doch mit vnderſcheid: einem jedem ſein Haußzeichen (als / weichen mit dem zweiffelſtrich: die Schützen von Eytingerthal / mit dem Kleeblat: die Preining / mit dem Moßkolben) in den Hohenbergiſchen Schilt ſetzen laſſen. *Tres autem tiphæ* (Moßkolben) *è corona Regia, per quam traiectæ ſunt, eminent. Et adhuc in feneſtra domus, quæ à M. Georgio VValcho incolitur, inſignia Cæſaris Friderici cernuntur. Hic enim fratris ſui viduam, Mechtildem Palatinam (antea Ludouico VVirtembergenſi, poſtea Alberto Auſtriaco, nuptam) inuiſit, ipſe & alij principes. Horum omnium icones & nomina, etiamnum in Hohenzollerenſi caſtro, vbi Principum receptaculum, conſpiciuntur. Caterùm, Nider Hæchingam adhuc poßident VValchi à ſuis maioribus: & quibusdam egregijs, à Comitibus illis illuſtribus, gaudent priuilegijs. Inſignia Maiorum ipſorum, adhuc in cœnobio Stettenſi pendent. Eos, & alios nobiles, cum Zollerenſibus Comitibus, ex Italia hûc veniſſe, temporibus Henrici Quarti Imperatoris, veriſimile eſt: quibus Comitibus pars hæc Sueuiæ, vbi adhuc habitant, conceſſa ab Imperatore fuerit: Poſtquam Rudolphum is, Comitem Rinfeldenſem, Sueuiæ Ducem, vicisſet. Etſi enim in libro Haſtiludiorum Germanicorum, antiquiores Zolleræ Domini reperiuntur: fortè ex alio genere, & tantùm Præfecti caſtro, fuerunt. Ante inferiorem autem portam Rotenburgenſem, quâ Tybingam deſcenditur, quædam ſtant priſca Romanorum lapidea monumenta: quæ ex agro effoſſa, à patre ſupradicti M. Georgij, ibi collocata ſunt. Ergo Romani quondam his in locis dominati.*

Rotemburgum ciuitas.

Nider Hæchingam, VValchorum.

ADDITIO EX M. SCR.

Rotemburgum, cùm à Comite Alberto (1271. & inde) *à terræmotu inſtauraretur: in loco inferiore ad Nicrum ædificatum eſt: quia ſuperior locus, vbi antea ſteterat, propter aquarum inundationes, & alia, incommodus erat.*

Tres autem fratres erant, qui ædificare cœperunt, cognomento Ammani: in quorum Inſignibus bipennis erat vnus, in parte VVendelshemum verſus: quoniam pagus is, eius erat. Alter, Byhelam verſus: quòd is pagus, ipſius erat. Ideo ipſe vocabatur, Byheler. (Poſtea nobiles de Byhel tenuêre. Quo genere extincto: nobiles de STAIN conſecuti ſunt: ex quibus hodie, pietate & virtute egregius vir nobilis ibi habitat, pulchra in arce, LEOPOLDVS Carolus de Stain, Dauidis militari laude clari olim viri F.) Tertius ædificator, Herter nominabatur, de nomine vxoris: quæ erat nobilis Herterina ex vico Tußelinga. Ædificabat ad portam Burgum, vel arcem, verſus. Adipſum pertinebat pagus Kalkvvil. Reperta ſunt circa Rotemburgum, cùm foderetur, variæ ſtructuræ lapideæ, magna cadauera tria, magna oſſa: item, monetæ ex auro & argento. Vnde colligitur, priſcam Landskronam fuiſſe magnam vrbem, & à Romanis habitatam.

Rotemburgi inſtauratio.

Horba.

Tres olim ſteterunt arces, vbi nunc oppidum Horba eſt. Vna, in monte ſupra oppidum,

Horba.

ad S. Otiliam. Altera, vbi nunc Ecclesia. Tertia, proxime sacellum S. Mariæ: & vocabatur Herrenberg.

Horbæ prima ædificia fiebant ex lignis, & scanoulis tegebantur, πονηρῶς. Conflagrauit his, hominibus valde depauperatis. Nullum ferè quondam ibi vinum.

Habitabant olim ibidem ciues, Richteri appellati, ditiores dimidiato oppido. Sed luxurioso vestitu ciboq́, ad eam paupertatem redacti: vt militatum in Lombardiam abirent.

Pertinebat Horba, & quicquid ibi ante Nigram syluam erat, primò ad proceres Eberstainios. A quibus ad Hohenbergenses peruênit: qui multa bona ad Ecclesiam & oppidum contulerunt. Sed & ipsi depauperati sunt: ideoq́ coacti, duas arces & oppidum vendere. Nemini tamen voluêre Comitatum Hohenbergensem dare, nisi Austriacis: vt subditis benè consuleretur. Facta sunt hæc ab anno 1200. vsq́ ad 1370.

Ditio deinde 40. annos, in potestate ciuitatum Imperialium (vt, Vlmæ) fuit sed postliminiò ad Austriacos redijt. Habitauit Rotemburgi, vtens fruens hac ditione, Palatina Mechtildis, VVirtembergensis Eberhardi Barbati mater: quæ Alberto Austriaco Principi nupserat: & clementer administrabat. Eum Rotemburgi 1463. magnificè sepeliuit.

Reutlinga.

Reutlinga. *Dicitur à senibus, vbi nunc hoc imperiale oppidum est, nihil fuisse olim, nisi syluam. Postquam autem arbores fuerint extirpatæ (außgereutet) nomen Reutlingæ ortum esse. Parochiale templum diuæ virgini sacrum est.*

De Musico eius organo, tabula his verbis constat.

Hoc organum, delectationis causâ, ac præcipuè in honorem huius ciuitatis, renouabat, ac tertio mense feliciter absolutum reddebat, Hieronymus Schurstab Norimbergensis, anno 1569. præfecturam huius templi tum gerentibus, Erhardo Keser, & Georgio Maurer. VVilhelmus Schad, tum temporis Organista.

In Templo. Dicta inscripta. *In hoc templo ad sinistram, in pariete supra quoddam altare, hæc viuifica verba scripta sunt.*

Kompt her zu mir alle / die jhr mühselig vnnd beladen seyt: ich will euch erquicken. Dann mein Joch ist süß: vnd mein Bürde leicht. Matthæi am 11. Cap.

Ich bin der Weg / vnnd die Warheit / vnnd das Leben. Niemandt kompt zu dem Vatter / dann durch mich. Johannis am 14. Cap.

Es ist ein GOtt / vnd ein Mittler zwischen GOtt / vnd den Menschen: nemlich der Mensch JEsus Christus: der sich selbs gegeben hat für jederman zur Erlösung. In der 1. Epistel Pauli ad Timotheum am 2. Cap.

Meine Kindlein / solches schreib ich euch / auff daß jhr nicht sündiget. So aber jemandts sündiget: so haben wir einen Fürsprecher bey dem Vatter / Jesum Christum / der gerecht ist. Vnd derselbig ist die Versöhnung für vnsere Sünd. Nicht allein aber für die vnsern / sonder für der gantzen Welt. In der 1. Joannis am 2. Cap.

Ad dextram, vbi Baptisterium, in pariete.

Der Geist sagt deutlich: daß in den letzten Zeiten / werden etliche von dem Glauben abtretten / vnd anhangen den jrrigen Geistern / vnd Lehren der Teuffel: durch die / so in gleißnerey Lügenredner seind: vnd Brandmal in jhren Gewissen haben: vnnd verbieten Ehlich zu werden: vnnd zu meiden die speiß / die GOTT geschaffen hat / zunehmen mit dancksagung / den Gleubigen: vnd denen / die die Warheit erkannt haben. In der 1. zum Timoth. 4. Cap.

Es waren aber auch falsche Propheten vnter dem Volck: wie auch vnter euch sein werden falsche Lehrer: die neben einführen werden verderbliche Secten: vnd verleugnen den HERRN / der sie erkaufft hat: vnd werden vber sich selbs führen ein schnelle Verdamnuß. Vnd viel werden nachfolgen jhrem Verderben. Durch welche wirdt der Weg der Warheit verlästert werden: vnnd durch Geitz / mit erdichten Worten / werden sie an euch handtieren. In der 2. Petri / am 2. Cap. 1531. (οὐ πλεονεξίᾳ πλαστοῖς λόγοις ὑμᾶς ἐμπορεύσονται. *Per auaritia confinte parole, faranno mercati di voi. En auarice feront marchandise de vous, per parolles feinctes. Por auaricia haran mercaderia deuosotros conpalebras fingidas.*)

In sum-

In summo, ad fornicem Templi, circum infimam rosam, hæc nomina sunt.

Hans Syrer / Mahler. Erhardus Wölflin / Haylgenpfleger. Sebastian Ergentzinger / Haylgenpfleger. *Anno* 1513.

Extra templum, supra infimum tectum, in fornice lapideo, sic scriptum est. *Extra Templum.*

Diese Kirch / ist zu vnser Frawen Kirch genannt.
Gott behüt sie vor dem Bapst / Teuffel / vnd seinem Anhang.
Gott behüt vns vor dem Bapst / vnd seiner Rott.

Iuxta infimam portam, sacellum est, anno 1300. *ædificatum ad honorem S. Nicolai. In eo funebres conciones habentur.*

In medio cæmeterij fanum pulchrum fuit, S. Petri in salicibus: quò peregrinatio in Papatu erat.

In cæmeterio iuxta Leprocomêum, sacellum S. Catharinæ olim erat: nunc verò, Leprosorum sacellum. Fundatum à nobilibus Spiegelijs, inibi & sepultis.

Parvum fanum Nosodochei, in honore Spiritus Sancti.

Ante portam Epperam sacellum fuit S. Antonij, quondam à VVolckerinis fundatum: nunc domus est.

CONCIONATORES.

M. Tobias Kindsvatter *Giengêsis*, Prediger. *Salomon Schradin, Decanus* vnd Pfarherr. *Casparus Lobmyller, M. Vitus Hiermannus, & Georgius Gertner, Diaconi.*

MEDICVS.

Alexander Camerarius D. Tybingensis.

Scholæ möderatores.

Latinæ, Vlricus Bæntz, Præceptor. Christoph. Laubenberger Constantiensis. *Schola.*

Prouisor & Organista.

Martinus Pfatzler, Collaborator. Teutonicæ, Thomas Tettinger. Ioan. Iacob. Vogt. 1590.

Monasteria quondam.

Minoritarum cœnobium: hodie verò, Nouum hospitale. Parthenones, Nonnen Kloster. *Diues Collegium,* die Reichsamlung. *Nunc appellatum,* Herrn Veiten / vnnd alten Gausers / Hauß. *Iuxta superiorem lateriariam officinam, cœnobium stetit,* hinder S. Leonhart genannt. *Monasteria.*

Curiæ (Höf) Reutlingæ.

Zuifaltensis, vel S. Iohannis. Salomo villana. Bebenhusana. Kynigsbrunnensis. *Marthalensis.* *Curiæ.*

Alia ædificia:

Monstrantur quædam domus: quæ ante oppidi initium ædificatæ perhibentur, & à nobilib. cultæ: qui appellati fuerint, die Edelleut an der Echetz: *qui amnis oppidum præterfluit.* *Domus quædam insignores.*

Iuxta Parochiam, vel S. Mariæ, duæ sunt magnificæ domus lapideæ: quas à nobilib. habitatas fuisse ferunt, vt dictum est. Prior nominatur, Sigmundi Schletzij domus: altera, Gruningerorum domus.

Tertia domus, Prytanêum: Das Bürgerhauß / oder Herrenstuben.

Iuxta quam dicitur amnis Echetz olim fluxisse: qui nunc ante oppidum fluit.

Quarta, lapidea domus, Sutorum curia, der Schumacher Zunfftstuben. *Vbi quondam Synagoga Iudæorum fuisse, à senibus perhibetur. Hinc & ea platea, Iudaica platea vocatur.*

Quinta è lapidibus domus, muro adhæret: & Ioannis Othonis domus nuncupatur.

Sexta, non longè à curia Bebenhusana: quæ hodie Francisci Cuperarij fabri domus nominatur.

Molendina.

Papyri, quinq. Farinæ, totidem. Ad quæ sextum est Nosodochei molendinum. Pulueris tormentarij, duo. Aromatum, totidem. Pneumaticæ molæ, duæ, in bello vtiles. Molendinum secandi truncos arborum. *Molendina varia.*

Anno 1506. diem S. Sebastiani secuta nocte, incendium Reutlingæ extitit: quo intra 9. circiter horas CLX. domus absumptæ sunt.

Solæ ciuitatum, Noriberga & Reutlinga, anno 1530. Augustanæ confessioni subscripserũt.

τὸ δὲ χαλεπώτερον καὶ σπανιώτερον, μεῖζον. *Aristot. 1. Rhet. 7.*

Interimicus libellus, reiectus.

Anno autem 1548. cùm in Comitijs Augustanis, Imp. Carolus V. vrgeret formulæ religionis INTERIMICÆ *receptionem: Archigrammateus Reutlingensis,* M. BENEDICTVS GRÆTZINGER, *concionem ciuium suorum, inter alia multa, his verbis conceptis adhortatus est.* Käys. Maiestet Will vnd Meinung ist: auch bey vermeidung jrer " Käys. M. hohen Straff vnd Vngnad/ernstlich vnd vestiglich gebeut: daß hinfüro alle " vnnd jede stende deß Reichs/ niemandts außgenommen: alle vnnd jede alte vnd lang- " her brachte Ceremonien vnd Gebreuch/von den Bäpsten vnd Concilien eingesetzt (als/ " Meß hören/Beichten/Fasten/Vigili singen) halten/brauchen/vben: vnnd alles wider- " vmb in alten stand stellen: nichtes darvon außgenommen/vnd hindan gesetzt.

" Welchen jetzerzelten beschwerlichẽ Abschiedt/ der Churfürst von Sachsen/sampt " seinen Verwandten Fürsten/als wider die ehr Gottes/ nit annehmen/ noch darein keins " wegs bewilligen wöllen. Abschied auch groß vnd klein Rhat dieser Statt Reutlingen/ " durch ein einhelligs mehrer (außgenomẽn biß auff zween/ oder auffs höchst drey/Mañ) " auch nit annehmen: vnd/wie billich/nit bewilligen: aber doch darneben/ dem Käyser/was " dem Käyser zugehört/geben: vnd Gott/was Gott zugehört/geben wöllen/ꝛc.

" Welcher nun deß Menschen gebott/für Gottes gebott/ halten vnd annehmen wil: " der soll billich betrachten den Spruch Jeremiæ am 17. Verflucht ist der Mensch/ der " in den Menschen vertrawt: vnnd der das Fleisch zu seinem Arm setzt/ꝛc. Wir sollen vns " billich auff jhn vertrösten: vnd nit fürchten/was vns der Mensch zufügen werde/ꝛc.

Plura de ciuitate Reutlinga, sæpe in Annalibus.

ESSELINGA.

Sita est Imperialis hæc ciuitas in valle Neccarica, ad flumen Nicrum, vno milliari à Stutgardia, Orientem versus. Eßelinga, hoc nomen habuit (antequam etiam à Friderico 2. Imperatore, muro & iurib. vrbi donaretur) ab ære, & eius sono, quòd olim officina æraria, aut ferraria (Esse) ibi in valle fuerit: fabris dies noctesq; cudentib. Quasi dicatur Eß-klingen: *sed Euphoniæ causâ, Eßelingen, & Eßlingen.* Klingen/*sonare, tinnire, à clangere.*

Sed Klingen/*etiam vallem significat. Ergò posset iam ab antiquo etiam Tubinga sic deriuari: tanquam à Tuba & clangore: à populo Tubantum.*

Eadem valles quoq; habet: Neccaricam, Stainachiam, Ameranam, Bebenhusanam. Sed Tò Ingen, in multis terminatio tantùm vocabuli videtur.

Aëre prædita est Eßelinga bono & salubri: habens aquam passim intra se, ad abstergendas & proluendas sordes: habens multos bonos fontes. Vnde & Cameræ Iudices anno 1555. Spirâ propter pestem eò fugerunt.

Suburbia 3.

Est admodum magna & ampla: propter tria etiam suburbia: quorum nomina sunt, superius, Blasianum, & Beitanum.

Superius.

In superiore (quod est Ober Eßlingen *versus, vicum VVirtenbergensem, Orientem versus) monasteria duo sunt condita. Vnum, ad fratres, D. virgini Mariæ dicatum. Situm est in plano: multis hortis & vineis ornatum. Habitabat ibi superioribus annis Medicinæ Doctor (in medendo satis felix, dum viuebat) Tobias Baltzius Kirchensis. Vicina est mola satis magna. Alterum est cœnobium, à S. Clara nomen habens: in quo conciones funebres habentur: quoniam in adiuncto cœmiterio sepeliuntur, qui ex hoc suburbio defuncti sunt.*

Blasianum.

Blasianum (vulgò, Blienſen) in Meridiem spectat: Nyrtingam, Neiffam, & Tybingam versus. In eo duo pontes magni sunt: sumptibus (vt fertur) ditissimorum hominum, multæ aut pœnæ luendæ causâ, Papæ iussu, constructi. Interior pons, fornices 5. habet: & duabus portis includitur: in cuius medio, S. Nicolai sacellum est.

Alter pons, qui extra murum est (ad quem ab australi cliuo, vel catabasi, descenditur) 7. fornicib. vel cameris, constat. Sacellũ ibi, S. crucis est, & mola. Monasteriũ autẽ est in hoc suburbio,

Smyrna

Smyrna vocatum, Syrnavver Cloſter. Beitanum ſuburbium (occaſum & Septentr. verſus) à Beitanum. Beiten/id eſt, expectando, appellatum perhibetur, propterea quòd olim, ante eum locum latrones verſarentur: expectantes ſpoliandi causâ, ſi quis Viator præteriret. Aut, quòd aliquis eâ exiturus, plures vnâ exituros expectaret: quo iter facere à graſſatoribus tutius poſſet. Sunt eius ſuburbij ad eum exitum portæ tres, inter ſe vicinæ, alia alijs ſuperior eſt, mœnibus cinctus, tanquam caſtellum ciuitatis (populariter Pferrich) dictus, ouile: habens magnam capacitatem ſine ædificijs) in cuius ſummitate, ceu ſpecula eſt: fiſtulis tormentarijs aduerſus hoſtilem vim inſtructiſſima. Infra montem duo monaſteria ſunt. Vnum D. Auguſtino olim ſacratum: longum, latum, firmiſſimum: vt iam pro armamentario ſit. Intra quod, hortus amœniſſimus: & habitatio Ioannis Leonardi Fleineri I.V. Doctoris, Eſslingenſium Aduocati & Conſiliarij. Alterum monaſterium, aut ſacellum, incolit Monachus quidam: cui defuncto ſubſtituitur alius.

De vrbe ipſa, quædam Primarium eius templum, Δημοτικὸν, S. Dionyſio dedicatum eſt: in quo conciones ſacras habet parochus, iam diu Chriſtophorus Hermannus D. prope illius cœmeterium habitans. Item Diaconi, veſpertino tempore. In ipſo cœmeterio, Auſtrum verſus, in quadam contignatione ingens campana pendet: quæ in turri, ſine periculo eſſe non poſſet. Eſt ibidem Schola in proximo latina: quam hoc regit tempore M. Nicolaus Fennius Schweifurtenſis. Sub qua ſchola deſcenditur in ſubiectum cœmeterium: vbi ſepeliri mortui ſolent. Paruo interuallo à templo diſtat ampliſſimum & ditiſſimum hoſpitale. Nec longè inde, cella Reipubl. vinaria maxima: grandibus vaſis vino plenis referta: vbi multos ante annos, vinum illud nobiliſſimum, quod 1540. anno (ὃν τῷ διακαεῖ θέρει) natum fuit guſtauimus: quod adhuc ibi (vt & in alijs vrbibus) aſſeruatur. Alterum eſt Templum, in Occaſum ſpectans: cui à Sancta Maria nomen eſt inditum, quod artificioſiſſimè exſculptum in colle ſitum eſt. Extra quod ſalubris fons eſt, qui vulgò S. Mariæ fons appellatur. Sunt & Monaſteria in vrbe. Dominicanum (non procul à parochiali Templo) in quo pro Monachis, repertitij nunc pueri educantur. Et Franciſcanum, vel Gymnopodeium: in quo nec ipſo amplius Monachi degunt: quia meritis bonorum operum, quoad iuſtificationem coram Deo, nihil tribuitur apud nos: ſed ſoli immenſo Chriſti promerito, ex S. literis tota ſalutis noſtræ ratio aſſcribitur. Illud verò Franciſcanum, pro diuerſorio erat beneficiarijs: quos Illuſtriſſimus Dux VVirtembergicus ad ſtudia S. literarum educat, ante 20. & amplius annos: quando illuſtrem Tybingenſem Academiam, aëri peſtilenti cedentem, prudens & beneficus Eſslingicæ Reipubl. ſenatus, hoſpitio ſuſcipiebat. In quo & monaſterio & 1567. & 1571. annis, docuimus. Didicit ijs temporibus (vt mihi quidem videtur) fœmineus ibi ſexus, elegantiam in veſtitu & moribus paulò maiorem. Curia in foro, magna & ſplendida: ſub qua, macellum optimæ carnis plerumque affatim. Prytanëum in eodem foro, egregium: in quo conuiuia viri honorati agitant. Ibi Academiæ quoque Doctores, prolixè accepti fuerunt: & comœdias inibi ſpectauimus. Ædificia, multa ſatis magna & viſenda: in cæteris, mediocritas. Ciues plerique, vineis colendis (quarum in montibus Septentrionalibus, & alibi magna copia eſt) & negotiationi vinariæ, diditi: ac multi inde opib. affluentes. Conſulares viri: Caſpar Leger, Bernhardus Reiching, & Iohannes Iacobus Blattenhardus. Portæ, ferè hæ ſunt: Superior, & Blienſenſis, & Mettingera: ad quam magnificum molendinum eſt. Præterea portæ: Beitenthor/Lantclerthor (ad boream) Vogelthor/Scheltethor. Ager, frugifer: horti, amœni & fructuoſi. Pagi deniq; multi. Res, quas Eſſelinga geſſit, aut paſſa eſt, in Annalibus ad ſua tempora relatæ ſunt. Conuentum Principum ibi ab Henrico 4. Imp. habitum anno 1077. eſſe, reperitur.

Schola. Monaſteria. Prytaneum, Bürgerſtuben. Portæ.

DE IMPERIALIBVS CIVITATIBVS, VVILA, HALA SVEVICA, ET HAILPRVNNA.

CAPVT XV.

VVILA AD VVYRMSAM.

IMperij ſacri oppidum VVila, in Ducatu VVirtembergenſi ſitum, ad riuum VVurmum iacet: qui Pfortzhaimi, oppido duo milliaria inferius ſito, amni Entzio miſcetur, nomenq; ſuum amittit. Abeſt 3. milliarib. à Tybinga: & circũcirca vicos VVirtembergenſes habet. Muro, turrib. foſſis aquoſis, priſco more ſatis munitum. Portæ eius, tres: Stutgardiana, Caluenſis, & Pfortzheimenſis. VVila opp.

Multi circùm agri, & prata. Tres enim valles pratenſes perpulchræ. Sed nec vineta deſunt.

Hoſpitale benè extructum, multa prouiſione dotatum. Templum ibi eſt, S. Petro conſecratum: ipſum & turris, ex decoris lapidibus quadratis. Renouatum anno 1492.

Monasterium Ordinis Augustiniani.

Multi fontes aquæ salientis: quorum duo, in foro.

M. MARTINO CRVSIO, ACAD. TYBING. PROFESSORI, Præceptori suo.

M. Oesterlini epistola.

S. per Christum. In cœnobium à Scultero, & Archigrammateo, deductus. Vix tandem à Monacho, qui solus illud inhabitat, intromissus sum, Gœtz nomine. Ibi in codice vetusto hæc verba sunt.

Anno Domini 1388. Domini VVirtenbergenses campestri prælio vicerunt resistentes sibi „ cititates Imperiales, in planitie villæ Tœffingen. Tunc de VVila sexaginta sex prostrati: ad VVi- „ lense oppidũ reportati: alij in Parochiali cœmeterio, alij apud nos, tumulati sunt, in loco, vbi nunc „ cœmeterium fecimus. In agro illo, vbi prælium commissum est, hodie adhuc ab agricolis Tœffingensib. aratro tela & cuspides effodiuntur: de quib. aliquot H. tuæ mitto. V. 1589.

M. Michaël Osterlin, minister verbi in pago Schashusen, prope VVilam.

VVila Turgouiæ.

Est etiam in Turgouia, VVilæ appellatione oppidum, nec ipsum perturbationis expers: vt ex hac anni 1246. historia cognoscitur. Adiuuerat VValther à Trurburg, Abbas Sangellensis, Conradum Friderici 2. F. aduersus Landgrauium Turingiæ & Hassiæ Henricum. Sed victus cum Conrado apud Francofurtum, tristis domum redijt: cùm interim etiam Comes Crato Tockenburgius, ei VVilam oppidum Turgouiæ eripuisset. Sed ipse recuperauit, monasterioque restituit. Stumpf. lib. 5. cap. 6.

HALA SVEVICA.

Hala Sueuorum, nobilium ciuitas.

Hanc Imperialem vrbem, fuisse ab antiquo ciuitatem nobilitatis, non solùm ex eo patet: quòd plurimi nobiles, in ea, & circum eam, habitârunt (sicuti de ijs familijs, plurima in Annalibus nostris inueniuntur) verùm ex iure etiam claret singularis certaminis si qui nobiles peterent, huic potissimùm ciuitati à Cæsaribus olim concesso. De rebus ergo huius monomachiæ, quædam ex 3. Munsteri Cosmogr. cap. 302. aut German. 305. & G. VVid. breuius commemorabo.

Monomachiæ ibi ius.

Causa certaminis suscipiendi erat: si quis famam & existimationem suam iudicaret læsam ab altero; vt eam victoriâ de ipso vindicaret: vel, vt vterq; suam innocentiam sic demonstraret.

Quandò inter eos conuenerat velle pugnare: petebant per literas à senatu Halensi, locum tutum sibi dari ad decertandum. Senatus eis respondebat, sibi dolere ipsorum dissidium, & ferro decernendi propositum: hortabaturq; vt ratione meliore, quàm sanguinis profusione, rem transigerent. Illis à proposito non discedentibus: iterum ad eundem modum Senatus respondebat. Instantibus verò tertiùm: diem constituebat, quo ambo venirent, controuersiamq; suam exponerent. Quo facto: rursum Senatus nihil intentatum, ad illam componendam, sibi reliqui faciebat. Quo non succedente: hæc iam fiebant. Locum eis promittebat Senatus ad certum diem intra vrbem (vt, forum, aut alium locum) defensionemq; ne qua ipsis iniuria inferretur.

Locus carceribus muniebatur, arenaq; perfundebatur. Dimicaturi, iureiurando astricti erant ad certas leges: vt de non maiore comitatu in vrbem introducendo: pugnando ex equis, aut pedestri certamine: paribus armis, de quibus inter eos conuenisset. Vtriq; tugurium alterinsecus erigebatur: in quo cum binis stipatoribus suis essent.

Ponebatur ad vtriusq; tugurium, feretrum cum candelis, pannus funebris, & alia funeribus vsitata.

Concedebatur vtrique, ad confitendum peccata sua, Sacerdos. Vtrique æqualis tuitio promittebatur.

Voce præconis vetabatur: nè quis alterutrum iuuaret acclamatione, nutu, aut vllo indicio: sub pœna mox infligenda: manus scil. dextræ, & pedis sinistri, truncatione.

Claudebantur interim omnes portæ: turribus & mœnibus præsidia armata imponebantur: plateæ vrbis, catenis & repagulis interspiebantur.

Interdicebatur hoc spectaculo mulieribus & puellis: pueris item minoribus duodecim annorum.

Tum ad præstitutam horam veniebant qui certaturi erant, armati: cum suis confessionum auscultatoribus & stipatoribus vterq; in tugurium suum.

Permutatio fiebat stipatorum: qui in vtriusque tugurio omnia diligenter lustrarent, ne vlla fraus subesset.

Egressi è suis locis, postquam proclamatum esset ab aliquo, in medijs stante carceribus, modicis,

dicis interuallis interiectis: primò secundò, tertiò: ad terram vocem inter se alter alterum adoriebantur.

Ibi qui vulneratus alteri se dedebat (si enim de captiuitate, equite digna, aut de certa pecuniæ summa, certabatur) is habebatur deinceps infamis, per omnem vitam: nec ampliusei licebat, neque equum conscende, reneque barbam tondere, neq; arma gestare, neque ad vllos accedere honores. Qui verò interficiebatur: honestam sepulturam consequebatur: & victori iam satis superq; suus constabat honos.

Exempla talium bellatorum.

Anno 1405. (vt VVidemannus habet) inter se depugnârunt, Iodocus à Burgou, & Georgius Hail, in foro pecuario Halæ, exeunte Aprili: nempe proximo die Veneris post S. Georgij diem, litera dominicali B. Victus autem Burgouius, die Martis pòst obijt. Exempla μονομαχησάντων.

Proximo anno pòst, nempe 1406. duo nobiles, in longis cinereis tunicis, sine tegentibus armis, pugnârunt: quorum alter alteri se dedidit.

Alio tempore duo nobiles inter se contenderunt: quidam scil. Greuterus (al. Græterus) & quidam Baustetterus. Greutero, pugione alteri per oculum adacto, cessit victoriâ. Qui gratitudinis ergò à carcerib. poplitib. suis, nec sine cruenta eorum læsione, gressus est vsq; ad sacellum B. virginis; quod ad ciuitatensem Halæ portam situm est. Post hæc, ἐν τῷ ἀλλήλων ταμέειν χρόα νηλεῖ χαλκῷ. (inter se ferro congressuri erant) nobiles duo, Mynchingensis & Rappenburgius (al. Nippenburgius) sed in concordiam à senatu Halensi redacti, à proposito destiterunt.

Eo anno, quo Palatinus Fridericus Tyrckheimum cepit: petentib. Dyringo de Oetingen, & Begero de Straßburg/duellum concessum à senatu Halensi fuit. Sed priusquam dies pugnæ veniret, Dyringo malum ad Turckhaimum accidit.

Hæc, de Monomachia Halensi. Quibus adiungam alia quædam ex VVidemanno.

Tempore quo magna erat Oetingam Bauaricam peregrinatio: quidam iuuenis rusticus, occiso mendico, supplicio rotæ affectus Halæ Sueuicæ est. Qui cum sex horas (à X. vsq; ad 4.) in rota iacuisset se dixit sitire. Tunc mulieres quædam de rota eum deposuerunt, potuque refecerunt. Idem à Magistratu, precibus clericorum condonatus fuit: qui eum suis impensis restituerunt sanitati: manentibus tamen, altero brachiorum, & altero pedum, curuis. Hic rotam supplicij sui Oetingam, de qua diximus, ad Sanctam Mariam deportauit: dictitans, se in suo supplicio sic votum fecisse. Biennio pòst, equum in ditione Lympurgensium Dominorum furatus: ante oppidum ipsorum Gaildorffium, laqueo suspensus perijt. Ambo hæc supplicia, à VVidemanno spectata sunt. Rota contusus, homicida.

Cùm Halæ idem VVidemannus adhuc puer, apud Parochum Ecclesiæ Michaëlem Molitorium viueret: hic habebat codicem, in quo olim, cùm adhuc Diaconus esset antecessoris Parochi sui, Biblia voluerat integra sibi describere: quod nondum exemplaria typis excusorum Bibliorum facilè inuenirentur. Peruênit autem tantum vsque ad 37. cap. Geneseos, quod folium, panno detersum apparuit. Cum enim Parochus eius mortuus, cum tumultu nocte diei Sabbati scalas ascenderet: idemque alia nocte faceret: ac Musæum Michaëlis ingressus, sublata sua chorali veste ignis flammas monstraret: Michaël terrore perculsus, in chartam prædicti capitis, vbi scribebat, brachijs incidit: & literas adhuc humidas obleuit. Spectro autem euanescente, à scribendo destitit. Bibliorum descriptio, spectro impedita.

Michelfeldæ pastor Ecclesiæ erat Reinhardus quidam. Quem cùm quodam die mater sua visisset: ab eo discedens, nocte superueniente, ruri permansit. Postridie domum reuersa, altero oculo capta fuit. Interrogata à G. VVidemanno, quomodo oculum amisisset: respondit se ab igneo viro in campo circumactam, afflatu eius in faciem suam, oculo cæcatam fuisse. Oculi visus, à spectro ademptus.

AEdificia quædam Halensia.

Anno 1431. Langenfeldera porta, primum est facta: obstructâ prius portâ Rækengasseride. Accusati ideo ad Cæsarem, absoluti sunt. Dixit enim, ipsis licere omnes suas portas obstruere: & scalis trans muros descendere. Aedificationes quædam.

Anno 1502. Carnificis pons (quoniam olim carnifex ibi habitauerat) prope S. Iohannis, de nouo ædificatus est: & pons Krefftelbachianus, à fundamentis factus, tota regione operante.

Alij pontes Halæ facti. Vt 1516. pons in parte inferiore. 1538. pons lapideus portæ Gelbingensis.

HAIL-

HAILPRVNNA.

Hailprunnæ nomen.

Habet nomen inde, quòd quasi salubrius fons sit situ amœna, solo frugifera, vini prouentu læta. In ciuitatis redacta formam, vel 1085. anno, vel sub Friderico 2. circa 1240.

Anno 1272. Franciscanum cœnobium ingressi sunt ibi Monachi.

Degerdingus Doctor.

Est apud Hailprunnenses monumentum Doberdingi, Doctoris Iuris, Maximiliani I. à consilijs. Qui in Papatu, ante Lutherum quoq; dicitur docuisse in medijs tenebris auditores: cùm vellent surgere ad eleuationem Sacramenti in Missa inter concionandum: maneat quisque in suo loco quietus. Plurius est verbi Dei auditio, quàm Missæ attentio.

Rieser Consul.

Vixit ibi patrum memoriâ Ioannes Rieserus Cos. Sueuici fœderis consiliarius. Cuius ex filio nepos Alexander, Ioannis Lauterbachij P, coronati, amici nostri, gener fuit: 1587. piè in Christo obdormiuit.

DESCRIPTIO QVÆDAM CIVITATIS VLMENSIS ET GEISLINGENSIS.

CAPVT XVI.

VLMA.

NEmo facilè pro dignitate hanc vrbem laudauerit, quamuis ingeniosus & disertus. Libet ponere Epigramma, ex magno Chronicorum volumine, Noribergæ 1493. excuso.

Vlma laudatio.

Vlma, decus Sueuię, qua prima ab origine ducat
Principium: nullis sat certum Annalibus extat.
At, q; & antiqua & præsignis sit: probat ipsum
Nomen, quod latio desumptũ est fonte: q; apta
Vlmetis, plena posita est vligine terra.
Namq;, vbi defoditur circa vrbẽ: glutea crassis
Arboribus tellus habilis reperitur: & inde
Barbarie spreta, nomen capit Vlma latinum.
Vrbs libertina est, Romani subdita diuo
Imperio Regis: villis ex quatuor vna.
Non quia villa fiet: sed quondam fortè reuicta,
Vi belli vastata, iterum constructa carebat
Temporibus certis muris: firmissima iam nunc
Ipsis Contiguo hos à parte Danubius alueo
Perfluit, hîc sapido repletus pisce. Breui illum
Per mediam labens vrbem, cursu Blauus intrat.
Præterea cincta est fossatis ipsa profundis,
Turribus excelsis, domibusq; impleta decoris.
Affluit & pluri populo, quam multa per orbem
Oppida: quæ septi spatio per latius extant.
Pulcras inter habet structuras, grãde, labore &
Arte atq; expensis, opus, Ecclesiam genetrici
Sacram diuinæ: cui vix æquabilis orbe est.
Ampla quidẽ valde, grandis quoq; molis. In altũ
Sustentat laquearia magna, capaxq; frequentis
Turbæ multa inibi festiuo millia sole
Cõueniũt. Hîc magna Deiveneratio crebra est.
Quo Sol eois exurgens montibus ignes
Spargit: vix Templũ parochos tot cõtinet vnũ.
Vlma Senatores prudentes obtinet. Illi
Publica sagaci disponunt commoda sceptro.
Vnde breui creuit, locuples ex paupere serua
Facta hera: quòd multas iã opulẽtas cẽsib. vrbes
Perpetuis superat. Comitatus tris ferè cũ omni
Appẽdice suo retinet prompto ære coẽmptos,
Vna inter plures. Non partu deniq; fructu
Mercem agitat, panno lino lanaq; parato.
Vescanicã hũc aliq vocitãt. Tractata frequẽtat.
Negotiũ variũ est. Hominũ hinc pars maxima
Hîc nutrit: pereunt multi, ditãtur in ipso. (sese
Sunt aliæ laudes Vlmæ: quas promere cunctas
Mentio materiæ prohibet breuiata. Valete.

Nomen Vlma.

Amicus quidam meus Vlmenses non ab Amazonibus, aut Asiatis, vt quibusdam videntur: sed αὐτόχθονας, indigenas, putat. Nomen accepisse ab Vlmis, assentitur: quoniam etiamnum platea quædam ibi sit, non multùm à Blauo distans: quæ Vlmergaß dicatur: quasi olim multæ ibi fleterint Vlmi, ordine ritu salicum positæ. Verisimile esse, ipsam eadem incommoda passam esse, quæ reliquam Sueuiam, tempore Clodouei magni, anno Domini 500.

Vlma, quondam sub Monachis.

Franciæ occidentali Regi: nempe vastatam, & in seruitutem redactam, fuisse: è quibus malis vix longiùs temporibus respirare potuerit. Carolus etiam M. Vlmam Monasterio diuitiis augiæ (dictam villam Regiam, & aliquid dignitatis Regiæ habentem) donauit: vtpote adhuc Francis subiectam: nec mœnibus cingi (vt nec aliæ villæ) permissam, metu rebellionis. Ita Vlmenses, tunc Ecclesiastici serui effecti fuêre: id quod, vt Germani φιλελεύθεροι sua sponte nunquam subijissent, nisi coacti. Insecutis autem temporibus, Vlma paulatim in libertatem pecunijs prudenter datis, sese vindicauit: sicut ex Felice Monacho Vlmensi, diligenter à Sebastiano Franco scriptum est. Vide Annales nostros parte 3. lib. 4. cap. 15. Ex eo tempore, iam magis ac magis emergere, & incrementa capere, cæpit: vsq; eò, vt non facilè alijs imperij ciuitatibus cedere videatur: siue vrbem ipsam spectes, & eius munitionem, armamentariumq;: siue ærarium, & reditus: siue agri magnitudinem, & gubernationis formam atq; vim. Itaq; εὐδαίμων, ὡς αὐτάρκης, meritò iudicari potest: felix, vtpote sibi sufficiens ipsa: tum pacis, tum belli, temporibus.

Loco

Loco porrò peramœno sita est: formam non planè circularem referens: quippe paulò longior, quàm latior: qualis oui propemodum figura est. Itaque ὠοειδὴς, eruditè ab amico nostro, Laurentio Gualtero Kuechelio, nominatur: Med. Doct. in hac patria sua, & alibi, præclaro. Situs & figura illius.

Ambitus vrbis Felici continet passus ambulatorios (ita enim loquitur) 6400. cum vetus vrbs, ante Conradi Imp. tempora, tantùm 2100. habuerit.

Quod spatium, si nouum propugnaculum Danubij excipias, etiam nostræ ætati satis congruit. Vixit autem Felix, adhuc circa 1507. annum.

Danubio alluitur: qui primùm ibi nauigabilis, Ilaro & Blauo receptis, efficitur.

Nullos circum se montes habet: excepto illo, qui ad Septentrionem est: qui vocatur S. Michaëlis mons: fertilissimus, & à damno vrbi dando remotior.

Murís ab omni parte clauditur firmissimís: extra quos fossæ sunt prælatæ: loco quarum, Austrum versus Danubius est: qui nouam munitionem, anno 1564. inchoatam, vtrinque includit.

Portum quoque habet non contemnendum: ad quem naues onerariæ, per æstatem è Bauaria aduerso flumine subuectæ, appelluntur: frumento, sale, ferro, & id genus alijs, onustæ. Sed & ratibus, quæ homines & merces vehunt, singulis propè septimanis, magno numero in Bauariam & Austriam decurritur. Portus.

Ilaro amne, ligna ex Almangoia, ad ædificandum & cremandum, magno ciuitatis commodo aduehuntur.

Forma Reipub. Aristocratica est: ab optimatibus administratur. Senatores habet 42. qui ex ordine patritio & plebeio constant. Horum prudentiâ vniuersæ res, tum in vrbe, tum in agro: administrantur: dum singulis sua certa munera attributa sunt. Inter hos sunt, Duumuiri, ceu duo res. Prætores, ex Patricijs: Seniores κατ' ἐξοχὴν appellati die ältern Herren. Quorum vnus est hodie, insigni virtute & autoritate conspicuus, Eustachyus Gyntzburger. Vnus etiam D. Daniel Schadius: vir prudentiâ, eloquentia, & fauore erga bonas literas, excellens. Cuius superioribus annis latinam ad me epistolam scriptam, propter elegantiam Ciceronianam admiratus sum, alijsque monstraui: vt viri ea facultate ornati, qua præditus alius, posset in quauis Academia Oratoriam cum dignitate profiteri. Genus Reipub. & varij Rectores.

Ab his sunt Quinqueuiri: rebus tantùm grauibus & secretis iudicandis præpositi, Gehaime Herren. Item, tres viri consulares: VVilhelmus Craffto, Iohannes Baldinger, Iohannes Christophorus Ehinger: omnes, ex ordine patritio: qui alternis annis officium suum faciunt. Recens verò dicti Ehingeri frater Seruatius, vir grauitate pollens, militarium erat negotiorum Consiliarius, & Legatus. Duo præterea sunt prouinciales (Herrschafft Pfleger) quibus cura rerum in agro: & tres Quæstores (Stättrechner) quibus rerum in vrbe, censuumq; & reddituum administratio, commissa est. Curatores duo Hospitalis (Spittalpfleger) tres verò pupillarium negotiorum (Pflegherren) ac duo censores (Aininger) mulctæ pecuniariæ præfecti. Hi omnes, cum paucis adhuc alijs minutioribus officijs, vniuersum Senatum constituunt: à quibus plerisque, quotannis administrationis peractæ rationes exiguntur. Sed & plerorumque munerum, quæ perpetua non sunt, ante noui consulis renuntiationem (quæ fere in idus Augusti incidit) curatio instituitur. Ecclesiastici consiliarij, qui Religionis negotia tractant (Hütten herren) sex sunt: qui etiam Ædiles vocari possunt quoniam sacras ædes, sartas tectas seruant.

Familiæ insigniores olim plures fuêre. Hodie eminent Cratones, Ehingeri, Bessereri (ab aliquot seculis etiam, domi foriq; celebres) Schadij, Rhoti, Neithardi, Baldingeri, Rhelingeri, Liores. VValtheri (qui duo tamen Augustani sunt) Leones vel Laij (peruetus familia) Gyntzburgeri, (vnus tantum, senex) Schærmarij & Stamleri. Familiæ nobiliores.

Theologi Reuerendi nuper erant: D. Ludouicus Rabus, D. Iohannes Vesenbeccius. Iurisconsultus, alter quasi Reipubl. oculus, Henricus Schilleboccius. Medicus, Fridericus Fuchsius, Leonhardi F. paternæ eruditionis hæres. Et præter hos, alij præclari omnium facultatum plures. In agro etiam plus minus 60. ministri Verbi Dei. Doctores.

Schola, benè constituta: Rectore ante tempus aliquod, doctissimo viro Martino Baltico, annos circiter 30. Successit in locum eius, Sitzlinus. Schola.

Templum

Templum Vlmense primarium, quando & quare sit ædificatum: & quam mirabili magnitudine: id 3. parte Annal. Sueuic. lib. 5. cap. 11. copiosè explicuimus, de anno Domini 1377. scribentes. De organo eius musico, Versus Baltici modò dicti sunt inter alios hi.

Organon Templi.

Mille habet, & septingentas, id penè syringas:
Longaq; vicenos maxima Canna pedes.
Et capit Vlmenses mensuras illa trecentas
Vini: tres addens insuper, atque decem.
Materies cunctis stanni purissima cannis.
Argentum, radiant sic, vt inesse putes.
Sola orichalcea est radiantú turba tubarum.
Insuper est auro tecta coruſca foris.
Vicenis opus est variabile, & octo, figuris:
Quos aliquis posset dicere fortè Modos.
Est digitis triplex tangendis clauibus ordo:
Tangendus pedibus quartus & ordo suus.
Quisq; quater denas ordo tenet, octoq;, claues:
Vicenasq; duas ordo pedalis habet.
Accipiant auras folles, redduntq;, bis octo:
Septenos longus quilibet estque pedes. &c.

Collegia & sacella, quæ olim in vrbe Vlmensi fuerunt: postea verò, doctrinâ Euangelij illucescente, magnâ ex parte conciderunt.

Varia collegia & sacella.

1. *Cœnobium Minoritarum: hodie, scholæ latinæ domicilium.*
2. *Monasterium Dominicorum seu Prædicatorum, iuxta Hospitale. Ibi vixit Felix ille Fabri, Vlmensis historiæ scriptor.*
3. *Sacellum S. Crucis, in foro vinario.*
4. *Sacellum S. Iodoci; vbi nunc est diuersorium ad Rotam. Abolitum.*
5. *Sacellum S. Iacobi, in foro communi. Abolitum.*
6. *Sacellum S. Ægidij, in Area viridi: vbi quondam Augiæ Monachi habitarunt. Abolitum.*
7. *Sacellum S. Nicolai, ad ædes Ochsenhausensis Monasterij.*
8. *Sacellum S. Petri: quod vicino fonti nomen dedit. Abolitum.*
9. *Sacellum trium Regum. Vnde tota ea vicinia nomen habet.*
10. *Sacellum S. Sebastiani, adhuc extans. Ex eo platea nomen inuênit.*
11. *Sacellum S. Georgij: ad eas ædes, in quibus hodie calcei veneunt, & publicæ choreæ ducuntur. Abolitum.*
12. *Sacellum S. Vrsulæ: non procul à macello, in quo pecudes mactantur. Abolitum.*
13. *Sacellum S. Valentini: eo loco, vbi hodie Parochiales ædituí habitant. Adhuc conspicitur.*
14. *Claustrum conuersarum (Beginen Clauß) cum sacello celebri. Eo loco fuit, vbi hodie est anterior hortus domus Teutonicæ. Abolitum.*
15. *Alterum Monialium claustrum, non procul à Balneis ceruinis. Habitatio ante 50. annos, quando Scholam latinam Vlmensem frequentabamus, celebris Ludimagistri Germanici Lamberti Baumgartneri. Abolitum.*

Extra vrbem, ante portam gregariam, Herdbruckthor.

1. *Sacellum S. Anthonij.*
2. *Sacellum S. Iohannis Baptistæ. Abolitum.*

Extra portam D. Virginis.

1. *Templum S. Mariæ longè celebratissimum: postea in vrbem translatum.*
2. *S. Viti. In cuius memoriam, eo ipso loco, hodie mercatus anniuersarius celebratur. Abolitum.*
3. *Templum omnium Sanctorum: vbi hodie est ciuium cœmeterium. Abolitum.*
4. *Sacellum Andreæ. Abolitum.*
5. *S. Michaelis in monte: qui supra vrbem iacet: & inde nomen hodie retinet. Vbi nihil restat, præter turrim, instar speculæ conspicuam. Vv engense collegium habuit.*
6. Vnser Frauwen Ruhr, *in ascensu montis. Ibi puteus fuit, vtilis febribus pellendis creditus superstitiosè. Abolitum.*
7. *Sacellum Catharinæ. Abolitum.*

Samblung.

Est adhuc in amplissima, qua ad S. Mariæ portam itur, platea, ad dextram, nobile patriarum virginum collegium (die samblung) sed eæ cunctæ Euangelicam Religionem agnoscunt. Inter quas Gregorij etiam Leonhardi Iurisconsulti (cuius patre, olim fidelissimo præceptore vtebamur) matertera, fortè octogenaria, iam diu vixit.

Altaria

Altaria VVengensia.

1. *Altare summum, consecratũ in honorem beatæ & gloriosæ virginis Mariæ, S. Michaelis, & omnium Angelorum, sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, S. Augustini, & beatæ Monicæ, D. matris Augustini.* VVengense cœnobium.

2. *Hoc Altare, consecratum in honore S. Michaëlis, & omnium Angelorum, S. Conr. Episc. & in honore S. 4. Doctorum. (Hi sunt: Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, Gregorius.)*

3. *Altare S. Barbaræ: consecratum in honore S. Barbaræ virginis, & mart. S. Catharinæ, S. Laurentij, & sanctorum Martyrum Ioan, & Pauli.*

4. *Hoc altare, consecratum in honore beati Ioannis Euangelistæ, & S. Ioannis Baptistæ, S. Lucæ Euangelistæ, & S. Sebastiani Martyris.*

Et alia quinq, singula pluribus consecrata Sanctis. Nam pontificia in eo cœnobio (vt & in Teutonica æde) Religio adhuc seruatur. Vrbem vero ipsam totam, Euangelica doctrina, ex Prophetícis & Apostolicis scriptis fulgens, illustrat.

Plura de hac inclyta ciuitate, in ipsis Annalibus, ad suos annos.

GEISLINGA.

Oppidum hoc ab Vlma, in cuius ditione est, tria milliaria distat: situm in Valle Filsana, à fluuio Filsa sic nominata. Cingitur 5. altissimis & saxosis montibus: inter quos loco valde depresso iacet. Quorum montium præcipuus est, qui arcis mons (Schloßberg) appellatur. In eo enim (qui oppido ex parte orientali ad dextram superpendet) castellum antiquum, & sedes Helffenstainensium Comitum, Filsæ olim dominorum, stetit: quod 1552. an. Vlmenses, cùm Marchionis Alberti præsidio teneretur, recuperatũ destruxerunt: ita vt nihil amplius de eo supersit, præter rudera quædã. Geislingæ situs.

Videtur autem vicus Altestatum, qui non longè ab oppido abest, quondã pars eius fuisse: & quadam belli vastatione, ab eo separatus esse. In quo fanum quoddam perantiquum & ruinosum fuit, quatuor turrib. circumstantibus: dubio procul ab Ethnicis, prinsquam vlla in illis locis mentio Christi esset, ædificatum. Vnde antiquitas Geislingensis oppidi colligi potest. Quod templum, cùm tegulæ & lapides subinde decíderent, anno 1581. detectum est. Altenstat.

Suburbia Geislingæ, duo sunt: inclusa etiam muris & fossis. Portæ 5. Turres circiter 20. Suburbia.
Templa duo, quorum maius, D. Sebastiano sacrum est. Specula, in excelso monte.

Amnis Filsa, ab oppido remotior est. Sed per mediam ciuitatem pulcher riuulus fluit: & alius fluuius præterfluit, valdè rapidus: quem Flotzgraben *appellant. Ager satis fertilis: nisi quando Deus sterilitatem immittit: sicut his annis, multis in locis Sueuiæ. Pomorum copia præcipuè ibi quotannis nascitur.*

Latomiam insignem habet: è qua olim ad Vlmensis Templi maximi extructionem, maxima pars lapidũ petita est. Cùm aliquando Carolus 4. Vlmam obsedisset: cupiensq, videre panes Vlmensium (an non penuriâ frumenti deditionẽ facturi essent) duplo maiores (quod callidè illi fecerant) cõmunibus panib. pistos vidisset: ideoq, obsidionem soluisset: dicuntur Geislingenses, in perpetuam rei memoriam panes illos oblongos pinsere, & pauperibus distribuere, cæpisse: quos adhuc quotannis certo die ante valuas templi distribuunt: spendam vocantes: & hoc modo suam erga Vlmenses, tanquam Metropolin, obseruantiam declarantes. Latomia. Panes oblongi.

Regitur oppidũ à duobus, non tantùm genere, sed etiam virtute, nobilib. viris: Bleickardo Landschadio, & Vlrico Cratone vel Crafftone: qui ante multos annos, Tripoli montis Libani, & alijs in partibus orientis, fuit. Sunt & tres consulares viri, iudicesq, nouem.

Multa passum est hoc oppidũ, tempore belli Smalcaldici: tũ à Cæs. Caroli V. milite, sæpe transeunte: tum à Marchione Alberto, Vlmensium hoste: qui 22. millia Florenorum ab eo expressit.

Non abhorret deniq, à studijs liberalibus Geislinga. Proinde Ioannem Oexlinum, inde ortum, bonum nostro tempore Medicum habet. Inde Iacobus quoq, Burgmaister ortus, honestus iuuenis, non ita pridem in Tybingensi Academia, ad philosophiæ studium diligenter incumbebat.

DE CIVITATIBVS IMPERIALIBVS, ALA, DINCKELSBVHELA, Nordlinga, & Donavverda. De comitibus Dillingensibus, & eorum successoribus. Lauinga.

CAPVT XVII.

ALEN, VEL AVLEN.

Imperiale oppidum in cocherana valle est. Ala, vel Ola.

Ioan. Nider. Formic. lib. 1. cap. 2. Viuens circa 1436.

Alenſis ciuis, à latronib. captus.

Nuper prædones quidam, inquit, vias obſeruabant: vt caperent aliquem, à quo lucrum acquirerent. Fuit tunc in Ciuitatula imperiali parua Sueuiæ, quæ Alen dicitur, ciuis quidam probus & ſimplex: qui iter faciens in ſuis negocijs, in manus illorũ incidit. A quib. interrogatus, vnde eſſet? Reſpondit. Ex oppido Alen. Captus ergò es, inquiunt. Reſpondit ille: ita ſit in nomine Ieſu. Quo audito: vnus eorũ ſubintulit, velut alter Caiaphas: Nõ ſequetur nos in hac captiuitate bona fortunæ. Ita factũ eſt. Nam etſi virum cautè ducebant: tamẽ is mirè eorũ manus euaſit: incolumisq; domum rediit, quòd nomẽ Ieſu, id eſt, Saluatoris, in ſua neceſsitate fideliter inuocauerat, ſimpliciter & veraciter.

DINCKELSBYHELA.

Dinckelsbühel.

Ciuitas imperij eſt ad VVernicium amnem. Initiò tantum vnica villa fuit. vbi agri, tritici feraces, eò pertinentes, in colle ſunt.

Inde paruus vicus factus, ad vicinam parochiam Segrigenſem pertinuit: quem vicum 1542. milites aliquot combuſſerunt: quos Deus ita puniuit, vt pauci eorum ex Turcica eius temporis expeditione redierint. G. VVideman.

Habet hæc ciuitas tot ſtagna & piſcinas, quot dies Annus. Munſt. 3. lib. 303.

Oſelberg mons.

Inter Dinckelsbyhelam & Hankammũ mons altus Oſelberg transuerſè iacet: qui nõ facilè poteſt curru, aut equo, trãſiri. Sub eo eſt pagus, cui nomẽ eſt Auffkirch. Ille ergò, qui de loco in locũ ire vult: neceſſe habet: circuire hũc montẽ. Vnde prouerbiũ de homine moroſo eſt: Ich mein/es jrre dich der Oſelberg. *In eo monte quondã arx ſtetit (teſtantib. id etiamnũ foſſus) ſed aut ab Hunnis, aut ab imperialib. ciuitatib. deſtructa eſt. Vnica ibi virgo fuit, domina Arcũs: qua fertur, cũ murũ occubuiſſe. Antea autẽ, cùm patri ſuo viduo rem familiarem tueretur, claues omniũ conclauium habuiſſe. Poſtea rumor eſt ortus, eius animã, ſeu ſpiritũ circumuagari eius arcũ* πεῖσμα, *ſine murum: ac nocte cuiuſq; Angariæ Sabbatina, cũ faſce clauiũ de cingulo, habitu virginis cõſpici. Contra, ſenes ruſticani eius loci ſe ex ſuis patribus audiſſe ferunt: illam virginem fuiſſe ethnici viri filiam: ac mutatam eſſe in magnum & horribilem ſerpentem: habentem caput & pectus virginis: clauibus de collo pendentibus: & plerunq; quatuor angarijs Anni cerni. G. VVideman.*

Spectrum virginis.

Dinckelsbybela Tybingenſi Academiæ profeſſorem medicinæ primarium dedit, D. Georgium Hambergerum, ælium noſtrum.

NORDLINGA.

Nœrdlingæ nomen.

Hæc imperialis ciuitas ferè in media inferiore Rhætia ſita, nomen habere exiſtimatur à Claudio Tyberio Nerone: cùm ſcil. Dux exercitus Aug. Cæſ. ex hoc loco bellũ inferret interiorib. Germaniæ partib. Ergò trans Danubiũ etiam illis temporib. Romani iam pedẽ fixerant: nec Danubio limite ſui imperij tunc vſi fuerunt. Cùm autem principia Nordlingæ, in mõte S. Emerani fuiſſent: ibiq; penuria aquæ fuiſſet: nec non incendio vaſtatio affecta: Nordlinga ſucceſſu temporis ſub monte, ad ripam Egræ conſtructa eſt. Qui amnis in oppidum deriuatus, hodie etiam ipſe intertlait. Vide Munſt. 306. Circundata eſt Nordlinga vndique amœnis pomarijs: frugiferum ſolum, & bona paſcua habet. Præſertim laudatur imperiale pratum, ad Boream ſitum: ciuibus, qui ſe ibi iaculando diebus Dominicis exercent frequentatum.

Situs ciuit.

Deſcriptio.

Figura vrbis, rotunda eſt: circumferentia, 9395 greſſuum. Alta mœnia cum fortib. turribus habet: & foſſam altam, alicubi cum aqua, alibi ſiccam: vbi cerui aliquot, oblectationis gratiã alũtur. Domus, benè ædificatæ: magis tamen ex lignis, quàm ſaxis. Templum parochiale, inſigne: cum turre celſa, ex quadris lapidib. Habentur turres hæ in Germania altiſſimæ: Argẽtinenſis, Friburgenſis. Vlmlandiæ, Viennenſis, & Nordlingenſ. In foro, egregia curia & Senaculũ, tanquã inſula. Monaſteria. Vnũ, Carmelitanũ: habitatũ ab Euangelico cõcionatore. In huius Templo, cõciones diebus Dominicis habentur. Alterũ, Gymnopodũ fuit. Eo deſtructo: granarium ſplendidum ædificatũ eſt. Hoſpitale prædiues, Orcheſtra, molendina, armamentarium, emporiũ, multa alia eximia ædificia.

Turres 4. altiſſima.

Nœrdling. Magiſtratus.

Senatores 15. Iudices 12. Conſules tres, per quaternos menſes. Alijs diuerſi generis officijs, Reſpub. prudenter temperata.

Concionatores.

Prædicatores doctrinæ Dei, ſex aut ſeptem: inter quos parochus eſt, Doctor VVilhelmus Fridericus Lucius: Diaconus, M. Fridericus Francus. Singulis Dominicis diebus, conciones ſex: reliquis hebdomadæ diebus, tres. Incidunt etiam conciones funebres. Templa, Georgianum, & Carmelitanum, atq; Spiritus Sancti. Tota ciuitas, ſincero Dei verbo dedita.

Schola.

Schola ratio, Rectore M. Theophilo Regnerorita comparata: vt adoleſcentulus ibi Græcam cum Latina lingua, & artibus dicendi, benè diſcens, aptum Academicarum prælectionum auditorem præbere poſſit.

Popu-

Populus non superbus, nec malè moratur: sed munia stationis sua diligenter obiens, & Magistratui obediens. Magna ibidem negociatio Mercatorum: panni lanei & corij, paratus præcipuus: Nundinæ rerum omnis generis, etiam pretiosissimarum, annuatim binæ: Vna, 14. die post Calend. Ian. Altera, 14. die post Pentecosten: quæ à 40. etiam milliaribus adeuntur. Nundinæ.

Portæ vrbis, quinq;: Baldringera, Bergerina, Reimlingera, Deimingera, Lopsingera. Secundæ, nomen à monte est, vbi cœmeterium: reliquis verò à pagis vicinis. A secunda, via Vlmam versus est: à postrema, Oetingam, Guntzenhausam, Schwabach, Noribergam. Portæ.

De rebus gestis huius vrbis sæpe in Annalibus ad suos annos scripsimus. Attamen & hîc aliquas percurremus. Res gestæ.

Anno 1238. Nærdlinga vsque ad 16. domos conflagrauit: sed beneficio Friderici 2. & sequentium Imperatorum, instaurata & recreata est.

A. 1247. Vinariæ viritim exactionis (deß Ombgelts) initium introductum est.

Anno 1327. vrbis pomaria prolata sunt.

A. 1381. effuso Nordlingæ Sacramento: pecus nullum eâ transire voluisse dicitur. Idcirco, Carmelitanum postea cœnobium ibi conditum.

A. 1384. circa Margaretæ, Iudæi circiter CC. vtriusq; sexus, à Nordlingensibus (quos fortè præter alia maleficia, etiam vsuris exugebant) occisi.

A. 1427. primus lapis Templi S. Georgij positus est: & 1495 fornix eius cœptus, ac 1505. finitus. Turris verò Templariæ lapis primus, 1454. positus.

Anno 1438. sæua pestilentia, Nordlingæ.

A. 1466. paradisus, emporium pretiosissimarum in Nundinis mercium, ædificatus est.

Epitaphia in parochia Sangeorgiana.

1. *ALBERTVS Brunsuigiæ Dux, qui pro principe suo, Philippo, Hassiæ Landgrauio, &c. fortiter pugnando occubuit, hîc situs est, anno à nato Christo. M. D. XLVI. ætatis suæ XXIIII.* Epitaphia.

Est in choro post altare summum erectum ad murum: ipso bellicis in armis inciso.

2. *Anno Domini 1546.* starb der Edel vnnd Vest Erich von Hagen / auß dem Landt von Braunschweig: dem Gott gnad.

In solo positum. Eodem loco, ex altero latere legitur.

Viue diu, sed viue Deo. Nam viuere Mundo,
Mortis opus: Viua est viuere vita Deo.

3. *A. D. 1555. den 22. Octobr.* starb die Durchleuchtig/hochgeborn/Fürstin vnd Fraw/ Fraw Anna Gräuin zu Oetingen: ein geborne Landgräuin zum Leichtenberg: vnd Gräuin zum Hals. Gott der Allmächtig verleihe jr/vnd vns allen/Gnad/ vnd am Jüngsten Tag/ein fröhliche Aufferstehung/Amen.

4. *Alio templi loco. Anno salutis 1516. die Martis 23. Decemb. venerabilis & egregius vir, Emeranus VVager, Decretorum Doctor, huius Ecclesiæ pastor: Vitam, Deo iubente, morte cõmutauit: misericordiæq; Domini suam animam recommendari à transeuntibus precatur. Amen.*

Pendent aliàs etiam circiter 40 scuta antiquarũ Familiarum in hoc Templo, cum ipsarum insignib. Summum Altare Iacob. Fuchsart fundauit 1462. quo & Fridericus Herlin Rotenburgensis id fecit. Sacramentaria quoq; ædicula, vsq; ad Fornicem templi pertingens, in hoc Templo est: eo artificio, vt etiam multis peregrè aduenientibus artificibus admirationi sit.

Est quoq; extra vrbem, in cœmeterio fanum: in quo funebres habentur conciones: & diebus Dominicis, concio matutina: quam agricolæ ex vicinis pontificiorum pagis frequentant.

VVERDA.

Cœperat Carolus Dischinger, Archigrammateus Danubio VVerdanus, pontificiæ Religionis, VVerdam siue VVerdeam describere: sed morte interceptus, non multũ reliquit scriptum. Est autem hoc oppidum, nomine, quàm magnitudine celebrius: in Rhetia prima, Sueuiæ attributa, ad confluentes Bernicum & Danubium, in aprico & natiuo colle situm: Rhetiæ secundæ, siue Vindeliciæ, conterminum: vno milliario supra locum, vbi Lycus in Danubium influit, Bauariã à Sueuis discriminans. Vnde VVerda Sueuica nominatur. Germanicè Donawerd *appellatur, quasi Danubij defensio. VVernicius enim fluuius haud exiguus, à Septentrione meridiem versus fluens: oppidũ ex parte cingit: & à Danubio ad mœnia ipsius excipitur. Ideo VVerda etiã à voce VVerd, quæ peninsulã significat, dici potest. VVernicius enim VVerdam interluens suburbiũ (Riet appellatum) ab ipsa separat: suoq; bipertito alueo, planè insulam ex eo facit, peculiari muro circundatum: quæ tamen partes ambæ, ponte coniunguntur.* VVerdaop. vel Donavverda. VVernicius fl.

Commoda VVerdæ. *Situs itaq; VVerdæ commodissimus est: & ipsa frugiferis aruis, hortis pomiferis, pisculentis aquis, pecore & lacte, caseisq; cruce insignitis bonis abundat: ac quotidie peregrinorum hominum aduentu celebratur. Mœnia habet ex laterculis coctilibus, fortes turres & propugnacula, fossas altas.* *Suburbia.* *Suburbia 3. Coriarium, ab Oriente: Riedium, ad Meridiem: Superius, ad Boream: ante quod,* *Portæ.* *vicus Berga. Portas 4. Superiorem (vbi, Berga vicus) & VVernicianam, Danubianam, & cer-* *Nemus.* *donicam. Ante VVernicianum pontem, paruum & iucundũ nemus est (das Werdhöltzlin) Danubio & VVernicio ferè septum: ciuium vtriusq; sexus refocillationi diebus festis accommodatum.* *Sylua.* *Ad Aquilonem syluam ciuitas præclaram habet, Forestam nomine: ceruorum, quorũ ibi copia est, matrem nuncupatam: cuius longitudo est dimidiati milliarij, nec minor latitudo. Excurrit enim vsq; ad Cæsariense Monasterium. Quercus in ea proceræ, & ingentes: pontibus sustentandis, quibus satis superq; grauatur ciuitas, idoneæ & necessariæ. In hanc pleraq; sententiam, Dischinger. Sequentia, ex libello: quem à viro bono, Ioanne Probicio (anno 1588. Bergæ Telonario) acceperam, Germanicè scripto.*

Olim, circa 1258. Christi (quando Dillingensis Comes Hartmannus socerũ suum Ægidium, Dominum Kelmyntzium, manuscribæ subornati interfecit: ideoq; capite, & Comitatu Dillingensi, *VVerdæ origo.* *mulctatus fuit) VVerda nondum fuit oppidum sed casæ tantùm aliquot piscatoriæ ad Danubium: quæ & tunc, & postea, cum toto superiore suburbio, ad Ecclesiam Bergæ in Hagenoiensi colle per-* *Berga vicus.* *tinuerunt. Id etiam hodie sic est: licet Bergensis pastor (hodie M. Iacobus Maier Binicensis, γαμβρόσμα ἀγαπητός) in eo suburbio habitet. Fuit quondam sub Comitatu Dillingensi.*

De his Comitibus, & eorum Successoribus.

Dillingæ Comites, vel Kyburgi. 1. *Huipoldus (al. Hugobaldus) fuit Comes Kyburgensis. Huic circa 880. Christi annum, Cæsar Carolus 3. comitatum Dillingensem concessit. Interijt ille Huipoldus 908. Francofordiæ, & Nerthaimi humatus est.*

2. *Filius eius Diepoldus (al. Huipoldus 2.) Comitatus Kyburg. & Dillingensis possessor. Hic arcem in petra, nunc intra muros VVerdæ sitam, condidit. Interijt in prælio Vngarico: & sepultus est Augustæ in canonicorum collegio. Frater eius fuit Vlricus, Episcopus Augustanus.*

3. *Richvvinus, Diepoldi F. qui etiam vtrumq; comitatum tenuit. Primus pontis VVerdensis ædificator.*

4. *Manigoldus, Comes Kyburgensis, etiã Diepoldi F. (al. Richvvini F.) qui fratri suo Hartmanno Dillingam reliquit, ipse VVerdensem arcem incoluit. Vxorem habuit nomine Tutam. Missus autem à Cæs. Henrico Constantinopolim, ad Imper. Græcum: sancta cruce donatus fuit.* *Monasterij ortus.* *Quam cum VVerdam attulisset: sororq; eius (Irmentrudis) monasticæ vita sese dederet: cœnobium sanctimonialium in arce construxit: ex quo posterioribus diebus Monasterium Benedictinorum Monachorum est factum, vbi adhuc conspicitur. Eundem comitem Cæs. Henricus priuilegio Mercatus. S. crucis donauit. Vixit circa 1030.*

5. *Manigoldus 2. Comes Kyburgensis, & VVerdæ possessor. Vxorem habuit Mechtildem, Comitis Schvveickeri de VValthusen filiam.*

6. *Manigoldus 3. eorundem cum patre locorum Dominus. Obijt 1126. Hi tres Manigoldi, in suo Monasterio cubant, cum hoc Epitaphio.*

Tres fundatores Mangoldi, Tutaque, flores
Cœlestis prati, pausant simul hîc tumulati.

7. *Manigoldus 4. Vltimus Kyburgi Comes. Non diu VVerdam post mortem patris obtinuit.* *VVerda, Sueuiæ Ducatui attributa.* *Nam cum Imp. Friderico I. in Palæstinam versus profectus, peste ante Ptolemaidem 1190. mortuus est, nullis liberis relictis. Extinctis hoc modo Kyburgensibus comitibus: VVerda ad Ducatum Sueuiæ peruênit: ab Imp. Henrico 6. vt nato Sueuorum Duce recepta.*

8. *Imp. Henricus populum VVerdensem priuilegijs, & iure ciuitatis, ornauit. Ita nouitij ciues domibus suis, Monasterio & arci, murum circundederunt: leges & ordinationem politicam instituerunt.*

9. *Henricum (& fratrem Philippum) secutus est Fridericus 2. Dux Sueuus.*

10. *Conradus, Rex Rom. Dux Sueuiæ.*

VVerda Duci Bauariæ Ludouico, Palatino Rheni, oppignerata 2000. Marcis argenti, anno 1266. Filio autem Conradi Conradino, Neapoli extincto: Ducatus Sueuiæ in plura dominia dissipatus est.

11. *Ludoui-*

11. *Ludouicus, qui VVerdam pro pignore tenebat vxorem suam, Mariam Brabantinam, & virginem quandam eius, ob sinistram suspitionem, in arce VVerdensi necauit, ac de muro deiecit. Postea fertur magnitudine luctus, vnâ nocte totus canuisse. Factum anno 1256. Febr. 18. Ideo papa ipsum anathematate percussit.* *Calumnia in Mariam Brabantinam.*

12. *Rudolphus & Ludouicus, patre defuncto, VVerdam vna tenuerunt: donec Rex Albertus à Duce Ludouico dissedit. Tum à Rudolpho, transactione quadam VVerda ad solum Ludouicum peruênit.*

13. *Albertus Rex Duci Ludouico, quia is aduersarijs ipsius adhærebat, oppidum & arcem VVerdensem eripuit: Imperioq; Rom. in perpetuum adiunxit, anno 1304.*

14. *Ludouicus Bauarus, & Fridericus Austriacus, anno 1314. inter se de imperio diu certarunt: sed obtinuit Bauarus.*

15. *Carolus IIII. Cæsar, VVerdam, & omnia ad eam pertinentia, Palatinis & Bauaris pignori dedit 1376. Othoni, Stephano, Friderico, & Ioanni fratribus: acceptis 60000. florenis. Ita hoc oppidum, ipsi, & eos insecuti (Ernestus, VVilhelmus, Stephanus, Ludouicus pater, & Lud. filius) non vt propriam possessionem, sed vt pignus, obtinuerunt. Ex quibus vterque Ludouicus, VVerdensibus multas molestias exhibuêre.* *VVerdæ oppignoratio.*

16. *Eapropter VVerdenses, permissu Regis Sigismundi 1422. fœdus inierunt cum Marchione Brandenburgensi Friderico, Ioanne Palatino, Episcopo Aichstettensi, & Comite Oetingensi: oppignerationi Ludouicorum renunciarunt: hostes eorum se declararunt. Ita Imperio restituti sunt. Etsi autem illos 60000. fl. Palatinis non reddiderunt: tamen Regis Sigismundi: Basilienses oppignerata ἐνεχύρια, vasa argentea, redemerunt: Vlmenses q; 13000. fl. pro Maiestate eius soluerunt.* *Imperio restitutio.*

17. *Albertus, Rex Rom. ad biennium.*

18. *Fridericus III. Cæs. per 53. annos. Sub eo VVerdam Ludouicus Bauarus 1458. die S. Galli sibi subiecit. Sequenti verò anno, comitijs contra ipsum Noribergæ actis: magnúque copijs nomine cæsaris coactis: Imperio reddere coactus est: quæ rursus prætori Cæsariano, Mareschalco Bappenhaimio commendata fuit.* *Rursus expugnatio.*

19. *Maximilianus I. Imp. libenter VVerdæ versatus est: ædificato sibi proprio habitaculo in cœnobio: quod adhuc Cæsarium nominatur.*

20. *Sub imperio Caroli V. tempore belli protestantium, multis affecta est VVerda incommodis. Sed tamen etiam nunc Imperiale oppidum est: cum nigra bicipite & coronata aquila, in clypeo flauo: quæ aquila glaucum in pectore scutum paruum habet: in quo scuto, gemina litera aurea VV.* *Insignia eius.*

In Monasterio VVerdensi, spina quædam de corona Christi esse fertur: quæ olim in cuiusq; anni parasceue sanguinem sudauerit. Maximilianum igitur, I. Imper. negocium dedisse suo Capellano: & Balthasaro VVolfio de VVolfsthal (Cæsareo consiliario, & Cameræ magistro) illius rei diligenter explorandæ. Monachos ergo exemplar eius testimonij, quod illi ad Cæsarem retulerint, habere. Nescio: sit fides penes Monachos. Hæc, ex illo memorato libello. *Spina Coronæ Christi.*

Fertur etiam hæc historia. Vixisse quondam in VVerdensi tractu (in vicinia Læderstatij: vbi iam Villæ tres, seu prædia) comitissam quandam: cuius filius, ipsâ inuita, in matrimonium duxerit virginem quandam: non quidem nobili genere natam: sed formoso corpore, & moribus decentibus, præditam. Matrem itaque odio nurus incensam (tanquam illustri stirpi probrum adferentis) malum ei clanculum machinatam esse. Proinde in profectione quadam, qua Rhenus traijciendus fuerit, curauisse illam, vnà vehentem, per ministros in flumen præcipitandam. Sequenti tempore, pœnitentia ductam: vt id facinus expiaret, syluam illam egregiam, cui Forestæ nomen suprà esse diximus, Ecclesiæ VVerdensi donauisse: ea lege, vt quotidie matutina Liturgia suo nomine celebraretur. Vnde adhuc VVerdæ obseruatur: vt campana, æstiuo tempore horâ quarta, hyberno quintâ, ad semihoram pulsetur. Missa tamen ab Euangelica ciuitate omittitur. *Socrus crudelitas in nurum.*

Copiosior oppidi VVerdæ Imperialis descriptio: à situ, figura, portis, Ecclesia, Schola, & Politia, &c. auctore M. Iacobo Maiero Binicensi, Bergæ Concionatore: missa ad socerum eius M. Martinum Crusium.

Ad oppidum VVerdam quod attinet: est id nonus q; adeo splendidum & amplum: mediocris tamen & amplitudinis, & pulchritudinis: duobus insignitum nominibus. Vel enim Sueuica dicitur VVerda, à tractu & regione, eò quod ad Sueuiam Germaniæ partem non extremam spectat: vel *Nomen oppidi.*

Conditum est à Manigoldo & Hugobaldo, Kyburg. & Dilling. Comitib. Dodec. 2. lib. 2. cap. 11. Crusij.

Danubiana VVerda appellatur, à flumine Danubio eam alluente. Ipsius oppidi originem, annum conditæ, nomenq; conditoris, quod secundo loco ponendum fuerat, perquirere non possum: Ludi Rectorem quidem nostrum eo compellaui nomine: sed & ipse nil sibi de hoc constare ait. Pagus tamen Bergensis, oppido antiquior esse, & à quibusdam asseueratur, & vero non absimile videtur. Ex suburbio enim ad meridiem sito, octo domus & familiæ: Suburbij verò superioris incolæ omnes, exceptis ternarum aduum, totidemque molendinorum familijs parochiæ Bergensi ascripti sunt. Inde coniecturâ ferè assequi promptum est: pagum prædictum, ante oppidum conditum extitisse. Si enim id tum conditum fuisset: certè domum istarum, vt & incolarum, à reliquorum ciuium cœtu separatio, ad parochialia quæ vocant iura quod attinet (quibus cum in cæteris iam ijsdem vtuntur & legibus, & priuilegijs) facta dubio procul non esset. Sunt etiam seniores quidam, qui ex relatu aliorum se habere affirmare non dubitant: eò loci, vbi nunc suburbium ad meridiem situm est, tantùm aliquot piscatorias extructas fuisse domunculas: Vnde illæ ipsæ ad parochiam Bergensem relatæ sint. Hoc tamen pro certo ego asseuerare non audeo. Turris certè templi Bergensis à Gentilibus, tum adhuc loca hæc incolentibus, primò ædificata fertur: sed nec id certò mihi constat.

Bergaview, oppido antiquior.

Suburbium superius.

Suburbium ad meridiem.

DE SITV ET FIGVRA HVIVS VRBIS, AEDIFIcijs, suburbijs, &c.

Situs VVerdæ.

Oppidum hoc in planitie, loco satis amano & salubri, ac per se nec in monte, nec in decliui, situm est. Ad figuram eius quod attinet, in longitudinem fertur. Vrbis plagas exteriores sic breuiter delineare libuit. Ab ortu (vnde Aristoteles descriptionis initium fieri debere, libro de cœlo secundo docet) montem excelsum ad dextram contiguum habet: monte Tubingensi Austriaco, & forma & magnitudine non multùm dissimilem: in quo monte Carolus V. Imperator, tempore belli Smalcaldici sua fixit tentoria: quorum adhuc quædam cernuntur vestigia, fossæ, idque genus alia. In illo etiam à VVerdanis Dominis, tum temporis Duci Albano, vrbis deditionem nomine Imperatoris expetenti, ni vi eam expugnatam & dirutam vellent, claues vrbis oblatæ sunt, deditioque facta est: Protestantium militibus per portam Danubianam sese propipientibus. Qui mons orientem versus etiam pago ei adhærente, Cirgishaim nomine, clauditur, sicut Austriacus mons vico Lustnouiâ. In huius etiam montis cacumine, cœlo sereno, turris D. Vlrici Augustæ, 6. milliaribus hinc distantis, conspici potest. Ad sinistrum latus Danubius rectâ descendit linea in Austriam: atque ad meridiem, ferè obliquâ linea, planities magna conspicitur, cum illa meridionali plaga concurrens, per quam lacus fluuius illabitur. Planities equidem magna, duorum aut trium milliarium, Augustam & Bauariam versus: agris & pratis maxima ex parte constans: Oppidis tamen & pagis interdum intermixtis (sicut Tubinga ad meridionalem plagam habet Derendingam, &c. ita hæc vrbs Horthemium, Aschachium, Oberndorffium, ad Fuggerum spectans: vbi arx amœnissima & magnifica, oppidum Rain, &c.) per quam planitiem meridionalem Danubius Vlmâ ad nos ab occasu delabens, hacque influens, ipsum oppidum in extremitate ad latus orientem versus alluit.

Figura, quoad Mundi plagas.

Sique locus cum loco conferendus esset: refert ferè campum istum Tubingæ amœnum, qui VVerd dicitur: in quo & vaccæ pasci, & bonarum artium Studiosi, recreatione sua vti solent. Exinde Danubio interueniente, horti & arboribus consiti, inprimis eiusmodi plurimi, in quibus olera conseri solent, magna conspiciuntur copiâ. Ab Occidentali latere, montes sunt non vsque adeo excelsi, syluis referti: refertque plaga hæc tractum illum Tubingensem: Tubingâ si quis Meßingam, aut Tußlingam, respicere, itérve facere, velit. Inter ipsam tamen vrbem, istosq; colles ac syluas, planities quædam interiecta est: pascua pro iumentis ac pecudibus, nec non maximam pratorum copiam (das Wernitzer Riedt / à VVernico fluuio) complectens. Ea enim in parte fluuius ille VVernicus, Nicro non multò minor, Amera verò longè maior, ipsum oppidum alluit, & ex ea parte cingit. Tum per meridionale latus defluens, vt sequetur, in Danubium se exonerat. In ista etiam plaga, sinistram versus, syluula & nemusculum quoddam est (das Werdholtzlin nominatum) in quo nonnunquam mulieres, hîc locorum degentes, pudicitiæ rationem parum habent.

VVernicius fl. Syluula.

Septentrionem versus, pago Berga superato, dimidio horæ ab vrbe distante, vallis quædam se offert: per quam Cesarea vel Kaisheimium Monasterium amplissimum petitur: nec non, via regia

viâ regia (die Reichsstraß) VVeissenburgum, Noribergam, adq; alia eius regionis loca, peruenitur: villis aliquot in vicinia hæc interiectu: cæteroqui merus syluis obuersantibus, per integrum milliare, aut amplius. Vallúq; hac planè Tubingensi valli similis esse videtur: qua emensa quis Bebenhusium deuenire potest. Eadem quoque ferè distantia: viaque per prata similiter comparata.

Oppidi ipsius figura, vt memini, nec quadrata, nec rotunda, sed oblonga est: ab ortu (vnde initiũ fieri debere antea ostendi) occasum versus se extendens. De suburbijs, posterius. Ab ortu numerando ædificia primaria, sunt ad dextram, curia amplissima, Archi Grammatei ædes: in quibus & Cancellaria (aliquot tantùm passibus interiectis) ædes, horrea & stabula, ad Rempub. pertinentia: ibi & equi, vsui Reipub. destinati, alí solent: à Coriaria & Danubiana portis, tantum, quantum Tubingæ D. Georgij templum à Neccarica porta, distantia. Ad sinistram, è regione ferè, ædes amplissima: à Teutonici ordinis equite, vel commendatore, incultæ: quibus Nosodochium contiguum est: ac non longo exinde spatio interueniente, coronæ caupona: in qua Illustriss. Princeps meus, huc aduenient, diuerti solet. Inde forum incipit, satis spacio sum: in longitudinem vergens vsq; ad templum primarium, D. Virgini sacrum: omnibus & domibus alijsq; impedimentis vacuum, & capacissimum: præterquam quòd in eius medio fons saliens pulcherrimus conspicitur: instar eius, qui Tubingæ in foro, aut ad D. Georgij templum, cernitur. Ad huius fori dextrum & sinistrum latus rectâ procedendo, ac ab Archi Grammatei ædibus initium faciendo, domus vndiquaq; se contingunt: quæ plæraq; ob commoditatem à mercatoribus, pontificibus & institoribus, incoluntur. Hospitijs, caponis, domibus, in quibus cereuisia venum exponitur, ac pharmacopolio, annumeratis. In huius etiam fori medio, ad dextram ab ortu incipiendo, domus quædam amplissima est (das Tanzhauß) meris constans lapidibus ad tectum vsq;. In cuius superiore contignatione, vel sphæra (Duas enim tantùm habet) quæ artificiosè extructa est (Area illa nanq; per omnia est plana, nulla columnâ interpositâ) choreæ haberi & duci solent: idq; ab vrbanis & paganis, à se inuicem discretis. Quod hactenus quidem, præter nuptiarum solennia, singulis Dominicis fieri consueuit: sed à concionatoribus, vtpote factum ad sabbathi dehonestationem, nullo verò malo eius sanctificationem spectans, reprehensum ac suggillatum, iam aliquandiu intermissum est. Hac ipsa in area, in mercatibus pellicia, calcei, panni, & alia quædam, venalia prostant: cæteris mercibus ipso in foro expositis. Quod & Tubingæ fieri bene memini. In altera & ima eius parte, vel sphæra, prima facie, forum versus, ab ortu distinctim carnes (qui huius domus locus, die Metzig appellatur) separatim etiam ab occasu (pariete & muro solummodo interueniente) panes (qui locus, das Brothauß nominatur) Posteriore verò facie à tergo septentrionem versus, frumenta (quæ domus pars, nomen Schrand sortita est) venalia prostantia, quibusuis volentibus precio comparare integrum est.

Cui domui ad Septentrionem ædificium quoddam, forum non respiciens aut attingens, publicâ tantùm platea interiecta, ferè annexum est, idq; magnum & amplum, ad Abbatem Kaisheimensem spectans (Kaisheimensis domus nomen gerens, Kaißheimer Hauß) in quo magna frumentorum copia reponitur. Vnde mihi meum (vt & alijs vicinis pastoribus) à præfecto (nunc D. Iohanne Mario Iurisconsulto) & Iudice Kaisheimensi, in eo habitante, numeratur salarium. Vbi per decliue quoddam, in angulum vrbis, multis refertum lanijs (vt & locum, die Bura appellatum) descenditur.

Ad forum redeũdo, ab hac domo ex vtraq; parte aliquot hospitia ampla & iucũda cernuntur. Inter quæ, duo: vnum, ad Leonem deauratum: alterum, ad vrsum nigrum, nominata, præcipua sunt. In quibus plærunque Comites, Barones, nobiles, alijque optimates, diuertuntur. Sein die zwo Herren Herbergen. Tum ad sinistram, & extremitatem ferè, fori, Templum Augustum & primarium, D. virgini sacrum, in hac vrbe cernere licet, amplitudine certè Tubingense exæquans: imò ferè eidem ex parte antecellens. Ad cuius dextram, ædes sunt parochiales: cum alijs recentibus, superiore proximo anno extructis: ac à Doctore Medico, Domino Iosepho Cellario VVerdano, viro apprimè docto, inculto: occasum autem versus, aditui ædificium, vna cum ludo nostro literario.

Non longè hinc, ad dextram, plateâ ipsa fori interueniente, iterum domus amplissima, ac magnificentissimè extructa, sese offert: Dominis Fuggeris Generosis, & nunc quidem Marco Seniori, asscripta (das Pfleghauß dicta) ad quam aliquot pagi pertinent:

a Oppidi figura.
Dextrum latus.
Simistrum.
Forum.
Templum D. virginis.
Domus multæ.
Orchestra.
Kaishaimia domus.
Nominatur is, der Richter oder Cassner im Kaisbaimer Hauß.
Hospitia.
Primarium Templum.
Fuggerana domus.

ville) complures, prouentus quosdam, & reditus (Gülten) corrogare tenentur. Illæ ædes, nondum quidem tam magnificæ, vnà cum prouentibus, VVerdanis Dominis olim assignatæ erant: Fuggero verò perpetuis suis interpellationibus instanti, eosdemq; demulcenti (accedente etiam, vt fertur, Senatorum inuidia, æmulatione, & dissensione) sexies mille florenis venditæ sunt: quæ iam triplo, quadruplo, imò trigecuplo, redimi non possent. Inde plateâ quadam recta deducente, quæ eadem adhuc cum fori platea est (Ista enim à porta Danubiana & Coriaria ab ortu initium sumens, vsq; ad finem vrbis ad occasum se extendit) ad Monasterium cruci assignatum tenditur. Prius tamen è regione ferè adium prædictarum Fuggeranarum, ad sinistram in angulo quodam, domus quædam locata extat: in qua olim monetæ cudebantur VVerdanæ. Die Münz/ monetaria in hunc vsq; diem dicta: ac tum etiam paruo intercedente interuallo ad plateam istam rectam redeundo, aliæ quædam sese ostentat magna & ampla, Archigrammatei prioris Dischingeri viduæ propria: donec tandem Monasterium id in ipsa vrbis extremitate & termino, occasum versus ædificatum attingitur: magnum complectens & habens spacium, ædificijs & alijs circumcirca septum: pulcherrimum sanè, prospectu & alijs amœnissimum & magnificum: muris ipsius vrbis ex ista parte contiguum. De quo, Bruschius in suis Monasteriorum descriptionibus. In hoc Monasterio, inter alia conclaue quoddam magnificum, Ierusalem vocatum, vel etiam Cesarium dictum, extat: quod in omnibus 4. lateribus pulcherrimis exornatum est picturis: ex quo etiam prospectus in planitiem suprà descriptam, meridiem versus, iucundissimus. Templum in eo non vsq; adeo augustum, aut amplum: sed tamen effigiebus singulorum Abbatum in eo depictis, alijsq; scitè & affabrè factis, exornatissimum. Ad Septentrionem extat domus quædam, in rupe saxea sita, & ipsis vrbis mœnibus imposita, nec magna, nec illustris: vbi quondam arx Comitum Kieburgensium (à quibus ferè vrbis origo) fixa fuerat: & etiam num hodie, die Burg appellatur. Exterius verò stagnum, vel piscina quædam, est, Reipub. assignata.

Monetaria domus.

S. crucis Monasterium.

Conclaue Hierusalem.

Templum.

Arx.

β. De suburbijs. Et hæc quidem hactenus de ipsa vrbe mihi notatu videbantur digna. Nunc de suburbijs quædam adijcere placuit.

Coriarium. Tria verò illorum sunt. 1. Ab Oriente, quod Coriaria dicitur, die Läderin: idq; inde, quòd magna ex parte à Coriarijs opificibus incolitur. Tria tamen in eodem etiam sunt hospitia publica, ob vicinum Danubium. Illos siquidem, qui secundo Danubio Vlmâ, vel aliunde, descendunt, vel ex aduerso Vienna, &c. ascendunt, ibidem appellere, & diuerti, necesse est. Alterum suburbium ad meridiem cernitur, das Ried dictum, Insulæ penè formam habens. Vndiquaq; enim VVernico fluuio ferè cinctum: ab ortu Danubio alluente, ibidemq; VVernico in eum se demittente & influente, clauditur. In quo omnes nostrates piscatores, quorũ magnus est numerus, plures etiam Coriarij, ob fluuium vicinum, pauci alij diuites. suas habent sedes. In eo, etiam lignea domus: in qua boues, vaccæ, &c. mactari solent: vt sic excrementa statim in Danubium demitti possint, ne fœtor exinde in vrbe exoriatur. Tertium suburbium ad septentrionem, rectâ ferè linea in longitudinem ductum est, suburbium superius dictum. In quo & ego ædes meas possideo: molendinaq; aliquot habentur publica: frumentarium, Walckmül/ Segmül/ Schleiffmül/ &c. Nec non campus satis latè patens: in quo pannus lineus albus reddi solet, die Bläich. Per hoc Noribergam, Nærlingam, in agrum VVirtenbergicum, Rhætiam, &c. tenditur. Sunt præterea, tam in vrbe, quàm suburbijs, horti quàm plurimi amœnissimi & frugiferi: prout etiam vrbis ipsa vndiquaq; ferè ijsdem cincta est: quæ res locum hunc, & amœnum & salubrem sine dubio constituit, & conseruat.

Ried.

Superius suburbium.

Horti.

VVernicus fl. Fluuij primarij sunt prædicti duo, hîc præterfluentes. 1. VVernicus fluuius, qui in Rhætia (vt hodie appellatur) ihm Rieß/ circa Dinkelsbubelium vrbem Imperialem, ferè exoritur: ac (vt antea consignatum) ab occasu vrbem alluit. Inde præterlabens meridiem versus vrbis mœnia, ad portam Danubianam in Istrum sese exonerat. 2. Flumen, Danubius est: qui in extrema tantum parte vrbem attingit: ac rectâ in Bauariam & Austriam delabitur. Dimidio abhinc milliari, vel paulò plus, Licus fluuius ille celebris, Augustâ descendens, in Danubium sese quoq; demittit. Sunt & alij quidam fluuioli: ij verò non celebres, ac ferè torrentes tantùm: instar eius Tubingensis, so die Stainach genennt wirdt. Fundulos tamen, & Grupios, ac cancros, nobis exhibere solent. Der Raibach/ Cesareâ ad nos deueniens: die Schmutter/ Egäser/ &c. Qui tamen non nunquam imbribus vehementibus se demittentibus, alueos suos excedunt, ac multum damni dare consueuerunt.

Danubius.

Licus.

Alij riui.

Distantia VVerdæ ab vrbibus. Distat oppidum hoc Orientem versus, Viennâ (ni fallor) mill. 40. Lincio 30. Ratisbonâ 15. Ingolstadio 6. Neoburgo 3. Monaco (von München) sede Bauariæ Ducis, 14.

Augustâ

Augustâ ferè meridiem versus 6. Aboccasu Vlma 8. Lauingâ 3. Hœchstadio 1. Nœrlingâ etiam 3. Ad septentrionem procedendo, Noribergâ 12. VVeissenburgo 5. milliaribus.

Situs huius oppidi ita comparatus est: vt qui primaria hæc loca petere cupiat, hac iter suum suscipere, omninoque præterire, necesse habeat. Gibt ein Creutz vnd Reichsstraß hie. Vnde & magna huius loci commoditas est, omnis generis rebus comparatu facilimis. Plurimi etiam pagi hîc vndiquaque circumiacent: ex quibus butyrum, oua, gallinæ, anseres, linum, & quid non? magnâ copia singulis septimanis in vrbem importantur. Pisces etiam comparandi copia facilè alicui datur. Nunc eorundem propter Comitia, inopia & penuria laboramus.

Portæ.

Portæ primariæ, per quas in vrbem introitus patet, 4. sunt: singulæ singulis munitæ & ornatæ turribus. Porta. 1. Aboriente, Coriaria dicta, das Läderer Thor / eodem nomine cum isto suburbio. 2. Porta, huic ferè contigua, vna tantùm æde interposita, ad meridiem, Danubiana: extra quam pons est, & magnus & validissimus, in Danubium: ligneus quidem, sed merè iligneus. Aliter hyberna glacie soluta facilè deijceretur. Qui à nauigantibus traijciendo est. Per hanc portam Augustâ, & ex Bauaria, ad nos peruenitur: estque hæc vna ex præcipuis. Pons Danubij. 3. Etiam porta, non longè, spacio circiter 30. aut ad summum 40. passuum, eâdem in plaga, ab hac distans, VVernicensis dicitur, à prædicto VVernico fluuio. Extra quam duo pontes sunt. 1. Per quem in suburbium id, das Ried dictum peruenitur: alter, per quem ex hoc suburbio in ipsum oppidum ingressus patet: Vlmensibusque, Lauinganis, Hœchstadiensibus, Guntzburgensibus, alijsque, istis ex locis venientibus ad nos, introire integrum est. In cuius portæ latere septentrionali, Imperator Sigismundus depictus est: suo ornatus diademate ac sceptro, solioque insidens.

4. Primaria porta, superior dicitur, das Oberthor: à suburbio superiore, supra nominato: per quam Noribergam, Nœrlingam, Gamundam, & in agrum VVirtembergicum, &c. iter suscipitur: indeque ad nos introitus licitum est. De portis minus principalibus scribere nil attinet.

Mœnia vrbis, quod concernit: ita ex cocti libus constant lapidibus, multis ornata turribus, tecto etiam superinducta: in ijsque tota vrbs deambulando circuiri potest. Hæc de situ, figura, amœnitate, & portis, vrbis Imperialis VVerdæ. Mœnia.

De Ecclesia.

Ad Ecclesia vrbanæ statum quod attinet: & illum breuibus delibare libuit. Pontificia templa, tria sunt: videlicet 1. in Monasterio; alterum, in ædibus Teutonici ordinis: tertium, sacellum quoddam exiguum, in domo Kaishaimensi. Quis in ijs cultus vigeat, te fugere non potest. Templa Papistica. Templa verò sincero cultui Euangelico, dicata, itidem tria sunt. Primarium, illud D. virgini sacrum, amplum & augustum: cuius turris tegulis viridis coloris constat: quæ & ipsa serto (vt Germanica lingua vocari solet) siue ambone, exterius ornata est. 2. Templum in Nosocomio extat. 3. In suburbio superiori, S. Iohanni dicatum. In primario templo, exceptis festis maioribus, & Apostolorum diebus (obseruantur verò dies ijdem omnes, qui in agro VVirtembergico: præterquam quòd tertius Paschatis, & Pentecostes additus, Visitationis Mariæ ac Michaëlis festum, solenniter etiam celebrari solent) his inquam exceptis, hebdomadatim quinq; ordinariæ habentur conciones. Die Mercurij vna, quam preces subsequuntur publicæ, Litania dicta. Die Veneris vna. Die Solis tres: quod vt Tubingæ quoque moris est. Euangelica templa. Concionei. Incidunt tamen nonnunquam etiam nuptiales: quæ plærunq; die Lunæ, aut Martis, habendæ sunt. Etsi autem eius modi incidunt, vt & feriati dies: ordinariæ tamen nihilominus non intermittuntur conciones. In Nosodochij sacello, die Iouis etiam, concio habenda Diacono incumbit. In D. Iohannis templo nullæ præter funebres habentur. Concionatorum numerus, ternarius est. 1. Pastoris. 2. Diaconi, 3 Subdiaconi, fungitur munere. Pastori quidem duæ hebdomatim, exceptis ferijs, incumbunt conciones: vna, die Mercurij ante preces publicas: altera die Solis matutino tempore: vt & omnibus festis diebus alijs. Diacono etiam cuilibet, itidem duæ: vna, vel die Iouis in Nosodochio, vel Veneris in primario templo: id quod alternis facere consueuerunt. Altera autem in parochiali & primaria Ecclesia, Die Solis vel à meridie, vel vesperi, Nuptiales item, & funebres, Diaconis, alternis vicibus id muneris sustinentibus, omnes demandatæ sunt: nisi pastoris operâ ad id peculiariter expetatur: quod tamen rarò fit. Concionatores. Pastorem nunc hîc in vrbe agit M. Conradus Kircherus Augustanus: Diaconum, M. Michaël Freimannus VVerdanus: tum, M. Matthæus Rætingerus Norlingensis: viri & docti, & pietate præcellentes. Kircherus.

Salarium

Salaria. Salarium pastoris est trecentorum quadraginta florenorum: vniuscuiusuis autem Diaconi 225. exceptis honorarijs, ob funebres aut nuptiales conciones habitas, eisdem exhibitis: Ac singulis sex septimanis bis omnibus, vt & Ludi Magistris, salarium domum suam mittitur: nec ea de causa quisquam horum pedem domo efferre cogitur. Prater nummos autem præsentes, nil frumenti, aut aliorum, ipsis pendi solet. Aedilis. Tres etiam sunt, qui Ecclesiasticorum bonorum & reditnum curam gerere tenentur. Duo, ex Senatu: quorum vnus plærunq; consulis fungitur munere: tertius, ex ciuium cœtu: à quibus etiam annuatim Senatui rationes reddendæ sunt. Totidem quoq; rebus & prouentibus Nosodochio deputatis sunt præpositi: itidem duobus ex senatorio, tertio verò ex ciuium, ordine ascitis. Cirgishaim. Est verò pagus quidam, Cirgishaim nomine, cum suis decimis & alijs prouentibus Nosocomio asscriptus. Eleemosynarij. Non pauciores numero, eleemosynarum erogationi & distributioni in pauperes, deputati sunt (sicut & curationi bonorum, in leprosos conferendorum) eæq; eleemosynæ, partim iam antiquitus constitutæ, & (vt loquuntur) Religionis ergò fundatæ, sunt: partim singulis Dominicis diebus, vt & nuptiarum celebratione, in templo, sacculo à certo ad id conducto homine circumgestato, colliguntur. Postmodum ab ijs ipsis, pro cuiusq; indigentia dispensantur. Quædam etiam eleemosynæ tenore fundationis, vel alijs de causis, certo anni tempori & diei destinatæ sunt. Religio Senatorum & ciuium. Ecclesiæ status, Dei per gratiam iam tranquillus est: plarisq; ciuibus omnibus, inprimis toto Senatorio ordine, sinceriori Augustanæ confessioni, imò Euangelicæ doctrinæ, addictis: paucis verò adhuc, Idololatriæ, & fecibus Pontificijs, applaudentibus. Reditus parochiæ, vel Ecclesiæ, magni esse dicuntur. Qui verò sint, mihi non satis constat. Quidam ter mille florenorum annuatim esse volunt. De Schola. Schola, Ecclesiæ haud immeritò annectitur: vt quæ eius seminarium esse debeat. Ei verò regendæ, duo tantùm præfecti sunt: videlicet Rector ludi literarij, vnà cum collega, quem Cantorem vocare moris est. Rectoris munere nunc 40. annos functus est, M. Gebelius. Paulus Gedelius Kauffburensis: senex quidem & emeritus, at corpore adhuc vegeto & valido. Cantoris partes sustinet Iohannes Geigerus: patre Matthæo Geigero, Cirgshaimij Ecclesiastico quondam fungente Ministerio, nunc in cœlis æuum agente, prognatus. Prælectiones Rectoris ludi sunt: Dialectica, Rhetorica, ni fallor, Græca & Latina Grammatica: quæ præcepta ab ipso ludi Rectore, vt audio, collecta, nullo alio certo autore adhibito, Discipulis proponuntur: vsu præcipuè eorundem monstrato. Coniunguntur etiam γνῶμαι Græcæ insigniores, ex omnis generis autoribus (per quem verò factum, me latet: à Iacobo Hertelio, ni fallor) in vnum corpus digestæ ac comportatæ. Omnia ex proscripto Melanchthonis. Autores præterea, qui in Scholis triuialibus ferè iuuentuti proponi solent: vt Terentius, Cicero, & quædam Erasmica, ac Græca Euangelia. Habent & sua stylj exercitia. Geigerus. Cantoris officium requirit, elementa prima tradere pueris, Alphabetarios instituere: quod tamen à Rectore etiam ludi fit. Musicam item coniungere vocalem: cuius exercitium singulis ferè diebus agitatur. Salarij nomine ludi Rectori & Magistro 133. Cantori 52. ordinariè penduntur floreni: præter angariæ precia à Discipulis annumeranda: quorum quilibet singulis angarijs 6. crucigeros soluere tenetur. Pro ijs verò, qui vel peregrini pauperes, vel alioqui tenuioris fortunæ sunt, ex ærario (ni fallor) publico, vel certè Ecclesiasticis de bonis, à Magistratu satis fit. Mendici. Pauperes hebdomatim bis (vt & Tybingæ) canendo ostiatim stipem colligere solent: ac quod collectum est, à Magistro ludi in eos distribuitur. Hæc etiam hactenus.

De scholis (vt vocant) Germanicis nil subijcio: quarum, iam tres, nonnunquam plures, hîc habentur.

De Politia.

De Politica huius vrbis rerum administratione, multa scribere, meum non est: vt cuius ratio maiore ex parte me fugiat: in quam etiam inquirere, animus nunquam fuit. Quod verò meam non effugit notitiam, breuiter ad calcem annectere placet.

Senatus interior. Rebus pro more aliarum etiam ciuitatum, 12. præfecti sunt: excepto consule, isto munere tunc fungente publico, & Archigrammateo: qui omnes Senatus interior dici solent. Consules. Consulum autem numerus, ternarius etiam est: qui rerum administrationem ita annuatim inter se partiuntur, vt quisq; 4. solùm menses, publicum istud munus gerat. Quibus elapsis, alij ex suo ordine id committit: donec res in annui circulum, ac ad primũ redeat initiũ: quod sic perpetuò obseruatur. Eorum vno rebus humanis exempto: alius ex Senatorum numero, in eius stationem substituitur. Ex Senatu etiam aliquis prætorem agit (Statt Ammann) ad quem res multa pecuniaria dignæ deferuntur. Prætor. Qui etiam altero ex Senatu, ac tertio ex ciuium cœtu, ad id quidem deputato, adhibitis: pro arbitrio, & iudicio suo, deliquentibus eam irrogare solet. Is ipse etiam suis cum consortibus, prædictis

prædictis duobus, per lictores publicos, maleficos, eiusq; farinæ homines, ad vincula & carceres pertrahere, in mandatis habet: & ex officio facere tenetur. Commemorati tres consules, vnà cum prætore, ædiles etiam dicuntur (die Baumaister) *vt qui primas in senatu teneant: alibi,* die Gehaimen *dicti. Hi verò nil ferè reliquis senatoribus inscijs, aut non assentientibus, suscipiunt & faciunt. Ab his autem, adiuncto ArchiGrammateo, singulis sabbathi diebus, Ministris vrbis publicis, quicunq; sint (puta cementarijs, fabris lignarijs, viarum publicarum stratoribus, aurigis, vigilibus, portarum custodibus, lictoribus, lignorum cæsoribus, buccinatoribus in templi turri constitutis, idq; genus alijs) stipendia sua, in curia annumerantur. Et hic quidem senatus, vt vocant, interior est. Quidam etiam ex ipsis Ministros publicos obseruare tenentur, quo suo defungantur munere: ac præcipuè, ne quid in agrorum ad Rempub. spectantium cultura negligatur. Præter hosce verò & alij 70 viri, ex ciuium numero selecti sunt: septuaginta vocati,* die Siebentziger: *qui & honestiores esse, ac potiori, quàm alij gregarij ciues, loco haberi debent. Ii in rebus maximè arduis, totam Rempub. concernentibus, nonnunquam in consilium adhibentur: ijs officia etiam honestiora demandantur: ex his quoq; senatoribus, vno vel pluribus, decedentibus, alij in eorundem locum & ordinem substituuntur. Prouentus huius oppidi, alioquin non magni (Tubingam enim adæquare non videtur) satis ampli sunt: ita, vt nullo obstrictum sit ære alieno. Et vulgatum hîc fere est, quod dici solet: VVerdanis non defuturam pecuniam, ast sapientiam, virosq; prudentes, & rerum gnaros. Sed & hoc de alijs ciuitatibus quàm plurimis, rectissimè dici & asseuerari potest. Mercatus quotannis duo obseruantur. 1. Ipso inuentionis, vt vocant, S. crucis die. 2. verò, Galli festo. Ac vterq; biduum, aut triduum, durat: magnâ hominum copia affluente. Alioqui singulis sabbathi diebus hebdomadatim mercatus habetur* (Wochenmarck) *in quo victualia, frumenta, & alia, copiosissimè prostant venalia. Ad Politiam (vel potius Ecclesiam) etiam sylua quadam amplissima refertur: à quadam prædiuite (nisi me fallit memoria) Comitissa non longè abhinc habitante, Ecclesiæ dicata: ea conditione & nomine, vt singulis diebus Missa matutina pro se, & sua salute ac incolumitate, celebraretur: Ex qua sylua pontes, ædes publicæ, portæ, & alia, reficiuntur. Quotannis quoq; ligna focis inseruientia, in ciues distribuuntur: certis legibus, quantum cuiq; pendendum, ea in distributione obseruatis: quæ ligna ab ipso senatu cædi curantur, merces etiam ab eodem soluitur. Ea tamen postmodum quando ligna eroganda sunt, à ciuib. restituitur. Domus quoq; lateraria, extra vrbem (Bergæ vicina) ad hanc pertinens Rempub. sita est: ad quam ex modò nominata sylua, haud parum lignorum confertur: quibus & lapides & tegulæ excoqui possunt, hac lege, vt & cocti lapides ac tegulæ, & calx, minori ciuibus, quam alijs (extraneis & peregrinis) diuendantur precio.*

Syndicus huius Reipub. est Doctor L. L. celebris, & senex, N. Seuterus Halensis Augustæ habitans: ArchiGrammateus verò, Georgius Cuno Augustanus.

Et hac quidem omnia, te sic rogitante, venerande Domine socer, hoc modo delineare, ac tumultuariè in chartam conijcere, volui. Tu ipse ea iam corrigere, formam & colores inducere, omniaq; in ordinem, qui arriserit, redigere poteris: ac si quicquam desideraueris amplius, me monere. Faciam, modò & mihi eius detur copia, meamq; id non effugiat notitiam: vt, quàm fieri potest citissimè, ad te deferatur, Vale. Scriptum 16. die Iulij, 1594. VVerdæ Sueuorum.

A Edilés.

Septuaginta viri.

Prouentus.

Mercatus anniuersarij.

Sylua.

Ligna.

Lateraria officina.

Syndicus.

ArchiGrammateus.

LAVINGA.

Oppidum superioris Palatinatus est, ad Danubium: loco plano, fertili, & amœnissimo, supra VVerdam inter Dillingam & Gundelfingam, situm. Inest arx munita: inest præter alia Templa, vnum præcipuæ magnitudinis: inest schola benè constituta: vbi linguæ, artes, philosophia, & Theologia, docentur accuratè: Rectore hoc tempore, D. Simone Ostermanno, viro doctissimo & humanissimo. Instituta piè est à principe VVolfgango: clementer à filio eius, Palatino Philippo Ludouico, fouetur & ornatur. Celebres dedit homines Lauinga: Albertum illum magnum, anno 1280. moriturum: & virginem illustrem Geislinam, circa 1250. viuentem: de quibus, in Annalibus nostris plura. Viuunt ibidem inter plures alios, qui in schola vtiles operas præstant. M. Ioannes Blossius, Physicæ & Mathematicæ: & M. Iacobus Cellarius, Ethicæ, professores. In Ecclesia purâ Euangelij doctrina sonat, quam diu iam etiam in schola, D. Philippus Hailbrunner explicuit. Mittuntur inde, fundamentis benè iactis, identidem bonæ frugi studiosi ad Tubingensem Academiam. Viuit deniq; ibidem præclarus Medicus, Græcè & latinè doctissimus, & è scriptis suis notissimus. D. Martinus Ruelandus.

Lauginga situs.

Schola.

Doctrina Ecclesiæ.

DE

DE VRBE VETVSTISSIMA AVGVSTA RHÆTORUM (communiter, Vindelicorum) & de Episcopatu eius.

CAPVT XVIII.

AVGVSTA.

Augustæ antiquitas.

ANTIQVITAS huius inclytæ vrbis, tanta est: vt ex vulgaribus eius Annalibus intelligi possit: vrbis quoq; Troiæ temporibus, aut etiam antè, fuisse. Troiam autem reperimus, anno ante Christum exhibitum 1491. conditam, & 1181. anno captam fuisse. Initiò paruum quid Augusta fuit: à populo rustico & barbaro habitata: sicut omnium rerum magnarum principia, minuta esse solent. Postea ab Amazonibus capta (circiter 1030. ante Christum) præfectum accepit: qui eam firmiorem reddidit. Aliquot annis (fortè 12.) ante aduentum Domini, à Romanis (quando Augustus imperabat) bello frustrà petita est. Triennio pòst, per Tiberium Drusum, priuignum suum, Augustam obtinuit Augustus. Quam Drusus, validis mœnibus firmatam, Augustam nominauit, cùm aliud antea nomen habuisset.

Nomen eius.

S. Lucius.

Anno Christi circiter 184. S. Lucius Augustæ docuit religionem Christianam. Multi hanc amplexi sunt: cæteri, qui Syluanum & Cybelen colebant, Lucium coniecerunt in puteum, lapidibusq; petierunt. Attamen à pijs extractus, & sanatus, curiam Rhætiæ petijt, ibiq; obijt. Persecutione deinde Augustæ orta: Christianismus rursus abolitus fuit. Successu verò temporum, restitutus est: quamuis ne tum quidem semper subsistere potuerit: sed tamen restitutus est tandem laboriosè: & episcopatus stabilis excitatus. Mansit hæc vrbs, quando Francorum erat Rex Clodoueus Magnus, adhuc in fide Romanorum: sub Seuerino prætore, circa 500. Christi: & modò 538. anno, Romanis omni Germania expulsis, Dietsbaldus eam Vicarius Regis Franciæ gubernauit: teste Achille Gassaro in M. Scr. Chronicis.

Quando Romanis Augusta adempta.

Calamites eius.

Calamitates magnas Augusta passa est: præcipuè tempore potentissimi Hunnorum Regis Attilæ: qui circa 450. Domini vixit: & tempore Othonis 1. ab Vngaris: quos tamen hinc anno 955. maximâ strage ante vrbem Augustam affecit. Inde 956. Templum S. Ioannis, & 964. cœnobium nobilium virginum S. Stephani (qui locus tunc adhuc extra vrbem erat) à S. Vlrico Episcopo, in memoriam tantæ victoriæ, ædificata sunt.

Sed de his rebus, & alijs multis, lib. 3. Munst. 344. & sequentibus capitibus, atq; in Annalibus ad annos suos, permulta diligenter scripta sunt.

De Episcopis aliquot Augustanis ex M. Scr. Achillis Gassari, & Marci Henningi.

Episcopi aliquot.

S. Vlrici epistola.

1. Adelgero, vel Vdalgero, vel Olgero, 14. pontifici Augustano (qui 848. electus, præfuit Episcopatui 16. annos) Gassarus tribuit illam Epistolam: quæ hodie per eram S. Vdalrici nomine circumfertur, contra Nicolaum 1. pont. Rom. (qui 860. sedit) cælibatum sacerdotibus præcipientem.

Contra inuocationem sancti.

2. Idem ait, in Neodegarij, Episcopi Augusti. 15. (qui 16. April. 869. obijt) sepulchro (apud S. Aframadlatus S. Zymperti Episcopi, cubantis) Epitaphio inscriptum fuisse: vt omnes id legentes, à Deo misericordiam illi implorarent. Id postea, cùm Neodegarius, vt Diuus coli, & pro viuis intercedere putari, cœptus fuisset, à Monachis abrasum esse.

S. Mariæ Templum.

3. Cùm anno 1012. ordo D. Benedicti, in æde Afrana, siue D. Vlrici primùm institutus fuisset: & à Brunone 29. Episcopo Augustano (Bruschio, 17.) sacer thesaurus cum libris, & potioribus reditibus, ex eadem æde, in summam matris virginis ædem translatus esset: ibi cathedralis hæc Ecclesia, quæ antea cum Afrana fuerat coniuncta, penitus ab ea fuit segregata.

Ecclesiasticæ quædam donationes.

4. Vixerunt circa 1080. August. Episcopus 33. (Bruschio, 31.) Sigefridus: & Abbas Vlrichianus 9. Sigehardus. Episcopus totam Cellensem Villam, & Merdingensem Ecclesiam, cum decimis, cathedrali suo collegio donauit salutis ergò.

Confraternitas.

Abbas, ratificatione Episcopi, in perpetuos annos constituit: vt singulis annis vnicuiq; Mariano Canonico: qui in diuorum Vlrici & Afræ festiuitatibus, tum summo officio, tum vespertinis precibus, apud eius templum interesset: duæ amphoræ Achesini vini, & duodecim similaginei panes: in præsentiam, vt vocant, distribuerentur. Idem, confraternitatem sempiternam, pactis suffragiorum mutuis subsidijs, cum Hirsaugiensi Abbate 12. VVilhelmo contraxit.

FAMI-

FAMILIAE VETERES PATRICIAE, AVT INSIGNIORES: quæ ante 400. annos, & citra, Augustæ vixerunt, aut viuunt.

ExM. Ser Henningi, τῶ ἀγαπητῶ.

EXTINCTAE.

1. Augustanæ familiæ veteres. Extinctæ.

Butschelini. Stoltzhirschij. Rindereri. alij, quàm hodierni huius nominis opifices. Munneri, seu Vetteri. Renũciato iure ciuitatis, migrarunt ante 100. circiter annos Donaũerdam. Ibi reperiuntur ipsorum sepulchra & insignia. Onsorgij. Hangenori. Gossenbroti. Vœgelini. Gollenhoferi. Portneri. Bachij. Luitfridi. De Hoy. Hofmaieri. Cunzelmanni. Schongauueri. Feudeni: non illi, qui hodie sunt opifices. Rapoldi. Hurlacheri. Dillingeri. Pfettleri, vel Pfattneri. Fideleri. Langij: ex quibus Matthæus, cardinalis Saltzburgensis erat. Rauensburgeri. Quorum vltimus, nomine Leo, doctoris Dauidis Byrglij priuignus, Christophori F. ἀνάστασιν μὴ τετελειωκότος, cælebs superioribus annis obijt. Kargenij. Galdochsij. Hollenij. Vinckleri. Fælckyveini. Kreileni. Priolli. Bœwolfi. Schrotij. Hurnaußij. Breuningi. Krantzij. Glanneri. Halbhærri. Morkopfij. Muleisenii. Hailiggraberi. Zollraigeri. Eulenthaleri. Durnaueri.

RESTANTES.

Adhuc viuæ.

Langenmantelij vom Sparen/cum rubro cuneo vel trigono, in insignibus. Langenmantelij vom R. quia gerunt R. in insignibus. Rechlingeri, ciuitatem anno 1300. adepti. Velseri. Hærwarti. Ilsungi.

FAMILIAE IVNIORES, ID EST, EORVM, QVI A Magistratu cooptati sunt 1538. aut matrimonijs peruenerunt ad ius Prytanei, der Herrenstuben.

2. Recentiores familiæ.

EXTINCTAE. Augustæ quidem.

Extinctæ.

Argouij. Egenij. Iidem sunt: & à Cæsare Sigismundo nobilitati, posterius se Argouios nominarunt. Artztij. Varaußij. Dachsij. Dendrichij. Puttingeri. Vmlbachij. Horneri. Cammereri. Vilbrecht. Rudeltshoferi. Nærdlingeri. Reiningi. Erlingeri. Vielandi. Engelschalckij. Blossenij. Rudolphi. Zottmanni. Ridleri. Fuchsmagij. Gwerlichij. Pfisteri. Vittelij. Taigscherri. Gumpoldi. Stainbachij. Granderi. Zelleri. Drechselij. Rothasij. Retzelij. Frickingeri. Putrichij. Mærlini Dietenhaimeri. Tuchschereri. Mangmaisteri. Koleri. Dottenij. Hærnlini Burckmaieri. Mielichij: prater vnum ἀγαπητόν, non Augustæ. Sighardi. Meutingi: præter vnum ἀποδόκιμον. Albershoferi. Lieberi. Schmuckeri. Preuschuchij. Eislingeri. Erdvveini. Eberi. Schreieri. Tegenij. Raiseri. Eggenbergeri. Hemmerlini. Volfij. Altfuggeri. Funckij. Gabneri. Hausstetteri. Schœueri. Stuntzeri. Regelij. Heckelij. Greslini. Scheitlini. Vinsheri. Adleri. Nelli. Ketzeri. Katzbecki. Ortelij. Repphunij. Eppischoueri. Mulleri. Nadleri. Gældneri. Von der Rosen. Heißij. Schwarzij. Kœnigsbergeri. Vngelteri. Pockij. Grimmij. Pringilij. Schneideri. Ratholdi. Heubleri. Lamparteri. Brischeri. Straußij. Vogelij. Schalleri. Hagkij. Koboldi. Sættelini. Stebenhaberi. Strengij. Schweicklini. Kreßij. Muntzeri. Schmidij. Vildij. Giengeri. Eiselini. Halleri.

RESTANTES.

Adhuc viuæ.

Remij. Sultzeri. Laugingeri. Im Hoff. Valthert. Vlstettij. Endorfferi. Peutingeri. Honoldi. Mulleri. Greckij. Baumgartneri. Ehemi. Heintzelij de Menchinga. Heintzelij de Danubio: ex quibus erat pius & sapiens arcani Consilii Senator, Ioannes Baptista. Schellenbergeri. Fuggeri. Puroneri. Hæchstetteri. Von Stetten. Vrsingi. Reihingi. Iungii. Stamleri. Vittelii, è Tyrolio Comitatu. Bemeri. Bæcklini. Zællingii, & Zechu, Virtzburgo. Temii, Salisburgo. Hartliebii, Memmingâ. Steudlini, Menhartii. Seitzii. Bummelii. Haugenii. Manlichii. Veissenii. Neithardi. Baleri. Heelii. Hormanni. Vœhlini. Remboldi. Butzenii. Hoferi. Rhoti. Krausii. Linckii. Rentzii. Rosenbergeri. Mertzii. Zangmaisseri. Hangnauri. Maieri. Hopferi.

Monuit autẽ 1538. Senatũ de supplendo patritio per hos ordine, Consul Georgius Hærwartus.

CLARI ALIQVOT ANTIQVORVM TEMPORUM Augustanorum.

Augustani veteres clari.

1. *Gerungus Amberger, Camboduni Abbas ἀγαπητός, anno 838. vsq; ad 848. Quem Bruschius ad annos 861. & 872. refert.*

Chorsang.

2. *Magister Matthæus Chorsangius, circa Christi 1094. vehemens Augustæ concionator: pro imperatore in Pontificiam tyrannidem inuehens: & nobilium nimias de plebe exactiones exagitans:*

agitans: ita, vt ferè imprudens seditionem Rusticorum contra centauros in tota Sueuia excitâsset.

Geroch. 3. Eodem tempore viuebat Augustæ Gerochus, vel Geroculus, Reichersbergensis: summæ adhuc pertinacissimus sacrificulus. Quem, quòd rebus Papæ feruidius studeret: tumultusq; incidentes, editis libellis pro affectu suo magis succenderet: in exilium Aduocatus vrbis (Land oder Statt vogt) iussu Imperatoris egit.

4. Circa annum 1191. VVernherus Heruuartus, inter ciues Augustanos honoribus enituit: vt ex Annalibus Gasserus & Henningus referunt:

Sigfridus Ilsungus 1215. sibi & vxori Folckuuinæ, sepulcrum Augustæ in cœmeterio S. Crucis, in sacello D. Othmari, vnà cum lapide faciendum curauit.

Aliquot recentiores.

Recentiores. 1. Anno 1532. in Octobri, Georgius de Argouu, vltimus sui generis, obijt.

2. Anno 1540. Ioannes Baumgartnerus, Baronem se in alta Schuuangouia faciendum curauit. Filios habuit, Iohannem Georgium: & Dauidem illum, qui in bello Gothano 1567. interijt.

3. Reformatione Ecclesiarum Euangelica facta: Concionatores 1537. erant: in templo D. virginis, VVolfgangus Meuslinus: in Mauricij, Bonifacius VVolfhardus: in Georgij, Doctor Maier: in fano S. Crucis, M. Ioannes Forsterus: ad S. Stephanum, Ioannes Ebinger: & in Templo D. Vlrici, Ioan. Henricus Heldius à Tieffenouu, nobilis: qui & primus Bibliothecarius Augustæ fuit.

Heldius.

Bibliothecæ institutio. 4. Viuebat eodem anno Augustæ Xystus Betuleius: qui diu scholam Annæam cum laude rexit. Cui negotium datum est: vt conquisitis ex Monachorum pluteis, melioribus codicib nouam bibliothecam construeret. Ad cuius incrementum, senatus singulis annis Florenos 50. decreuit: quibus cuiusuis professionis autores coëmerentur. Rector huius scholæ secutus eum fuit, Matthias Schenckius Constantiensis: & hunc, Simo Fabricius qui adhuc præest. Non addam plura de rebus huius excellentis vrbis: vt, quanta sit magnificentia eius in Templis, in publicis & priuatis ædificijs, in cultu & moribus nobilium & aliorum hominum, satius est, de his, & id genus alijs, tacere: quàm pauca & incondita scribere. Tantùm adhuc quædam de Episcopatu Augustano, ex Gassaro & Henningo adiungam.

Episcopatus Augustani limites. Pertinet is ad Episcopatum Moguntinum: habetq; ab Oriente Episcopatum Freisingensem: ab Occidente, Constantiensem: à Meridie, Brixiensem: à Septentrione, Passauiensem & Bambergensem.

Abbates. Abbates eius curationi subsunt 18. Vlrichianus in vrbe, Abusiacensis, Vrspergensis, Vtenheurensis, Vrseensis, Vultenbachensis, Thierhauptensis, Benedictibeurensis, Vuessenbrunnensis, Andeccensis, Kaisheimensis, VVerdensis (ad S. Crucem Donavverdæ) Tœttingensis, Nærùheimensis, Anhausensis, Lorchensis, Elchingensis, & Echenbrunnensis.

Abbatissa. Præterea, Abbatissæ 8. Sancti Stephani Augustæ: & Edelstetensis: cuius vtriusq; Gynæcei virgines, nobiles omnes sunt: eúq; in matrimonium venire, liberum est. Deinde Oberschœnenseldensis, Neuburgensis ad Danubium, Hohenuuartensis, Kuebachensis, Lietzheimensis, Holtzensis.

Præpositi. Adhæc 9. Præpositi: Augustæ ad S. Crucem, & ad D. Georgium. Deinde VVettenhausensis, Diessensis, Bollingensis, Bernriedensis, Heruuartingensis. Rhotensis, & S. Nicolai extra Memmingam. Item, Prior VVeihenbergensis.

Insuper, 7 Præpositi communes Capitulorum (sieben Chorherren/oder Stiffsprobst) S. Mauritij Augustæ. D. virginis Feuchtuuangæ, S. Viti Eluuangæ, S. Petri Augustæ, S. Vlrici Heubachij, S. N. Gruningæ, S. Gertrudis Capellæ in Mariano Augustæ templo.

Parochiales Ecclesiæ. Vrbis Parochiales Ecclesiæ: S. Vlrici, S. Mauritij, S. Iohannis iuxta Marianum Templum, S. Crucis, S. Georgij, & S. Stephani: quæ olim S. Galli erat. Præter Archidiaconatum quoque in Canonicorum collegio, & collegium, Capitulumque collegiatum, in vrbe (vt S. Mauricij, & S. Petri) præter illa, inquam, habet Episcopatus adhuc 41. Decanatus, vel pagorum capitula. Segg. quò Abusiacum pertinet. VVertach, quò campidonum. Memmingam, Kauffbeuram, Schongauu, VVebringen, Mundelheimum, Ambergam, Eppishausam. Hærnstetam, quò Comopolis Babenhausa spectat. Valhaimum, quò oppidum VVeissenhorna. Leipphaim, quò oppida Burgouu & Guntzburgum pertinet. Tainhausam.

Biber

Biber vel Zumarhusam. Langenauuam. Oberdorffam. Bernstetam, sub qua vetus oppidulum Albeck. Dillingam, ad quam oppidum Gundelfinga pertinet. Hœchstetam. Laugingam, Fornam, Giengam. Tœttingam, sub qua oppidam Haidenhaimum. Lautrim. Lorcham, vel Gamundam. Alam, ad quam oppida Bopfinga & Eluuanga pertinent. Aufkircham. Dunckelspuhelam. Vtzmaringam, sub qua op. Oetinga. Nœrdlingam. Vbi propter multitudinem ad anniuersarias nundinas concurrentem sacerdos alisolebat: qui pigris hominib. vltimam Missam, singulis nundinarum diebus tempore meridiano celebrabat: quæ appellabatur somnolenta Missa, die Schläffermeß. VVerdam, oppidum Imperij. VVellenhaim. Rhein. quò Neuburgum Danubij spectabat. Hertzhausam, vel Schrobenhausum. Hohenuuartum. Tobenriet. sub quo op. Fridberg: alioqui ad Bauariæ Ducem pertinens. Duntzelbach, Scheuringam, Hobendorff. Ettlingam, quo pertinet oppidum VVeilhaim. Steff. quo Landsperga Bauariæ. Sub his 41. Decanatibus, Episcopo facultas est 1000. parochias conferendi, aut collatas confirmandi.

Missa somnolenta.

Subsunt etiam fœminarum monasterijs, Augustanæ hæ: Priorissa S. Catharinæ, Magistra Stellæ, Magistra S. Vrsulæ. Marium cœnobijs, Prior Dominicaster.

Priorissa, Magistra, Priores.

Est Augustæ Iesuitarum quoq; collegium: quod solum immediatè est sub Papa: cætera verò, sub spirituali Episcopi curatione.

Iesuita.

In Cameram Papalem Episcopus quotannis Annatæ nomine soluit. 800 fl. Imperio verò, expeditionem suscipienti (tanquam Regi Romanorum, qui velit coronam à Pontifice Romano adipisci) ad Romanam profectionem simplam 42. equites, & 200. pedites, suo sumptu exhibet.

Annata.

Politica ante annos officia Episcopatus, vel Collegij.

Mareschallus: qui erat de Donnersperg. Truchsæssius: quidam de Rullenthal. Schenckius: de Blanckenberg, & de Erringen, & de VVal: hi tres, ordine alius post alium. Camerarius: quidam de VVellenburg.

Politica munera Episcopatus.

Expirârunt interea hæ familiæ.

Nunc his funguntur muneribus, Baumgartneri, Stadionij, VVeldenij, & Hobeneggij.

Plurima alia de vrbe Augusta ad suos annos in Annalibus retulimus.

DE VRBIBVS ALMANGAVIÆ, MEMmingensi & Campidonensi.

CAPVT XIX.

MEMMINGA.

OPPIDVM hoc, oratione quadam à Moderatore schola Memmingensis fidelissimo, amico meo piæ memoriæ charo, Ioanne Lango, celebratum est: quam ibi per adolescentulum recitandam curauit.

Existimatur autem, iam temporib. Constantij & Iuliani Impp. qui circa annum. 350. salutis vixerunt, fuisse.

Memmingæ antiquitas.

Dicitur conditor eius Memmingus, vir prædives: qui in fame dira, vt homines ali possent, multis eorum conductis, ædificauerit. Vnde nomen Memmingæ esse à Memmingo conditore, & à multitudine conditrice, quasi Mengen mann. *Sicut & hodie permulti ruri habitantium, Memmingam non aliter nominare possunt, quàm* Mengen mann. *Sed hæc, penes existimatores suos sint. In descriptione namque Campidonensis Monasterij (de quo copiosè, parte 1. Annal. lib. 12. cap. 3. scripsimus) reperitur: anno 777. pagum fuisse, Grunesurtum (viride vadum) appellatum: & ad primum Campidoni Abbatem Andegarium pertinuisse.*

Nomen.

Grynesurtum.

Situm autem est in planitie amœna optimi aëris, nec pesti obnoxij. Agros habet frugum feracissimos, & hortos pulchros. Intersecatur à riuo vtili: qui non aliter, quàm communi nomine Bach/ *nominatur: nec vnquam hyemali frigore congelascit.*

Situs illius.

Distat ab vrbe Vlma 6. milliaribus: Viâ secundo Ilaro amne ferè plana, & iucundissima. Loca, descendenti occurrentia, hæc sunt.

Via Vlmam versus.

Memminga, Omadinga, Haimerdinga, j. milliare.

Pfallbaim, Blaß. j mill.

Kalmunz Filtzingen, Ober vnd vnder Aich/ *y. milliaria.*

Tissen, Bellenberg, Veringa, 1½ mill. Vlma. mill. 2. A Campidono, 4. milliaribus abest.

Porta. *Porta habet Memminga 7. quarum 5. maiores sunt.*

1. *Campidonensem.* Kempterthor/ *ad austrum, quòd Campidonum ducat.*

2. *Amphoranam,* Krugsthor: *fortè, quòd olim plures ibi figuli habitârunt. Ad occasum sita est, vt & sequens.*

3. Westerthor. *fortè à Zephyro,* vom Westwind. *Al.* Schwesterthor. *sororum porta: à Parthenône, olim proximè ædificato.*

4. *Inferiorem (respectu eius, quâ Campidonum, ad Alpes versus ascenditur)* Niedergasserthor: *vbi suburbium (muro cum reliqua vrbe coniunctum) Septentrionē & Vlmam versus est.*

5. *Intromissoriam,* Einlaß: *quòd nocturno tempore homines intromittuntur, & emittantur. Situm est in angulo suburbij & vrbis: Orientem versus à Septentr. circumflectendo. Est minor cæterùs portis: sicut & postea septima.*

6. *Calcariam,* Kalckthor: *ab officina ibi calcaria, ad Orientem. Opponitur VVesteranæ portæ: cùm ab altera ad alteram, vna longa & lata, perpetua via fit.*

Via Augustam versus. 7. *Tilianam,* Lindenthor/ *itidem ad Ortum: Exitur ab hac parte per 10. milliaria Augustam. Loca intermedia sunt hæc. Memminga,* Bærga, Vngerhausa, VVesterheim, Schlegelsberg/ Knaus, Kamlach/ *Mindelhaimum op. Hucusq; 3. milliaria. Inde Mazzensues, Angelberga (vbi, arx nobilium Rhietbaimiorum)* Simlach/ Hiltensinga, Manchinga, *mill. 3. Inde* Mitelstetten/ Groß Aitingen/ Ninningen/ Geckingen/ *Augusta 4. milliaria.*

Politia. *Respublica, partim ab optimatibus, vel Senatu, administratur: partim à populo, quia sunt 12. tribus. Ciuium magna pars, mercaturæ studio dedita est: magnus numerus texendo lineo &*

Textores. *gossipino panno occupata quem* Golschen *vocant: ad quam operationem ditiores, eis pecuniâ subueniunt: & pannum inde cum lucro vendunt: qui etiam in Turciam, non modò in varia Christiani orbis loca, exportatur.*

Familia honorata. *Multæ sunt apud Memmingenses honoratæ familiæ, diuitijs præditæ multæ: vt, Freiburgeri, Bessereri, Funccij, Zuickeri, VVolfhardi, Zangmeisteri, Stœbenhaberi, Sattelini. Magna humanitas & affabilitas ciuium.*

Ecclesia. *Ecclesia Euangelicos Doctores habet: fidelissimè viam salutis, ex verbo Dei monstrantes: quorum primarius hodie est, pòst M. Dauidem Cunilæum, M. Ioannes Langius. Ante annos*

Gainus. *80. circiter, ibi Doctor Theol. vixit, Iodocus Gainus Gyntzburgensis: vir præstans, & prophetico spiritu præditus. Qui inter concionandum innuebat: instare tempus, quo Antichristus spiritu*

Schapplerus. *oris Domini esset conficiendus. Eum secutus est Christophorus Schapplerus Sangallensis, Theol. Licentiatus: qui apertè in errores pont. Romani inuectus, & auidè auscultatus est.*

Delapsus autem in suspicionem Rusticani tumultus: cùm à foederatis Sueuiæ quæreretur ad supplicium: mirè elapsus in patriam est, ibiq; vsq; ad senectutem docuit. Nec multò pòst Memminga, more aliarum Imperij ciuitatum sacra pontificia abrogauit. Secuti sunt postea pij concionatores: qui & in bello Germanico, Religione sincera valde periclitante, multa passi sunt: Bartholomæus Bertalinus, Magnus Michaël, & alij.

Templa. *Templa Euangelica, duo sunt. Primarium, D. Martino: alterum, D. virgini, consecrata:*

Monasteria. *Monasteria quoq; duo: Monachorum Augustiniani ordinis, & virginum, sacratarum. Est & ædificium D. Antonio dicatum: in quod, qui morbo ab eodem sancto nomen sibi vendicante laborant, recipiuntur:*

Hospitalia. *Sunt præterea duo* Hospitalia, *maius & minus. In illud senes, ægroti, & infantes, recipiuntur: in hoc, viri & fœminæ, ætate in laboribus exhausti. Sed & tertia domus est, à tribus Regibus denominata: similis conditionis hominibus sustentandis attributa. Atq; etiam ijs, qui benè*

Nosocomeia. *de Repub. sunt meriti, vel aliâs pij, & boni sunt. Extra ciuitatem, duo Nosocomêa: vnum, leprosorum: alterum, alijs morbis laborantium: quo & peregrini admittuntur. Singulis quoq; hebdomadibus, eleemosynæ in egenos distributio fit.*

Scbola. *Scholam Memminga habet latinam benè constitutam. Cui diu præfuit Ioannes Cleberus, doctus & bonus vir: deinde, Martinus Crusius, ab anno millesimo, quingentesimo, quinquagesimo quarto, vsq; ad millesimum, quingentesimũ, quinquagesimũ nonũ, quo Tybingam migrauit. Præterea, M. Nathanaël Cleberus, Ioannis F. & pòst hunc, Ioannes Langius cuius initiò meminimus. Cui succedens filius M. Dauid, iam diu benè præest: Et Schola sub his Langijs, in cœnobium S. Elisabethæ translata est: cùm antea fuisset iuxta rituum, vbi Zangmaisterana est domus, & scholastica dicta balneæ.*

Valde

Valde mundas plateas Memminga habet: aquâq; & fontibus (præsertim elegantiiam ab aliquot annis fonte in foro) abundat. Mundities oppidi.

Murus circuiri intus vnâ hora (superiore in loco, vbi pinnacula) facilè potest: & tegulis contectus est. Sæpe audiui, cùm ibi essem, circuitum eius esse æqualem Vlmensis vrbis ambitui (περιβόλῳ) vno interturrio (spatio inter duas turreis, μεταπυργίῳ) excepto. Magnitudo.

Narratiunculæ duæ Ioannis Nideri (circ. 1416. viuentis) stylo eius barbaro.

Quidam Constantiolus, inquit, de ciuitate Augustê si blasphemiæ habituatus vitio, sibi pœnam talem indixit: vt, quotiens blasphemia os suum exiret: statim, vel eâdem die, proprijs manibus guttam sanguinis, graphio, siue stilo ferreo mediante, extrahere vellet. Fecit igitur, & sanatus est tandem. Blasphemiæ antidotum.

De quodam viro prudenti consulatus oppidi in Memmingen Augustensis dioceseos, audiui: quòd idem se videns ad blasphemias assuetum: voluit, quotiescunq; blasphemiam diceret: vel Dei nomen irreuerenter nominaret: eâdem die permanere se sine dispensatione à vini vsu. Quo seruato, à crimine liberatus est, & à consuetudine mala. Hæc, ex illo. Quàm autem multos, eruditione & virtute præstantes viros, nostro seculo Memminga dederit: lib. 5. Germanographiæ nostræ cognosci potest.

CAMPIDONVM.

Ciuitas hæc Imperialis, in Almangauia inter Memmingam, Isnam, Leukircham, & Kauffbeuram, sita est. Vetustissimam esse originem eius: intelligi potest ex descriptione Monasterij: quam parte 1. lib. 12. cap. 3. Annalium posui. Reperiuntur etiamnum circa ipsam subinde, antiquæ Romanorum monetæ: quarum aliquot superioribus annis prudens & eximius vir, Raimundus Dornius ibi senator, ad me misit. Vnde colligitur, ad Romanos olim pertinuisse: id quod etiam ex lapidib. murorum, sæpe effossis, perspicitur: nec non ex argenteis cochlearib. alijsq; instrumentis, quorum vsus in sacrificijs fuit. Viros aluit Campidonum bellicosos in primis: & ideo Cæsaribus gratos. Vnde & in eius Insignibus aquila biceps est, cum corona Cæsarea: alternis cum campo diuisa in nigrum & flauum colorem. Olim autem clypeum habuerat, ex dimidia parte album, ex dimidia glaucum. Multæ quondam incoluerunt patritiæ familiæ: vt, Bombergia, VVeissenbachia, Kellersteinia, Vogtia, Aichmannia, Gablerina: quarum monumenta in fenestris Templi, & sepulcralib. saxis, adhuc extant. Campidoni situs. Antiquitas. Insignia. Familiæ veteres.

Campidonum anno 1525. grandi pecunia se ab Abbate, & conuentu monasterij sui redemit: & in plenam libertatem vindicauit. Liberatio à Monachis.

Incolitur hodie à multis prædiuitibus viris: & lintearium negotiationem exercet: cùm quotannis ibi (sicut & Memmingæ) multorum millium Aureorum linei panni texantur (circiter 13500. panni, tantùm intra mœnia, precij amplius 200000. florenorum) qui panni in Italiam, Galliam, Turcicam, & aliò, exportantur, ac distrahuntur. Ciues, genus hominum animosum & forte est. Rempub. Consules, & Senatores, ac Tribunipl. administrant: quemadmodum in alijs quoq; imperialib. ciuitatibus, ἀριστοκρατίαν & δημοκρατίαν, videmus. Præcipui hoc tempore prudentiâ & auctoritate viri sunt, Ioannes Gufer, & Paulus Feber. Item Suiteri, Kunigij, Dornij, Helleni, Feremi, Honoldi: qui præclaras domos, in vrbe & extrà, habent. Die cuiusq; septimanæ Mercurij, magnus ibi mercatus frequentatur: ingredientib. agricolis vrbis, & Abbatis Campidonensis, Episcopi Augustani, Comitum Montefortiorum, Dominorum Dapiferorum de VValdburg, Dominorum de Kunigseck, nobilium denig; de VVerdenstein & Langeneck. Textura. Politia. Proceres hodierni. Mercatus.

Interquiescunt in hac vrbe, & promouentur, merces: quæ frequenter ex Italia in Belgium, & ex Belgio in Italiam, mittuntur. Es ist ein grosse Niederlag der Güter allda. *Eadem salis ratio est: quod ex Tyroli in Heluetiam vehitur. Quæ mercium διακομιδὴ, multum ciuitati prodest.* Transmissio mercium.

Religio ibidem colitur Augustanæ confessionis, sicuti Memmingæ. Templum Parochiale, à S. Magno nomen obtinet. Parochus ibi erat Doctor Moses Pflacherus. Nunc est M. Iosaphat VVeinlinus: Lorchensis Abbatis, Abelis Vinarij F. Religio.

Vrbs, suburbium sibi ponte sublicio per amnem Ilarum, qui ex alpibus oritur, annexum habet. Suburbium.

Vrbis portæ, sex sunt: Closterthor / Fürderthor / Metzgerthor / Pfeilerthürlein / Brennengasserthor / Neustetterthor. Porta.

Suburbij portæ, tres: Siechenthor / Stainrinnerthor / Bruckerthor.

Hillermons. Proximè vrbem altus mons est, Hillermons antiquis nominatus, valido cum muro circumcirca: in quo castro, quando adhuc erat, Carolus Magnus, & multi postea Duces Sueuiæ, habitasse dicuntur. Hodie Burckhalda nuncupatur: & ibi est Reipub. armamentarium.

Monasterium. Monasterium iuxta vrbem iacet: fundatum, vt scribitur, à Carolo M. & vxore eius Hiltegarde. Abbas, inter Principes censetur: & Monachi, ex nobilibus familijs sunt: quas inde ab 8. auis demonstrare possint. Parochias sub se habet 72. & peramplam ditionem: ac multos beneficiarios (Lehenleut) ex procerib. & nobilitate. Insigne cœnobij, Imperatricis Hiltegardis coronata caput, & pectus.

Algoia qualitas. Ipsa Almangauia vel Algoia (ἀλαμανῶν γαῖα) montosa, aspera, & frigida, regio est. Quam inter se partiti, hodie possident: Episcopus Augustanus, Abbas Campidonensis, Comes Montefortius, Domini Kunigseccenses, Domini VValdpurgenses, Domini Fuggeri, nobiles VVerdenstainij & Langeneccij, atq; alij. Multas olim nobiles familias habuit, quæ interierunt.

Imenstat. Arces. Oppidum Imenstat, Kunigsecciorum est. Multæ in his locis arces: vt, Rotenstain, & Fluechenstain: ad Episcopum Augustanum pertinentes. Rotenfels, eximia arx, iuxta Imenstat, ad Kunigseccios spectans. Grafeburgum, quæ Dapiferorum est. Liebenthann/ Schwagelsberg/ Wageck/ Wolckenberg/ Abbatis Campidonensis. Werdenstain/ Langeneck/ Eberspach/ nobilium de Werdenstain & Langeneck. Multi magni, & benè ædificati, vici.

Populus. Populus, numero multus, robore & forma conspicuus, animo elatus, in vtroque sexu. Præcipuè illi, qui rem habent, armenta & equos alunt, propter bonitatem pascuorum: & quotannis multis florenorum millibus vendunt, in duobus præsertim mercatibus: qui autumni tempore aguntur Sunthofæ & Imenstati. Emuntur præcipuè ab Italis equi: quia boni, & laborum patientes.

Vulgus cultu agrorum viuit: æstate ruri laborans, hyeme domi linum filans, viri & fœminæ. Campidoni postea pannum vendunt, & magnam pecuniam faciunt.

Iuuenes ferè artem fabricandi ligna, & lapides cædendi, discunt. Ideoq; exteras terras petunt. Hyeme verò, cùm domi sunt, pensa ducunt. Proinde etiam, fœminarum more, cum colu in aliquo loco conueniunt.

Syluæ & fructus. Magnis syluis Algoia ornatur, maximè pinetis. Copia malorum, pyrorum, ceraforum, prunorum, & aliorum fructuum, ibi nascitur. Plantarum & herbarum reperiuntur genera eiusmodi, quæ extraneos etiam ad sui conquisitionem inuitent.

Aquæ & pisces. Multi riui pisculenti. Ilarus autem fluuius excellit: qui semimilliario infra Campidonum ratibus nauigabilis fit. Multi lacus, piscibus diuites: ad Augustanum & Campidonensem præsules spectantes. Capiuntur ex hisce aquis funduli, bdellæ, aschiæ, trutæ, & alia multa genera.

Aut etiam venatio, & aucupium commodum est: vt, ceruorum, hinnulorum, phasianorum, perdicum. Quis omnia enumeraret?

Ioannes Nider Formic. lib. 4. cap. 5. in hanc sententiam.

Virgines duæ. Fuerunt duæ virgines, vterinæ sorores, speciosæ, meo tempore, vna in domo, prope metas Constantienses dioces. Athesin versus: iunior, Anna nomine: maior verò, Margareta. Iunior, ita simplex: vt vix vlna denarium bene numerare posset. Attamen rudimenta Christianæ religionis eam non latebant: vt, Oratio Dominica, Symbolum Apostolorum, Decalogus, & similia. Nam velut mundum animal, pectus virgineum talia dies noctesque ruminabat. Maior verò intelligentiâ præstabat. Resistebat nobili cuidam, qui eam matrimonio sibi copulare gestiebat: quia virginitatem suam Deo deuouerat. Illo autem insidiante: ipsa sibi fugâ consuluit. Tandem tuta mansit in suo tugurio, in villa quadam deserta, & syluis propinqua, sita: ita, vt solum illud dicatur à Vulgo, Finis panis: quòd ibi nec hordeum queat maturescere: ex algore vicinorum niualium iugiter montium. Æstate quadam, die festo, grandis coorta est tempestas, inundatione rapidarum aquarum: quam ipsa è domo sua in cellulam currens, vbi orare solebat, precibus & crucifixi simulachro Christi obuerso erectoque, sedauisse fertur.

Campidonum ingressa. Ambæ postea sorores intrârunt oppidum Imperiale, Campidonam vocatum: vt facilius ibi pabulo diuini verbi in concionibus nutrirentur, cum suis vtensilibus. Ibi maior illa, multis tentationibus probata, mater spiritualis & nutrix multarum facta est virginum.

Ibi

Ibi tandem ambæ, Deo commendatæ, vitam finiuerunt. Ante tamen maior ad Niderum venerat quodam die. Ad me, inquit, gratiâ consilij, ne deciperetur, vênit. Mihi historiam de crucifixi adoratione de qua præmissum, texuit. Et anne aliquid superstitionis in opere commisisset: simplici, vt puto animo quæsiuit. Cùm enim eædem partes sint montuosæ: & Alpium habitatoribus superstitiones sint multiplicatæ: audiens virgo prædicari contra superstitionum genera, timebat (sicut pia mens solebat facere) ne culpa ibi esset, vbi meritum grande extitit. Et ideo, ne deciperetur in simili: à me, an licita essent talia, humiliter quæsiuit. Alia virgo, cui nomen Elisabet, in eadem villa viuebat tunc (iam, quando Niderus hæc scribebat, quinquagenaria) simplex & recta, sed valde pauper. Hæc tempore quodam, pestilentiâ illapsa, & multis morientibus, cogitabat in alium locum transire. Sed cùm formidabile ibi fulmen incidisset: cogitauit, ibi etiam epidemium morbum fore. Mansit ergò in suo nidulo. Et rectè. Nam etiam euentu præsagium eius comprobatum est. Hæc apud Niderum, & prolixius, sed vetatur Exod. 20. ne vllum faciamus sculptile, adorandi & colendi causâ. Et de nostrù meritis dicitur Luc. 17. nos, si etiam omnia faciamus, quæ debeamus, esse seruos inutiles. Atq; Eph. 2. non ex operibus, sed ex gratia iustificari nos.

De crucifixi adoratione dubitatio.

Superstitiones enim, multæ.

Alia virgo, Elisabet.

DE LINDAVO ET CONSTANTIA, LACVS PODAMICI CIVITATIBVS.

CAPVT XX.

LINDOVIA.

SItum est hoc Imperiale oppidum, in lacus Acronij Insula: nec terram attingit, nisi lapideo 290. passuum ponte. Itaq; quasi Venetiæ quædam Sueuiæ est: in cuius propè finibus positum, Algoiæ & Heluetiæ conterminum est. Respicit ab Ortu Algoiam: ab Occasu, Heluetiam (olim Ducatus Sueuici partem) à meridie Rhætiam, & ex parte Italiam: à Septentrionibus, Sueuiam.

Lindouiæ situs.

Videtur autem habere nomen à tilijs (von den Linden) quæ in viridi huius Augiæ, vel insulæ, prata ante oppidi ædificationem fuerint. Hanc insulã olim Romani occupatam muniuerunt: vt sibi contra Vindelicos propugnaculo esset circa tempora Octauiani Augusti Cæsaris. Et fortasse vetustissimus murus, qui ingredientib. pedestri itinere oppidum ad dextram est, & Gentilium murus dicitur (die Heyden Mawr) Romanorum opus est: quò etiam posteriorib. temporib. aduersus Alemannos vsi sunt. Hi verò loco postea potiti, odio Romani nominis vastationem intulerunt. Anno deinde 810. circiter, Adalbertus de Rorbach, Caroli Magni cognatus, è tempestate periculosa in hanc insulam elapsus: Monasterium D. virgini ex voto condidit: vbi nobiles virgines receptæ sunt, quæ tamẽ nubere possent. Existimatur igitur Lindouiæ esse nomen Lindouua, vel Lendaugia, à felici Adelberti huc appulsu, zulendung in dieſe Aw. Confirmato autem circa 866. quibusdam immunitatibus, hoc cœnobio, ab Imp. Ludouico II. multisq; huc peregrinationibus, religionis ergò sientibus: accesserunt ædificia etiam aliorum: vt cauponum & institorũ. Ita vicus inde factus est: ac posterius, oppidum. Asylum quoq; in Monasterio. Imo totum etiam oppidum, hodie pro asylo est nauigantibus, qui vim tempestatum patiuntur. Ciuium enim humanitas eis opitulatur, vt portum tutò consequãtur. Lacui varia nomina sunt: Acronius, Brigantinus & Constantiensis (ab oppidis, quæ alluit) item, communiter podamicus. Per quem apud Constantiam immotum, Rhenus pernicissimo cursu fertur. ἐγκάτ' ἀλίμνην (inquit Strabo libr. 7.) τὴν μεσόπεδον, σταδίων πλειόνων, ἢ τετρακοσίων μὲν, ἐγγὺς σταδίων δὲ πολὺ πλείονα τὸ μῆκος· ἔχει δὲ νῆσον, ἣ ἐχρήσατο ὁρμητηρίῳ τιβέριος ναυμαχῶν πρὸς Βινδελικούς. Lacus ambitus est amplius stadiorum 300. traiectus autem, ferè 200. Habet insulam quoq;, ex qua Tyberius nauali pugna cum Vindelicis certauit. Idem lib. 4. Rhenum ὀξὺν, καὶ διὰ τοῦτο δυσγέφυρωτον, εἶναι γάρ φησι: celerem esse, & ideo pontib. difficilem iunctu, scribit. Vehuntur autem per lacum nauigia præalta, ampla, põderosa: eorumq; multa, quotidie ferè, velis albis, Lindauiam vel Lindauium: multis cum hominib. & mercib. ex Rhætia, Heluetia, Italia. Importatur vinum frumentum, & alia. Aqua lacus, dulcis & pellucida: piscium varij generis feracissima. Quæ cùm aliàs per totum lacum non cõgelascat: tamen hoc accidit 1573. an. transeuntib. loco nauium, onustissimis etiam plaustris. Oppidũ, multis & egregijs ædificijs est ornatum: aquis castro, mœnib. turribus, palis circùm defixis, armamẽtario denique instructissimo præclarè munitũ. Habet Septentrionem versus, agros, prata, hortos, montes vitiferos, pagosq; multos. Aër, salubris est: quoniã æstate terram copiosa aqua tepit: hyeme, etiamsi aqua aliquatenus euanescit, Sole ad Austrum recedente, euaporatio nulla pestifera fit, frigore sordes constringente. Multi quoque intra oppidum fontes sunt aquæ salubris: quæ tubis è mediterraneo solo, longè inducuntur. Amœnitas & salubritas loci, magna, ventis perflabilis.

Nomen.

Antiquitas.

Rorbachius Adalbertus.

Cœnobium virginum.

Lacus vicini nomina.

Insula.

Nauigia.

Lindouiæ ædificia, & alia commoda.

Ecclesia. *Ecclesia parochialis, à D. Stephano nomen habet: vbi quotidianæ ex puro Dei verbo conciones habentur.*

Schola. *Scholam plurimos iam annos regit Martinus Bremius, plurium linguarum doctus, pietate & eruditione conspicuus, παλαιὸς ἡμῶν φίλος καὶ συνήροφος. Græca ibi docentur, & latina, feliciter: artes logicæ, & pietas in primis. Hinc identidem bonæ spei adolescentes Tybingam mittuntur.*

Magistratus. *Reipub. cum iustitiâ & laude præsident, Consul, Prætor, Senatus, Tribuni plebis. Quorum potestatem legendorum, Cæsar Rudolphus, an. 1275. populo aduersus Abbatissæ voluntatem concesserat. Plura, apud Munst. lib. 3. cap. 246. & in Annalibus nostris.*

CONSTANTIA.

Pauca quædam de hac ciuitate annotabimus. Cætera quærantur lib. 3. Munst. cap. 86.

Constantiæ communitio. *Anno 1525. feruente coniuratione Rusticana: Constantienses propugnacula & fossas suas instaurarunt. Qua in re cum magnitudine sumptus premeretur Magistratus: iussi sunt singuli ciues, per dimidium diei, opus gratis facere, ordine eos vocante. Rustici namq; conabantur suburbanos Petershusenses, ad societatem belli pertrahere. Ordine Canonicos quoq; & Sacerdos tangente:*

Canonicorum inde discessus. *quidam eorum, vt æquam rem iudicabant, ita libenter parebant: alij verò, inuitè, cum protestatione, se nihil tale debere. Causa huius alienationis erat: quòd Senatus omnes etiam ministros Sacerdotij, Scribas, & consistoriales, politico iuramento astrinxerat. Item, quòd Magistratus animaduertens: literas, & pretiosas res, clàm ab illis exportari: obseruatores constituerat, ne quid tale amplius fieret. Vetuerat insuper omne genus meretriciæ conuersationis. Ob huiusmodi causas Canonici discesserunt. Spe melioris reditus: sicut & anno 1429. tempore Episcopi Othonis factum est. Anno etiam 1527. mandato Episcopi euocarunt reliquos sub comminatione præbendarum suarũ amittendarum. Paruerunt quidam: sed alij remanserunt, quos clementer Senatus habuit. Qui excesserant: Yberlingam & Ratholficellam migrarunt: ac varia machinati sunt apud nobilitatem & potentes, sed frustrà: quia Senatus scripto se tuebatur edito. Stumpf. lib. 7. Cap. 11.*

Tues, Monasterium virginum. *Monasterium quoddam est Constantiensis diœcesis, quod Tues dicitur. Ibi virgo quædam viuebat, sacristiæ præfecta, vel sacris vestibus. De hac, ægrotãte tempore epidemiæ pestis, viderunt & audierunt aliæ duæ sorores, in diuersa Camera ægrotantes, S. Angelos cantantes: cùm nescirent, sororem suam ægrotare: dixeruntq; astantibus, eius animam è corpore emigrare. Et sic factum est. Nider. 1. lib. 2.*

Miles, vindictæ cupidus. *Miles quidam, vir fortis, ex Episcopatu Constantiensi, misericors in pauperes, benè affectus erga Ecclesiam: offensus ab alio non minoris dignitatis, cogitauit de vindicta. Huic peccata sua confitenti, sed hanc ex festuca natam trabem retinenti, dixit Conradus de Prussia, qui eum audierat: Domine, nisi dimiseris proximo delicta (saluâ Iustitia, quam coram legitimo Iudice prosequi iustè poteris) non possum tibi remittere tua peccata. Nihil profecit: sed quinq; Christi vulnera & passionem commendans, eum quotidiè orationem dominicam quinquies seriò recitare iussit. Fecit nobilis ille: atq; mensibus vix sex pòst reuersus, compunctus, absolutionem à patre illo reportauit. Nider. 4. lib. 3.*

Multa passim de ciuitate Constantiensi, in Annal. nostris: multa de alijs ciuitatibus, in hoc libro non positis.

DE ORDINE EQVESTRI SVEVORVM, VEL ALEMANNORUM, ab annis 550. circiter, & antè.

CAPVT XXI.

Sueuorum antiquæ sedes. *SVeuorum sedes quondam fuit multis in locis: vt, in Saxonia, Dania, Marchia, Bohemia, Anglia, Alemannia, Longobardia, Dalmatia, Hispania.*

Sueuorum proceres.

Reges, Duces, Palatini, Marchiones, Comites, Barones nobiles.

Eorum 1. Reges. 2. Duces. *Reges: vt, Ariouistus ante Christum 56. Moroboduus, 18. Christi. Theodomirus, Sueuicus Gallitiæ in Hispania Rex, anno 565. Duces: vt, Contzo, Yberlingæ residens, circa 626. Sueuiæ Dux, cùm Reges Franciæ, Sueuis à Clodoueo magno 499. deuictis, præsides Sueuis darent. Fridericus de Stauffen, Henrici 4. Imp. gener 1082. Dux Sueuiæ & Franconiæ.*

Deinde, Duces Teccenses, Vrslinges, VVirtembergenses.

3. Palatini. *Palatini: vt, Tybingenses, Caluenses.*

4. Marchiones. *Marchiones: vt, Badenses, Burgouienses.*

Comites.

Comites.

Achalmenſes, Aichelbergenſes, Aſpergenſes, Altorffenſes iuxta Rauenſpurg. 1. Comites.

Bergenſes Danubij, Brigantini, Bietigkaimenſes, Brackenhaimenſes, Beutelſpachenſes, Beblingenſes.

Curienſes Rhatiæ, Gamertingenſes VVirtembergiæ, Hohenbergenſes circa Rotvvilam. Helffenſtainenſes, Herrenbergenſes, Haigerlochenſes, Hailigenbergenſes.

Kirchbergenſes ad Ileram, Kaluuenſes VVirtembergiæ, Kuſſenbergenſes, qui ſunt Comites Sultzenſes, Kettenbergenſes, Kubingenſes. Kuſſenbergenſes.

Lupfenſes in Hegouia. Leonbergenſes & Levvenſtainenſes, qui fuêre Caluenſes Comites. Caluenſes. *Lauffenſes, Lauffenbergenſes, Lobenhauſenſes, Liebnouienſes. Marpachenſes, Mercklingenſes VVirtembergiæ, Montfortenſes Rhatiæ, Megtbergenſes, Malbergenſes in Briſgoia, Monhaimenſes.*

Nagoltenſes, Nyrtingenſes, Nellenburgenſes. Oetingenſes, Oeningenſes.

Pfullẽdorffenſes. Ramſpergenſes, Reichenbergenſes. Schelcklingenſes ad Alpeũ. Schmalneccenſes, Sultzenſes, Sonnenbergenſes. Tengenſes, Tillingenſes, Tockenburgenſes. Vracenſes, Imperij Venatores hæreditarij. Veringenſes ad amnem Lauchart. Vaihingenſes. VVaiblingenſes, in VVirtembergia. VVerdenbergenſes, Zafelſtainenſes, Zolrenſes. Vracenſes.

Barones.

Ahauſenſes, Albergẽſes ad Alpeũ, Aichenſes ad Ilarã, Arndingenſes in Zurichgaa, Aſpermontenſes in Rhatia. Bußnangenſes & Burglenſes in Turgouia. Nam hæc pars Heluetiæ, & Zurichgaa, quondam ad Ducatum Sueuiæ pertinebant. 6. Barones.

Degerfeldenſes, Dierſpergenſes. Entringenſes, Elchenbachenſes. Falckenſtainenſes.

Gundelfingenſes. Gutenbergenſes, Geroltzeccenſes. Hevvenſes, Hitenbergenſes ad Filſam, Horbenſes ad Nicrum, Helenſtainenſes ad Brentium fluuium. Iuſtingenſes. Kalenũtzenſes ad Ilaram, Klingenſes, Kreſpachenſes, Kronburgenſes. Lympurgenſes ſemper liberi, Lauffenſes, Mezingenſes ſub Vraco, Matzenſieſſenſes ad Ameram, Münſingenſes in Alpibus. Roſeneccenſes, Ramſtainenſes, Raueſpurgenſes.

Stæffelenſes, Schvvabeccenſes, Schvvainhuſenſes, Saxenſes, Schrambergenſes, Stauffenſes, Schœneccenſes. Tuffenſtainenſes, Tegenhuſenſes, Telmaßingenſes ad Danubium, Tegerfeldẽſes.

VVinſpergenſes, VVartenbergenſes, VVildenſtainenſes, VVimidenſes, VVerdenſes ad Danubium, VVolfachenſes ad Kyntzigum, VValdſehenſes in Algoia, Iſenburgenſes ad Ilaram. Zimbrenſes.

Nobiles.

Aichelbergenſes, Achelfingenſes in Albucho, Æchterdingenſes, Andeccenſes pincernæ, Ælchingenſes ad Danubium, Altenſtaigenſes, Aichaimenſes, Arneccenſes ad Blauum, Alenhuſenſes, Almeggenſes, Altzenſtainenſes, Adelmanni de Adelmansfelden. 7. Nobiles.

Bappenhaimenſes, Bodmenſes, Buchshuſenſes, Bubenhofenſes Syluæ nigræ Blieningenſes, Bernhuſenſes & Beringenſes in Alpibus, Berſtingenſes, Brandeccenſes, Boltringenſes, Bondorffenſes, Betingenſes ad Heubergum, Blochingenſes ad Nicrum, Braitenſtainenſes, Burgbergenſes in Algoia, Bettlingenſes, Bolſingenſes, Bollenſes, Beutelbrunnenſes, Bempflingenſes, Boulandenſes, Brandiſij, Bietighaimenſes.

Diſſenhofenſes Dapiferi, Dietfurtenſes, Degenfeldenſes.

Ehingeni, Ephingenſes, Emershofenſes, Emerkingenſes, Eberſpachenſes ad Filſam, Entringenſes, Eggelſtallenſes ad Nicrum, Ertzingenſes, Eßingenſes.

Fribergenſes. Fridingenſes, Feldeneggenſes, Fravvenbergenſes, Flehingenſes, Furſtenſes, Friſtingẽſes, Frundeggẽſes, Felſenbergẽſes, Fergenſes, Fetzeri, Faulachij, Flachij, Fravvẽfeldẽſ.

Gleiſſenſes de Binnigkaim, Græteri, Geßleri, Gemmingenſes, Gyltlingenſes Grauneccenſes in Alpib. Gomeringenſes, Guſſenſes de Guſſenberg, Gertringa Harderi, Genggingenſes, Gomedingenſes, Grimmenſtainenſes in Algoia, Gryningenſes, Geiſlingenſes, Gymringenſes, Gundelshaimenſes, Gerſtneccenſes, Greiffenſtainij, & Gleiſſenburgij in Alpibus, Geiri, Dapiferi.

Halſingenſes, Hoheneccenſes, Heggenzeri, Iachshaimenſes, Intzlingenſes, Iungholtzenſes.

Karpfij, Kirchbergij, Kullenthalenſes, Kaltẽthalij, Katzenſtainenſes, Kanſtattenſes Schillingi, Knæringenſes. Liebenſtainij, Liechteneggij, Liechtenfelſij, Liechtenſtainij ad Alpeũ, Luſtnouij ad Nicrum, Langenharti, Langenſtainij, Laichingeri in Alpibus, Luitlingenſes, Laimbergenſes ad Filſam, Langeneccenſes in Algoia.

Manſper-

Manſpergenſes, Magenbuchenſes, Meggingenſes, Mentzingenſes, Maienetcenſes, Maienfelſenſes, Mæringenſes in Alpibus, Melchingenſes, Mettingenſes, Metzingenſes, Megentzenſes, Mindelbergenſes, Mindelhaimenſes, Moneggenſes, Morſtettenſes, Moshaimenſes, Mulhuſenſes, Murhartenſes, Münchaimenſes, Münchvveilenſes.

Neuburg Thumborum, Neuhauſenſes, Neuneccenſes, Neidlingenſes, Neupergenſes, Nippenburgenſes, Nordſtetten Pfuſerorum, Nellingenſes, Nordholtzij, Neideccenſes, Neidingij, Nerhaimenſes, Neſſelvvangenſes.

Oberndorffij, Offterdingenſes, Ovvenſes, Oberſtettenſes, Ofvvilenſes, Oſterhofenſes, Ottendorffenſes, Oberkirchenſes.

Pfaffenhofenſes, Pfulhaimenſes, Pfullingenſes, Pfeffingenſes, Pflegenbergenſes.

Rechbergenſes, Rechberghuſenſes, Ramdeccij, Reiſchachij, Remchingeni, Rammingeni, Riethaimenſes, Roſenouenſes, Roſenfeldenſes, Roſeggij, Richtenbergij, Ringingenſes Dapiferi, Rudingshauſij, Rumolteshauſij, Ringenbergij in Algoia, Ramsvvagij, Roggenbachij, Rußingenſes.

Sandbergij, Scharenſtettenſes, Stotzingeri, Schadenvveileri, Scharpfeneccij, Schmidhaimij, Schæneccij, Steißlingij, Sauſeri, Sachſenhaimij, Stettenſes Dapiferi, Schechingeni, Sternenfelſij, Stainhaimij, Stainachenſes Landſchadij, Seeburgij, Spatij, Schillingi, Stainhulbij, Schvvabesbergij, Spilbergij, Schvvibertingij, Schuſſenriedij, Sterneccij, Stulingenſes, Scharpfenſtainenſes, Schrofenſtainij.

Tachenhuſij, Thierbergenſes, Thieringenſes, Thalhaimij, Tanneccij, Tapfenij, Troßingenſes, Thumeccij, Thurvvangij, Tiſchingenſes, Titzingenſes, Trachenſtainij, Tettingenſes, Teckingenſes ad Filſam. Tellingenſes, Tumingæ Flieheri, Terendingij, Trochtelfingij, Degenfelderi, Trauchbergij, Turneccij, Turnſpergij, Turneri, Thannenbergij, Tußlingenſes, Traſendingij.

VVeileri. VVeileri in VVirtembergia, VVeileri in Algoia, VValdſtraßij, VVageccij, VValdſtettenſes, VValdſpergenſes, VValdenſtainenſes, VVartenſtainenſes in Alpib. ad Lutrachum, VVeldenij, VVettenhauſenſes, VVeſterſtettij, VVelvvarti, VVernoueri, VVerdenſtainij, VVeißingenſes, VVinterſtettenſes, VViſenbachij, VVolfsbergij, VVolfeccenſes Algoiæ, VVolckenbergij, VVolfhartſchvvendij, VVelmadingenſes ad lacum, VVurmlingenſes, VVultertingenſes.

Alij denique permulti, in chartis M. Scr. nobilis viri Godefridi de Rammingen, mihi ab eo communicatis.

Extinctæ familiæ. Familiæ aliquot extinctæ, ex multis alijs extinctis.

1. Comites. Comites: Caluenſes, Hohenbergenſes, Sonnenbergij, Thierſtainij, VVerdenbergij.

2. Barones. Barones: Brandiſij, Staffelij, VVeinſpergenſes, Greiffenſtainenſes.

3. Nobiles. Nobiles: Aſchij, Schvvelheri, VVerenbergenſes, Bichishuſani Dapiferi, Hafenij, Haimerlingenſes Dapiferi, Haimriedij, Mansbergij, Raibenij, Liechteneccij, Neidecci, Maiſeri, Schechingenſes, Rempij de Pfullingen, Dapiferi de VValdeck, Hailfingij, Eiſenburgenſes, VVehingij, Iungingenſes, Steinhaimij, VValdkirchij, Randeccij, Ringingenſes, Ambachenſes, Dapiferi de Stetten, De Hæfingen, Pfauſeri, Harſcheri, Roſenfeldij, Furſeldij, Merſtettij, Schertzingenſes, Bibelenſes, Schmalſtainij, Entzebergi, Enſingenſes, Herlingenſes, Leinſtettenſes, Magenhaimenſes, Eiſingenſes, Turnij de Ried, Buſenſtainij, Mollenkopfij de Reiß, Sneffurtenſes, VVinterbachij, VVebſtettenſes, Offterdingenſes, Melchingenſes, Bæcklini de Eitingerthal, Fezenbergij, Blombergenſes, Randeccij, VVartebergij.

Recens etiam interijt Gundelfingenſis familia.

QVÆDAM DE PRINCIPATV ET NOBILITATE, PROPTER rudiores adiecta.

CAPVT XXII.

Regalia, vel Inſignia, Cæſarum Heruli. COrona, & cætera Cæſarum Inſignia, quibus nouus Rex Rom. ornatur, Caroli Magni fuerunt: qui Occidentale Imperium anno 801. rurſus erexit: cùm id ab Odoacre, Herulorum Rege (Germanorum Saxonum) anno 482. circiter euerſum fuiſſet: Orientis interim Imperio, vſque ad 1452. permanente: donec à Turcis oppreſſum eſt. Odoacre occiſo: Theodoricus, Oſtrogottorum Rex (Dietrich von Bern) Italiam an. 494. obtinuit. Gothis debellatis: Longobardi (Sueuicum ab antiquo genus) ſe in Italia collocârunt, ibiq; regnârunt: donec, Rege eorum Deſi-

Oſtrogotti. Longobardi.

derio

derìo capto, Carolus ei quoq; regno 774. finem attulit. Huius autem Monarchiæ, Occidentalis & Orientalis (quæ Monarchia, post Assyriacam, Persicam, & Græcam, quarta & vltima est) initium fecerat (Iul. Cæsar, 46 an. ante Christum natum. Condita fuit Roma 751. an. ante Christum. *Romana Monarchia initium.*

Illa Insignia, Noribergæ asseruari, receptum veteri more est: & diligenti custodia, cùm Rex nouus est coronandus, Aquisgranum deportari: coronationeq; peracta, in suum locum reportari. Soliti sunt tum demum appellari Imperatores, postquam eos Papa coronasset: sub Cæsaribus sunt Principes Electores: alij Principes, Duces, Marchiones, Landgrauij, Comites, Barones, nobiles, & ciuitates Imperiales. *Insignium illorum Noribergæ custos. Imperatores.*

Nomina autem Principum, Ducum, & cæterorum, olim tantummodò nomina munerum, seu officiorum, erant: non hæreditaria officia. Successu verò temporum, Imperatores certis rationibus persuasi, ea propria illis tradiderunt, siue allodia ex eis fecerunt; vt iam deinceps hæreditaria essent, & magis alienata à Cæsaribus. Imperiales tamen ciuitates manserunt Imperatoribus, certo tributo pendendo. Quo postea quadam leuatæ, liberæ ciuitates appellantur. *Nomina Principum & Comitum, olim. Allodia. Imperiales ciuitates. Libera.*

Equites aurati, antiqua dignitas est: sicut ex eo patet, quòd Imp. Fridericus Barbarossa, anno 1181. Principibus Moguntiæ ad cõuiuium inuitatis: filios Fridericum & Henricum gladijs accinxit: id est, equestri dignitate ornauit. Tales, Herren vocabantur: & Ritter, olim cum aspiratione scribebatur (teste VVidemanno in M. Scr.) Rejther: Quibus concessum est, gestare aurata calcaria: & aliàs aurum, atq; gemmas. *Equites aurati. Herren. Ritter.*

Equitum quidam dicebantur, Rariſsimi, die seltzamste Ritter: creati sc. à nouo Cæsare, aut Rege (quod Rarò contingit) vt pugnent pro Imperio, iustitia, viduis & pupillis. Alij, preciosissimi, die Theursten: quia fortes viri in prima acie pugnantes, magno periculo, & precio animæ (gar theur) hunc honorem assequuntur. Postremi, dignissimi: qui ad sepulchrum Domini facti sunt: obligati ad pugnandum pro Ecclesia, & Christiana Religione. Apud Ethnicos, Equestru dignitas fuit, balteo bulato donatum esse. *Equitum tria genera. Balteus bullatus.*

Nobiles, qui insignia habebant, & hæreditariam nobilitatem, Edelknecht vocabantur. Qui insignibus carebant: Reisige Knecht appellabantur. *Nobilium genera 2.*

Nobiles olim sibi honori ducebant, assumere gradus scholasticos. Vt, Teccensis Dux Georgius, qui circa 1383. vixit, Doctor Theologiæ fuit, & prouincialis Augustiniani ordinis. *Gradus Scholastici.*

Hodie multi nobiles, literis diligenter operam nauant: sed à gradibus abstinent. Non etiam equestris tituli appetentes sunt.

Maximilianus I. Imperator diligebat Doctos viros: & honoribus diuitijsq; augebat. Causam aliquando à quodam Procerum interrogatus: cur eorum maiorem, quàm nobilium aulicorũ, rationem haberet: respondit, culpam non esse suam: sed illorum, qui eruditionem spernerent, sola stirpis nobilitate tumentes. Aliter se nobilitate fanere: sed cogi cuiusq; opera vti pro eo, ac rebus ille gerendis idoneus esset. *Doctorum amator, Imp. Maximilianus.*

Genera armorum, & nomina, anno 1442.

Spieß/ Helmpart/ Heß/ Saibel/ Baldin/ Schwing/ Gassenhawer/ Plotz/ Kolb/ Messer/ Däg/ Bart/ Art/ Armbruſt/ Bogen/ Pfeil/ Kugel/ Beihel/ Geß/ Pfriem/ Waidner/ Broter/ Brechs/ Beinzier/ Balger/ Rapier/ Tisseck/ Spad/ Bregetin/ Trutzer/ Cartz/ Amis/ Sperhack. Item/ Xing/ Armschin/ Backenet/ Hack/ Beinberg/ Halßberg/ Rebelkapp/ Ancose. Hack. Triboc/ Armbalist/ Armbaleste. *Vetera armorum genera.*

PLVRA VVIRTEMBERGENSIA: DE TYBINGA, HERRENberga, Stutgardia.

CAPVT XXIII.

I. Arces aliquando nobilium in Tybingensi præfectura.

STæfflerorum mons iuxta Gynningam: sedes erat olim Baronum de Staffel. An. 1191. viuebant duo fratres, Albertus & Conradus à Staffel. *Staefflerberg.*

Andeck, rudera ad angulum montis Pharremberg. *Andeck.*
Bodelshusa, nobilium ab Ovve. *Bodelshusa.*
Eschinga, nobilium à Fyrst. *Eschinga.*
Arx Tusselinga, adhuc Herterorum. *Tusselinga.*
Neera, Gynningenses habitabant. *Neera.*
Vt, anno 1191. Fridericus & Hugo de Gynningen. *Gynningenses.*

Come-

Gomeringenſes. Gomeringæ, nobiles 1282. Friderici duo pater & filius, aurati equites.

Noramери. De Næra Norameri. In quorum ſcuto & galea, vir albus in rubra planitie.

Oedenburg. Oedenburg, Ehingenorum olim (cuius nullum hodie veſtigium) in monte ad Nicrum Rotemburgum verſus.

Hohen Aentringen. Hohen Æntringa, hodie Gyltlingenſium: in qua olim quinq; ἀκροστιχίστικοι nobiles vnà habitabant: Ehingenus, Hailſingenus, Stadionius, VVehingenus, & Gyltlingius. Non longè à pago Æntringen.

Aentringen. Quam vocem exiſtimat Eccleſiaſtes hodie eius, M. Ioannes Neobolus, Iodoci μακαρίτης F. ductam eſſe ex literis E. N. T. R. id eſt, Equites Neronis tributarij. INGEN quaſi Indigenæ.

M. Neoboli opinio de nomine VVirtemberg.

Ingen.

VVirtembergæ nomen. Ex tali ſcriptura VI. VIR. TIBERI. C. Id eſt, Sex viri (vel Sueui) Tiberij Caſtrũ. Pro quo lectum ſit à rudibus olim, VIVIRTIBERIC.

Badenſes quoque Marchiones habitarunt aliquando in Caſtro Entringen, auff Hohen Entringen.

Fürſtl. Anno 1496. Nobilis viri, Conradi de Furſt filij erant: Doctor Veit/ Hans Ernſt/ vnd Klein Hans. Hi fratres quittirten den Heiligen zu Entringen abgelößter Früchten vnd Gelts halben: diximus Cap. 9. lib. 12. Dodec. 1. De Sueuico gigante Ænothero. Hunc dictus Ioannes putat Ænotherum appellatum eſſe, pro Aentringer Herrn: propter oſſa etiam gigantea, olim in pago Aentringen reperta, cum ibi nobiles proceri habitauerint. Habitarunt ibi quondam Entringenſes Barones. Fortaſſe, quando à Rege Franciæ (Clodouæo, Præfecti victis Sueuis dati fuerunt. A. 1191. viuebat Eberhardus de Æntringen. Ibidem 1296. Fridericus Comes Zollerenſis ſenior, plura bona, Æntringæ, Braitenholtzæ, habebat: quæ Bebenhuſano cœnobio vendidit.

Entringenſis pagi vetuſtas, & nobilitas. Anno 1300. Gottefridus, Simmering. Comes, eidem Monaſterio d. d. vineam im Hecklinsberg: quæ vinea hodie vocatur, Munchsberg. Quo tempore & Veringenſis Comes Henricus, ſuas proprietates eiuſdem loci d. d. Bebenhuſanis. Etiam alij quædam apud Æntringam habuerunt: Hohenbergenſes, & Auſtriaci. Sed & nobiles. Petrus de Biningen 1291. Hiltegardis de Hailſingen, vxor Bertholdi de Owen 1308. Georgius de Hailſingen armiger, Edelknecht. 1412. Albertus Hailſingenſis 1414. Craffto Hailſing. reſidens Æntringæ. VVendelinus Hailſing. vltimus 1527. Ibidem, Ioannes de Gyltlingen, cum conjuge Anna Schillingia, 1445. Hodie, ex hoc pago oriundi (eum eruditione & virtute ſua illuſtrantes) duo clariſſimi Iuriſconſulti ſunt: D. Ioannes Schulterus, & frater eius vterinus D. Conradus Doldius: Principibus, nobilibus, ciuitatibus, inſeruientes.

Hailſingenſes nobiles.

Gyltlingen.

Altingen. Non longè inde abeſt vicus Altingen: vbi bona quædam 1299. habentes, Vlricus & Henricus, Comites à Schelcklingen; & Luitgardis, Comitiſſa Schelcklingenſis, Rudolpho Palatino Tubing. nupta: ea Bebenhuſanis Monachis vendiderunt. Satis, de Æntringa.

Schelcklingen.

Luſtnouienſes. Luſtnouienſes, in vicino pago Luſtenovv: inter quem, & Tybingam, mons Auſtriacus eſt. Anno 1191. viuebat VValther de Luſtnovv.

Ieſingen inferius. Ieſingenſes. Anno 1191. viuebant Dietrichus & Hugo de Ieſingen. Namferè in ſingulis hodiernæ VVirtembergiæ pagis, nobiles erant.

Ietenbruck. Ietenbruck. Ibi nominis huius nobiles habitabant.

II. Herrenbergica quædam.

Herrenberga. Anno 1282. Palat. Conradus, cognomine Schærer (niſi mauis, Scharherr, Schara dominus, id eſt, agminis militaris) & vxor eius Verena, Comitiſſa Fyrſtembergenſis: Comitibus VVirtemberg. venum dederunt oppidum & arcem Herrenbergam, Roravv burgum, Kai pagum. Item ſequentes pagos: Munchsberg, Gilſtain, Altingen, VVolfenhuſen, Remingshaim, Neberingen, Haſlach, Guppingen, Ieſingen, Nufren, Gertringen, & Nuſen im Schonbuch. Omnia, XL. millibus librarum Hallenſ. oder Pfundt Heller.

Ieſingen ſuperius.

Gilbſtain. Pro Gilſtein M. Ioan. Neobolus ſcribere ſolet, Gilbſtain: propter ſitum (maiore ex parte) in flauis petris. Idem de Munchsberg ſic ad me ſcripſit: Inueniri Comites Bergenſes de Schelcklingen. Bergã ſibi videri locum eſſe: vbi hodie ſit villa ſeu viculus, Der Reierberg/ oder Münchsberg: cum adiacente caſtro, quod ad lenam & vineta viſitur proficiſcentibus Herrenbergâ Altingam, vel Æntringã verſus. Illam villam eſſe bipertitam: partem in monte circa caſtrum (bey der Burg) ſitam, dici, auff dem Berg: partem alteram, in radice & valle poſitam, nominari, hinderm Berg/ aliter Bentzigen. Qui locus totus cum ſuis reditibus, & vico Gylbſtain, pertinet ad Hirſau. Monaſterium: in die Gilbſteiner Pfleg.

Bergenſes Comites.

Münchsberg.

De

De Husen Schonbuchiano. Fuerunt olim quatuor Canonici (vt mihi idem M. Neobolus, ex ore senis ibi Ecclesiastæ significauit) in collegio, quod Husæ fuit. Hi cum reditibus eius collegij migrarunt Herrenbergam: à quibus initium accepit collegium Herrenbergense. Præterea in Choro Husensis fani monumenta sunt, sed absq; inscriptione literarum & numerorum: Palatini forsan Tubing. Henrici vnum, & vxoris alterum, ac tertium filij. Hæc 1525. tumultuantibus in Sueuia Rustici reperta fuerunt à vicanis: res suas meliores inibi abdentibus. Hausen vicus. Herrenbergense collegium.

Scultetus Herrenbergæ (inferior Præfectus) fuit 1488. VVilhelmus Dachtler: superior verò præfectus, Burckardus ab Ehingen: hodie autem generosus Comes Tybing. Conradus. Dachtler.

III. Vici Stutgardianæ præfecturæ.

PLIENINGEN.

Maximus hic est Vildornensium pagorum: cuius arcem olim nobiles, qui à Plieningen dicti sunt, & adhuc supersunt, incoluerunt. Vildornensis autem pagus, à multitudine spinarum & voprium, quibus ille tractus olim abundabat, nomen habet. Aut Filder, à multitudine ibi agrorum, viel Felds. *Viuebant autem Blieningæ, Dietherus de Plieningen: ac Suiggerus Dietheruś, filij illius, anno 1277. Tunc etiam, Vlricus & Eberhardus, Comites in VVirtemberg: & Palat. Tubingensis Rudolphus, dictus Bæblinger.* Blieningen. Vildorn. Filder.

Anno 1295. Craffto de Kirchaim, dictus de Tachenhusen, eques: Bebenhusanis vendidit sua Fildrensia & Blieningensia bona, manu Teccensis Ducis Hermanni.

Hohenhaim, villa supra Plieningam.

Olim ibi arx à nobilibus Hohenhaimensibus habitabatur. Hohenhaim.

Anno 1292. viuebat Fridericus, Eßlingæ Scultetus, & Hugo patrueles, dicti de Hohenhaim. Et Anno 1295. Iohannes de Hohenhaim.

Anno 1366. Iohannes Burer Kynigensis, & vxor eius Imma ab Hohaim, vineam in Nothalden Blochingæ, Nellingensi præposituræ vendiderunt. Circa quod tempus, Hohenhaimij nobiles habuerunt dimidium an der Vogtey Ober Eßlingen.

Birckhach & Ridenberg, villulæ.

Ad Plieningam pertinent. Anno 1345. Craffto Neidlingius, Henrico equite natus, venum dedit Bebenhusano collegio decimas suas laicales in Birckhach. Birckhach. Ridenberg.

Anno 1346. VVolfius à Bernhusen, dictus de Ridenberg, Fritzio Æchterdingensi vendidit 20. mancipia (leibeygene Leut) *XI. libris ℌ.*

OVV VILLVLA.

Stetit anno 1277. ad iudicium Kemnatense spectans. Ovv.

BERNHVSEN.

Fildrorum antiquus vicus. Olim ibi ante 400. A. erant nobiles: quorum genus & nomen, adhuc Klingenstaini & Hyrlingæ supra Blabyram reperitur. Sepultus est in op. Gretzinga 1287. Diepoldus Bernhusanus, eques. Bernhusa.

Anno 1337. Diepoldus à Bernhusen senior: & eius filij, VVernherus, Diepoldus, VValgramus, VVolf Diepoldus, Marquardus, & Conradus: vendebant Comiti VVirtembergensi Vlrico, Die Burg vnd Statt Gretzingen/ mit Leib vnd Gut/ 5000. *libris obolarijs.* Gretzinga.

Anno 1354. Eberhardus de Stæffeln, & Eberh. filius eius, Edelknecht/ *ciuitati Stutgardianæ vendiderunt syluam suam dictam* das Nunnenholtz (*sitam supra Roreckh arcem*) *quam à Bernhus. Ioanne habebant, 24. lb. ℌ. Fertigsbürgen:* Lutz von Reut/ Wolgram vnd Conrad von Bernhusen/ Edelknecht.

ECHTERDINGEN.

Olim ibi viuebant nobiles, Echterdingenses dicti: in quorum scuti flauo campo stabat erectus leo ruber. Sic & supra galeam. Arx eorum erat post Templum, vbi nunc ouile est. Echterdingen.

An. 1280. viuebat Frider. ab Echterdingen: & filij eius, Marquardus, Hainr. & Frider.

Anno 1281. Bebehusanis vendunt, Reinhardus à Berge, & soror eius Iuditha, curiam in Echterdingen, & 2. Curias in Berga, census vini in Grossen Heppach, feudum in Hæsingen & VVaiblingen, decimas in Osvvil, census quosdam Canstadij, & collaturam Ecclesiæ in Neckers-Gruningen.

A. 1532. viuebat nobilis Michaël Otho de Echterdingen, Cæs. Maiest. à consilijs. Fratrem habuit Ioannem Othonem de Echterdingen: & sororem Agnetem. Schickio cuidã de Hochschlitz nuptam. Vidimus illius Michaëlis faciem cum cana barba, & longo capillo præciso, cum hac

circum caput inscriptione: MICHAEL OTT DE ECHTERDING. Maximil. Cæs. suprem. tormento. belli. præfectus. Oberster Feldzeugmeister.

BONLANDEN.

Bonlanden. Pertinuit ante plura secula ad Dominos de Stæffeln: qui arcem ibi habuerunt: ex qua nunc parochialis domus extat.

Anno 1269. VVolframus de Bonlanden eques viuebat.

Anno 1334. Conradus, Ernestus, & Eberhardus fratres Stæffelenses: item Eberh. & Strubo, Eberhardi olim fratris illorum equitis filij: Bonlandæ in arce cohabitabant. Qui pactum inter se fecerunt: vt, si quis ipsorum vellet partem suam arcis vendere, nemini extraneo venderet, &c. Arbitri eius pacti erant: Fridericus Schvveler, eques: Treutvvinus de Reut, Edelknecht: & Eberh. Lytram, Consul Esselingensis.

Anno 1397. Comes. Eberha. de VVirtemberg: Iohanni & D. Conrado, & VVolfio, de Stambaim fratribus: dat suam Bibingæ ad Nicrum partem, pro Bonlandæ parte.

BLATTENHART.

Blattenhart. Pertinuit olim ad Duces Vrslingenses: postea verò, ad Bernhusenses nobiles, leonem & alam gestates. Quorum quidam se Blattenhartenses scripserunt: alij, Ridenbachenses: alij, Bonlädenses.

Anno 1269. Diepoldus de Blattenhart viuebat.

Anno 1363. pagum hunc VVirtembergenses emerunt.

HARTHVSEN.

Harthausen. Villa hæc, ad Ecclesiam & iurisdictionem Blattenharti pertinens, peruênit ab Ioanne Conrado de Stambaim ad VVirtembergiam 1554.

Anno 1338. Henricus, D. Iohannis de Bernhusen F. præfecturam Harthusensem, & alia, VVolfio fratri, & Iohanni de VVildperg ciui Esselingensi, vendidit. Signauit etiam VVolfius de Ridenberg.

VNDERSIELMINGEN.

Vndersielmingen. Anno 1367. quædam huius loci bona emit Domina Elisabeta Palatina, Cæsaris Lud. 4. F. & Vlrici VVirtemb. Comitis, ad VVilam interfecti, vxor: quæ conuertit in iugem Missam, in primarij Stutgard. Templi Leonhardino altari 1394.

OBERSIELMINGEN, vel Oberndorff.

Obersielmingen. Vrslingen. Ducatus. Anno 1363. Reinboldus, Vrslingensis Dux, & filius eius Conradus, ac soror Anna, Conradi de Geroltzeck vxor: Comiti Eberhardo VVirtembergensi vendiderunt 13000. libris H. oppidum VValtenbuch, & Schænaich, Guttachusen (Tettenhusen) Obersielmingen, Blattenhart, Diemansvveiler, Leinfelden, & Reichenbach. Sic etiam oppidum Schiltach, in villa Kitzingen cum pagu, & cæteris, 1389. anno, 6000. Aureis Rhenensibus.

LEINFELDEN.

Leinfelden. Eò pertinet Reichenbach. Item villæ, Muesberg, VVeidach, Stetten, zu den Höfen/ ober vnd vnder Aichach/ ac sex molendina: quæ olim erant Ducis Vrslingensis.

RHOR.

Rhor. Viculus ante Bæblingensem syluam, Vildorna seu Fildera versus. Ibi arcem olim habuerunt Rhavvij VVinidenses.

A. 1297. Suiggardus & Fridericus de Rhor testes fuerunt: cùm Palat. Gottefridus de Tuvvingen, pagum in Vildornis Vaihingam, Hospitali pauperũ S. Catharinæ Esselingensi venderet.

KALTENTHAL.

Kaltenthal. Habitarunt ibi in arce nobiles ante plura secula. Horum posteri incolunt Mylhusam, Ostvvilam, & Aldingam Nicri. Sed & in Algoia Ostercellam.

A. 1318. Iohannes, & Rudolphus, & VValther. fratres de Kaltenthal, VVirtemb. Comiti Eberhardo hanc suam arcem, homines & bona, nec non sua Vaihingæ & Meringæ mancipia, 360. lb. H. vendiderunt. Antea verò 1280. his nobilibus, qui ab Esselingensibus obsidebantur, VVirtemb. Comes Eberhardus Illustris opem tulit, & illos depulit. Ibi in valle, ex aliquot fontibus riuulus oritur: qui decurrens per Haslachiam vallem, vrbem Stutgardiam (vbi Nesenbach dicitur) interluit: donec in Nicrum influit: agitans hinc inde sex molendina.

Nesenbach.

Vaihingen, seu Vœgingen, Fildericum.

Vaihingen in Filderis. Huius Ecclesiam adeunt Kaltenthalij.

Anno 1297. Gottefridus Palat. Tubing. pagum suum Vœgingen in Filderis (habente ibi VVirtembergia dimidium decimarum) cum hominib. & rebus vendidit Hospitali Esslingensi (vt

suprà

supra in Rhor dictum) libris 500. Denariorum bonorum Hallensis monetæ. Testes cum Rhorijs: Albertus, dictus Soler: Frider. de Nippenburg, dictus Lerama, milites. Magister ciuium in Esselingen, dictus im Kirchhoff: Machtolfus de Gilsten iunior: Gumpoldus de Hanenkam.

Meringen, vel Mœringen.

Pertinet ad Esselingense hospitale. Videtur olim Palatinorum Tubing. fuisse: sicut & maior pars Filderorum. Meringen.

Anno 1406. VVælstinus de Meringen, partem suam arcis Echterdingensis VVirtembergicis vendidit.

Degerloch, & Ittingshusen, vel Yttingshusen.

Anno 1468. Degerloch, à parochia Meringensi erat per propriam parochiam separatum: quòd haberet 70. de S. cœna communicantes. Degerloch.

Vici Ittingshusen mentio inuenitur 1281. Ittingshusen.

Anno 1484. Hilpoldus de VVernstain, omnia sua in Ittingshusen bona, & syluas, Monasterio Lorchensi vendidit. Fuit olim oppidum. Comes VVirtemb. Eberhardus tribuit ius Aduocatiæ oppidi Vtingshusen Bebenhusensibus, 1282. VVerdenstain.

Feurbach, & Bottnang.

Anno 1165. Tiguri ludis hasticiis interfuit nobilis Iohannes de Feurbach. Feurbach.

Anno 1197. Hastiludio Noribergæ interfuerunt: Henricus de Stœffel, Ritter: & Reinhardus à Stockhaim: ac VVilhelmus de Feurbach. Bottnang. Stockhaim.

Anno 1337. in Hastiludio Ingelhaimensi, Iohannes VVeiß à Feurbach.

Anno 1403. in Darmstadiensi, Frid. & Hanso, VVeißij de Feurbach.

Fuit olim etiam nobilium de Frawenberg, pagus Feurbach, & arx Frawenberg. Cuius arcis & pagi, vtriusq; partes, à pluribus habitatæ paulatim ad VVirtembergenses venerunt: vt anno 1391. à Machtolfo de Gilsten. Anno 1399. à Petro de Frawenberg. Anno 1401. à Burckardo de Helmstat, & Anna Frawenbergensi vxore. A. 1481. à Conr. & Bernhardo fratrib. pincernis de VVinsteten: atq; ab Euchario de Venningen, Martinoq; & Eberhardo de Heuselstain. Frawenbergenses nobiles.

Anno 1409. viuebat Nicolaus, & 1416. Engelbardus, Frawenbergij.

Botnangum habet parochiam, & Sculetum cum 4. Iuratis: sed pertinet ad iurisdictionem Feurbachensem. Botnang.

Anno 1595. præsenti, mense Martio, Princeps VVirtemb. Fridericus metalla fodi iuxta Feurbach iussit, Sed nil inuentum.

VVALTENBVCH.

Fuit, vt diximus, olim Ducum Vrslingensium. Forsitan ante ipsos, Comitum Tubingensiũ: quoniam etiam proxima sylua Schonbuch: quam beneficij loco habuerunt ab Imperio: sed A. circiter 1346. Conradus Scharer de Herrenberg, Comitib. VVirtemb. Eberhardo & Vlrico 9600. lb. H. vendidit cum pagis. Ad VValtenbuchensem Ecclesiam pertinet villa vitriaria, vbi vitra conficiuntur. Sic & Leporina villa, in qua pecus suum habuit Mantuana Barbara, Eberhardi Barbati vxor: Cuius Dominæ oppida dotalia erant, VValtenbuch & Bœblingen. VValtenbuch. Schonbuch sylua. Glashütten. Hasenhof.

Holtzgerrlingæ, aqua sub Templo scaturit: & iuxta VValtenbuchum desluit: alijsq; riuulis aucta, Aich nominatur. Ea præterlabens Neuhusam, Aicham, Gretzingam, apud Ober Ensingam fluuium Nicrum subit. Holtzgerrlinæ. Aichriuus.

STAINENBRVNN.

Vicus in sylua Schonbuch: qui 1339. nobilium Spætorum fuit. Tunc enim hi viuebant: Conradus (dictus Maiger) & Henricus (Vlrici quondam F.) & Henricus Spæt de Stainibrunn, milites. Stainenbrunn. Spæti.

NELLINGEN.

Hic, & alij aliquot pagi, cis riuũ Kersam, vel Kœrsam, ad Nicrum versus sunt. Riuus Kers nascitur in Vildornis, supra Esselingensis Xenodochij vicum Meringen. A quo in vallem Plieningam versus fluit. Inde, Denckendorffam fluens, inter pagum & cœnobium transit. Tandem supra Esselingensem villam Sirnovv in Nicrum defertur. In Kersum autem antè riuus Ramsbach instat: ex alijs tribus confluentibus riuulis ortus. Nellingen. Kers fl. Ramsbach riuus.

Nellingæ porrò nobiles ante 500. annos habitarunt, tum Nellingenses, tum VVernitzhusenses.

Nellingenses nobiles.

Anno 1124. *viuebat Anshelmus de Nellingen. Qui non habentes liberos, Hierosolymam ad S. sepulcrum profectus est: & post reditum, in Monasterio S. Blasij Nigri syluano Monachus factus est: in quod bona sua Nellingensia contulit. Cuius tempore (vt etiam hoc incidenter dicam) Conradus viuebat, primus arcis VVirtembergæ Comes: qui pro Insignibus vsus est marsupio rubro*

Beutelspachum.

in albo scuto. Cui post priorem vxorem Hedvvigem, Gertrudis attulit Beutelspachum, vt eius familiæ vltima. Beutelspachi tamen, lapidem sepulcri Baronis Hainrici, qui fuerit Eberthalij nepos, extare ait M. Iacobus Frischlinus, D. Nicodemi frater: in quo lapide, ab vna parte, lilia Francica decussata sint: in scuto verò, tria cornua ceruina. Obijt Hainricus 1048.

Anno 1322. *viuebant duo fratres de Nellingen: D. Conradus eques, & Rudiger. Conrado natus est Ludouicus, dictus VVild, Conradi pater: & filia Elisabeta, vxor Friderici de Gomeringen, dicti VVild.*

Sperberseck.

A. 1333. *Crafftio de Sperberseck & Anna de Nellingen eius coniux: vendiderunt præposituræ Nellingensi* 43. *iugera agri. Sponsores: Henricus, & Conradus Strubo, à Sperbereck: Fridericus Stbvveler, eques: Trutvvinus de Reut: Dietrichus Malsæner à Scharnhusen: Iohannes à Nellingen: Bentz (Berchtoldus) ab Altorff, & iunior Eberhardus à Stæffeln, Edelknecht.*

VVernitzhusenses.

VVernitzhusensium sedes infra Nellingam in valle fuit, Kersam versus.

Anno 1281. *Fridericus de Bernhusen iunior, Friderici equitis F. cœnobio Salmansvvilerano suas VVernitzhausæ decimas vendidit* 50. *lb. H.*

Kecheler.

Anno 1341. *D. VVernher de Salmadingen eques, & vxor eius Adelhaita VVernitzhusia: item Diemo Kecheler armiger (Edelknecht) & vxor eius Irmingardis de VVernitzhusen, & soror huius Adelhaita virgo: Monasterio Solomonis villano bona quadam Nellingensia venum* 70. *lb. dederunt.*

Herter.

Anno 1350. *Agnes, D. Alberti de VVernitzhusen equitis F. despondetur Friderico Herrero de Schilteck.* Ihr Morgengab/ 10. Marck Silbers: Zugelt/ 70. lb. H. Beydes vngefehr 100. lb. H.

VVangen.

A. 1411. *permittit Eberhardus Comes VVirtemb. Conr. de VVernitzh. suo in VVanghaim (vbi generosum nascitur vinũ rubrum) Sculteto supra Hædelfingam in valle ad Roracker versus, molendinum ædificare.*

STOCKHVSEN.

Stockhausen.

Videtur Blanckenstainiorum olim fuisse. Restant hodie tantùm duæ domus, sacellum parvum, & molendinum.

Stainhaim Monasterium.

A. 1255. stifftet Herr Berchtold von Blanckenstain / & vxor eius *Elisabeta de Stainhaim*, Herr Gerwegen von Lierheit *vidua*, das Kloster zu Steinheim.

Blanckenstain.

A 1283. *nono Kal. Nouemb. Indict.* 12. *Suiggerus de Blanckenstain, miles Constant. dioces. de consensu Bertholdi, Alberti, & Suiggeri filiorum suorum syluam suam iuxta Scharnhusam, cœnobio S. Blasij in Nigra sylua, vel nunc præposituræ Nelling. vendidit* 30. *libris Hall. monetæ. Signarunt cum patre tres filij: Decanus, Esselingensis, & ciues, in domo huius ibi Decani: præsentib. honorabili Hailmanno, Præbendario Ecclesiæ Spirensis: Friderico, Canonico de Hilbratshusen: Friderico, Decano de Calvv: Henrico de Canstat, VValthero de Feurbach, Conrado de Ober Esslingen, Alberto de Nellingen, & Conrado Scholastico, Magistris & Clericis. VVernhero de Holtzgerrlingen milite: Marquardo, antiquo Sculteto: Ruperto & Conrado fratribus, dictis Ruprecht: Bernhardo, dicto Hovver: Alberto ministro, dicto Schoch: Conrado de VVildnovv, & alijs plurib. Laicis.*

Holtzgerrlingẽ.

SCHARNHVSEN.

Scharnhausen.

Vicus hic, etiam iuxta Kersam situs: in quo nobiles Melsaneri von der Schaar, ante 300. *A. vixêre.*

A. 1280. *VValther, dictus de Schaar, miles ibi vixit.*

Sachsij.

Item A. 1318. *nobilis Rudiger, dictus Sachs de Nellingen, & coniux eius Luitgardis.*

An. 1434. *Vlricus Sachs, ciuis Esselingensis, & vxor eius Adelhaita, decimas in Scharnhusen vendiderunt præposituræ Nellingensi.*

RHEVT.

Rheut.

Nobiles huius vici, annis abhinc 300. *arcem habuerunt extra ipsum, Esselingam versus descendendo. Lapides adhuc ibi exarantur.*

Anno 1294. *vixit Conradus de Rheut.*

Graueneck.

Anno 1368. Ich Rudiger von Reuht/ vnd ich Hedwig von Graueneck/ sein eheliche Wirtin: vnd mit jhnen wir Heintz/ Vtz/ vnnd Bentz/ von Graueneck/ die man nennt die Treschez/ Gebrüder/ bekennen vnd verjehen/ ꝛc.

HORV.

HORVV.

Villula non longè à Rheut, supra Stockhausen: dahin es dann gericht vnd Pfarrbar ist. *Erat olim maior vicus: sed in bello ciuili, cum alijs multis pagis conflagrauit.* Seindt nur noch zwen Meierhöfe. Horvv.

KEMNATEN.

Nobiles ibi erant: quorum arcis vestigia, ibi in horto Flockergart dicto apparent. Kemnaten.

An. 1155. *Hastico concursui interfuit Tiguri Iobstius à Kemnat.*

Anno 1254. *Henricus de Gundelfingen*, genandt von Degeneck/*Monasterio Denckendorffensi molendinum in Kemnat* 15. lb. H. *vendidit.* Denckēdorffense cœnobium.

HEVMADEN.

Vltimus est vicus cis Kersam, Nicri vallem & Hedelsingam versus, in loco edito. Heumaden.

OBERESSLINGEN.

Pagus est vallis Neccaricæ. Ober Eßlingen.

Anno 1208. *Regina Rom. Augusta, Maria Græca (antehac Irene dicta) curiam quandam superioris Eßlingæ, nomine dilecti Domini ac mariti sui Regis Rom. Philippi, Madelbergensi Ecclesiæ tradidit.* Irene, Maria Græca.

A. 1405. *Iohannes de Gyltlingen, Ioannis F. dimidium huius pagi, cum hominibus & bonis, Comiti VVirtemb. Eberhardo* 270. *fl. vendidit. Signatores: D. Conr. Saur de Gyltlingen, eques. Henricus & Burcardus de Gyltlingen, fratres & Iohannes de Stambaim.*

HEGMENSPERG.

Ad Ober Eßlingam, ratione parochiæ & iuris pertinet. Ante 200. *A. Harschvvertz nominabatur.* Hegmensperg.

SIRMENOVV.

A. 1371. *mentio fit Monasterij Sirmnovv*, zu Eßlingen gelegen. Sirmnovv.

Anno 1376. Wir Frick Glaser Burgermeister/vnd Heinrich Roner/beyde Richter zu Eßlingen/verjehen offentlich in diesem Brieff/ꝛc. Mitwoch vor Martini. Roner.

BLOCHINGEN.

Comopolis est, in valle Neccarica. Barones olim habuit. Blochingen.

Anno 1331. *Iohannes Baro, Consuli & Sculteto, S. P. Q. Esselingensi, vendidit* 800. lb. H. *arcem suam Blochingensem, & omnia eò pertinentia.*

A. 1305. *Domina Iutta de Blochingen, Abbatissa fit Parthenonis Liechtenstern.* Liechtenstern.

Anno 1335. *Iohannes de Blochingen & vxor eius Domina Agnes, D. Gervvigi Gußij piæ mem. filia de Haunschein, vendebant possessionem dictam Northoltz. Reposuit ille vxori bona in Eschenbach & Hiltingshusen*: beyde im Höpfinger Ampt/nicht weit von Schlat. cœnobium. Gußij. Eschenbach.

Anno 1299. *Dux Teccensis Hermannus, Comiti Eberhardo VVirtembergensi*, seinem Ohem/*libera permisit bona quædā: montē Nevvertingen, Ebersbach, Plochingen, Reichēbach.*

PLVRA DE EIVSDEM VVIRTEMBERGIÆ REBVS.

CAPVT XXIIII.

1. Kirchaimensia sub castro Teck.

ANno 1376. *Dux Fridericus Teccensis, & filius eius Conradus, Comiti VVirtemb. Eberhardo, dimidium oppidi Kirchaimi, & arcem Teck dimidiatā, vendiderunt* 17500. *fl. Reliquam partem Kirchaimi, venū dederunt Hofvvartij Kirchaimenses, & Manspergenses, & Reicharts-vveileri. Etsi ante* 260. *A. inuenitur Kirchaimi pars fuisse Austriorum procerum, & pars VVirtembergensium. Sub Duce autem Conrado, muro cinctum est* 1284. *consentiente Cæsare Rudolpho. Biennio post, à Duce Friderico, & vxore eius Anna Helffenstainia, cœnobium fœminarum extra id oppidum conditum est. In eo sepulti, quatuor Teccenses Duces: Conradus & Fridericus, Sigmundus, & Hermannus. Totidem item Ducissæ: quarum duæ, Apollonia & Agnes, Sanctimoniales fuerunt: reliquæ duæ, Anna Helffenstainia, Ducis Frid. prima vxor: & altera N. Regis Poloniæ Casimiri filia.* Kirchaimum, sub quibus dominis.

OVVEN ET GVTEMBERG.

Fuerunt hæc 1383. *à Teccensi Duce Frid. & coniuge Anna Helffenstainia, Comiti VVirtemb. Eberhardo, pro* 6000. *fl. oppignerata. Conditum fuit op. Ovva à Teccensibus: ac vetustius Kirchaimo est. Tenebantur ante* 160. *A. Kirchaimenses, Gutembergij, & alia loca circum, ab Ovvensibus sumere sua pondera & mensuras.* Ovva op. Gutemberg.

VVEILHAIM.

VVeilhaim. Aichelbergenſit Comitatus.

Anno 1334. dominus Kirchbergæ Bruno, VVirtembergenſibus op. VVailhaim vendidit 7500. fl. Fuit initiò tantùm pagus, pertinens ad Comites Aichelbergenſes. Sed Comes Vlricus Aichelbergius, cùm eſſet Imperator copiarum Cæſaris Friderici: impetrauit ab eius Maieſt. vt benemeritus, πρεσβευτικῶς, poteſtatem murum circumdandi, & iura ciuitatis: vt, mercatum, & iuriſdictionem: atq; in ſcuto, caruleam clauem in albo plano. Vendiderunt VVeilhaimenſibus collaturam Eccleſiæ, & decimas, in vico Neidlingen, Hainricus de Manſperg, & vxor eius Salome Liechtenſtainia. Anno 1429. Quæ Salome, Hainrico mortuo, maritum habuit 1441. & 1445. Othonem à VValdeck iuniorem.

Limpurg.

Iuxta VVeilhaimũ mons eſt: in quo olim arx Limparg ſtetit, ſedes Dominorum à Limpurg. Nunc S. Michaëlis mons appellatur: in quo nunc tantùm ſacellum eſt. In ſcuto gerebant aquilam rubram in campo albo: & ſuper galea, candidam pilam, ceu ninis.

AICHELBERG.

Aichelberg.

Comitum Aichelbergenſium ſedes, proximè ſupra VVeilhaimum fuit: & arx ibi in monte ſecus Cellam. Extincto hoc genere: Aichelberga venit ad VVerdnouios, ratione pignoris. Deinde, ad Zylnhardos, eodẽ modo. Deniq; ad Ducem Eberhardum Barbatum, ſummâ pignoris perſoluta.

NOZINGEN ET VVELLINGEN.

Notzingen. VVellingen.

Hæc ab Iohanne Reuſſio, & Chunigunde VVeſterſtettenſi, Anno 1368. emptione ad VVirtemberg. venerunt.

OTTLINGEN ET LINDORF.

Ottlingen. Lindorff.

Hæc à Diepoldo, Aichelbergenſi Comite, Anno 1291. VVirtemberg. emerunt.

Ieſingen in Kirchaimenſi præfectura.

Ieſingen Kirchaimenſe.

Hic vicus emptus eſt VVirtembergenſibus, An. 1293. de Vlrico, Comite Aichelbergenſi.

HOLTZMADEN.

Holtzmaden.

Emitur 1293. de Teccenſi Duce Hermanno.

Cell ſub Aichelberg.

Cella vicus.

De Chunigunde Reuſſina emebatur 1365.

Biſſingen ſub Teck.

Biſſingen pagus.

Vendidit 1336. Hainricus Finck à VVilandſtain.

Oberlendingen & Schlattſtall.

Oberlendingen. Schlatteſtall.

Emptæ ſunt 1364. de Merclino à Neidlingen.

GVTEMBERG.

Gutemberg.

Ab Vlrico de Sperbers Eck, emptione ad VVirtemberg. vênit.

Roſsvvelden & Sulpach.

Roſsvvelden. Sulpach.

Venditæ ſunt à Teccenſi Duce Conrado 1275.

BRVCKEN.

Brucken.

Vendidit 1329. Eliſabeta de Sperbers Eck.

VVENDLINGEN.

VVendlingen.

Emit hoc oppidulum 1551. Dux VVirtemb. Chriſtophorus 25000, fl. ad Kirchaimenſem præfecturam, à VVolf Hainrico de VVerdnovv.

II. Arces quædam, aut rudera, præfecturæ Kirchaimenſis.

HANENKAM.

Hanenkam. Hürnlinger.

Supra Biſſingam eſt. Habitabatur olim à nobilibus Hürnlingeriis. In ſcuto, nigra trabs in albo. Anno 1297. vixit Gumpoldus ab Hanenkam.

ERCKENBERG.

Erckenberg.

Sitæ ſunt eius ruinæ ſupra VVailhaim: & in ea arce quondã Duces Zæringenſes habitarũt.

MANSPERG.

Manſperg.

Iuxta vicum Dettingam. In quorum nobilium ſcuto, albi nigriq; cunei, ſicut in tabula aleatoria, vel Schachica. Super galea, duæ alæ cum ſimilibus cuneis.

SCHLOSPERG.

Schloſperg.

Etiam iuxta Dettingam. Diu ſedes erat Feimingiorum. Nunc & Grauenecciorum.

VVIELANDSTAIN.

VVielandſtain.

Feudum VVirtembergenſium ſupra Lenningam. Tenebatur aliquando à Schillingis Canſtadienſibus, & Spatis itidem. Iam deſtructum eſt: & cum bonis ſuis ab Oberlenningenſib. emptum.

SVLTZ-

SVLTZBVRG.

Arx hæc, in Lenningensi valle sita, ad Spætos spectat. Sultzburg.

DIEPOLTSBVRG.

Prisca hæc rudera, post Bissingam sunt. Tenebatur arx à nobilibus eiusdem nominis. Diepoltsburg.
Postea ad Theodoricum Spæt à Sultzburg, vênit.

GVTEMBERG.

Fuit quondam in hac arce, Ducum Tecciorum Cancellaria. Postea VValdeccij illam in- Gutemberg.
coluerunt. Ist ein Runckellehen von Wirtemberg: *fœmineum feudum, siue ad fœminas et-*
iam transiens.

LIECHTENECK.

Ruinosum hoc, supra Hepfisovvsitum est. Domini eius nobiles, à Liechteneck nomen Liechteneck.
habuerunt. Scutum eorum, glaucum erat: in quo, infrà, stria flaua: suprà verò, rubra. Corona,
suprà galeam: & globus semialbus semingerque. Pertinet nunc ad S. Cyriaci collegium VVisen-
staigense.

RANDECK.

Supra Neidlingam. Nobilium Randeccíorum domicilium erat. Eadem ipsorum cum Randeck.
Liechteneccijs Insignia.

THVMNOVV.

In pago Notzingen. Combusserunt Rustici 1525. Pertinuit ad Spætos. Thumnovv. Notzingen.

STAINBACH.

Pertinuit & vicus, & arx hæc, ad Teccensem Ducem Hermannum, cum Freitagshofen. Stainbach.
Vendita sunt hæc 1299. Monasterio Salmansvveilerano 1800 ll. Quod Monasterium retinuit
sibi collaturam Ecclesiæ, & decimas vini frugumque: vicum & arcem nobilibus reuendidit. Post-
ea VVolf Spætus, Mager dictus, retinuit. Nouissimè ad Laubenbergium peruênit.

BODELSHOFEN ad amnem Lauttum.

Hæc arx, & villæ adiunctæ, olim erant VVerdnouiorum. Postea Berchtoldus Schillin- Bodelshofen.
gus (connubio, vt videtur) nactus est: cuius filius VVolfius adhuc possidet. Sorores eius, Ma-
ria & Barbara.

Sunt & plurium arcium vestigia, aut rudera, in Kirchaimensi Sub Teccia præfectura: vt, Meerburgstell.
Jebenhausen/ Zylnhart/ Lautenburg/ Landsee/ Hauenstaig/ Sperberß Eck/ Nofen/
Boll/ Liebenow/ Ober vnd Vnder Ensingen/ Zitzinßhausen/ Dachenhausen/ Grauen-
berg. *Præsertim autem Ober Ensingæ habitarunt Sperbers Eccij: Zitzishausæ, nobiles Zittel-* Sperbers Eck.
manni: Oberboingæ, Schvvelbert: Liebenovvæ, D. Conradus de Liebenovveques, & Agnes
eius vxor à Neuhausen: Hammerstveileræ, nobilis Zimmerer nuncupatus.

III. PLVRA PASSIM VVIRTEMBERGIAE oppida, & alia loca.

TVTTLINGEN.

Habitabant ibi 1327. Domini de VVartenberg. Tuttlingen.

BALINGEN.

Emptum 1396. à VVirtembergensibus, oppidum & ditio, de Comite Zollerensi Frider. & Balingen.
vxore eius Verena Kyburgensi.

ROSENFELD ET LEVVENBERG.

Ambo hæc oppida sunt à VVirtembergensibus condita. Levvenberg 1248. à Comite Eber- Rosenfeld. Leonberg.
hardo, nunc circundatum.

HORNBERG.

Vicina sunt huic oppido duo Monasteria, Alperspachum, & S. Georgij. Item, oppidum Hornberg.
Schiltach. In vno collium sunt duæ arces, Noua & vetus. Nouam incolit iam diu, vt Præfectus,
generosus Comes Tybing. Eberhardus, D. Conradi frater. Veterem nemo incolit, propter spectra
ibi crebriora: sed est armamentarium, granarium, & carcer. Latuit ibi olim D. Ioannes Brentius Ioannes Brentius senior, simulatus Castellanus.
propter Hispanos: gerens se pro præfecto minore, Huldrichum Engstlet se nominans, liberos secum
habens, & sacra scribens, vxore Margareta mortua. Quodam autem die monuit quendam concio-
natorem, ne ita longos sermones haberet: quia sæpe rursus occasio daretur. Respondit ille: Tu agis

more Præfectorum, quibus omnis mora in Templo molesta est. Subrisit Engsterus, Ioannes noster in angustijs constitutus. Attamen gratum habuit, se pro Præfecto haberi. Sed non ab omnibus, talis agnoscebatur: quòd non potaret, nec amaret, nec aleam luderet, nec blasphemaret. Ideo ineptum esse Præfectum siue Castellanum. Cùm autem ille concionator posterius ad mortem ægrotauit: Brentius benè consolabatur eum: & iubebat, vt, qui alios antehac ipse piè consolatus esset, etiam seipsum nunc consolaretur. Tum alter, dulci eius sermone captus: O Domine, inquit, præfectò tu non es Præfectus, quantumuis simules, quicunq; tandem sis. Hæc, de Brentio. Habet Hornberga tres præcipuè in vallibus amnes: Guttachum, Reichenbachum, & Offenbachum. Nocte ad facem esoces hastâ in Guttacho confodiuntur. Nam quia lampidiorem aquam amant: eò per Kintzium è Rheno migrant, vere & autumno. Retibus autem capi non possunt: sed ea mox dissiciunt.

Esoces.

SVLTZ.

Sultz. Initiò habuerunt id Comites de Sultz. Deinde 1252. Domini Geroldi Eckenses: qui VVirtembergensibus venum dederunt.

VVITTLINGEN.

VVittlingen. Emit 1251. à Constantiensi Episcopo Comes VVirtemberg. Vlricus, Marcâ argenti 110.

NAGOLT, VVELDBERG, BVOLACH, EBINGEN.

Nagolt. Ebingen. VVirtembergensibus emptione venerunt ab Hohenberg. Comitibus.

BOEBLINGEN.

Eeblingen. A. 1357. vendita sunt à Palat. Gozzone (Gottefrido) Tuvvingensi, Bœblingense oppidum & arx, sylua & lacus ibi: ac pagi Darmshaim & Dagersheim, cum iure venatico in Schœnbuch & Glemsvvald, Comitibus VVirtemberg. Eberhardo & Vlrico, ll. Hall. 14500.

SYNDELPHINGEN.

Syndelphingen. A. 1351. Vlricus de Rechperg, dictus de Syndelphingen, Comitibus Eberh. & Vlrico op. Syndelphingen 5000. ll. H. venundedit.

CALVV.

Calvv. A. 1346. iisdem Comitibus VVilhelmus Palat. Tuvving. oppidum & castellum Calvv 7000. ll. H. dedit. Caluenses patriâ sunt hodie, clarissimi Doctores: Georgius Flackius Theologus Vraci, & Samuel Haidenus Iurisc. Tybingæ.

HAIMBSEN.

Haimbsen. Schmalenstain. Ante aliquot secula, à D. Vlrico de Schmalenstain possessum, ab eo ad VVirtembergenses vênit.

VAIHINGEN.

Vaihingen. A. 1384. Conradus, & Ioannes F. eius, Comites Vaihingenses, vendiderunt 2600. paruis Aureis Floren. VVolframo Nellenburgensi, Teutonici ordinis Magistro, bona sua, Ecclesiam & collaturam, ac decimas, oppidi Vaihingen, Entvveihingen, & VVetterspach. Sponsores erant, Marchio Badensis Hermannus, Comes Otho de Hohenberg: Comites Burglinus & Conradus Hohenbergenses, seniorib. Comitib. Burcardi filij: D. Vlricus de Magenhaim, D. Hainricus Sturmfeder, D. Dieterichus à Gemmingen, Ritter: VVolfius Maiser, Hainricus Gœler, Seufridus de Veringen (fortè, Venningen) & Iohannes de Sachsenhaim, Edelknecht.

BACKNANG.

Backnang. Conditum quondam à Marchione Badensi. Monasterium ibi est in vertice montis, olim à VVeissachensi Domino Rudolpho conditum. Sic & Templum Steinvveilæ 1076.

BRACKENHAIM.

Brackenhaim. A. 1280. possessum ab Vlrico & Erckingero, Baronibus à Magenhaim.

BIETIGHAIM.

Bietighaim. Fuit ante 200. A. adhuc pagus. Tenuêre tunc Comites VVirtemberg. & nobiles Venningenses, ac Schaubeccenses.

DORNSTETT.

Dornstett. A. 1276. ad VVirtenbergenses vênit.

NEVVENSTATT.

Nevvenstatt. VVeinsperg. Barones. Ante 300. A. Helmstatt vocatum fuit: & à VVeinspergensibus Baronibus, Conrado Engelhardo, possessum. Inde, ad Palatinos: sed A. 1504. in Palatinico bello, cum VVeinsperga, Meckmyla, & cœnobio Maulbrunna, ad VVirtembergenses, peruênit.

LAVF-

LAVFFEN.

A. 1361. *Hofwartij de Kirchen, VVirtembergensibus arcem & op. Lauffam vendiderunt, cum tribus partibus pagi Kirchen ad Neccarum, 5960. ll. & 800. fl. Rhenensibus.* *Lauffen.* *Hofwartij.*

VVINEDEN.

Conradus de VVeinsperg Baro, vendidit 1325. A. oppidum & arcem VVineden 4560. ll. H. VVirtembergensibus. *VVineden.*

NEIFFEN.

A. 1301. *D. Conradus de VVeinsperg, & filij eius Conradus atq; Engelhartus, Comiti VVirtemb. Eberhardo vendiderunt oppidum & Burgum Neiffen, cum hominibus bonisq;, & cum collatura Ecclesiæ septem millibus librarum nummariarum.* *Neiffen.*

BLAVBEVREN.

A. 1447. *Helffenstainius Comes Conradus, Ludouico Comiti VVirtemb. venundedit arces, Gerhausen, Ruck, & Blawenstain. Item op. Blaubeuram, & pagum Gerhausen. Præterea Altenthal/ Papelaw/ Weiler/ Suppingen/ Bergkilen/ Tagenweiler/ Oberweiler/ Trefsenspach/ Billenhausen/ Wippingen/ Asch/ & Sonderbüch. Etiam collaturam Ecclesiæ in Ringingen & Asch. Hæc omnia 40000. fl. & quotannis ad victum 200. fl. reseruatis tamen vectigalibus, & viarum conductu.* *Blaubeura.* *Helffenstain.* *Gerhausen.* *Bergkilen.* *VVippingen.* *Ringingen.* *Asch.*

A. 1449. *Vlricus & Conradus Helffenstainij, Vlmensibus vendiderunt dimidium vectigalis & conductus Geißlingensis. & Siessæ, Kuechæ, Itzelbergæ, Nattæ, Gussenstatti, Stuberschaimi, Mercklingæ, VVippingæ, Machelschaimi, Blabeuræ, Haidenhaimi, &c.* *Geißlingen.* *Siessen.*

HAIDENHAIM.

A. 1450. *Comes VVirtemberg. Vlricus, à Palat. Ludouico Bauaro emit oppidum & ditionem Haidenhaimensem, cum arce Helenstain: tribusq; Monasterijs, Anhusano, Eerbrechtingensi & Kynigsbrunnensi: ac cum duabus exustis arcibus, Gußenberg & Hurwung: atq; cum arce VVsf Husen. Omnia 60000. fl. Antea domini fuerant Comites de Helffenstain, Conradus & Vlricus fratres.* *Haidenhaim.* *Helenstain.*

RINGINGEN, VEL RENNINGEN.

A. 1277. *quadam cœnobio Bebenhusano venum dedit Eberhardus de Ringingen Baro.* *Ringingen.*

A. 1310. *Reinhardus de Newenburg, pagum Renningen Comiti VVirtemb. Eberhardo vendidit, quadam conditione.*

KORNVVESTEN.

Pagum hunc, cum incolis & bonis, de cognato suo Vlrico, Comite ab Asperg, Eberhardus VVirtemberg. Comes emit 370. ll. H. A. 1303. *Kornvvesten.* *Asperg.*

CANTSTATT.

A. 1330. *à Cæsare Lud. Bauaro, Cantstadiensibus hoc priuilegij datum est: vt frui possint ijsdem iuribus & honoribus, quibus ciuitas Esselinga gaudet: idq; singulari quodam amore erga Vlricum, Comitem VVirtembergensem, suum Alsatiæ Præfectum. Extra hanc ciuitatem lauacrum est, Sultzbad dictũ: pro Salzbad, à salsugine. Prodest scabiosis, tumidis, & frigore morbidis.* *Cantstatt.* *Sultzbad.*

PFVLLINGEN.

A. 1250. *duæ dominæ Pfullingenses Mechtildis & Irmula, cognomento Rempinæ, Monasterium fœminarum ibi fundauerunt.* *Pfullingen.*

IIII. Loca præfecturæ Gœppingensis. *Gœppinga loca.*

HEININGEN.

Comopolis, Ducum olim Teccensium. *Heiningen.*

BOLL.

Supra id quondam arx Land-Ehr *stetit, in monte* Burghalden: *habitata à S. quadam Bertha: quæ tribus Comitibus generosis nupta fuit: Ioanni Rauensteinio, Alberto Klingenstainio, & Hainrico Irtenbergio.* *Boll.* *S. Bertha.*

SCHOPFLOCH.

Iuxta Betzgerbietam: vbi duo fratres nobiles habitarunt. *Schopfloch.*

SCHLIERBACH.

Zylnhartorum fuit: ex quibus Henricus id VVirtembergicis vendidit. *Schlierbach.*

HOCHDORFF.

Habitatio fuit nobilium à VVernitzhausen: de quibus VVirtembergia illud emit. *Hochdorff.*

HINDERBVRG.

Vetus arx ruinosa: quæ & ipsa suos nobiles habuit. *Hinderburg.*

EBERSPACH.

EBERSPACH.

Eberſpach. *In hac Comopoli Barones olim fuerunt, Adelbergenſis cœnobij fundatores.*

YHINGEN.

Yhingen. Schvveleri. *Pagum hunc nobiles olim Schvveleri incoluerunt.* In jhrem Schildt / blaw vnd weiß zwerchſtrich.

KLAIN YSSLINGEN.

Yſlingen. *Emerunt VVirtembergenſes de VVernhero à VVernitshauſen.*

FILSECK.

Filseck. Reuſſ. *Trans Yhingam. Habuerunt id multos annos Reuſſij de Reuſſenſtain. Nunc Gemmingenſes habent.*

HOHENSTAVFFEN.

Hohenſtauffen. *Erat Caſtellum hoc Ducum Sueuiæ. Habitauit ibi interdum etiam Irena, ſeu Maria Græca, Cæſaris Philippi coniux,* in frewd vnd laid. *Ibi quoq; fato ſuo 1208. funĉta.*

GRVIBINGEN.

Grüibingen. Geieri. *Domicilium erat nobilium Laimbergiorum. Ibi & Geieri habitabant. Ruinæ reſtant, Laimberg, & Lemingshalda.*

FAVRNDOVV.

Faurndovv. Zylnhart. *Huius pagi dimidium, à Zylnhartis poſſeſſum fuit. Quod, ad extremum vidua Georgij Zylnharti VVirtembergenſibus vendidit. Hæc, Gœppingenſia.*

Anno autem præſenti 1595. Dux VVirtemb. Fridericus initio Aprilis emit de Frid. Erneſto, Marchione Badenſi Durlaci & hæc loca. Beſicken, Heſſech, VVala, Mundelsheim, Gemerich, cum omnibus ad ea pertinentibus.

V. De generoſis Dominis Landauijs, quædam amplius inuenta: præſertim de ſepultis in cœnobio virginali S. Crucis vallis.

Landauiorum Magnatum ſepultura. *A. Domini* 1280. *die S. Franciſci, Comes Hartmannus de Gruningen* bey Alſperg (den man ſprach / von Landaw) *obijt. Sepultus Gruningæ,* in der Pfarrkirchen / in der lincken ſeiten vnter der Cantzel / vnterm Garbſtain / darauff das Wapen gehawen iſt.

A. 1343. auff Tiburtij vnd Valeriani / iſt geſtorben Graff Conrad von Landaw: vnd liegt allhie zu Hailig Creutzthal.

A. 1368. auff S. Peter vnd Pauls tag abend / ſtarb Graff Eberhart von Landaw.

A. 1373. ſtarb Graff Eberhart von Landaw / auff Donnerſtag vor Vrbani: vnnd liegt allhie zu H. Creutzthal.

A. 1392 ſtarb Graff Conrad / den man nennet von Landaw.

A. 1393. am Montag nach S. Michaelis tag / iſt geſtorben der Edel Ritter / Herr Lutz von Landaw. Liegt zu H. Creutzthal.

A. 1436. an der Mittwoch vor S. Görgen tag / iſt geſtorben Herr Conrad von Landaw / halb Ritter. Liegt allhie zu Hailig Creutzthal.

Herr Eberhart von Landaw Ritter / iſt geſtorben am Freitag vor S. Margreten tag / im 1444. Jahr. Liegt allhie zu H. Creutzthal.

A. Domini 1461. auff Mittwoch vor S. Jacobs tag / ſtarb Eberhart von Landaw.

A. Domini 1488. ſtarb der Edel vnnd Streng Herr von Landaw / Ritter / auff Freitag vor Margreta.

Tempus non additum. Graff Hartmann von Landaw der jünger. Deß haben wir nit wiſſen (*inquit hodiernus illius Parthenônis Secretarius, D. Leonhardus Schmidius*) seines abſchaidens.

Graff Ludwig von Grüningen (den man ſprach von Landaw) iſt Pfarrherr zu Canſtatt geweſen / vnd Thumherr zu Augſpurg.

At fuit Comes Eberhardus de Landavv iunior, qui obijt 1378. At ea fuit Eliſab. vel Lucia, qui obijt 1388. Item ein Graff von Landaw (weiß man gleichwol nit / wie er mit Namen geheiſſen) hat ein Hertzogin von Mailand zum Gemahel gehabt. deren Namen man auch nit wiſſen mag. Mit deren er zwo Töchter erzeugt: die ein / Vrſula: vnd die ander / Eliſabet / geheiſſen. Welche beyde hie im Gotshauß H. Creutzthal / nachmals den Orden an ſich genommen. Sonſten ſind man weiters nichts.

Frawe Hailwigildis iſt geſin / Deß Stiffters Schweſter tugentſam̃ /
Deſſelben erſte Abtiſsin: Geborn von hohem Edlen ſtam̃ /
Der Gräffen von Landaw. Der gnad der ewig vnd barmhertzig Gott. *Obijt* 1240.

Nouiſſimæ

Nouissimæ Abbatissæ.

Pro Vrsula Bessererina Bruschij, ponitur Vrsula von Bossen / genannt die Bosein: *quæ præfuerit 4 annos & obierit 1488.* *Abbatissæ nouissimæ Sancruciallenses.*

Secuta est Anna Gremlichina, quæ obijt 1521.

Fraw Veronica Riethaimia/ *gubernans 25. A.*

Fraw Elisabeta Lutzin/ *regens 16. A. mortua 1567.*

Fraw Veronica von Entzberg.

Fraw Elisabet/ geborne Yfflingerin/ *anno hoc 1595.*

Hæc, ex illo Monasterio.

Anno autem 1490. 8. idus Decemb. nobili viro Iohanni de Landaw (cuius familia olim diues fuerat) militi tenuioris fortunæ, Innocentius Papa concessit aliquot decimarum perceptionem, certis conditionibus in pago Riedeschingen, vt patrono illius Parochialis Ecclesiæ, defruentibus excrescentibus, decimas non soluentibus. Citat ergo Tubingam, 18. April. 1493. si qui contradicant, Iohannes Vergenhans (Nauclerus) Præpositus Ecclesiæ collegiatæ, beatiss. virg. Mariæ, sanctorumq; Georgij & Martini, in Tubingen, &c. Vt ex literis Philippi Rittelij, D. Arminij F. hoc 95. anno vidi.

DE NOBILI BVBENHOFIORVM GENERE.

CAPVT XXV.

NVPER, *hoc 1595. demum anno, ad hyemem decurrente, nactus sum (per clariss. V. Samuelem Heidenum Iurisc. & per honestum virum Valentinum Salomonem Fuldensem, Pictorem oppidi Horbæ) varia documenta laudatæ familiæ Bubenhofiæ: ex quibus hæc, quæ sequuntur (quia plurimi insunt nobiles) & aliunde quædam, ad hunc locum summittere volui: cum ad superiora, quæ iam apud Typographum erant, poni à me absente commodè non possent.*

Bubenhofios (etiamnum hodie claros) esse perantiquæ nobilitatis, ex eo colligi potest: quòd anno Domini 1263. ex illis longa serie deductus, CONRADVS *vixit, miles, seu eques auratus: qui cum Sueuiæ Duce Conradino, Rhorvillæ fuit. Ex hoc nati, sequentes. Diuidam autem in Quaterniones tres.* Bubenhofiæ Genealogiæ.

QVATERNIO PRIMVS.

1. *Conradus à Bubenhofen, testis 1263. in literis.* —2.

- *Conradus* 1278.—3.
  - *VVernher.* 1303. & 1323.
  - *Hugo* 1323.—4.
    - *Burckardus* 1336.
    - *Hugo* 1336.
    - Henricus. *Ab hoc propagatur genus infrà* *
- *VVernher* 1278.—3.
  - *Conradus* 1321.
  - *D. VVernher eques* 1324.—4.
    - *Conradus.*
    - *Gertrudis* 1338.
    - *Burckardus* 1345.
- *VValther.* 3.
  - *Marquardus* 1324.
  - *Susanna, sanctimonialis in cœnobio Kilchberg.*
- *Fortaßis & Hugo.*

Annotatio ad hæc.

In literis inueniuntur 1278. *testes, Conradus, VVernher, & VValther, de Bubenhofen.*

In Germanicis literis, testes VValther & Hugo fratres. Datum, Rhor auff der Burg.

In alijs literis, Datum Geißlingen 1321. *testis ponitur,* Herr Walther von Bubenhofen Ritter. *Fort. VVernher.*

In alijs, Hugo/ vnd Herr Wernher von B. Ritter/ 1223.

In alijs, Datum Bubenhofen 1324. *reperitur Marquardus de B. & soror eius Susanna Monacha. Item,* Wernher Ritter/ vnd Walther Kirchherr.

Item

Item 1338. Jacob der Türinger/vnd Gertrud von B. *Hac mulier, & filius eius Hugo* Türinger/ *vendiderunt* 1366. *sua in* Hard *bona.*

In alijs literis A. 1338. Jch Burckhart/ Hug/ vnd Hainrich/ von Bub. Gebrüder/ Hugens Söhne/ thun kund/ ꝛc. *Datum* Haigerloch.

Beinßdorff. *A.* 1344. *senior Herman de Ow habebat pignoris loco oppidum* Beinßdorff.

Bubenhofen/ *pagus & arx.* *A.* 1345. *die Sabbati post VValdpurgis*, verkaufft Burckhart von Bubenhofen/ dem Erbarn Edelman Hermann von Ow dem alten/ alles sein Gut zu Bubenhofen: das er von seinem Vatter hat gehabt/ vnnd auch von seinem Bruder erkaufft: an Feld/ an Wald/ an Wasser/ an Wäyde/ an Wiesen/ an Zwayg/ an Leuten/ an Gut/ an Kirchenschätze/ vnd an Vogtrecht/ vmb funffzig Pfund Pfenning/ zehen Schilling minder. *Tanta erat leuitas precij.*

QVATERNIO SECVNDVS.



HORVM DECLARATIO.

Beinßdorff. *Anno* 1386. hat Pfaff Walther von Bubenhofen/ Kilchherr zu Beinßdorff/ verkaufft ein Pfund Gelts in seinen Gütern/ so er zu Eichen hat/ seinem Bruder Conrado. *Sed & Bubenhofam postea Beinsdorffijs, cum magno suorum incommodo vendidit. Eodem A. Abbas Richenouiensis VVernherus, Henrico de B. & Mercklino F. eius, op. Beinsdorff, cum incolis & rebus, in feudum dedit.*

A. 1393. *Feria 5. ante Omnium Sanctorum*, hat der Erbar Priester Herr Walther/ *Ecclesiæ Beinsdorffæ Rector*, dem Schulthaissen/ Richtern/ vnd Burgern/ der Statt zu Beinßdorff/ seinen theil/ vnd sein recht/ an Bubenhofen der Vestin/ verkaufft: nemlich den halben theil derselben/ mit dem Graben/ Baumgarten/ Burgschatz/ allen begriffen/ Holtz/ Feld/ Schutz/ Benne/ Weyd/ mit allen rechten/ nutz vnd zugehörden (doch nach seinem tod) vmb 320. Pfund Heller. *Eodem anno Lupoldus Austrius Beinsdorffensibus concessit, ne amplius Bubenhofijs oppignorentur.*

Marquardus, Henrici F. tres vxores nobiles habuit: primam, ex domo Sturmfederina: secundam, ex Kechelerijs à Schwandorff: tertiam vero, Magenbuchiam 1379. & 1386. *Interfuit vnus ex Magenbachijs, Hastiludio postea XXVI. A.* 1436. *Stutgardiæ. Fuit hic Marquardus auctor sepeliendi Bubenhofios in parochiali templo Geislingæ.*

Burladingen. Jch Kun von Burladingen der alt/ vnd ich Kun sein Sohn/ verjehen beyd ausser gemeinem Mund/ ꝛc. Daß wir vnserm Ohem/ Marquarten von Bubenhofen/ vnd seinen Erben/ recht vnd redlich ingesetzt vnd versetzt haben/ ꝛc. all vnser recht/ die wir haben
Veringen. zu Gamertingen/ von Graff Wölfleins/ vnd Graff Frizzen wegen von Veringen/ ꝛc. *Datum M. CCC. LXXVI.* an dem nechsten Mitwoch nach dem Weissen Sontag.

Stainij nobiles. *Henricus eques, Marquardi & Magenbuchiæ F. vxorem habuit SOPHIAM à Stain de Rechtenstain: quæ nata est ex D. VValtz à Stain equite: & vxore eius N. à Merckingen: ac fratrem habuit VVolfium à Stain, equitem.*

VVolfius, Henrici equitis F. vxorem habuit Annam à VVerenwag. Consiliarius VVirtembergicus erat: eiq; multum rei fuit cum Dominis Gerolizeccijs Sultzæ.

Conrado

Conrado VVolfij fratri, coniux fuit MARgareta de Neuneck. Cuius parentes fuerunt, Georgius Neuneccius: & Adelhaidis, Truchsæßia Hæfingensis. Quæ patrem habuit Haincium ab Hæfingen, & matrem Elisabetam Nothafftinam. Georgij autem Neuneccij parentes fuerunt, Hugo à Neuneck, & Anna de Yberg, Anshelmi senioris soror. Neuneccij.

*A.*1434. *die Mercurij post S. Gregorij*, hat Conradus *de* Bub. *Margaretam vxorem suam Neunecciam*, jhres Vätterlichen Erbs 1100. G. *quos attulerat*, vnd 550. G. zur Widerlegung / vnnd 150. G. zur Morgengab (*summa* 1800. G.) verwiesen auff seine Güter: als Owingen vnd Steten / die beyde Dörffer: vnnd auff die Höff Weildorff / vnd Engschlatt.

*A.*1442. *stagnum Stetæ faciendum curauit.*

De Magno curiæ VVirtemberg. Magistro, IOHANNE à Bubenhofen.

Hic coniugem habuit OTILIAM: Georgij de Bach zu Bucherßhaim / *& Brigitæ de Altenvvindeck, filiam. Vixit circa* 1462. *Eadem fratrem habuit D. Bernhardum de Bach, equitem. Interfuit* 3. *Hastiludio A.* 948. *Constantiæ, Benedictus de Bach*: & 18. *Hastil.* 1337. *Ingelhaimi, Henricus de Bach.* Ioannes Bubenhofius, Landhoffmeister.

Vlrich / Graffe zu Wirtemberg.

Vnsern freundtlichen gruß zuuor. Wolgeborner lieber Oheim Graffe Joß Niclaus von Zolr: wir bitten dich mit ernst freundtlich / vnser Bürg zuwerden / gegen vnserm lieben getrewen Hansen von Bubenhofen / vmb ein Summa gelts / ꝛc. Geben zu Nürtingen am Donnerstag vor S. Matthæus tag / *anno, &c. Sexagesimo.*

Wir Mechthilt / geborne Pfaltzgräffin bey Rhein / von Gottes gnaden Ertzhertzogin zu Osterreich / ꝛc. Witwe / bekennen / ꝛc. Als für vns kommen ist vnser getrewer lieber Hans von Bubenhofen Landhoffmaister / als Vormünder seins Bruders Conrad von Bub. seligen verlassene Kind / ꝛc. Geben zu Rotemburg / auff Mitwoch vor vnser Lieben Frawen tag Liechtmeß / *M. CCCC.* vnnd *LXXVIII.* Jahr. Sie war auff die Herrschafft Hohenberg verwidemt. *Mentio fit arcis & pagi* Lynsteten. A.1478.

*A.*1479. war ein Abschied / *cum sigillari confirmatione, in Hastiludio VVirceburgensi* außgangen / *his verbis.* Welcher fürbringt / daß seine Eltern Geturniert haben: vnnd er von seinen vier Anen Edel sey: auch sich ehrlich gehalten hab: derselb soll zum nechsten vnd andern Turnier getheilt (zum theil admittiert) vnd zu Turnirn zugelassen werden. *Petenti itaque testimonium de sua à Maioribus nobilitate, & de suis moribus, Iohanni Bubenhofio, Magno Curiæ Magistro (vt qui & ipse ad huiusmodi honesta exercitia proficisci, in animo haberet) testimonia bona sequentes viri nobiles dedêre.* Turniers-genooß.

1. Rudolfus von Hochneck zu Vilßeck / *senior*, Edelknecht / *Petri filius, annorum amplius LXXVIII. testans*, daß Hans von B. von seinen 4. Anen Edel sey: auch sich ehrlich gehalten hab / vnnd Turniers-genooß sey. *Signauit ipse Rudolfus ab Hochneck* (sein Ohem) vnnd sein Vetter Görg von Friberg zu der Hohen Friberg. Senes nobiles.
2. Martinus von Durmentz. *Sibi notum fuisse patrem eius Conradum, & patruum VVolfium, à LX. annis, &c.*
3. Conradus vom Stain / Ritter / Hansen Ohem / zu Vtenweiler / *octogenarius, aut eo maior. Signauit ipse, & Conradus F. eius à Stain, habitans* Emerkingen. *Datum Feriâ* 6. *post Osualdi.* 39.
4. Wolff von Neuhusen.
5. Conrad vom Stain / vnnd Klingenstain. *Die lunæ in hebdom. Paschali.*
6. Hans Herter von Hertneck.
7. Hans von Neuneck Ritter / Vogt zu Rosenfeld: vnnd Hainrich Böcklin von Vtingerthal / bey den Neuntzig Jahren alt: vnnd Hans Branckhof / vnnd Wolff von Rosenfeld / der alt: alle / Edel Knecht. 1479. *die purific. B. Mariæ.* Rosenfeld.
8. Hans von Ramsperg / *Gutenstaini habitans.*
9. Wilhelm Truchseß von Waldeck / der Elter.

10. Georgius Megetzer von Veldorff.

Brisaci Tornamentum. 11. Conrad von Thierberg. Der sagt / daß Wolffgang selig von Bubenhofen/ geturniert habe zu Brisach. *Non legitur Brisacum in Hastiludijs 36. popularis linguæ. Ergo Ryxnerus non omnia Hastiludia posuit.*

12. Wilhelm von Münchingen.

13. Petrus von Burren. *Petierat ab eo testimonium Iohannes à B. per suum cognatum Conradum de Rischach à Dretfurt.*

14. Friderich von Ow/sein Oheim. *Nouerat ante LX. annos patrem eius Conradum, & patruum VVolfium, vsque ad mortem eorum. Datum 1479. die Lunæ ante Natiuit. S. Mariæ.*

15. Wolff Spät. *Die S. Thomæ 79.*

16. Buppelin vom Stain/Ritter/sein Oheim/ Pfleger zu Gundelfingen.

Hæc, de Iohanne à B. curiæ Magistro: qui etiam ab externis iudicijs exemptionem, à Cæsare Carolo impetrauit.

Klingenberg. *Fratri eius Conrado vxor fuit, circa 1462. & 1476. AGNES (al. Margareta) Alberti Klingenbergij, & Margaretæ à Grœnenberg, F. cuius fratres fuerunt Henricus & Caspar de Klingenberg.*

Huius Conradi liberi.

D. Matthæus, Canonicus & Decanus Constantiæ.

Vitus, cui vxor N. ab Ovv.

Hans Hainrich.

Apollonia, VVendelini ab Halfingen coniux, 1512.

A. 1462. Dux Austrius Albertus, ab Iohanne & Conrado Bubenhofijs fratribus, permutatione aliorum bonorum accepit das Weiler Ober Owingen/mit dem Hoff zu Vndern Owingen.

Inuenio denique de Conrado Bubenhofio: Comitem Eberhardum de VVirtemberg, ei collaturam parochiæ Stetensis dedisse: semel 1434. & iterum 1476. Sunt duo diuersorum temporum Eberhardi & Conradi.

QVATER-

Oberũ Iohãnũs, Magni curiæ Magistri, liberi. —9.

- Sophia, virgo.
- Margareta. 1480.
- VVolf. — Georg.
  - Ioan. Georgius, Vxor, ex Belgio.
  - Ioan. VVolf. Vxor, N. Lemlina.
- D. Ioan. Caspar, eques. —10.
  - D. Ioan. Melchior, Decanus & Vicarius Constantiæ, 1548.
  - D. Ioan. Michaël, Canonicus Augustæ & Aichstadij, 1525.
  - Ioan. Iacobus. Obijt cælebs.
  - Iohannes Marcus. 1522. —11.
  - Sophia, cuidam à VVintzlen nupta.
  - Euphemia, virgo.
- Ioan. Caspar. Obijt in adescentia.
- Ioan. Christoph. Vx. Barbara de Freiberg.
- Ioan. Sebast. Puer obijt.
- Ioan. Marcus, Vx. Catharina de Rechberg. 1564.
- Ioan. Ioachimus. Vxor, SOPHIA Marescalca in Bappenhaim. -12.
- Elisabeta.
- Maria. Anno 13. ætatis obijt.
- Iohanna. Vxor Ioan. Georgij de Neuneck.
- Magdalena. Obijt in pueritia.
- Regina. Nupta Georgio de Rechberg in Cronburg.
- Anna, N.
  - Anna. Reinhardo Neuneccio, & Ioanni Conrado Meckero à Balghaim, nupta.
  - Sophia.
- Ioannes Conradus.
- Ioannes.
- Ioan. Iacob. Canonicus Friburgi.
- Sampson. Vx. N. Marescalca Bappenhaimia.
- Raphaël, Canonicus Passauiensis.
- Sibylla, vxor Theodorici à Landauu.
- Anna, vx. Ioannis de Laubenberg.
- Maria, vx. Diepoldi à Stain.
- Cordula.
- Regina.
- Ioan. Cleophæ.
- Susanna.
- IOHANNES MARCVS 1595. in Leinsteten (vbi oppidum VVirtemberg. Dornstet) & in Liechtenfels: cui coniux, CATHARINA de Freiberg.
  - VVilhelmus, puer 10. annorum.
  - Philippus Ioachimus.
  - Michaël Ludouicus.
  - Felicitas.
  - Maria Magdalena.
  - Maria Iacobi.
- D. VVilhelmus, Teutonici ordinis commendator Kapfenbergæ.
- D. Ioachimus, Teut. ord. com. Misthusæ.
- Beniamin, arcis Ramspergæ (è regione ruderum Hohenstauffæ) dominus. Vx. Anna Maria Nothafftina ab Hohenberg.
- Magdalena. Nupta Huperto Humpißio von vnnd zu Waldrans.
  - Ioannes Iacobus.
  - Ioannes Eustachyus.
  - Anna Anastasia.
  - Maria Magdalena.

NOTAE AD QVAEDAM HORVM.

Iohannis filius VVolfius à B. in Geislingen, habuit duas vxores. 1. *Elisabetam, Casparis Spæti F.* 2. *Vrsulam ab Hattstatt.*

Rechperg. *Eius fratri Ioanni Caspari equiti, item duæ fuerunt vxores,* 1. *Margareta Henrici Rechbergij in VVeissenstain F.* 2. *Domina AGNES, Baronissa Hohenhevvensis.*

Wir Eberhart/Graffe zu Wirtemberg/vnnd zu Mümpelgart/ꝛc. bekennen/vnd thun kund offenbar/ mit diesem Brieffe: daß wir in dem Namen/ vnnd zu lob/ der aller heiligsten Dreyfaltigkeit/ einen Ehlichen Heyrat/vnnd freundtliche Vermehlung/abgeredt vnnd beteidigt haben/ zwischen Margreten/ Heinrichs von Rechberg vnnd Hohen Rechberg Ehlichen Tochter: vnnd Hans Caspars von Bubenhofen/ꝛc. *Vtrinque* 800. fl. *& dos* 400. fl. *Rhenenses. Datum Stutgart. Dominicâ post purif. Mariæ, M. CCCC. LXXXIIII. anno.*

Sybilla Fuggerina, 1512. *Ioannes Marcus duas coniuges habuit.* 1. *Sibyllam Fuggerinam.* 2. *Magdalenam de Ehingen, viduam,* 1522.

Jch Hans Marx von Bubenhofen/ vnnd ich Sibylla Fuggerin/ sein Ehliche Haußfraw/ꝛc. Nach dem Jacob Fugger vnser Schwager vnd Vätter/ verschiener zeit nach absterben weiland seiner Gebrüder/ Vlrichen vnnd Georgen Fuggern/ vnser Schwäher vnnd Vatter/ Schwager vnnd Vetter/ ein Ordnung vnnd Teilung/ꝛc. Vnd ich Hans Caspar von Bub. Ritter/Landvogt zu Mümpelgart/*acta filij mei confirmo, &c. Signauit etiam Henricus de Reischach,* sein Vetter 20. *Maij* 1512.

Ex hac Fuggerina nati fuerunt Ioanni Marco, Ioannes Caspar, & Ioan. Christophorus, & Elisabeta ac Maria.

Ehingen a vidua. Wir diese nachbenannten/mit Namen Rudolf von Ehingen Ritter/ Joß von Hornstain/ vnd Hans Marx von Bub. bekennen/ꝛc. Nach dem ich genennter Hans Marx von B. mich mit der Edlen Frawen Magdalena/geborn von Ehingen/gedachts Herr Rudolffs von Ehingen Ritters Ehlicher Schwester/ mit dem Sacrament der heiligen Ehe verheyrat/ꝛc. *Habebat ipsa liberos, ex Brunone de Hornstain piæ mem. susceptos. Actum die Sabbati post Martini* 1522.

Studiosi debitum. Jch Hans Michel von B. Thumher zu Augspurg vnnd Aystatt/ bekenn öffentlich/ꝛc. Nach dem ich etlich zeit her/zu Freiburg/vnnd zu Tuwingen/ auff der Vniversitet gestanden/vnnd daselbst etlich Gelt schuldig worden bin/ꝛc. vnd der Edel vnd Vest Hans Marx von Bub. Zu Justingen/ mein lieber Bruder/ mir in solcher not 300. fl. Rheinisch fürgesetzt/ꝛc. Hab ich mein eigen Jnsigel/ꝛc. zu end thun hencken: vnnd zu mehrer zeugnuß/mit fleiß ernstlich erbeten/die Wirdig Hochgelert/Edel vnnd Vesten/

Plantsch. Martinum Plantsch/in der H. geschrifft Doctor: vnnd Hans Erhart von Ow/ Obervogt zu Tuwingen/meine liebe Herren Freund vnnd Schwäger/ jhre Sigilla/ꝛc. *Die S. Mauricij,* 1525.

Jch Johann Melchior von Bub. Cantor vnnd Thumher: der hohen gestifft Costantz/bekenn/ꝛc. *Filius equitis piæ mem. Iohannis Caspari, & frater Iohannis Marci. Huic Iohanni Marco ipse vendiderat bona quædam quæ Rotemburgi ad Nicrum habebat, fraternè, tolerabili precio, &c. Pro pensione quadam, tantùm ad dies vitæ suæ. Datum* 18. *Iul.* 1548.

Folgen

Folgen Hans Marxen/ Wilhelms/ Joachims/ vnd Beniamins/ fratrum, Adeliche Anichen/ à patre piæ memoriæ, anno M. D. XCV.



EORVNDEM IIII. FRATRVM Adeliche Anen/ à matre piæ memoriæ.



SEPVLTVRA NOBILIVM A BVBENHOFEN.

1. *In Templo Parochiali Bubenhofæ, Conradus & Marquardus fratres,* Conrad vnnd Buls (*fortè Paulus*) *fratres.*

Henricus, Conradus, & Hugo, fratres.

Burckhardus, cognatiq; eius, VVernher & Conradus, fratres.

VVernher eques, & Conradus F. eius: & Conradus, VVernheri istius frater.

VValther & Conradus fratres.

2. *In fano Parochiali Geislingæ, Marquardus Henrici F. Ibi etiam filij eius,* Marquard/ Hans/ Herr Hainrich.

Et Henrici huius filij: Marquard/ Hans/ Wolff/ vnd Conrad.

Item, Hans & Conrad *fratres.*

Deniq; Ioannes Caspar, & VVolfius, Ioannis filij.

EX LIBRO LVDORVM EQVESTRIVM, SIVE Torneamentorum, & aliunde.

Landauienses. *Torneam.* 17. *A.* 1311. *Rauenspurgi, interfuit Hastiludio Eringer* (*forsan* Wernher *aut* Erchinger) von Bubenhofen. *Sic etiam VVilhel. Comes Lupfenius, & Conradus atq; Henricus à Landaw.*

T. XX. A. 1374. *Esselingæ, Iohannes à Bubenhofen: & Christoph. à Landaw, eques.*

T. XXIIII. A. 1408. *Heilprunnæ, Iohan. à Bub. & Vlricus à Landaw, eques.*

T. XXVI. A. 1436. *Stutgardiæ, quidam Bubenhofius.*

T. XXX. A. 1481. *Heidelbergæ, quidam ex Bubenhofijs: & Heinricus, Comes Lupfenius: atq; Anshelmus de Yberg.*

T. XXXI. A. 1484. *Stutgardiæ, Iohannes de Bubenhofen.*

T. XXXIII. A. 1485. *Onolzpachi, cum VVirtemberg. Comite Eberhardo iuniore, Iohan. Caspar Bubenhofius. Interfuit & Iacobus à Landaw, eques. Item (vt hoc quoq; incidenter addam) cum VVirtemberg. Eberhardo seniore, VVilhelmus* Schilling: *& cum Eberhardo*

Schillingi. *iuniore, Henricus* Schilling. *Cui Henrico, & filio eius Sebastiano, Cæsar Maximilianus 7. Aug.* 1514. *Gamundæ concessit beneficium hæreditarij Pincernatus,* (das Erbschenckens ampt) *Ducatus Sueuiæ: quod etiam Maiores ipsorum, à Cæsaribus Rom. Sueuiæ Ducibus, habuerant. Quod feudum postea 6. Octob.* 1528. *Spiræ Cæsar Carolus V. etiam illi Sebastiano, & fratribus ipsius Berchtoldo Vlricoq;, Schillingis, confirmauit, propter familiæ huius virtutem & merita. Multa contradicentibus, XL. Marcæ puri puti auri, nempe fisco Imp. & læsis vicenæ.*

T. XXXIIII. A. 1486. *Bambergæ, idem Iohan. Caspar: & alius Bubenhofius, tyro.*

T. XXXVI. 1487. *VVormaciæ, idem Iohan. Caspar, cum alio Bubenhofio.*

De Bubenhofia stirpe, hactenus.

DE BELLO PRÆSENTIVM ANNORVM TVRCICO, IN Vngaria superiore & inferiore, atque in Croatia: & de alijs per ea tempora rebus. Ex editis, & non editis, scriptis. Eodem Martino Crusio conscriptore.

CAPVT XXVI.

ANNO 1590. *Vienna Austriæ, & circumiacentia loca, vehementissimis terræmotibus concussa sunt.*

Turcici belli hodierni initium. ANNO 1591. *Turca à Persis, cum quibus decem annos bellum gesserat, arma in Christianos conuertit, contra inducias cum Imperatore nostro Rudolpho pactas. Gratum id erat militibus eius: quòd plus prædæ & commodorum eis Vngaria & Croatia, quam Persica regiones, adferre possent. Bassa autem Bosinensis Hasson, fax huius incendij erat. Mense itaq; Iulio exercitus ipsius, eam munitionem nobis eripuit, quam Minorē Comorrham vocant: castella item Menizendam atq; Zecham. Canischam quoq; aggredi cogitauit. Sed cognito proceres illorum locorum contra se venire, retrocessit: locis illis, quæ ceperat, igne consumptis. Iam autē exercitum Turca more Germanorū instruere, ac ducere, didicerat. Ex vrbe Cassouia* 1. *Nouemb. scriptum fuit: Moldauiæ Vaiuodam Petrum, virum iam senem, cum thesauro suo (propter quem ei periculum strangulationis à Turca imminuerit) Tronnam (2. milliarib. à Partfeldo) profugū venisse: petentē à Cæs. Maiest. vt sibi hyemare ibi liceret. Sequentis verò anni Ianu. die 4. Viennâ scribebatur de VValachiæ Vaiuoda: qui metuens, ne à Turca circumciderētur, profugerit Viennam versus: & ab Archiduce Ernesto honoratus fuerit.*

Comorrha minor.

Anno

Anno 1592. Turca 19. Iun. (nobis 9. Iun.) VVibitſcham obſedit, & expugnauit. Ibi occidit ad 5000. Chriſtianos: eorumq; liberos, circiter 800. in Turciam miſit. Sic Baſſa Boſſinenſis iuſſerat. Reliqui incolæ, in Turcici Sultani fidem adacti. Ideo in Carniola, Styria, Carinthia, quintus quiſq; vir ad militiam vocatus eſt. VVigitſcha à miſſa.

Menſe Iulio prædas egerunt Turcæ apud Caſtellum Sondram, 7. milliaribus à Caſſouia. Vngaros & Germanos, circa Toggaium, & Erlam atq; Agram, damnis affecerunt. Sondra caſtellū.

Siſeccum Barbari, inter fluuios Sauum & Culpam Monaſterium firmiſſimum, fruſtrà obſederunt. Nihilominus dedi id ſibi Haſſon ille, cuius mentionem fecimus, poſtulauit à fortiſſimo loci defenſore Abbate. Aliter, vbi expugnauerit, ſe illi cutem vino detracturum. Abbas ſe hoc facturum ſimulans. Turcico Legato omnem munitionem loci, & arma, mōſtrat. Sic ex eo elicit, quod antea arcanum fuerat: omnia clauſtri ſecreta, iam inde à quinquennio, interuentu auri, hoſtibus à procuratore cœnobij prodita eſſe. Quid ergo facit? Vtrunq; (tum Legatum, tum Procuratorem) arripit: manus & pedes eorum ligat: in ſubiectum flumen Sauum ἀποῤῥῖψα, deijcit, ac ſubmergit. Ægrè ferre Baſſa longiorem legati abſentiam: ſuperbia Abbatis malum extremum minari. Hic verò reſpondet, illum in tempore à ſe dimiſſum eſſe. Cur non in caſtra Baſſæ redierit? Se tradere paratum eſſe caſtrum: modò inſignes viri, & primarij, mittantur. Nam vt plebeis ac vilibus tradat: ex honore ſuo non eſſe. Siſeccum, à Boſſinenſi Baſſa tentatum. Strategema Abbatis in eum.

Tertio itaq; die poſt, delecti ex Turcarum numero ſplendido apparatu veniunt ordine terni equitantes. Horum circiter 500 præſul intromittit: cataractâ detecta, ineludit (poſtea mactati ſunt) tormenta, clauis, catenis, globis, onerata foras in Turcas diſplodit: grandem ſtragem facit, cæteris diffugientibus. Hoc modo, tunc Monaſterium conſeruatum.

Baſſa poſt hæc, die Dominico 9. Iul. (vet. Kal.) circa hom. 3. exercitum Styrorum & Croatarum (qui non multò plures 2000 pedites & equites erant: cùm ille 15000 pugnatores haberet) tranſito Culpæ non longè à Petrina ponte, concidit & profligat: omni ferè peditatu interfecto, & 5. tormentis captis. Vnde terror vicinis incidit ingens. Chriſtianorum clades.

Die Iulij 10. (al 9.) Sol manè, luna veſperi, ſanguineo rubore illis locis conſpecti ſunt. Magnum periculum erat.

Cæſari itaq; milites in agro Viennenſium, à Gaudentio de Rechberg (vt & alibi ab aliis) conſcribebantur, menſis Auguſti initio.

Septembr. 17. Chriſtianorum 7. millia, inter VVibitſcham & Caroliſtadium, à Turcarum millib. 100. victa ſunt: licet fortiſſimè pugnarint, & hoſtium ad 12500. interfecerint. In cruore vſq; ad talos inceſſum eſt. Pedites pleriq;, miſerabiliter conciſi: pleriſque Ducum, maturè ſibi loco cauentibus. Pugnatum eſt ab hora pomeridiana ſecunda, vſq; ad mediam ſeptimam veſpertinam. Quidam noſtrorum, occidendo venerunt vſq; ad duodecimum, aut 13. aut 15. hoſtem. Ioannes autem Goller Gracienſis, ſutoria artis diſcipulus, iuuenum fortiſſimus, vſq; ad octauum decimum. Caſtra noſtra, direpta: Taleri 64000. qui modò quatriduo antè in ſtipendium militum aduenerant, erepti. Pueri, ceu vituli, ad currus ſuſpenſi. Currus 14. capitum occiſorum, arctè compactorum, aucti. Altera clades eorum. Fortiſſimi milites.

Septemb. 18. Toggaium ab hoſte tentatum eſt nequicquam.

Septemb. 26. Duropoliam (inſulam inter Culpam & Sauum fertiliſſimam, quæ ibi ad Baanum ſpectat) hoſtis depopulatus eſt: ac duas comopoles, Chioſam & Goiritiam, exuſſit: circiter bis mille Chriſtianos, & mille plauſtra frumenti, abripuit: cùm quidem Baanus inſtructus milite non eſſet. Baanum, vel Banum, Regium præfectum intellige. Duropolie depopulatio.

Quia fluuiorum Sani & Culpæ mentio, iam ſemel atq; iterum facta eſt: venit mihi in mentem Ducati Vngarici, à Rege Sigiſmundo (fortaſis ante 170. A.) percuſſi: quem mihi conuictor meus, Ioannes Kazaus Vngarus Miskolchinus 1582. donarat. In eo erant nota hac ſignificatione.

——Saus. Hac flumina, tantùm in minutioribus quibuſdam Vngariæ monetis bodie
——Draus. inueniuntur: in maioribus verò, Deipera Maria, patrona habita Vngariæ.
——Danubius. Securis & pomum, quæ imago Sigiſmundi ibi geſtat, ſignificant: eum fuiſſe
——Tibiſcus. Regem legitimum totius Vngariæ.

Leo.

Initio Octob. Turcæ noctu occuparunt caſtellum S. Georgij: quod inter S. Nicol. & VVibitſcavv ſitum eſt, an der Mawer. Id combuſſerunt: & 150. captiuos abduxerunt, cæteris omnibus occiſis. Horum malorum omnium auctor, Baſſa Boſſinenſis. S. Georgij caſtellum, à Turcis occupatum.

Venit postea Badensis Bassa Albam Regalem, seu Stulvveissenburgum, cum exercitu 500. equitum & peditum.

Iam etiam Imperatori nostro bellum indictum erat. Is ergo auxilia ab ordinibus Imperij petebat, in tanto Croatiæ periculo.

Altera Duropolia vastatio.

Anno 1593. mense Ianu. Duropolia iterum à Barbaris vastata est: vicus & arx Beckuochobina exusta. homines plus 400. abducti.

Etiam vicum Martanicium, non longè ab Agrama positum, deprædati sunt: interfectis ad 700. hominibus suorum 150. amissis.

Glaciei ruptio.

Turcæ 600. qui ad Christianos deprædandos, Flinderamq; affligendam, stagnum congelatum ad semimilliare ingressi fuerant: eo fracto, summersi perierunt, viri & equi.

Turcæ, rursus in Duropoliam.

Tempore verno, Bosinensis Bassa Hassan, memor illius ante Siseccum cladis, magno exercitu rursus incursauit Duropoliam, Chrastouuicium, & Samaberam, vrendo & prædando. Exeunte Maio, oppidum Trenschinum tormentis verberatum cepit, & diripuit. Ciues partim occidit, partim exegit: pauci septimanis 800 homines in seruitutem abduxit.

Siscecì repetita obsidio Turcica.

Die Iun. 2. veniens cum 30000. militibus, dedi sibi postulauit Siseccum: recusarunt præsidiarij Germani. Ergo postridie bombardis (inter quas insignis illa, quæ omnibus formidabatur, Catzianerina erat) quatiens, nouam turrim prostrauit. Resciuerunt hoc, Episcopus Agramensis, & Rupertus Eggenbergius, Cæsarianæ militiæ Dux. Hi Andreæ quoq; Aurspergio, Carolostadij Duci, significarunt. Collectæ sunt magno studio copiæ: ad quas Iun. 10. etiam Schelinum venerunt, Baanus Petrus Herdelius, Stephanus Grasvveinus à cruce, & Istmannus Tabius, cum Husoccis. Aderat & Melchior à Rœdern Silesius.

Christianorum succursus.

Venit 12. Iun. (vet. Kal.) nuntius, festinarì iubens. Aliter claustrum eodem adhuc die expugnatum iri. Hasitabatur: quia non vltra 4000. milites præsto erant. Attamen ipsos animauit, spe diuini auxilij, Dux copiarum Eggenbergius. Perrexerunt, & aciem vno à Siseccо milliari struxerunt. Quod si adhuc duas tantùm horas dilatum fuisset: Siseccum hostes expugnassent. Nam de 1000. Germanis peditibus, tantùm 50 reliqui fuerant.

Ottodsatz. Prælium magnum.

Hostis, re comperta, pontem Culpæ, qui nuper factus erat, cum equitatu transijt: & partem tantùm copiarum ostendit, vt nostros facilius in nassam traheret. Occurrit cum 20000. bellatorum, iuxta Ottodsatzum, cis Culpam. Impressio in eos à Carolistanis & Carniolanis sclopetarijs in parte sinistra, & à Carniol. equitibus in dextra parte, atq; in media à Sigismundo Paradiserо cum Carolistadianis & Carniol. peditibus, Silesijs deniq; equitibus, tribusq; Cæsaris ex postrema parte signis, impressio, inquam facta est violentissima: adeo, vt Bassa cum toto exercitu fugerit. Insecuta ardenter tota Christianorum acies, pontem, trans quem refugere hostis volebat, occupauit. Ita partim cæsi sunt, partim in aquis summersi. Reliqui (in altera fluuij parte) Turcæ, incenso puluere suo, ipsi quoq; fugerunt. Capta & direpta sunt castra: captæ nouem bombardæ magnæ: inter quas illa Catzianerina, cuiq; muro timenda. Occubuisse dicuntur ad XV. (al. X.) millia hostium. Viri fuêre proceri, robustissimi, armatissimi, Germanico more instructi. Inter eos etiam fax belli extincta est, ille Bosinensis Bassa: ex aquis, precioso in vestitu, extractus. Captus, eius generosus equus, & præstans acinaces, cum seruulo scutigero. Perijt item Mehemetes Begus, Acomatis Visierbassæ ad portam Ottomannicam f. & Seffer Begus de Zernick, Bassæ Bosinensis frater: alij deniq; plures Begi. Robora certè Imperij Ottomannici, Pauci verò ex Christianis interierunt. Alicubi 500. inuenio.

Turcarum iuxta Siseccum clades.

Gratitudo erga Deum pro victoria.

Partâ tantæ victoriæ gloria: omnis Christianorum exercitus, ter circum Siseccum incessit: ter in genua procidens, Deo gratias egit: gaudium deniq; suum, emissione globorum tormentariorum testatus est &c.

Chrastovvicium, tanta clade audita, à Turcis (quorum præterito anno factum fuerat) desertum est &c. Nostri petrinam quinq; dies tormentis percusserunt: sed sine effectu.

Mulier, vindicta auida. Sinan Bassa, in Christianos emissus.

Quoniam autem filius sororis Sultani (Mehemetes, puto) in pugno interierat: mulier illa, tum lacrymis, tum ardentis ignis in capite gestatione, fratris iram valde in Christianam gentem accendit. Ideo magno ille cum exercitu Sinanen Bassam (Constantinopoli & Budæ, in Cæsarem Rom. bellum proclamans) emisit, ad vlciscendam cladem Sisecciam: nec admittenda Cæsaris annua munera &c. Papa & Cæsar ille Romæ processione, hic Pragæ Te Deum laudamus cantione, Deo gratias pro illa victoria egerunt.

Proficiscebatur Sinan Budam versus cum copijs: Beglerbegus autem Græciæ, filius eius, Mehemet-

Mehemetes, in Croatiam, cum CXX. millibus. Nullo igitur loco muneribus à Turcis relicto: Imperator à Germanis, à Papa, ab Hispano Rege, auxilia petijt.

Beglerbegus exercitu suo Sisseccum obsedit: post horribilem tormentorum fulminationem (licet, qui intus erant, viri & fœmina, acerrimè propugnarent) Augusti. 24. die expugnauit: cunctos præsidiarios occidit (inter quos 200. Germani erant) in frusta dissecuit: ea in flumen Culpam abiecit. Monachum (supradictum ne Abbatem?) viuum excoriauit: minutim concidit, & combussit: Monasterium denique euertit. Idem & Agramam excurrit: & ad 5000. homines, captiuos abripuit. Cæsari denuntiauit, nullum se amplius tributum ab eo accepturum: sed ferro igniq; omnifariam vastaturum. Tunc & Archiducis Caroli vxor, Carolistadio in Bauariam profugit. Sisecci per Turcas expugnatio.

Mense Septembri Hussar Petrus, ex Pappa cum 200. militibus egressus: Turcicum Quæstorem, stipendia suis numerantem, improuisò obruit, obtruncat, multos occidit, quosdam captos abducit.

Septemb. 24. cum vxore, & filia Pulcheria (quæ postea 16. April. 94. obijt) eramus Esslingæ, in nuptijs nobilis iuuenis Emerichi Neurhoti, & Magdalenæ virginis, Cos. Bernhardi Reihingi, Annæq; Vetscherinæ (Georgij Hambergeri D. meæq; vxoris sororis) filiæ.

Sinan 27. Septemb. Vesprimium capit: præsidio antè egresso, sed ab hostibus insequentibus, maiore ex parte conciso. Palottam deditione capit: & contra fidem datam dedititios occidit. Vesprimij & Palottæ amissio.

Die Octob 10. Melchior à Rœdern, 1300. equitibus occidit 6000. Turcas: multos captiuos Christianos, ac 3000 pueros (in Turciam abducendos) liberat. Turcarum Tartarorumq; clades.

Circa idem tempus, Turcas & Tartaros (Tartari enim, auxilio à Turca acciti) fertur plurimos magnus Poloniæ Cancellarius interfecisse.

Imperator, in arce Regia Pragæ, conuentum Bohemorum agit: de damnis in Croatiam illatis queritur: seriò se iam ad bellum Turcicum incubiturum profitetur. Ordines contributionem in triennium promittunt.

Octob. 5. & 10 in Brunsuigia, Saxonia, Silesia, Bohemia, Austria, ostentum igneum visum est: gladij, hastæ, milites inter se pugnantes, sanguis. ἀστρόπορ.

Octob. 21. (die Dominico) Comorrhâ cum exercitu profectus Comes Ferdinandus ab Hardeck, generalis Dux, Albam Regalem nequicquam obsedit. Hardeccus.

Octob 24. hoste, discedentem Hardeccum ab obsidione, insequente: Hardeccus aciem struxit. Erat ipse in dextro cornu, cum Comite Georgio Serinio: & Dominis, Francisco Nadasto, Balt. Budiano, & Sendolicio. Nicolaus Palsius sinistrum cornu tenebat. Hic, & Hussar Petrus, & Hussari equites, alijq;, nec non 200. Germani sclopetarij, priore loco hostem adorti sunt. Sequebatur Hardeccus cum robore exercitus. Emissa sunt duo & triginta tormenta in nostros: sed, quia præpropere, minore cum detrimento. Prælium acerrimum fuit: sed victi Turcæ, cum suo Budensi Bassa: cuius exercitus, viginti millium fuit: ex quo 8000. (al. 12000.) occubuisse existimantur. Humus, cadaueribus adsequimilliare constrata. Noster exercitus, tantùm septem millium fuit, aut aliquantò maior. Adepti sunt 32. tormenta, currus 500. cum commeatu, & multos tauros, alia multa. Nadasti & Serinij equitatus, ad tria milliaria persecutus est fugientes. Hardecco, Albæ Regalis obsidio non videbatur repetenda: quòd se non satis instructum rebus necessarijs iudicaret. Ergo 26. Octob. Raabam iter intendit. Turcæ, apud Stuluveissenburgum victi.

Nouemb. 6. Christophorus, liber Baro à Teuffenbach, exercitu 14000. militum, ex vrbe Cassouia superioris Vngariæ educto, Nouemb. 9. arcem Sabbathgadum cepit, præsidiarijs Turcis. 250. interfectis. Postridie castellum Villeccum petijt: insecutaq; die vehementer tormentis quassauit. Suppetias latum obsessis venerunt, Bassa Temesvvarensis, Begus Iulensis, Begus Haivvanus, Begus Schantzbagus à Schrim, cum aliquot Ciauschis, & Armenijs: ducentes exercitum 18. millium, à Pesto mouentes. Obuiàm eis iuerunt, Teuffenbachius, & Stephanus Ragozius, Humanaus, Maitlinus, Vladislaus, & pogranus Benedictus, cum 7. millibus equitum Vngarorum & Germanorum (inter quos Reubericius, nigrorum equitum Legatus, siue Locitenens, cum bis mille equitibus) atque cum nonnullis alijs. Sabbathgad arx, à Tieffenbachio capta.

Prælio XI. Nouemb. die Dominico, S. Martini) commisso: ceciderunt amplius quinque millia Barbarorum, præcipui nominis, paucis captis. Inter quos, Villeccius Begus, & Temesvvarensis Bassa. Ex Cæsarianis, tantummodò tres interfecti, & decem vulnerati. Clades Turcarum ad Villeccum.

Moniti, vt se dederent, Turcæ Villeccenses, recusarunt: etsi recens 6000. ad priorē nostrorum exercitum accesserant: Ducibus Nicolao Palsio, & Martino Lasla. Ergo 14. Nouembr. oppidum

oppidum & suburbia, vi expugnata sunt: omnibus propugnatoribus occisis, nostrorum autem paucis.

Villecci expugnatio.

Nouemb. 16. arcem exteriorem, in qua Begi habitaculum fuerat, itidem vi ceperunt: omnibus defensoribus trucidatis, præter aliquot, qui in arcem interiorem (quæ altera arx erat) transfugerant. Eam autem 18. Nouembr. dediderunt: liberè cum vxoribus & rebus, quas portare possent, abire permissi.

Victor arcem ingressus, Deo gratias in genibus egit: quòd miseram regionem seruitute liberasset. Nam IↃCCC. vici, ad præfecturam Villecci pertinere dicuntur. Refecta sunt, quæ oppugnando destructa fuerant, præsidioq; munita.

Successus Christianorum.

Arces dehinc plures occupatæ, aut deditæ, aut relictæ à Turcis, sunt: Duuini, Hamaski, Zetskhin, Blavvẽstain, Salleck, Dregel, Palãcka, Samotski, Ainacko, Holcki (al. Hollock) & VVerscke. Omnia hæc, mensis spatio gesta: regio parta, quanta inferiorem Austriam æquet: ac præsidia castellis imposita. Ideo tum Viennæ, tum Pragæ, supplicationes habitæ sunt: ipsum, De Teum laudamus, cantatum: & auxilium Dei, porrò quoq; inuocatum.

Ante Villeci amissionem, Turcæ ibi extra ciuitatem frumenta in altis foueis defoderant. Illa, ciuitate amissa, noctu iumentis asportare conabantur. Sed à nostris cæsi sunt: fruges, boues, cunus, Villecum introuecta.

Cadauera prælij ad Albam Regalem facti, insepulta iacebant, fœtore intolerabili ad vnum circumcirca milliare. Itaq; 350. Turcæ, sepeliendi causâ eò missi sunt: sed ab Hussaro quodam 70. militum Duce, partim cæsi, partim capti.

Monitio ex vrbe Constantinopoli ad nostros.

Nouemb. 19. è Constantinopoli scriptum fuit, in hanc sententiam, ab amico ad amicum. Paratur nouus exercitus. Qui etsi magnus videtur: tamen Cameli tantùm sunt in causa: quoniam simulacra militum (αὐδρείκελα στρατιωτῶν) & vexilla, illis illigata. Ianizzari sunt decies mille: sed multi inter eos, pueri, rei sclopetariæ imperiti: cùm nullum antehac sclopum attigerint. NOLITE CONFIdere Turcis: nullum viuere sinite. Si viceritis SINANEM: Constantinopolin capere poteritis. Romam isti vani se capturos iactant. Hæc Imperatori Rom. indicate. Nolite impediri cupiditate prædandi.

Initio Decemb. vt antea, ita rursus, militum conscriptio facta in Turcas est. Multa tormenta, Decemb. 6. Comorrham demissa.

Excursiones militares.

Turcæ nouum Begum Palottam ducebant: quos Hussar Petrus plerosq; occidit, & ipsum Begum.

Decemb. 9. Turcarum tria millia, ex Petrina, Sisecco, Chrastouuicio, & vicinis locis, erumpentes: ab Albano Grasvveino, qui tantùm 900. viros conduxerat, occisi sunt, capti, in amnem Culpam acti, paucis elapsis.

Preces Turcarum.

Turcæ, Constantinopoli in omnibus suis fanis (Moscheas vocant) preces habebant contra Christianos. Christiani quoq;, qui eam vrbem habitabant, in magno periculo erant, propter clades Turcis à Christianis illatas.

Decemb. vltimo, multi Turcæ, qui prædandi causa vsq; ad Dregelum excurrerant, cæsi sunt: amissis solum duobus nostrorum.

PRÆTEREA DE TVRCICO BELLO ANNO 1594.

CAPVT XXVII.

Prodigium Constantinopoli.

CVm Sultanus Murates Kal. Ian. Constantinopoli exiuisset: consideraturus copias, quas contra Christianos esset emissurus: ventus & tempestas tam acris ac vehemens coorta est, vt equites cum equis prostrauerit. Tunc cuiq; Turcæ alba crucicula in vestem lapsa fertur. Reuersus est cum exercitu in vrbem exterritus, & se in lectum contulit. Ibi videre sibi visus est ingentem virum: qui vno pede in turrim Constantinopoli, altero trans mare in terram, insisteret: atq; in vna manu lunam, in altera Solem, haberet. Vno deinde pede turrim impelleret ita: vt ea cum Templo, & Sultanico solio concideret. Accersiti coniectores, dixerunt: Vatem Mahometem Sultano vehementer irasci: quòd non cunctas vires suas expediret in Christianos. Et, quoniam in quemlibet Musalmannum (rectæ religionis Turcam) crux cecidisset: debere quenq;, ceu ventum vehementem, & immoderatam procellam, extremam immanitatem in gloriantes de Cruce Christi exercere. Aliter Imperij eius finem breui fore. Sultanus itaq; iureiurando se astrinxisse fertur: se cunctis potentiæ suæ viribus Christianos persecuturum. Hac postea, iussu Transyluani Principis, de suggestu

Somnium Muratæ Sultani.

Interpretatio somnij.

gestu palàm recitata sunt: cum adhortatione ad pœnitentiam, cum constitutione certi temporis ad preces: vt ista Deus in caput hostium conuertat.

Strenuissimè autem, & constanter vsq; ad extremum, bellare debemus, propter has causas.

Pro
- Religione & Scholis, retinendis & propagandis.
- patria & libertate.
- vxoribus & liberis.
- viduis & pupillis.
- cognatis, vicinis, & captiuis.
- Principibus, Magistratibus, nobilib.
- Vita, & animis nostris.
- honore & facultatibus.

Contra Turcas,
- impios & barbaros.
- Christi conculcatores.
- latrones & prædones.
- parricidas.
- perfidiosissimos.
- crudelissimos.
- libidinosissimos.
- iustitiæ, & disciplinæ, omniq; honestatis, inimicos.

Præsertim si sumus benè parati: si aliquot successibus vtimur: si hostis debilitatus est, cladibus, & defectione sociorum. Sed ante omnia Dij simus: & bonum Imperatorem bello præficiamus. Virtutes Imperatoriæ potius spectentur, quam nobilitas generis.

Ian. 3. apud nos Tybingæ tympanum sonuit (vt & vbiq; in VVirtembergia, per id tempus) ob milites in Vngariam conscribendos: ac multi nomina sua dederunt, valde alacriter. Sed postea experti sunt multa incommoda. Diligenti autem stipendiorum persolutione, militum animi sunt retinendi: sed & interdum pabulo prædæ, quam quisque virtute sua adipiscatur, permittendæ, alacritas ipsorum excitanda & augenda. Nam sanguinem & vitam in discrimina dimicationesq; pro salute omnium conferunt. Conscriptio militum.

Eodem Ianu. 3. die, Cæs. Maiest. & fratri Archiduci Ernesto, adductum est honorarium ex Stulvveissenburgensi victoria. Hæc erant 30. tormenta bellica, & 22. signa militaria: atque equi cum aureis & argenteis ornamentis: acinaces, arcus, sagittæ, & galeæ. Spolia, Cæsari allata.

Ianu. 5. de bis mille Barbaris, in Rusticos circa Villecum irruiturus, Teuffenbachius mille trecentos interfecit. Turcarum clades.

Ianu. 19. Erasmi Brunonis milites ex Comorrha. Begi de Copano filiam, formosam & benè moratam virginem, quæ ad sponsum ducebatur, prope Budam interceperunt. Sponsæ interceptio.

Magna hoc tempore penuria rerum: apud Turcas erat. Versabatur Sinan Bassa, Belgradi: & Beglerbegus Budæ: nec magno cum exercitu.

Mense Febru. Stulvveissenburgij (alij scribunt, Babotsi hæ) Beglerbegus Græciæ iussit: vt trecenti Turcici pueri, cum totidem eiusdem gentis pueris, fustibus pugnarent: ita, vt alteri vociferarentur, IESVS: alteri autem, HALLA, halla. Conflixerunt acriter: vicit Iesus, alteros in ciuitatem fugauit. Malo sibi hoc omini Turci verterunt. Puerorum Turcicorum fustuaria pugna.

Cossaggorum & sociorum tria millia eripuêre Turcis ad Pontũ Euximũ (μεσόγειον θάλασσαν hodie vocant, Nigrum mare) ciuitates, Albanissam & Ciliam cum magno vtrobique tormentorum numero: multis millibus hostium deletis. In priore quidem ciuitate, decem millibus Turcarum. Sita est Cilia ad ostia Istri. Cossaggorum victoria de Turcis.

Palsius ab Arch. Matthia missus, obsidens 26. Febr. munitissimum Castellum Nouigradũ, tormentis tantopere concussit: donec eius deditio secuta est. Abiere siti sunt Turcæ circiter 450. & imbellis sexus ætasq; circiter 160. Quinq; autem adolescentes ipsorum, fidem Christianam sponte sua receperunt. Duo Begi, priuati suis generosis equis, vilibus mannulis impositi sunt: & relictis suis contortis pileis, dimissi nudo capite. Viris & fœminis, inquisitione per certos homines facta, superflua sunt adempta. Ex Turcis in arce reperti sunt 200. interempti globis. Eam Turcæ tenuerant plus 60 an. In lapide ibi inciso, Bathori cuiusdam Insignia, cum numero annor. 1483. In hac oppugnatione ad 100. ex nostris, partim cæsi partim læsi. Hac victoria rursus plus XX. milliarium regionem Christianis adiunxit: multaq; millia in libertatem vindicauit. Strangulatus & dissectus est, quòd celerius deditionem fecisset, Nouigradensis Begus, à Budensi Bassa. Nouigradi deditio.

Strigonij, seu Grani, obsidionem timentes Turcæ, castellum in monte S. Thomæ ædificarunt, & alia muniendi causa fecerunt. Utilitas huius victoriæ.

Mart. 20 ex vrbe Vienna, per Danubium demittebantur compluratormenta, & alia bello necessaria.

Legatione ab Imp. Rudolpho in Moscouiam missa, & in Transyluaniam: bona spes auxiliorum relata est: tum à Moscouita Principe: tum Persica, quæ nunc ibi erat legatione.

Comes

Turcarum metus.

Comes Serinius, & Nadastus, & socij, exercitum Croatarum decies mille adducentes, tantum terrorem iniecerunt Turcis: vt castra & arces deserent (melioribus rebus suis exportatis, & illis locis incensis) Presenicium, Segestum, Baboischam, mense Martio.

Rasciorum excursus in Turcas.

April. 14. Rascij aliquot prædones (Freybeuter) Granum versus excurrerunt: quibus inde 500. Turcæ occurrentes cum Aga Budensi, ab illis cæsi sunt.

Aentzlinus.

Eo die Cl. V. D. Nicolai Varnbyleri (qui breui, ad diem S. Nicolai, anno 1595. quo hæc scribo, annum LXXXVI. ætatis complebit) gener, D. Matthæus Æntzlinus Iurisc. Tybing. Academiæ (vt & socer longæuus) professor, & quidam alij, à VVirtemb. Principe D. Friderico Ratisbonam præmissi sunt. Ibi enim Comitia Cæsaris & Principum futura erant.

Hatvvani obsidio.

Obsederat in superiore Vngaria, Teuffebachius exercitu 20000. hominum, munitissimum oppidum Hatvvanum. Huic suppetias ferebant 15000. Turcæ: Bassâ Budensi, Beglerbego Græciæ, Bego Sernaha, & Bego Iulæ, alijsq; ductoribus. Hos ad internecionem cecidit Teuffenbachius 21. April. (die Dominico) post meridiem horâ prima, inter Zarcham & Fucafaluum. Tormenta cepit cuncta, & 17. signa. Occupauit arcem Iasparinum, vacuam à Barbaris relictam, cum aliquot tormẽtis: præsidiumq; imposuit. Nostrorum ad centum occisi, amplius sex mille vulnerati, magnus numerus equorum amissus. Bassa Budensis plura vulnera accepit. Tum Turcæ castellum Zabolan deseruerunt, nostri præsidio firmauerunt.

Tieffenbachij victoria magna.

Grani prima obsidio.

April. 24. Arch. Matthias obsedit Granum. In quod die quarto tomo globis tormentarijs fulminatum est. Vesperi globo igneo iniecto, Templum S. Adalberti exarsit, & præter vnam turrim conflagrauit.

April. 29. oppidum Grani est captum: castellum autem capi per id tempus non potuit: sed nostri aliquoties magno cum damno repulsi, amissis interdum mille virís.

Comitia Ratisbona.

Maij 8. (veteri Calend.) Cæsar ad Comitia Ratisbonam venit. Maij 23. comparuerunt Principes, & legati sufficientes, in Camera Imperatoris, in equestri hypocausto, in Aulis. Itum à Cæsare in Templum primarium: Missæ officium, splendidè celebratum: Euangelicis Principibus, & parte Legatorum, interim in Peristylio ambulantibus. Durauit Actus vnam horam. Deosculatus est Cæsar agnum, & Euangelium. Postea Euangelici, & alij, proceres (accipiente Administratore Saxoniæ Friderico VVilhelmo, gladium Electoralem nudum ab Ioachimo Bappenhaimio) Imperatorem in Senaculum deduxerunt. Consessu facto: Bappenhaimius gladio recepto, ad dextram Cæsaris stetit: Palat. Philippus Ludouicus Neuburgensis, oratione initium fecit Cæsariæ propositionis. Summa, hæc est.

Inuictissimus Imp. hæc Comitia indixit ob salutem communis patriæ. Citius adesse non potuit propter necessaria impedimenta. Gratias agit, quòd principes & legati obedienter comparuerunt. Quam sententiã ipse postea Cæsar suis verbis repetiuit. Secuta est recitatio Propositionis Cæsariæ: cuius capita erant. 1. De bello Turcico. 2. De pace publica, conductione militum, transitu exercituum. 3. De compositione belli Belgici. 4. De iustitiæ conseruatione. 5. De re monetaria. 6. De matricula Imperij ordinanda. 7. De contentione sessionum decidenda. Verùm de primo tantùm capite actum est. Ibi de iniurijs Turcici Sultani.

Iniuriæ Turcicæ, belli causa.

Pacem turpiter violauit (inducias 1591. in octo annos factas) per Asanem, Bossinensem Bassam: qui 1592. initium turbarum dedit. Ac antè etiam. Quippe ea pace adhuc durante, munitiones in territorio Imperatoris excitauit (vt, propugnaculum Petrinam) Duropoliam, frugum feracissimam insulam, euastauit: mancipia amplius 35000. abripuit. Cæsare pacem retineri, Constantinopoli satagente, & munera dante: nihil tamen effectum est: sed Asan Siseccum obsedit: vbi graui prælio victus, à flumine Culpa absorptus est. Excanduit Sultanus, & in apertum bellum ruit (Sinone Bassa. & Beglerbego Græciæ, missis) Siseccumq; expugnauit: nec pactorum etiam monitus à Cæsare, iniuriam facere desijt. Longa facta est enumeratio maleficiorum: & commemorata Cæsarij Legati (Friderici à Creckewitz) Belgradi in carcere (mœrore ex miserijs) extincti. Hæ de causis, Cæsar omne robur suum in hostem expediuit suarum ditionum: multas victorias obtinuit: multa castella in potestatem redegit. Nunc, Comitijs institutis, Vngariam auxilio ordinum Imperij defendit, Maiestas eius petit. Illam enim Germaniæ charissimæ patriæ propugnaculum esse.

Cæsarem feciisse resistendo: quantum potuerit.

Nunc Ordinum Imperij robore & fulcimine opus esse.

Barbarum quippe non quieturum: sed, Tartaro quoq; euocato, vindictam sumere omnibus modis conaturum. Vesirium Sinanem iactasse: se suis solius impensis Vngariam & Austriam subacturum. Si Viennæ (quam Turcæ portam Germaniæ nominet) amittatur: actum de Germania esse: nemine Principum solo cursum intensis hostis inhibere valente. Cogitent igitur Ordines

de copijs

de copijs in plures annos alendis. Tribus autem exercitibus opus fore: vno in Croatia: altero, in superiore Vngaria: tertio, in inferiore. In quibus sint sexaginta millia virorum: nempe Equites Germani 12000. Sclopetarij 5000. peditum Germanorum sex legiones: singulæ decem signorum, quæ quaternorum millium sint. 24000. Vngarici stipatores 7000. Vngarici equites 12000. Menstruum in hos cunctos salarium, 547820. fl. per annum, 6573840. Cum omni instrumento & paratu (mit der Munition/vnd allem) per vnum mensem 6673840. fl. per annum 80086080. Nobiles & patricij iuniores, suis stipendijs militaturi.

Ad alendum triplicem exercitũ continenter, Εὐνεχῶ παρασκευὴν Demostheni.

Imperator, exteras etiam nationes Christianas, ad hanc militiam & contributionem hortaturus. Qui ferre quoque potest, vt certi Quæstores constituantur, & Ephori: ne pecunia in alium vsum conferatur, quam Turcicum, &c.

Responsum est Imperatori à Moguntino Archiepiscopo, Ordinum nomine: hos super his rebus cogitaturos. Gratias egit Cæsar.

Iunij 28. Ratisbonam Dux VVirtembergensis ingressus est, splendidissimo cum apparatu: comitatus 638. equis, hominibus autem 830. circiter: inter quos, 136. nobiles erant. Non agnoscebant Lutherani Caluinistas pro confessionis Augustanæ socijs. Verùm de Comitijs, satis.

VVirtemberg. Ducis ad Comitia aduentus.

Mense Maio Rascij eripuerunt Sinani Bassæ 13. nauigia: in quibus maxima copia erat pulueris, plumbi, & globorum. Quorum magna pars, in obsidione Grani consumpta est.

Rasciorum prædatio.

Eodem mense, Poloni & Cossaggi plus XXX. millia Tartarorum occiderunt. Reliqui, qui XXXX. millium erant, recesserunt.

Tartarorum clades.

Perierant hactenus non minus 3000. nostrorum, in oppugnationibus Grani. Iunij deinde 4. die, rursus 300. interierunt. Nocte insecuta, tanta ventorum procella exorta est: vt extremus Mundo dies adesse putaretur. Prostratum est tentorium Arch. Matthiæ: Streinij medium discerptum est. Alia plura conciderunt. Deinde per aliquot dies, arx Granensis vehementissimè globis verberata est, ex quinque locis continenter. Sæpe, Turcarum eruptiones factæ. Ex nostra parte, Bombardarum Magistri circiter triginta interempti.

Ventis tentoria lacerata, & prostrata.

Iun. 18. Archidux soluit obsidionem: inuitis, Francisco Duce Saxoniæ, Augusto Duce Brunsuigiæ, Comite Sebast. Schlickio, VVigando Maltzano, Ernesto ab Altan, Henrico Pflugio, & alijs. At paucis diebus fames compulisset Granenses ad deditionem. Qui nunc, cedentibus nostris: bombardarum displosione sibi gratulati sunt, illis autem insultarunt.

Grani obsidio, soluta.

In obsidione Hatvvanica, D. Balaschus Ferentzius 52. currus cum frumento Turcis eripuit.

Rasciorum victoria.

Rascij Turcas vno die bis vicerunt, aliquot millibus interfectis, iuxta Temesvvarum.

Interfecerunt postea X. millia Turcarum: cum Mazul Bassa, arci Beschæ, ab ipsis obsessæ, subueniret. Perijt ibi senior Bassa de Temesvvar, cum tribus Begis. Adepti sunt 18. quoque magna tormenta campestria. Tum, missis nuntijs, se fore sub Rege Vngariæ promiserunt.

Bassa Budensi opem obsessis Hatvvanensibus ferente: Teuffenbachius improuiso aduentu 5000. Turcarum occidit. Nihilominus tamen 18. Iun. ab obsidione recessit: quòd non supra bis mille Germanos adhuc secum haberet: ac pleriq; Vngarorum abijssent. Etiam 200. milites in postrema oppugnatione amiserat.

Turcarum clades. Hatvvani obsidio, soluta.

Mense Iulio castellum Dotes se dedidit Sinani, centum millibus Turcarum instructo.

Dotes, Turcis deditum.

Tartari rursus 50. millium, per superiorem Vngariam aduentabant. Apud Petrinam, Turcæ complures cæsi.

Iul. 16. Italorum nouem signa, sub quibus bis mille viri, Duce Ioanne Mediceo, Viennam adueniunt.

Italorum subsidium.

Iul. 20. Sinan Raabam incipit obsidere: cùm antea S. Martini montem deditione cepisset, & munitionem eius destruxisset: Turcas autem, vsq; ad Altenburgum excurrentes, Nadastus de 400. tantùm 10. reliquos fecisset: Hardeccus deniq; emissis sclopetarijs: & Arch. Matthias, equitibus Germanis summissis, Turcarum duo millia trucidassent.

Raabæ obsidio.

Eodem tempore Palfius & Bruno, apud Comorrham se coniungebant. Quorum tres Magistri equitum (Gotthardus Sternebergius, Ritzendorffius, & Colluntius, ex postremo agmine hostium ad 300. interemerunt: viros & camelos 52. & mulas 50. aromata vehentes, ceperunt.

Aliquot Turcarum derimenta.

Excessit Arch. Matthias ex op. Raabæ.

Iul. 24. oppidani, noctu eruptione facta, è regione S. montis profligarunt septem millia Turcarum. Postridie Ioannes Medicens in castra Archid. Matthiæ, quæ in insula Schytt erant, venit. Biduo pòst, illa duo Florentinorum millia, præsidio Raabæ adiuncta sunt.

Tartari & Ianizzari, cæsi.

Iul. 29. Tartari 5000. & 2000. Ianizzari, ex caudis Tartaricorum equorum pendentes, Danubium tranarunt. Sed ab equitibus nostris ita excepti sunt: vt non vltra 500. euaserint, retrorsum traiecto Danubio.

Rascij 15000. & Transyluani, Bassam Temesvvarensem vicerunt, 4000. Tartarorum cæsis.

Petrinam & Chrastovvicium Christiani nacti, ad tempus.

Aug. 1. Raaba vehementissimè tormentis concussa est, magno cum domorum damno.

Tartari, rursus, cæsi.

Tartari 4000. cum gladijs in ore, & appensis suorum equorum caudis: item 600. Turcæ, pectore incumbentes longis lignis colligatis, flumen transmiserunt: & irruerunt in munitionem nostrorum: sed pleriq; omnes interfecti sunt.

Aug. 8 iterum 3000. Tartari tranauerunt contra nostrorum castra. Sed, nostris visis, fugerunt: & remeare per flumen volentes sclopis confixi sunt ad 2000. Nostrorum aliquot sagittis læsi, sed nullus interijt.

Turcas in obsidione Raabæ premebat fames.

Raabensium in Turcas eruptiones.

Aug. 9. Raabenses in recens oppugnaculum hostium erumpunt: eos inde eijciunt: insignium ducentos concidunt cum duobus Begis: quinq; bombardas clauis obturant: equites illorum, pilulis plumbeis dimouent: signa quatuor, & multa preciosa, in oppidum referunt.

Eodem die 300. hostiles equites, à 30. nostrorum equitibus propulsantur: quidam capti, in castra ducuntur.

Aug. 12. pontem ex nauibus factum, Budâ curribus subuectum, milites Brunonis & Palfij ex Comorrha magna cum pecunia, & pluribus ex Porta Sultani literis, intercipiunt, ne ad Sinanem portarentur. Eodem die Raabani erumpentes, magnum numerum hostium conficiunt.

Aug. 18. eruptio tum ex castris, tum ex op. Raaba, facta: conflictumq; cum hoste à VII. vsq; ad XII. horam. Perierunt 400. ex nostris: sed ex Turcis, 4000. Signa 17. relata.

Ferati Bassæ aduentus.

Venêre 20000. Tartari trans Rabnicium, vrentes & prædantes. Ante quas Feratus Bassa cum 8000. Turcis venit: & 30. vicos Nadasti combussit.

Classis Turcica, contra Italiam.

Aug. 24. Rhegium, Calabriæ ciuitas, à Turcis, qui ex classe exscenderant, incensum est: & ager vicinus, incendio item vastatus, ad 12. milliaria. Etiam Siciliæ Messanam terruerunt. Messanenses destituti ob Hispano Nauarcho, 500. equitibus Ducem præfecerunt Philippum Cicalam, hostilis Nauarchi Cicalæ fratrem.

Türckengfock.

Aug. 26. apud nos Tybingæ, horâ diei XII. campanâ signum dari cæpit: quo ad preces contra Turcas etiamnum excitantur omnes.

Καπῆς νῦν μοι μάχαι, ἐλλόμενα δόμοιο ἔχεσθαι.

Contra Christianorum apud Raabam in Danubij insula à Turcis capta.

Die Aug. 29 (die decollat. Ioan. Bapt.) Turcæ 10000 (nebulâ tecti, nauibus nigro panno tectis) traiecto Danubio, nostros in castris Schyttæ (ò calamitosum sobrietatis & vigilantiæ negligendum) obruerunt: amplius bis mille vtriusque sexus occiderunt. Rapuerunt ad 1000. currus: ad 100 naues rebus onustas: 10. armatas galeras (vt vocant) in quibus erant 120. tormenta: vix elapsis Archi. Matthia, & primipilis Magnatibusq;. Æstimatur iactura Aureorum quingenties mille. Turcæ interfecti (nam erant tamen aliquot ex nostris fortes defensores) bis mille quingenti.

Trepidatio Christianorum.

Hostis, tantam victoriam assecutus, iam longè lateq; grassari, nemine ferè obstante. Magna Christianorum fuga passim. Vno die centum currus rebus onerati, Viennam trepido cursu inuecti. Proceres, vxores, liberos, & bona sua, Lincium & aliò amittere. Tartari VVeissenburgum (situm infra Altenburgum) incenderunt: sed à nostris fugati sunt. Erasmus Bruno, Comorrhæ præses, hosti 100 tauros, & 30 onustas asinas, eripuit.

Inciderat mense Augusto (Rectore Acad. D. Andrea Planero) pestilens lues Tybingam, Stutgardiam, & aliò. Septemb. itaq; 11. ego, & alij Acad. Professores post, in op. Caluam concessimus: cateri verò, Herrenbergam.

Caluam

Caluam migrarunt.

Doctores Theol. D. Stephanus Gerlachius, post diem S. Lucæ Acad. Prorector ibi. D. Iacobus Heerbrandus, Ecclesiæ Tybing. præpositus, & Acad. Cancellarius, ætat. iam circiter 74. annorum. D. Matthias Hafenrasserus. Georg. VVeigenmaier, Hebrææ L. Doctor.

Tybing. Academiæ emigratio propter pestilentia.

Professores philosophiæ.

M. Georg. Burckardus. Dialecticæ professor, tunc Decanus. M. Martinus Crusius, Oratoriæ & vtriusq; linguæ professor. M. Michaël Mæstlinus, Mathematicus, post diem S. Lucæ Decanus ibi. M. Eberhardus Cellius, poëticæ & historiarum Doctor. M. Vitus Myllerus, Ethicus. M. Michaël Zieglerus, Physicus. Hactenus hi, ex quibus collegium constat. Nunc, cæteri artium & linguarum Doctores. M. Caspar Bucherus. M. Henricus VVellingus. M. Erhardus Vranius, contubernij Rector. Cuius Collegij œconomus, Ioan. Kegelius est. Sed id habere locum Caluæ, commodè non poterat. M. Samuel Mageirus, Musicus.

Aliò se contulerat compater meus honorandus, M. Bartholomæus Hættlerus. Caluam quoque concesserant studiosi adolescentes multi. Inter eos, alumni 160. Stipendij illustris. Horum procurator, siue Oeconomus, Ioannes Gusmannus.

Eôdem migrauerant generosi aliquot adolescentes. Domini Hœhenfelderi: Marcus, & Otho, & Christophorus. D. Ioan. Ortholphus Geimannus: cuius Præceptor erat M. Fridericus Volimhusius. D. Ioan. Fridericus à Spaur.

In vicinum autem Caluæ oppido cœnobium Hirsaugiense, secesserat ex Tybingano Collegio illustri nouo, illustrissimus Princeps VVirtemberg, &c. D. Ioannes Fridericus, cum Magistro Curiæ nobili Lucio de Mendlishouen, & præceptore M. Cyriaco Drehero. Sequentis vero anni die Iul. 7. Tybingam redijt: & nunc præceptore vtitur M. Michaële Beringero Vlbachensi. Natus est is Princeps 5. Maij 1582. & frater eius D. Lud. Fridericus 29. Ian. 86.

HERRENBERGAM migrarunt.

Doctores Iuris. D. Andreas Laubmarius, post diem S. Lucæ Vniuersit. Rector. D. Nicolaus Varnbyler, senior. Nam iunior D. Nicolaus Iurisc. filius eius, Memmingam Imper. ciuitatem incolit. D. Ioan. Hochmannus: meus ante 50. annos Argentinæ condiscipulus. D. Matthæus Æntzlinus, senioris D. Nic. Varnbyleri gener: sicut & VVirtemberg. Cancell. D. Mart. Aichmannus, & D. Hieronymus Gerhardus Vicecancellarius. D. Ioan. Halbritter. D. Ioan. Harprechtus. D. Dauides Mageirus, M. Samuel Musici frater. Ambo nati reuer. Præposito Stutgardianæ Ecclesiæ, D. Ioanne Mageiro. MEDICI. D. Georgius Hamburger. D. Andreas Planerus. D. Daniel Mæglingus.

Herrenbergæ tunc ob studium Iuris etiam viuebant generosi iuuenes. D. Baro Georgius Acacius Enenckel: & D. VVolfgangus, ac D. Ludouicus Hœhenfelderi. Quorum omnium (vt & trium Hœhenfelderorum, qui Caluæ erant) præceptorem iam plures annos agit fidelissimum & dexterrimum, M. Michael Zieglerus, M. Viti Mylleri (ex priuigna Iustina, clar. Iurisc. Valentini Volcij σκευοφύτου filia) gener.

Docebatur autem, tum Caluæ tum Herrenbergæ, more eo, quo Tybingæ.

Herrenbergæ porrò 17. Octob. 94. creati sunt Doctores aliquot: cui Actui, Caluâ aduecti omnes Professores interfuimus. Iurisconsulti 4. à D. Ioanne Hochmanno. M. Michael Demler Tybing. (D. Anastasij Demleri beati F.) & Hieronymus Schleicher Vlmensis. M. VVilhelmus Kienlinus Blabyrensis. Ioan. Iacobus Aulberus Stutgardianus. Medici 2. à D. Georgio Hambergo. M. Ioan. Rudolphus Mæglingus Tybing. D. Danielis professoris F. Ioan. Dyrr Stutgard. Caluæ, Magistros 13. creauit M. Mich. Mæstlinus Decanus, 13. Febru. 95.

Apud Herrenbergenses habitat (binas habens splendidas ædes in foro) præclarus vir, patricio olim Memmingensi VVolf Dietricho Lupio natus, Ettelius Ioannes Laupius: vir procerus, spectabilis, prudens, humanissimus. Lupiorum autem familia, ex vrbe Roma originem ducit. Ibi fuerunt Lupi circa Ciceronis tempora. In Lupiorum Insignibus, Lupus semialbus & seminiger est.

Redijt Academia tota (magnis quidem impensis, publicè & priuatim, factis, sed satis bene) sequenti proximè anno, mense Februario, in patrias sedes, Tybingam, officio suo diligenter vsque fungens. E Stutgardia autem, quò pestis etiam mense Augusto inciderat, Princeps cum Aula Kirchaimum migrauerat: Cancellaria verò, Backnangam: & Ecclesiasticum consilium, Bietighaimum. Desijt ibi morbus mense Febru. 95. sublatis ad 2. millia hominibus.

Raabæ oppugnationes.

Reuertor nunc ad res Vngariæ. Septemb. 13. *Feriâ* 6. (*vet. Calen.*) *& biduo sequenti, Turcæ Raabam totos dies à duabus partibus oppugnarunt: ac perierunt eorum plus XII. millia. Etiam die Lunæ ter oppugnationem intulerunt, sed cum magno suo damno.*

Septembr. 17. *Duces ad Archiducem scripserunt: se, auxilio destitutos, non posse amplius tanto hosti resistere. Erant hi. Ferdin. Hardeccus.*

Ferrante Rossi, Mastro di campo della infanteria Italiana. Antonius Zinn de Zinnenberg. Ioan. Ormandi. Erentreich de Sigersdorff. Georgius Zogij Iudæ ciuitatis. Rudolfus von Greiß zu Wald. Gaudentius à Rechberg.

Contradixerunt eis, Franciscus Dux Saxoniæ, Augustus Dux Brunsuic. & Luneburgensis, VVeigandus Moltzen Capitaneus, Albertus Comes Eberstainius, aliíq; magni viri (teste ipsorum protestatione, sequenti anno Germanicè edita) sed frustrà.

Raabæ deditio.

Dedita est enim Raaba 19. *Septemb.* 94. *die Lunæ, horâ* 10. *antemerid. ea conditione, vt expassis vexillis, & armis altioribus secure Altenburgum omnes deducerentur. Sed non seruata est purè fides: quia posteriores (sc. Supranasani, & Itali, & Raabenses) spoliati fuerunt.*

Reperta sunt Turcis in oppido Raaba, adhuc 3000. *cadi vini, magna copia farinæ & cibariorum. Præterea,* 120 *tormenta maiora, &* 300. *centenarij pulueris. Erant interea Bruccæ. Archidux Matthias cum paucis, & Marchio Burgouius Carolus, & Ioan. Mediceus. Mittebant subsidium Raabam sed nimis serò. Turcæ tamen* 11. *Octob. ex Inf. Schytta excesserunt.*

Hardecci coniectio in carcerem.

Ferebatur Hardeccus, duobus saccis Ducatorum pleniis acceptis, Raabam Sinani tradidisse. Sed & plures proditores, in exercitu Christianorum fuisse. Ille igitur 29. *Septemb. Viennæ in custodiam coniectus est, & duo administri eius.*

Raaba Templa à Turcis terrâ sunt expleta, & bombardæ suprà dispositæ. In præsidio, 4000. *Ianizzari, &* 1000. *Spahi, atq;* 2000. *equites. Iam non amplius Cæsar, aut Archidux, ibi dominatur: sed BASSA RAABENsis. Heu malum. Ita posterior pars huius* 94. *anni, infelix Christianis fuit. Iam orabimus à Deo meliora.*

Comorrhæ obsidio.

Septemb. 28. *Comorrham (in qua non vltra* 250. *milites erant, Duce Erasmo Brunone de Pillach) obsederunt Turcæ: sed* 11. *Octob. re infecta reliquerunt.*

Octob. 1. *Zengeri, milliar.* 2. *à Zeng, Turcas plus centum mill. Talerorum reb. spoliarunt.*

Tartarorum clades.

Octob. 7. *exercitus Palsi duo Tartarorum agmina cecidit.*

Etiã à Polonis cæsi sunt Tartari: qui ad 16. *milliar. vrbi Cracouiæ appropinquauerãt. Postea pacti Turcarũ renuntiatũ est à Polono & Sueco R. Sigism. propter illorum fraudes & malitiã.*

VVihitschæ combustio.

Octob. 5. *Capitaneus de Leikevvitz, Caroliſtadij præfectus, cum vno mille suorum egressus, noctu scalarum ascensu cepit op. VVihitscham, dispoliauit. combussit. Amisit solùm tres viros: sed plateæ erant plenæ cadaueribus hostium: Liberauit* 1200. *captiuos Christianos.*

Transyluani Domini fœdus cum Cæsare.

Cæs. Rudolphus, & Transyluaniæ Vaiuoda Sigismundus Bathorius, iampridẽ Turcarum pertæsus, certis conditionib. inter se fœdus ineunt. Titulũ is à Cæsare accepit principis. Huius imaginem 15. *Octob.* 95. *spectabamus: cui circũscripta erant verba. Serenissimus Sigismundus: Transyluaniæ, Valachiæ, & Moldauiæ, princeps. Subiectũ: Pro Christo & Patria. Et subscripti versus:*

AEre tuos vultus pro tempore finximus. At tu, Sub iuga Maumetem cum miseris, aureus esto.

Fortitudo contra Turcas.

*Hic igitur Princeps, coniuncto secum VValachiæ Vaiuoda, cum LX. millib. bellatorum in Turcam irruit: Adrianopolin versus progressus est (*13. *milliarib. à Constantinopoli) aliquot millia Turcarum & Tartarorum, gladio perẽmit.*

Eduardi March. Badensis expulsio.

In Sueuia Badensis Marchio Eduardus Fortunatus, cum Fuggero cuidam ditionem suam vendidisset: Marchionem Durlacensem Ernestum Fridericum, cognatum suum, contra se excitauit. Qui 19. *Nouemb. auxilio Elect. Palat. & Ducis VVirtembergici, atq; Argentinensiũ, Badenã, & adiuncta, occupauit: &* 10. *Decemb. Paulum Pestalotium Clauennatẽ ex Rhatis, ac Franciscum Muscatellum Italum ex Vicentiæ agro, Eduardi ministros, Durlaci decollatos, in quaternas partes dissecuit: quas in quadriuio suspendit: propter plura dira scelera perpetrata, & insidias vitæ Marchionis Durlacensis factas. Eduardo deinde exulante: Apologeticum Scriptum prolixum de his rebus omnibus, à victore editum est.*

Ecclesiæ caput quisnam sit.

Patriarcha Aquilegiensis Franciscus, dum frustrà conatur Euangelicos Ministros ex oppido Carinthiæ Villaco remouere, fugit. In via autem, capti ab eo quinq; Ministri Ecclesiæ cùm interrogarentur, quisnam caput Ecclesiæ esset? & vnus respondisset, Iesum Christum esse caput: respondit ille (horribilis Antistes) Non sed Papa est caput Christianæ Ecclesiæ. Malle.

Decemb.

Decemb.12.(die Iouis) magna seditio & cædes fuit inter Sultani milites.

Decemb.22.(1.Ianuar.N.Kal.) arx Dillingensis, duos dies & noctes ardens, ad dimidium consumpta est.

AMPLIVS DE BELLO TVRCICO LEGATI MOSCOVIO PRAGÆ, Vlmæ cõuentus Ordinum Sueuiæ. Rusticanæ seditiones. Arx ὁλόπετρος. Excursio Croatarum in Russiam. Peloponesi Græci contra Turcas. Sinanis clades. Aquila vniuersa. Victoria Transyluam de Sinane. Mulier fortissima VValachiæ ceu nouam Amaran. Turcæ VValachia excussi. Veneta legatio apud Turcam.

Anno 1595.

CAPVT XXVIII.

IAnu.8. Sultanus Amurates Constantinopoli mortuus est, calculo & pleuritide, anno 48. ætatis. Successit ei, ex vrbe Amasia accersitus, filiorum natu maximus, Machometes III. annorum 29. Qui 19. fratres suos strangulauit: decem præcipuas concubinas patris summersit: & matrem auro donatam, longè amandauit. Quas res cùm aliunde, tum ex literis generosi D. Baronis, Henrici Conradi VVentzelyki, cognoui: quas ille ex Bohemia, Kal. April. 95. Trischtij scriptas, humanissimè ad me miserat: vt qui 93. anno, in Tybing. Academia versatus esset. *Turcis nouus Rex, Mahometes III.*

Mense Ianu. pluribus ex locis, Tartaros & Turcas persecuti sunt Christiani. VValachi eripuerunt omnem prædam Sinani quam is in Vngaria rapuerat & ipsemet vix euasit. Ceperunt illi loca munita: Pondos, Nicopolin, Killam & Rebniam: atq; ad 24. milliaria prope Constantinopolin procurrerunt. *VValachorum successus contra Turcas.*

Vaiuoda Moldauiæ Aaron, tribus prælijs Tartaros fudit: & 12. millia ipsorum occidit: prædam, quã ex Vngaria abstulerant, extorsit: præsertim 1500. equos, & aliquot currus sclopetarũ, quas Musketas vocãt. In libertatem restituit 1000. captiuos Christianos. Cepit munitiones ad Istrum: Bendar, Schinit, Tigna, Mechni, & Abtissita. Totam denique regionem Bobragam, quæ secus Istrum 26. milliaria patet ad pontum Euxinum versus, indeptus est. Multa vexilla consecutus, signo crucis notata. *Et Moldauorum.* *Bobraga.*

Idem Febru.5. adiutus à Cossaggis, Turcas, qui nouum Vaiuodam in VValachiam introducebant, superauit: & octo millia eorum interfecit. Interea nec VValachiæ Vaiuoda Michaël cessabat. Hanc victoriam Transyluano literis notam fecerunt.

Circa 23. Ian. Vlmæ conuentus agebatur prouinciæ Sueuicæ, propter bellum Turcicum. Equestris in Sueuico circulo ordinis domicilia sunt 4. In Hegouia, ad Nigram Nicri syluam, ad Kocherum, & in Kraichgæa. *Vlmæ cõuentus.*

Durissima fuit hæc hyems: congelatis fluminibus etiam præcipuis: Rheno, Danubio, Nicro, Mæno: plaustris onustis illa transeuntibus. *Hyems frigidissima.*

Postea, maximæ inundationes aquarum, etiam Noribergæ.

Sub finem Ianu. Cossaggi & Podolij, missa legatione ad Transyluanum, se partes eius secuturos significabant. Legati muneribus affecti sunt.

Mense Febr. Comes Mansfeldiæ Carolus, ex Belgio se in Vngariam parabat. Ducebat Baro Adolphus de Schvvartzenburg 2000. equites. Alij Duces habebant 6000. VVallones. *Carolus Mansfeldius.*

Anna Christiana (al. Christina) Archiducis Caroli beati F. 23. Febru. (N. Kal.) desponsata est Transyluano Principi Sigismundo, Græcij. Locum absentis sponsi tenuit D. Leibitzius. Paranymphi erant Archidd. Ferdinandus & Maximilianus. *Sponsa Transyluani.*

Pragæ pro certo dicebatur: Rusticos, VValachos & alios, excursu tridui à Constantinopoli facto, inter alia rapuisse 40000. boues (viuos, & sale conditos) & mille Turcas persequentes, orco demisisse. *Turcæ armentis spoliati.*

Febr. vltimo, Stutgardiæ diem suum obijt pius senex, Musicus bonus inter Principis Symphoniacos, & nobilium adolescentum informator, VVolfgangus Raubus.

Sinan Bassa voluerat pacem offerri Cæsari Roman. sed his conditionibus: vt is Villeccum, Nouigradum, & cætera ablata, restitueret: nec opem ferret Transyluano socijsq;: & quadriennij exacti tributa simul persolueret. Verùm reiecit hæc Imperator, causas Scripto publicato afferens grauissimas. 1. Quòd Turca nullam fidem, nec seruauit, nec seruat, vnquam: sic lege Mahometis eis præcipiente. 2. Quòd, etsi calamitatem (magis errore nostro, & Dei pœna: quàm Turcica potentia & arte) passi sumus: tamen vicissim Turca magnam militum & iumentorum ia- *Pacem Turcis denegat Imp. Rudolphus.*

Ob ponderis maximi argumenta.

cturam fecit: ac tres nobilissimæ regiones (*VValachia, Moldauia, Transyluania*) cum maximo Turcæ incommodo, in nostra castra transierunt. 3. Quòd offerendo tractationem pacis, Cæsaream Maiestatem de mala fide suspectam alijs reddere, & confusionem Christianorum principum efficere, conatur. 4. Quòd nec honestum, nec laudabile, esset, Turcicæ petitioni obsequi: cùm iustam foueamus causam: nostriq; officij sit, amissa recuperare: triumq; illarum regionum, & salutis plurimorum Christianorum, rationem habere: & opem etiam à Rege Polono, Principe Moscouiæ, ac Persarum Rege sperare. 5. Quòd insida esset hac pax: sicut antea per speciem pacis plus ademptum fuit, quam aperto bello: & vicinis gentibus de securitate cautum non esset. 6. Turca Cæs. Maiest. vbiq; infamaturus esset, vt imbellem & timidam: atq; illas tres regiones, prætextu pacis omni Christianorum auxilio destitutas, recuperaturus: & earum opibus aduersus nos abusurus. 7. Quod barbarica crudelitas, in legatum Fridericum de Crecowitz, & ministros eius, perpetrata, inulta manere non debet.

Has ob causas reiecit Sinanis petitionem Imperator: & potius ad belli continuationem suas facultates impendit: ac tum Imperij Principum, tum aliorum auxilia comparauit.

Turca conatur frustrà Poloniæ Regem sibi conciliare.

Conabatur & Turca sibi Polonum adiungere: sed perfidiosè antehac in legatos eius egerat; atq; ipsius etiam Legati, qui in Poloniam destinati erant, in VValachia occisi sunt.

Feratus Bassa.

Sultanus Mahometes Sinanem reuocauit: & pro eo Feratum Bassam, qui contra Persas Imperator exercitus fuerat, in Vngariam destinauit.

Sophia Bulgariæ ciuitas, spoliata.

Rascij & Heidocci ciuitatem Sophiam improuisa incursione depradantur. Prædâ diuisa, singulis circiter 300. Ducati obtigerunt.

VVa'achi incrementa.

Ex VValachia (cùm ex Tartaris 85000. tantùm 8000. domum redijssent) Turcis (qui etiam fame propter illarum trium prouinciarum defectionem laborabant) magnopore nocitum est. VValachus enim Michael, socijs adiunctis, ciuitatem Silistriam exussit, ingenti præda parta. Sed tunc bombardis carens, arcem capere non potuit. Oppidum & arcem Schmiel cepit, ac 17. campestria tormenta: quorum duo fuerant Cæs. Ferdinandi, & duo Ioan. Huniadæ. Ea Transyluano misit. Portum Oroscicum cepit: ex quo butyrum, mel, & alia ad victum pertinentia, Sultano comparari solebant. Quarum ille rerum maximam vim adeptus est.

Ferati Bassæ apparatus.

Ceperunt illic nostri etiam Kileck, Galempum Praillam, & arcem Gargiam.

Comparauerat apud Byzantium Feratus Bassa 60000. milites, & 33. magna tormenta. Sed nocte quadam funes tentoriorum abscissi fuerunt: & pleraque tormentorum, clauis obstructa. Putabatur id Cigala fecisse, munere suo priuatus: aut Ianizzari, qui maluissent Sultanum ipsum in expeditionem exire.

Turcarum nocturna cædes.

Turcæ, qui passim in Moldauia & VValachia habitauerant, vna nocte ab his populis occisi sunt. Heidocci, antehac pauperes, nunc ditati sunt.

Turcarum duæ clades.

Begum Budensem, cum exercitu Transyluanos petentem, huius Principis Dux Ferentzius prælio vicit. Pauli Turcæ, fugâ elapsi: ipse Begus, ex vulnere in fuga mortuus.

Transyluani rursus (aliquot eorum millia, equitum & peditum, auxilio Moldauis & VValachis missa) Turcas nacti, profligarunt: & tres naues, in quibus septem tormenta erant, ceperunt.

Docti vagi.

Erat huius seculi eruditio, hoc tempore ita diffusa: vt multi doctissimi, non inuenirent conditiones. sed stipem quærere cogerentur. Qualis etiam erat M. Gothardus Mylander Colonienſis, Mart. 8. ad me hæc scribens.

Ἐυθαλὲς αὐδοντος ἀεὶ ἀχαιΐδος ἔρνος ἰωῆς
ἠπεροπῆς αὔθοτ᾽ ἀνδρομεον ἀμφαδίην.
Φίλτερος οὐ συνδοκίμῳ παντὶ ξεναπάτορι δοσὶ τυβίγγῃ:
ἀνδὰς δόξῃς οὐ μερόπεσσι τυχών.
ἱμπλεος εἰμι χαρᾶς, ὅτι νυῶ παρεόντα λοιπόν:
τὸν περίσπουδον ἐμοὶ πρόσθεν οὐ ἀλλοδαποῖς.

Sueui, in Vngaria.

Mart. 9. pro militibus, qui Tybingâ in expeditionem Turcicam abituri erant, ipsorum rogatum, post concionem ante meridiem in Ecclesia nostra supplicatum Deo est. Hi, & cæteri delecti, diu in agro Vlmensi hærentes, tandem circa diem S. Georgij, secundo Danubio deuecti sunt: nempe Sueuica 4000. militum legio, Duce Casparo de Schænaw.

Medio Aprili. Turcæ circa Agramam excurrentes, cædes & prædas faciebant.

Prædi-

Prædictum fuit à superstitiosis Turcis: Granum & Budam hoc anno in potestatem Christianorum ventura. Dictum est à Turcis: se breui tempore non minus à nostris damni, quam XX. annis à Persis accepisse.

Insidiæ in Sultanum.

Sultano Mahometi insidiatus est quidam Monachi habitu: deinde verò, Iudæus. Vterq; deprehensus, pœnam capitalem luit. Iudæi illius, tota stirps extirpata.

Turcarum clades.

April. 22. Nadastius (in Transyluania propter negotia versans) auxilio Transyluani & VValachi, apud VVeissenburgum octo millia Turcarum occidit, qui VValachum obruere exercitu voluerant.

Caroli Mansfeldij honores.

April. 28. Cæsar Carolum Mansfeldium manu sua fecit equitem auratum, & Principis titulo decorauit. Cuius de collo Arch. Matthias, auream catenam 1000. fl. cum effigie Cæsaris, suspendit.

Transyluani principis res gestæ.

Transyluanus, pro Aarone Moldauo, cuius fides suspecta erat, Stephanum quendam constituit Vaiuodam. Idem vult, vt se mortuo, Nadastius in Transyluaniæ gubernationem succedat.

Steph. pro Aarone, Moldauiæ præfectus.

Eidem Transyluano significatur: si constanter ipse pergat in Turcas: Bulgaros ad eum defecturos.

Turcarum excursus.

Circa Nouigradum Turcæ 50. vicos depradati sunt, & exusserunt: ac multos homines abduxerunt.

Ianizzeri παρρησια, libera oratio, ad Sultanum.

Carolus Mansfeldius suspendit Signiferum, & castrorum metatorem: quòd Gemmarium quendam sclopo deiectum spoliassent. Constantinopoli Ianizzarus quidam, Gasnodus Giezo, Sultano in faciem dixit. Proceres eius pacem Christianorum sceleratè violasse, non Sultani, sed priuatæ vtilitatis causâ. Sinanem non virtute, sed auro, Raabam cepisse. Noli exultare, Sultane, occupatione Raabæ: Amaltheæ cornu contrà amisisti, cellam tuam penuariam: dum Transyluaniã, VValachiam, Moldauiam, amisisti. Neq; à partibus Raabæ, neq; à Ponti Euxini, tam tu & exercitus ali potestis. Aperi denique oculos. Fame æstuq; intereunt homines, iumenta, pecora. Hæc cùm dixisset: comprehendi à Sultano iussus est, & de pluribus examinari. Sed vi eum Ianizzari liberarunt.

Damnum Turciæ.

Pontificiarum in Vngariam copiarum, Ioan. Franciscus Aldobrandinus Imperator erat.

D. Placij mors.

Maij die 13. diem suum obijt Euangelicus Biberaci Ecclesiastes, Doctor Conradus VVolfgangus Placius: cui omnium suorum ciuium, etiam puerorum, nomina in memoria erant. Quantus vir fuerit: ex scriptis eius clarum est. Successit ei in Ecclesiæ illius curam filius suus, M. Christophorus Placius.

Sententia Cæsaris in subscriptores dedendæ Raabæ.

Maij 17. Antonius Zinn à Zinnenberg, Rudolphus à Greiß, Gaudentius à Rechberg, Hieronymus Blaichrhot, & Emerich à Sigersdorff: quia deditioni Raabæ subscripserant: veniâ quidem à Cæsare dignantur: sed priuantur suis officijs (absq; tamen infamiæ nota) & iubentur, quãdiu bellum hoc in perpetuum hostem duret, vbiq; suis impensis militare: donec Cæsaris gratiam virtute recuperent. Alij duo, mortui erant: in alios simili modo animaduersum est.

Turcarum clades.

Circa 21. Maij, Ibraimus Begus de Luca, ducens 1500. equites & pedites, in Græbingen & VVeitmuthalerfeldo prædas & incendia fecit: & pecus cum 300. hominibus abegit. Sed apud Ladomitzam, à 300. Christianis ex insidijs victus (tonitru coorto, & Turcas tenente) prædam omnem amisit: nec, an ipse viuus euaserit, scitur. Suorum sanè pauci euaserunt.

Die Maij 28. (quo M. Crusij Sueuiam, Nicolaus Bassaus Francofordiæ excudere εὐρβεῦ *cœpit) arx Grani de cælo percussa est. In turri item fornix ibidem, in qua puluis, & id genus alia, incensa & disiecta est: quæ 150. Turcas necauit.*

Ferd. Hardeccij supplicium.

Iun. 15. (apud nos Iun. 5.) ἐδιξιοσκόπου καὶ ἀπεκεφαλίθη *Comes Hardeccus,* ὃς οὐ μιᾷ γνώμῃ χρῶν. *Viennæ, eius tum dextra, tum caput, vno quasi momento, amputata fuerunt à duobus carnificibus. Gladius, quo caput abscissum est, auratus erat, à cognatis factus. Decollatus Nicolaus etiam Perlinus est, Italicus Dux exercitus, Raabensis, & ipse deditionis reus.*

Grani altera obsidio.

Mansfeldius, cæsis Turcis, qui occurrerant, Kal. Iul. cum exercitu Granum peruenit: vbi postridie Rascianum oppidulum, vacuum occupat. Ipse disciplinâ seuera coercebat milites, & preces habere ad Deum cogebat.

Aug. 4. (Iul. 25.) Turcarum exercitus, Granensibus pressis subsidio à Buda aduênit. Agmina quatuor erant.

Primum ducebatur à Bassa Raabæ. Cuius in parte prima erant 1000. equites: in secunda, 3000. in tertia, 600. equites.

Secundum, à Beglerbego Græciæ, Sinanis F. quod erat 4500. equitum.

Tertium, à Bassa Natoliæ, 4000. equitum.

Quartum, in Danubio erant tres triremes, & aliæ quinq; naues.

In custodia extremæ partis castrorum, Tartari (aliquoties centum) equites.

Turcarum insignis ad Granum clades.

Prælio post meridiem terribili clamore à Turcis cœpto: Germanorum tam propinquus in eos impetus fuit: vt τῆθος πρὸς τῆθος, cominus, inuicem sclopos disploserint. In VVallonum equitatum impegerunt: qui erant cataphracti, chlamydibus tecti: genus Turcis incognitum, & eos breui dissipans. Strenuus & Ioan. Mediceus erat: glandes plumbeas, ac ferrea frustula nouo modo compacta, euomens. Hostium amplius 3. millia interfecta: cæteri per montes elapsi, in syluis occultati: sed multi ab insequentibus cæsi. Duo Bassæ, interfecti: signa 27. & 36. bombardæ, ac plurimæ Cameli, capta. Præda ex castris direptis, ducenties mille Aureorum æstimata est. Nostrorum non supra LX. occisi. Fecerant, prælio durante, Granenses eruptionem: sed & ipsi cæsi sunt. Victor autem Mansfeldius 14. Aug. (apud nos 4. Aug.) mortuus Comorrhæ est: quo se, ægrotans, vehendum curauerat. Nocuit ei frigidus cibus, & glacie frigefactus potus, quo delectatus erat.

Aug. 16. Palfius, cùm deditionem arx recusaret, aquarium ibi oppidulum frustrà oppugnat. Mediceo oppugnationem repetente: cesserunt oppidani in arcem: & oppidum est occupatum. Ita arci nemo amplius subsidio venire potuit, vt vndique circumsessæ.

Grani deditio.

Ea itaq; Cal. Septemb. (Aug. 22.) quoniam horribiliter bombardis percussa erat: præsertim vnâ quam cantricem vocant (vulgò, Singerinam) dedita Archiduci est: ea conditione: vt gladijs accincti, & quantum quisq; secum efferre posset, triginta nauibus Budam deportarentur: datis interea quinis inuicem obsidibus: inter quos, ex parte nostra erat Primipilus Rusvvurmius, & Tirskius: ex altera, Bassa Caramaniæ (Ciliciæ) & quidam Ianizzarorum Æga. Interierant in obsidione hac, Turcæ 3500. Restabant ferè 1700. integri fortesq; viri, fœminæ & pueri 900. ac 500. (al. 700.) ægroti & vulnerati. Præsidio impositus est Marchionis Burgouij miles. Bombardæ 30. (maiores & minores) repertæ.

Ita Strigonium, quod 1543. anno amissum fuerat, nunc recuperatum est. In cuius oppugnationibus, non pauci nostrorum quoq; perierant: etiam nobiles & fortes viri: inter quos Sebastianus quoque iuuenis antiquæ nobilitatis Gyltlingicæ, Pauli de Gyltlingen F. arcem in vico Pfaffinga, non longè à Tybinga remoto, incolentis.

Noctis, quæ eundem 22. diem Aug. secuta est, horâ prima, obijt piè & placidè Vlmæ, dilectus affinis meus (cuius sororem Sibyllam beatam 1561. habueram in matrimonio) RAIMVNDVS RONER: relicto honorato Vlmæ filio VVolfgango: Annæ, Bernhardi Reihingi Cos. Esseling. filiæ, marito. Et antea 12. Aug. Halæ Sueuicæ defunctus est Gregorius Leonhardus, V. I. Doctor: Gregorij L. Vlmæ quondam præceptoris mei. F. vnicus.

Magnæ in Croatia clades Turcarum.

In Croatia, de 12000. Turcis, decies mille occisi sunt, & circ. 23 pagi direpti, vix elapso Bossinensi Bassa. Tribuitur hæc victoria Leucovvitzio, & Eggenbergio, atq; Herberstainio. Idem Leucovvitzius antea Turcarum 900. equites, Petrinâ emissos, plerosq; interfecerat, & Haan Bassam cœperat.

Præterea, 10. Septemb. eruperunt à Carolistadio 5000. viri, munitionis Cirani capiendæ causa. Conflixerunt cum 9000. Barbaris: quibus insuper 2000. succurrerunt. Sed Leucovvitzij virtute profligati sunt, & magna præda capta.

Pestis Constantinopoli.

Scriptum est 10. Septemb. ex vrbe Vienna: ingentem pestilentiam esse Constantinopoli: quæ quotidie plus 4000. homines tollat. Etiam Camelos mori. Inde, Sultanum in Asiam fugisse.

Clades Turc. ad Budam.

A Grano 5. Septemb. Palfius, Schvvartzenburgius, & Mediceus, cum equitatu aliquot millium Budam versus delati, magnum hostium numerum conciderunt. Quo conflictu feruente: 600. circiter Turcæ bellicosi ad nostros transijsse scribuntur: & fidem fortiter pro nostris pugnandi dedisse. Superstites Turcas, turmatim in vrbem Budam fugisse.

Clades à Transyluano illata.

Ex Transyluania nuntiatum fuit, vrbem validam Lippam, ab illius principe expugnatam esse, occisis 3000. Turcis: capto etiam Temesvvarensi Bassa: qui per nostris molestus fuerit.

Vexillum χεῖρ-μαύτεως Mahometis.

Septemb. 23. legebam hæc Noua: partim à scholæ Vlmensis Rectore Nicolao Sitzlino, partim ab affine meo VVolfgango Ronero, perscripta. Turcicum vexillum viride (in qua est iris, & facies pseudopropheta Mahometis) curauerat superiore anno sibi (vt periculoso tempore valde necessarium) ex vrbe Mecha adferendum Sinan Bassa: quod ante Raabam in peculiari tentorio,

cum

cum facibus & luminibus seruauerat: diebusq; octo post. Raabam ceperat: & eum successum huic labori acceptum retulerat. Mense autem Augusto huius 95. anni, cum exercitu ferè 70. millium proficiscens, tres Vaiuodas nouos secum ducebat: quos Transyluaniæ, Moldauiæ, VValachiæ, præponeret: spe scilicet certa priorum Vaiuodarum deijciendorum concepta. Commissum est prælium 23. Aug. (apud nos 13. Aug.) ab hora 8. manè, usq; ad vesperam. Initiò nostri pepulerant hostem usq; ad eius castra: deinde ab eo ad sua castra reiecti fuerant. Postremò nostri, animo resumpto grauius incubuère: hostemq; iterum ad eius castra reiecerunt. Ita victoria parta est: plurimi hostes cæsi, cum vno de tribus Vaiuodis nouis nomine Fleidore, paruo nostrorum damno. Venit prædictum vexillum in potestatem victoris: id quod pro malo omine, & interitu Ottomannici Imperij à Turcis habetur. Sinan, refugiendo ad pontem, quo Istrum iunxerat, in paludem decidisse, & inde extractus, fertur. Cladet Turcarum Transyluanica.

Cossaggi Tartaros ad interneccionem ceciderunt: & Præcopiæ præcipuam munitionem ceperunt. Tartarorum clades.

Post Grani repurgationem, & communitionem, oppidum & arx VVicegradum Blindenburgumq; nostris dedita sunt.

Turcæ castra habent extra Budam, iuxta murum arcis, 14000. bellatorum. Desideant ibi aliquandiu. Sultanus verò perpetuò desideat domi iners: sicut etiam nihil agere, nisi delicijs indulgere ex vrbe Veneta (quò id ex Constantini vrbe scriptum iam aliquoties est) scribitur. Desideat, & celum cellumq; formosa pellicis tenens, euiratus contabescat.

Octob. 1. Tybingæ, in domus eius, quam à mea domo via publica intercedens dirimit, angulo infimo, in trabe sub statua τῆς θεοτόκου τόκος, reperiebamus (V. I. D. & Professor Ioannes Hochmannus, tunc magnificus Acad. Rector: & collega meus M. Michaël Mæstlinus, & ego Crusius) numerum initiò ædificatæ illius domus, sic incisum.

I. S. Z. Pro, M. C. LII.

Hoc igitur Epigramma Octob. 3. feci.

IN STIPENDIVM CL. V. IOANNIS Hochmanni Iurisc. &c.

Mille fluunt anni, ter quinquaginta, duoq;,
Post Christum: domus hæc condita quando fuit.
In qua plura diu granaria Nusodoches:
Quam sanctæ Domini matris imago notat.
Mille sed exactis, sexcentis (excipe quinq;)
Annis, hac forma nobiliore nitet.
Vtilis, ampla domus, dotataq; diuite censu:
Hic vt succrescat docta iuuenta Deo.
HOCHMANNO meriti debetur gratia tanti:
Iuribus eximio, consilijsq;, viro.
Principibus charo, claroq; docendo Tybingam,
Eius non vllo laus peritura die.

Statua autem illa B. Mariæ, ante 86. circiter annos posita, fumosa iam fuerat. Sed coloribus & auro nunc pulcherrimè exornata est: non vt sit πρωτότυπα, sed νεότυπα.

Eodem 3. Octob. tertia quoq; Sueuiæ Dodecas, Francofordiæ imprimi (reuerendo ibi Ecclesiæ Ministro, D. Osea Hala, vt antè, ita nunc etiam, Sueuica Chronica promouente) à Bassæo cœpta est.

Octob. 7. accepi hæc de longæuis quibusdam VVirtembergensibus, scitu (licet humilioris conditionis sint) non indigna: à M. Iacobo Fabro, Gemmerckensis sub Besickaimensi Præfectura Ecclesiæ pastore: Alexandri Fabri Bietigheimensis, apud nos V. I. Doctoris, fratre. Longæui quidam nostro tempore.

1. In vico Gemmerckensi quidam fuit Baltasar Hugo: qui cum vxore sua LVIII. annos in coniugio vixit. Cùm autem in eo L. annum compleuissent: monitus ille est, vt pro more iterum hoc coniugium sibi in Ecclesia consecrandum curaret. Aliter à mulieribus in ipsum animaduersum iri. Recusauit: se cum vxore satis diu vixisse in coniugio dicens. Propter hanc contumaciam, mulieres hominem in fornacem contruserunt: nec tamen de pertinacia demouere potuerunt. Poëta hic aliquis materiam Attellanæ Comœdiæ habet. Senes coniuges.

Senex validus.

II. *In eodem vico, etiamnum viuit senex quidam, Balthasar Ebinger: qui 1519. anno, quando VVirtemberg. Dux Vlricus expellebatur, iuuenis iam robustus erat. Videtur nunc nonagenarius esse: quem numerum annorum, etiam Georgius Zeier, vinitor Tybingensis vegetus, hodie compleuit. Ebinger ille tanta corporis firmitate est: vt nunquam per vitam ægrotauerit. Idem singulis noctibus (horâ 11. aut 12.) hyeme iuxtà, ac æstate, vinum potat, etiam congelascens.*

Senex, nepos & auus.

III. *Ibidem familia quædam est, Mesnerina dicta: in qua Ioannes Iunior (Gemerckensis Prætor, siue Scultetus, 1591. factus) auum Ioannem, & nepotulum Ioannem, viuos adhuc habet.*

- *VVendel Mesner — Erhardus*
  - *Caspar —*
    - *Adam.*
    - *Caspar.*
    - *Balthasar.*
  - *Balthasar.*
    - *Ioannes, adhuc viuens*
    - *Caspar, mortuus*
    - *Ioannes Scultetus — Anna, nupta 94. Caspa-ro Zehen-dero — Ioannes, natus 95. April. 4.*

Omnes, Gemerckenses sunt: sed Ioannes Maior in ciuitate Kirchaimensi degit: vestitum Alemanniæ priscum retinens: nullo torquato indusio, vel sinuosi voluminis camisiâ, vtens: nullo alto vitro, sed breui & paruo, bibens. Noris, & antemeridianis & pomeridianis, rusticat: conuiuiola cum ciuibus suis à meridie in senaculo moderata frequentat. Adhuc hilaris. In quarto iam coniugio: identidem, priore defuncta, iuuenculam ducens.

Hos viros Lucianus etiam inter longæuos retulisset: quia Numam Pompilium, & Tarquinium Superbum, qui vltra octoginta tàtùm annos vixerunt, retulit. Idem ait, vbiq; terrarum & aërij repertos esse μακροβίους, longæ ætatis homines: qui corporis exercitijs, & diæta conuenienti, vsi sint. Gorgias Leontinus, CVIII. annos viuens, interrogatur de causa tam longæ vitæ, temperantiam respondit: διὰ τὸ μηδέποτε ἑνὶ μᾶλλον ἢ θάττῳ τοῦ δέοντος συγχρῆσθαι.

Verùm, ad Turcica reuertendum.

Petrinæ à nostris occupatio.

Octob. 8. legebamus Tybingæ, hoc 24. Septemb. ex Croatia scriptum. Duces copiarum huius loci, Petrinam tentare volentes, præmisisse aliquot equites. His Rustanem Begum cum equitatu aliquanto occurrisse, & cum illis pugnasse: sed maiore eis subsidio veniente, fugatum, & sclopo ictum, esse. Hoc à Secretario eius, ad nostros transfugiente, significatum: & hortatu eiusdem, Petrinam (à Turcis desertam) nullo negotio occupatam esse.

Hoc tempore Cameli septem ex Vngaria (à Comite Hohenloio, & Burc. Styckelio) Stutgardiam venerunt; principi Friderico missi.

Moldauiæ turbatio.

Octob. 13. hæc legebam, ex Granensibus castris 1. Octob. (noui) scripta. Nihil tentari magni à nostris: sed Turcas vsque ad Rascianum oppidulum excurrere, occidendo & rapiendo. Cauendum esse, ne Granum & Blindenburgum rursus amittantur. Præterea, Polonos & Cossaggos, conatos esse nouum Vaiuodam in Moldauia constituere: sed improuiso aduentu priorij Vaiuodæ cæsos, & illum nostrum electum esse. Posci à Transyluano, vt πανηγυρίζῃ Arch. Maxilianus subueniat.

χαίτιά δ' ὧν λέγομεν, τὰ παρόντα πάντα κακά.

Omnia sunt crucium plenissima tempore nostro.

Miseria præsentium temporum.

λιμὸς, fames. λοιμὸς, pestis, λοιμός.

Χειμῶνες χαλεποὶ ἔσονται, acerrima hyems proxima.

ἐξυδρίαι, καὶ τὸ ὕδωρ πολὺ καὶ βίαιον: inundationes aquarum, & locorum summersiones.

Σεισμοὶ, terræmotus. Κομῆται. Χάσματα.

πῦρ οὐρανόπετες, ignis de cœlo lapsus, Danubio vverdæ, mense Aprili, 95.

ἄνεμοι ἐξώγκωνται, ventorum rabies, 94.

ἐκλείψεις τῶν φωστήρων: defectus Solis & Lunæ: priore anno, duo: hoc anno, tres.

ἀνθρώπων διαβολικαὶ νόσοι, Diabolicæ vexationes hominum, in Marchia, 95.

πόλεμοι, bella, οὐ
- ἀλλοεθνῶν, cum Turca.
- λόγοι, in
  - Gallijs.
  - Belgio.

διχοστασίαι καὶ ἀπιστίαι, Christianorum inter se discordiæ, & diffidentia.

Τέρατα, monstrosi partus: & puer cum aureo dente, παῖς χρυσόδους.

ἀμετανόητοι ὑπὸ πολλῶν, καὶ ἀμετανοησίαι: scelera plurima & maxima, sine pœnitentia.

Deus miseretur nostri.

Fuerat

Fuerat Moscouitica legatio Pragæ: quæ à Cæs. Maiestate magnificè, vt antea excepta, ita sub finem mensis Septemb. dimissa est, fuêre tunc & Veneti legati, Pragæ. Ad quos Moscouitæ feruntur dixisse: suum magnum Principem habere pro hostibus, omnes Turcarum amicos. Moscouiæ Legati, Pragæ.

Circa initium Nouemb. conuentus fuit Sueuorum, in vrbe Vlma, propter bellum Turcicum. Aderat turba Rusticorum de suo Domino conquerentium, generoso VValdpurgensi Domino Christophoro, à quo nimiùm præmerentur. Vlmæ conuentus ordinum Sueuiæ.

Ante & post id tempus, in superiori quoq; Austria motus erat agricolarum, & quidem plurimorum millium, valde periculosus & formidabilis. His intolerabiles videbantur exactiones Procerum & Magistratuum suorum: quibus se ad extremam egestatem redactos clamabant. Itaq; XVIII. millia erant apud oppidum Schvvansum Lambachij verò LXX. millia. Erant apud eos viri rei militaris peritissimi, & disciplinæ studium vigilantissimum. Nec seuiebant, aut hostiliter grassabantur: sed parcebant, quantum fieri poterat. Cæsaris autem edictum, Viennæ 20. (10.) Octob. huius anni exijt: illorum defectionem grauiter, & pro Maiestate, reprehendentis: arma ponere, & scriptis querelas suas proponere, imperantis. Lincio tandem 18. (8.) Nouemb. scriptum exijt: de captiuis restituendis (obsidibus vtrinque datis) controuersiæq; totius dijudicatione, ad Imperatoris cognitionem referenda. Rusticanæ seditiones.

Iniecit iste tumultus etiam Scholis turbationem, & imminutionem: vt, illustri Linciensi Procerum Scholæ: cuius iam XX. annos, magna cum laude Rectorem agit vir pietate, doctrina, diligentia, celebris, M. IOANNES MEMHARDVS. Qui anno millesimo, quingentesimo, quadragesimo sexto, die Ioannis Bapt. in VVirtembergia natus Heerbrechtingæ est. Descriptio autem Heerbrechtingensis cœnobij, in 2. Dodec. lib. 10. cap. 6. extat. Educatus est anno 57. & 58. Heerbrechtingæ in patria Schola, sub clariss. Doctoris Heinrici Effereni Coloniensis, ibi Ecclesiasten agentis, institutione. Postea, Schorndorffæ sub Doctore Melchiore Hundelio (deinde illustrissimi Principis Christophori Medico) biennium militauit. Dehinc, 61. anno in Kynigsbrunnensi Monasterio, tum Albæ Dominorum, propter studia vixit. Post hæc, ab anno 68. nobiles pueros in diuersis Academijs docuit. Tandem Linciensi Scholæ præpositus, amplius ter mille generosos Comites, Barones, & nobiles, pueros adolescentesque, feliciter per hos XX. annos erudiuit: quorum multi iam Rempub. administrant: & magnis honoribus cum dignitate præsunt. Quorum quantò maior laus est: tantò præclarius de re Christiana Membardus (auditor & ipse olim noster) meretur. Itaque, in Academijs, & apud Magnates, virosque doctos, hoc nomine notissimus est: patriæ denique suæ eximio ornamento: quæ patrem quoque eius, auum, & superiores, vsque ad atauum, aluit. M. Crusius. Linciensis Schola. M. Ioan. Memhardus.

Res Mundo vilis, SCHOLA, Præceptorque fidelis,
Fitque canum Ductor pluris, domitorque caballi,
Imperijs tamen hinc, & Templis, fulcra parantur:
Ac Deus in cœlo dabit illis præmia iusta.

Scholarum conditio.

Apud nos Tybingæ, hoc tempore COLLEGIVM NOVVM (illud sumptuosum & magnificum: quod beatus Princeps D. Ludouicus, ad vsum studiosæ iuuentutis extruxerat) confertur nunc ad alendos in posterum ibi illustres, generosos, & nobiles, tantùm. In quo viuit hodie illustrissimus VVirtemberg. Princeps, D. IOANNES FRIDERICVS: Aulico Magistro vtens, nobili viro Lucio Mendlishofero, & Præceptore M. Michaële Beringero. Collegium nouũ Tybingæ.

Tybingæ etiam studiorum causâ degit illustriss. Brunouicensis & Lunaburg. Dux, D. AVGVSTVS, iunior: domi Cl. V. Heinrici Boceri, Iurisc. ac Professoris Academiæ.

Item, generosus D. Gottfridus, Comes ac Dominus in Castel: domi M. Caspari Bucheri Professoris. Et generosus L. Baro, D. Georgius Acacius Enenckelius: ac quinque fratres Hæhenfelderi generosi: VVolfgangus, Ludouicus, Marcus, Otho, & Christophorus: nec non generosus Ioan. Ortholphus Geimannus: domi Cl. V. Dauidis Mageiri, Iurisc. Academicique Professoris. Nobiles denique Stadleri duo, Georgius Erenrichus à Stadel, & Andreas in Stadel, cum Præceptore M. Christoph. Rudolpho Silesio: domi M. Barthol. Hættleri, Acad. Professoris. Arcem habet prior Stadlerus, à Turcis robustis, precio emptis, in Petra ingenti excisam, amplam, pulchram, in loco sitam montoso, hostibus inaccesso, milliaribus octo infra Styriæ Græcium. Nobilitas Tybingæ studiosa. Arx ὀλόπετρος.

Creati

Doctorum creatio.

Creati sunt die 12. Nouemb. Doctores V. Tybingæ: Rectore Matthia Hasenræffero, Theol. D. & Professore. A Doctore Nicolao Varembylero, propemodum nunc LXXVI. annos nato, Iurisconsulti duo: Ioannes Fridericus Regulus, Halensis Suevus. M. Dauid Heckmaier, M. Ioachimi F. aulæ Blaubyrensis hic Præfecti.

A Doctore Andrea Planero, Medici tres: Georgius Rentius VVeinspergensis. M. Ioannes Gartner Labacensis, iam à multis annis Martiniani stipendij curator. M. Vitus Isemannus, Suevus Halensis.

Studiosorum alendorum Monasteria.

Iam, ad duo superiora Monasteria redacti sunt Beneficiarij, illustrissimi Principis nostri: ad Bebenhusanum & Maulbrunnense. In illo aluntur LX. studiosi: Rectore, M. Vlrico Bollingero P. L. & coadiuuâ, M. Martino Schnitzero. In Maulbrunnensi autem, XXXII. Inter eos, vtroq; in loco, multi iam primam Lauream adepti sunt. Antehac, pars in Hirsaugiensi, pars in Herrenalbensi, Monasterijs, alebantur. Inferiora sunt itidem duo cœnobia: Adelbergense, in quo XXXXII. & Blabyrense, in quo LIII. adolescentes aluntur.

De re scholastica desino, & ad historiam belli Turcici redeo.

Peloponnesij Græci, contra Turcas. Sinanis clades.

Die 28. Octob. legebamus hoc: quod ex vrbe Veneta, 20. (10.) Octob. scriptum erat: Græcos Moreæ (Peloponnesi) acceptis armis è 33. triremibus Hispanicis, eò appulsis, eadem ad XVI. millia Turcarum fecisse. Macedones item, & Albanos (Epeirotas) arma capessere. Sinanem Bassam, grauissimâ plaga à Transyluano in VValachia affectum esse, & ad Danubium retrocessisse: id quod 19. (9.) quoq; Octob. ex vrbe Vienna scriptum fuit.

Excursus Croatarum Rasciam.

Quod ad Croatiam attinet: Eggenbergius, & Leucovvitzius, ac Herberstainius Ioan. Sigismundus, Septemb. 27. (17.) victores fuerunt Turcarum in quadam pugna. Postea (vt 23. vel 13. Octob. è Canisa scriptum fuit) 21. (11.) Octob. in Rasciam excurrentes, vicos tres spoliarunt, & incenderunt: ex quibus multum damni fuerat Christianis illatum. Resistentes Rascios occiderunt: captiuos multos abduxerunt: magnum pecoris numerum abegerunt. Tam longus in hostis ditionem, illis locis excursus, hominum memoriâ factus non est.

Nadasti virtus.

Viennâ 28. (18.) Octob. scriptum, legebamus Tybingæ 5. Nouemb. Nadastum, 5. millibus instructum, profligasse 7. millia Turcarum: & omnem commeatum, quem Raabam portare voluerint, eripuisse.

S. Nicolai castellum.

Ex Cassouia, 29. (19.) Octob scriptum, Tybingæ 11. Nouemb. legebamus: quòd Octob. 21. (11.) castellum S. Nicolai, & quarto die pòst castellum Zerbaschum, Maximilianus Archidux & Rex occupauerit, relicta & incensa à Turcis, eaq; destruxerit.

Cocora apud Granum.

Habebat noster, qui apud Cocoram erat, exercitus, in animo, Vaciam siue VVeitzam, aut etiam castra extra Budam Turcica, aggredi: sed nihil inde secutum est: atq; etiam Solnocci obsidio, irrita cecidit.

Ferati Bassæ exitium.

Ex Venetorum vrbe Nouemb. 17. (7.) scriptum, Tybingæ 26. Nouemb. legimus: Feratum Bassam esse iussu Sultani strangulatum: quòd is per literas monuisset Tartaros, ne festinarent ire in Vngariam. Illati sunt ex bonis strangulati, quinq; circiter milliones auri.

Aquila VValachia, ominosa.

Ex Praga 15. (5.) Nouemb. in hanc sententiam scriptum est: quod eodem 26. Nouemb. hìc legimus. Ante prælium Transyluani Principis cum Sinane Bassa, Cometam terribilem supra castra Transyluanica, per horas multas visum esse: eoq; euanescente, aquilam ex vicinis montibus venientem, circum eadem volitasse: & tandem supra tentorium Principis sedisse, cum admiratione cunctorum. Principem cum suis tentorio exijsse: illam statim ad eum, tanquam familiarem, aduolasse: ac se libenter cõprehendendam eidẽ tradidisse. Itaq; ab eo seruari. Rem admirationi & stupori videntibus fuisse. Tum copias Sinanis Transyluano fidenter inuasas, ac multa millia ex eis occisa, & quatuor captiuorum Christianorum millia liberata, esse. Horum iam expositorum veritatem, nullo modo negari posse. Dicitur hæc victoria die 7. Nouemb. (Octob. 28.) contigisse.

Transyluani Princ. de Sinane victoria.

Imperium ne rapis, PRINCEPS, FORTISSIME, Turcis?
I felix, quò te vocat æetus: i pede fausto.

Captiuorum Christianorum ærumnæ sub Turcis.

Legebamus eodem 26. Nouemb. hoc: quod è Constantinopoli 14. (4.) Octob. scriptum erat. Ante 6. hebdomadas (inquit quidam αὐόπτης) captiui 112. Sinanis, huc perducti sumus, ex locis Belgradi. Quomodo? Non modò sic, tanquam pecora: sed etiam cum ferreis catenis circa collum, manicis, & compedibus: maximo æstu & puluere, fame, & siti. Tum quidam, citatissimo dies noctesq; cursu, sub catenis mortui conciderunt. Maiores ærumnas nec vidi, nec legi, vnquam. Domini hi, Ferdinandus Samaria, & Hofkirchius, ego & alij, vetere curru in vrbem vecti sumus. Mox

post

post hæc, Sinan Bassa in VValachiam profectus est, & pessimè ibi exceptus: amisso exercitu, tribus Bassis, multisq; Begis. Nudiustertius adducti sunt 300. captiui Christiani, capita 400. & 22. signa: ante duos menses in VValachia victore Hassane Bassa. Inspectione autem illorum captiuorum facta: inter eos mulier habitu uirili inuenta est. Hæc in conspectum Sultani adducta: & tum de alijs varijs rebus, tum etiam, num quem Turcarum interfecisset, examinata: iurata respondit, se iam inde ab initio belli militasse, pro viro habitam: ac, priusquam caperetur, decem Turcas interfecisse. Tum Sultanus eam coniugi suæ, pro mirabili xenio donauit. Res in totam vrbem Constantinopolin dicta. *Mulier fortissima VValachica, ceu noua Amazon.*

Ex Posonio, seu Presburgo, 24. (14.) Nouemb. scriptum. Habebamus 3. Decemb. Tybingæ. Venisse tunc literas ab illustrissima Transyluaniæ Domina: quibus significetur, Sinanem, fugientem ad pontem Danubij, vbi S. Georgij munimentum, post se reliquisse ad minimum XXIIII. millia Turcarum: de quibus non vltra 4. millia euaserint. Sed & in Georgiano illo castello, Turcas 700. concisos esse. Sinanem, victum esse Constantinopolin ductum. Inuenio, tunc Hassanem Bassam, cuius antea meminimus, captum & viuum Transyluano adductum, esse. *Noua Sinanis clades.*

Die 2. Decemb. (22. Nouemb.) Viennâ scriptum: quod 9. Decemb. legebamus. Archiducem Matthiam (milite in hyberna concedente) proximo die Dominico Viennam redijsse per Stubariam portam: & in S. Stephani Templo, Pæanem Te Deum laudamus, ob victoriam affinis Transyluani de Sinane obtentam, canendum curauisse. Meritò. Secundissimus enim hic annus Christianis, Dei munere fuit: Turcis autem, aduersissimus. *Te Deum laudamus.*

Scribebatur autem, tum Venetijs, tum aliunde, Sultanum Mehemetem, sequenti anno terribilem in Croatiam, Vngariam, VValachiam, ipsummet venturum, trecentis videlicet cum millibus. Nunc tamen & Syros, & passim Iudæos, quos ad militiam cogat, valde pigros ad eam esse: cùm tot clades sint acceptæ, VValachiaq; tota Turcæ ejecti. *VValachiâ Turcæ excussi.*

Decemb. 8. (Nouemb. 28.) Venetijs scriptum est: literas Constantinopoli 2. Nouemb. (23. Octob.) Venetias venisse: in quibus scriptum fuerit: Legatum Donatum 29. Octob. (19. Octob.) illuc venisse: Sultanoq; Veneta munera obtulisse: & clementer auditum, bona cum spe obtinendi petita, esse. *Veneta legatio apud Turcam.*

Ex vrbe Roma 9. Decemb. (29. Nouemb.) scriptum: quod 23. Decemb. hîc legimus. Magnum Florentiæ Ducem mandasse suis, qui contra Turcam in Vngaria militarent, domum reditionem.

Papam verò orare: vt Syluium Piccolhomineum, & alios, inseruire Transyluam diutius sinat, irasci magno Poloniæ Cancellario: quòd in VValachiam irruens, Transyluani præclara contra Turcas instituta interpellauerit. *Papa, Transyluano studens.*

Ex Vienna 13. (3.) Decemb scriptum: tum de aliorum militum petulantia: tum de VVallonibus & Italis: quòd Presburgi commorantes, admodum molesti sint. VVallones quidem, tertio die antè, XIIII. cauponibus, vel hospitibus, sclopis vitam vna nocte eripuisse: quòd sibi non appositum vinum & cibaria, ad voluntatem suam essent. Deprædatos postea esse alios. Sic scil. Diaboli, qui Christiani appellari volunt, contra Turcas Diabolos bellatum exeunt. *Militaris insolentia.*

Redierunt hoc mense, Sueuicæ legionis milites, de multis residui pauciores.

Decemb. 22. ad nos venit Vratislauiensis quidam, Philippus Goris: literis M. Georgij VValchi, prouincialis in Neccarico op. Rotenburgo scribæ commendatus: qui habebat multas è Turcica seruitute exiens Silesius. commendatitias literas: Turcicas, à Sultano Mehemete: Græcas, à Patriarcha Hieremia, & alijs: Germanicas, à Bernhardino Rosso, Cæsaris Secretario, Venetijs 12. Nouemb scriptas. Colligebat pecuniam, qua se à Turcis redimeret: apud quos 12. annos in triremibus durissimos labores exantlauerat. Dicebat se melius Turcicè, quam Germanicè, scire. Sciebat etiam vulgarem linguam Græcam. *Philippus Goris.*

Ex testimonio Hieremiæ, Patriarchæ Constantinopolitani.

Γνωρὸν ἔστω πᾶσιν ὑμῖν, ὅτι ὁ παρὼν ἀρχιμαλώτος, Φίλιππος ὁ ἀπὸ Βρεσλίας, ἐλθὼν εἰς τὴν σκλαβιὰν χρόνους ἐν ὀλίγους. Καὶ νῦν θέλει, τὸν μὲν σκλαβιὰν πλουθεράνθη· ἀλλ' ἔχει δὲ χρῆσιν ἔξοδον, ἵνα ὑπάγῃ εἰς τὸν πατρίδα αὐτοῦ. Καὶ διὰ τοῦτο ἔρχεται πρὸς ὑμᾶς παρακαλῶν, τὰς ἐλεημοσύνας, & c. Erat mense Aprili datum, Indict. 8. nempe hoc 1595. anno. *σκλαβιὰ, seruitus. ἔξοδος, sumptus.*

Ex epistola Apostolij.

Διὰ τὸ παρόντος χρέαμαρος Φιλοπονῶ· ὅτι ὁ παρὼν χριστιανὸς, ὀνόματι Φίλιππος, ὑπάρχον ἀμέτερος πιστὸς ἄδελφος καὶ ὑπηρέτης· καὶ ἐλθὼν εἰς ὑμᾶς ὀρθὰ καὶ πιστά, μεῖα φόβῳ θεοῦ, & c. Ergò diligenter autem τὸ παρὸν χρέαμα· νὰ ἔχει ἀπὸ ὑμᾶς ἐλευθέρος, & c. ὁ ἔτος ZPΓ. ὁ μὴν μαρτίῳ 18. *ὑμᾶς. pro ὑμῖν. Pro, ἵνα ἢ ἀφ' ὑμῶν ἐλεύθερος; ἐλεημ-*

Apostolius, irritus VValachiæ Dux.

ὁ ἀποστόλης, ἀσπασάμενος erat additum: si rectè intellexi ex pronuntiatione Philippi (nam etiam obscurè scriptum erat) quod intelligo pro Haubtmann. Id vocabulum in loco VValachiæ vsurpari dicebat. Hunc enim Apostolium, quanquam Græcum, & Ministrum Ecclesiæ, fuisse missum à Sultano, vt esset VValachiæ Vaiuoda: sed à Transyluano repulsum esse. Habitare iuxta portam Endernecapi, id est, quæ Adrianopolin ducat, in duabus splendidis domibus, senem παχύτατον. Se habitasse apud ipsum: donec Sultani literas (tutæ pro Imperium eius profectionis) acciperet. Etiam à Græca Venetijs Ecclesiæ Episcopo Gabriele, epistolam commendatitiam habebat. Constantinopoli autem sextâ ante hebdomade soluens, Venetias nauigauerat. Postea Oenipontem pedes, & ad nos, venerat. Dicebat, non multos Germanos in Turcia captiuos esse: sed multos Vngaros, & alios. Maximos à Mehemete fieri apparatus contra Christianos.

ὁ θεὸς μεθ' ἡμῶν εἴη.

FAVSTÆ NOVI ANNI PRECATIONES. VValachiæ Rector Steph. à Polonis captus.

CAPVT XXIX.

CALENDIS Ianu. cIↃ.IↃ.xcvi. anni, Martino Crusio (liceat enim post tantos labores, à meliore auspicio hoc caput incipere) benè precabantur Discipuli sui.

M. Vinotus Bartholus Montisbelg. M. Matthiæ, Ecclesiæ à Valantique Ministri, frater.

ἀρχή.

Ἀρτ' ἐτελέσθη ἔτος τὸ πρὶν: πόρε δ' ἕτερον ὅρκια
ἁπλοῦν: εἰς νεοχώνευτον σὺ κτίσον ἦμαρ.
Τὸν θεὸν λίτομαι, λίτομαί σοι Σιβύλλια παῖδα:
Ζωίμονα, γνώριμον ἡμῖν ἐόντα τόσσον.
Ἐς δὲ σὲ ἐσθλοδότηρ, τὸν ὑπερφίαλον κάθαρμα νηὸς
λοιπὸν κληρονομῶν λώμασι ἐπηγάλλω.

Nicolaus Maclerus, Iacobi F. ciuitatis Mompeligard. Ecclesiastæ.

Si quid vota valēt, sincero corde profecta: Sit vobis felix, qui iã nouus incipit annus:
Quin mea qd possint, nō dubitare queo. Atque suo prosper tramite semper eat.

Hugo Bellicus Montbelgard.

Lætus & faustus, placidus sit annus,
dulcis & felix: queruli dolores
inclytâ dextra procul hinc fugentur
Omnipotentis.

Augerius de Bout, Montbelgardensis.

Si les sou haits, procedans d' vn bon cæur,
ont enuers Dieu quelque force & vigueur:
Les miens pour vray pourront bien quelque chose,
Le tout puissant, qui tout fait & dispose,
Vueille octroyer á vous mon Precepteur,
vn an nouueau, & remply de bon heur.
Le tout puissant vous comblant de touts biens,
vous face veoir les ans Nestoriens, Amen.

Conradus C.F. Leius.

Tibi, hactenus ceu transiêre vitæ, Coniux Sibyllæ sera viuat annos,
Sic fluant porrò dies: Atque vitæ denique
Tibi, tuæque coniugi, atque natæ. Si quando tædet vos laboriosæ:
Tu trisecli Nestoris, Vsque celsis sedibus
Viuatis in domo ambo sempiterna, &c.

VVendelinus Odontius Hypocycnæus, Theol. studiosus.

Nunc quia, dante Deo, rursus nouus incipit annus: Principium veniat felici tramite: faustum
Huius vt auspicias tempora lata, precor. Succedat medium: finis & esto bonus.

Det Deus hæc singulis pijs, & Imperiò Christiano contra Turcas.

Λέσβον, καὶ μυτιλ.

Eodem die duas conciones audiens in Templo, compendio Græcè scripsi: vesperi apud generosos Dominos, Georg. Enenckelium, & Hœhenfelderos, cœnabam. Canebatur inter alia, Deus misereatur, Irena & Philippus Impp. & Pulcheria Crusias.

ΟΙ ΓΟΝΕΙΣ.

Ποῖ θύγατερ σπεύδεις; ἡμεῖς τοι, σεῖο γονῆες.
Πολχρίη μὴ φεῦγε φίλη: γονεῶν γὰρ ἀγαιὸν
κάλλος πολχρίη: τίμα σέο μητέρα πάλαι.
Πολχρίη τί δὲ σὺ λάμπεαι θάλαμον ἐς τάφον αὐτὶ γάμειο;

Η ΘΥΓΑΤΗΡ.

Πρὸς Χριστὸν σπεύδω: μή μ' ἔχετε φίλοι με τοκῆες.
ἐκ πολυθμῶ φεύγω: ποτὶ χάρμα κατ' ἄρκτα, γονῆες
κἠλέομαι, τείνω: τὰ λαβεῖν πάλαι Ζῆλος εὐ ὑμῖν.
Χριστὸς, ἐμοὶ μνηστὴρ: θαλάμοιο χαρηγός.

IN PVLCHERIAM CRVSIAM.

PARENTES.

Filia quò properas? Charos hîc ecce Parentes.
Ne fuge Pulcherie: patris reuerere senectam
Pulcherie: cor, Pulcherie pia, respice matris.
Siccine pro læto thalamo, tibi triste sepulcrum?

FILIA.

Ad Christum propero: ne me retinete, Parentes.
E planctu fugio: genitores summa colendi
Gaudia vestigo: quæ vobis sunt quoque curæ.
Sponsus adest Christus: thalamum dat mors mihi lætum.

Die 8. Ianu. legebamus, Venetijs Decemb. 29. (19.) scriptum: Persas & Georgianos cogitare de bello Turcis faciendo. Persæ & Georgiani.

Die Ianu. 13. (indidem 5. Ianu. vel 26. Decemb.) legimus: Sinanem Bassam Constantinopoli, salutis à Sultano impetrandæ causâ, Millionem auri distribuisse proceribus Aulicis. Ex Transyluania 28. (18.) Decemb. scriptum; Stephanum Vaiuodam Moldauiæ Dominum, à Polonis prælio esse victum: &, quantumuis strenuè pugnauerit (quarto etiam equo confenso) captum esse, quod deinde etiam confirmatum est. E Grano, Ianu. 2. vel 23. Decemb. significatum: panis ibi penuriam, & vinum austerissimum, esse. Plerosq; igitur Germanos inde discedere. Opus esse, vt 1500. milites præsidio mittantur. Sinanis Bassæ largitiones. VValachus Steph. captus. Granidifficultas.

Caliditas & humiditas aëris (vt Viennâ 4. Ianu. scribebatur) morbos militibus affert. Sed & Turcis, ne possint excursionibus longè euagari. Hyems calidior.

Det Deus gratiam, ne Transyluanus, & socij Principes, deserantur: ne fortè cum Barbaro transigere cogantur.

Viennâ 20. (10.) Ianu. scriptum est (legi ego 27. Ianu.) à Balsio Turcas CCCC. occisos esse. præda omni capta: persecutione vsq; ad fines Vaciæ facta. VVallones 500. stipendijs acceptis, Granum præsidij causâ missos esse. Balsij victoria.

Venetijs 26. (16.) Ianu. scriptum est (legebam 3. Febru.) Sinanem Bassam, magna cum pompa summum honorem Vezirij recepisse: ac suadere, vt Sultanus domi maneat: prosecq; Hassanem Bassam in Vngariam & Transyluaniam mittat. Sinan, Vezirius.

Grano 22. (12.) Ianu. scriptum. Incolas veteris Budæ, tempore obsidionis Grani, aliquoties per Christum orasse: vt à serenissimo Archiduce, & à Balsio, inde liberarentur. Nihil tunc impetrasse: quòd propter vicinitatem Nouæ Budæ metuerentur insidiæ. Grano autem capto, rursus precibus institisse. Balsium igitur eis aliquot militum centurias summisisse. Illos hac fiducia, noctu omni cum multitudine excessisse: Turcis quidem in arce sentientibus: laternas foràs porrigenti bus, & acclamantibus: sed excurrere non ausis. Effugerunt itaq; homines amplius bis mille: cum 130. benè onustis plaustris: quæ seni, aut octoni, boues traxerunt: & cum duabus magnis nauibus, senes & fœminas vehentib. Venerunt incolumes Granum: dicebaturq; eos Neuheublum deductum iri. Quorum fuga Budanis Nouis incommoda accidit, commeatum inde petere solitis. Catalogus erat additus, quantæ copiæ Christianorum militauissent proximo anno in Vngaria: nempe decies mille, septingenti, & viginti, equites: tricies verò septies mille, & quingenti, pedites: ex quibus, quatuor millia Sueuorum, Duce Schœnouio. Summa vtrorumq; 48120. Budæ veteris ciues, transeuntes. Exercitus Christianorum prioris anni.

Febru. 11. legebamus, Pragâ 6. Febru. (27. Ianu.) scriptum: Principem Transyluanum 4. Febru. (25. Ianu.) Pragam venisse: ac perquam honorificè à Cæs. Maiestate exceptum esse, Comites eius commemorabantur: D. Iosua, Cancellarius; Cornis Caspar, Dux peditum; Pancratius

Seneius, Magister aulæ: Pater Alphonsus Cariglia: Humanetius, Pincerna: Keglianitius, Prægustator: & Doctor quidam Medicus. Sit illa profectio felix.

Moldauiæ Vaiuoda, supplicia affectus.

Scriptum etiam VVeissenburgo Transyluaniæ, 20. (10.) Ianu. (vt eodem 11. Febru. legebam) Vaiuodam Moldauiæ, qui à Polonis captus fuerit, variis excruciatum, eandem hastæ in fixum esse.

Addi possunt hæc ad historiam Paraleip. Turcicam, ad suos menses & dies.

Die 28. Ianu. reuer. Hirsaugiensis cœnobij Abbas, Doctor Ioannes Brentius diem suum in Christo obiit. Sepultus ibi tertio die post.

Defunctus est 8. Febru. nobilis Burcardus ab Ehingen: & quarto die post Kilbergæ humatus.

Die 17. Febr. hæc legebam, 9. Febr. (28. Ianu.) Venetijs scripta. Turcarum Sultanum supplicaxte Venetorum Constantinopoli legato, inter alia beneficia, omnes Venetæ Reipub. subiectos, multis nouis oneribus liberasse. Persici Regis cognatum, qui Constantinopoli pro obside fuerit, Persicus obses Constantinopoli. *post dierum tantum duorum morbum mortuum esse non absq; veneni suspicione. Quare videatur Persa tanto magis arma in Turcam resumpturus.*

Vaticinium Turcicum.

Viennâ 10. Febr. (31. Ianu.) scripta. Sultanum dici Adrianopolin ascendisse, confirmandi suos ad bellum causâ. Sed illos esse non alacres ad id: eò quòd ab ipsorum Vate, omnia inauspicata hoc anno, atq; sub huius Sultani, & duorum eius successorum, imperio fore prædictum sit. Sinanis Bessa calumniæ. *Sinanis etiam Bassæ (qui antea exitium, ob superiores sub Transyluano clades, vno millione auri vix à se redemerat) calumnijs, alium quendam Bassam laqueo necatum esse. Vnde tumultum extitisse: indignantibus militibus, ad cuiusuis statim calumnias, viros bene meritos talem gratiam reportare. Non mirum igitur esse, Sultano nihil prosperè aduersus Christianos cedere.*

Turcica belli promulgatio.

Pragâ 13. Febr. (3. Febr.) scriptum. Sultanum Constantinopoli per dies tres bellum, quod Imperatori Rom. & Principi Transyluano inferri velit, promulgari iussisse.

Româ 10. Febr. scriptum. Regem Hispaniarum subsidio contra Turcam mittere Regi Persico quatuor, omnibus rebus ad bellandum necessarijs instructissimas, triremes.

Temesvvarensis Bassæ clades.

Febr. 25. legebamus, VVeissenburgo Transyluaniæ 4. Febr. (25. Ianu.) scriptum. Bassam Temesvvarensem, veniente nouo successore, excedentem Belgradum versus cum omnibus bonis suis, à Lippensibus prædonibus inuasum esse, occisum, & 75. plaustris onustis spoliatum.

M. MARTINO CRVSIO S.

Sicut VVIRTIBERG, castri & ditionis, etymon docui coniectura quadam, ortum habere ex occasione, VI. viri adhuc Tiberij, Romanorum nomine cum Germanis, & Sueuorum Maroboduo, bella gerentis: & post Drusum omnes prope Germaniæ partes peragrantis: atq; passim ad Rheni, Danubij, Nicri, & Remsæ fluuios, castella & propugnacula excitantis: vt tutius ibi cum legionibus suis versaretur (quemadmodum docent Annales Suenici parte 1. fol. 11. 51. 55. 56. 57 & 65.)

Carstadij nomen.

CANSTADII item oppido, PIVS, VErus, & CARacalla, Antoninius cum legione VIII. & XXII. pluribus alijs in locis ad Nicri ripas, sua statiua habuisse probantur fol. 83.

Tubingæ vnde nomen.

(vnde C. ANT. STAT.) ita etiam TVBINGAM illam nostram existimo dictam, & scriptam, T. V. Bingen, quasi Titi Vespasiani beneficium, vel beneficio captam, vel datam: licet postea etiam Antoninus Caracalla, illâ iam ampliata, suum ibidem palatium habere potuerit 197. anno. Nec obstat, quòd Veteres scripsisse nonnulli leguntur, T. V. ingen, vel T. V. engen.

Rationes istius coniecturæ.

1. *Constat, Titum patre Sabino in Heluetijs, & fortè in Zurichgoiæ finibus natum & educatum esse.*

2. *Suenos ei adiumento fuisse in Imperio consequendo.*

Derendingen.

3. *Quid si TERTINGEN, à Tertulla T. Vespasiani paterna auia (cuius hic pia recordatione multum delectatus) nomen habeat?*

4. *Expeditioni Hierosolymitanæ Vespasianus, ex omnibus Rom. Imperij prouincijs copias colligens, adhibuit Tubingensis quoque agri præfectos. Dodec. 1. lib. 4. cap. 3.*

5. *T. Vespasianus Trib. mil. magnâ industria & modestia stipendia merens, in Germania legitur multas imagines reliquisse cum titulis, apud Suetonium. Etsi iam nil tale superest. Causa ponitur Dodec. 1. pag. 203. & inde.*

6. Per

6. *Per literam B. intelligendum esse Beneficium, monet Grammaticus Valerius Probus in literis antiquis.*

7. *Consentiunt Historici, magnam fuisse beneficentiam T. Vespasiani. Ideo fortaßis & Tubingensibus, quòd sibi contra Iudæos strenuè adfuerint, benignè facere voluit.*

Si autem Tubingenses expeditioni illi interfuerunt: quis neget, ENTRINGENSES (ex quibus, Ænoterus gigas) æquè vetustæ originis herulos, interfuisse? &c. *Entringa vetustas.*

Benè valeat H. T. Datæ Entringæ 27. Febru. 96. M. Iohan. Neobolus.

Adijcio quædam adhuc historiæ Turcicæ (ad quam, longius digressus, redeo) quousq; ante has vernas nundinas 1596. anni, progredi possum.

Ex vrbe Venetiarum 23. (13.) Febru. significatum est (3. Mart. ego Tybingæ legi) ex vrbe Constantinopoli scriptum esse: Sultanum cadauer mortui Persici obsidis, balsamo conditum, honesta cum legatione remisisse in Persiam: excusando se à veneficio (istum enim cognatum Regis, naturali morte defunctum esse) & rogando, ne ideo Rex aduersus Ottomannicam domum bellum suscipiat: sed amicitiam colere pergat. *Turcica legatio in Persiam.*

Conflictus fertur inter Turcas & Georgianos factus: in quo Georgiani inferiores fuerint. *Georgiani.*

Ex vrbe Praga, 27. (17.) Febru. scribitur: conualuisse Principem Transyluanum (morbillis laborasse, dudum dictus est) & cùm in Templo sacris interfuisset: à Præposito eius loci, longam orationem Latinam esse habitam: qua is res præclarè ab eo contra irreconciliabilem hostem gestas laudauerit: gratulatus, & vlterius hortatus, ac successus felices precatus, sit. Principem Latinè respondisse, satis copiosè: se, vt hactenus fecerit, ita in posterum quoq; nulli sumptui, nulli labori, nulli periculo, parsurum: sed ob salutem Austriacæ domus, Christianiq; nominis, omnia in extremum etiam discrimen collaturum. Interim tamen sperare quoq;, sibi & Imperij Rom. & Ecclesiæ auxilia, non defutura. Tum sine dubio, Deo iuuante, aliquid magni aduersus hostem, effectum iri. *Transyl. Principis virtutes.*

Die 9. Mart. hæc legebamus.

Ex Preßburgo 28. (18.) Febru. scriptum. Turcas 26. Febru. ad Granum (cùm præcedente nocte ad Aquarium oppidulum venissent) in montanis vinearum, aliquot currus rapuisse: noctu castrum circumequitando, omnia explorasse: & ex castro tormentis impetitos fuisse. Comopolin Vaciam, à Setschini Præfecto Donhausio occupatam, direptam, incensam esse: iaculantibus ex arce Turcis. Tres naues Turcarum, αὐτάνδρους in flumine summersas esse. Durare famam de ingenti apparatu Sultani, in Vngariam & Transyluaniam. Vngaros collaturos auxilia contra illum. *Turcæ, apud Granum.* *Vacia.*

Ex Praga 5. Mart. siue 24. Febru. Bohemica parari auxilia non contemnenda, equitum, peditum, & fossorum. Sic à Cæsarea quoq; Maiestate terna millia equitum & peditum, Transyluano summissum iri, cum certa pecuniæ summa, in mensis octo. *Præparatio ad bellum noua Turcicum.*

Mart. 4. (Febru. 23.) Transyluanus Pragâ disceßit Lincium versus: iturus Græcium ad Archid. Caroli viduam: inde mox in patriam reuersurus. Rascij enim decies mille, ei auxilio venturi. Hi, in suas partes pellectis ter mille Ianizzaris, auxilio eorum Turcas apud Temesvvaram ceciderunt. *Rasciorum motus.*

Hodie magnus Procerum Sueuiæ conuentus Vlmæ est, propter auxilia ad bellum Turcicum conferenda. Magnus numerus Ducum, Præfectorum, & militum fortißimorum (inter quos, & VVallones) qui tantùm Tympanorum ἐπικτύπησιν (bombum) expectant, cupidè militaturi. Dicebatur 13. Mart. totius legionis Dux, Kynseccius. Det Deus exercituum, gratiam & victoriam, Amen. *Vlmæ comitia Sueuici circuli.*

Finis Paraleipomeni huius Crusiani ab anno 1592. vsque ad 1596. scriptitati.

Quia hæc Epigrammata serius missa sunt, nec præfationi iungi potuerunt, visum fuit calci operis adnectere.

In Sueuiam Viri Cl. Martini Crusij, præceptoris olim. Sebastianus Hornmoldt V.I.D. & poëta coronatus.

RES pulchra sanè, non imitabilis
Cuiuis tot inter mille, tenaciter
Prolixiores posse lectas
Historias retinere mente.
Est laude dignus perpete, quisquis est,
Cui nulla transit lux sine lineâ,
Et sic legendo clariorem
Reddit eam prius ille claram.
At res habetur pulchrior vndique,
Multoq; (mirum) res operosior,
Si quis labores colligendo
Suscipit ipse typisq; vulgat.
Talis coronam floricomam capit,
Cum laude viuit semper & emori
Nescit, licet mors forsan illum
In tumulum furibunda trudat.
MARTINVS huius CRVSIVS ordinis
Nunc prodit, alter LIVIVS imperij
Germanici, Graiolatinus
Optimus, emeritusq; miles.
Tàm multilinguis, nomen vt illius
Et fama pridem trans volitauerit
Tractus marinos & Byzantho
Finitimos Asiæq; regna.
Testantur istud publicitus libri
In vtriusq; flumine linguæ
Typis dati quondam soluto
Syrmate seu numeris ligatis.
Non acquiescens impiger aggredi
Maiora rerum pondera quamlibet
Æuo sub effato Sueuæ
Historiam regionis aptè.
Delineando, cuius originem,
Antiquitatem, nomen, & omnia
Congessit illuc congerenda
Huc, vt opus fieret venustum.
In hocq; tantò clarior eminet,
Quantò serenat res patriæ suæ,
Cui natus vnusquisq;, laudes
Vt canat illius ante mortem.
Laudandus ergo dupliciter senex
Noster verendus: nam Stylus elegans
Apparet hîc, candorq; pulchrè
Adsocians sibi veritatem.
Quæ bina, candor sanctaq; veritas
In quoque iam nunc historiographo
Spectentur: hinc tot degrauabant
Hactenus huncce senem labores.

Epigramma in Crusiadas & Halidas amicitia paternæ vinculo fœderatos.

EST aliquid pendêre bonis; habuisse bonorum
Notitiam: res hæc commoda multa parit.
Hala pater: Senior quoque Crusius; ambo Varisci,
Sparserunt Diui semina verbigenæ.
Quod patribus studio fuit: hoc coluêre minores,
Conantes patrium sic retinere decus.
Diuitias patrias vt filius arripit hæres:
Sic daret vt patriæ pars sic amicitiæ.
Halidis iunctus patriæ virtutis amore
Crusius; Hellenidum laus, decus, atque lepos:
A genesi patria nobiscum lustra recensét
Bis dena: atque annos sex: moderante deo.
Talis contigit paucis benedictio: grates
Pro meritis tibi nos dicere, Christe, decet.
A pietate tua petimus, si iungere plures
Præteritis placeat; sint sine fraude: dies.
Hæc cedro dignis extant Annalibus, olim
Quos Sueuis cecinit Crusia Musa suis.

Georgius Hala pastor in Clein Heidpach Illustris Comitatus Erpachici, ad Mœnum.

INDEX

INDEX RERVM ET VERBO-RVM ANNALIVM SVEVIAE LIBRI Paraleipomenos.

A.

Achalma & Achalmenses 17. 5.15
Abbatissa nouissima Sancruciuallenses 104
Adelreutij 18
Adelberg. & eius Abbas Dyrrhius 55
Aengstingen, klein vnd groß 46. Fons Acidus 47
Auerlinus 114
Aentringen 43. vetustas, nobilitas & Hohen Aentringen 90
Aichriuus 93
Aichelberg 33. Comitatus 96. Comites & variorum dominorum 41
Ala vel Ola. Alen 67. eius à latronibus captus 68
Alb 2
Albeck 2. & Albeccenses 35
Albuch 3
Algoiæ qualitas 84
Allodia 89
Altingen 44.90
Audeck 89
Apostolius, irritus VValachia Dux 128
Aqua salubris 50
Aquila VValachica ominosa 126
Armorum vetera genera 89
Arx ὀλόεντος 125
Asch. 99
Augusta & ad eam pertinentia, vt Antiquitas nomen Episcopi, Templa. Monasteria, &c. 78.79.80.81

B.

Backnang 39.98
Badensium Epitaphia 39
Balsij victoria 129
Balmgen. & fertilitas loci 34.97
Baltheus 89
S. Bartholomæi vicus 48
Beblingen 36
Beinsdorff 102
S. Benedicti vita, ordinis dilatatio, & debinc Pontifices. Episc. carmina de laudibus eius 51
Berga vicus 70
Bergenses Comites 90
Bergkilen 99
Bernhusa 91. Bernhusani 18
S. Bertha 99
Besigkaim 38
Betzkeuriet 33
Beutelspach 94
Bibliorum descriptio à spectro impedita 63
Bietigkaim 38.98
Binnigkaim 39
Birckach 91
Birckenfeld 39
Bissingen 7.96
Blanckenstein 94
Blaubeira 99. Situs. & Blaum fl. 34
Blattenhart 92
Blausus 92
Blieningen 91
Blochingen 95
Bobenhosia Genealogia 101
Bobraga 119
Bodelshusa 44.89
Bodelshofen 97
Bosl 99
Bonlanden 92
Bor 4
Bornang 93
Brackenheim 38.98
Brandenburgenses Marchiones 14
Brentius fl. 3
Breuningi 23
Brigantium 12
Brisaci torneamentum 104
Brucken 96
Bubenhofen pagus & arx 102
Buchorn 13
Budæ veteris ciues transfugæ 129
Bulach 40
Burlandingen 102

C.

CAEsar facit insistendo quantum potuit bello Turcico 114
Callebach 39
Calvv. 98. eius descriptio 36. Calwenses 87. Comites & Palat. 5
Calumnia in Mariam Brabantinam 71
Campidonum, & eius descriptio pertinentiaq; ad id. 83.84.85
Canstat 99. eiusq; descriptio 29. nomen 139
Carolus Mansfeldius 119. eius honores 121
Casei cruciati, Kreutzkäß 50
Cella, Vicus 79
Chorsang 79
Christianorum ærumnæ sub Turcis 126. eorum clades 109. eorum successus 112
Ciconiæ 41
Classis Turcica contra Italiam 116
Cocara apud Granum 126
Collegium nouum Tybing. 125
Comitia Ratisbonæ 114
Comorrha minor 108. obsidio 118
Conradus Baro VVeinspergensis hostis Imperij 31
Conscriptio militum 113
Cossaggorũ victoria de Turcis 115
Constantia, eius communitio, canonicorum inde discessus 86
Croatarum excursus in Rasciã 126. de Crucifixi adoratione dubita- 110 85

D.

Dachtler Danubij Vallis 3
Degerding Doctor Hailprunn. 64
Degerloch 93
Denckendorff: Cœnob. 95
Derendingen 130
Dettingen 44
Dieppoltzburg 97.7
Δεῖνορκὰς μεσοπὼ 128
Dillingẽses Comites vel Kyburg 16.70
Dinckelspuhela 68
Dirrhius abbas Adelberg 55
Dobel 39
Doti vagi 120
Donavverda vel VVerda 69
Dornhan 92
Dornstett 98
Dotes Turcis deditum 115
Duropoliæ depopulatio 109.110

E.

Berspach 109
Ebingen 98
Ecclesiæ caput quis 118
Echterdingen 91
Eduardi March. Badens. expulsio 118
Ehingena Vidua 106
Entringa vel Aentringa vetustas 130
Epitaphia Badensium 39
Erckenberg 96
Eschenbach 95
Eschinga 89
ober Eßlingen 95
Eßlingen, Suburbia & alia 60.61
Esoces 98
Εὐχαὶ 120
Excursiones militares

Exercitus Christianorum prioris anni 129

F.

Familia extincta, Comitum, Baronum, Nobilium 88
Faurndovv 100
Feratus Bassa, & eius apparatus 120. eius exitiū 126. eius aduentus 116
Ferdinandi Hardeccij supplicium 121
Feurbach 93
Fildern 91
Filseck 100
Fischassius 47
Fortissimi milites 109
Fravvenbergenses nobiles 18.93
Freyangstingen 46
Fronung 46
Furstij 90
Furstemberg 11

G.

Gebelius 76
Geieri 100
Geigerus 76
Geislinga, Situs, & alia 67.99
Georgij Heertageni fortitudo 27
Georgiani 131
Gerhausen 99
Geroch 80
Giengeri 18
Gilbenstein 90
Gyltlingen ibid.
Gymningenses 89
Glaciei ruptio 110
Glaßhütten 93
Cœpinga loca 99. eius descriptio 32. 33
Gomeringenses 90
Gradus scholastici 89
Graeuenhausen 40
Graneck 43
Grani prima obsidio 114. Altera 121. deditio 122. ibi difficultas 129. deditio soluta 115
Gratitudo Christianorum pro victoria ad Deum 110
Graueneck arx 46.94
Greiffenstain arx 45
Greizinga 91
Griningenses 15
Gruibingen 100
Grunenvvetterspach 40. incēdium, & mulieris pietas. & alij vici ibi.
Gutemberg 96.97
Gutenstain 24
Gysij 95

H.

Haidenhaim 99. prafectura 32
Hala Sueuorum nobilium ciuitas. Monomachia ius ibi. 62. Exempla μονομαχιῶν 63. aedificationes. ibid.
Hailgenberg 11.13
Hailprunna, Nomen 64
Hailsbrunn 49
Haimshaim 39.98
Halfingenses nobiles 90
Hanenkam 3.96
Hardeccius eius cōiectio in carcerem 118.111. eius supplicium 121
Harthausen 92
Hasenhof 93
Hatt Vani obsidio 114. soluta 115
Hausen, vicus 91
Hegmensperg 95
Heimingen 99
Henrici V Wolfij Med. Norib. Epistola 50
Heldius 80
Helenstain 99. Helfensteinenses, & ipsorum loca hodie 16
Hercynia sylua 3
Herrenberg 12.90. Collegium 9. A Comitibus Tyb. ad VVirtembergenses 35
Herter 94
Hertfeld 3
Heruli 88
Heubach opp. 47. Nomen 48
Heuberg & spectra ibi 34
Heumaden 95
Hinderburg 99
Hirsaugia Monast. 50. Nomen 51. Episcopi ex eo 52. Monachi clari 53 praceptores & laus eorum 54
Hochdorf 99
Hochstatt 47
Hofvvartij 99
Hohenberg 4.97. mons 48. Comitatus & eius loca 34. Hohenbergenses 14
Hohen Acntringen 43
Hohenhaim 91
Hohen Rechberg 48. Formosa ibi Maria 49
Hohenstauffen 5.100. Arx à Rusticis combusta & pagus 49
Holtzelfingen, & petra ibi 45
Holtzgerlingen 93.94
Holtzmaden 96
Homicida spectrum obiectum 31
Honauum Vicus & specus in petra 46
Horba 57.95
Hurlinger 96
Hyems frigidissima 119. Calidior 129

I.

Ianizeri παρεμβολὴ libera oratio ad Sultanum 121
Iesingen, Superius & Inferius 90. & Kirchaimense 96
Ietenbruck 44
Immenstatt 84
Imperator Rudolphus Turcis pacem denegat & cur 119
Imperatores 89
Ingen 90. terminatio 43
Iniuria Turcica, belli causa 114
Innocens, errore damnatus Tybingæ 21
Insignia VValdpurgensium 13
Interim & Interimicus libellus reiectus Reutlingæ 60
Ioannes, Ritter, hypodidascalus Schorndorff 26
Niderus 33
Brentius senior simulatus Castellanus 97
Rubenhosius Landthoffmeister 103
Ioanezri Iacobæus 45
Irenæ, Maria Graca 95
Italorum subsidium 115
Ittingshusen 93

K.

Altenthal 92
Kalvv, vel Calvv 5
Keccheler 94
Kemnaten 95
Kers st. 93
Kirchaim 41. sub quibus dominis 95
Klemm 38
Klingenberg 104
Kniebis 4
Kochenthal 3
Karnvvesten 99
Kussenbergenses 87
Kynigsbrunnense cœnobium 55

L.

Landauum 5. 16. Magnatum ibi sepultura 100. Landauienses 108
Langenbrand 40
Lauffen 99
Lauginga, situs & reliqua 77
Lauter 7
Lauterburgum arx 48
Leinfelden 92
Lemmingerthal 7
Leonberg 97
Liberæ Imperiales ciuitates, Herrn/Ritter/ tria genera eorum 89
Liechteneck 97
Liechtenstern cœnobium 95
Limpurg 41
Liechtenstein 45
Limpurg 96
Lindorff 96
Lindouia, Situs, nomen, & reliqua, &c. 85.86

Lincensis

INDEX.

Lincienſis Schola Rector M. Ioan. Membard 125
Lonchen 34
Longani quidam noſtro tempore 123
Longobardi 88
Lorchenſe Monaſt. & ſtagnaeius 55
S. Lucius 78
Luſtnouij nobilis 43.90

M.

Magenhaim 38
Manſperg 44.96
Maria formoſa HohenRechperg. 49
Marchiones Brandenburg. 14
Marpachum, Nomen. Romanorum ibi linea 30
Maximilianus Imp. Doctorum amator 89
Memminga & ad eam pertinentia 81.82.83
Meinlina materna 48
Meerburg ſtell 97
Meringen 93
Mercatus anniuerſarij in opp. VVirtemb. 42
Metzingen Vicus 24
Meſiegoy 111
Miles vindicta cupidus 86
Militaris inſolentia 127
Miſericordia adhortatio 40
Miſeria præſentium temporum 124
Moldauia turbatio 124. Eius Vaiuodæ ſupplicio affectus 129
Monhaim 38
Monaſteria plura 56
Monitio ex Conſtantinopoli ad noſtros 112
Montfort 12
Moſcouia legati Pragæ 125
Munchsberg 90
Mulier fortiſſima VValachia, ceu nouus Amazon 127
Mulier vindicta auida 110

N.

Nadaſti virtus 126
Nagolt 4.42.98
Neera 44.89
Nellingen 93. Nellingenſes nobiles 17.18.94
Neiffen 8.99. Neiſſenſes 17
Neſenbach 92
Neunecciy 103
Neupurg 39
Newenſtatt 98
S. Nicolai caſtellum 126
Nider Hachinga, VValchorum 57
Nobilitas Tybing. ſtudioſa 125
Nobilium genera duo 89
Nomina principum & Comitum olim 89
Nordlinga 3. Eius ſitus, & reliqua 68.69
Norameri 90
Notzingen 97.96
Nuſdorff. Vicus 44
Nouigradi deditio, & huius victoriæ vtilitas 113

O.

Oberſſlingen 95
Oberlendingen 96
Oberſteufeld cœnobium fœm. 56
Oculi viſus à ſpectro ademptus 63
Oeſterlins Epiſtola 62
Oetingenſes 16
Ordinum Imperij robore & ſulcimine opus 114
Oſſa reperta 9
Oſelberg. mons 68
Oſtrogotti 88
Ottlingen 96
Ottodſatz & prælium ibi 110
Ovva 8. Sepultura Taruiſium. Templum S. Petri 10. 91. opp. Gutemberg 95

P.

Papa Tranſyluano ſtudens 127
Pagi Sueuiæ 2
Peloponeſij Græci contra Turcas 126
Peſtis Conſtantinopoli 122
Perſa & Georgiani 129
Perſicus obſeſſ Conſtantinopoli 130
Petrinæ à noſtris occupatio 124
Pfullingen 99
Philippus Goris Turcica ſeruitute Exiens Sileſius 127
D. Placij mors 121
Plantſch 106
Plantz, Martinus 22
Poll 33
Præparatio ad bellum Turcicum 131
Precia rerum creſcunt 45
Preces Turcarum 112
Priſca barbaries 47
Prodigium Conſtantinopoli 112
Puerorum Turcicorũ ſuſtuaria pugna 113

R.

Raaba obſidio 115. oppugnationes & deditio 148
Raabenſium in Turcas eruptiones 115
Ramsbach 93
Randeck 44.97
Raſciorum excurſus in Turcas 114. Motus eorum 131. eorum prædatio 115. eorum victoria 115
Rechperg 166
Rectores Sueuiæ 4
Regalia vel Inſignia Cæſarum 88. Noribergæ eorum cuſtos 89
Reichartshofen cœnobium fœm. 55
Reinſtij 100
Reiſnahn 44
Reiſten ibid.
Remsthal 3
Reuta cœnob. fœm. 56.94
Reutlinga, & ad eam pertinentia 53.59.60
Rhor 41
Richardus 56
Ridenbergenſes 18
Riedenberg 91
Rieſer conſul Hailpruun. 64
Ringingen 99
Romanæ Monarchiæ initium 89
Roner 95
Rorbachius Albertus 85
Roßvelden 96
Roſenfeld 97.103
Roſenſtain arx & Specus 98
Rota contuſus homicida, reſtitutus, ſuſpenſus eſt 63
Rotenſes
Rotenburgum Nicri, & eius inſtauratio 57
Rudolpha Palat. Tyb. 37
Ruſticanæ ſeditiones 125

S.

Sabbatsgad Arx à Tieffenbachio capta 111
Sachſij 94
Sancruciuallenſis nouiſſima Abbatiſſa 101
Schar 34.2
Schaltzburg 34
Scharnhauſen 94
Schelcklingen 90
Schentzius 7
Schullingi 108
Schiltach 42
Schlattſtall 96
Schloßberg 96
Schlierbach 99
Schmaleuſtein 98
Schœnbuch Sylua 93
Schopfloch 33.99
Scholas mundus impiè deſpicit 27. earum conditio 125
Schorndorffa. Arx & reliqua 25.26. 27. 28
Schvveleri 100
σκλαβία Seruitus 127. ἐξοδος ibid.
Sepulchri apertio 9
Senex nepos & Auus 124
Senes nobiles 103
Senes coniuges 124
Sententia Cæſaris in ſubſcriptores Raabæ dedendæ 121
Sieſſen 99

Silmin-

INDEX.

Silmingen, vnter vnd ober 92
Sinan Vezirus 129
Sinanis Bassalargitiones, 129. eius calumnia 130. Clades 127. in Christianos emissus 110
Sirmnovv 95
Sisecciū à Bosinensi Bassa tentatum 109. Christianorum succursus 110. Turcarum clades & expugnatio 111
Somnium Muratæ Sultani, & eius interpretatio 112
Sondra Castellum 109
Sophia, Bulgariæ ciuitas spoliata, 120.
Speti 18.93
Spectra Heūbergi & expraliū Spectra 34
Sperberseck 94.97
Spielberg 40
Spolia Cæsari oblata 113
Sponsæ interceptio 113
Stainbach 97
Stainhaim Monast. 94
Stainij nobiles 102
Stainhulba 46
Stainbrunn 93
Staffelij Barones 44
Steph. prouincie Moldauiæ præfectus 121
Stafflenberg 89
Stockhaim 93
Stockhausen 94
Stratagema Abbatis Siseccij in Bassan 109
Straubenhart 39
Studtgardia, & Arx 18.19.20. Tyrnitz & reliqua 19.20
Stulingen Landgrauiatus 12
Studiosi debitum 106
Studiosorum alendorum Monasteria 126
Sueuiæ antiquitas 2. Nomen, pagi, Rectores 4
Sueuorum antiquæ sedes, Reges, duces Palatini, Marchiones, 86. Comites, Barones, Nobiles 87
Sulgauienses 15
Sultzpach 96
Sultza, & insignia 35.98
Sultzbad 99
Sultzburg 97
Sybilla Fuggeriana 106
Syndelfingen 98.36. præpositus 37

T.

Tagershaim 37
Tartarorum clades 118. 123. Aliquot etiam cū Turcis cæsi, 115
Teck qualis mons 7. magnitudo 10. fons scaturiens, & castrum, ibid.
Teccensium ducum sepultura Orva 8. & alta 11
Te Deum laudamus 127
Temesvvarienses Bassæ clades 130
Tempus non additum 110
Temporis maleficium 47
Teüfelsking 48
Thumnovv 97
Thurnitergenoß 103
Tiessenbachy victoria magna 114
Transyluani fœdus cum Cæsare, & fortitudo eius in Turcas 118. Spōsa eius 119. Res gestæ 121. virtutes 131. de Sinane victoria 126
Trepidatio Christianorum 116
Truchburg 17
Tues Monast. virgineum 86
Turca conatur frustra Poloniæ Regem sibi conciliare 120. in duropolia 110. Turcæ apud Granū 131. apud Stulvveissenburgum victi, 111. Armentis spoliati 119. eis nouus Rex Mahmet Tertius 119. eorum clades 115
Transyluania 123. Clades ad Villecum 111. Nocturna cædes 120. eorum metus 114. & Tartarorum clades 111. 113. 120. 121. 122. 115
Turcici belli hodierni initium, 108. promulgatio 130
Turcica legatio in Persiam 130
Turcia damnum 121
Türkenglock 116
Tußlingen 44.89
Tuttlingen 35.97
Tybingæ antiquitas Situs, & reliqua, 20.21.22. Nomen 130. Acad. migratio propter pestem 117
Tybingenses S. Rudolphus Palatinus 6 Age 23

V.

Vabinga 17. 98. in Filderis, 92
Vaticinium Turcicum 130
Veldrench 39
Veneta legatio apud Turcam 127
Venetis tentoria dilacerata 115
Veringen 102
Verena Beütlina specus 80
Vesprimi & Palottæ amissio 111
Vexillum χιλιοστάρχου Mahometi, 122.
Vici præfectura Vracensis 25
Vildern vel Fildern 91
Villecci expugnatio 112
Viragrund 5
ὑλαμιχοὶ ὑστῆρες 46
Vlmæ laudatio, Nomen & alia multa 64.65.66.131.125.119. Conuentus ordinum Sueuiæ 125
Vlricus nobilis Hohenrechberg 48
Vracum, nomen, Situs & catera 23
Vracenses 15.5.87
Vrslingen 92

VV.

VValachia Turcæ excussi 127
VValachus Steph. captus, 129.
VValachorum successus contra Turcas 119
VValdpurg 13
VValdpurgensium insignia 13
VVaiblinga, & cognata 28.29
VValtenbuch 93
VVangen 94
VVehingen 43
VVeilerl 88
VVeilhaim 7.41.96
VVeinsperg. & catera 31. Barones 98.17.
VVellingen 96
VVelvvarti 18.48
VVembdingē, & ibi salubris aqua 50
VVendlingen 96
VVengense cœnobium 67
VVerda vel Donavverda, & ad eam pertinentia 69.70.71.72.73.74. 75.76.77.
VVernicius fluuius 3.69
VVerdenberg 12
VVerdenstein 93
VVernitzhusani 18.94
VVielandstein 44.96
VVigitscha amissa 109
VVibitschæ combustio 118
VVila ad VVirnsam op. 61. Turgoniæ 62
VVineden 99
VVinterstetten 13
VVippingen 99
VVirtembergia 4. proceres eius quā antiqui. Arx 5. oppida 41. Nomen 90. VVirtemb. ducis aduentus ad comitia Ratisbon. 115
VVittlingen 45.98
VVolfeck 13
VVurtzach 13

Y.

YHingen 110

Z.

ZAnelstein 40
Zollerenses 14.

FINIS.

FRANCOFVRTI EX OFFI-
CINA TYPOGRAPHICA
NICOLAI BASSAEI.



M. D. XCVI.

